TITI
LIVII

1464

voyéz Debure, No. 4799.

Austo ac felici solo tuā Urbem Pater Beatissime Paule. II. Venete: Pont. Maxime: ac fortunatis originibus positam: a primis illius fundatoribus: cum sequuta Imperii magnitudo testatur: tum in primis illud: quod aut eodē in loco maxima innumeraq; excellentiū hominū sūt exorta ingenia: aut undequaq; oriūda: natalis dulcedinem patrie: Roma: felici migratu: cōmutarunt. fortune maioris uicē ac munus Romana sibi moenia fore arbitrati. Romam. n. ex iis plurimi: post diffusū late imperiū: qui in diversis terrarū partibus nati sunt: miro studio: ueluti in primum & maximū orbis theatrum conuolarunt. Cuius rei hodie quoq; spetiem amplissimā cernimus: cum ex tot clarissimis regionibus: in tua felici Curia: tāte magestatis patres intuemur. ut merito: haud ita Imperii iure: etsi id quoq; permagnū ē: ut fidei & religiōis gratia sacrosācte: q ē splēdidior & iustior ī terris principatus: ab exordio ad tantā rerum molē tua Urbs esse præparata noscat. ¶ Creuit ab exiguis quidē initiis Pater sācte: Urbs tua: ingeniis quoq; ac scriptis clarorum hominū: uariarūq; linguarū uocibus celeberata: que tanq̄ ad spetiē sui oculos luminis fulgor: ac splēdor rapit: ita quicqd magna nixū uirtute: & clare indolis sibi consciū: omni ī genere mortaliū fuit: claritudine ac nitore ad sese proprie magestatis allexit. ut breuissime uerissimeq; Poeta magnus cecinerit.

Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma:
Septem que una sibi muro circundedit arces.

Verum sicuti nihil eque difficile est: atq; quibus ex orbis terre partibus prestantioris ingenii Romana felicitas nominis: tanti magnitudine: uiros ad se ornandā traxerit: ita constanti doctorum consensu: ex tua Venetia liquet: florentissima quidem & uirorum summorū uberrima: ingenii quosdam & doctrinarū primarū cultu: facile principes Romā accessisse. Quis ē. n. Virgilio: suo in genere: ut ab eo incipiamus: maior? Quis Plynio doctior? quis Liuio cādidior & uberior? hos certe elegātissimos & maximos misit Venetia. quorū reliquis de eorū laudibus loco alio seruatur oratio. Patauino nostro Veneto amplissimū diuus Hieronymus testimonium reddidit. In quo certe illud fuit: qd preterea fortasse datū est nemini: ut seipsam facilius in monumēto: ære perenniore: q̄ uel in īmensis edifitiorum molibus: uel in legū uenerandis sanctiōibus: Imperii tanti uiribus atq; magnitudine: nudā & seriam: non absq; sūma dignitate: magestate: amplitudine: gratia: & qd ē his magis omnibus: eternitate: orientē simul: coalescentēq; ad fastigiū usq; prouectam: Ibiq; placidissime generi humano dominantem: Romæ licuerit intueri. Tibi igitur Pontifici Max. Historicorū primum & maximi Imperii ornatorē: ac per te cultissimo tuo ac modestissimo Marco: Sancti Marci Cardinali Episcopo Vincentino: q̄ fieri potuit diligentissime recognitū siqd unq̄ alias: hoc tempore potissimū destinaui: Morem meū tua uenia: in presenti etiā epistola seruans: ut animi gratia: paulo uberius scribā: q̄ fortasse epistola postularet. ¶ Ille uero dictiōis huius erit modus. ¶ Laudationē primū delibabo Liuianā: rem mihi in primis arduā uires proprias estimāti. quis. n. tam eleganti fretū se putarit ingenio: quis ea doctrine copia: qs tanta erit eloquētie: uel arte politus: uel natura preditus: uel imitatiōe formatus: uel studio præparatus: ut ornatorē audeat amplitudinis Ro. Imperii Liuiū: nō inepte: nō ieiune: non minus autoris merito: prędicare? qd est tamē ideo temptandū in presentia: ne laudati Romani nominis grauis prędicator: exilē ac modicū saltē in operis sui principio: non habeat preconē. ¶ Conabimur illud igit: ostendemusq; deinceps: quo preeunte nostris potissimū diebus ausi simus Liuiū attrectare. illius autoris admiratiōe succēsi: nostro tñ marte īpotentes ad magnifice dictionis eius intelligentiā aspirare. ¶ Quid

ego deniq; hac illustri lectōe: me plurimũ delecter collegisse. Ita labor mihi lectionis
leuabit: & q̄bus maxīa debeo: parua opa satisfaciã. ¶ Sed id primũ cõfiteor: nõ magis
opinione mea: Liuiane dignitatis attingi laudẽ posse: ꝗ triũphantis Rome splendorẽ
cerni: que oceano imperiũ: astris famã terminauit. Satisne cõmendabit Liuiũ qs ꝗ:
qui maxīe omniũ inter historicos censet̃ flumine labi ꝑpetuo eloquẽtie: tãta urbitate:
nitore: ac gloria: ut Ro. Imperio par: illius decus dicendo coequarit? Neq;. n. Vrbs
ꝑpotens tot annoꝝ: tantarũ nationũ dñatu: prestãtius armis bellauit. togaue pacis
tradidit morem: nõ sublimius unꝗ uictor nationũ Populus: & eoꝝ quos uicit illustris
moderator: aut generosior in rebus gerendis: aut in gubernãdo iustior fuit: ꝗ noster
historicus domitoris nationũ Po. facta: dictaq; ĩ utriusq; sorte fortune eq̄bili retulit
dictione. ¶ Talis quidẽ ac tãtus: sui singulis: atq; omnibus opis partibus: quales & ꝗnti
uiri ii fuere: & singuli & uniuersi: quoꝝ manibus ac cõsiliis illa sunt gesta. Herculẽ. n.
merito historiarũ dixerim: ꝙ alacris ubiq; incedens. robustus: & floridus: nulla rerum
difficultate: nullo obrutus põdere superat̃. Non illũ uarietas confusũ: nõ simplicitas
historie fastidientẽ reddit. in tenui: qđ ꝑsepe accidit: atq; humili rerũ materia: non est
exãguis: aridus: & ieiunus: In copia uero ac magnitudine: turgescẽs nõ exit ac uastus:
plenus citra tumorẽ. equabilis ac lenis citra mollicīẽ. Nec luxuriose effluẽs: nec nimia
sterilitate tabescẽs. in asperis rebus. nõ salebrosus: neq; languẽs in mollibus. nõ uiolẽta
& coacta oratione subsultãs. Non ita tñ copiosus: ut nimius. neq; ita suauis: ut lacuus.
nec adeo lenis: ut remissus. nõ sic tristis ut horridus. neq; ita sĩplex: ut nudus: aut adeo
comptus: ut affectata cõpositione calamistris uideat̃ inustus. par uerbis: materie: par
sentẽtiis rebus: In regesta exꝑmẽda grauis: atq; magnificus. & tñ succinctus: ac ꝓprius.
in narratiõe naturalis: & semꝑ expectatus: ordinẽ minime cõfundens & rerũ euenta
nõ precurrẽs. Minime in gratiã adulator: aut reꝑhendẽdo parcus in ueniã. nõ amaꝝ
letus in noxã. Ipsi quoq; Senatui ordini illi orbis terre moderatori uenerãdo: Po. q;
Ro. terraꝝ Principi: si uel temeritate ꝑcipites: uel errore lapsi: uel quacũq; forẽt ratõe
supra modũ iustũq; euecti: nequaꝗ parcẽs. Res etiã aduersarioꝝ debita cõmendatiõe
nõ defraudãs. ut mõ narrator tm̃: modo censor esse uideat̃. atq; ita seuerus & tetricus:
ut ne cẽsoribus quidẽ grauissimis: q̄bus nihil Rome sanctius fuit: ubi facto usus fuit:
unꝗ ignouerit. Quibus quidẽ uirtutibus sũmis clarissimisq; Scriptoribus cõparat̃. sicuti
in sententiaꝝ ubiq; ꝑcipue tñ in cõsiliis: & disceptatiõibus: magestate. at uero in cõti/
onibus añ omnia: uerboꝝ parcus: sentẽtiaꝝ diues: multo ẽ uerbis ꝗ sẽsu restrictior atq;
cõcisior. In qua ꝑte nõ ceteros scꝑtores tm̃. sed seipsũ quoq; lõge ãtecellit: ut aliꝗto
augustius disserẽs sermõe humano: ad oraculoꝝ poene respõsa accedere iudicet̃. Que
res si sũt ulla arte acq̄site: cur nemini unꝗ discipulo emulãde tradi potuere? cur a quo
sint ꝑceptore sũpte nõ disserit̃? sin: ut potius reor nature fuerũt excellẽtis: uiro unico
illi & singulari: magis celitus ꝑbite: ꝗ hũanitus: uel tradite uel meditate: sũt cẽsende: ut
magestas illa eterne ratõis: simul ac Romanũ potẽtatũ decreuit: tantoꝑe supra omĩa
Imꝑia eminere: cõtinuo quoq; eiuscemodi Scriptorẽ eius decerneret: q dictiõis gloria
par Ro. potentatui: equalẽ in omnibus sibi historicũ neminẽ unꝗ foret habiturus. nã
nemo plenius aures hominũ implet. uiuidius animos penetrat. excitatq; facilius affec/
tiones. nemo acrius ꝓponit: uehemẽtius ꝑsuadet. asperius irritat. urget impẽsius. nemo
dissoluit aptius: sedat facilius: uelocius dissuadet. cũq; in delectãdo sit sũmus: in ãpli/
ficando ditissimus: exẽplis in primis copiosus: stimulos ꝑcipue habet utrãuis in partẽ
accõmodatissimos. aculeosq; acerrimos: & tormẽtis uerba simillima. ut quocũq; inten/
derit: humãos illuc sẽsus affectõesq; uel torrẽtis rapiat mõ: uel turbinis more ꝓsternat:

uel roris uice refrigeret: blãdiq; malagmatis ad omnẽ mollitudinẽ restinguat exẽplo.
Extollant Timotheũ alii: alii Orpheũ ꝑdicent: Illũ fidibus & cãtu armatoꝝ rabiẽ:
Istũ dirarũ horrifico s tumultus lenisse. Illoꝝ ꝓfecto artes ꝑdiscere nemo ẽ uetitus:
huius ne edificerent contiones edicto ẽ Principũ interdictũ. qm̃ tantus nullo quisq̃
fuerit tpe: in flectendoꝝ quouis animorũ: uel artificio: uel gratia: uel natura. ❡Quid
multis immoror? non materie magis Liuii decades felicitate: cẽsende sũt: q̃ ipse Roma/
norũ inde felicissimus potẽtatus: qđ Liuiũ illi cõtigit habere ꝑconẽ. huius sit oratiõis
sũma: hic cardo: ueluti solũ Ro. Imperiũ denuo reflorescẽs: aut nulla mũdi potentia
Romã rediuiuã ex suis bustis: ac ingentiũ moliũ parietinis: que sparsa: lacera: & trũca
cõspicimus: excitabit: restaurabitq; omino: pari mõ: aut Liuius: si restituat̃ ab inferis:
aut mortaliũ: q sũt quiq; erũt nemo extinctas sue historie ptes renouabit. aut similes
cudet. ❡Quod si cupiã dicere nimis uideor: ea historiaꝝ mẽbra in manibus sumat: que
noster Liuius semel absoluerat: Nã hodie quoq; ex grecoꝝ thesauris sup̄stes ad nos
ꝑuenit historia: & uel ex Polybio magno quidẽ illo & graui Scriptore: ꝓmũ Punicũ
bellũ: A. Fabii retro Gurgitis & College inchoãs: qñ ibi desiit Liuius: Cõsulatu. uel ex
Appiano Alexandrino: uel autoꝝ alio bella Ciuilia Sotialiaue: aut cetera romanaꝝ
rerũ mẽbra cõplectat̃. ❡At sũt uiri clari & nobiles: q hec cũ laude uerteũt in latinũ.
Nõ eqdẽ inficias eo. ueꝝ ea nõ sũt talia: ut cũ Liuianis sc̄ptis cõferant̃. ❡Hactenus
pauca de Liuio. Ad ꝓmi euo nostro ꝑlectoris eius memoriã ꝑpero. nec tacebo Frã/
ciscũ Petrarchã: qđ fãdo accepi: modestissimũ illũ quidẽ: & amoeni cultus atq; ingenii
uirum: nõ mediocriter tẽpestate sua: ĩ Liuiana historia uigilasse. Sed ille: ut dicã cũ
Pacuuio: sibi profecit & musis. ❡Illud uerissime referre me puto: primũ omniũ etate
nostra Victorinũ Feltrensẽ lectionẽ publice audiẽtibus ꝑfisse Liuianã: ingẽti homi/
nũ admiratione & fama. ❡Quo uiro q̄a mihi Christus dñs dedit ut altore sim usus: atq;
p̃ceptore: ueniã prefatus: peto: ut mercedis loco pauca de illius moribus te audiente
ꝑstringam. ❡Victorinus Feltrensis eui nostri Socrates: seculi sui ornator ac decus:
fama: & gloria Academie Mãtuane: uiuẽs ille quidẽ: uite cõstantia: uenerabilis: legẽs:
admirabilis: absens: quesitus: mortuus admodũ desideratus: hospes ille: quinimmo pater
paupũ studiosoꝝ: hũanitatis suscitator: latinitatis erector: sapiẽtie magister: honestatis
specimẽ: bonitatis exẽplũ: diuitiaꝝ cõtemptor: ingenioꝝ subleuator: & alia pleraq;: &
Liuiũ ꝓmus: ut intactũ pelagus atq; inexpertũ noster Tiphys aperuit. & Patauinos
thesauros Hesperidũ hortis clusiores patefecit. Ille q̄dẽ ĩ Italie natus Veneto ãgulo:
Patauii ꝑtim: ꝑtim Venetiis ingẽti gratia & fama: & : qđ ẽ in docẽtibus laudatissimũ:
magna docuit cũ integritate. ubi cum auditoꝝ liberalitatibus grandẽ posset pecuniã
facere: ita diuitũ scholasticoꝝ dona capiebat: neq;. n. ui rille questu docebat mercen/
nario: ut ꝓculi illius Socratici p̃ceptoris more atq; instituto daturus aliquid: aliquid
sumeret: ut diuidẽda haberet in paupes studiosos. tm̃. n. aberat ut fũdis delectaret̃ ac
peculio: ut singularibus annoꝝ omniũ contentus uestimẽtis: estatis atq; hyemis: quot
ãnis in egẽtiores: quos domi alebat: & docebat: bina sua diuideret suis mãibus ĩdumẽta.
Harũ fama uirtutũ Io. Franciscũ Marchionẽ illũ inclytũ Mãtuanũ: Car. Illustris
ac liberalissimi Mãtuani auũ: ad illũ Mantuã trahendũ incẽdit. quo cũ plurimo ho/
nore & donis tandẽ uenisset: principis liberis datus ẽ p̃ceptor. ❡Istic ego sum illo usus
parẽte: & magistro. Istic Liuii Decadũ partẽ prelegentẽ audiui. ❡Quod ideo nõ fuit
silentio p̃tereundũ: ut si q̄d in recognitione ꝑfeci: autori acceptũ, Victorino referat̃.
Tantũ. n. abest ut me poeniteat p̃ceptoꝝ meoꝝ glorie: ut id unũ ac maximũ docti
animi atq; ingenui argumentũ censeã: a quibus ipse hauserim omnia fontibus referre

magistrorum. ¶Qui plura uoluerit discere de Victorino: sunt. n. eius omnis splẽdoris ac
dignitatis plene actiões: Saxoli Pratẽsis inter cõdiscipulos nostros minime cõtemnẽdi:
q̃q̃ admodũ iuuenis ille fato cõcesserit: librũ legat de uita & moribus Victorini. Aut
ceterorum: qbus laudi magne ẽ nõ mores & uitã solũ: uerum etiã totã Victorini scholã
pscripsisse. quorum scptis potuerã eqdẽ ẽẽ cõtentus: nisi in eadẽ cultus officina: obtusiore
licet scalpro: mihi uisus in p̃senti epistola forẽ: nõ absq; ĩgratitudinis crimine potuisse
dissimulare: ac p̃terire Victorinũ. ¶Venio ad te pater colendissime: cui ut ipse nosti
maxĩa debeo. atq; ut ceteri se in hac quoq; haud exigua hũanitatis parte tibi debere
sciant: cogor ostẽdere. Tua. n. opa subsidioq; ac liberalitate Impressorũ nostrorum ars
iuuat̃ & cressit: unde mirũ in modũ egenorum necessitatibus subuenit̃. cum doctissimus
ipse: ac minime inuidus: libros excellẽtes omnis generis habẽs facultatũ: nobis uolẽs &
expositus bibliothecã tuã semp aperias. Tu uero ut reuertar ad Liuiũ: modestissime
uir atq; sapiẽtissime: ĩ nostro teipsũ codice: hoc ẽ incredibiles aĩmi tui uerecũdi imp̃mis
uirtutes: ut sepissime antea pcensens: nũc quoq; nõ sine ratiõe delectabere. Grauis. n.
morum tuorum cẽsura: quo sãctius monumẽto cognosci: quo exẽplo reddi uerius potest?
& si p̃cipua pars tui: uirtus uere Christiana: q̃si manus optimi pictoris extrema: quod
cõstãter fateor: omĩ gẽtilitatis ornamẽto ĩ te suplinẽda restabat. Recognoscis tu qdẽ
in Liuio laudes tuas: cũ illustriũ uirorum uerba & actiones legis. In alio religiõis cultũ:
in alio animi magnitudinẽ. in alio uite omnis tenorẽ equalẽ: & iugẽ. hic tuã maximã
modestiã: que p raro ĩ alto dignitatis & status fastigio positorum: ẽ comes: refert: hic tuarum
in re. pu. sententiarum modũ. hic in castigãdis moribus multe lenitatis grauitatẽ. Mihi
quidẽ hec pxime legẽti: tu iugiter eras in mẽte. Actionũ tuarum imaginẽ: in grauissimis
& cõpositissimis uiris de ppinquo cernebã. ¶In. Q. Fabio Maximo placidũ accũcta-
bundũ tuũ ingeniũ admirabar. ¶In Furio Camillo maximi animi uigorẽ grauitatẽ:
atq; in omni fortuna cõstantiã. ¶In Appiis mirã scientiã atq; facundiã. ¶In Scipiõe
dexteritatẽ alacritatẽq; animi: & minime ĩanes cogitatiões ardua: & magna negotia
capessendi. ¶In. T. Quintio prouidẽtis ac mirifice casti pectoris tui monita salutaria.
In Papyrio celeritatẽ atq; indefessũ ad res gerẽdas robur. ¶In Valeriis popularitatẽ
placidã: modestãq;: ac nequaq̃ effluentẽ obsequelã. ¶Fidẽ uero in omnibus maximã
paremq; prudentiã. ¶Addebã religionẽ: & a gentilibus lõgissime abscedens: eam quidẽ
Christianã: atq; catholicã. ¶Vnũ apud Liuiũ reperiebã cui: ut maxĩo: q̃q̃ simillimus
es: omni tñ a pte nõ es idẽ. ¶Cato ille Cẽsorius: uir cõsummatus & sũmus: in quo uelut
in te hodie: hoc maximũ quondũ decus uirtutis fuit: ut quicqd ille ageret: natus ad id
tm̃ ẽẽ uideret̃: Cato ille inq̃ tãtus uir: amaro fuisse fert̃ ingenio: atq; ad lacerãdũ semp
exposito: cetera eius in te cognoscimus: nature uero amaritudinẽ: & carpẽdi ingeniũ:
nõ uidemus. Quin ĩmo: si quis q̃ ẽ: tu es maxime detractorum aduersarius. qppe qui es
ad benemerendũ de omnibus hominibus natus: atq;. S. d. n. institutis eruditus. ¶Tibi
igitur tali uiro ac tanto: p̃stet: gratiarũ dator Christus dñs: ut assidue magis pacem ac
gloriã Sacrosãcte Ecclesie uideas. Christiani populi de Paganorum feritate: & Hereti-
corum obstinata prauitate uictoriã. Sũmi nostri Pont. sospitatẽ. omniũ terre fructuũ
copiã. Celi temperiẽ. & aeris salubritatẽ. & ueluti ĩ sãctissimo dominici gregis felicissi-
moq; Pastore: tua studia: spẽq; omnẽ a natiuitate collocasti: ita tuarum quoq; actionũ
successu fortunato ille assidue magis in te quieturus recũbat. Vt cũ sũmus deus suo in
terris Vicario cũcta mẽtis trãquille optata tribuat: Tibi ille rerũ maximarum admi-
nistrationẽ secũdet: Tu nobis apud illũ omnia impetres: quibus aliq̃ cũ dignitate: uite
presentis necessitates: p studia honesta: honoratasq; actiones: transeamus. Vale.

ADuentus Eneæ in Italiam. & res ab eo gestæ. ¶ Ascanii regnũ Albe. & Siluii Eneæ: ac deinceps Siluioꝝ Regum: primo libro continentur. ¶ Numitoris filia a Marte compressa. Nati Romulus & Remus. ¶ Amulius obtruncatus. Vrbs a Romulo condita. ¶ Senatus lectus. Cum Sabinis bellatum. ¶ Opima spolia Ioui Feretrio lata. ¶ In Centurias populus diuisus. ¶ Fidenates & Veientes uicti. Romulus consecratus. ¶ Numa Pompilius ritus sacrorum tradidit. ¶ Iano templũ constituit: eiusq; portã pacatis omnibus circa populis primus clausit. ¶ Cũ dea Egeria sibi congressus nocturnos esse simulans: feroces Populi animos ad religionẽ perpulit. ¶ Ancus Martius cerimonias a Numa institutas renouauit. ¶ Latinis uictis & ad ciuitatem adscitis montem Auentinum assignauit. ¶ Politorum Vrbem Latinorũ bello repetitam: quam Prisci Latini occupauerant: diruit. ¶ Pontem sublitium in Tyberi fecit. ¶ Ianiculum collem Vrbi addidit. ¶ Fines imperii protulit. ¶ Ostiam condidit. ¶ Tullus Hostilius Albanos bello petiit. ¶ Post hæc Trigeminorũ pugna. ¶ Oratius absolutus. ¶ Metii Suffetii suppliciũ. ¶ Alba diruta. ¶ Albani ĩ ciuitatẽ recepti. ¶ Sabinis bellum indictum. ¶ Ad postremum fulmine absumptus est. ¶ Tarquinius Priscus in Anci amiciciam receptus: centum additis: Patrum numerum auxit. Latinos subegit. Cyrcum designauit. ¶ Ludos edidit. ¶ Sabinoꝝ bello petitus equitũ Centurias ãpliauit: Temptãde scientie causa: Accii Nauii Auguris cõsuluisse fertᷣ: an id de quo cogitaret: effici posset: quod cum ille fieri posse respõdisset: iussisse eum nouacula cotem ꝑcidere: idq; protinus factum. ¶ Sabinos ꝑterea acie uicit. ¶ Vrbem muro circũdedit. ¶ Cloacas fecit. ¶ Seruius Tullius natus ex captiua Corniculana: cui puero ĩ cunis posito caput arsisse traditum est. ¶ Veientes atq; etruscos prælio fudit. ¶ Censum primus omnium egit. ¶ Lustrum condidit. ¶ Classes Centuriasq; descripsit. ¶ Pomeriũ protulit. ¶ Colles Vrbi Quirinalem Viminalem Esquilinumq; adiecit. ¶ Templum Diane. cũ Latinis in Auentino fecit. L. Tarqnius Superbus occiso Seruio eius socero: ĩuasit Regnũ. Quo die scelerata Tullia per patris iacentis corpus carpentum egit. ¶ Armatos circa se ad custodiam corporis sui habuit. ¶ Turnum Herdonium fraude interemit. ¶ Bellũ cum Volscis gessit. & ex eorum preda templum Ioui in Capitolio fecit. ¶ Terminus & Iunentas nõ addixere: quoꝝ aræ moueri nõ potuerunt. ¶ Eius filii. Sex. Tarquinii dolo Gabios in potestatem suam redegit. ¶ Huius filiis Delphos profectis. & consulentibus quis eorum regnaturus esset Rome: dictum est eum regnaturũ qui primum matrem osculatus esset. Quod responsum cũ ipsi aliter interpretarentᷣ: Iunius Brutus qui cum iis profectus erat prolapsum se simulauit & terram osculatus est. idq; factum eius euentum rei cõprobauit. Nam cũ impotenter se gerendo Tarquinius Superbus omnes in odium suum adduxisset: ad ultimum propter expugnatam nocturna ui a Sex. filio eius Lucretie pudicitiã: que uocato patre ad se Tricipitino & uiro Collatino obtestata: ne ĩnulta mors eius eẽt: cultro se interemit. Bruti opa maxie expulsus est. cum regnasset annos uigintiquinq;. ¶ Tunc consules primũ creati sunt. L. Iunius Brutus: & L. Tarquinius Collatinus.

¶ EX LIBRO SECVNDO.

BRutus iureiurando Populum astrinxit: neminem regnare Rome passurum. Tarquinium Collatinum Collegam suum propter affinitatem Tarquiniorum suspectum: coegit Consulatu se abdicare: et ciuitate cedere. ¶ Bona regum diripi iussit. ¶ Agrum Marti consecrauit: qui Campus Martius nominatus est. ¶ Adolescẽtes nobiles in quibus suos quoq;: & fratris filios quia cõiurauerant de recipiendis Regibus

securi percussit. ¶ Seruo indici: cui Vindicius nomen fuit: libertatem dedit: ex cuius nomine uindicta est apellata. Cum aduersus reges: qui contractis Veientiũ & Tarquiniorum copiis bellum intulerant: exercitum duxisset: in aciem: cum Arunte filio superbi cõmortuus est: eumq; Matrone annum luxerunt. L. Valerius Consul legẽ de prouocatione ad Populum tulit. ¶ Capitolium dedicatum est. ¶ Prosena Rex. Clusinorum bello: pro Tarquiniis suscepto: cum ad Ianiculum uenisset: ne Tyberim transiret: uirtute Coclitis Oratii prohibitus est: qui dum alii põtem sublitiũ rescindũt: solus Etruscos sustinuit: & ponte rupto: armatus se in flumẽ misit: & ad suos tranauit. Alterum accessit uirtutis exemplum a Mutio: qui cum ad feriẽdum Prosenam castra hostium intrasset: occiso scriba: quem Regem esse putabat: comprehensus: impositam altaribus manũ: in quibus sacrificatum erat: exuri passus est. Dixitq; tales trecentos eẽ coniuratos in mortem ipsius Regis. Quorũ admiratione coactus Porsena pacis conditiones ferre: bellũ omisit. Acceptis obsidibus: ex quibus Virgo una Coclia deceptis custodibus per Tyberim ad suos tranauit: & cum reddita esset a Porsena honorifice remissa: equestriq; statua donata ẽ. ¶ Aduersus Tarquiniũ Superbum cũ Latinoꝝ exercitu bellum inferentem. A. Postumius Dictator prospere pugnauit apud lacum Regillum. Ap. Claudius ex Sabinis Romam transfugit. ob hoc Claudia tribus adiecta est. ¶ Numerus tribuũ ampliatus est. ut essent. xxi. ¶ Plebs cum ꝓpter nexos ob es alienũ in sacrum montẽ secessisset: cõsilio Menenii Agrippe: a seditione reuocata est. ¶ Idem Agrippa cum decessisset ꝓpter paupertatem publico impẽdio elatus. ¶ Tri. Pl. quinq; creati sunt. ¶ Oppidum Volscorum corioli captum est uirtute et opera Cn. Martii: qui ob hoc Coriolanus uocatus est. T. Latinus uir de plebe cum in uisu admonitus esset: ut de quibusdam religionibus: ad Senatum perferret: & neglexisset: amisso filio debilis factus: postq̃ delatus ad Senatum lectica: eadem illa indicauerat: usu pedum recepto: domũ reuersus est. ¶ Cum Cn. Martius Coriolanus: qui in exsiliũ pulsus dux Volscorum factus exercitum hostium Vrbi primo admouisset. & missi añ eum primum Legati: postea Sacerdotes: frustra deprecati essent: ne bellum patrie inferret: Veturia mater: & Volũnia uxor impetrauerunt ab eo: ut recederet. ¶ Lex agraria primum lata est. ¶ Spurius Cassius Consularis Regni crimine damnatus est: necatusq;. ¶ Ilia uirgo Vestalis ob incestum uiua defossa est. ¶ Cum uicini hostes Veientes incommodi magis: q̃ graues essent: familia Fabiorum id bellum gerendum depoposcit: Misitq; in id trecentos sex armatos: qui ad Cremeram ad unũ: ab hostibus cesi sunt uno impubere domi relicto. Ap. Claudius Consul cum aduersus Volscos contumacia exercitus male pugnatum esset: decimum quenq; militum fuste percussit. ¶ Res præterea aduersum Voscos & Hernicos & Veientes & seditiones inter patres plebemq; continet.

¶ EX LIBRO TERTIO.

SEditiones de Agrariis legibus facte. Capitoliũ ab exsulibus & seruis occupatũ: Cæsis iis receptũ est. ¶ Census bis actus est: Priore lustro censa sunt ciuiũ capita octoginta mlia. dcc. xiiii. preter orbos orbasq;. ¶ Sequenti. cxvii. milia. ccxlviii. ¶ Cũ aduersus Equos res male gesta esset. L. Quintius Cincinnatus: Dictator factus: cum rure intentus rustico operi esset: ad bellum gerendum accersitus est. Is uictos hostes subiugum misit. ¶ Tribunorum. Pl. numerus ampliatus est. ut essent decem. xxxvi. anno a p̃mis Tribunis. Pl. petitis ꝑ Legatos & allatis Atticis legibus: ad cõstruendas eas proponendasq; Decemuiri pro Consulibus. sine ullis aliis Magistratibus creati: nono & trecentesimo anno q̃ Roma condita erat. ¶ Et ut a regibus ad Consules ita a Consulibus ad Decemuiros translatum Imperium. ¶ Ii decem tabulis legum positis

cum modeste se in honore gessissent: & ob id in alterum quoq; annum eundem esse Magistratum placuisset: cum complura impotenter fecissent: Magistratum noluerūt deponere. & in tertium annum detinuerunt: donec inuito eorum Imperio: finem attulit libido: Ap. Claudii: qui cum in amorem Virginis incidisset: summisso: qui eam in seruitutem peteret: necessitatē patri eius Virginio imposuit: rapto ex taberna ꝓxima cultro: ut filiam interimeret: cum aliter eam tueri non posset: ne in potestatē stuprū illaturi ueniret. Hoc tam magne luxurie exemplo Plebs incitata montem Auentinū occupauit: Coegitq; Decemuiros abdicare se Magistratu. ex quibus Appius & unus collegarum qui præcipue poenam meruerant in carcerem coniecti. Cæteri in exsiliū acti. ¶ Res preterea cōtra Sabinos & Volscos ꝓspere gestas cōtinet: & parū honestū Populi. Ro. iudicium: qui iudex inter Ardeates & Aricinos sumptus: agrum de quo ambigebatur sibi adiudicauit.

¶ EX LIBRO QVARTO.

Lex de cōnubio Patrum & Plebis contentione magna Patribus repugnātibus: perlata est a. Tri. Pl. ¶ Aliquot annis res Populi Romani domi militiæq; per hoc genus Magistratus administrate sunt. ¶ Item Censores: tunc primum creati sunt. Ager Ardeatinus Romani Po. iudicio ablatus: missis in eū Colonis restitutus est. ¶ Cū fame Populus Ro. laboratet. Sp. Melius æques Romanus frumentum populo sua impensa largitus est: & ob id factum conciliata sibi Plebe Regnum affectans. A. C. Seruilio. Hala Magistro Equitū iussu. Q. Cincinati Dictatoris occisus est. T. Minutius index: boue aurata donatus est. ¶ Legatis Romanis a Fidenatibus occisis q̄m ob Rem Pu. occubuuerant: statue in rostris posite sunt. ¶ Cornelius Cossus Tribunus Militū: occiso Volumnio rege Veientiū: Opima spolia secūda retulit. M. Emilius Dictator Censure honore: qui antea per quinquenniū gerebatur: āni & sex mensiū spatio finito: ob eam rem a Censoribus notatus est. ¶ Fidene in potestatem redactæ. eoq; coloni missi sūt: Quibus occisis: Fidenates cum defecissent a Populo Ro. A. M. Emilio Dictatore uicti sunt: & Fidene captæ. ¶ Coniuratio seruorum oppressa est. Postumius Tribunus Militū: ꝓpter ceudelitatem: ab exercitu occisus est. Stipendiū ex ærario tum primum militibus datum est. ¶ Res preterea gestas aduersum Volscos: Fidenates & Faliscos: continet.

¶ EX LIBRO QVINTO.

In obsidione Veiorum tabernacula militibus facta sunt. Ea res cū esset noua: indignationem Tribunorū Pl. mouit querentium nō dari plebi: nec per hyemē militiæ requiem. ¶ Equites tum primum equis suis merere coeperūt. ¶ Cum inundatio in lacu Albano facta esset: Vates q eam rem interpretaretur: ab hostibus captus est. Furius Camillus Dictator decē annos obsessos Veios cepit. ¶ Simulacrum Romam trāstulit: decimam partē prede Delphos Apollini misit. ¶ Idem Tribunus militū: cum Faliscos obsideret ꝓditos hostiū filios parentibus remisit. ¶ Statimq; deditione facta Faliscorum uictoriam iusticia consequutus est. ¶ Cum alter ex censoribus Emilius decessisset: In locū eius. M. Cornelius suffectus ē: nec id postea factum est: quoniam eo lustro a Gallis Roma capta ē. ¶ Furius Camillus cū ei dicsa. L. Apultio. Tri. Pl. dicta esset: in exsilium abiit. ¶ Cum Senones Galli Clusium obsiderent: & Legati a Senatu missi ad componendū inter eos & Clusinos pacem: pugnantes cōtra Gallos in acie Clusinorū stetissent. Hoc facto eorū concitati Senones: urbem infesto exercitu petierunt: fusisq; ad Alliam flumen Romanis: cepere urbem: preter Copitoliū: in quod se iuuenes contulerant. Maiores natu cum insignibus honorum: quos quisq; gesserat: in uestibulis edium sedentes occiderunt: & quū per auersam partem Capitolii: iam in summum euasissent: proditi clangore anserū. M. Manlii præcipue opera deiecti sūt.

Coactis deinde propter famem Romanis despondere: ut mille pondo auri darent: & hoc precio finem obsidionis emerent: Furius Camillus Dictator absens creatus: inter pendendum aurum: cum exercitu uenit. & Gallos post sextũ mensem urbe expulit: ceciditq;. ¶ Dictum est ad Veios migrandum esse. propter incensam & dirutã urbem. Quod concilium Camillo autore discussum est. Mouit populum uocis quoq; omen ex cẽturione audite: qui cum in forum uenisset: manipularis suis dixerat. Sta miles: hic optime manebimus. ¶ Edes Ioui Capitolino facta: quo loco ante urbem captam uox audita erat: aduentare Gallos.

¶ EX LIBRO SEXTO.

Res aduersus Equos: & Volscos: & Prenestinos ꝓspere gestas continet. ¶ Quatuor tribus addite sũt. Stellatina. Sabbatina. Promentina. Armensis. M. Mãlius qui Capitolium a Gallis defenderat: cum obstrictos ære alieno liberaret: nexos exolueret: crimine affectati regni damnatus: de saxo deiectus est. In cuius notã Senatus Consultũ factũ est. ne cui de Manlia gente Marco cognomẽ esset. C. Licinius et. L. Sestius Tri. Pl. legem ꝓmulgarunt: ut Consules etiã ex Plebe fierent: qui ex patribus creabantur. ¶ Eam legem cum magna contentione: repugnantibus Patribus: cum idem Tri. Pl. per quinquennium soli magistratus fuissent: pertulerunt. ¶ Et primus omnium ex plebe consul. L. Sestius creatus est. ¶ Lata est altera lex: ne cuiq̃m plus quingentis iugeribus agri liceret possidere.

¶ EX LIBRO SEPTIMO.

Duo noui Magistratus adiecti sunt. ¶ Præterea & Edilitas Curulis. ¶ Pestilentia ciuitas laborauit: eamq; insignem fecit mors Furii Camilli cuius remedium et finis cum per nouas religiones quereretur: Ludi Scenici tunc primum facti. sunt. ¶ Cũ dies. L. Manlio dicta esset a. M. Pompeio Tri. Pl. propter delectum acerbe factum: & ob. T. Manlium filium relegatum sine ullo crimine: Adolescens ipse cuius relegatio patri obiiciebatur: uenit in cubiculum Tribuni: strictoq; gladio coegit eũ in uerba sua iurare: non per seueraturum se in accusatione. tunc omnia preciosa omissa sũt. In patentem uoraginem urbis rome. Curtius armatus equo se precipitauit. eaq; expleta ẽ. ¶ Manlius adolescens qui patrem a tribunitia uexatione liberauerat contra Gallum prouocantem aliquem ex militibus Romanis in singulare certamen: descendit: eiq; occiso torquẽ aureũ detraxit: quẽ ipse postea tulit: & ex eo Torquatus ẽ nũcupatus. Due tribus addite Pomponiana & Publicia. ¶ Licinius Stolo lege ab ipso lata damnatus est. quod plus quingentorũ iugerum agri possideret. M. Valerius Tribunus Militum: Gallũ ab quo prouocatus erat: insidẽte galea coruo: & unguibus rostroq; infestante hostem: interemit: & ex eo Coruini nomen accepit. ¶ Consulq; proximo anno creatus est ob uirtutem: cum uicesimum tertium haberet annum. ¶ Amicicia cũ Carthaginensibus iuncta. ¶ Campani cum urgerentur a Samnitibus bello: auxilio aduersus eos a Senatu petito: cũ id non impetrarent: urbem atq; agros Populo. Ro. dediderunt: Ob quã causam ea: que Populi Ro. facta essent: defendi bello aduersus Samnites placuit. ¶ Cum ab. A. Cornelio Consule exercitus in iniquũ locũ deductus in magno discrimine esset. D. Murene Tribuni Militum opera seruatus est: qui occupato colle super id iugum in quo Samnites sederant: occasionẽ Consuli in equiorẽ locum euadendi dedit. ipse ab hostibus circũsessus erupit. ¶ Milites Ro. qui Capue in presidio erant relicti: cũ de ea occupanda urbe cõspirassent & detecto consilio metu supplicii a Po. Ro. defecissent. per. M. Valeriũ Coruinum Dictatorem qui consilio suo eos a furore reuocauerat: patrie restitute sunt. Res preterea contra Hernicos & Gallos: & Tiburtes & Priuernates & Tarquinienses. & Samnites & Volscos: prospere gestas continet.

¶ EX LIBRO OCTAVO.

LAtini cū Campanis defecerunt. & missis Legatis ad Senatū conditionē tulerūt:
ut si pacem habere uellēt: alterū ex Latinis Consulem facerent. Qua legatione
perlata Pretor eorum Aruns de Capitolio ita prolapsus est: ut examinaretur. T.
Manlius Cōsul filium eius: qꝛ contra edictū pugnauerat aduersum Latinos: quāuis
prospere pugnasset: securi percussit. ¶ Laborantibus Ro. P. Decius tunc cū Manlio
deuouit se pro exercitu. & cōcitato equo cū in medios hostes se intulisset interfectus.
Morte sua Romanis uictoriā restituit. ¶ Latini in deditionē uenerunt. T. Mālio
in urbem reuerso: nemo ex iuuentute obuiam processit. ¶ Minutia uirgo Vestalis
incesti damnata est. ¶ Ausonibus uictis in oppidum Cales Colonia deducta est. ¶ Item
Fregelle colonia deducte sunt. ¶ Veneficium q̃plurium Matronarū comprehensū.
Quarū plurime statim epotis medicaminibus perierunt. lex de ueneficio tunc primū
constituta est. ¶ Priuernatibus cum rebellassent: uictis ciuitas data est. ¶ Neapolitani
uicti bello & obsidione: in deditionem uenerunt. ¶ Quintio Publio qui eos obsederat:
primum imperium prolatum. & per Consules ei decretus Triumphus. ¶ Plebs nexu
liberata est: ꝓpter. L. Papyrii creditoris libidinem: qui. C. Publio creditori suo stuprū
inferre uoluerat. ¶ Cum. L. Papyrius Dictator reuersus in urbem ab exercitu esset:
propter auspicia repetenda. ¶ Quintius Fabius Magister equitum occasione rei be-
negerende inuitatus contra edictum eius preliatus est: qui prospere aduersus Sānites
pugnauit. ob eam causam cum Dictator de Magistro equitum suppliciū sumpturus
uideret: Fabius Romam ꝓfugit. & cū causa parū ꝓficeret: populi ꝑcibus donatus ē.
Res preterea cōtra Samnites ꝓspere gestas cōtinet. ¶ EX LIBRO NONO.

Veturius & Sp. Postumius: apud Caudinas Furculas: deducto in locū iniquū
exercitu: cū nulla spes euadendi esset: federe cū Samnitibus facto: & sexcentis
equitibus Romanis obsidibus datis: ita exercitum abduxerunt ut omnes sub iugum
mitterentur: Idemq; Autore Sp. Postumio Consule qui in Senatu suaserat: ut eorū
deditioni quorum culpa tam deforme fedus ictum erat: publica fides liberaretur cum
duobus Tri. Pl. & omnibus qui per fedus spoponderant dediti Samnitibus: non sunt
recepti. Nec etiam multo postea fusis a Papyrio Cursore Samnitibus: & sub iugum
missis: receptisq; sexcentis eqtibus Romanis: qui obsides dati erant: pudor ꝑoris flagitii
abolitus ē. ¶ Tribus due adiecte sūt. Ofentina & Faleria. ¶ Suessa & Pontia Colonie
deducte sunt. Ap. Claudius Censor aquam perduxit: uiam strauit: quæ Appia uo-
cata est. ¶ Libertinorum filios in Senatum legit. Ideoq; quoniam is ordo uidebatur
inquinatus indignis: sequentis anni Censores in Senatu legendo obseruauerūt: quēad-
modum ante per proximos Censores obseruatū fuerat. ¶ Res preterea cōtra Apulos:
Etruscos: Vmbros: Marsos: Pelignos: Equos: & Samnites: quibus fedus erat restitutū:
prospere gestas continet. ¶ Flauius Scriba libertino patre natus Edilis Curulis fuit ꝑ
forensem factionem creatus. que cum Comitia & Campum turbaret & in iis propter
nimias uires dominaretur a. Q. Fabio Censore in quattuor Tribus redacta est. eaq;
res Fabio Maximo nomen dedit. ¶ In hoc libro mensionem habet Alexandri: qui
temporibus his fuit: & estimatis Po. Ro. uiribus: que tunc erant: colligitur: Si Alex-
ander in Italiam traiecisset: non tam facilē ei uictoriā de Populo Ro. fore: q̃ de iis
gentibus: quas ad orientē imperio suo subiecerat. ¶ EX LIBRO DECIMO.

COlonie deducte sunt. Sora & Alba. Carseoli. Marsi in deditionem accepti sūt.
Collegium Augurum ampliatum est: ut essent nouem cum antea quaterni fu-
issent. ¶ Lex de prouocatione ad populum a Murena Consule tunc primū lata est.
Due tribus adiecte sunt: Armeñ & Terentina. ¶ Sānitibus bellū indictū & aduersus

eos ꝓspere pugnatū est. Cum aduersus Etruscos. Vmbros. Samnites Gallos. P. Decio & . Q. Fabio Ducibus pugnaretur: Romanusq; exercitus in maximo esset discrimine . P. Decius sequutus exemplum patris: deuouit se pro exercitu: & morte sua uictoriā eius pugne Populo Ro. dedit. ¶ Papyrius cursor Samnitium exercitum: qui iureiu/rando astrictus suo: quo maiore cōstantia uirtutis in aciē descēderet: fudit. ¶ Census actus est. ¶ Lustrum conditum: Censa sunt ciuium capita. ducenta septuaginta duo milia & trecenta uiginti.

¶ EX LIBRO VNDECIMO.

CVm Fabius Gurges Cons. male aduersum Samnites pugnasset: & Senatus de remouendo eo ab exercitu ageret: Fabius Maximus pater deprecatus: hanc filii ignominiam: eo maxime: Senatū mouit: q iturum se filio Legatū pollicitus ē. Idq; prestitit atq; eius Consiliis: & opera: filius Consul adiutus: cesis Samnitibus triūphauit . C. Pontium Imperatorem Samnitiū ductum: in Triumpho securi percussit. ¶ Cum ciuitas pestilentia laboraret: missis legatis: ut Esculapii signū Romam ab Epidauro transferrent: anguem: qui se in nauem eorum contulerat: in quo ipsum Numen esse constabat: deportauere. Eoq; in insulam Tyberis egresso: eodē loco sedes Esculapii constituta est: L. Postumius Consularis quoniā cum exercitui presset: opera militum in agro suo usus esset: damnatus est. ¶ Samnitibus pacem petententibus fedus quarto renouatū est. ¶ Curius Dentatus Cōsul: Samnitibus cesis & Sabinis: qui rebellauerāt: uictis: & in deditionem acceptis: bis in eodem magistratu triumphauit. ¶ Colonie de/ducte sunt. Castrum. Sena. Hadria. ¶ Triumuiri Capitales tunc primum creati sūt. Census actus est. Lustrum conditum. Censa sunt ciuium capita. cclxxii. ¶ Plebs ꝓpter es alienum & graues & longas seditiones: ad ultimum secessit in Ianiculū: unde a. Q. Hortensio Dictatore deducta est. Isq; in ipso Magistratu decessit. ¶ Res prærerea contra Volscinienses gestas continet. Item aduersus Lucanos contra quo auxilium tyrrhenis ferre placuerat.

¶ EX LIBRO DVODECIMO.

CVm Legati Romanoꝝ a Gallis Senonibus interfecti essēt: bello ob id Gallis indicto. L. Cecilius Pretor cum legionibus ab iis cesus est. ¶ Cum a Tarentinis: classis Romana direpta eēt: Duce qui preerat classi: occiso: Legati ad eos a Senatu: ut de iis iniuriis quererentur: missi: pulsati sunt: ob id bellum iis indictum est. ¶ Samnites defecerūt. aduersus eos: & Lucanos & Brutios & Etruscos aliquot preliis a cōpluribus ducibus bene pugnatum est. ¶ Pyrrhus Epirotarum Rex: ut auxilium ferret Ta/rentinis: in Italiā uenit. ¶ Cū in presidiū Reginoꝝ legio Cāpana cū prefecto Decio. Iubelio missa esset: occisis Reginis: Regiū occupauit.

¶ EX LIBRO .XIII.

VAlerius Leuinus Consul parum prospere aduersus Pyrrhum pugnauit: elephā/torum maxime inusitata facie territis militibus. ¶ Post id prelium: cum corpora Romanoꝝ qui in acie ceciderant: Pyrrhus inspiceret: omnia uersa in hostē inuenit. populabundusq; ad urbem Romam processit. C. Fabricius missus ad eum: ut de re/dimendis captiuis ageret: frustra ut patriam desereret: a Rege temptatus ē. ¶ Captiui sine ꝓcio remissi sūt. Cyneas Legatus a Pyrrho ad Senatū missus: petiit: ut cōponēde pacis causa Rex in urbe reciperetur. de qua re cum ad frequentiorem Senatū referri placuisset: Ap. Claudius qui propter inualitudinem oculorū iam diu a Consiliis Pub. abstinuerat: uenit in curiam: & sententia sua tenuit: ut id Pyrrho negaretur. P. Do/mitius Censor primus ex plebe lustrum condidit. Censa sunt ciuium capita. cclxxviii. milia. ccxxii. ¶ Iterū aduersus Pyrrhū dubio euentu pugnatū est. ¶ Cum Carthagi/nensibus quarto fedus renouatū est. ¶ Cum. C. Fabritio Consuli: is qui ad eū a Pyrrho transfugerat: polliceretur se regi uenenum daturum: cum inditio ad regem remissus ē.

Res pterea contra Etruscos: Lucanos: & Brutios & Samnites pspere gestas continet.

¶EX LIBRO .XIIII.

PYrrhus in Siciliam traiecit: cum inter alia prodigia fulmine deiectum esset in Capitolio Iouis signum: caput eius per Aruspices inuentum est. ¶Curius dētatus cum delectum haberet: eius qui citatus non responderat: bona uendidit. Pyrrhū iterū ex Sicilia in Italiā reuersum: uicit. & Italia expulit. ¶Fabricius Censor. P. Corneliū Ruffinū Consularē senatu mouit: quod decē argenti pondo facti haberet. Lustro a Censoribus condito. Censa sunt capita ciuium. cclxxi. milia. ccxxiiii. Cū Ptolemeo Egypti Rege societas iuncta est. ¶Sextilia uirgo Vestalis damnata incesti: uiua de fossa ē. ¶Colonie deducte sunt Possidonia: & Consa. ¶Carthaginēsium classis auxilio Mamertinis uenit. Quo facto ab his fedus uiolatū est. Res preterea cōtra Lucanos: Sānites & Brutios feliciter gestas: & Pyrrhi mortē: cōtinet.

¶EX LIBRO .XV.

VIctus Tarentinis pax: & libertas data est. ¶Legio Campana que Regium occupauerat: obsessa: deditione facta: securi pcussa ē. ¶Cū Legatos Apolloniatiū ad Senatū missos quidam iuuenes pulsassent: dediti sunt Apolloniatibus. ¶Picentibus uictis pax data. Colonie deducte: Ariminū in Piceno. Beneuentū in Samnio. ¶Tunc primum Po. Ro. argento uti cepit. ¶Vmbri & Saleni uicti in deditionem accepti sunt. ¶Questorum numerus ampliatus est.

¶EX LIBRO .XVI.

ORigo Carthaginensium & primordia urbis referuntur. cōtra quos & Hieronē Regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendū censuit Senatus. ¶Cū de ea re inter suadentes: ut id fieret: dissuadentesq; contentio fuisset: transgressis tum primum mare equitibus Romanis aduersus Hieronem sepius bene pugnatū. petenti pax data est. ¶Lustrum a Censoribus conditum. Censa sunt ciuium capita. ccclxxii. milia. ccxxiiii. D. Iunius Brutus munus gladiatoriū in honorem defuncti patris edidit primus. ¶Colonia esernia deducta est. ¶Res preterea cōtra Poenos & Volscos pspere gestas continet.

¶EX LIBRO .XVII.

GN. Cornelius Cons. a classe Punica circūuentus: & per fraudem ueluti in colloquium euocatus. captus est. Cn. Duilius Consul aduersus classem penorꝫ pspere pugnauit: primusq; omnium Romanorū Ducum naualis uictorie duxit triumphū. ob quā causam ei perpetuus honos habitus est: ut reuertēti a cena tibicenes canerēt: & funale preferretur. L. Cornelius Consul in Sardinia contra Sardos & Corsos: & Hannonem Pænorum ducem feliciter pugnauit. ¶Attilius Calatinus consul cum in locum iniquum a Pænis circunsessum temere duxisset exercitum. M. Calfurnii Tri. Militum uirtute & opera euasit. Qui cum trecentis militibus eruptione facta: hostes in se conuertit. ¶Annibal Dux Pænorum uicta classe cui prefuerat: a militibus suis in crucem sublatus est. Attilius Regulus Consul uictis nauali prelio Penis: in Africā traiecit.

¶EX LIBRO .XVIII.

ATtilius Regulus in Africa serpentem portentuose magnitudinis cum maxima militum clade occidit. & cum aliquot preliis aduersum Carthagineñ pugnasset: successorq; a Senatu prospere bellum gerenti non mitteretur: idipsum per litteras ad Senatum missas cōquestus est. In quibus inter causas petendi successoris: q agellus eius a mercennariis diuastaretur. ¶Querente deinde fortuna ut magnum utriusq; casus exemplum in Regulo proderetur: accersito a Carthaginensibus Xanthippo Lacedemoniorꝫ Duce: uictus prelio & captus ē. ¶Res deinde a ducibus Romanis omnibus terra mariq; prospere gestas: deformauere naufragia classium. T. Coruncanus primus ex Plebe Pontifex Maximus creatus ē. M. Sēpronius Scopus: Valerius Maximus

Censores cum Senatum legerent. xiii. Senatu mouerunt. Lustrum condiderunt quo.
Censa sunt ciuium capita. cccxvii. milia. ccxcvii. Regulus missus a Carthagineſibus
ad Senatum: ut de pace: & si eam minime impetraret: de captiuis cōmutandis ageret:
iureiurando astrictus ē: rediturū se Carthaginem si cōmutari captiuos nō placuisset.
Vtrunq; negandi autor Senatui fuit: & cum fide custodita reuersus esset. Supplicio
a Carthaginensibus de eo sumpto periit.

EX LIBRO .XVIIII.

CEcilius Metellus: rebus aduersus Pænos prospere gestis: Speciocissimū egit Triū/
phū. xiii. ducibus hostiū & . cxx. elephātis in eo ductis. Claudius Pulcher Con.
qui cōtra auspicia ꝑfectus iussit immergi pullos: q cibari nolebāt: infeliciter aduersus
Carthaginēses classe pugnauit. & reuocatus a Senatu iussusq; Dictatorem dicere. C.
Glauciā dixit sortis ultime hominē: qui coactus abdicare se magistratu: postea ludos
pretextatus spectauit. Attilius Calatinus primus Dictator extra Italiam exercitū
duxit. Cum Pænis captiuorum cōmutatio facta est. Colonie deducte sunt Fre/
gelle: in agro Salentino Brundusium. Lustrum a Censoribus conditum est. Censa
sunt ciuiū capita. ccli. milia. ccxxii. Claudia soror. P. Claudii qui cōtemptis auspiciis
male pugnauerat: a ludis diuertens: cum turba premeretur dixit. Vtinā frater meus
uiueret: iterumq; classem duceret. ob eam causam mulctata est. Duo Pretores tum
primum creati sunt. Cecilius: Metellus Pontifex maximus. A. Postumiū Consulē.
quoniā idem & flamen martialis erat: cum ille ad bellum gerendum proficissi uelet: in
urbe tenuit: nec passus est a sacris recedere. Rebus aduersus Pænos pluribus ducibus
gestis summam uictorie. C. Luctatius Cons. uicta ad Egades insulas classe: Pænorū
finem bello imposuit. petentibus Carthaginensibus pax data est. Cum tēplum ueste
arderet. Cecilius Metellus Pontifex Maximus ex incendio sacra rapuit. Due tribus
adiecte sunt: Velina & Esquilina. Falisci cum rebellassent: sexto die domiti in dedi/
tionem uenerunt.

EX LBRO .XX.

Poletum Colonia deducta est. Aduersum Ligures tunc primum exercitus
promotus est. Sardi & Corsi cū rebellassent: subacti sunt. Tucia uirgo Ves/
talis incesti damnata est. Bellum Illyricis propter unum ex Legatis: qui ad eos missi
erant: occisum: indictum est: subactiq; in deditionem uenerunt. Pretorum numerus
ampliatus est. ut essent quattuor. Galli Transalpini: qui ĩ Italiam eruperant cesi sūt.
Eo bello Populus Ro. sotiorum latiniq; nominis: trecenta milia armatorū habuisse
dicitur. Exercitibus Romanis tum primū trans Padū ductis: Galli Insubres aliquot
preliis in deditionē uenerunt. M. Claudius Marcellus cōsul occiso Insubriū Gallorꝫ
Duce Viridomaro: opima spolia retulit. Histri subacti sunt. Iterum Illyrici cum
rebellassēt: domiti: in deditionē uenerunt. Lustrū a Censoribus conditū est. Ex quo
censa sunt ciuium capita. cclxx. milia. Libertini in quattuor Tribus redacti sunt: cū
antea dispersi fuissent. Esquilinā. Palatinā. Suburranā: Collinam.
Muniuit: & Cyrcum Flaminium extruxit. Colonie deducte sunt in agro a Gallis
capto. Placentia & Cremona.

EX LIBRO .XXI.

IN Italiam belli Punici secundi acta narrantur. Et Annibalis Pænorꝫ Ducis
cōtra fedus per Hiberū amnem transitus: a quo Saguntus sotiorum Po. Ro.
ciuitas octauo mense capta est. De quibus iniuriis missi Legati ad Carthaginenses:
qui quererentur: & cum satisfacere nollent: bellum iis indictum est. Annibal supato
Pyreneo saltu: per Gallias fusis: qui obsistere ei conati erant: ad Alpes uenit. & labo/
rioso per eas transitu cum montanos quoq; Gallos obuios aliquot preliis repulisset:
descendit in Italiam. Et ad ticinum amnem. Romanos equestri prelio fudit. In quo

uulneratū. P. Corneliū Scipionē: protexit filius: qui Africani postea nomē accepit. Iterumq; exercitu romano ad flumē Trebiam fuso: Annibal Appenninū p maximā militum uexationem propter uim tempestatum: transiit. ¶ Cn. Cornelius Scipio in Hispania contra Pœnos prospere pugnauit. duce hostium Magone capto.

¶ EX LIBRO .XXII.

ANnibal per continuas uigilias in paludibus oculo amisso uenit in Etruriam. p quas paludes quatriduo: & tribus noctibus sine ulla requie iter fecit. C. Flaminius Consul homo temerarius: cōtra auspicia profectus: signis militaribus effossis: que tolli non poterant: & ab equo quem conscenderat per caput deuolutus: insidiis ab Annibale circunuentus ad Transimenum lacum cum exercitu cesus est. ¶ Sex milia que eruperant: fide ab Maharbale data: perfidia Annibalis uincta sunt. ¶ Cum ad nuntium cladis Rome luctus esset: due matres insperato receptis filiis: gaudio mortue sunt. Ob hanc cladē ex Sibyllinis libris Ver sacrum uotū. ¶ Cum deinde. Q. Fabius Maximus Dictator aduersus Annibalē missus: nollet acie cū eo confligere: ne contra ferocem tot uictoriis hostem aduersis preliis militem pugnæ cō mitteret: & opponēdo se tantūmodo conatus Annibalis impediret. M. Minutius Magister equitum ferox & temerarius: criminando Dictatorem tanq̄ timidum & segnē: effecit: ut Populi iussu ei Imperium cum dictatore equaretur. Diuisoq; exercitu: cū i iniquū locum conflixisset: & in maximo discrimine legiones eius essent: Superueniēte cum exercitu Fabio Maximo ex discrimine liberatus est. Quo beneficio uictus: castra cum eo iunxit: & patrem eum salutauit. Idemq; milites facere cōmilitonibus iussit. ¶ Annibal uastata Campania inter Casilinum oppidū: & Calliculam montem a Fabio clusus: sarmentis ad cornua boum alligatis: & incensis presidiū Romanoꝝ: quod Calliculam insidebat: fugauit. & sic transgressus est saltum. ¶ Idemq; Fabii Maximi Dictatoris: cum circūposita ureret: agro pepercat ut illum tanq̄ proditorem suspectum faceret. ¶ Emilio deinde Paulo: & Terentio Varrone Consulibus: & Ducibus: cum maxima clade aduersus Annibalem ad Cānas pugnatum est. Cesaq; eo prelio Romanorū quadraginta quinq; milia: cum Paulo Consule: & Senatoribus nonaginta. Consularibus: atq; Pretoriis: aut Edilicis triginta. ¶ Post quā cladem cum a nobilibus adolescētibus propter desperationem: consilium de relinquēda Italia iniretur. P. Cornelius Scipio Tribunus militū qui postea Africanus nūcupatus est: stricto sup capita deliberantiū ferro iurauit: pro hoste se habiturum eum: qui in uerba sua non iurasset. effecitq; ut omnes minime relictum iri a se Italiam iureiurando astringerentur. ¶ Propter paucitatem uero militum seruorum octo milia armata sunt. ¶ Captiui cum potestas esset redimendi: redempti non sunt. ¶ Preterea trepidationem Vrbis: & luctū. & res in Hispania meliore euentu gestas: continet. ¶ Oppia & Florentia Vestales uirgines: incesti damnate sunt. Varroni obuiam itum est: & gratie acte ꝙ de Re. P. non desperasset.

¶ EX LIBRO .XXIII.

CAmpani ad Annibalē defecere. ¶ Nuntius cānensis uictorie. Mago Carthaginē missus annulos aureos adigitis occisorū Romanoꝝ detractos in uestibulo Curie fudit: quos excessisse modii mensuram traditur. Post quem quidem nuntium Hanno ex Pœnis uir nobilissimus suadebat Senatui Carthaginensium: ut pacem a Po. Ro. peterent: nec tenuit obstrepente Barchina factione. ¶ Claudius Marcellus Pretor ad Nolam eruptione aduersus Annibalem ex oppido facta: ꝓspere pugnauit. ¶ Casilinū a Pœnis obsessum: ita fame uexatum est: ut lora: & pelles scutis detractas: item mures esset: & nucibus per uulturnū amnē a Romanis missis uixerūt. ¶ Senatus ex equestri

ordine hominibus centum nonaginta septem suppletus est. L. Postumius Pretor a Gallis: cũ exercitu cesus est. Cn. &. P. Sciopiones in Hispania Hasdrubalem uicerũt: & Hispaniam suam fecerunt. ¶ Reliquie Cannensis exercitus in Siciliam relegatae sunt: ne recederent inde: nisi finito bello ¶ Sempronius Gracchus Consul Campanos cecidit ¶ Claudius Marcellus Pretor Annibalis exercitum ad Nolam prelio fudit: & uicit. primusq; omniũ tot cladibus fessis Romanis meliorem spem belli dedit. ¶ Inter Philippum Macedonum Regem & Annibalem societas iuncta est. ¶ Praeterea in Hispania feliciter a Publio & Mãlio Pretoribus aduersus Penos res gestas continet. a qbus Hasdrubal Dux: & Mago & Hanno capti ¶ Exercitus Annibalis p hyberna Capue ita luxuriatus est: ut corporum uiribus atq; animorum eneruaretur.

¶ EX LBRO .XXIIII.

Hieronymus Syracusanorũ Rex: cuius pater Hiero. amicus Populi Ro. fuerat ad Carthaginenses defecit. & ꝑpter crudelitatem superbiamq;: a suis interfectus est. T. Sempronius Gracchus Procon. prospere aduersus Penos & Annibalẽ Ducẽ ad Beneuentum pugnauit. seruoꝝ maxime opera: quos liberos esse iussit ¶ Claudius Marcellus Consul in Sicilia que prope tota ad Paenos defecerat: Syracusas obsedit. Philippo Macedonũ Regi bellum indictum est. qui ad Apolloniam nocturno ꝑlio oppressus: fugatusq; in Macedoniam cum prope inermi exercitu ꝑfugit ¶ Ad id bellũ gerendum: Valerius Pretor missus est ¶ Celtiberi quoq; in amiciciã recepti sũt. quoꝝ auxilius accitis tunc primum mercẽnarium militem Romana castra habuerũt ¶ Res preterea in Hispania a. P. &. Cn. Scipionibus aduersus Carthaginẽses gestas cõtinet. Syphax rex Numidarum in amiciciam adscitus contra Masanissam Regem massi- liorum pro Carthaginẽsibus pugnans uictus: in Hispaniã ad Scipionem cũ maxima manu transiit contra Gades: ubi angusto freto Africa & Hispania dirimuntur.

¶ EX LIBRO .XXV.

P. Cornelius Scipio postea Africanus ante legittimos annos Edilis factus est. Annibal urbem Tarentum preter arcem per Tarentinos iuuenes: qui se noctu uenatũ ire simulauerãt: cepit. Ludi Apollinares ex Martiis carminibus: qbus Cãnensis clades ꝑdicta fuerat: instituti sũt. A. Q. Fuluio & a. P. Claudio Consulibus aduersus Hannonem Paenorum Ducem prospere pugnatum est. T. Sempronius Gracchus Proconsul: ab hospite suo Lucano in insidias ductus: a Magone interemptus est. Centenius Penula qui Centurio militauerat: cum petisset a Senatu ut sibi exercitus daretur: pollicitusq; esset: si hoc impetrasset: de Annibale uictoriam: octo milibus ac- ceptis: militum Dux factus: conflixit acie cum Annibale: qui cum exercitu eũ cecidit. Capua obsessa est a. Q. Fuluio & a. P. Claudio Consulibus. Cn. Fuluius Praetor male aduersus Annibalem pugnauit. In quo prelio hominũ uiginti milia ceciderũt. ipse cum equitibus ducentis effugit ¶ Claudius Marcellus Syracusas expugnauit anno tertio. & ingentem se uirum gessit ¶ In eo tumultu urbis captae Archimedes intentus formis: q̃s in puluere descripserat: interfectus est. P. &. Cn. Sciopiones in Hispania tot tantarũq; rerũ feliciter gestarũ tristem exitũ tulerunt: prope cũ totis exercitibus cesi: anno octauo q̃ in Hispaniã ierãt ¶ Amissaq; eius prouintie possessio foret: nisi. L. Martii eqtis Romani uirtute: & ĩdustria: cõtractis exercituũ reliquiis: eiusdẽ hortatu bina castra hostiũ expugnata essent. Ad uiginti septẽ milia cesa ex mille ottingentis: preda ingens capta. Dux Martius appellatus est. ¶ EX LIBRO .XXVI.

Annibal ad tertium ab urbe Roma lapidem super: Anienem castra posuit. Ipse uero cum duobus milibus equitum usq; ad portam Capenam: ut urbis situm

exploraret: obequitauit. & cum per triduū in aciē utrinq; exercitus omnis descēdisset: certamen tempestas diremit. Nam cū in castra redussent: statim serenitas erat. ¶ Capua capta est a. Q. Fuluio & Ap. Claudio Consulibus. ¶ Principes campani ueneno sibi consciuerunt mortem. ¶ Cum Senatus Campanoꝝ deligatus esset ad palos: ut securi feriret: litteras a Senatu missas. Q. Fuluius Consul: quibus iubebatur parcere: anteq̄ legeret: in sinu posuit: & lege agi iussit: & supplicium peregit. ¶ Cum in Comitiis apud populum quereretur: cui mandaretur Hispaniarum Imperium: nullo id uolente suscipere. P. Scipio. P. F. qui in Hispania ceciderat: professus est se iturū: & suffragio populi: consensuq; omniū missus: nouam Carthaginē uno die expugnauit: cū ageret uicesimum quartum annum: uidereturq; diuina stirpe creatus. Quoniā & ipse postq̄ togam acceperat: quottidie in Capitolio erat: & in cubiculo matris eius anguis sepe/ numero uisus est. ¶ Res præterea in Sicilia gestas continet: & amiciciam cum Etolis iunctam. Bellumq; gestum aduersum Acarnanes & Philippum Macedonū Regem.

¶ EX LIBRO .XXVII.

GN. Fuluius Proconsul: cū exercitu ab Annibale cesus est: meliori euētu: a. CL. Marcello Cons. aduersus eundem ad Numistronem pugnatū est: inde Annibal noctu recessit: Marcellus insequutus est. & subinde cedentem pressit: donec effugeret.] priore pugna: Annibal supior fuit: Marcellus insequenti. ¶ Fabius Maximus pater Consul: Tarentinos per deditionem accepit. ¶ Claudius Marcellus. T. Quintius Cris/ pinus Consules speculandi causa egressi a castris: insidiis ab Annibale circūuenti sunt. Marcellus occisus fuit. Crispinus fugit. ¶ Lustrum a Censoribus conditum est. Censa sunt ciuium capita. cxxvii. milia: & centū octo: Ex quo numero apparuit quantū hominū tot preliorum aduersa fortuna Populo. Ro. abstulisset. ¶ In Hispania ad Betuliam Scipio cum Hasdrubale & Amilchare conflixit: & uicit. ¶ Inter alia captū puerū Regalē eximie forme ad Auunculū Masanissam. cū donis misit. ¶ Hasdrubal qui cum exercitu nouo transcenderat Alpes: ut se Annibali coniungeret: cum milibus hominū. lvi. cesus est. M. Liuii Consulis ductu: non minore opera Claudii Neronis Consulis: qui cum Annibali oppositus esset: relictis castris: ita ut inimicum falleret: cū electa manu profectus: Hasdrubalem circunuenit. ¶ Res præterea a. P. Scipione in Hispania: & a. P. Sulpitio Pretore aduersus Philippum & Acheos gestas: continet.

¶ EX LIBRO .XXVIII.

RES in Hispania prospere geste a Syllano Scipionis Legato: & a. L. Scipione fratre aduersus Penos a Sulpitio Proconsule: & ab Attalo Rege Asie aduersus Philippum Regem Macedonū pro Etolis: referuntur. ¶ Cum. M. Liuio & Claudio Neroni Consulibus Triūphus decretus esset: Liuius qui in Prouintia sua rē gesserat: quadrigis inuectus est. Nero qui in College Prouintiam: ut uictoriā eius adiuuaret: uenerat: equo est sequutus: & in hoc habitu plus glorie reuerentieq; habuit. nā & plus in bello q̄ Collega fecerat. ¶ Ignis in ede Veste negligentia uirginis: que nō custodi/ erat: extinctus est. uirgo cesa est flagro. P. Scipio in Hispania cum Pænis bellauit .xiiii. anno eius belli: anno quinto postq̄m ierat: exclusisq; in totum possessione eius hostibus: Hispaniam recepit. ¶ Et Tarracone in Africam ad Syphacem Regē Nu/ midarum duobus nauigiis transuectus: fedus iunxit. ¶ Hasdrubal Gisgonis ibi cū eo in eodem lecto cenauit. ¶ Munus gladiatorum in honorē patris patruiq; Carthagini noue dedit. Nō ex gladiatoribus: sed ex iis qui aut in honorem ducis: aut ex prouo/ catione in certamē descendebāt. In quo Reguli fratres de regno: ferro contenderūt: cum Gytthia urbs ab Romanis oppugnaretur: oppidani liberos & coniuges roga

extructo occiderunt. & se insuper precipitauerunt. ¶ Ipse Scipio dum graui morbo implicitus esset. seditionē in parte exercitus motā confirmatus discussit. ¶ Rebellātesq; Hispanie populos coegit in deditionem uenire. ¶ Et amicicia facta est cū Masanissa Rege Numidarum: qui illi quidem axilium si in Africam traiecisset pollicebat᷑. ¶ Cū Gaditanis quoq; post discessū inde Magonis cui ex Carthagine scriptū erat: ut ī Ita-liā traiceret: Romā reuersus: Cōsulq; creatus: Africam prouintiā petenti: cōtradicente .Q. Fabio Maximo Sicilia data est. ꝑmissumq; ut in Africam traiceret si ex Re. P. esse censeret. ¶ Mago Hamilcharis filius a minori Baleari insula ubi hyemarat: in Italiam traiecit.

¶ EX LIBRO .XXVIIII.

EX Sicilia. C. Lælius in Africam a Scipione missus ingentem predā reportauit. Et mādata Masanisse Scipioni exposuit: cōquerentis ꝙ nō exercitū in Africā traiecisset. ¶ Bellum in Hispania finitum uictore Romano: qđ Indibilis excitauerat: ipse in acie occisus. ¶ Mandonius exposcentibus Romanis a suis deditus. ¶ Magoni q in Galliam & Liguriam ierat: ex Africa & militū ampla manus missa: & pecunie qbus auxilia cōduceret: preceptūq; ut se Annibali iungeret. ¶ Scipio a Syracusis in Brutios traiecit: & Locros: pulso punico presidio: fugatoq; Annibale: recepit. ¶ Pax cum Phi-lippo facta est. ¶ Idea Mater deportata est Romam a Pessimūte oppido Phrygiæ carmine in libris Sibyllinis inuento pelli Italia alienigenam hostem posse: si Mater Idea deportata Romam esset. ¶ Tradita autem est Romanis per Attalū Regē Asie. Lapis erat quē Matrem deum Incole dicebant. Excepit. P. Scipio Nasica. Cn. F. eius: qui in Hispania perierat. Vir optimus a Senatu iudicatus: adolescens nondum Questorius. Quoniā ita responsum habebat᷑ ut numen id ab optimo uiro reciperet᷑: consecraretur q;. Locrenses legatos Romam miserūt: qui de impudentia. P. Pleminii Legati quererentur: ꝙ pecuniam Proserpine abstulerat. & liberos eorum: & cōiuges stuprauerat. ¶ Pleminius in Cathenis Romam perductus in carcere mortuus est. ¶ Cū falsus rumor de. P. Scipione Pronconsule qui in Sicilia erat: in Vrbem perlatus eēt: tanq̃ luxuriaret᷑: missis ob hoc Legatis a Senatu: qui explorarent: an ea uera essent, purgatos infamia Scipio: in Africā traiecit Senatus permissu. ¶ Syphax accepta filia in matrimonium Hasdrubalis Gisgonis: amicicie quā cū Scipione ipse iunxerat: re-nuntiauit. Masanissa Rex Massiliorum: dum pro Carthagine in Hispania militat: amisso patre Galla de regno exciderat. Quo per bellū sepe repetito: aliquot preliis a Syphace Rege Numidarū uictus: in totum: priuatus est: & cum ducentis equitibus exsul Scipioni se iunxit: & cū eo primum statim bello Hannonē Hamilcharis filiū cum ampla manu interemit. ¶ Scipio aduētu Hasdrubalis & Syphacis: qui prope cū centū milibus armatoꝝ uenerant: ab obsidione Vtice depulsus hyberna cōmuniuit. Sempronius Consul in agro Crotoniensi prospere aduersus Annibalem pugnauit. Inter Censores. M. Liuium: & Claudium Neronem notabilis discordia fuit. nam & Claudius Liuio College equum ademit: qđ a Po. Ro. damnatus: actusq; in exsilium fuerat. & Liuius Claudio ꝙ falsum in se testimonium dixisset: & ꝙ minime bona fide secum in gratiā redisset. Idem omnes Tribus extra unam: erarias reliquit. & ꝙ inno-centem se dānassent: & postea Consulem Censorēq; fecissent. Lustrum a Censoribus conditū est: Censa sunt ciuium capita. ccxiiii. milia.

¶ EX LIBRO .XXX.

IN Africa Scipio Carthaginenses: & eundem Syphacem Numidarum Regem Hasdrubalemq; pluribus preliis uicit: adiuuante Masanissa: binaq; hostiū castra expugnauit. in quibus. xl. milia hominum ferro igniq; consumpta sunt. Syphacem ꝑ .C. Lelium cepit. ¶ Masanissa Sophonisbam uxorem Syphacis filiam Hasdrubalis

captam statim adamauit: & nuptiis factis uxorem habuit. castigatusq; a Scipione: uenenum ei transmisit: quo quidē hausto illa decessit: effectumq; est. multis Scipiōis uictoriis: ut Carthaginenses in desperationē acti: in auxiliū publice salutis Annibalē ex Italia reuocarent. isq; anno decimo sexto Italia discedens: in Africam traiecit: temptauitq; per colloquium pacem cum Scipione cōponere: & cum de cōditionibus pacis non conuenisset: acie uictus est. ¶ Pax Carthaginensibus data est: petentibus. Annibal Gisgonem pacem dissuadentē manu sua detraxit. excusata deinde temeritate facti: ipse pacem suasit. ¶ Reuersus in urbem Scipio amplissimum nobilissimūq; egit Triūphum: quem. Q. Terentius Culeo Senator pileatus sequutus ē. ¶ Scipio Africanus incertū militari prius fauore: an populari aura: ita cognominatus sit: primus certe hic Imperator uicte a se nomine gētis nobilitatus ē. ¶ Mago bello: quo in agro Insubriū cum Romanis conflixerat: uulneratus dū in Africā per Legatus reuocatus reuerteretur: ex uulnere mortuus est. ¶ EX LIBRO .XXXI.

BElli aduersus Philippū Macedonie Regē: quod intermissum erat: repetiti cause feruntur he. ¶ Tempore Initiorū duo Iuuenes Acarnanes qui non initiati erāt: Athenas uenerunt: & in sacrarium Cereris cum aliis pluribus suis intrauerūt. ob hoc tanq̄ nephas summum commisissent: ab Atheniensibus cesi sunt. Acarnanes Mortibus suorum cōmoti: ad uindicandum illos auxilium a Philippo petierunt. ¶ Post pacem Carthaginensibus datā quingentesimo anno ab urbe condita: paucis mensibus: porta Iani clausa. ¶ Ceptum est autem anno quingentesimo quinto. ¶ Cum Atheniensium: qui obsidebantur a Philippo Legati: auxilium a Senatu petiissent: & Senatus id censuisset ferendum: Plebe: qđ tot bellorum continuus labor grauis erat: dissentiēte: tenuit autoritas Patrum ut sotie ciuitati ferre quoq; opem Populus iuberet. ¶ Bellū id. P. Sulpitio Con. mandatum est: qui exercitu in Macedoniam ducto equestribus preliis cum Philippo prospere pugnauit. ¶ Abydeni a Philippo obsessi ad exemplum Saguntinorum: suos seq; occiderunt. L. Furius Pretor gallos Insubres rebellātes: & Hamilcharem Penum bellum in ea parte molientem: acie uicit. ¶ Hamilchar eo in bello occisus est. & milia hominū. xxxvi. ¶ Preterea expeditiones Philippi Regis: & Sulpitii Consulis: expugnationesq; urbiū ab utroq; factas cōtinet. ¶ Sulpitius Cōsul: adiuuantibus Rege Attalo & Rhodiis bellum gerebat. Triumphauit de Gallis. L. Furius Pretor. ¶ EX LIBRO .XXXII.

COmplura prodigia ex diuersis regionibus nuntiata referunē. Inter que in Macedonia in pupi longe nauis Laureā esse natā. T. Quintius Flaminius Consul aduersus Philippum feliciter pugnauit in faucibus Epiri: fugatūq; coegit in Regnū reuerti. ¶ Ipse Thessaliā que est uicina Macedonie sotiis Etolis & Acarnanibus uexauit. L. Quintius Flaminius Consulis frater nauali prelio Attalo Rege & Rhodiis adiuuātibus: Euboeam: & maritimam oram cepit. ¶ Achei in amiciciam recepti sunt. Pretorum numerus ampliatus est: ut seni crearentur. ¶ Coniuratio seruorum facta de soluendis Carthaginensibus obsidibus: oppressa ē. Duo milia necati sūt. Cornelius Consul Gallos Insubres prelio fudit. Cum Lacedemoniis & Tyranno eorū Nabide amicicia iuncta est. ¶ Preterea expugnationes urbium in Macedonia referuntur. ¶ EX LBRO .XXXIII.

L. Quintius Flaminius Pronconsul cum Philippo ad Cynocephalas in Thessalia acie uicto debellauit. L. Quintius Flaminus frater Proconsulis Acarnanes Leucade urbe: que caput est Acarnanie: expugnata: in deditionem accepit. ¶ Pax petenti Philippo: Grecie libertas data est. ¶ Attalus a Thebis ob subditā inualitudinē

translatus: decessit. C. Sempronius Tuditanus Pretor a Celtiberis cũ exercitu cesus est. L. Furius & Clau. Marcellus Cõsules Boios & Insubres Gallos subegerũt. ¶ Marcellus triumphauit. ¶ Annibal frustra in Africa bellum molitus. & ob hoc Romanis per epistolas aduerse factionis Principũ delatus: ꝓpter metum Romanoꝝ: qui Legatos ad Carthaginensium Senatum de eo miserant: profugus ad Antiochũ Regem Syrie se contulit. bellum contra Romanos parantem: ¶ EX LIBRO .XXXIIII.

LEx Oppia quã. Cn. Oppius Tri. Pl. bello Punico destringendis cultibus Matronarum tulerat: cum maxima contentione abrogata est: cum Portius Cato autor fuisset: ne ea lex aboleretur. ¶ Is in Hispaniã profectus: bello quod Emporius orsus est: citeriorem Hispaniam pacauit. T. Quintius Flaminius bellum aduersus Lacedemonios & Tyrannum eorum Nabiden prospere gestum: data iis pace: qualẽ ipse uoluit: liberatisq; Argis: qui sub ditione Tyranni erant: finiuit. ¶ Res preterea in Hispania. Atq; aduersus Boios: & Insubres Gallos feliciter geste referũtur. ¶ Senatus tunc primum secretus a Populo ludos spectauit: ut id fieret. Sex. Elius Petus & L. Cornelius Cethegus Censores interuenerũt: cũ indignatione Plebis. ¶ Colonie: plereq; deducte sunt. M. Portius Cato de Hispania triumphauit. T. Quintius Flaminius qui Philippum Macedonũ Regem & Nabidem Lacedemoniorũ Tyrannũ uicerat: Greciamq; omnem liberauerat: ob hanc rerum factarum multitudinem: triduo triumphauit. ¶ Legati Carthaginensium nuntiauerunt Annibalem: qui ad Antiochum confugerat: bellum cum eo moliri. ¶ Temptauerat autem per Aristonem Tyrium sine litteris Carthaginem missum: ad rebellandũ Penos concitare. P. Scipio Africanus Legatus missus ad Antiochum Ephesi cum Annibale qui se Antiocho iunxerat: colloquutus est: ut si fieri posset: metum uite: quẽ ex Populo. Ro. conceperat: eximeret. Inter alia cum quereret ab Annibale: quem fuisse maximum Imperatorem Annibal crederet: respondit. Alexandrum Macedonũ Regem: ꝙ parua manu innumerabiles exercitus fudisset. q̃dq; ultimas oras quas uisere supra fidem humanã esset: pagrasset. Querenti deinde quem secundum poneret inquit: Pyrrhum: eo quod castrametari docuisset. adhec neminẽ elegantius loca cepisse: presidia disposuisse. ¶ Exequenti quẽ tertium diceret: semet dixit. ¶ Ridens Scipio quidnam tu diceres: si me inquit uicisses? Tunc uero in inquit me & ante Alexandrũ: & ante Pyrrhũ: & ante alios posuissem.

¶ EX LIBRO .XXXV.

INter ea prodigia: que plurima fuisse traduntur: Bouem. Cn. Domitio Cõsule loquutum: Roma caue tibi: refertur. ¶ Nabis Lacedemoniorum Tyrannus incitatus ab Etolis qui & Philippum & Antiochum ad inferendũ bellum Populo Ro. sollicitabant: a Populo Ro. desciuit. ¶ Et bello aduersus Philopemenem Acheorum pretorem gesto: ab Etolis interfectus est. ¶ Etoli quoq; ab amicicia Populi Romani defecerunt. ¶ Cum quibus sotietate iuncta Antiochus Syrie Rex: cum bellũ Grecie intulisset: complures urbes occupauit. ¶ Inter quas Chalcidem: & totam Euboeam. Res preterea in Liguribus gestas: & apparatum belli: ab Antiocho continet.

¶ EX LIBRO .XXXVI.

MAttilius Glabrio Con. Antiochũ apud Thermopylas Philippo Rege adiuuãte uictum Grecia expulit. ¶ Idemq; Etolos subegit. P. Cornelius Scipio Nasica Con. edem Matris deũ quã ipse in Palatiũ intulerat uir optimus a Senatu iudicatus dedicauit. ¶ Idemq; Boios & Gallos uictos in deditionẽ accepit: & de iis triumphauit. Preterea: naualia certamina prospera aduersus Prefectos Antiochi Regis referunt.

¶ EX LIBRO .XXXVII.

L.Cornelius Scipio Con. Legato. P. Scipione Africano: qui se fratris Legatum futurum dixerat: si ei Grecia & Asia prouintia decerneretur: cum. C. Lelio qui multum in Senatu poterat ea Prouintia dari uideretur: profectus ad bellũ aduersus Antiochum gerendũ: in Asiam primus omniũ Romanorũ Ducum traiecit. Emilius Regillus aduersus Regiã classem Antiochi feliciter pugnauit ad Myonesũ: Rhodiis adiuuantibus. Filius Africani ab Antiocho captus patri remissus est. Victo deinde Antiocho a. L. Cornelio Scipione adiuuãte Eumene Rege Attali Pergameni filio: pax data: ea conditione: ut omnibus Prouintiis citra Taurum montem cederet. L. Cornelius Scipio qui cum Antiocho bellauerat: cognomine fratri coequatus: Asiaticus appellatus ẽ. Colonia deducta ẽ Bononia. Eumeni: quo iuuante Antiochus uictus erat: Regnum ampliatum. Rhodiis quoq;: qui & ipsi iuuerant quedã ciuitates concesse. Emilius Regillus qui Prefectos Antiochi nauali certamine uicerat: naualẽ Triumphum duxit. M. Attilius Glabrio de Antiocho quem Grecia expulerat: et de Etolis triumphauit.

EX LIBRO .XXXVIII.

L. Fuluius Con. in Epiro Ambracienses obsessos per deditionem accepit. Cephalaniam subegit. Etolis pdomitis pacem dedit. Cn. Manlius Con. Collega eius: Gallogrecos Etolos Regios Totosagios & Trocinos qui Brẽno duce in Asiam transierant: cum soli citra Taurum montem minime parerent: uicit. Eorũ origo: & cũ ea: loca: que tenent: occupauerũtq;: referũtur. Exemplũ quoq; uirtutis & pudicicie in femina traditur: que cum Regis Gallogrecorum uxor fuerat: capta: Centnrionẽ: qui ei uim intulerat: occidit. Lustrum a Censoribus cõditum est. Censa sunt ciuium capita. cclviii. & . cccxxx. Cum Ariarathe Rege Cappadocie amicicia iuncta ẽ. Cn. Manlius contradicentibus decem legatis: ex quorũ consilio fedus cum Antiocho cõscripserat: de Gallogrecis acta per se causa: in Senatu: triumphauit. Scipio Africanus die ei dicta: ut quidam aiunt: a Petilio Acteio Tri. Pl. ut quidam a Neuio: qđ preda cum Antiocho capta erariu m fraudasset: postq̃ is dies uenit: euocatus in Rostra: hac die inquit Quirites Carthaginem uici: & prosequente populo Capitolium ascendit. inde ne amplius Tribunitiis iniuriis uexaretur: in uoluntarium exsilium Linternum concessit. Incertum ibi: an Rome defunctus. nam eius monumẽtum utrobiq; fuit. .L. Scipio Asiaticus frater Africani: eodem peculatus crimine accusatus: damnatusq;: cum in uincula & carcerem duceretur. Ti. Sempronius Gracchus Tribunus Plebis qui antea Scipionibus inimicus erat: intercessit. & ob id benefitium: Africani filiã duxit. Cum Populus Questores in bona eius publice possidẽda: misisset: nõ modo in iis ullũ uestigium pecunie Regie apparuit: sed nequaq̃ tantum in erarium redactũ: quante summae erat damnatus. Collatam a cognatis & amicis innumerabilẽ pecuniã accipe noluit: que necessitati ei erãt ad cultũ: retenta.

EX LIBRO .XXXVIIII.

L. Emilius Consul Liguribus subactis: uiam a Placentia usq; Ariminum perductã Flaminie iunxit. Initia luxurie introducta ab exercitu Asiatico referuntur. Ligures: quicũq; citra Appenninũ erant: subacti sunt. Bacchanalia sacrum Grecũ & quidẽ nocturnũ: Scelerum omnium maximũ seminarium: cum ad ingentis turbe cõiurationem peruenisset: a Consule inuestigatum: & multorum pena sublatum est. A Cẽsoribus. M. Valerio Flaccho: & . M. Portio Catone: & belli & pacis artibus maximo: motus est Senatu. L. Quintius Flaminius. T. Quintii frater: eo q cum Galliam Prouintiã Consul obtinuerat: rogatus a Penio Philippo quẽ amabat scorto nobili: Gallum quendam sua manu occiderat: siue ut quidam tradiderunt unũ damnatorum securi percusserat: rogatus a meretrice Placentina: cuius amore deperibat. Extat

in eum. M. Catonis oratio. ¶ Scipio Linterni decessit: & tanq̃ iũgente fortuna: circa id tempus duo funera maximorum uirorum. Annibal a Prusia Bythynie Rege: ad quẽ uicto Antiocho confugerat: cũ dederetur Romanis: qui ad exposcendũ illũ. T. Quintium Flaminium miserant: ueneno sibi mortem consciuit. Philopemenes quoq; dux Acheorum uir Maximus est a Messeniis interemptus ueneno: cum ab iis bello captus esset. ¶ Colonie Polentia & Pisaurũ. & Mutina & Parma deducte sũt. ¶ Preterea res aduersũ Celtiberos ꝓspere gestas. & initia causasq; belli Macedonici cõtinet. cuius origo inde uenit: ꝙ Philippus egere ferebat Regnum suum minui a Romanis: eo ꝙ cogeret̃ a Thracibus aliisq; locis p̄sidia deducere. ¶ EX LIBRO .XL.

CVm Philippus liberos eorum: quos in uinculis nobilissimorum quidẽ hominũ habebat: conquiri, ad mortem iussisset: Theoxena ꝓ liberis suis & sororis: uerita admodum pueris: Regis libidinem: prolatis in medium gladiis & poculo in quo erat uenenum: suasit iis: ut imminens ludibrium morte effugerent: & cum persuasisset: ipsa etiam se interemit. ¶ Certamina inter Philippi Macedonie Regis liberos: Perseum: & Demetriũ referuntur: & ut fraude fratris sui demetrius confictis criminibus inter que accusationem parricidii: & affectionem regni: primum ferro petitus: ad ultimum q̃m Populi Ro. amicus erat: ueneno necatus ẽ. Regnũq; Macedonie mortuo Philippo: ad Perseum deuenit. ¶ Item res in Liguribus: & Hispania cõtra Celtiberos a q̃pluribus feliciter gestas: continet. ¶ Colonia Aquileia deducta est. ¶ Libri Nume Pompilii in agro. L. Petilii Scribe sub Ianiculo a cultoribus agri: in arca lapidea clausi: & Greci & Latini inuenti sunt: in quibus plura: que dissoluendarũ religionum erant: Pretor ad quem delati erant: cum legisset: iurauit Senatui contra Rem Pu. esse: ut legerent̃: seruarenturq; & ex Se. C. in Comitio exusti sunt. ¶ Philippus egritudine animi com/fectus: q̃d Demetriũ filium falsis alterius filii in eundẽ delationibus impulsus: ueneno sustulisset. & de pena Persei cogitauit. uoluitq; Antigonum potius amicum suũ suc/cessorem Regni sui relinquere. Sed in hac cogitatione morte raptus est. ¶ Regnum Perseus accepit. ¶ EX LIBRO .XLI.

IGnis in ede Veste extinctus est. T. Sempronius Gracchus Procon. Celtiberos uictos in deditionẽ accepit. monumentũq; operum suorum Gracchorũ oppidũ in Hispania cõstituit. ¶ Et a Postumio Albino Proconsule: Vaccei ac Lusitani sub/acti sunt: de utrisq; triumphauit. ¶ Antiochus Antiochi filius obses Romanis a patre datus: mortuo fratre Seleuco: qui patri defuncto successerat: in Regnum Syrie ab urbe dimissus. ¶ Lustrum a Censoribus conditum est. Censa sunt ciuiũ capita. cclxiii. milia. cclxxxxiiii. Q. Volumnius Saxa Tri. Pl. legẽ tulit. ne quis heredẽ mulierẽ institueret. Suasit legem. M. Cato. ¶ Extat oratio eius. ¶ Preterea res cõtra Ligures Histros: Sardos: & Celtiberos. a compluribus Ducibus gestas continet. Et initia belli Macedonici: quod Perseus Philippi filius moliebatur. Miserat ad Carthaginenses Legationẽ: & ab iis nocte audita erat. ¶ Sed & alias Grecie ciuitates sollicitabat. Qui præter religionem ꝙ q̃m multa templa magnifica multis locis erexit: Athenis. Iouis Olympii: & Antiochie: uilissimũ Regem egit. ¶ EX LIBRO .XLII.

FVluius Flacchus Censor templũ Iunonis Lacinie tegulis marmoreis spoliauit: ut edem: quã dedicauerat: tegeret. ¶ Tegule ex. S. C. reportate. ¶ Eumenes Asie Rex in Senatu de Perseo Macedonie Rege questus est. Cuius iniurie in Populum Romanum referuntur. ¶ Ob quas bello ei indicto. P. Licinius Crassus Con. cui Ma/cedonia decreta erat: In Macedoniã transiit. leuibusq; expeditiõibus equestribus p̄lis in Thessalia cũ Perseo felici euentu pugnauit. ¶ Inter Masanissam & Carthaginẽses

de agro fuit dieſ ad diſceptandum a Senatu datuſ. ¶ Legati miſſi ad ciuitateſ ſotiaſ: et Regeſ rogandoſ: ut in fide permanerent: dubitantibuſ Rhodiiſ. ¶ Luſtrum a Cenſoribuſ conditum eſt. Cenſa ſunt ciuium capita. cclvii. milia. ccxxxi. ¶ Reſ preterea aduerſuſ Corſoſ: & Ligureſ pſpere geſtaſ cõtinet. ¶ EX LIBRO .XLIII.

PRetoreſ nonnulli eo ꝙ auare & crudeliter Prouintiaſ adminiſtraſſent: dãnati ſunt. P. Liciniuſ Craſſuſ Procon. q̃pluresſ in Grecia urbeſ expugnauit: & crudeliter diripuit. ¶ Ob id captiui: qui ab eo uenierant: ex. S.C. poſtea reſtituti ſunt. A Prefectiſ claſſium Romanarũ multa impotenter in ſotioſ facta. ¶ Reſ præterea a Perſeo Rege in Thracia proſpere geſtaſ continet. ¶ Et uictiſ Dardaniſ & Illyrico cuiuſ Rex erat Gentiuſ. ¶ Motuſq in Hiſpania ab Olonico factuſ erat: ipſo interempto: conſedit:. M. Emiliuſ Lepiduſ a Cenſoribuſ Princepſ in Senatu lectuſ.

¶ EX LIBRO .XLIIII.

Q. Martiuſ Philippuſ per ſaltuſ penetrauit in Macedoniam. compluresq; urbeſ occupauit. Rhodii miſere Lagatoſ Romã: minãteſ ut Perſeo eſſent auxilio: niſi Populuſ Romanuſ cum eo pacem: atq; amiciciam cõiungeret. ¶ Indigne id latũ. Cum id bellum. L. Emilio Paulo ſequentiſ anni Conſuli iterum: mandatum eſſet: Pauluſ in Contione precatuſ eſt: ut quicquid diri Po. Ro. immineret. ſupra domum ſuam conuerteret: & in Macedoniã profectuſ Perſeum uicit. uniuerſãq; Macedoniã in poteſtatem redegit. Anteq̃ cõfligeret: dixit exercitui: ne miraretur: ꝙ luna nocte proxima defectura eſſet. ¶ Gentiuſ quoq; Rex Illyrioꝝ: cum rebellaſſet: a Licinio Pretore uictuſ uenit in deditionẽ. & cũ uxore & liberiſ. & ꝓpinquiſ Romam miſſuſ. Ab Alexandria Legati a Cleopatra & Ptolemeo Regibuſ uenerũt querenteſ de Antiocho Rege Syrie: ꝙ iiſ bellum inferret. ¶ Perſeuſ ſollicitatiſ in auxilium Eumene Rege Pergami: & Gentio Rege Illyriorum. Quia iiſ pecuniam quam promiſerat: minime dabat: ab iiſ relictuſ eſt. ¶ EX LIBRO .XLV.

PErſeuſ ab Emilio Paulo in Samothracia captuſ eſt. ¶ Cum Antiochuſ Syrie Rex Ptolemeũ: & Cleopatrã Egypti Regeſ obſideret: & miſſiſ ad eũ a Senatu legatiſ: qui iuberent: ab obſidione ſotii Regiſ abſiſteret: editiſq; mandatiſ cõſideraturꝝ ſe ille qd faciundũ eſſet: reſpondiſſet: unuſ legatoꝝ Popiliuſ: uirga Regẽ circũſcripſit: iuſſitq; anteq̃ circulo excederet: reſpõſum daret. Qua aſperitate effecit: ut Antiochuſ bellum omitteret. ¶ Legationeſ gratulantium Populorum: ac Regum in Senatum admiſſe. ¶ Rhodiorũ quia eo bello contra Populum Ro. fuerant. excluſſa. Poſtero die: cum de eo quereretur: ut iiſ bellũ indiceret: cauſam in Senatu patrie ſue Legati egerunt. nec tanq̃ hosteſ: nec tanq̃m ſotii dimiſſi. Macedonia in Prouintie formam redacta eſt. Emiliuſ pauluſ repugnantibuſ militibuſ eiuſ propter minorem predam: & contradicente Seruio Sulpitio Galba triumphauit. & Perſeum cum tribuſ filiiſ ante currum duxit. ¶ Cuiuſ Triumphi leticia: ne ſolida ei contingeret: duorũ filiorũ funeribuſ inſignita eſt. ¶ Quorum alteriuſ morſ: patriſ triumphum preceſſit: alteriuſ ſequuta eſt. ¶ Luſtrum conditum eſt a Cenſoribuſ. Cenſa ſunt ciuium capita. cccxii. milia. d. cccv. ¶ Pruſiaſ Bithynie Rex: Romam ut Senatui gratiaſ ageret: ob uictoriam ex Macedonia partã: uenit. & Nicomedẽ filiũ ſuũ Senatui cõmẽdauit. Rex plenuſ Adulationiſ: libertũ ſe Po. Ro. eſſe dicebat. ¶ EX LIBRO .XLVI.

EVmeneſ Rex Romam uenit: qui quia Macedonico bello ſe medium egerat: ne aut inimicuſ iudicatuſ uideretur: ſi excluſuſ eſſet: aut liberatuſ crimine: ſi admitteretur: In Comitio lex lata eſt. ne cuiq̃ Regi: Romam uenire liceret. ¶ Claudiuſ Marcelluſ Conſul Alpinoſ Galloſ. C. Sulpitiuſ Galluſ Ligureſ ſubegit. ¶ Legati

Prusie Regis conquesti sunt: de Eumene: ꝙ fines suos popularetur: dixeruntq; eum conspirasse cum Antiocho cõtra Populum Ro. ¶ Sotietas cũ deprecantibus Rhodiis iũcta est ¶ Lustrum a Censoribus conditũ est. Censa eo sunt ciuiũ capita. cccxxvii. milia. xxii ¶ Princeps Senatus lectus. M. Emilius Lepidus. Ptolemeus Egyptiorũ Rex a minore fratre e Regno pulsus: missis ad eum Legatis in Regnũ restitutus ẽ. Ariarathe Cappadocie Rege mortuo: filius eius Ariarathes accepit regnũ. & amiciciã per Ligatos cum Populo Ro. renouauit ¶ Res præterea aduersus Ligures: Corsos: & Lusitanos: uario euẽtu gestas: & motus Syrie: mortuo Antiocho: q filiũ Antiochũ puerum admodũ reliquerat: continet ¶ Hunc Antiochũ puerum cum Lysia tutore Demetrius Seleuci filius qui Romam obses missus fuerat: clam: quia minime dimitte/batur a Romanis: interemit: & ipse in regnũ receptus. L. Emilio paulo qui Perseũ uicerat: mortuo: cuius tanta abstinẽtia fuit: ut cũ ex Hispania & Macedonia maxi/mas opes retulisset: uix ex auctione bonorũ eius redactum est: unde dos uxori eius redderet ¶ Pontine paludes a Cornelio Cethego Consule: cui ea Prouintia euenerat: siccate. agerq; ex iis factus.

¶ EX LIBRO .XLVII.

CN. Tremelio Tr. Pl. multa dicta est: ꝙ cũ. M. Emilio Lepido Pontifice Max. iniuriose contenderat ¶ Sacrorum quoq; magistratuum ius potentius fuit. Lex de ambitu lata ¶ Lustrũ a Cẽsoribus conditũ est. Censa sũt ciuiũ capita. cccxxviii. milia. cccxiiii. ¶ Princeps Senatus lectus Emilius Lepidus. ¶ Inter Ptolemeos fratres: qui dissidebant: fedus ictum: ut alter in Egypto: alter Cyrenis regnaret ¶ Ariarathes Cappadocie Rex Consilio Demetrii Regis Syrie & uiribus pulsus regno: a Senatu restitutus est ¶ Missi a senatu legati: qui inter Masanissam & Carthaginenses de agro iudicarent. C. Martius Consul aduersum Dalmatas: parum prospere primũ: postea feliciter pugnauit. Cum quibus bello confligendi causa fuit: ꝙ Illyricos Populi. Ro. sotios uastauerat. Eandẽq; gentem Cornelius Nasica Consul domuit. Q. Opimius Cõsul Transalpinos Ligures: qui Massiliensiũ oppidũ Antipolin & Niceã uastabãt: subegit. ¶ Præterea in Hispania a compluribus parum prospere res gestas continet. Consules ãno quingentesimo nonagesimo octauo ab urbe cõdita magistratũ pactis Comitiis insequentisq; anni Con. creatis inire ceperũt. Mutãdi Comitia causa fuit: ꝙ Hispani rebellabant ¶ Legati ad disceptãdum inter Masanissam & Carthaginẽses missi. nuntiauerũt uim naualis materie se Carthagine deprehẽdisse ¶ Quidã pretores a prouintiis auaricie noĩe accusati: & dãnati sunt.

¶ EX LIBRO .XLVIII.

LVstrum a Censoribus conditum est. Censa sunt ciuium capita. cccxxiiii. milia. Semina belli tertii Punici referunt ¶ Cum in finibus Carthaginensiũ maximus Numidarũ exercitus: Archobarzane Duce Syphacis nepote: diceret esse. M. Portius Cato suasit ut Carthaginensibus: qui exercitum spetie cõtra Masanissam Regem: sed re uera contra Romanos accitum: in finibus haberent: Bellum indiceretur ¶ Con/tradicente. P. Cornelio Nasica. Placuit Legatos mitti Carthaginem qui specularent: quid ageretur ¶ Castigato Senatu Carthaginensium. ꝙ contra fedus exercitum & nauales materias haberent ¶ Pacem inter Masanissam et eos facere uoluerũt ¶ Ma/sanissa agro: de quo lis erat: cedente ¶ Sed Gisgo Amilcharis filius: homo seditiosus: qui tunc in magistratu erat: cum Senatus paritturũ se iudicio legatorum dixisset: Ita bellum aduersus Romanos suadendo concitauit: : ut legatis: quo minus uiolarentur: fugam explicuerit: id nuntiantes: infestũ iam Senatum Carthaginensibus: infestiorẽ fecerunt. M. Portius Cato funus mortui filii in Pretura: tenuissimo: ut ualuit: nam pauper erat: sumptu fecit ¶ Andriscus: qui se Persei filium Regis quondã Macedonie

ingenti asseueratione mentiret̃: Romam missus. M. Emilius Lepidus: qui princeps
Senatus sextisiam censoribus erat lectus: anteq̃ expiraret: p̃cepit filiis: lecto se strato
sine linteis: sine purpura efferrẽt. in reliquum funus: ne plus q̃ eris denos cõsumerent.
imaginũ spẽ: non sumptibus: nobilitari maximorũ uirorũ funera solere. De ueneficiis
quesitum. ¶ Publia & Licinia nobiles femine: que uiros suos necasse insimulabantur:
cognita causa: cum Pretori predes uadesq; dedissent: cognatoꝝ decreto necati sunt.
Gulussa Masanisse filius denuntiauit Carthagine delectus agi. classem comparari. &
haud dubium bellum strui. ¶ Cum Cato suaderet ut iis bellũ indiceretur. P. Cornelio
Nasica dicente: nihil temere faciũdum: placuit decem mitti legatos: exploratum. L.
Licinius Lucullus. A. Postumius Albinus Cõsules cum delectum seuere agerent: nec
quenq̃ gratia dimitterent: a Tri. Pl. qui pro amicis suis uacationem impetrare non
potuerant: in carcerem coniecti sunt. ¶ Hispaniense bellum cum parũ prospere: ali/
quotiens gestum: ita cõfudisset ciuitatem Romanam: ut ne ii quidem inuenirentur:
qui aut Tribunatũ exciperẽt: aut legati ire uellent. P. Cornelius Emilianus p̃cessit:
& excepturum militie genus quodcunq; imperatum esset: professus est. Quo exẽplo
ad militandi studium omnes incitauit. L. Lucullus Consul: cui Claudius Marcellus
successerat: pacasse omnes Celtiberie populos cum uideretur: Vacceos: Cantabros: &
alias regiones: & iterũ alias incognitas nationes ĩ Hispania subegit. ¶ Ibi. P. Cornelius
Africanus: Scipio Emilianus. L. Pauli filius: Africani nepos & adoptiuus p̃uocatorẽ
Barbarum Tribunus militũ occidit. ¶ Et in expugnatione capte urbis maius multo
etiã periculum adiit. nam murũ primus omniũ transcẽdit. ¶ Seruius Sulpitius Galba
pretor male aduersus Lusitanos pugnauit. ¶ Cũ Legati ex Africa cũ Carthaginensiũ
oratoribus: & Gulussa Masanisse filio redissent: dicerentq; & exercitum: & classem
Carthagine deprehendisse. prorogari sententiam placuit: Catone & aliis Principibus
Senatus suadentibus ut in Africam confestim transportaret̃ exercitus. ¶ Quia uero
Cornelius Nasica dicebat nondũ sibi iustam causam belli uideri: placuit ut bello ab/
stineret̃: si Carthaginenses classem exussissent: & exercitum dimisissent. si minus p̃ximi
Consules de bello Punico referrent. ¶ Cum locatũ a Censoribus Theatrũ extrueret̃
. P. Cornelio Nasica autore: tanq̃ inutile & nociturum publicis moribus: ex. Se. C.
destructum est. Populusq; aliquandiu stans ludos spectauit. ¶ Carthaginenses tum
aduersum fedus bellum Masanisse intulerunt. ¶ Victi ab eo nonagesimum secundum
annum habente: & sine pulpaĩe mandere & gustare cibum tantũmodo solito: insuper
Romanum bellum meruerũt.

¶ EX LIBRO .XLVIIII.

TErtii Punici belli initiũ. altero & sexcentesimo ãno ab Vrbe cõdita intra quintũ
annum: q̃ erat ceptum: consũmatum omnino est. ¶ Inter. M. Portium Catonẽ
& Scipionem Nasicam: quorum alterum sapientissimũ uirum in ciuitate habebant:
Alter uir optimus a Senatu iudicatus erat: diuersis certatum est sententiis: Catone
suadente bellũ: & ut omnino deleretur Carthago. Nasica dissuadente: placuit nihilo
minus ꝙ contra fedus naues haberent: & extra fines exercitum duxissent. ꝙq; sotio
Populi Ro. & amico Masanisse: arma intulissent: & ꝙ filium eius Gulussam: qui cum
Legatis Romanis erat: in oppidum minime recepissent: bellũ iis indici. ¶ Prius q̃ ullæ
copie in naues imponerentur Vticenses Legati Romam uenerunt: se suaq; omnia
dedentes. ¶ Ea legatio ueluti maximũ belli omen grata Patribus: acerba Carthagi/
nensibus fuit. Diti Patri ludi ad Tarentum ex precepto librorũ Sibillynoꝝ facti: q
anno primo primi Punici belli quingentesimo & altero ãno ab Vrbe condita facti
erant. Legati triginta Romam uenerunt. per quos Carthaginenses se dedebant.

Catonis sententia puicit: ut decreto perstaret. & ut Consules quã primũ ꝓficiscerent ad bellũ. qui ubi in Africã transierunt: acceptis quos imperauerãt trecentis obsidibus: & armis: omnibusq; instrumentis belli: siqua Carthagine erant: tũc cum ex autoritate Patrum iuberent: ut in alio loco: procul a mari decẽ milia passuũ nec minus remoto: oppidũ facerent: indignitate rei ad bellandũ Carthaginenses compulerũt. ¶ Obsideri oppugnariq; cepta est Carthago a. L. Martio. M. Manlio Consulibus. In qua oppugnatione cum neglectos ab una parte muros duo Tribuni temere cũ cohortibus irrupissent: & ab oppidanis grauiter cederentur: a Scipione Africano expliciti sunt. Per quem: & castellum Romanorum: quod nocte expugnabant: paucis æquitibus iuuantibus liberatũ est. ¶ Castrisq; que Carthaginẽses omnibus copiis pariter ab urbe egressi oppugnabant: liberatis: is precipuam gloriam tulit. ¶ Præterea cum ab irrita oppugnatione Carthaginis Consul: alter enim Romam ad comitia ierat: exercitum ducere aduersus Hasdrubalem uellet: qui cum altera manu iniquũ saltum insederat: suasit primo Consuli: ne tam iniquo loco confligeret. ¶ Victus deinde complurium qui & prudentie eius: & uirtuti inuidebant: sententiis: & ipse saltum ingressus est. Cũq; sicut predixerat: fusus: fugatusq; esset Romanus exercitus: & due cohortes ab hoste obsiderentur: cum exiguis equitũ turmis in saltum reuersus liberauit eas: & incolumes reduxit. Quam uirtutem eius: & Cato: uir prõptioris multo ad uituperandũ lingue: in Senatu sic ꝓsequutus ẽ: ut diceret: reliquos: qui Africa militarent: umbris militare: Scipionẽ uigore. & Po. Ro. eo fauore illum complexus est: ut Comitiis cõplurime eum tribus Consulem scriberent: cum hoc per etatem minime liceret. ¶ Cum. L. Scribonius Tri. Pl. rogationem promulgasset: ut Lusitani qui in federe Po. Ro. dedit a Sergio Galba: in Galliam uenissent: in libertatem restituerẽtur. M. Cato acerrime suasit. ¶ Extat oratio in annalibus eius inclusa. Q. Fuluius nobilior etiam ab eo in Senatu laceratus: respondit pro Galba. ¶ Ipse quoq; Galba cum se damnari uideret: complexus duos filios pretexatos: & filium Galli Sulpitii cuius tutor erat: ita miserabiliter pro se loquutus est: ut rogatio antiquaretur. ¶ Extant tres orationes eius due aduersum Libonem Tribunũ Pl. Rogationesq; eius habite de Lusitanis: una cõtra . L. Cornelium Cethegum: in qua Lusitanos propter sese castra habentes cesos fatetur: ꝙ compertũ habuerit equo atq; homine suo immolatis per spetiem pacis adoriri exercitũ suum in animo habuisse. ¶ Andriscus quidã ultime sortis homo: persei Regis se filium ferens: & mutato nomine Philippus uocatus: cum ab urbe Roma quo illum Demetrius Syrie Rex ob hoc ipsũ mendaciũ miserat: clam ꝓfugisset: multis ad falsã eius famam: uelut ad ueram coeuntibus cõtracto: exercitu totam Macedoniã: aut uoluntate incolentium: aut armis: occupauit. ¶ Fabulam autem huiusmodi finxerat: ex pellice se Perseo Rege ortum: traditum educandũ Cyrthese cuidam esse: ut in belli casus: q̃d ille cum Romanis ageret: aliquod uelut semen stirpis regie extaret: Perseo demortuo Idramiti se educatum usq; ad duodecimum annum etatis: patrem eius esse credentem: a quo educaretur: ignarum generis fuisse sui. Affecto deinde eo cũ prope ad uite finem ultimum esset: detectã tandem sibi originem suam falseq; matri libellũ datum: signo Persei Regis signatum: quem sibi traderet: cum ad puberem etatem uenisset. obtestationesq; ultimas adiectas: ut res in occulto ad id tẽpus seruaret. pubescẽti libellũ tradidit: in quo relicti sibi duo tesauri a patre dicerent. tum scientem mulierẽ subditum se esse: ueram stirpem ignoranti edidisse genus: atq; obtestatam: ut prius q̃ ad Eumenem manaret res Perseo inimicum excederet iis locis: ne interficeretur: eo se exterritum: simul sperantem aliquod auxilium a Demetrio in Syriam se contulisse.

atq; ibi primũ quis ipse omnino esset: palã expromere ausum. ¶ EX LIBRO .L.

THessalia cum et illam inuadere armis: atq; occupare Pseudo Philippus uellet: p Romanorum Legatos auxiliis Acheorum defensa est. ¶ Prusias Rex Bithynie omnium humillimorum fautor: atq; uitiorum: a Nicomede fillio adiuuante Attalo Rege: Pergami: occisus est. ¶ Habebat alium filium: qui pro superiore ordine dentiũ enatum habuisse unũ os continens dicitur. Cum legatos ad pacem inter Nicomedẽ & Prusiam faciẽdam Romani misissent: & unus ex iis multis cicatricibus sparsũ caput haberet: alter pedibus eger esset: tertius ingenio socors haberet: dixit Cato eam legationem. nec caput: nec pedes: nec cor habere. ¶ In Syria: que eo tempore ex stirpe generis Persei Regis Macedonũ: inertia socordiaq; similem Prusie Regẽ habebat. Iacente eo in ganea & lustris: Ammonius regnabat. per quẽ & amici omnes Regis: & Laodice Regina: & Antigonus Demetrii filius occisi. ¶ Masanissa Numidie Rex maior nonaginta ãnis: uir insignis: decessit. Inter cetera opa iuuenilia que ad ultimũ edidit: adeo etiam uersus in senectam uiguit: ut post sextum & octogesimũ annum genuerit unum filiũ. ¶ Inter tres liberos maximus natu Mycipsa Gulussa & Mastanabal qui etiam Grecis litteris erat eruditus. P. Scipio Emilianus cum commune eis pater regnũ reliquisset: & diuidere eos arbitrio Scipionis iussisset: administrationẽ Regni diuisit. ¶ Item Phanie Amilconis Prefecto equitum Carthaginensium: uiro forti: & cuius opera ꝑcipua Peni utebantur: suasit: ut cũ equitatu suo ad Romanos transiret. ¶ Trium legatorum qui ad Masanissam missi fuerant: Claudius Marcellus coorta tempestate fluctibus obrutus est. ¶ Carthaginenses Hasdrubalem Masanisse nepotem: quem Pretorem habebant: proditionis suspectum: in curia interemerunt. Que suspitio inde emanauit: ꝗ propinquus eẽt Gulusse: auxilia Romanorũ iuuãtis. P. Scipio Emilianus cum Edilitatem peteret Consul a Populo dictus: quoniam per annos cõsulem fieri minime licebat. cum maximo certamine suffragantis legis: & repugnantibus aliquantulũ Patribus: legibus solutus & Consul creatus ẽ. M. Emilius nonnullas urbes circũpositas Carthagini expugnauit. ¶ Pseudo Philippus in Macedonia ceso cum exercitu. M. Iuuentio Pretore: a. Q. Cecilio uictus captusq; ẽ relicta Macedonia. ¶ EX LIBRO .LI.

CArthago uiginti tria milia quidem passuum in circuitu labore maximo obsessa: & per partes capta est. ¶ Primũ a Mantino: Legato. deinde a Scipione Cõsule: cui extra sortem Prouincia Africa data est. ¶ Carthaginenses portu nouo: quia uetus a Scipione erat obstructus facta & contracta exiguo: tempore ampla classe nauali: prelio infeliciter pugnauerunt. ¶ Hasdrubalis quoq; eorũ Ducis castra ad Nefentũ oppidum loco difficillimo sita cũ exercitu deleta sunt a Scipione. ¶ Qui tandẽ urbẽ expugnauit: septingentesimo anno ꝗ̃ erat condita. Spolioꝝ maior pars Siculis: q̃bus ablata erant: reddita. ¶ Ultimo urbis excidio cum se Hasdrubal Scipioni dedidisset: uxor eius: que paucis ãte diebus de marito minime impetrare potuerat: ut ad uictorẽ transfugeret: se flagrantis in medium urbis incẽdium duobus cum liberis ex arce precipitauit. ¶ Scipio exẽplo patris eius Emiliani Pauli: qui Macedoniã uicerat: ludos fecit. ¶ Transfugas atq; fugitiuos bestiis obiecit. Belli Achaici semina referuntur hec ꝗ legati Ro. ab Achaicis pulsati sunt. ¶ Corinthũ missi erant: ut eas ciuitates que sub ditione Philippi fuerãt: ab Achaico cõcilio se cernerent. ¶ EX LIBRO .LII.

CUm Acheis q in auxiliũ Boetios & Chalcidenses habebãt. Q. Cecilius Metellus ad Thermopylas bello conflixit. Quibus uictis Dux eorum Critolaus ueneno sibi mortem consciuit. ¶ In cuius locũ Dracus Achaici motus primus autor: ab Acheis

Dux creatus ad Isthmon a. L. Mumio Cōsule uictus ē: qui omī Achaia in deditionē accepta Corinthū ex. S. C. diruit. quia ibi Legati Romanorū uiolati erant. Thebe quoq; & Chalcis: que auxilio fuerant: dirute. Ipse. L. Mumius se abstinentissimū uirū egit necquicq̄ ex iis opibus ornamentisq;: que predives Corinthus habuit: in domum eius peruenit. Q. Cecilius Metellus de Andrisco triumphauit. P. Cornelius Afri/canus Scipio Emilianus: de Carthagine & Hasdrubale. Viriatus primū in Hispania ex pastore Venator: & ex uenatore Latro: mox iusti quoq; exercitus Dux factus: uniuersam Lusitaniam occupauit. M. Vetiliū Pretorem fuso eius exercitu: cepit. Post quem. C. Plaucius Pretor nihilo felicius rem gessit. tantūq; terrorem is hostis intulit: ut aduersus eum Consulari opus esset: & Duce: & exercitu. ¶ Preterea motus Syrie: & bella inter Reges gesta: referuntur. ¶ Alexander homo ignotus & incertæ stirpis: occiso sicut ante dictū ē Demetrio rege: in Syria regnabat. ¶ Hunc Demetrius Demetrii filius q̄ a patre quondā ob incertos belli casus ablegatus in Gnidon fuerat: cōtempta socordia: inertiaq; eius: adiuuante Ptolemeo Egypti Rege: cuius filiam Cleopatram acceperat: in matrimoniū bello interemit. ¶ Ptolemeus in caput grauiter uulneratus: inter curationem: dum ossa medici terebrare contendunt: expirauit. Atq; in locum eius frater minor Ptolemeus: qui Cyrenis regnabat: successit. ¶ Demetrius ob crudelitatem: quam per tormenta in suos exercebat: a Diodoto quodā uno ex sub/iectis: qui Alexandri filio bimulo admodum: regnū asserebat: bello supatus Seleuciā fugit. L. Mumius de Acheis triūphauit. ¶ Signa erea marmoreaq; & tabulas pictas in Triumpho tulit.

¶ EX LIBRO .LIII.

P. Claudius Con. Salassos gentem Alpinam domuit. Alter Pseudo Philippus in Macedōia a. L. Tremelio Questore cū exercitu cesus ē. Q. Cecilius Metellus Procōsul Celtiberos cecidit. A. Q. Fabio Proconsule pars maxima Lusitanie: ex/pugnatis multis urbibus: recepta est. C. Iulius Senator Grece res Romanas scripsit.

¶ EX LIBRO .LIIII.

Q. Pompeius Consul in Hispania. Termestinos subegit: cū eisdem quidem: & Nu/mantinis pacem ob infirmitatem fecit. ¶ Lustrum a Censoribus conditum est. Censa sūt capita ciuiū. cccxxviii. milia. cccxlii. ¶ Cum Macedonū Legati cōquestū uenissent de Iunio Syllano Pretore: q̄ acceptis pecuniis prouinciā spoliasset: & Se/natus de querelis eo℞ uellet cognoscere. T. Manlius Torquatus Syllani pater petiit: impetrauitq;: ut sibi huiusmodi cognitio mandaretur. & domi causa cognita filium condēnauit. abducauitq;. ac ne funeri quidē eius: cum suspendio uitā finisset: interfuit sedensq; domi potestatē cōsultantibus ex instituto fecit. Q. Fabius Procon. rebus in Hispania prospere gestis: labem imposuit: pace cum Viriato equis conditionibus facta. ¶ Viriatus a ꝓditoribus cōsilio Seruilii Cepionis interemptus est. & ab exercitu eius multū imploratus. ac nobilissime tumulatus. Vir Duxq; Max. ꝑ quartū decimū annū: quibus Romanis bellū gessit frequentius superior.

¶ EX LIBRO .LV.

P. Cornelio Nasica: cui cognomen Serapion fuit: ab irridente Curiatio Tr. Pl. impositū. & D. Iunio Bruto Con. delectū habentibus in conspectu tyronū res saluberrimi exempli facta ē. Nam. C. Matienus accusatus ē apud Tr. Pl. q̄ exercitū in Hispania deseruisset: damnatusq; sub furca diū uirgis cesus est. & sestertio nummo uenit. Tr. Pl. quia nō impetrarūt: ut sibi denos quos uellent milites eximere liceret: Consules in carcerē mitti iusserunt. Iunius Brutus con. in Hispania iis q̄ sub Viriato militauerāt: agros oppidumq; dedit: quod ualentia uocatum est. M. Popilius a Nu/mantinis: cum quibus pacem factam Senatus irritam censuerat: cum exercitu fusus:

fugatusq;. C. Hostilio Mancino Consule sacrificante: pulli ex cauea euolauerunt. Conscendẽti deinde in nauim: ut ĩ Hispaniã ꝑficisceret᷑ accidit audiri. Mane Mane Mancine. auspitia tristia fuisse probatũ est. ¶ Victus enim a Numantinis: & castris exutus cũ spes nulla seruãdi exercitus esset: pacem cũ iis fecit ignominiosã. quã ratam esse Senatus uenit. ¶ Triginta milia Romanorum a numantinoꝝ milibus quattuor uicta erant. D. Iunius Lusitaniã urbiũ expugnatiõibus: usq; ad oceanũ ꝑdomuit: & cum fluuiũ Obliuionẽ transire nollent: raptũ signifero signũ: ipse trastulit: & sic: ut transgrederent᷑ persuasit. ¶ Alex. filius Rex Syrie decem annos ad modũ habens: a Diodoto: q Triphon cognominabat᷑ tutore suo: ꝑ fraudẽ occisus ẽ. Corruptis quidẽ medicis: qui eũ calculi dolore consumi ad populũ mentiti: dũ secant: illũ occiderunt.

¶ EX LIBRO .LVI.

D. Iunius Brutus in Vlteriore Hispãia feliciter aduersus Gallecios pugnauit. Dis/simili euentu. M. Emilius Lepidus Procon. aduersus Vacceos rẽ gessit: cladẽq; similẽ Numãtie passus ẽ. Ad exoluendũ Numãtini federis religiõe Populũ: Mãcinus cum huius rei autor fuisset: deditus Numantinis: minime est receptus. Lustrũ a Cen/soribus conditũ est. Censa sunt ciuium capita. cccxxiii. milia ¶ Fuluius Flaccus Con. Vardeos in Illyrico subegit. M. Cesonius Pretor in Thratia cũ Scordiscis ꝓspere pugnauit. Cum uicio Ducum bellũ Numantinũ non sine publico pudore duraret: delatus ẽ ultro Scipioni Africano: a Senatu Po. q; Ro. Cõsulatus. quẽ cum ille cape ob legem: que uetabat quenq̃ intra: x. annos iterũ Consulẽ fieri licere: minime uellet: sicuti priori Consulatu legibus solutus ẽ. Bellum Seruile in Sicilia ortũ: cũ opprimi a Pretoribus minime ualuisset. Cn. Fuluio Con. mandatũ est: Cuius belli initiũ fuit. Eunus seruus natiõe Syrus: qui cõtracta agrestiũ seruoꝝ manu: & solutis ergastulis: iusti exercitus numerũ impleuit. ¶ Cleon quoq; alter seruus ad. lxx. milia seruorum contraxit: & copiis iunctis cõtra Po. Ro. exercitũq; eius bellũ sepenumero gesserũt.

¶ EX LIBRO .LVII.

SCipio Africanus Numantiã obsedit. ¶ Et corruptũ licentia luxuriaq; exercitũ ad generosissimã militie disciplinã reuocauit: omnia enim delitiarũ instrumẽta recidit. Duo milia scortorũ a castris eiecit: Militẽ omni die in ope habuit: & triginta dierũ frumentũ: ac septenos uallos ferre cogebat. ¶ Egre ꝓpter onus incedẽti dicebat: Cum gladio tete uallare scieris: nallũ ferre desinito. ¶ Alii nimiũ parum habiliter scutũ ferenti: eum scutũ amplius iusto ferre iussit: neq; id se reprehẽdere. qm̃ melius scuto: q̃ gladio uteretur. ¶ Quem militẽ extra ordinẽ deprehendit: si Romanus esset: uitibus: si extraneus: uirgis cecidit. ¶ Iumenta quidem omnia: ne exoneraret milites: uendidit. Multotiens cõtra hostiũ eruptiones feliciter pugnauit. ¶ Vaccei obsessi liberis & con/iugibus trucidatis: ipsi se interemerunt. ¶ Scipio amplissima munera sibi ab Antiocho Rege Syrie: cũ celare aliis Imperatoribus Regũ munera mos esset: pro tribunali ea accepturũ se esse dixit: eaq; oĩa referre Questori in publicas tabulas iussit. Ex iisce uiris fortibus munera se daturum. ¶ Cum undiq; Numantiam obsidione clausisset: & oppressos fame uideret urgeri: hostes qui pabulatum exierant: uetuit interimi: quod diceret uelotius eos absumpturos frumentũ: quod haberent: si plures quidem fuissent.

¶ EX LIBRO .LVIII.

. Sempronius Gracchus Tri. Pl. cũ Agrariã legem ferret: aduersus uoluntatem Senatus: & equestris ordinis: ne quis ex publico agro plus q̃ decẽ iugera possi/deret: in eum furorẽ exarsit: ut . M. Octauio College causã diuerse partis defendẽti potestatẽ lege lata abrogaret: seq; & fratrẽ Gracchũ: & . Ap. Claudiũ soceꝝ triũuiros

ad diuidundū agrū crearet: ꝓmulgauit: & aliā legem Agrariam: qua siquis latius agrū patefaceret: ut idē omnino Triuiri iudicarent: qua publicus ager: qua priuatus eēt. Deinde cū minus agri eēt: ꝙ quod diuidi posset: sine offensa etiā plebis: quoniā eos ad cupiditatem amplū modū sperandi incitauerat: legem se ꝓmulgaturū ostendit ob id: ut iis qui Sempronia lege agrū accipere deberent: pecunia: que Regis Attali fuisset: diuideret. ❡Heredem aūt. Populū Ro. reliquerat Attalus Rex Pergami Eumenis filius. tot indignationibus cōmotus grauiter Senatus: ante omnes. C. Antonius Con. qui cū in Senatu in Gracchū perorasset: raptus ab eo ad Populū: delatusq; Plebei: rursus in eum pro rostris contionatus est. ❡Cum iterū Tr. Pl. creari uellet. Gracchus autore. P. Cornelio Nasica in Capitolio a ꝑmatibus occisus ē. Ictus primū fragmētis. subselliorum. & inter alios: qui in eadē seditione occisi erant: insepultus et in flumen proiectus. ❡Res preterea in Sicilia uario euentu aduersum fugitiuos gestas: cōtinet.

❡EX LIBRO .LVIIII.

NVmantini fame maxime coacti ipsi se per uices trucidauerūt. Captam urbem Scipio Africanus deleuit: & de ea triūphauit. ❡Quarto decimo āno post Car/thaginē deletā. P. Attilius Con. in Sicilia cū fugitiuis debellauit. ❡Aristonicus Regis Eumenis filius Asiam occupauit: cū testamēto Attali Regis legata Po. Ro. libera esse deberet. Aduersus eū. P. Licinius Crassus Con. cum idē Pontifex Max. esset: qđ nunꝗ antea factū erat: extra Italiā profectus. prelio uictus & interemptus est. M. Perpēna Con. uictū Aristonicū in deditionē accepit. Q. Pōpeius: & Q. Metellus tunc primū uterq; ex Plebe Censores facti. ❡Lustrū a Censoribus ē conditū. Censa sunt capita. cccxviii. milia. dccccxxiii. preter pupillos: & uiduas. Q. Metellus Censor: censuit: ut ducere uxores omnes cogerent omnino: liberorū creandoꝝ causa. Extat oratio eius: quā Augustus Cesar: cū de maritādis ordinibus ageret: uelut eo tempore scriptā: in Senatu recitauit. C. Attilius Labeo Tribunus Pl. Q. Metellū Cēsorē: a quo in Senatu legendo ꝑteritus erat: de saxo deiici iussit. qđ ne fieret ceteri Tr. Pl. auxilio ꝙ maxime fuerūt. ❡Cum carbo Tr. Pl. rogationē tulisset: ut eundē Tr. Pl. quotiens quidē uellet: creari liceret. Rogationē eius. P. Africanus grauissima oratiōe dissuasit: In qua dixit. Ti. Gracchū iure cesū uideri. Gracchus cōtra suasit rogationē: sed Scipio censuit. ❡Bella inter Antiochū Regem Syrie & Phrabartem Parthorum Regem gesta. nec magis quiete res Egypti referunt. ❡Ptolemeus Euergetes cogno/minatus ob nimiā crudelitatē suis inuisus: incēsa a Po. Regia: clam in Cyprū ꝓfugit: & cum sorori eius Cleopatre: quam eius uirgine filia: per uim compressa: & in matri/monium ducta: repudiauerat: Regnū a populo datū: esset infensus: filiū quē ex illa habebat: in Cypro occidit. Caputq; eius: & manus: & pedes: matri misit. ❡Seditiones a Triumuiris Fuluio Flacco. C. Graccho &. C. Carbone: de agro diuidundo creatis excitate. quibus cū. P. Scipio Africanus aduersaretꝰ: fortisq; ac ualidus pridie domū se recepisset: mortuus in cubiculo inuentus est. Suspecta fuit: tanꝙ uenenū ei dedisset: Sempronia uxor. hinc maxime ꝙ soror eēt Gracchoꝝ: cū quibus simultas Africano fuerat. De morte tñ eius nulla questio acta. Quo defuncto seditiones Triumuirales acrius exarserunt. C. Sempronius Con. contra Iapigas primo male rem gessit. mox uictoria cladē acceptā emēdauit: uirtute. D. Iunii. Bruti eius ꝗ Lusitaniā subegerat.

❡EX LIBRO .LX.

AVrelius Consul Sardos subegit. ❡Fuluius Flaccus ꝑmus omniū Trāsalpinos Ligures bello domuit: missus in auxiliū Massiliēsibus aduersus Falanios Gallos qui populabanē fines Massiliensium. L. Opimius Pretor Fregellanos: ꝗ defecerāt:

in deditionē accepit. Fregellas diruit ¶ Pestilentia in Africa a maxima multitudine locustarū: & deinde necatarū strage fuisse traditur ¶ Lustrū a Cēsoribus conditū ē. Censa sunt ciuium capita. cccxc. milia. dccxxxvi. ¶ Gracchus Tiberii frater Tri. Pl. eloquentior: q̄ frater perniciosas aliquas leges tulit: inter quas frumentariā: ut semis & triente frumentū Plebi daret. Alteram legē agrariā: quā frater eius tulerat. Tertiā qua Equestrē ordinē cum Senatu cōsentiente corrumpet. trecenti Senatores erant: sexcenti Equites: ut trecentis Senatoribus admiscerent. i. ut equester ordo bis tantū uirū in senatu haberet. & cōtinuato in alterū annū Tribunatu legibus agrariis latis effecit: ut cōplures colonie in Italia deducerentur: & una in solo dirute Carthaginis: quo ipse Triumuir creatus Coloniā deduxit. ¶ Preterea res a. Q. Metello Consule aduersus Baleares gestas cōtinet. quas Greci Gymnesias appellant quia estatem nudi exigant ¶ Baleares a teli missu appellati: aut a Balteo Herculis comite: ibi relicto tūc cum Hercules ad gerionē nauigaret. ¶ Motus quoq; Syrie referunt: in q̄bus Cleopatra Demetriū uirum suū: & Seleucū filiū: multum indignata: q̄d occiso patre eius: a se iniussu suo: diadema sumpsisset: interemit.

¶ EX LIBRO .LXI.

. Sestius Procon. uicta Saluioꝝ gente. Coloniā aq̄s Sestias cōdidit. Ob aquarū copiā & calidis & frigidis fōtibus atq; a noīe suo ita appellatas ¶ Cn. Domitius Procon. cōtra Allobroges ad oppidū Vindaliū: multū feliciter pugnauit ¶ Quibus bellum inferendi causa fuit: ꝙ Teutomalū Saluiorū Regem fugientē recepissent: & omni ope iuuissent. ꝙq; Heduorū agros sociorū Po. Ro. uastauissent. C. Gracchus seditioso Tribunatu acto: cum Auentinū armata quoq; multitudine occupauisset a. L. Opimio Consule ex. S. C. uocato ad arma populo pulsus interemptusq; est. & cū eo Fuluius Flaccus socius eiusdē. Q. Fabius Max. Consul Pauli nepos aduersus Allobroges & Bituitū Aruernoꝝ Regē feliciter pugnauit. Ex Bituiti exercitu cesa milia hominū centū uiginti. & cū ipse ad satisfaciendū Senatui Romā profectus eēt: Albe custodiendus datus ē: quia cōtra pacem uidebat̄ ut in Galliā remitteret̄: decretū quoq; est: ut congentiatus filius eius cōprehensus Romā mitteret̄. ¶ Allobroges in deditionē accepti. L. Opimius accusatus apud populū a. Q. Decio Tr. Pl. ꝙ indemnatos ciues in carcerē coniecisset: liberatus est.

¶ EX LIBRO .LXII.

. Martius Con. Sarnios gentē Alpinā expugnauit. ¶ Micipsa Numidarū Rex mortuus: regnum tribus filiis reliquit: Atherbali Hyempsali & Iugurthe fratris filio: quē in filium adoptauerat. L. Cecilius Metellus Dalmatas obsedit ¶ Iugurtha Hympsalē fratrē bello petiit: quē uictū interemit. ¶ Atherbalē regno expulit: qui a Senatu restitutus ē. L. Cecilius Metellus. Cn. Domitius Enobarbus Censores. duos & triginta Senatu amouerunt. Preterea motus Syrie regnumq; continet.

¶ EX LIBRO .LXIII.

CAto Portius Con. in Thracia male aduersus Sardiscos pugnauit ¶ Lustrum a Censoribus conditū ē. Censa sunt ciuiū capita. cccxciiii. milia. cccxxxvi. Emilia Licinia & Martia uirgines Vestales incesti dānate sunt. Idq; incestū quēadmodum cōmissum deprehensum & iudicatū sit: refertur ¶ Cimbri gens uaga populabundi in Illyricū uenerūt: ab iis Papyrius Carbo Consul cū exercitu fusus est. Liuius Drusus Consul aduersus Sardiscos gentem a Gallis oriundam in Thracia feliciter pugnauit: Magnumq; honorem tulit.

¶ EX LIBRO .LXIIII.

ATherbal bello petitus a Iugurtha: & in oppido Cyrtha obsessus contra denūtiationē Senatus ab eo occisus ē. Ob hoc ipsi Iugurthe bellū indictū. Idq; etiā Calphurnius Bestia Con. gerere iussus pacem cū Iugurtha iniussu Populi & Senatus

fecit. Iugurtha fide publica euocatus: ad indicandũ consiliorũ suorũ autores: ꝙ multos pecunia in Senatu corrupisse dicebat: Romã uenit: & ꝓpter cedẽ admissã in Regulũ quendã nomine Masanissã: qui regnum eius Po. Ro. inuisi appetebat: interfectum Rome: cũ periclitaret causam capitis dicere iussus: clam ꝓfugit: & cedens urbe fertur dixisse. O urbẽ uenalẽ: & cito peiturã si emptorẽ inuenerit. A. Postumius Legatus infeliciter ꝓlio aduersus Iugurthã gesto cõflixit. Pacemq; etiã multũ ignominiosam adiecit: quã quidẽ minime eẽ seruandã Senatus cẽsuit. ¶ EX LIBRO .LXV.

Q. Cecilius Metellus Con. duobus preliis Iugurthã fudit: & uniuersã Numidiam uastauit: M. Iunius. Syllanus Con. aduersum Cimbros infeliciter pugnauit. Legatis Cymbrorũ sedẽ & agros in qbus cõsisterent: postulantibus Senatus negauit. .M. Minutius Procon. contra Thracas feliciter quidẽ pugnauit. L. Cassius Con. a Tigurinis Gallis Pago Heluetiorũ qui a ciuitate secesserant in finibus Allobrogũ cũ exercitu cesus ẽ. Milites q ex ea clade supauerãt: obsidibus datis: & dimidia rerũ omniũ parte: ut incolumes dimitterent: cũ hostibus pacti sũt. ¶ EX LIBRO .LXVI.

IVgurtha pulsus a. C. Mario ex Numidia: auxilio Bocchi Maurorum Regis adiutus est: & cesus prelio: Bocchi quoq; copiis: nolente Boccho bellũ infeliciter susceptum diutius sustinere: uinctus ab eo: & traditus Mario est. In qua re precipua opera. L. Coenelii Sylle Questoris Marii fuit. ¶ EX LIBRO .LXVII.

.Aurelius Scaurus Legatus Con. a Cimbris fuso exercitu captus ẽ. & cũ i cõsiliũ ab iis euocatus deterreret eos: ne Alpes transirẽt Italiã petituri: eo quod diceret Romanos uici minime posse. A Bolo Rege feroci iuuene: occisus ẽ. Ab iisdẽ hostibus .C. Manlius &. Q. Seruilius Cepio Proconsules uicti ꝓlio: castrisq; binis exuti sunt. Octoaginta milia militũ occisa. Calonum ac lixarũ quadraginta milia. ¶ Secundum Po. Ro. iussionẽ Cepiõis cuius temeritate clades accepta erat: dãnati bona publicata sunt. primoq; post Regẽ Tarquiniũ Imperiũ ei abrogatũ. ¶ In triũpho. C. Marii ductus ante currum eius Iugurtha cum duobus filiis: & in carcere necatus. ¶ Marius triũphali ueste in Senatũ uenit. qđ nemo ante eũ fecerat: eiq; ꝓpter Cimbrici belli metũ continuatus per ꝙplures ãnos Magistratus ẽ. ¶ Cõsulatu secũdo & tertio absens Consul creatus. quartũ consulatũ dissimulãter captans cõsequutus ẽ. Cn. Domitius Pontifex Maximus populi suffragio creatus est. ¶ Cimbri uastatis omibus que circa Rhodanũ & Pyreneũ sunt ꝑ saltũ in Hispaniã transgressi ibiq; multa loca populati: a Celtiberis fugati sunt. reuersiq; in Galliã bellicosis quidẽ se Teutonis coniunxerũt.

¶ EX LIBRO .LXVIII.

M. Antonius Pretor ĩ Sicilia maritimos ꝑdones ꝑsequutus ẽ. C. Marius Con. sũma ui oppugnata a Teutonis & Ambronibus castra defendit. duobus deinde preliis circa Aquas Sestias eos hostes deleuit. In quibus cesa tradunt hostiũ ducenta milia: capta nonaginta. ¶ Marius absens quintũ Cõsul creatus ẽ. Triumphũ oblatũ: donec Cimbros uinceret: distulit. ¶ Cimbri repulso ab Alpibus: fugatoq;. Q. Catulo Procon. qui fauces Alpiũ obsederat: & ad flumẽ Athesim castellũ editũ insederat: reliqueratq;: ubi uirtute sua explicata fugientẽ ꝓconsulẽ exercitũq; ꝓsequuti in Italiã traieassent: iunctis eiusdẽ Catuli &. C. Marii exercitibus: ꝓlio uicti sũt ab eis. In quo cesa tradunt hominũ centũ. xl. milia. capta. lx. ¶ Marius totius ciuitatis cõsensu receptus ꝓ duobus triũphis qui offerebant: uno contentus fuit. ¶ Primores ciuitatis qui aliquantulũ: ut nouo homini ad tãtos honores euecto inuiderãt cõseruatã ab eo rem. pu. fatebant. P. Malleolus matre interempta primus omniũ insutus culleo in mare ꝑcipitatus est. Ancilia cum strepitu mota esse: anteq̃ cimbricum bellum consũmaretur: referuntur.

Bella preterea inter Syrie Reges continet. ¶ EX LIBRO .LXVIIII.

CN. Apuleius Saturninus adiuuante. C. Mario & per milites occiso. A. Numio cōpetiore: Tr. Pl. per uim creatus: nō minus uiolenter Tribunatū: q̃ petierat: gessit. ¶ Et cū legem Agrariā p uim tulisset: Metello Numidico: eo qđ in eā minime iurasset. diē dixit. qui cū a bonis ciuibus defenderet̃: ne causa maloꝝ certaminū esset: in uoluntariū exsiliū Rhodum profectus ē. Ibiq; legendo & audiendo magnos uiros aduocabat. ¶ Profecto. C. Marius seditionis autor: qui sextū quidē Cōsulatum per tribus: sparsa pecunia emerat aq̃ & igni īterdixit. ¶ Idē Apuleius Saturninus Tri. Pl. .C. Memmiū candidatū Consulatus petitiorē maximū: quē aduersariū eius actiōibus suis timebat: interemit. ¶ Quibus rebus cōcitato q̃plurimū Senatu: in eius causā: & .C. Marius: homo mutabilis & uarii cōsilii ingeniiq;: q semp secundū fortunā transierat: eum tueri minime posset: oppressus armis: cū Glaucia Pretore: & aliis eiusdē furoris sotiis: bello quodā interfectus ē. Q. Cecilius Metellus ab exsilio ingenti totius fauore ciuitatis reductus est. M. Aquilius Con. in Sicilia bellum seruile concitatū confecit.

¶ EX LIBRO .LXX.

CVm. M. Aquilius de pecuniis repetundis: causā diceret: ipse rogare iudices noluit .M. Antonius qui pro eo perorabat tunicā a pectore eius discidit: ut honestas cicatrices ostenderet. qbus cōspectis indubitanter obsolutus est. ¶ Cicero eius rei solus autor. ¶ Didius Procon. aduersū Celtiberos feliciter pugnauit. ¶ Ptolemeus Cyrenaꝝ Rex cui cognomentū Appionis fuit mortuus heredē Po. Ro. reliquit. & eius Regni ciuitates Senatus liberas esse iussit. ¶ Ariobarzanes in Regnū Cappadocie a. L. Cor/nelio Sylla reductus ē. ¶ Parthorū Legati a Rege Arsace missi: ad Syllā uenerunt: ut amiciciā a Po. Ro. peterēt. P. Rutilius: uir sūme innocētie qui Legatus. C. Marii Procon. a Publicanoꝝ iniuriis Asiā defēderat: īuisus Equestri ordini penes quē uicia erant: repetūdarū damnatus: in exsiliū missus est. C. Geminius Pretor cōtra Thracas infeliciter pugnauit. ¶ Senatus cū impotentiā Equestris ordinis in iudiciis exercēdis ferre nollet: omni ui niti cepit: ut ad se iudicia transferrent̃. Sustinente causam eius .M. Liuio Druso Tr. Pl. qui ut uires sibi acquireret: pniciosa spe largitionis Plebē cōcitauit. ¶ Preterea motus Syrie Regūq; continet. ¶ EX LIBRO .LXXI.

T. Liuius Drusus Tr. Pl. ut maioribus uiribus Senatus causam susceptā tueretur: sotios & Italicos populos spe ciuitatis Romane sollicitauit: iisq; adiuuantibus p uim: legibus agrariis frumentariisq; latis legem quoq; indicialem tulit: ut equa parte iudicia penes Senatū: & equestrē ordinē essent. Cū deinde pmissa sotiis ciuitas pstari nō posset: irati Italici defectionē ceperūt agitare. Eoꝝ coitus cōiurationesq; oratio/nesq; ī cōciliis principū referunt̃: ppter que Liuius Drusus etiā Senatui īuisus factus: uelut Sotialis belli autor: incertū a quo: domi occisus ē. ¶ EX LIBRO .LXXII.

ITalici populi defecerunt. Picentes Vestini Marsi. Peligni. Marucini. Lucani Sānites initio belli a Picētibus moto. Q. Seruilius Procon. in oppido Asculo cū omnibus ciuibus Romanis qui in eo oppido erant: occisus ē. ¶ Saga populus sūpsit. Seruilius Galba a Lucanis cōprehensus unius femine opera ad quā diuertebat̃: cap/tiuitate exemptus ē. Esernia & Alba Colonie ab Italicis obsesse sunt. Auxilia demum Latini nominis externarūq; gentium missa Po. Ro. & expeditiones inuicem urbiūq; expugnationes referuntur. ¶ EX LIBRO .LXXIII.

L. Cesar Con. male aduersus Samnites pugnauit. Nola Colonia in potestatem Samnitiū cū .L. Postumio Pretore uenit: qui intermptus ē. ¶ Complures populi ad hostes defecerunt cū. P. Rutilius Con. parū prospere cōtra Marsos pugnasset: &

in prelio cecidisset. C. Marius Legatus eius meliore quidẽ euẽtu cũ hostibus cõflixit.
Sex. Sulpitius Pelignos fudit. Q. Cepio Legatus Rutilii: cũ obsessus: prospere in
hostes irrupisset: & ob eũ successum equatũ ei cum. C. Mario esset Imperiũ: temerarius
factus: & circumuentus insidiis fuso exercitu cecidit. L. Cesar Consul feliciter cõtra
Samnites pugnauit. ob eam uictoriam Rome saga posita sunt. ¶ Et ut uaria belli
fortuna esset: Esernia Colonia cũ. M. Marcello in potestatẽ Samnitũ uenit. ¶ Sed &
.C. Marius ꝓlio Marsos fudit: Hirnio Asinio Pretore Marucinorũ occiso. C. Cecilius
in Gallia Transalpina Saluios rebellantes uicit. ¶ EX LIBRO .LXXIIII.

CN. Pompeius picentes prelio fudit: & obsedit: propter quam uictoriam Rome
ꝓtexte aliaq; Magistratuũ ornamẽta insignia sũpta sũt. C. Marius cũ Marsis
dubio euentu pugnauit. ¶ Libertini tum primũ militare ceperunt. Aurelius Plotius
Legatus Vmbros. L. Portius Pretor: Marsos: cum uterq; populus defecisset prelio
uicerũt. ¶ Nicomedes in Bithynie: Ariobarzanes in Cappadocie Regnũ reducti sũt.
Cn. Pompeius Con. Marsos acie uicit. ¶ Cum ere alieno oppressa eẽt ciuitas. A. Sem-
pronius Asellius pretor quoniã secundũ debitores ius dicebat: ab iis qui fenerabãtur:
in foro occisus ẽ. Preterea ĩcursiones Thracũ in Macedoniã: populatiõesq; cõtinet.

¶ EX LIBRO .LXXV.

.Postumius Albinus Legatus in obsidione castrorũ hostiliũ cecidit. ¶ Sulpitius
Legatus cũ classi preesset. infamis crimine ꝓditionis ab exercitu suo interfectus.
L. Cornelius Sylla Legatus Samnites prelio uicit. & bina castra eorũ expugnauit.
Gn. Pompeius Vestinos in deditionẽ accepit. L. Portius Con. rebus prospere gestis:
fusisq; aliquotiens Marsis: dũ castra eorũ expugnat: cecidit. ea res hostibus uictoriam
eius prelii dedit. ¶ Cosconius & Luceius Samnites acie uicerunt. Marium ægnatium
nobilissimum hostium Ducem occiderunt. Compluraq; eorum oppida in deditionem
acceperunt. L. Sylla Hirpinos domuit. Samnites multis ꝓliis fudit. aliquot populus
recepit: quantisq; raro quis q̃ ante Consulatum rebus gestis: ad petitionem consulatus
Romam est profectus. ¶ EX LIBRO .LXXVI.

.Gabinius Legatus rebus aduersũ Lucanos prospere gestis. multis oppidis ex-
pugnatis in obsidiõe castrorũ hostiliũ cecidit. ¶ Sulpitius Legatus Marũcinos
cecidit: uniuersãq; eã regionẽ recepit. Cn. Põpeius Procon. Vestinos & Pelignos in
deditionẽ accepit. ¶ Marsi quoq; a. L. Murena & Cecilio Pinna Legatis aliquot ꝓliis
fracti: pacẽ petierũt. ¶ Asculũ a Cn. Põpeio: captũ ẽ: cesis a Mamerco Emilio legato
Italicis. Silo Popedius Dux Marsorũ autor huius rei in ꝓlio cecidit. ¶ Ariobarzanes
Cappadotie: Nicomedes Bithynie Regno a Mithridate Põti Rege pulsi sũt. Pre-
terea incursiões Thracũ in Macedoniã cõtinet. ¶ EX LIBRO .LXXVII.

CVm. P. Sulpitius Tr. Pl. autore. C. Mario perniciosas leges promulgasset: ut
exsules reuocarẽtur: & noui ciues libertiniq; distribuerent in tribus: & ut Cõsul
Marius aduersus Mithridatẽ Ponti Regẽ Dux crearet & aduersantis Cõsulibus. Q.
Pompeio. & L. Sylle uim intulisset: occisoq; Pompei Consulis filio genero Sylle. L.
Sylla Con. cũ exercitu in urbẽ uenit: & aduersus factionẽ Sulpitii & Marii in ipsa
urbe pugnauit. eamq; expulit. ¶ Ex quo duodecim a Senatu hostes: inter quos Con.
Marius pater: & filius iudicati sũt. P. Sulpitius cũ in quadã uilla lateret: indicio serui
sui retractus: & occisus ẽ. ¶ Seruus ut premiũ ꝓmissi indicii haberet: manumissus ẽ. & ob
scelus domini ꝓditi: de saxo deiectus ẽ. C. Marius filius ĩ Africã traiecit. C. Marius
pater cũ in paludibus Minturnensium lateret: extractus est ab oppidanis & cum ad
occidendũ eum missus seruus natione Gallus maiestate tanti uiri ꝑterritus recessisset:

impositus publice in naui delatus est in Africā. L. Sylla ciuitatis statum ordinauit. Exinde Colonias dedixit. Q. Pompeius Con. ad capiendū a Cn. Pōpeio Procon. exercitum profectus consilio eius occisus est. Mithridates Ponti Rex Bithynia & Cappadotia occupatis: & pulso Aquilio legato Phrygiam Prouinciā Populi Ro. cū ingenti exercitu intrauit.

EX LIBRO .LXXVIII.

Mithridates Asiā occupauit. Q. Oppiū Procon. Item Aquiliū Legatū ī uincula coniecit. iussuq; eius quicqd ciuiū Romanoꝝ in Asia fuit: uno die trucidatū est. Vrbem Rhodū que sola in fide ꝑmanserat oppugnauit: & aliquot preliis naualibus uictus: recessit. Archelaus prefectus Regis in Greciam cum exercitu uenit: Athenas occupauit. Preterea trepidationē urbium insularumq; aliis ad Mithridatem: aliis ad Po. Ro. ciuitates suas trahentibus: continet.

EX LIBRO .LXXVIIII.

C. Cornelius Cinna cum ꝑniciosas leges ꝑ uim ferret: pulsus urbe a Cn. Octauio Collega. Cū Sex. Tr. Pl. īperioq; ei abrogato: corruptū. Ap. Claudii exercitū: in potestatem suam redegit. & bellū urbi intulit accersito. C. Mario cū aliis exsulibus ex Africa: ī quo bello duo fratres alter ex Pōpei exercitu: alter ex Cinne: ignorātes concurrerūt: & cū uictor mortuū spoliaret: agnito fratre: ingenti lamētatione edita: rogo ei extructo: ipse supra rogū se transfodit. & eodem igne consumptus est. & cum opprimi inter initia potuisset: Cn. Pōpeii fraude q utranq; partē fouēdo uires Cinne dedit: nec nisi profligatis optimatiū rebus auxiliū tulit. & cōsulis segnicie confirmati Cinna: & Marius quattuor exercitibus: quoꝝ duo. Q. Sertorio & Carboni dati sūt: Vrbem cirūsederunt. Ostiam Coloniam Marius expugnauit. & crudeliter diripuit.

EX LIBRO .LXXX.

ITalicis populis a Senatu ciuitas data est. Samnites qui soli arma recipiebant Cinne & Mario se cōiunxerūt. Ab iis Plancius cū exercitu cesus est. Cinna & Marius cū Carbōe & Sertorio Ianiculū occupauerūt. & fugati ab Octauio cōsule recesserūt. Marius Antiū quidē &Ariciā & Lauiniū Colonias deuastauit. cū nulla omnino spes esset optimatibus resistendi ꝓpter segniciē & perfidiā & Ducū & militū q corrupti aut pugnare nolebāt: aut ad diuersas partes transibāt Cinna & Marius in Vrbe recepti sūt: q uelut raptā eam cedibus & Rapinis uastarūt. Cn. Octauio Con. occiso: & omnibus aduerse partis nobilibus trucidatis inter quos. M. Antonio eloquē-tissimo uiro. & C. L. Cesare. quoꝝ capita in rostris posita. Crassus filius ab equitibus Fimbrie interemptus. Pater Crassus: nequid indignum uirtute sua pateret: gladio se trāsfixit. & citra illa Comitia Cōsules in sequentē annū seipsos renuntiauerūt eodēq; die quo magistratum inierant: Marius Sex. Liciniū Senatorē de saxo deiici iussit: editisq; multis sceleribus idibus ianuariis decessit. Vir cuius si examinentur cū uirtu-tibus uitia: haud facile sit doctu: utrū bello melior: an pace ꝑniciosior fuerit. Adeo quā Rem. P. armatus seruauit: eam primo togatus omni genere fraudis: postremo armis euertit.

EX LIBRO .LXXXI.

L. Sylla. Athenas. q̃s Archelaus Prefectus Mithridatis occuparat: circūsedit: & cū maximo labore expugnauit. Vrbi libertatē & ciuibus: que habuerāt: reddidit. Magnesia que sola in Asia ciuitas in fide māserat: sūma uirtute aduersus Mithridatē defēsa ē. ꝑterea Thracus ī Macedōia gesta cōtinet.

EX LIBRO .LXXXII.

SYlla copias Regis que Macedonia occupata in Thessaliā uenerant: ꝑlio uicit: cesis hostiū centū milibus: castris quoq; expugnatis. Renouato deinde bello iterum exercitū eius fudit: ac deleuit. Archelaus cū classe regia Sylle se tradidit. L. Valerius Flaccus Con. collega Cinne: missus ut Sylle succederet: propter auariciam

inuisus exercitui suo: A. C. Fimbria Legato ipsius ultime audatie homine occisus ẽ.
& imperiũ ad Fimbriã translatũ. ¶ Preterea expugnate in Asia urbes a Mithridate
& crudeliter direpta prouintia. Incursionesq; Thracum in Macedonia referuntur.

¶ EX LIBRO .LXXXIII.

.Fimbria in Asia fusis aliquot copiis Mithridatis: urbẽ Pergamũ cepit. obsessũq;
Regem non abfuit multũ: quin caperet. ¶ Vrbem Ilion que se potestati Sylle
reseruabat: expugnauit. ac deleuit: & magnã partẽ Asie recepit. Sylla multis preliis
Thracas cecidit ¶ Cum. L. Cinna & Cn. Papyrius Carbo: a se ipsis Cõsules ꝑ bienniũ
creati: bellũ cõtra Syllam pararẽt effectũ quidẽ est ꝑ. L. Valeriũ Flaccũ Principẽ
Senatus: q orationẽ in Senatu habuit: & ꝑ eos qui cõcordie studebant: ut Legati ad
Syllã de pace mitterenẽ. Cinna ab exercitu suo quẽ inuitũ cogebat naues cõscẽdere:
& aduersus Syllã ꝓficisci: interẽptus ẽ. Cõsulatũ Carbo solus gessit. ¶ Sylla cũ in Asia
traiecisset: pacẽ cũ Mithridate fecit: ita: ut his cederet Prouintiis Asia. Bithynia. Cap/
padotia. Fimbria desertus ab exercitu q ad Syllã trãsierat: ipse se ꝑcussit. ĩpetrauitq; a
seruo ꝓbens ceruicẽ: ut eũ omnino interficeret. ¶ EX LIBRO .LXXXIIII.

SYlla Legatis qui a Senatu missi erant futurũ se in potestatẽ Senatus respondit:
si ciues qui a Cinna pulsi ad se cõfugerant: restituerenẽ. Que cõditio cum iusta
Senatui uiderẽ: ꝓpter Carbonẽ factionẽq; eius: cui bellũ uidebaẽ utilius: ne cõue/
niret: effectũ ẽ. Idẽ Carbo cũ ab omĩbus oppidis Italie obsides exigere uellet: ut fidẽ
illoꝝ cõtra Syllã obligaret: cõsensu Senatus ꝓhibitus. ¶ Nouis ciuibus. S. C. suffragiũ
datum est. Q. Metellus pius: qui partes optimatiũ sequutus erat: cum in Africa bellũ
moliretur: a. C. Fabio Pretore pulsus ẽ ¶ Senatusq; Consultũ per factionẽ Carbonis:
& Marianarũ partiũ factũ est: ut omnes ubiq; exercitus dimitterenẽ. ¶ Libertini in
quinq; & triginta tribus distributi sunt. Preterea belli apparatũ contra Syllã quod
plurimum excitabaẽ: continet. ¶ EX LIBRO .LXXXV.

SYlla in Italiã cum exercitu traiecit: missisq; legatis q de pace agerẽt: & a Cõsule
Cn. Carbone &. C. Norbano uiolatis: eundẽ Norbanũ prelio uicit ¶ Et cũ. L.
Scipionis alterius Cõsulis: cũ quo ꝑ omnia id egerat: ut pacẽ iungeret: nec potuerat:
castra oppugnaturus eẽt: uniuersus exercitus Cõsulis sollicitatus per emissos a Sylla
milites: signa ad Syllã trãstulit ¶ Scipio cũ interimi posset: dimissus ẽ. ¶ Cn. Põpeius
Cneii Filius eius q Asculũ ceperat: cõscripto quidẽ uoluntarioꝝ exercitu cum tribus
legionibus ad Syllã uenerat. ad quẽ se nobilitas omnis cõferebat: ita ut deserta urbe
ad castra uenirẽ. Preterea expeditiones per uniuersam Italiã utriusq; partis ducũ
referuntur. ¶ EX LIBRO .LXXXVI.

CVm. C. Marius. C. Marii filius Con. ante ãnos uiginti: per uim creatus esset. C.
Fabius in Africã ꝓpter crudelitatẽ & auaritiã in Pretorio suo uiuus exustus ẽ.
.L. Philippus Legatus Sylle: Sardiniam. Q. Antonio Pretore pulso: & occiso oc/
cupauit. ¶ Sylla cum Italicis populis: ne timeretur ab iis uelut erepturus ciuitatem &
suffragii ius nuꝑ datũ fedus ꝑcussit ¶ Itemq; ex fiducia iam certe uictorie: litigatores
a qbus adhibebanẽ uadimonia: Romã deferre iussit ¶ Cũ a parte diuersa urbs ad huc
tenerẽ. L. Damascius ꝑtor ex uolũtate. C. Marii Con. cũ Senatũ cõtraxisset: omnẽ:
que in Vrbe erat nobilitatẽ trucidauit. Ex cuius quidẽ numero. Q. Mutius Sceuola
Põtifex Max. fugiẽs in uestibulo edis Veste occisus ẽ. ¶ Preterea bellũ a. L. Murena
aduersus Mithridatẽ in Asia renouatũ cõtinet. ¶ EX LIBRO .LXXXVII.

SYlla. C. Marium exercitu eius fuso deletoq; ad Sacriportum in oppido preneste
obsedit. ¶ Vrbem Romanã ex inimicorum manibus recepit. Mariũ erumpere

tentantẽ repulit. Preterea res a legatis eius eadẽ ubiq; fortuna partiũ gestas cõtinet.

EX LIBRO .LXXXVIII.

SYlla Carbonem exercitu eius ad Clusium ad Fauentiã: fidentiaq; ceso. Italia expulit. cũ Samnitibus q soli Italicoꝝ populoꝝ nondũ arma deposuerãt: iuxta urbem Romã añ portã colinã debellauit. recuperataq; Re. P. pulcherrimã uictoriã: crudelitate q̃nta in nullo homine unq̃ fuit: inquinauit. Octo milia deditoꝝ in uia Publica trucidauit. Tabulã ꝓscriptionis posuit. urbẽ & uniuersã Italiã cedibus re/pleuit. inter q̃s omnes Prenestinos inermes interimi iussit. Mariũ Senatorii ordinis uirum: cruribus: brachiisq; fractis: auribus ꝑsectis: & defossis oculis necauit. C. Marius Preneste obsessus a Lucretio Afella Syllanarũ partiũ uiro. Cũ ꝑ cuniculũ captaret: euadere: septus ab exercitu: mortẽ sibi cõsciuit ĩ ipso cuniculo: cũ sẽtiret se euadere mi/nime posse: cũ Põtio Thelesino fuge cõite stricto utriq; gladio occurrit: quẽ cũ occi/disset saucius a seruo ĩpetrauit: ut se occideret.

EX LIBRO .LXXXVIIII.

.Brutus a. Cn. Papyrio Carbone qui Corcyrã appulerat: missus naue piscatoria lilybeũ: ut exploraret: an ibi Põpeius esset: & circũuentus a nauibus q̃s Põpeius miserat: in se mucrone uerso: ad transtrũ nauis obnixus: corporis põdere incubuit. Cn. Pompeius in Siciliã cũ Imperio a Senatu missus: Cn. Carbonẽ qui flens muliebriter mortẽ tulit: captũ occidit. Sylla Dictator factus: qđ nemo quidẽ unq̃ fecerat: cũ fascibus. xxiiii. ꝓcessit: rebusq; nouis rei. p. statũ cõfirmauit. Tribunoꝝ Pl. potestatẽ minuit. & omne ius legũ ferendaꝝ ademit. Pontificũ Augurũq; Collegiũ ampliauit ut essent quindecim. Senatũ ex equestri ordine suppleuit. Proscriptorũ liberis ius petendorum honoꝝ eripuit. & bona eoꝝ uendidit. Ex quibus primo multa rapuit. Redactũ est sestertiũ ter milies quingeciesq;. Lucretiũ Affellam Consulatũ cõtra uoluntatẽ suã petere ausũ: iussit ĩterimi in foro. & cũ indigne ferret Po. Ro. cõtione uocata se iussisse dixit. Cn. Põpeius in Africa: Cn. Domitiũ proscriptũ: & Hiericam Regem Numidarũ bellũ molientes: uictos interemit. & iiii. & xx. ãnos natus adhuc Eques Romanus: Quod quidẽ nemini cõtigerat: ex Africa triũphauit. Cn. Norba/nus Cõsularis ꝓscriptus in urbe Rhodo: cũ cõprehenderetᷓ: se ipse ĩteremit. Metellus ex proscriptis unus clam capite adoperto ad posticũ edis: Bastie uxoris: cũ accessisset: admissus minime ẽ: quia illũ proscriptũ diceret: itaq; se trãsfodit. & sanguine suo fores respersit. Sylla Nolã in Samnio recepit. xlvii. legiones in agros captos deduxit: & eos iis diuisit. Volaterras qđ oppidũ adhuc in armis erat: obsessũ: in deditionẽ accepit. Mitylene quoq; in Asia: que sola urbs post uictum Mithridatem arma retinebat: expugnate diruteq; sunt.

EX LIBRO .LXXXX.

SYlla decessit. honosq; ei a Senatu habitus ẽ: ut ĩ campo Martio sepiliretur. M. Lepidus cum acta Sylle tentaret rescindere: bellũ excitauit: & a. Q. Catulo Collega Italia pulsus ẽ: & in Sardinia frustra bellũ molitus periit. M. Brutus qui Cisalpinã Galliã tenebat: a Cn. Pompeio occisus ẽ. Q. Sertorius ꝓscriptus in ulte/riore Hispania ingẽs bellũ excitauit. L. Manlius Procon. & M. Antonius Legatus ab Herculeio Questore prelio uicti sunt. Preterea a. P. Seruilio Procon. aduersus Cilicas res gestas continet.

EX LIBRO .XCI.

GN. Pompeius cũ adhuc Questor esset: cũ imperio Consulari aduersus Sertoriũ missus ẽ. Sertorius aliquot urbes expugnauit: plurimasq; ciuitates in potestatẽ suam redegit. Ap. Claudius Proconsul Thracas pluribus preliis uicit. Q. Metellus Proconsul. L. Herculeium Questorem Sertorii omnino cum exercitu cecidit.

EX LIBRO .XCII.

GN. Pompeius adbuc dubio euentu cum Sertorio pugnauit: ita ut Singula ex utraq; parte cornua uicerint. Q. Sertorius Metellũ & Perpennã cum duobus exercitibus ꝑlio fudit: cuius uictorie partẽ cupiens auferre Pompeius parũ prospere pugnauit. ¶ Obsessus deĩ calaguri Sertorius assiduis eruptionibus nõ leuiora dãna obsidentibus tulit. ¶ Preterea a. P. Cursore Procon. in Thracia res gestas aduersus Dardanos. Et. Q. Sertorii multa crudelia in suos facta cõtinet: q plurimos amicoꝝ & secũ ꝓscriptoꝝ crimine ꝓditiõis insimulatos interemit. ¶ EX LIBRO .XCIII.

C. Seruilius Procon. in Cilicia Isauros domuit: & aliquot urbes piratarũ expugnauit. Nicomedes Bithynie Rex: moriẽs Po. Ro. fecit Heredẽ: Regnũq; eius in Prouintie formã redactũ ẽ. Mithridates federe cũ Sertorio icto bellũ Po. Ro. intulit. Apparatus deĩ Regiarũ copiarũ pedestriũ naualiũq; & occupata Bithynia. M. Aurelius Cotta Con. ad Chalcedoniã prelio a Rege uictus ẽ. ¶ Rexq; a Põpeio & Metello uictus. ¶ Et ut cõtra Sertoriũ egerũt: qui omnibus belli militieq; artibus par fuit. Quos etiã ab obsidione Calaguri oppidi depulsos coegit diuersas regiones petere: Metellũ Vlteriorẽ Hispaniã: Põpeiũ Galliã. ¶ EX LIBRO .XCIIII.

L. Lucullus Con. aduersus Mithridatem equestribus preliis feliciter pugnauit: & expeditiones aliquot prosperas fecit. ¶ Poscentesq; pugnam: milites a seditione inhibuit. Deiotarus Gallogrecie Tetrarches: Prefectos Mithridatis bellũ in Phrygia mouẽtes cecidit. ¶ Preterea res a Pompeio in Hispania contra Sertorium prospere gestas continet. ¶ EX LIBRO .XCV.

.Curio Procon. Dardanos in Thracia domuit. Quattuor & septuaginta gladiatores Capue ex ludo Lentuli ꝓfugerunt. & congregata seruoꝝ: & ergastuloꝝ multitudine. Chryso: & Spartaco ducibus bello excitato: Claudiũ Pulchrũ Legatũ: &. P. Vorenũ Pretorẽ ꝑlio uicerũt. L. Lucullus Procon. ad Cyzicũ urbẽ exercitũ Mithridatis fame ferroq; deleuit. pulsũq; a Bithynia Regẽ: uariis belli: ac naufragioꝝ casibus fractũ coegit in Pontũ profugere. ¶ EX LIBRO .XCVI.

Q. .Arius Pretor. Chrisum fugitiuoꝝ ducem: cum uiginti milibus bominũ cecidit. Cn. Lentulus Con. male aduersus Spartacũ pugnauit. ¶ Ab eodẽ. L. Gelius & .Q. Arius pretor acie uicti sunt. ¶ Sertorius a. M. Antonio &. M. Perpenna: & aliis cõiuratis in cõuiuio interfectus ẽ: octauo ducatus sui ãno: magnus Dux. & aduersus duos Imperatores Pompeiũ & Metellũ sepe par aut frequentius uictor. Ad ultimũ desertus & ꝓditus. Imperiũ partiũ ad Mariũ translatũ est. quẽ. Cn. Pompeius uictũ captũq; ĩteremit: ac recepit Hispanias decimo fere ãno q̃ ceptũ erat bellũ. C. Cassius Procon. Cn. Mãlius Pretor male aduersus Spartacũ pugnauerũt: idq; bellum. M. Crasso Pretori mandatum est. ¶ EX LIBRO .XCVII.

C. Crassus Pretor primũ cũ parte fugitiuoꝝ que ex Gallis Germanisq; cõstabat: feliciter pugnauit. Cesis inimicoꝝ. xxxv. milibus. & Duce eoꝝ Granico ¶ Cum Spartaco deinde bellauit: cesis cũ ipso milibus quadraginta. M. Antonius Pretor bellũ aduersus Cretenses parũ prospere gestum morte sua finiuit. M. Lucullus Procon. Thracas subegit. L. Lucullus in Ponto aduersus Mithridatem feliciter pugnauit: cesis hostium amplius q̃ sexaginta milibus. M. Crassus &. Cn. Pompeius Consules facti sunt. Sicut Pompeius anteq̃ Questurã gereret: ex Equite Romano Tribunitiam potestatem restituerunt. ¶ Iudicia quoq; per. M. Aureliũ: Cottam Pretorẽ ad Equites Romanos translata sunt. ¶ Mithridates desꝑatione rerum suarum coactus ad Tigranẽ Armenie Regem cõfugit. ¶ EX LIBRO .XCVIII.

Achares filius Mithridatis Bosphori Rex a. L. Lucullo in amiciciã receptus ẽ.

Cn. Lentulus &. L. Gelius Censores asperam censurã egerũt quattuor & sexaginta senatu motis: a quibus lustrũ conditũ est. Censa sũt: ciuiũ capita. cccel. milia. L. Me/tellus. Pretor in Sicilia aduersũ Piratas ꝓspere rẽ gessit. Templũ Iouis in Capitolio: quod incendio consumptũ erat: refectum: a. Q. Catulo dedicatũ est. L. Lucullus in Armenia Mithridatẽ & Tigranẽ & imensas utriusq; Regis copias multis certaminibus fudit. Q Metellus Procon. bello sibi aduersum Cretenses mãdato Cydoniã urbem obsedit. C. Triarius Legatus Luculli aduersus Mithridatẽ parũ ꝓspere pugnauit. Lucullum ne persequeretᷓ Mithridatẽ ac Tigranem summãq; uictorie imponeret: seditio militũ tenuit: q sequi nolebant. i. quia legiones Valeriane impleta a se stipẽdia dicentes Lucullũ reliquerunt.

¶ EX LIBRO .XCVIIII.

Q. Metellus Procon. Gnoson & Lycium & Cidoniam & alias plurimas ciuitates expugnauit. Lucius Rosius Tr. Pl. legẽ tulit ut equitibus Romanis in theatro quattuordecim gradus ꝓximi assignarentᷓ. Cn. Pompeius lege ad Populũ lata ꝑsequi piratus iussus. qui cõmertiũ annone intercluserant: intra quadragesimũ diẽ toto mari eos expulit. Belloq; cũ iis in Sicilia cõfecto: acceptis in deditionẽ piratis agros & urbes dedit. ¶ Preterea res a. Q. Metello aduersus Cretenses cõtinet. ¶ Et epistolas Metelli & Cn. Pompeii inuicẽ missas. Queritᷓ Metellus gloriã rerum a se gestarũ a Pompeio sublatam preteriri: qui in cretã miserit Legatũ suum ad accipiẽdas urbiũ deditiones. Pompeius Rome rationẽ reddit: hoc se facere debuisse.

¶ EX LIBRO .C.

.Manlius Tr. Pl. indignatione maxima nobilitatis legẽ tulit ut Põpeio bellũ Mithridaticũ mandaretᷓ: cõtio eius bona. Q. Metellus domitis Cretensibus: libere in id tẽpus insule: legẽ tulit. Cn. Põpeius ad gerendũ bellũ aduersus Mithridatẽ ꝓfectus cũ Rege Parthoꝝ Phrabarte amiciciã renouauit. equestri ꝓlio Mithridatem uicit. ¶ Preterea bellũ inter Phrabartẽ Regẽ Parthoꝝ: & Tigranẽ Armenioꝝ Regẽ ac demũ inter filium Tigranẽ patremq; gestũ continet.

¶ EX LIBRO .CI.

CN. Pompeius Mithridatẽ nocturno ꝓlio uictũ coegit Bosphorõ profugere. Tigranẽ in deditionẽ accepit: eiq; ademptis Syria Phenicia & Cilicia Regnũ Armenie restituit. ¶ Cõiuratio eoꝝ: qui in petitione Cõsulatus ambitus dãnati erant: facta: de interficiendis Cõsulibus oppressa ẽ. Cn. Põpeius cũ Mithridatẽ persequere/tur in ultimas ignotasq; gentes penetrauit. ¶ Iberos Albanos qui transitum minime dabant: prelio uicit. ¶ Preterea fugã Mithridatis per Cholcos Ethnicosq; & res ab eo in Bosphro gestas continet.

¶ EX LIBRO .CII.

CN. Põpeius in Prouintie formã Pontũ redegit. ¶ Pharnaces filius Mithridatis bellum patri intulit. ab eo Mithridates obsessus in Regia cum ueneno sumpto parum ꝓfecisset ad mortem: a milite Gallio nomine Bithocco: a quo ut adiuuaretur petierat: interfectus est. Cn. Pompeius Iudeos subegit. fanum eoꝝ in Hierosolyma inuiolatũ ante id tẽpus: cepit. L. Catilina bis repulsam in petitione Cõsulatus passus: cum Lentulo Pretore & Cethego & pluribus cõiurauit de cede Consulũ; & Senatus: incẽdiis urbis: opprimẽda Re. P. exercitu quoq; in Etruria cõparato ¶ Ea cõiuratio: industria. M. Tullii Ciceronis eruta est. Catilina Vrbe pulso, de reliquis cõiuratis omnino sumptum suppliciũ est.

¶ EX LIBRO .CIII.

CAtilina a. C. Antõio Procõ. cũ exercitu cesus ẽ. P. Clodius accusatus ꝙ i mulieris habitu sacrarium in quo uirum intrare nefas est: cumq; intrasset: uxorem Me/telli Ponti stuprauisset: absolutus. Cn. Pontirius Pretor Allobroges qui rebellauerant ad Solonẽ domuit. P. Clodius ad Plebẽ transiit. C. Cesar Lusitanos subegit. Eoq; Consulatus candidato & captante. Rem. P. inuadere: cõspiratio inter tres principes

ciuitatis facta ē. Cn. Pompeiũ. M. Crassũ & C. Cesarē ¶ Leges Agrarie a Cesare Con.
cum maxīa cōtentione: inuito Senatu: & altero Cōsule: M. Bibulo late sũt. C. An/
tonius Procon. in Thracia parũ ꝓspere rem gessit. M. Cicero. lege ab. Ap. Claudio
Tri. Pl. lata. quia indēnatos ciues necauisset in exsiliũ missus ē ¶ Cesar in Prouintiā
Galliā ꝓfectus Heluetios: gentē uagā domuit: que sedē querens: ꝑ Prouintiā Cesaris
Narbonem iter facere uolebat. ¶ Preterea situm Galliarum continet ¶ Pompeius de
liberis Mithridatis: Tigrane: & Tigranis filio triumphauit. Magnusq; a tota cōtione
consalutatus est.

¶ EX LIBRO .C.IIII.

PRima pars libri situm Germanie: moresq; cōtinet. C. Cesar cōtra Germanos q
Ariouisto duce ĩ Galliā descēderant: cũ exercitũ ducerēt: rogatus ab Heduis &
Sequanis: quoꝝ ager possidebat trepidationē militũ: propter metũ nouorũ hostiũ
ortā alloquutione exercitus inhibuit. & uictos ꝓlio Germanos Gallia omni expulit.
.M. Cicero Pōpeio inter alios orante. & T. Annio Milone Tri. Pl. ingenti gaudio
Senatus: ac uniuerse Italie: ab exsilio reductus est. Cn: Pompeio ꝑ quinquennium
annone cura mādata ē. Cesar Ambianos. Suessiones. Viromāduos. Atrebates. Belgaꝝ
populos quoꝝ quidē maxima multitudo erat: prelio euictos in deditionē accepit. Ac
deinde cōtra Neruios unam haꝝ ciuitatũ. cum maximo discrimine pugnauit. eamq;
gentē deleuit. que bellũ gessit. donec ex sexaginta milibus armatoꝝ: trecēti superessēt.
ex nonagintaquinq; Senatoribus: tres tm̄modo euaderent ¶ Lege lata de redigēda
in Prouintie formā Cypro. & publicanda pecunia Regia. M. Catoni administratio
eiusdē rei mādata ē ¶ Ptolemeus Egypti Rex: ob iniurias: q̄s patiebant̄: a suis Regno
pulsus: Romā uenit. C. Cesar gentē Oceano iũctā scilicet Venetos: nauali ꝓlio uicit.
Preterea a Legatis eius eadē fortuna res gestas cōtinet.

¶ EX LIBRO .C.V.

CVm. M. Catonis Tri. Pl. intercessionibus comitia tollerent Senatus uestē mu/
tauit. M. Cato in petitiōe Preture: ꝓlato Vatinio repulsā tulit ¶ Idem cũ legē
impediret. qua ꝓuintie cōsulares in quinquenniũ Pompeio Hispanie ¶ Crasso Syria
& Parthicum bellũ: Cesari Gallia & Germania dabant̄. A. C. Trebonio Tri. Pl. legis
autore: in uīcula ductus ē. A. Gabinius Procō. Ptolemeũ in regnũ reduxit Egypti:
reiecto Archelao. quē sibi Regē asciuerāt ¶ Cesar uictis Germanis: & in Gallia cesis:
Rhenũ transcendit. ꝓximā partē Germanie: domuit. Ac deiñ Oceano in Britāniam
parum ꝓspere tempestatibus aduersis traiecit. Iterũq; parũ felicius. maxīaq; hominũ
multitudine cesa reliquā partē insule ĩ potestātē redegit.

¶ EX LIBRO .C.VI.

IVlia Cesaris filia Pōpei uxor decessit. honosq; maximus ei a Populo habitus ē:
ut in cāpo Martio sepeliret̄ ¶ Galloꝝ multi populi Ambiorige duce Eburonũ
defecerũt. A q̄bus Cotta & T. Aurũculeius Legati Cesaris: īsidiis circũuenti: cũ exer/
citu cui ꝓerant: cesi sũt. & quũ aliaꝝ quoq; legionũ castra oppugnata: maxīo labore
defensa eēnt. interq; eos: q in Treueris ꝓerat. Q. Cicero: ab ipso Cesare hostes ꝓlio fusi
sunt. M. Crassus bellũ Parthis illaturus: Euphratē fluuiũ trāsiuit. uictusq; ꝓlio: in
quo & filius eius cecidit: Quũ reliquias exercitus in collē recepisset: euocatus in col/
loquiũ ab hostibus. ut de pace acturus: Quoꝝ duxerat Surenas, cōprehēsus: & ne qd
uiuus pateret̄: repugnans interemptus est: & ita periit.

¶ EX LIBRO .C.VII.

G. Cesar Treueris in Gallia uictis: iterũ in Germaniā transiit. nulloq; ibi inuento
hoste reuersus in Galliā: Eburones & alias ciuitates: que cōspirauerant: uicit. &
Regem Ambiorigē in fuga ꝓsequutus. P. Clodii: a. T. Annio Milone cādidato Con/
sulatus: Appia uia ad bouillas occisi: corpus Plebs in curia cremauit ¶ Cum seditiones
inter cādidatos Cōsulatus Ipsēũ Scipionē & Milonē essent: q armis ac ui cōtendebāt

ad cóprimendas eas. Cn. Pompeius Legatus a Senatu Consul. tertio factus ẽ absens: & solus. qđ nemini unq̃ cõtigit ¶ Questione decreta de morte. P. Clodii, Milo iudicio damnatus in exsilium actus est ¶ Lex dicta est. ut ratio absentis Cesaris in petitione consulatus haberetur. inuito: & contradicente. M. Catone ¶ Preterea res gestas a. C. Cesare aduersum Gallos: qui ꝓpe uniuersi Vercingẽtorige Aruerno Duce defecerũt. & laboriosas obsidiones urbium continet. Inter quas Auarici Biturigum, Gergouis Aruernorum.

¶ EX LIBRO .C.VIII.

Q. Cesar Gallos ad Alexiã uicit. omnesq; Gallie ciuitates: que in armis fuerãt: in deditionẽ accepit. C. Cesius Questor. M. Crassi, Parthosq́ ĩ Syriã transcẽderãt, cecidit ¶ In petitiõe Cõsulatus. M. Cato repulsã tulit. Creatis Cõsulibus Ser. Sulpitio. &. M. Marcello. C. Cesar Bellouacos cũ aliis Galloꝝ populis domuit ¶ Preterea cõtinet ĩter Cõsules de successore. C. Cesari mittẽdo. agẽte ĩ Senatu. M. Marcello Cõsule: ut Cesar ad petitionẽ Cõsulatus uẽiret. cũ is lege lata ĩ id tẽpus Cõsulatus Prouĩcias optinere deberet ¶ Resq; a. M. Bibulo gestas in Syria cõtinet.

¶ EX LI. .C.IX.

CAuse ciuilium armorum: & initia referunt̃. cõtentionesq; de successore. C. Cesari mittẽdo. cũ se dimissurũ exercitũ negaret nisi a Pompeio dimitterent̃. Et. C. Curionis Tr. Pl. primũ aduersus Cesarẽ actiones cõtinet ¶ Cum. S. C. factũ esset: ut successor Cesari omnino mitteret̃. M. Antonio &. Q. Cassio Tr. Pl. qm̃ intercessionibus id S. C. impediebãt urbe pulsis mandatũq; a Senatu, Cõsulibus, &. Cn. Põpeio, ut uiderent nequid Res. P. detrimenti caperet. C. Cesar bello inimicos ꝓsequutus cũ exercitu ĩ Italiã uenit. Corphinũ cũ. L. Domitio: &. L. Lentulo cepit. eosq; dimisit. Cn. Põpeiũ. uniuersosq; eius partiũ Italia omnino expulit.

¶ EX LIBRO .C.X.

Q. Cesar. Massiliã, que portas ipsi clauserat: obsedit. & relictis in obsidione, C. Trebonio &. D. Bruto, ꝓfectus in Hispaniã; L. Afraniũ. &. C. Petreiũ Legatos. Cn Pompeii cum septẽ legionibus ad Ilerdam in deditionẽ accepit: omnesq; incolumes dimisit ¶ Varrone quoq; Legato Pompeii cũ exercitu in potestatẽ suam redacto. Gaditanis ciuitatẽ dedit ¶ Massilienses duobus naualibus ꝓlus uicit ¶ Post lõgã obsidionẽ in potestatẽ Cesaris se permiserũt. C. Antonius Legatus Cesaris male contra Pompeianos pugnauit. & in Illyrico captus ẽ. In quo bello Opitergini Trãspadani Cesaris auxiliares rate sua ab hostilibus nauibus clausa potius q̃ in potestatẽ inimicoꝝ uenirent: inter se occurrentes occubuerũt. C. Curio Legatus Cesaris in Africa cum aduersum Pompeianarũ partiũ ducẽ Varronẽ pugnasset a Iuba Rege Mauritanie cũ exercitu cesus est. C. Cesar in Greciã traiecit.

¶ EX LIBRO .C.XI.

.Cecilius Ruffus Pretor cum seditiones in urbe q̃ maxime concitaret nouarum turbarũ spe plebs sollicitata: abrogata Magistratu pulsus urbe Miloni exsuli. qui fugitiuoꝝ exercitũ cõtraxerat: se cõiunxit. Vterq; cũ bellũ molirent̃: interẽpti sunt. ¶ Cleopatra Aegypti Regina a Ptolomeo fratre regno pulsa ẽ ¶ Propter. Q. Catuli pretoris auariciã crudelitatẽq; Cordubẽses in Hispania cũ duabus Varianis legionibus a partibus Cesaris desciuerunt ¶ Cn. Pompeius ad Brundusium obsessus a Cesare & ꝓsidiis eius cum magna clade diuerse partis expugnatis obsidione: liberatus. Translato in Thessaliã bello. apud Pharsaliã acie uictus ẽ. Cicero in castris remãsit. uir nihil minus: q̃ ad bella natus. omnibusq; aduersarũ partiũ q se potestati uictoris permiserunt Cesar ignouit.

¶ EX LIBRO .C.XII.

PRepidatio uictarũ partiũ. ꝑ diuersas orbis terraꝝ partes & fuga referunt̃. Cn. Pompeius cũ Egyptũ petiisset: iussu Ptolomei Regis pupilli: & autore Theodoro preceptore: cuius apud Regẽ maxima erat autoritas: & Photino, occisus est ab

Archelao: cui delegatũ id facinus erat: in nauicula: anteq̃ in terrã exiret. ¶ Cornelia uxor: & Sex. Põpeius filius in Cyprũ refugerũt. ¶ Cesar post terciã diẽ insecutus: cũ ei Theodorus caput Pompeii & annulũ obtulisset: infensus est: & illachrymauit: sine periculo Alexandriã tumultuantẽ intrauit. ¶ Cesar Dictator creatus Cleopatram in Regnũ Egypti reduxit: & īferentẽ bellũ, iisdẽ autoribus Ptolomeũ, qbus Pompeiũ interfecerat: cũ maxĩo suo discrimine uicit. ¶ Ptolomeus dũ fugit: ĩ nilo nauicula subsedit. Preterea laboriosũ. M. Catõis ĩ Africa p deserta cũ legiõibus iter: & bellũ a. Cn. Domitio cõtra Phrabartẽ parũ pspere gestũ cõtinet. ¶ EX LIBRO .C.XIII.

CONfirmatis in Africa Põpeianis partibus: earũ imperiũ. P. Scipioni delatũ est: Catone cui ex equo deferebat Imperiũ cedẽte. Et quũ de deruẽda urbe Vtica pp̃ter fauorẽ ciuitatis eius ĩ Cesarẽ deliberaret: Idq; ne fieret, M. Cato tenuisset: Iuba suadẽte. ut dirueret: tutela eius & custodia mãdata ẽ Catoni. ¶ Põpeii Magni filius in Hispãnia cõtractis uiribus. quaꝝ ducatũ: nec Afranius: nec Petreius: excipe uolebãt: bellũ aduersus Cesarẽ renouauit. ¶ Pharnaces Mithridatis filius: ex Põto sine ulla belli mora uictus ẽ. ¶ Cum seditiones Rome a. P. Dolobella Tr. Pl. legẽ ferente de nouis tabulis excitate eẽnt: & ex ea causa plebs tumultuaret: Inductis. a. M. Antõio Magistro equitũ in urbẽ militibus octingẽti s a Plebe cesi sũt. ¶ Cesar ueteranis cũ seditiõe missionẽ postulantibus dedit. Et cũ in Africam traiecisset: cõtra copias Iube Regis cum discrimine maximo pugnauit. ¶ EX LIBRO .C.XIIII.

BEllum in Syria Cecilius Bassus eques Romanus põpeianaꝝ partiũ excitauit. & relicto a legione Sexto Cesare: q ad Bassũ trãsierat: occisoq; eo. ¶ Cesar Scipionẽ Pretorẽ Afraniũ Iubãq; uicit ad Tapsũ castris eoꝝ expugnatis. ¶ Cato audita re: cũ se pcussisset Vtice: & interueniẽte filio curaret: inter ipsam curationẽ reciso uulnere: expirauit anno etatis q̃dragesimonono. ¶ Petreius Iubam seq; interemit. P. Scipio in naue circũuentus honeste morti uocẽ quoq; adiecit. Querẽtibus. n. hostibus Imperatorẽ dixit: Imparator bñ se habet. Fastus & Afranius occisi. Catõis filio uenia data. Brutus Legatus Cesaris in Gallia Bellouacos rebellãtes uicit. ¶ EX LI. .C.XV.

CEsar quattuor Triumphos duxit ex Gallia ex Egypto. ex Ponto & Africa. Epulum & omnis generis spectacula edidit. M. Marcello Consulari Senatu rogante cõcessit reditum. Qui Marcellus beneficio eius frui minime potuit a. Cn. Magio Cilone cliente suo Athenis occisus. Et censũ egit. quo censa sũt ciuiũ capita centũ quinquaginta milia. Profectus in Hispania. Cn. Pompeiũ utrinq; multis expeditiõibus factis: & aliquot urbibus expugnatis summã uictoriã cũ maxĩo discrimĩe ad mundã urbẽ cõsequutus ẽ. ¶ Pompeius Sex. efugit. ¶ EX LIBRO .C.XVI.

CEsar ex Hispania quintũ Triumphũ egit. ¶ Et quũ multi q̃maximiq; honores ei a Senatu decreti essent: Inter quos ut pater patrie appellaret: & sacrosanctus ac Dictator in perpetuũ esset: inuidie causam aduersus eũ prestiterunt: qđ Senatui deferente hos honores: cũ ante edem Veneris Genitricis sederet: minime assurrexit. Et qđ. M. Antonio Consule Collega suo inter Lupercos currẽte: diadema capiti suo impositũ in Sella reposuit. ¶ Et quod Epidio Marulo & Ceseceo Flauo Tribunis Pl. inuidia: & tanq̃ regnũ affectanti mouẽtibus: potestas abrogata ẽ. ¶ Ex iis causis conspiratione in eum facta: cuius capita fuerunt. M. Brutus &. C. Trebonius. & Cassius & ex Cesaris partibus. D. Brutus in curia Pompei occisus ẽ. uiginti tribus uulneribus. Occupatumq; ab interfectoribus eius Capitolium. ¶ Obliuione deinde Cedis eius a Senatu decreta: obsidibus Antonii: & Lepidi liberis acceptis Cõiurati a Capitolio descenderunt. ¶ Testamento Cesaris heres ex parte dimidia institutus. C. Octauius ex

sorore nepos. & in nomē adoptatus ē ¶ Cesaris corpus. cū in campū Martiū ferret a
Plebe ante rostra crematū est ¶ Dictature honos in perpetuū sublatus ē. Chamaces
humillime sortis homo: qui se. C. Marii filium ferebat: quū apud credulam Plebem
seditiones moueret: interfectus est. ¶ EX LIBRO .C.XVII.

A. Octauius Romā ex Epiro uenit. eo enim illū Cesar pmiserat: bellū in Mace/
donia gesturus. omnibusq; psperē exceptis: etiā nomē Cesaris sūpsit. in cōfusiōe
rerum ac tumultu: Lepidū Pont. Max. interemit ¶ Sed. M. Antonius Con. cū impo/
tenter dominaret: legemq; de Prouinciaꝝ pmutatione tulisset p uim. & Cesarē quoq;
petentē: ut sibi aduersū auūculi pcussores adesset: magnis iniuriis affecit ¶ Cesar: ut sibi:
& Rei. P. uires cōtra eū paraturus: deductos i Colonias ueteranos excitauit. Legiōes
quoq;. Quarta. &. Martia signa ab Antonio ad Cesarem tulerunt. ¶ Deinde plures
seuicia. M. Antonii passim in castris suis trucidati. quia & suspecti erant: & ad Cesarē
desciuerunt. D. Brutus ut petenti Cisalpinā Galliam Antonio obsisteret: Mutinā
cum exercitu occupauit. ¶ Preterea discursus utriusq; partis uirorum ad accipiendas
Prouincias apparatusq; belli cōtinet. ¶ EX LIBRO .C.XVIII.

D. Brutus in Grecia sub pretextu. Rei. P. & suscepti contra. M. Antonium belli
exercitum: cui uatinius preerat: cum prouintia in potestatē suam redegit. C.
Cesari: qui primus Rei. P. arma sūpserat. pro Po. Ro. imperiū a Senatu datū est.
cum Consularibus ornamentis: adiectūq; ut Senator eēt. M. Antonius. D. Brutum
Mutine obsedit. missiq; ad eum Legati a Senatu de pace: parū ad eam cōponendam
ualuerunt ¶ Populus Ro. saga sumpsit. M. Brutus in Epiro. C. Antoniū Pretorem
cum exercitu potestati sue subegit. ¶ EX LIBRO .C.XVIIII.

.Trebonius in Asia fraude. P. Dolobelle occisus est ¶ Ob id facinus Dolobella
a Senatu inimicus iudicatus ē ¶ Cum Pansa Consul male aduersus Antonium
pugnasset. A. Hircius Consul cum exercitu superueniens. fusis. M. Antonii copiis:
fortunam utriusq; partis equauit ¶ Victus deinde ab Hircio & Cesare Antonius in
Galliā cōfugit ¶ Et. M. Lepidū cū legiōibus que sub ipso erat: sibi iunxit ¶ Hostisq;
a Senatu cū omnibus: qui intra presidia eius erant: iudicatus est. A. Hircius: qui post
uictoriā ipsius in inimicorū castris ceciderat &. L. Pansa e uulnere: quod in aduerso
prelio exceperat defunctus in campo Martio sepulti sunt ¶ Aduersus. C. Cesarē: qui
solus e tribus ducibus superat: parum gratus Senatus fuit: qui. D. Bruto obsidione
Mutinensi a Cesare liberato: honore Triūphi decreto: Cesaris militūq; eius mentionē
nō satis gratā habuit ¶ Ob que. C. Cesar recōciliata per. M. Lepidū cū. M. Antonio
gratia: Romam cū exercitu uenit ¶ Et preclusis aduētu eius iis: qui in eū iniqui erāt:
cū annos. xviii. haberet: consul creatus est. ¶ EX LIBRO .C.XX.

C. Cesar Consul legē tulit de questione habenda in eos: quoꝝ opera pater occisus
esset ¶ Postulatiq; ea lege. M. Brutus. C. Cassius. D. Brutus absentes dānati sūt.
Cū. M. Antonio uires Asinius quoq; Pollio & Munacius Plancus: cū exercitibus suis
adiūcti āpliassēt: &. D. Brutus. cui Senatus: ut psequeret Antoniū mādauit. relictus
a legiōibus suis. pfugisset: iussu Antonii: in cuius potestatē uenerat: a Capeno Seq̃no
interēptus ē. C. Cesar pacem cū Antonio & Lepido fecit. ita ut tres uiri Rei. P. cō/
stituēde quidē p quinquenniū ēessent ¶ Ipse Lepidus & Antonius statuerūt. ut suos
quisq; inimicos pscriberent? In qua pscripsione plurimi eqtes. c.xxx. Senatoꝝ noīa
fuerāt & īter eos. L. Pauli fratris. M. Lepidi. &. L. Cesaris Antonii auūculi. M. Cice/
onis. ¶ Cuius occisi a Popilio legionario milite: cū haberet annos. lxiii. caput quoq; cū
manu dextra in rostris positū est ¶ Preterea res a. M. Bruto in Grecia gestas cōtinet.

EX LIBRO .C.XXI.

.Cassius cui mandatũ a Senatu erat: ut Dolobellã inimicũ iudicatũ bello pse/
queret: autoritate Rei. P. adiutus Syriã cũ tribus exercitibus. q ĩ eadẽ puintia
erant: in potestatẽ suam redegit. Dolobellã in urbe Laodicia obsessum mori coegit.
.M. quoq; Bruti iussu. C. Antonius captus: occisus ẽ.

EX LIBRO .C.XXII.

M. Brutus aduersus Thracas parum prospere rem gessit. omnibusq; transmarinis
prouintiis exercitibusq; in potestatẽ eius: & .C. Cassii redactis coierũt Smyrne
uterq; ad ordinanda futuri belli consilia. M. Messale Publicolã fratrem iunctum
cõmuni consilio omnino condẽnauerunt.

EX LIBRO .C.XXIII

Sex. Põpeius Magni filius: lectis ex Epiro pscriptis ac fugitiuis cũ exercitu: diu
sine ulla loci cuius ꝗ possessione predatus in mari: Messanam oppidũ in Sicilia
primũ. deinde totã Prouintiã occupauit. Occisoq; a Pompeio: A. Bithynico Pretore
Saluidemũ Legatũ Cesaris nauali prelio uicit. Cesar & Antonius cũ exercitibus in
Greciã traiecerunt Bellum contra Brutũ & Cassiũ gesturi. Q. Cornificius in Africa
.T. Sestiũ Cassianarũ partiũ Ducem prelio uicit.

EX LIBRO .C.XXIIII.

C. Cesar & Antonius apud Philippos uario euentu cõtra Brutũ & Cassiũ pugna/
uerunt. Ita ut utriusq; dextra cornua uicerint: & castra quoq; utrinq; ab iis:
qui uicerant: expugnarentur. Sed inequalem fortunã partium mors quidem Cassii
fecit: qui cũ in eo cornu fuisset: quod pulsum erat: totũ exercitũ fusum ratus: mortẽ
sibi consciuit. Altero deinde prelio uictus. M. Brutus & ipse uitam finiuit: exorato
Stratone fuge comite: ut sibi gladium adiiceret: Annorũ erat circiter etatis. xxxx.
Inter quos. Q. Hortensius occisus est.

EX LIBRO .C.XXV.

C. Cesar relicto Antonio trãsmarine Prouintie ex parte impii ei cessit. Reuersus
in Italiã Veteranis agros diuisit. Seditiones exercitus sui: ꝗs correpti a Fuluia
.M. Antonii uxore: milites contra Imperatorem suum concitauerant: cum grandi
periculo inhibuit. L. Antonius Consul. M. Antonii frater: eadem fuluia cõsulente:
bellum Cesari intulit. Receptis in partes suas populis. quorũ agri Veteranis adsignati
erant. Et. M. Lepido: qui custodiæ urbis cum exercitu preerat sciso: hostiliter in
urbem irrupit.

EX LIBRO .C.XXVI.

C. Cesar cũ esset annorũ. xxiiii. obsessum in oppido Prusia. L. Antoniũ. conatũq;
aliquotiẽs erũpere: & repulsũ: fame coegit in deditionẽ uenire. i psiq; & omnibus
quidẽ militibus eius ignouit. Prusiã diruit. redactisq; ĩ potestatẽ suã omibus diuerse
partis exercitibus: bellũ citra ullũ sanguinẽ cõfecit.

EX LIBRO .C.XXVII.

PArthi Labieno qui Pompeianarũ partiũ fuerat: duce: in Syriam irruperunt.
uictoq; Didio Saxa. M. Antonii Legato: uniuersã eam Prouintiã occupaue/
runt. M. Antonius: cum ad bellũ contra Cesarẽ gerendũ incitaretur: uxore Fuluia
dimissa: ne cõcordie ducum obstaret: pace facta cũ Cesare sororẽ eius Octauiam in
matrimoniũ duxit. Q. Saluidemũ cõsilia nefaria cõtra Cesarem molitũ iudicio suo
protexit. Isq; damnatus mortẽ sibi cõsciuit. P. Ventidius Antonii Legatus Parthos
prelio uictos Syria expulit Labieno eoꝝ Duce occiso. Cũ uicinus Italie hostis Sex.
Pompeius Siciliã teneret: & annone cõmeatum impediret: cum eo pastulatã pacem
Cesar & Antonius quidẽ fecerũt: ita ut Siciliã Prouintiã haberet. Preterea motus
Africe & bella gesta cõtinet.

EX LIBRO .C.XXVIII.

CVm. Sex. Pompeius rursum Latrociniis mare infestũ redderet: nec pacẽ quã
acceperat: prestaret: Cesar necessario bello cõtra eũ suscepto: duobus naualibus
preliis dubio euẽtu pugnauit. L. Ventidius Legatus. M. Antonii Parthos in Syria

uicit. Regemq; eorum interemit. ¶ Iudei quoq; a Legatis Antonii interempti sunt. Preterea belli Siculi apparatũ continet. ¶ EX LIBRO .C.XXVIIII.

ADuersus. Sex. ¶ Pompeium uario euentu naualibus certaminibus pugnatũ est: ita ut duarũ classium Cesaris: altera: cui Agrippa preerat: uinceret. Altera: quã Cesar duxerat: deleta. Expositi in terram: cum in q̃maximo periculo essent: uictus deinde Pompeius in Siciliam ꝓfugit. M. Lepidus qui ex Africa. uelut ad sotietatem belli contra Sex. Pompeiũ a Cesare gerende traiecerat: cum ei bellum Cesar quoq;: inferret: relicto exercitu. abrogato Triũuiratus honore. uitã impetrauit. M. Agrippa. nauali corona a Cesare donatus est: qui honos nemini ante eum habitus est.

¶ EX LIBRO .C.XXX.

M. Antonius: dum cum Cleopatra luxuriaretẽ: mediam prouintiã ingressus: bellũ cum legionibus. xviii. & xvi. milibus equitũ Parthis intulit. ¶ Et cum duabus legionibus amissis: nulla re ꝓspere cedente: retro rediret: Insequutus subinde Parthis: & ingenti trepidatione: & magno totius exercitus periculo in Armeniã reuersus est. .xxi. die: trecenta milia fuga emensus. circa octo milia hominũ tempestatibus amisit. Tempestates quoq; infestas super infeliciter susceptum Parthicũ bellum culpa sua passus est: quia hyemare in Armenia nolebat: dum ad Cleopatram festinat.

¶ EX LIBRO .C.XXXI.

SEx. Pompeius: cũ in fidem. M. Antonii ueniret: bellum aduersus eum in Asia moliens: a legatis eius oppressus est. ¶ Cesar seditionem Veteranorũ cum magna pernicie motam inhibuit. ¶ Iapigas Dalmatas & Pannonios subegit. ¶ Antonius Artinridem Armenie Regem: fide data perductum in uincula coniici iussit: Regnumq; Armenie filio suo ex Cleopatra nato: dedit. quã uxoris loco iam pridẽ captus amore eius habere ceperat. ¶ EX LIBRO .C.XXXII.

C. Cesar in Illyrico Dalmatas domuit. ¶ Cum. M. Antonius ob amorẽ Cleopatre: ex q̃ duos filios habebat: Philadelphũ & Alexandrũ. neq; in urbẽ uenire uellet: neq; finito eius tẽpore Triũuiratus Imperiũ deponere. bellũq; moliretẽ: quod Vrbi Italieq; ĩferret. ingẽtibus tã naualibus q̃ terrestribus copiis ob hoc cõtractis. remissoq; Otauie sorori Cesaris repudio: Cesar in Epirũ cum exercitu traiecit. Pugne deinde nauales & ꝓlia equestria secũda Cesaris referuntẽ. ¶ EX LIBRO .C.XXXIII.

M. Antonius ad Actiũ classe uictus: Alexandriã ꝓfugit. obsessusq; a Cesare ĩ ultima rerũ desperatione. ꝑcipue occise Cleopatre falso rumore: impulsus: seipse ĩteremit. Cesaris Alexandria in potestatẽ redacta Cleopatra ne in arbitriũ uictoris ueniret: uolũtaria morte occubuit ĩ urbẽ reuersus: tres triũphos egit. Vnũ ex Illyrico: Alterꝫ ex Actiatica uictoria: Tertiũ ex Cleopatra. ¶ Imposito fine ciuilibus bellis. altero & trigesimo ãno. M. Lepidus: q Lepidi Triũuiri fuerat filius. cõiuratione cõtra Cesarẽ facta bellũ moliens oppressus: & occisus est. ¶ EX LIBRO .C.XXXIIII.

C. Cesar rebus cõpositis & omnibus Prouintiis incertã formam redactis: Augustus quoq; cognominatus est. & mensis Sextilis in honorem eius appellatus ẽ. ¶ Cum ille cõuentum Narbone egit: census a tribus Galliis. quas Cesar pater uicerat actus. Bellum contra Bastarnas: & Moesos: & alias gentes a. M. Crasso refertur.

¶ EX LIBRO .C.XXXV.

BEllũ a. M. Crasso aduersus Thracas & a Cesare aduersus Hispãos gestũ referẽ. & Salassi gentes alpine perdomiti. ¶ EX LIBRO .C.XXXVI.

GRecia a Tyberio Nerone. & Druso Cesaris ꝓpugno domita. ¶ Agrippa Cesaris gener mortuus & a Druso census actus ẽ. ¶ EX LIBRO .C.XXXVII.

Ciuitates Germanie cis Rhenum & trans Rhenũ posite oppugnãtur a Druso. Et tumultus qui ob censum exortus in Gallia erat compositus. ¶ Ara Cesari ad confluentẽ maris: & Rhodani dedicata ¶ Sacerdoteq; creato. C. Iulio Vercondari/dubio Heduo. ¶ EX LIBRO .C.XXXVIII.

Thraces domiti a Scipione. ¶ Item Cerusci Cenchrei Cauci. alieq; Germanorum trans Rhenum gentes subactæ a Druso referuntur. ¶ Otauia soror Augusti defuncta. añ amisso filio Marcello. cuius monumẽta sunt Theatrũ & porticus eius nomini dicata. ¶ EX LIBRO .C.XXXVIIII.

Bellum contra trans Rhenanas gentes a Druso gestum refertur. ¶ In quo inter primores pugnauerunt. T. Senectius & Anectius tribuni ciuitatis Neruiorum. Dalmatas et Pannonios Nero frater Drusi subegit ¶ Pax cum Parthis facta est signis a Rege eorum: que sub Crasso & postea sub Antonio capta erant: redditis. ¶ EX LIBRO .C.XL.

Bellum aduersus Germanorũ trans Rhenum ciuitates gestum a Druso refertur. Ipse ex fractura equo super crus eius. collapso. xxx. die q̃ id acciderat mortuus est. Corpus a Nerone fratre: q nũtio ualitudinis euocatus raptim accurrerat: Romã reuectum. & in. C. Iulii tumulo conditum ¶ Laudatus a Cæsare Augusto uitrico. & supremis illius funeribus plures bonores dedit.

¶ PRESENTIS CODICIS HEC SVNT CAPITA OPERVM.

Facturus ne sim operepretium: si a p̄mordio urbis res populi romani perscripserim: nec satis scio: nec si sciam: dicere ausim. Quippe q̄ cum ueterem: tum uulgatam esse rem uideam: dū noui semper sc̄ptores aut in rebus certius allaturos aliquid se: aut scribendi arte rudem uetustatem superaturos credunt. Vt cunq; erit: iuuabit tamē rerū gestarum memorie principis terrarum populi: pro uirili parte: et me ipsum consuluisse. Etsi in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit: nobilitate: ac magnitudine eorum: qui nomini officiēt meo: me cōsoler. res est preterea: et immensi operis: ut que supra septingētissimum annum repetatur: et que ab exiguis profecta initiis: eo creuerit: ut iam magnitudine laboret sua. et legentium plerisq; haud dubito: quin prime origines: et proxima originibus: minus prebitura uoluptatis sint: festinantibus ad hec noua: quibus iampridem preualentis populi uires seipse conficiunt. Ego contra: hoc quoq; laboris premium petam: ut me a cōspectu malorum: que nostra per tot annos uidit etas: tantisper certe: dum prisca illa tota mente repeto: auertam. Omnis expers cure: que scribentis animum: etsi nō flectere a uero: sollicitum tamen efficere posset. Que ante conditam condendamue urbem: poeticis magis decora fabulis: q̄ incorruptis rerum gestarum monumētis traduntur: ea nec affirmare: nec refellere: in animo est. datur hec uenia antiquitati: ut miscendo humana diuinis: primordia urbium augustiora faciat. Etsi cui populo licere oportet: consecrare origines suas: et ad deos referre autores ea belli gloria est populo romano: ut cum suum: conditorisq; sui parentem Martem potissimum ferat: tam hoc gentes humane patiantur æquo animo: imperium patiūtur. Sed hec: et his similia: ut cunq; animaduersa: aut estimata erunt: haud equidem in magno ponam discrimine. Ad illa mihi pro se qsq; acriter intēdat animum: que uita: q̄ mores fuerint: per quos uiros: quibusq; artibus domi: militieq;: et partum et auctum imperium sit. labente deinde paulatim disciplina: uelut dissidentis primo mores sequatur animo. Deinde ut magis: magisq; lapsi sint: tum ire ceperunt precipites: donec ad hec tēpora: quibus nec uitia nostra: nec remedia pati possumus: p̄uētum est. Hoc illud est p̄cipue in cognitione rerum salubre: ac frugiferum: omnis te exempli documenta in illustri posita monumēto intueri. Inde tibi: tueq; reipublice: quod imitere: capias. Inde fedū inceptu: fedū exitu qđ uites. Ceteꝝ: aut me amor negotii suscepti fallit: aut nulla ūq̄ respublica nec maior: nec sanctior: nec bonis exemplis ditior fuit. nec ī quā ciuitatē: tam sera auaricia: luxuriaq; immigrauerint. nec ubi tantus: ac tam diu paupertati: aut parsimonie honos fuerit. adeo quāto rerum minus: tanto minus cupiditatis erat. Nuper diuitie auaritiam: et abundantes uoluptates desyderium per luxum atq; libidinem pereundi: perdendiq; oīa inuexere. Sed querele ne tum qdem grate future: cum forsitan necessarie erunt: ab initio certe tante ordinande rei absint. cum bonis potius ominibus: uotisq; ac precationibus: deorum: dearumq;: si ut poetis: nobis quoq; mos esset: libentius inciperemus: ut orsis: tantum operis: successus prosperos darent.

Iam primū omniū satis constat Troia capta ī cetero sseuitū esse Troianos. duobus Enea Anthenoreq;: et uetusti iure hospitii: et qa pacis reddendeq; Helene: semper autores fuerūt: omne ius belli achiuos abstinuisse. Casibus deinde uariis Anthenorem cū multitudine enetū: qui seditiōe e Paphlagōia

Laus magnus reipu. Romane

Dña scribēdi inter poetas atq; historicos

Grecorum capta troia Enee Antenoriq; pepercerunt

Eneti e paphlagonia pulsi

pulsi: et sedes: et ducē: rege Philemene ad Troiam amisso: querebāt: uenisse in intimū maris adriatici sinum. Euganeisq;: qui inter mare alpesq; incolebant: pulsis: benetos: troianosq; eas tenuisse terras. et in quem primum egressi sunt locum: Troia uocatur. pagoq; inde troiano nomen est. gens uniuersa Veneti appellati. Eneā ab simili clade domo profugum: sed ad maiora rerum initia ducētibus fatis: primo in Macedoniam uenisse. Inde in siciliam: querentem sedes: delatum. A sicilia classe laurentem agrum tenuisse. ¶ Troia et huic loco nomen est. Ibi egressi Troiani: ut quibus ab immenso prope errore: nihil preter arma: et naues superesset: cum predam ex agris agerent: Latinus rex: Aboriginesq;: qui tum ea tenebant loca: ad arcendam uim aduenarum: armati ex urbe: atq; agris concurrūt. Duplex inde fama est. Alii ꝑlio uictū Latinū: pacem cum Enea: deinde affinitatem iunxisse tradūt. Alii cum instructe acies con/stitissent: priusq̄ signa canerēt: processisse Latinum inter primores. ducemq; aduenarū euocasse ad colloquium. percontatum deinde qui mortales essent: unde: aut quo casu profecti domo: quid querentes in agrum laurētem exissent: Postq̄ audiuit multitu/dinem troianos esse ducē: Eneam filium Anchise: et Veneris: cremata patria: et domo profugos: sedem condēdeq; urbi locum querere: et nobilitatem amiratum gentis: uiriq; animum: uel bello: uel paci paratū: dextera data fidem future amicicie sanxisse. Inde fedus ictum inter duces. Inter exercitus salutationem factam. Eneam apud Latinum fuisse in hospitio. Ibi Latinum apud penates deos domesticum publico adiunxisse fedus: filia Enee in matrimonium data. Ea res utiq; troianis spem affirmat. Tandem stabili certaq; sede finiēdi erroris: oppidū cōdunt. Eneas ab nomine uxoris Lauiniū appellat. Breui stirps quoq; uirilis: ex nouo matrimonio fuit. cui Ascanium parentes dixere nomē. ¶ Bello deinde Aborigines: troiāiq; simul petiti. Turnus rex reutuloꝝ cui pacta lauinia ante aduentum Enee fuerat: Prelatum sibi aduenam egre patiēs: simul Enee Latinoq; bellum intulerat. Neutra acies leta ex eo certamīe abiit. Victi rutuli. uictores Aborigines troianiq; ducem Latinum amisere. Inde Turnus rutuliq; diffisi rebus: ad florentes opes Etruscorum: Mecentiumq; eorum regem: confugiunt. Qui Cere opulento tū oppido imperitans: iam inde ab initio minime letus: noue ori/gine urbis: et tum nimio plus q̄ satis tutum esset accolis: rem troianā crescere ratus: haud grauatim sotia arma rutulis iunxit. Eneas aduersus tanti belli terrorem: ut animos Aboriginum sibi cōciliaret: ne sub eodem iure solum: sed etiam nomine omnes essent: latinos utranq; gentē appellauit. nec deinde Aborigines Troianis studio: ac fide erga regem Eneam cessere. fretusq; his animis coalescentium in dies magis duorū populoꝝ Eneas: quanq̄ tanta opibus Etruria erat: ut iam nō terras solum: sed mare etiam per totam italie longitudinem: ab alpibus ad fretum siculum fama nominis sui implesset: tamen cum menibus bellum ꝓpulsare posset: in aciem copias eduxit. Secundum inde prelium latinis Enee etiam ultimum operum mortalium fuit. Situs est quecunq; eū dici ius fasq; est: super Numicum flumen. Iouem Indigetem appellant. ¶ Nondum maturus imperio Ascanius Enee filius erat. tamen id imperium ei: ad puberem etatem incolume mansit: tantisper tutela muliebri: tanta indoles in lauinia erat: res latina: et regnum auitum: paternumq; puero stetit. haud ambigam? Quis enim rem tam ue/terem: pro certo affirmet: hiccine fuerit Ascanius: an maior q̄ hic: Creusa matre: Ilio incolumi natus: comesq; inde paterne fuge: quem Iulium eūdem Iulia gens autorem nominis sui nuncupat? Is Ascanius ubicunq;: et quacunq; matre genitus: certe natum Enea constat: Abundante Lauinii multitudine: florētem iam: ut tum res erant: atq; opulentam urbem: matri seu nouerce reliquit. nouam ipse aliam sub albano monte

Dupx fama enee et Latini regis

ABORIGINES

Turnus

Mezentius

Mors enee: q[illegible] indiges dictus

Quis ascanius albam condiderit [illegible] [illegible] latinus: incertum est.

condidit. Que ab situ porrecte in dorso urbis longa alba appellata. inter lauinium &
albam longam: coloniã deductã: triginta fere interfuere anni. Tantum tamen opes
creuerant: maxime fusis Etruscis: ut ne morte q̃dem Enee: nec deinde inter muliebrẽ
tutelam: rudimentumq; primũ puerilis regni: mouere arma: aut Mecentius etruscicq;:
aut ulli alii accole ausi sint. Pax ita conuenerat: ut Etruscis latinisq; fluuius albula:
quem nunc Tyberim uocant: finis esset. ¶ Siluius deinde regnat Ascanii filius. casu
quodam in siluis natus. ¶ Is Eneam Siluium creat. ¶ Is deinde Latinum Siluium.
Ab eo colonie aliquot deducte: prisci latini appellati. mãsit postea Siluius omĩbus
cognomen: qui albe regnarũt. ¶ Latino alba ortus. ¶ Alba atys. ¶ Atyne: Capys.
¶ Capye: capetus. ¶ Capeto Tyberinus q̃ in traiectu albule amnis submersus: celebre
ad posteros nomẽ flumini dedit. ¶ Agrippa inde tyberini filius. ¶ Post Agrippam
Romulus Siluius a patre accepto imperio: regnat. ¶ Auẽtino: fulmine ictus ipse:
regnum per manus tradidit. ¶ Is sepultus ĩ eo colle: qui nũc est pars Romane urbis:
cognomẽ colli fecit. ¶ Proca deinde regnat. ¶ Is Numitorẽ: atq; Amuliũ ꝓcreat.
Numitori qui stirpis maximus erat: regnum uetustum siluie gentis legat. ¶ Plus
tamen uis potuit: q̃ uolũtas patris: aut uerecũdia etatis. pulso fratre Amulius regnat.
Addit sceleri scelus. stirpem fratris uirilem ĩterimit. fratris filie Rhee Siluie: per speciẽ
honoris: cum Vestalem eam legisset: perpetua uirginitate: spem partus adimit. Sed
debebatur: ut opinor: fatis: tante origo urbis: maximiq; secundum deoꝝ opes impii
principium. ¶ Vt compressa Vestalis: cum geminum partum edidisset: seu ita rata:
seu quia deus autor culpe honestior erat: Martem incerte stirpis patrem nuncupat.
Sed nec dii: nec homines: aut ipsam: aut stirpem a crudelitate regia uendicant. Sa/
cerdos uincta in custodiam datur. pueros in profluentem aquam mitti iubet. Sorte
q̃dam diuinitus sup ripas tyberis effusus lenibus stagnis. nec adiri usq̃ ad iusti cursum
poterat amnis. et posse q̃uis languida mergi aqua infantes: spem ferentibus dabat: Ita
uelut defuncti regis imperio in proxima alluuie: ubi nunc ficus ruminalis est: Ro/
mularem uocatam ferunt: pueros exponunt. Vaste tum in iis locis solitudines erant.
Tenet fama cum fluitantem alueum: quo expositi erant pueri: tenuis in sicco aqua
destituisset: lupam sitientem ex montibus: qui circa sunt: ad puerilem uagitũ cursum
flexisse. Eam submissas infantibus adeo mitem ꝓbuisse mãmas: ut lingua lãbentem
pueros magister regii pecoris inuenerit. Faustulo fuisse nomẽ ferũt. Ab eo ad sta/
bula delatos. Laurentie uxori educandos datos. Sunt qui Laurentiã uulgato corꝑe
lupam uocatam inter pastores putent. Inde locum fabule: ac miraculo: datum. Ita
geniti atq; educati cum primum adoleuit etas: nec ĩ stabulis: nec hi ad pecora segnes:
uenando peragrare saltus. hinc robore animis: corporibusq; sumpto: iam non feras
tantum subsistere. sed in latrões: preda honustos impetum facere. pastoribusq; rapta
diuidere. Et cum his crescẽte in dies grege iuuenum: seria ac iocos celebrare. ¶ Iam
tum in palatino monte: lupercal hoc fuisse ludicrum ferunt. et a Palanteo urbe
arcadica: pallantium: deinde palatinum montem appellatum. ibi Euandrum qui et
eo genere arcadum multis ante tempestatibus ea tenuerit loca: sollemne allatum ex
arcadia instituisse: ut nudi iuuenes Lyceum pana uenerantes per luxũ atq; lasciuiã
currerent. quẽ Romani deinde uocauerunt Inuum. huic deditus ludicro cũ sollẽne
notum esset: insidiatos ob iram prede amisse latrones: cum Romulus ui se defendisset:
Remum cepisse. captum Amulio regi tradidisse. ¶ Vltro accusantes crimini maxime
dabãt: in Numitoris agrum ab his impetum fieri. Inde eos collecta iuuenum manu:
hostilem in modũ predas agere. Sic Numitori ad suppliciũ Remus deditur. ¶ Iam

inde ab initio faustulo spes fuerat: regiam stirpē apud se educari. Nam & expositos iussu regis infantes sciebat. et tempus quo ipse eos sustulisset: ad id ipsum congruere. Sed rē immaturā: nisi aut p occasionē: aut p necessitatē: apire noluerat. Necessitas ṗor uenit. ita metu subactus Romulo rem apit. Forte et numitori: cū in custodia Remū haberet: audissetq; geīnos eē fratres: cōparando etatē eoꝝ: et ipsam minime seruilē indolē: tetigerat animū memoria nepotū. sciscitādoq; eodē peruenit: Ut haud procul esset: qn Remū agnosceret. Ita undiq; regi dolus nectitur. Romulus nō cū globo iuuenum: nec enim erat ad uim apertam par: sed alius alio itinere iussis certo tempore ad regiam uenire pastoribus: ad regem impetū facit. et a domo Numitoris alia cōparata manu: adiuuat Remus. Ita regem obtruncant. Numitor inter ṗmum tumultum: hostes inuasisse urbem: atq; adortos regiam dictitās: cum pubem albanā: in arcem: presidio armisq; obtinendam aduocasset: Postq̃ iuuenes: perpretata cede: pergere ad se gratulātes uidit: et templo aduocato cōcilio: scelera in se fratris: originē nepotū: ut geniti: ut educati: ut cogniti essent: cedē deinceps tyranni: seq; eius autorē: ostendit. Iuuenes per mediam contionē agmine ingressi: cū Auum regem salutasset: sequuta ex omni multitudine uox consentiens: ratum nomen imperiūq; regi efficit.

Amulus occiditur

¶ Ita Numitori Albana re permissa: Romulum Remumq; cupido cepit: in iis locis: ubi expositi: ubi educati erant: urbis cōdende. et supererat multitudo albanorum: latinorumq;. ad id pastores quoq; accesserant: qui omnes facile spem facerent: paruam albam: paruum lauinium: pre ea urbe: que conderetur: fore ¶ Interuenit deinde his cogitationibus: auitum malum: regni cupido. atq; inde fedum certamen coortum. a satis miti principio. Quoniam gemini essent: nec etatis uerecundia discrimen facere posset: ut dii: in quorum tutela ea loca essent: auguriis legerent eum qui nomē noue urbi daret: qui conditam imperio regeret: Palatinum Romulus: Remus Auentinū ad inaugurandū: templa capiunt. priori Remo augurīū fertur: sex uultures. Iamq; nuntiato augurio: cum duplex numerus Romulo sese ostēdisset: utrunq; regem sua multitudo consultauerat. Tempore illi precepto: At hi numero auium regnum trahebant. Inde cum altercatione congressi certamine irarum ad cedem uertuntur. Ibi in turba ictus Remus cecidit. Vulgatior fama est: ludibrio fratris Remum nouos transiluisse muros. Inde ab irato Romulo: cum uerbis quoq; increpitans adiecisset: sic deinde quicūq; alius transiliet menia mea: interfectum. Ita solus potitus impio Romulus. condita urbis: conditoris nomine appellata. Palatinus primū: ī quo ipse erat educatus: muniit. ¶ Sacra diis aliis Albano ritu: Greco Herculi ut ab Euādro instituta erant: facit. Herculem in in ea loca Gerione interempto: boues mira specie abegisse memorant. ac prope tyberim fluuium: qua pre se armentum agens: nando traiecerat: loco herbido: ut quiete et pabulo leto reficeret boues: et ipsum fessum uia ꝓcubuisse. Ibi cum eum cibo uinoq; grauatum sopor oppressisset: pastor accola eius loci nomine Cacus: ferox uiribus: captus pulchritudine boum: cū auertere eam predā uellet: quia si agendo: armentum in speluncam compulisset: ipsa uestigia querentem dominum: eo deductura erant: auersos boues: eximium quēq; pulchritudine: caudis in speluncam traxit. Hercules ad primam auroram excitus: cum gregē perlustrasset oculis: et partem abesse numero sensisset: pergit ad proximam speluncam: si forte eo uestigia ferrent. Que ubi omnia foras uersa uidit: nec in partem aliam ferre: cōfusus atq; incertus animi: ex loco infesto agere porro armentum occepit. Inde cum acte boues quedam: ad desiderium: ut fit: relictarum: mugissent: reddita inclusarum ex spelunca boum uox: Herculem conuertit. Quem cum uadentē ad speluncam: Cacus

Remus interficitur

potiore

Hercules Cacus

ui probibere conatuſ eſſet: ictuſ claua: fidem paſtorum nequicquam inuocãſ: morte occubuit. Euander tum ea profuguſ ex Peloponeſo autoritate magiſ: q̃ imperio: regebat loca. uenerabiliſ uir miraculo litterarum: rei noue íter rudeſ artiũ bomineſ: uenerabilior diuinitate credita Carmente matriſ: quam fatiloquam: ante Sybille in italiam aduentum: mirate in ea genteſ fuerant. Iſ tum Euander concurſu paſtorum trepidantium circa aduenã: manifeſte reum excituſ: Poſtq̃ facinuſ: facinoriſq; cauſã audiuit: babitum: formamq; uiri: aliquantum ampliorem: auguſtioremq; bumana intuenſ: rogitat: qui uir eſſet? Vbi nomen: patremq;: ac patriam accepit: Ioue nate Herculeſ ſalue inquit. Te mibi mater ueridica íterpreſ deum: aucturũ celeſtiũ nu/ merum: cecinit. tibiq; aram bic dicatum iri: quam opulentiſſima olim in terriſ genſ: maximã uocet. tuoq; ritu colat. dextera Herculeſ data: accipere ſe omen: ípletuꝝq; fata: ara cõdita: atq; dicata: ait. Ibi tum primum boue eximia: capta de grege: ſacrũ adbibitiſ ad miniſterium dapemq; potitiiſ ac pinariiſ que tum familie maxime íclyte ea loca incolebant: factum. Forte ita euenit ut potitii ad tempuſ preſto eſſent. iiſq; exta apponerentur. Pinarii extiſ adeſiſ ad ceteram uenirẽt dapem. Inde inſtitutum mãſit: donec pinariũ genuſ fuit: Ne extiſ ſollẽnibuſ ueſcerentur. potitii ab Euãdro edocti: antiſtiteſ ſacri eiuſ: ꝑmultaſ etateſ fuerunt: donec tradito ſeruiſ publiciſ ſollẽni familie miniſterio: genuſ omne potitiorũ interiit. Hec tum ſacra Romuluſ una ex omnibuſ peregrina ſuſcepit. Iam tum immortalitatiſ uirtute parta: ad quam eum ſua fata ducebant: fautor rebuſ diuiniſ: rite perpetratiſ: uocataq; ad concilium mul/ titudine: que coaleſcere in populi uniuſ corpuſ nulla re preterq̃ legibuſ poterat: iura dedit. que ita ſancta generi bominũ agreſti ratuſ fore: Si ſe ipſe uenerabilẽ íſignibuſ imperii feciſſet: cum cetero babitu ſe auguſtiorem: tũ maxime lictoribuſ duodecim ſumptiſ fecit. Alii ab numero auium: que augurio regnum portẽderant: eũ ſequutũ numerum putant. Me baud penitet eorum ſententie eſſe: q̃buſ et apparitoreſ: et boc genuſ: ab etruſciſ finitimiſ: unde ſella curuliſ: ũde toga pretexta ſumpta eſt: numerũ quoq; ipſum ductum placet. Et ita babuiſſe etruſcoſ: ꝙ ex. xii. populiſ cõmuniter rege creato: ſinguloſ ſinguli populi lictoreſ dederint Creſcebat interim urbſ muniti/ onibuſ. et alia: atq; alia appetẽdo loca: Cum in ſpem magiſ future multitudiniſ: q̃ ad id: quod tum bominũ erat: munirẽt. Deinde ne uana urbiſ magnitudo eẽt: aduciẽde multitudiniſ cauſa: ueteri cõſilio condẽtium urbeſ: q obſcuram atq; bumilẽ cõciendo ad ſe multitudinem: natam e terra ſibi prolem mentiebantur: locuſ qui nunc ſeptuſ dẽſiſſentibuſ: inter duoſ lucoſ eſt: aſylũ aperit. Eo ex finitimiſ populiſ turba omniſ: ſine diſcrimine: liber an ſeruuſ eſſet: auida nouarum: rerum perfugit. Idq; ꝓmum ad ceptam magnitudinem roboriſ fuit. Cum iam uirium baud peniteret: conſiliũ deinde uiribuſ parat. Centum creat ſenatoreſ: ſiue q̃a iſ numeruſ ſatiſ erat. ſiue quia ſoli centũ erant: qui creari patreſ poſſent. Patreſ certe ab bonore: Patritiiq; progenieſ eoꝝ ap/ pellati. Iam reſ Romana adeo erat ualida: ut cuilibet finitimarum ciuitatũ bello par eſſet. ſed penuria mulierum bominiſ etatem duratura magnitudo erat. Quippe quibuſ nec domi ſpeſ proliſ: nec cum finitimiſ cõnubia eſſent. Tum ex conſilio patrũ Romuluſ legatoſ circa uicinaſ gẽteſ miſit: qui ſocietatem connubiũq; nouo populo peterent. Vrbeſ quoq;: ut cetera: ex infimo naſci. deinde qua ſua uirtuſ: ac dii iuuent. magnaſ opeſ: magnumq; nomẽ ſibi facere. ſatiſ ſcire: origini Romane: et deoſ affuiſſe. et non defuturam uirtutem. Proinde ne grauarent bomineſ: cũ bominibuſ ſãguinẽ ac genuſ miſcere. nuſq̃ benigne legatio audita eſt. adeo ſimul omneſ ſpernebãt. ſimul tantã in medio creſcentem molem: ſibi ac poſteriſ ſuiſ metuebant. pleriſq; rogitãtibuſ

ecquod feminis q₃ asylu apuissent

dimissi: ecquod feminis quoq; asylum aperuissent? Id enim demum compar cōnubiū fore. Egre id rōana pubes passa. et haud dubie: ad uim spectare res cepit. Cui tēpus locumq; aptum ut daret Romulus: egritudinē animi dissimulans: ludos ex industria parat Neptunno equestri sollēnes. Cōsualia uocat. Indici deinde finitimis spectaculū iubet. quantoq; apparatu tum sciebant: aut poterant: concelebrant: ut rem claram expectatamq; facerent. Multi mortales conuenere studio etiā uidendæ noue urbis. maxime proximi quiq;. Cenineses. Crustumini. Antemnates. Iam Sabinoꝝ omnis multitudo cum liberis: ac coniugibus uenit. Inuitati hospitaliter per domos: cū situ: meniaq; et frequentem tectis urbem uidissent: mirantur: tam breui rem Romanam creuisse. Vbi spectaculi tempus uenit: deditęq; eo mentes: cum oculis erant: Tum ex composito orta uis. signo q; dato: iuuentus Romana ad capiendas uirgines discurrit. magna pars forte: ut ī quenquā inciderat: rapte. Quasdā forma excellētes ꝑ moribus patrum destinatas: ex plebe homines: qbus datum negocium erat: domos deferebāt. Vnam longe ante alias specie: ac pulchritudine insignem: a globo Talassii cuiusdā raptam ferunt. multisq; sciscitātibus: cui nam eam ferrent: idētidem: nequis uiolaret: Talassio ferri clamitatum. Inde nuptialem hanc uocem factam. turbato per metū ludicro: mesti parentes uirginū: profugiūt: incusantes uiolati hospitii foedus deumq; inuocantes: cuius ad sollemne ludosq; ꝑ fas: et fidem decepti uenissent. Nec raptis aut spes de se melior: aut īdignatio est minor. sed ipse Romulus circuibat. docebatq; pa/trum id superbia factum: q connubiū finitimis negassent. Illas tamē in matrimonio: in societate fortunarum omnium: ciuitatisq;: et quo nihil carius humano generi sit: liberum fore. mollirent modo iras. et quibus sors corpora dedisset darēt animos. sepe ex iniuria postmodum gratiam ortam. eoq; melioribus usuras uiris. quod adnixurus pro se quisq; sit: ut cum suam uicem fūctus officio sit: Parentū etiā patrieq; expleat desiderium. Accedebantq; blandicie uirorum: factum purgantium: cupiditate: atq; amore: que maxime ad muliebre ingenium preces efficaces sunt. ❡ Iam admodum mitigati animi raptis erāt. At raptarum parentes tū maxime sordida ueste: lachrymisq; et querelis ciuitates concitabant. Nec domi tantum indignationes continebant. Sed congregabantur undiq; ad Tatium regem Sabinorum. et legationes: eo quod Tatii maximum nomen in iis regionibus erat conueniebant. Cenineses: Crustuminiq; et Antemnates erant: ad quos eius iniurie pars pertinebat. lente agere iis Tatius: sabiniq; uisi sunt. Inter se tres populi communiter bellum parant. Ne Crustumini qdem: atq; Antemnates pre ardore: iraq; Ceninensium: satis se impigre mouent. Ita per se ipsum nomen Ceninum in agrum Romanum impetum facit. Sed effuse uastantibus fit obuius cum exercitu Romulus. leuiq; certamīe docet: uanam sine uiribus iram. ex/ercitum fundit. fugatq;. fusum persequit̄. regem in prelio obtruncat. et spoliat. duce hostium occiso: Vrbem primo impetu capit. Inde exercitu uictorie reducto: ipse tū factis uir magnificus: tum factorum ostentator haud minor: spolia ducis hostium cesi suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens: in capitolium ascendit. Ibiq;: cum ea ad quercum pastoribus sacram deposuisset: simul cū dono designauit tēplo Iouis fines. cognomenq; addidit deo: Iupiter feretri inquit hec tibi uictor Romulus rex regia arma fero. templumq; his regionibus: quas modo animo metatus sum: dedico: sedem opimis spoliis: que regibus: ducibusq; hostiū cesis: me autorem sequentes posteri ferēt. Hec templi est origo: quod primum omnium Rome sacratum est. Ita deinde diis uisum nec irritam conditoris templi: uocem esse: qua laturos eo spolia posteros nuncupauit. nec multitudine compotum eius doni: uulgari laudē. Bina postea inter

CONSVALIA ludi

Rapiuntur mulieres a ro.

Talassius

Communiter

Nomen

Romulus ominis (?) uicit in prelio rege

Iouis feretrii templū

PRIMA · SPOLIA · OPIMA ·

tot annos tot bella opima parta sunt spolia. adeo rara eius fortuna decoris fuit.

¶ Dum ea ibi Romani gerunt: Antemnatium exercitus p̱ occasioẽm ac solitudinem hostiliter ĩ fines Romanos incursionẽ facit. raptim ad hos Romana legio deducta palatos oppressit. fusi igitur primo impetu: et clamore: hostes. oppidum captum. duplici q; uictoria ouãtem Romulum Hersilia coniunx precibus raptarum fatigata orat: ut parentibus earũ det ueniã. et in ciuitatẽ accipiat. Ita rem coalescere cõcordia posse. facile impetratum. Inde contra Crustuminos profectus bellum inferẽtes. Vbi minus etiam: quod alienis cladibus ceciderant animi certaminis fuit. Vtroq; colonie misse. plures inuenti: qui propter ubertatem terre in Crustuminium nomina darent. et Romam inde frequenter migratum est: a parentibus ac propinquis raptarum.

¶ Nouissimum bellum ab Sabinis ortum. multoq; id maximum fuit. Nihil enim per iram: aut cupiditatem actum est. nec ostẽderunt bellũ priusq̃ intulerũt. Cõsilio etiam additus dolus. Sp. Tarpeius romane preerat arci. huius filiam uirginem auro corrũpit Tatius: ut armatos in arcem accipiat. aquã ea forte tum sacris extra menia petitum ierat. accepti obrutam armis necauerũt. seu ut ui capta potius arx uideretᷓ: seu prodendi exempli causa: nequid usquã fidum proditori esset. Additur fabule: q̃d uulgo Sabini aureas armillas magni põderis brachio leuo: gemmatosq; magna specie anulos habuerint. pepigisse eam quod in sinistris manibus haberẽt. Eo scuta illi pro aureis congesta. Sunt q eam ex pacto tradendi: q̃d in sinistris manibus esset: decreto arma petisse dicant. et fraude uisam agere: sua ipsam peremptam mercede. tenuere tamen arcem Sabini. atq; inde postero die: cum romanus exercitus instructus: quod inter Capitolinum collem: Palatinumq; campi est: complesset: nõ prius descenderũt in equũ Sabini: q̃ ira et cupiditate recuperande arcis: stimulãte animos: in aduersum romani subiere. Principes utrinq; pugnã ciebant. ab Sabinis Metius Curtius. ab Romanis Hostius Hostilius. hic Rem romanam iniquo loco: ad prima signa animo: atq; audacia substinebat. Vt Hostius cecidit: cõfestim Romana inclinatᷓ acies. fusaq; est: ad ueterem portam Palatii. Romulus et ipse turba fugientiũ actus: arma ad celũ tollens: Iupiter tuis inquit auibus iussus: hic in Palatio prima urbi fundamenta ieci. arcẽ iam scelere emptã Sabini habẽt. Inde huc armati superata ualle media: tendũt. At tu pater deum hominũq; hinc saltem arce hostes: deme terrorẽ Romanis. fugãq; fedam siste. Hic ego tibi templum Statori Ioui quod monumentum sit posteris: tua presenti ope seruatam urbem esse: foueo: Hec p̃catus ueluti si sensisset auditas preces: Hinc ĩquit Romani Iupiter Optimus Maximus resistere. atq; iterare pugnã iubet. Restitere Romani: tam q̃ celesti uoce iussi. Ipse ad p̃mores Romulus uolat. Metius Curtius ab Sabinis p̃nceps ab arce decurrerat. et effusos egerat Romanos: toto: q̃tum foro spatiũ est. nec procul iam a porta Palatii erat: clamitans. uicimus perfidos hospites. imbelles hostes. Iam sciunt longe aliud esse uirgines rapere. aliud pugnare cum uiris. In eum hec gloriãtem: cum globo ferocissimorum iuuenum Romulus impetũ facit. Ex equo tum forte Metius pugnabat. eo pelli facilius fuit. pulsum Romani persequuntur. et alia romana acies audacia regis accensa: fundit Sabinos. Metius in paludem sese strepitu sequentium trepidante equo coniecit. auerteratq; ea res etiam Sabinos: tanti periculo uiri. Et ille quidem annuentibus ac uocantibus suis: fauore multorum addito animo: euadit. romani Sabiniq; in media cõualle duoꝝ montium: redintegrant preliũ. Sed Res Romana erat superior: Tum Sabine mulieres q̃rum ex iniuria bellũ ortũ erat: crinibus sparsis: scissaq; ueste: uicto malis: muliebri pauore ause se inter tela uolãtia inferre: Ex transuerso ĩpetu facto: dirimere infestas acies.

dirimere iras. hinc patres: hinc uiros orantes: ne se sanguine nephando soceri: generiq; respergerent: ne parricidio macularent: partus suos: nepotum illi: liberorū hi pgenie: si affinitatis inter uos: si cōnubii piget: ī nos uertite iras. Nos causa belli. nos uulnerum: ac cedium uiris: ac parētibus sumus. Melius peribimus: q̄ sine alteris uestrū uidue: aut orbe uiuamus. Mouet res: tum multitudinē: tum duces. silentium et repentina fit qes. Inde ad fedus faciendum duces prodeunt. nec pacem modo: sed ciuitatem unam ex duabus faciunt. regnum consotiant. Imperium omne conferunt Romam. Ita geminata urbe: ut Sabinis tamē aliqd daret: Quirites a Curibus appellati. monumentū eius pugne: ubi primum ex profunda emersus palude eques Curtius in uado statuit: Curtium lacū appellarunt. ¶ Ex bello tam tristi: leta repente pax cariores sabinas uiris: ac parentibus: et ante omnis Romulo ipsi fecit. Itaq; cum populum in Curias triginta diuideret: nomina earum Curiis imposuit. Id nō traditur: cum haud dubie aliquanto numerus maior hoc mulierū fuerit: etate: an dignitatibus suis: uirorumue: an sorte lecte sint: que curiis nomina darent. ¶ Eodē tēpore: et Centurie tres eqtum conscripte sunt. Ramnenses a Romulo. a Titio Tatio Titienses appellati. Lucerum nominis: et originis: causa incerta est. Inde non modo commune: sed concors etiam regnum duobus regibus fuit: Post aliquot ānos: ppinqui regis Tatii legatos Laurentium pulsant. Cumq; Laurentes iure gentium agerent: apud Tatium gratia suorum: et preces plus poterant. Igitur illorum penam in se uertit. Nam Lauinii cū ad sollēne sacrificium eo uenisset: concursu facto: interficitur. Eam rem minus egre: q̄ dignum erat: tulisse Romulum ferunt. seu ob infidam societatem regni. seu qa haud iniuria cesum credebat. Itaq; bello quidem abstinuit. ut tamē expiarentur Legatorum iniurie: regisq; cedes: foedus inter Romam Lauiniumq; urbes: renouatum est. ¶ Et cum his quidem insperata pax erat. Aliud multo propius: atq; in ipsis prope portis bellū ortū. Fidenates nimis uicinas ppe se conualescere opes rati: priusq̄ tantū roboris eēt: q̄tum futurum apparebat: occupant bellum facere. Iuuentute armata immissa: uastatur agri: quod inter urbem: ac fidenas est. Inde ad leuā uersi: qa dextera tyberis arcebat: cum magna trepidatione agrestium populātur. Tumultusq; repens: ex agris in urbē allatus: pro nuntio fuit. Excitus Romulus: neque enim dilationem pati tam uicinū bellum poterat: Exercitū educit. castra a fidenis mille passuū locat ibi modico presidio relicto: egressus omnibus copiis: partem militum locis circa densa obsita uirgulta obscuris subsidere in insidiis iussit. Cum parte maiore: atq; omni equitatu: profectus: quod querebat: tumultuoso et minaci genere pugne: obequitādo ipsis prope portis: hostem exciuit. Fuge quoq;: que simulanda erat: eadē equestris pugna causā minus mirabilem dedit. Et cum uelut inter pugnam: fugeq; consilium: trepidante equitatu: pedes quoq; referret gradū: plenis repente portis: effusi hostes. impulsa romana acie: studio instandi: sequendiq; trahunt̄ ad locū insidiarum. Inde subito exorti Romani transuersam induunt hostium aciem. addunt pauorem mota e castris signa eorum: q in presidio relicti fuerant. Ita multiplici terrore perculsi fidenates: prius pene q̄ Romulus: quiq; cum eo nisi erant: circumagerent frenis equos: terga uertunt. Multoq; effusius. quippe uera fuga: qui simulantes paulo āte sequuti erant: oppidū repetebāt. nō tamē eripuere se hosti. herens in tergo romanus: priusq̄ fores portarū obicerent̄: uelut agmine facto irrumpit. ¶ Belli fidenatis contagione irritati ueientiū animi. & consanguinitate (Nā fidenates quoq;: Etrusci fuerunt: et propinqtas loci: si romana arma omnibus infesta finitimis essent: simulabat) in fines romanos excurrerunt: populabundi magis: q̄ iusti more belli. Itaq; non castris positis: nō expectato hostium

exercitu: raptam ex agris predam portantes: ueios redire. Romanus contra: postq̃ hostem in agris nõ inuenit: dimicationi ultime instructus: intentusq; tyberim transit. quem postq̃ castra ponere: et ad urbem accessurum Veientes audiere: obuiã egressi: ut potius acie decernerent: q̃ inclusi de tectis: menibusq; dimicarent: Ibi uiribus nulla parte adiutis: tantum ueterani robore exercitus: rex Romanus uicit. persequutusq; fusos ad mẽia hostes: urbe ualida: muris: ac situ ipso munita: abstinuit. Agros rediẽs uastat. ulciscendi magis: q̃ prede studio. Eaq; clade: haud minus q̃ aduersa pugna subacti Veientes pacem petitum oratores Romam mittunt. ¶ Agri parte mulctati sunt. in centum annos induciae date. ¶ Hec ferme Romulo regnante do mi militieq; gesta. quorum nihil absonum fidei diuine originis: diuinitatisq; post mortem credite fuit. Nõ animus in regno auito recuperando. nõ cõdende urbis consilium. nõ bello ac pace firmãde. Ab illo enim profecto uiribus datis tantum ualuit: ut in. xl. deinde annos tutam pacem haberet. Multitudini tamẽ: gratior fuit: q̃ Patribus. longe ante alios acceptissimus militum animis. trecentosq; armatos ad custodiam corporis: quos Celeres appellauit: non in bello solum: sed etiam in pace: habuit. ¶ His in mortalibus editis operibus: cum ad exercitum recensendum: contionem in cãpo: ad capre paludẽ haberet: subito coorta tempestas: cũ magno fragore: tonitribusq; tam denso regẽ operuit nimbo: ut conspectũ eius cõtioni abstulerit. Nec deinde in terris Romulus fuit. ¶ Romana pubes: sedato tandem pauore: postq̃ ex tam turbido die: serena & tranquilla lux rediit: ubi uacuam sedem regiam uidit: etsi satis credebat patribus: qui proximi steterant: sublimem raptũ procella: tamẽ uelut orbitatis metu icta: mestũ aliquandiu silentium obtinuit. Deinde a paucis initio facto: deum: deo natum: regẽ parentemq; urbis Romane: saluere uniuersi Romulum iubẽt. pacem exposcunt. uti uolens propitius suã sospitet progeniem. Fuisse credo tum quoq; aliquos q discerptum regem patrum manibus taciti arguerẽt. Manauit enim hec quoq;: sed obscura fama. Illam alteram admiratio uiri: et pauor presens nobilitauit. et consilio etiam unius hominis addita rei dicitur fides. Nanq; Proculus Iulius sollicita ciuitate: desiderio regis: et infensa patribus: grauis ut traditur: quamuis magne rei autor: in contionem prodit. ¶ Romulus inq̃t Quirites parẽs urbis huius: prima hodierna luce: celo repẽte delapsus: se mihi obuiũ dedit. Cũ perfusus horrore uenerabundusq; astitissem: petens precibus: ut contra se intueri fas esset: Abi nuntia inquit Romanis: celestes ita uelle: ut mea Roma caput orbis terrarum sit. Proinde rem militarem colãt. sciantq;: et ita posteris: tradãt. Nullas opes hũanas: armis Rõanis resistere posse. Hec inq̃t loquutus sublimis abiit. Mirũ q̃tum illi uiro: nũtianti hec fides fuerit. q̃q; desideriũ Romuli. apud plebẽ: exercitũq;: facta fide immortalitatis: lenitum sit. ¶ Patrũ igit̃ animos certamẽ regni: ac cupido uersabat. nec dũ a singulis: q̃a nemo magnope emiebat: in nouo populo puenerant factiões. inter ordines certabat. Oriundi ab Sabinis: Ne: quia post Tatii mortẽ ab sua parte non erat regnatũ: in societate equa possessionẽ Imperii amitterent: sui corporis creari regem uolebant. Romani ueteres peregrinum regem aspernabantur. In uariis uolũtatibus: regem tamen omnes uolebãt: libertatis dulcedine nõdum experta. Timor deinde patres incessit: ne ciuitatem sine imperio: exercitum sine duce: multarum circa ciuitatum irritatis animis: uis aliq̃ externa adoriretur. Et esse igitur aliq̃d caput: placebat. et nemo alteri concedere: in animum inducebat. Ita rem inter se centum patres: decem decuriis factis: singulisq; in singulas decurias creatis: qui summe rerum preessent: consociant. decem imperitabant. Vnus cum isignibus imperii: et lictoribus erat. Quinq; dierum spatio finiebatur imperium.

NUMĀ PYTHAGORE AUDITORĒ fuisse falsum est

ac per omnes in orbem ibat. annuumq; interuallum regni fuit. Id ab re: quod nunc quoq; tenet nomē: Inter regnum appellatum. ¶ Fremere deinde plebs multiplicatā seruitutem. Cētum pro uno dominos factos. nec ultra: nisi regem: et ab ipsis creatum: uidebantur passuri. Cum sensissent ea moueri patres: offerendum ultro rati: quod amissuri erant: Ita gratiam ineunt: summa potestate populo permissa: ut non plus darent iuris: q̄ detinerent. Decreuerunt enim: ut cum populus regem iussisset: Id sic ratum esset: Si patres autores fierent. hodieq; in legibus: magistratibusq; rogandis: usurpat̄. Id enim uisui adempta: priusq̄ populus suffragiū ineat: in incertū comitio℞ euentum: patres autores fiunt. Tum interrex cōtione aduocata: qđ bonū: faustum: foelixq; sit: inquit Quirites: regē create. ita patribus uisum ē. Patres deinde: si dignū: qui secundus a Romulo numeretur: crearitis: autores fient. Adeo id gratū plebi fuit: ut ne uicti beneficio uiderentur: id modo sciscerent iuberentq; ut senatus decerneret: qui rome regnaret. ¶ Inclyta iustitia: religioq; ea tempestate Nume Pompilii erat. Curibus Sabinis habitabat cōsultissimus uir: ut in illa quisq̄ etate esse poterat: omnis diuini: atq; humani iuris. Autorem doctrine eius: quia nō extat alius. falso Samium Pythagoram edunt. quem Seruio Tullio regnante Rome: centum post annos am/ plius in ultima Italie ora: circa Metapontum: Heracleamq;: et Crotonam iuuenū emulantium studia: cetus habuisse constat. Ex quibus locis: etsi eiusdem etatis fuisset: que fama in Sabinos: aut quo lingue commertio quenq̄: ad cupiditatē discendi: ex/ ciuisset? quoue presidio: unus per tot gentes dissonas sermone: moribusq; peruenisset? Suopte igitur ingenio temperatū animū uirtutibus fuisse opinor magis. instructūq; non tam peregrinis artibus: q̄ disciplina tetrica ac tristi ueterum Sabinorum. quo genere quōdam nullum incorruptius fuit. Audito nomine Numæ patres romani: quanq̄ īclinari opes ad Sabinos: Rege inde sumpto uidebatur: tamē neq; se quisquā: nec factionis sue alium: nec deniq; patrum: aut ciuium quenquam preferre illi uiro ausi: Ad unū omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt. Accitus: sicut Romulus Augurio urbe condenda: regnum adeptus est: De se quoq; deos consuli iussit. Inde ab Augure: cui deinde honoris gratia: publicum id: perpetuūq; sacerdotiū fuit: deductus in arcem: lapidem ad meridiem uersus: consedit. Augur ad leuam eius capite uelato: sedem cepit. Dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens: quē Lituum appellarunt. Inde ubi prospectum urbem agrumq; capto: deos precatus: regiones ab oriente: ad occasum determinauit: dextras ad meridiē partes: leuasq; ad septentrionē esse dixit: signū cōtra quod longissime cōspectū oculi ferebāt: animo finiuit. Tum lituo in leuam manum translato: dextra in capite Numæ imposita: precatus ita est. ¶ Iupiter pater: si est fas hunc Numam Pompilium: cuius ego caput teneo: regē Rome eē: uti tu: signa nobis certa: ac clara sint inter eos fines: quos feci. Tum peregit uerbis auspicia: que mitti uellet. Quibus missis: declaratus rex Numa de templo descendit. Qui regno ita potitus: urbem nouam: cōditam ui et armis: iure legibusq; ac moribus de integro condere parat. Quibus cum inter bella assuescere ui/ deret non posse: quippe efferos militia animos: mitigandum ferocē populum: armo℞ dissuetudine ratus: Ianum ad infimū Argiletum indicem pacis belliq; fecit. Apertus: ut in armis eē ciuitatē: clausus: pacatos circa omnis populos signaret. Bis deinde post Numæ regnū clausus fuit. Semel. T. Manlio Cōsule post primū Punicū ꝑfectum bellum. Iterum: quod nostre etati dii dederūt: ut uideremus: post bellum Actiacum ab imperatore Cesare Augusto pace terra: mariq; parta. Clauso eo: cum omniū circa finitimorum societate: ac federibus iunxisset animos: positis externorum periculorū

INTERREGNUM

PYTHAGORAS. CROTONA

NUMA POMPILIUS REX FACTUS.

IANUS a numa conditus

curis: ne luxuriarent ocio animi quos metus bostiũ disciplinaq; militaris cõtinuerat: omnium primum rem ad multitudinem imperitam: et illis seculis rudem: efficacissimã: deorum metum iniciendum ratus est. Qui cũ descendere ad animos: sine aliquo cõ/ mento miraculi: non posset: simulat sibi cum dea egeria: congressus nocturnos esse. eius se monitu: que acceptissima diis essent: sacra instituere. Sacerdotes suos cuiq; deorũ perficere ¶ Atq; omnium primum ad cursum lune i. xii. menses describit annum. quẽ quia tricenos singulis mẽsibus luna nõ explet: desuntq; dies solido anno: q solsticiali circumagitur orbe: intercalares mensibus interponendis ita dispensauit: Vt uicessimo anno: ad metam eandem solis: unde orsi essent: plenis omnium annorum spatiis: dies congruerent ¶ Idem Nefastos dies: Fastosq; fecit. quia aliquãdo nihil cum populo agi utile futurum erat ¶ Tum sacerdotibus creandis: animũ adiecit. quanq̃ ipse plu/ rima sacra obibat. ea maxime: que nũc ad Dialem Flaminem pertinẽt ¶ Sed quia in ciuitate bellicosa: plures Romuli: q̃ nume similes putabat fore: iturosq; ipsos ad bella: ne sacra regia uicis desererẽtur: Flaminem Ioui assiduum sacerdotẽ creauit. insigniq; eum ueste: et curuli regia sella adornauit. Huic duos flamines adiecit: Marti unum alterum Quirino ¶ Virginesq; Veste legit. Alba oriuudum sacerdotiũ. et genti cõ/ ditoris haud alienum. his: ut assidue templi Antistites essent: stipendium de publico statuit. Virginitate aliisq; cerimõiis uenerabiles: ac sanctas fecit ¶ Salios itẽ duodecim Marti Gradiuo legit. tuniceq; ĩsigne dedit. et super tunicã Eneum pectori tegumẽ. celestiaq; arma: que Ancilia appellantur: ferre. ac per urbem ire canentes carmina: cum tripudiis: sollemniq; saltatu iussit ¶ Pontificem deinde Numa Martiũ Marci filium. ex patribus legit. eiq; sacra omnia excripta: exignataq; attribuit. qbus hostiis: quibus diebus: ad que tẽpla: sacra fierẽt. Atq; unde in eos sumptus pecunia erogarẽt. ¶ Ceteraq; omnia publica: ꝓuataq; sacra: pontificis Scitis subiecit. ut eẽt. quo cõsultũ plebs ueniret: ne quid diuini iuris negligendo patrios ritus: peregrinosq; asciscendo turbarẽt. Nec celestes mõ cerimonias: sed iusta qnoq; funebria: placandosq; manes: ut idem pontifex edoceret. queq; prodigia fulmĩbus: aliove quouis modo missa: susci/ perent. atq; curarẽt. Ad ea eliciẽda et mẽtibus diuinis: Ioui Elicio arã in Auentino dicauit. deumq; consuluit auguriisq; que suscipienda essent. Ad hec consultãda: pro/ curandaq; multitudini omni: a ui et armis conuersa: et animi: aliqd agẽdo: occupati erant: et deo℞ assidua insidens cura: cũ interesse rebus humanis celeste numẽ uiderẽt: ea pietate omnium pectora imbuerat: ut fides ac iusiurandum proximo legum: ac penarũ metu: ciuitatem regerent. et cũ ipsi se homines in Regis: uelut unici exempli: mores formarent: Tum finitimi etiam populi: qui ante castra: non urbem positam in medio ad sollicitandam omnium pacem crediderant: ĩ eã uerecũdiam adducti sunt: ut ciuitatem in cultũ uersam deorum: uiolari ducerent nefas ¶ Lucus erat quẽ mediũ ex opaco specu fõs peremni rigabat aqua. Quo quia se per sepe Numa sine arbitris. uelut ad congressum dee inferebat: Camenis eum Lucum sacrauit. quod dearum sibi consilia: cum cõiuge sua Egeria essent. et soli fidei sollemne instituit. Ad id sacrarium Flamines bigis curru arcuato uehi iussit. manuq; ad digitos usq; inuoluta: rẽ diuinã facere. significantes fidem tutãdam. sedemq; eius etiam in dextris sacratã esse. Multa alia sacrificia locaq; sacris faciendis: que Argeos põtifices uocãt: dedicauit. Omnium tamẽ maximum eius operum fuit tutela per omne regni tempus: haud minor pacis: q̃ regni. Ita duo deinceps reges: alius alia uia: ille bello: hic pace: ciuitatem auxere. Romulus septem et triginta regnauit annos. Nũma tres et quadraginta. Nummæ morte ad inter regnum res redit. ¶ Inde Tullum Hostilium nepotẽ Hostilii cuius

in infima arce clara pugna aduersus Sabinos fuerat: Regem populus iussit. patres autores facti. Hic non solũ proximo regi dissimilis: sed ferocior etiam: q̃ Romulus fuit. Tum etas: uiresq;: tum auita quoq; gloria animum stimulabat ¶ Senescere igiť ciuitatẽ ocio ratus: undiq; materiã excitãdi belli querebat. Forte euenit ut agrestes Romani ex Albano agro: Albani ex Romano: predas inuicẽ agerẽt. Imperitabat tum. C. Ciuilius Albe. utrinq; legati fere sub idem tẽpus: ad res repetẽdas: missi. Tullus preceperat suis: ne quid preter mandata agerent: satis sciebat: negaturum Albanum. Ita pie bellum ĩdici posse. ab Albanis socordius res acta. Excepti hospitio ab Tullo: blande ac benigne: comiter regis cõuiuium celebrant. Tantisper Romani et res re/petiuerant priores. et neganti Albano bellum in tricesimum diem indixerant ¶ Hec renuntiant Tullo. Tum legatis Tullus dicendi potestatem: quid petentes uenerint: facit. Illi omnium ignari primum purgando terunt tempus: se inuitos quicq̃: quod minus placeat Tullo: dicturos. sed imperio subigi. res repetitũ se uenisse. ni reddanť: bellum indicere iussos. Ad hec Tullus: Nuntiate inquit regi uestro: Regẽ Romanũ deos facere testes: uter prius populus res repetentes legatos aspernatus dimiserit: ut in eum omnes expetant huiusce clades belli ¶ Hec nuntiant domum Albani. et bellum utrinq; summa ope parabatur: ciuili simillimum bello: prope inter parentes: natosq; Troianam utranq; prolem. Cum lauinium ab Troia. ab Lauinio Alba: ab Albanorum stirpe Regum oriundi Romani essent. Euentus tamẽ belli minus miserabilem dimi/cationẽ fecit. q̃d nec acie certatũ est. et tectis modo dirutis alterius urbis: duo populi in unum cõfusi sunt. Albani priores ingenti exercitu: in agrum romanum impetum fecere. Castra ab urbe: haud plus quinq; milia passuum locãt. fossa circũdant. Fossa Ciuilia ab nomine ducis: per aliquot secula appellata est. donec cum re. nomẽ quoq; uetustate aboleuit. In his castris Ciuilius Albanus rex moritur. Dictatorem Albani Metium Suffectium creãt. Interim Tullus ferox: precipue morte regis: magnumq; deorum omen ab ipso capite orsum: in omne nomen albanum expetiturum penas: ob bellum impium: dictitans: Nocte preteritis hostium castris: in Albanum agrum pergit. Ea res ab Statiuis exciuit Metium. ducit exercitum q̃ p̃xime ad hostem põt. Inde legatum premissum nuntiare Tullo iubet: priusq̃ dimicẽt: opus esse colloquio. Si secum cõgressus sit: satis scire: ea se allaturũ: que nihilo minus: ad Rem Romanã: q̃ ad Albanam pertineant. haud aspernatus Tullus: tam etsi uana afferebantur: in aciem educit. Exeunt contra: et Albani ¶ Postq̃ instructi utrinq; stabant: cũ paucis procerum in medium duces procedũt. Ibi misit Albanus: iniurias et non redditas res: ex foedere: que tepetite sint: et ego regẽ nostrum Ciuilium: causam huiusce esse belli audisse uideor ¶ Nec te dubito Tulle eadẽ pre te ferre. sed si uera potius: q̃ dictu spe/ciosa: dicẽda sunt: Cupido Impii: duos cognatos: uicinosq; populos: ad arma stimulat. Neq; recte: an perperam. interpretor: fuerit ista eius deliberatio: qui bellum suscepit. Me Albani gerendo bello ducem creauere. Illud te Tulle monitũ uelim: Etrusca res quãta circa nos: teq; maxime sit. quo propior uolscis: hoc magis scis. Multũ illi terra: plurimum mari: pollent. Memor esto iam: cũ signũ pugne dabis: has duas acies spec/taculo fore: ut fessos: confectosq; simul uictorem: ac uictũ aggrediantur. Itaq; si nos dii amant: qui non contenti libertate certa: in dubiam imperii seruitiiq; aleam imus: ineamus aliquam uiam: q̃ utri: utris imperent: sine magna clade: sine multo sanguine utriusq; populi: decerni possit ¶ Haud displicet res Tullo: quãq̃ tum indole animi: tum spe uictorie ferocior erat. Querentibus utrinq; ratio initur: cui et fortuna ipsa prebuit materiam. Forte ĩ duobus tum exercitibus erant trigemini fratres: nec etate:

Horatii Curiatii

nec uiribus dispares. Horatios Curatiosq; fuisse satis constat. Nec fere antiq̃ res alia
est nobilior. Tamen ĩ re tam clara nominum error manet. Vtrius populi Horatii:
utrius Curatii: fuerint. autores utroq; trahũt. plures tamen inuenio: qui Romanos
Horatios uocent. hos ut sequar: inclinat animus. Cum trigeminis agũt reges: ut pro
sua quisq; patria dimicet ferro. Ibi impium fore: unde uictoria fuerit. Nihil recusat.
tempus et locus conueniunt. priusq̃ dimicarent: Foedus ictum inter Romanos: et
Albanos est: his legibus: ut cuiusq; populi ciues: eo certamĩe uicissẽt: Is alteri populo
cum bona pace: imperitaret. ¶ Foedera alia: aliis legibus: ceterum eodem modo oĩa
fiunt. Tum ita factum accepimus. nec ullius uetustior foederis memoria est. Fetialis
regẽ Tullum ita rogauit. Iubes ne me rex: cũ Patre patrato populi Albani foedus
ferire? Iubẽte rege: Sagmina inq̃t te rex posco. Rex ait: puram tollito. Fetialis ex
arce gramĩs herbã purã attulit. postea regẽ ĩterrogauit. Rex facis ne me: tu regium
nuntium: populiq; Romani Quiritiũ? Vasa: comitesq; meos? Rex respõdit. Quod
sine fraude mea: populiq; Romani Quiritium fiat: facio. Fetialis erat Marcus Va-
lerius. Patrempatratum. Sp. Fusium fecit. Verbena caput: capillosq; tangẽs. pater
patratus ad iusiurandum patrandum: id est sanciendum fit foedus. multisq; id uerbis:
que longo effata carmine non ope est referre: peragit. legibus deinde recitatis: audi
inquit Iupiter. audi Paterpatrate populi Albani. audi tu populus Albanus. ut illa
palam prima: postremum ex illis tabulis: cera ue recitata sunt: Sine dolo malo: utiq;
ea hic hodie rectissime intellecta sunt: illis legibus: populus Romanus prior nõ de-
ficiet. Si prior defecerit: publico consilio: dolomalo: tu illo die Iupiter populũ. Ro.
sic ferito: ut ego hũc porcum hodie feriã. Tantoq; magis ferito: quanto magis potes:
pollesq;. Vbi id dixit: porcum saxo silice percussit. Sua item carmina Albani: suũq;
iusiurandum: per suum dictatorẽ suosq; sacerdotes: pegerunt. Federe icto trigemini
sicut conuenerat: arma capiunt. Cum sui utrosq; adhortarentur: deos patrios: patriã:
atq; parentes: quicquid ciuium domi: quicquid in exercitu sit: illoꝝ tunc arma: illoꝝ
intueri manus: feroces suopte ingenio: et pleni adhortãtium uocibus: in mediũ inter
duas acies ꝓcedunt. Cõsiderant utrinq; pro castris duo exercitus: periculi magis p̃ntis:
q̃ cure expertes. quippe imperium agebatur: in tam paucorum uirtute: atq; fortuna
positum. itaq; erecti: suspensiq; in minime gratum spectaculum: animo incenduntur.
datur signum. infestisq; armis: uelut acies terni iuuenes magnorum exercitum aĩmos
gerentes: concurrunt. neq; his: neq; illis periculum suum. Publicum imperiũ: seruitiũq;
obuersat̃ aĩo Futuraq; ea deinde patrie fortũna: quã ipsi fecissent. Vt p̃mo statim
concursu increpuere arma: micãtesq; fulsere gladii: horror ingens spectãtes pstringit.
et neutro inclinata spe: torpebat uox: spiritusq;. Consertis deinde manibus: cum iam
non motus tantum corporum: agitatioq; anceps telorum armorumq;: Sed uulnera
quoq;: et sanguis: spectaculo essẽt: Duo Romani: super alium alius: uulneratis tribus
Albanis expirantes corruerunt. ad quoꝝ casum: cum clamasset gaudio Albanus ex-
ercitus: Romanas legiones iam spes tota: nõ dũ cura deseruerat. exanimes uice unius:
quem tres curiatii circunsteterant. Forte his ĩteger fuit: ut uniuersis solus nequaquã
par: sic aduersus singulos ferox. Ergo ut segregaret pugnã eorum: capessit fugam.
Ita ratus sequuturos: ut quenq; uulnere affectum corpus sineret. Iam aliquantum
spatii: ex eo loco: ubi pugnatũ est: aufugerat: Cum respitiens uidit magnis interuallis
sequentes. unũ haud ꝓcul ab sese abesse. In eũ magno impetu redit. Et dũ Albanus
exercitus inclamat Curiatiis: uti opem ferãt fratri: Iam Horatius uictor: ceso hoste:
secundam pugnã petebat. Tunc clamore: q̃lis ex insperato fauentiũ solet: Romani

Ritus federis feriendi

Suopte

adiuuant militem suum. et ille defungi prelio festinat. prius itaq; q̃ alter: qui nec ꝓcul aberat: consequi posset: Et alterum Curiatium cõficit. Iamq; equato marte singuli supererant. Sed nec spe: nec uiribus pares. alterum ĩtactum ferro corpus: et geminata uictoria: ferocẽ in certamẽ tertiũ dabat. Alter fessum uulnere: fessum cursu: trahens corpus: uictusq; fratrum ãte se strage: uictori obicitur hosti. Nec illud preliũ fuit. Romanus exultãs: duos inquit fratrum manibus dedi. tertium: causam belli huiusce: ut Romanus Albano imperet: dabo. male sustinenti arma: gladium superne iugulo defigit. iacentem spoliat. Romani ouantes ac gratulantes Horatium accipiunt. eo maiore cum gaudio: quo prope metum res fuerat. Ad sepulturam ĩde suoꝝ: nequaq̃ paribus animis uertuntur. Quippe imperio alteri aucti. alteri ditionis aliene facti. se/pulchra extant: quo quisq; loco cecidit. duo Romana uno loco: ꝓprius Albam. tria Albana uersus Romam. sed distantia locis: ut pugnatũ est. Priusq̃ inde digrederent: roganti Metio: ex foedere icto: quid imperaret: imperat Tullus: uti iuuentutem in armis habeat. usurum se ipsorum opera: si bellum cum Veiẽtibus foret Ita exercitus inde domos adducti. ¶ Horatius ibat trigemina spolia pre se gerẽs. Cui soror uirgo que desponsa: uni ex Curiatiis fuerat obuia ante portam Capenam fuit. cognitoq; super humeros fratris paludamento sponsi: quod ipsa confecerat: soluit crines. et fle/biliter nomine spõsum mortuum appellat. Mouet feroci iuueni aĩmum cõploratio sororis: in uictoria sua. tãtoq; gaudio publico. Stricto itaq; gladio: simul uerbis in/crepans: transfigit puellam. ¶ Abi hinc cum immaturo amore inquit. oblita fratrum mortuorum. uiuiq;. oblita patrie. Sic eat quecũq; Romanũ lugebit hostem. Atrox uisum id facinus patribus. plebiq;. Sed recens meritũ facto obstabat. Tamen raptus in ius ad regẽ. Rex ne ipse tã tristis ingratiq; ad uulgus iudicii: aut secundũ iudiciũ: supplicii autor esset: Concilio populi aduocato: Duumuiros inquit: qui Horatio ꝑ duellioni iudicent: secundum legem facio. lex horrendi criminis erat. duumuiri per duellionẽ iudicẽt. si a duũuiris prouocarit: pro uocatione certato. Si uincent caput obnubito. infelici arbori reste suspendito. uerberato: uel intra pomeriũ. uel extra po/merium. Hac lege duumuiri creati. qui se absoluere nõ rebantur ea lege: ne innoxiũ quidem posse: cum condemnassent. Tum alter ex iis. P. Horati tibi perduellionem iudico: inqt. lictor colliga manus. accesserat lictor. ĩiciebatq;. laqueũ. Tũ Horatius: autore Tullo clemente legis interpretre. Prouoco inquit. Ita de prouatiõe certatum ad populum est. Moti homines ĩ eo iudicio maxime. P. Horatio patre ꝓclamante: se filiam iure cesam iudicare. Ni ita esset: patrio iure ĩ filium animaduersurũ fuisse. Orabat deinde: ne se: quem pauloante cũ egregia stirpe cõspexissent: orbum liberis facerent. Inter hec senex iuuenem amplexus: spolia curiatiorum fixa eo loco: q nũc Pila Horatia appellatur: ostentans: hunccine quem modo decoratum ouantemq; uictoria incedentem uidistis: Quirites eũ sub furca uinctũ: inter uerbera: et cruciatus uidere potestis? quod uix Albanorum oculi tam deforme spectaculũ ferre possent. I. lictor: colliga manus. que pauloãte armate imperiũ populo Romano pepererunt. I. Caput obnube. liberatoris huius urbis. arbori ĩfelici suspẽde. Verbera uel intra po/merium: modo: inter illa pilla: et spolia hostium: uel extra pomerium: modo: intra sepulchra Curiatiorum. Quo enim ducere hunc iuuenẽ potestis: ubi non sua decora eum a tãta feditate supplicii uindicẽt. ¶ Non tulit populus nec patris lacbrymas. nec ipsius parem in omni periculo animum. absolueruntq; magis admiratione uirtutis: q̃ iure cause. Itaq; ut cedes manifesta aliquo tamẽ piaculo lueretur: Imperatum patri ut filium expiaret pecunia publica. Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis: que

deinde genti Horatie tradita sunt: transmisso p̱ uiam tigillo: capite adoperto: uelut subiugo misit iuuenem. ¶ Id hodie publice quoq; semper refectum manet. sororium tigillum uocant. ¶ Horatie sepulchrum quo loco corruerat icta: constructum est: saxo quadrato. ¶ Nec diu pax Albana mansit. Inuidia uulgi: quod tribus militibus fortuna publica commissa fuerit: uanum ingenium Dictatoris corrũpit. Et quoniã recta consilia haud bene euenerant: prauis reconciliare popularium animos cepit. Igit̃ ut prius in bello pacem: sic in pace bellum querens: quia sue ciuitati animorum plus: q̃ uirium: cernebat esse: ad bellum palam atq; ex edicto gerundum: alios concitat po/pulos. suis per speciem societatis reseruat proditionem. ¶ Fidenates Colõia Romana Veiẽtibus sotiis consilii assumptis: pacto transitionis Albanorum: ad bellũ atq; arma incitant. Cum fidene aperte descissẽt: Tullus Metio: exercituq; eius ab Alba accito: contra hostes ducit. ubi Aniene transit: ad confluentis collocat castra. Inter eũ locũ: et Fidenas ueientiũ exercitus Tyberim transierat. hi et in acie prope flumen tenuere dextrũ cornu. In sinistro Fidenates propius montes consistũt. Tullus aduersus Veientem hostem dirigit suos. Albanos contra legionem Fidenatium collocat. Albano nõ plus animi erat: q̃ fidei. nec manere ergo neq; transire apte ausus: sensim ad mõtes succedit. Inde ubi satis subisse sese ratus est: erigit totam aciem. fluctuansq; animo: ut tereret tempus explicat ordines. Cõsilium erat: qua fortuna rem daret: ea inclinare uires. miraculo p̱mo esse Romanis: q proximi steterant: ut nudari latera sua: sotiorum digressu senserunt. Inde eques citato equo nũtiat Regi abire Albanos. Tullus in re trepida. xii. uouit Salios. fanaq; Pallori ac Pauori: equitem clara increpans uoce: ut hostes exaudirent: redire ĩ preliũ iubet. nihil trepidatiõe opus esse. suo iussu circũduci Albanum exercitum: ut Fidenatium nuda terga inuadant. Idem imperat: ut hastas equites erigere iubeat. Id factum magne parti peditũ romanorum cõspectum abeũtis Albani exercitus intersepsit. qui uiderant: id q̃d ab rege auditum erat rati: eo acrius pugnant. Terror ad hostes transit. et audiuerant clara uoce dictum. et magna pars Fidenatium: ut qui coloni additi romanis essent: latine sciebant. Itaq;: ne subito ex collibus decursu Albanorum ĩtercluderent ab oppido: terga uertũt. Instat Tullus. fusoq; Fidenatium cornu: in Veientem alieno pauore p̱culsum: ferociter redit. Nec illi tulere impetum. sed ab effusa fuga flumen obiectum a tergo arcebat. Quo postq̃ fuga inclinauit: alii arma fede iactantes: in aquam ceci ruebant. Alii dum contantur in ripis: inter fuge pugneq; consiliũ: oppressi. non alia ante romana pugna atrocior fuit. ¶ Tũ Albanus exercitus spectator certaminis: deductus ĩ cãpos. Metius Tullo deuictos hostis gratulatur. Cõtra Tullus Metium benigne alloq̃tur. q̃d beneuertat castra Albanos Romanis castris iungere iubet. sacrificium lustrale in diem posterum parat. ubi illuxit: paratis omnibus: ut assolet: uocari ad contionem utrũq; exercitum iubet. Precones ab extremo orsi: p̱mos exciuere Albanos. hi nouitate etiã rei moti: ut regem Romanum contionantem audirent: proxime constitere. Ex composito arma circundat Romana legio. centurionibus datum negotium erat: ut sine mora imperia exequerentur. Tum ita Tullus infit. ¶ Romani si unquam ante alias ullo in bello fuit: quod diis immortalibus gratias ageretis: deinde uestre ipsorum uirtuti: hesternum id p̃lium fuit. dimicatum est enim nõ magis cũ hostibus. q̃: (que dimicatio maior: ac periculosior est) cum proditione ac perfidia sociorum. Nam ne uos falsa opinio teneat: in iussu meo Albani subiere ad montes. nec imperium illud medium: sed consilium: et imp̃ii simulatio fuit: ut nec uobis ignorantibus deseri uos: auerteret̃ a certamine animus: et hostibus circũueniri se ab tergo ratis: terror ac fuga inicerett̃.

nec ea: culpa: quam arguo: omnium Albanorum est. ducem sequuti sunt. Vt et uos:
si quo ego inde agmē declinare uoluissē: fecissetis. Metius ille ē ductor itineris huius.
Metius idem huius machĩator belli. Metius federis Romani Albāq; ruptor. audeat
deinde talia alius: nisi in hunc insigne iam documentū: mortalibus dedero. Centu/
riones armati Metium circūsistunt. Rex cetera ut orsus erat: peragit. Quod bonū:
faustū: felixq; sit populo Romano: ac mihi: uobisq; Albani populū omnē Albanū
Romam traducere: ĩ animo est. ciuitatem dare plebi. primores in patres legere. unam
urbem: unam rempublicam facere. ut ex uno quondā ĩ duos populos diuisa Albana
Res est: Sic nunc in unum redeat. Ad hec Albana pubes inermis: ab armatis septa:
in uariis uoluntatibus: communi tamen metu cogente: silētium tenet. Tum Tullus
Meti Suffeti inqt: si ipse discere posses fidē: ac foedera seruare: uiuo tibi: ea disciplina
a me adhibita esset. Nunc quoniam tuum insanabile ingeniū est: at tu tuo supplicio
doce humanum genus: ea sancta credere: que a te uiolata sunt. Vt igitur paulo āte
animum inter Fidenatem Romanāq; Rem ancipitē gessisti: ita iam corpus passim
distrahendum dabis: Exinde duabus admotis q̄drigis: in currus earū distentū alligat
Metiū. deinde in diuersum equi concitati: lacerū in utroq; curru corpus: q̄ inheserāt
uinculis membra: portantes. Auertere omnes a tāta feditate spectaculi oculos. Primū
ultimumq; illud suppliciū apud Romanos exēpli parū memoris legum humanarū
fuit. In aliis gloriari licet: nulli gentiū mitiores placuisse penas. Inter hec iam p̄missi
erant Albam equites: qui multitudinem traducerēt Romam. legiones deinde ducte:
ad diruendam urbem. que ubi intrauere portas: non quidem fuit tumultus ille: nec
pauor: qualis captarum esse urbium solet: cum effractis portis: stratisue ariete muris:
aut arce ui capta: clamor hostilis: et cursus per urbem armatoꝝ oīa ferro flāmaq;
miscet. Sed silētium triste: ac tacita mestitia ita defixit omniū animos. Vt pre metu
obliti quid relinquerent: quid secum ferrent: deficiente consilio: rogitantesq; alii alios
nunc in liminibus starēt: nūc errabūdi: domos suas ultimū illud uisuri: ꝑuagarentur.
ut uero iam equitum clamor exire iubētium: instabat: iam fragor tectorum: que di/
ruebantur: ultimis urbis partibus audiebatur: puluisq; ex distātibus locis ortus: uelut
nube inducta omnia impleuerat: raptim quibus quisq; poterat: elatis: cum larem: ac
penates: tectaq; in quibus natus quisq;: educatusq; essent: relinquentes exirent: Iam
continens agmen migrantium impleuerat uias. et conspectus alioꝝ mutua miseratiōe
integrabat lachrymas. uocesq; etiam miserabiles exaudiebantur: mulierum precipue
cum obsessa ab armatis templa augusta p̄terirent: ac uelut captos relinquerent deos.
Egressis urbem Albanis Romanus: passim publica: priuataq; omnia tecta adequat
solo. unaq; ora quadringentorum opus annorum: quibus Alba steterat: excidio ac
ruinis dedit. Templis tantum deum: ita enim edictum ab rege fuerat: temperatum
est. Roma interim crescit Albe ruinis. duplicatur ciuium numerus. Celius additur
urbi mons. et quo frequentius habitaretur: eandem sedem Tullus Regie capit. Ibiq;
habitauit. principes albanorum in patres: ut ea quoq; pars reipublice cresceret: legit.
Tullios. Seruilios. Quintios. Geganios. Curiatios. Cloelios. templumq; ordini ab se
aucto: Curiam fecit. que Hostilia usq; ad patrum nostrorum etatem: appellata est.
Et ut omnium ordinum uiribus aliquid ex nouo populo adiceretur: equitum decē
turmas: ex albanis legit. legiōes: et ueteres eodē supplemēto expleuit. et nouas scꝑsit.
Hac fiducia uirium Tullus sabinis bellum indicit. genti ea tempestatate secūdum
Etruscos opulentissime uiris: armisq; utrinq; iniurie facte: ac res neq̄cq̄ erant repetite.
Tullus ad Feronie Fanum mercatu frequēti negotiatores Romanos cōprehensos:

querebatur. Sabini suos prius in lucum confugisse: ac Rome retentos. He cause belli
parabãtur. Sabini baud parum memores et suarum uirium partem Rome ab Tatio
locatam: et Romanam Rem nuper etiam adiectione populi Albani auctam: cir/
cunspicere et ipsi externa auxilia. Etruria erat uicina. proximi Etruscorũ Veiẽtes
Inde ob residuas bellorum iras: maxime sollicitatis ad defectionẽ aĩmis: uolũtarios
traxere. et apud uagos quosdam ex inopi plebe: etiã merces: ualuit publico auxilio
nulli adiuti sunt. ualuitq; apud Veiẽtes. Nam de ceteris minus mirum est: pacta cũ
Romulo induciarum fides. Cum bellum utrinq; summa ope pararent: uertiq; in eo
res uideretur: utri prius arma inferrent: occupat. Tullus: in agrum Sabinum transire.
pugna atrox ad Siluam malitiosam fuit. ubi et peditũ q̃dem robore: ceterũ eq̃tatu
aucto nuper: plurimum Romana acies ualuit. ab equitibus repẽte inuectis turbati
ordines sunt Sabinoꝝ. nec pugna deinde illis cõstare. nec fuga explicari sine magna
cede potuit. Deuictis Sabinis: cum in magna gloria: magnisq; opibus regnũ Tulli:
ac tota Res Romana esset: nuntiatũ Regi: Patribusq; ẽ. In mõte Albano lapidibus
pluisse. Quod cum credi uix posset: missis ad id uisendum ꝓdigiũ: in conspectu baud
aliter q̃ cum grandinem uenti glomeratã in terras agũt: crebri cecidere celo lapides
uisi etiã audire uocẽ ingentẽ: ex summi cacuminis luco: ut patrio ritu sacra Albani
facerẽt: que uelut: diis quoq; simul cũ patria relictis: obliuioni dederant: et aut Ro/
mana sacra susceperant: aut fortune: ut fit: obirati: cultũ reliquerant deũ. Romanis
quoq; ab eodem prodigio nouendiale sacrum publice susceptum est: seu uoce celesti
ex albano mõte missa: nã id quoq; traditur. seu aruspicum monitu. mansit certe sol/
lemne: Vt quando id quidem prodigium nuntiaretur: ferie per nouẽ dies agerẽtur.
baud ita multo post pestilentia laboratum est. Vnde cum pigritia militandi oriretᷣ:
nulla tamen ab armis quies dabatur a bellicoso rege. salubriora etiã credente militie:
q̃ domi iuuenũ corpꝛa eẽ: donec ipse quoq; lõginquo morbo ẽ implicitus. tunc adeo
fracti simul cum corpore sunt spiritus illi feroces: ut qui nihil ante ratus esset minus
regium q̃ sacris dedere animum: repẽte omnibus magnis paruisq; superstitionibus ob/
noxius degeret. religiõibusq; etiã populũ impleret. Vulgo iã hoĩes eum statũ rerũ:
qui sub Numa Rege fuerat requirentes: unam opẽ egris corpꝛibus relictam: si pax:
ueniaq; ab diis impetrata impetrata esset: credebant. ipsum regem tradunt uoluentẽ
cõmentarios Nume: cum ibi quedam occulta sollemnia sacrificia Ioui Elicio facta
inuenisset: operatum his sacris se abdidisse. sed nõ rite ĩitum: aut curatum esse id sacrũ.
nec solum nullam ei oblatã celestium speciem. sed ira Iouis sollicitati praua religiõe:
fulmine ictum cum domo flagrasse. Tullus magna gloria belli regnauit ãnos duos
et triginta. ¶ Mortuo Tullo: res: ut institutum iam inde ab initio erat: ad patres
redierat. Hiq; inter regem nominauerant. Quo comitia babẽte: Ancum Martium
Regem populus creauit. Patres fuere Numæ autores Pompilii nepos: filia ortus:
Ancus Martius erat. Qui ut regnare cepit: et auite glorie memor: & quia proximum
regnum cetera egregiũ: ab una parte baud satis ꝓsperum fuerat: sacris aut neglectis:
aut praue cultis: lõgeq; antiq̃ssimum ratus: sacra publica: ut a numa instituta erant:
facere: omnia ea ex commentariis Regis Pontificem in album elata proponere in
publico iubet. inde: et ciuibus ocii cupidis: et fĩtimis ciuitatibus facta spes ĩ aui mores:
atq; instituta: Regem abiturum. Igitur Latini cum q̃bus regnãte Tullo ictũ fedus
erat: sustulerant animos. Et cum incursionẽ in agrũ Romanũ fecissent: repetẽtibus
res Romanis: superbe respõsum reddunt. Desidem Romanum Regem inter sacella:
et aras: acturũ esse regnũ rati. Mediũ erat ĩ Anco ingenium. et Numæ et Romuli

pugna ro. et sabinos

LAPIDIBUS PLUIT

PRODIGIA

PESTILẼTIA LABORATŨ

TULLUS FULMINE ICTUS
regnauit duos et xxx annos.

ANCUS MARTIUS · IIII · REX

memor. ¶ Et preterq̃: quod aui Regno magis necessariã fuisse pacem credebat cum in nouo: tum feroci populo: quod illi cõtigisset ocium sine iniuria: id se haud facile habiturũ: tentari patientiã: et tentatam cõtemni: tẽporaq; esse Tullo Regi aptiora q̃ Nume: Vt tamẽ: quoniã Numa ĩ pace religiões instituisset: a se bellice cerimõie proderentur: nec gererentur solum: sed etiam indicerentur bella: aliquo ritu: Ius ab antiqua gente Equiculis: quod nunc fetiales habent: descripsit: quo res repetuntur.

¶ Legatus: ubi ad fines eoꝝ uenit: unde res repetunt̃: capite uelato: filo lane uelamẽ est: Audi Iupiter inquit: audite fines: cuiuscunq; gentis sunt: nominat. audiat fas. Ego sum publicus nũtius Populi Romani. iuste pieq; legatus uenio. uerbisq; meis fides sit: peragit deinde postulata. inde Iouem testem facit: Si ego iniuste: impieq; illos hoĩes: illasq; res dedier e Populo Romano mihiq; exposco: tum patrie compotem me nũq̃ sinas eẽ. Hec cũ finis supra scãdit. hec q̇cunq; ei ꝑmus uir obuius fuerit: hec portã ingrediẽs: hec forũ ingressus: paucis uerbis: carmĩs: cõcipiẽdiq; iurisiurãdi mutatis: pagit. si non dedunt̃: quos exposcit: diebus tribus et triginta (tot enim sollemnes sunt) pactis: bellum ita indicit ¶ Audi Iupiter: et tu Iuno: Quirine: diiq; celestes: uosq; terrestres: uosq; inferni audite: Ego uos testor: populum illum: quicunq; est nominat. iniustũ esse: neq; ius ꝑsoluere. sed de istis rebus in patria maiores natu consulemus: quo pacto ius nostrum adipiscamur. Cum his nuntius Romam ad consulendũ redit. Confestim Rex ex his ferme uerbis: patres cõsulebat. quarum rerum: litium: causarum: cõdixit Paterpatratus Populi Romãi Quiritum Patripatrato Priscorum Latinorum: hominibusq; Priscis Latinis: q̃s res dari: fieri: solui: opportuit. dic inquit ei: quem primum sententiã rogabat: quid censes? Tum ille: puro pioq; duello querendas censeo. Itaq; consentio. consciscoq;. Inde ordine alii rogabantur. Quandoq; pars maior eorum: q aderant: in eandem sententiã ibat: bellum erat consensu fieri solitũ: ut Fetialis hastã ferratã: aut sanguineã: preustã ad fines eorum ferret. et nõ minus tribus puberibus presentibus diceret: quod populi Priscorum Latinorũ: hominesue Prisci Latini Populo Romano Quiritium: fecerunt: deliquerũt: quod Populus Romanus Quiritũ: bellum cum Priscis Latinis iussit esse: Senatusue Populi Romani Quiritium censuit: consensit: consciuit: ut bellum cum Priscis Latinis fieret: Ob eam rem ego: Populusq; Romanus Populo Priscorum Latinorum hominibusq; Priscis Latinis bellũ indico. facioq;. Id ubi dixisset: hastam in fines eorum emittebat. ¶ Hoc tum mõ ab Latinis repetite res: ac bellum indictum. moremq; eum posteri acceperunt. Ancus demandata cura sacrorum Flaminibus Sacerdotibusq; aliis: exercitu nouo cõscripto: profectus: Politorium urbem Latinorum ui cepit. secutusq; morem regum priorum qui Rem Romanam auxerant hostibus in ciuitatem accipiendis: multitudinẽ omnem Romã traduxit. Et cũ circa Palatiũ sedem ueterẽ Romanoꝝ: Sabini Capitoliũ: atq; arcẽ: Celiũ montẽ Albani implessent: Auentinũ noue multitudini datũ. Additi eidẽ: haud ita multo post: Tellenis Ficanaq; captis: noui ciues. Politoriũ inde rursus bello repetitum: quod uacuũ occupauerant Prisci Latini. eaq; causa diruẽde urbis eius fuit. Romanis. ne hostium semper receptaculum esset ¶ Postremo omni bello Latino in Eduliam cõpulso: aliquandiu ibi marte incerto: uaria uictoria pugnatũ est. Nam et urbs tuta munitionibus: presidioq; firmata ualido erat: et castris in aperto positis: aliquotiens exercitus Latinus cominus cum Romanis signa contulerat. Ad ultimum omnibus copiis cõnixus Ancus: acie primũ uincit. Inde ingẽti preda potens Romam redit. Tum quoq; multis milibus Latinorum in ciuitatẽ acceptis: quibus ut iungerent̃ Palatio Auentinum Admurtie date sedes. Ianiculum quoq; adiectũ: nõ inopia loci.

MOS REPETENDAR RER & BELLI INDICENDI

Auentinus mons addit urbi ab Anco.

Sed nõ quando

sed ne quando ea arx hostium esset. Id nõ muro solum: sed ob cõmoditatem itineris: põte sublicio tum primum in Tyberi facto: coniungi urbi placuit. Quiritium quoq; fossa: haud paruũ munimentũ a planioribus aditu locis: Anci regis opus ẽ. Ingẽti incremẽto rebus auctis: cũ in tãta multitudine hominũ: discrimine recte: an perpam facti confuso: facinora clandestina fierent: carcer ad terrorem increscentis audatie: media urbe imminens foro: edificatur. Nec urbs tãtum hoc rege creuit. sed etiam ager: finesq;. Silua Mesia Veientibus adempta. usq; ad mare imperium prolatum. et in ora Tyberis Hostia urbs cõdita. salĩe circa facte. egregieq; rebus bello gestis edes Iouis Faretrii amplificata. Anco regnante Lucumo uir impiger ac diuitiis potẽs: Romam cõmigrauit. cupidine maxime: ac spe magni honoris. Cuius adipiscẽdi Tar/quiniis: nam ibi quoq; peregrina stirpe oriundus erat: facultas nõ fuerat. Demarathi Corinthii filius erat: qui ob seditiones domo profugus: cum Tarquiniis forte cõsedisset: uxore ibi ducta: duos filios genuit. Nomina his lucumo. atq; Aruns fuerũt. Lucumo superfuit patri: bonorum omĩum heres. Aruns priusq̃ pater moritur: uxore grauida: relicta. nec diu manet superstes filio pater. qui cum ignorans nurum uentrem ferre: immemor in testando nepotis decessisset: puero post aui mortẽ in nullã sortẽ bonorum nato: ob inopiam Egerio inditum nomẽ. Lucomoni contra omĩum heredi bonorum: cum diuitie iam animos facerent: auxit ducta in matrimonium Tanaquil: summo loco nata. et que haud facile iis ĩ qbus nata erat: humiliora sineret. Ea cum illi nup/sisset: spernentibus Etruscis Lucomonem: exsulem: aduena ortum: ferre indignitatẽ non potuit. Oblitaq; ingenite erga patriam caritatis: dum modo uirum honoratum uideret: consilium migrandi ab Tarquiniis cepit. Roma est ad id potissimum uisa. in nouo populo: ubi omnis repentina atq; ex uirtute nobilitas fit: futurũ locum forti: ac strenuo uiro. regnasse Tatiũ Sabinũ. accersitum in Regnum Numã a Curribus. et Ancum Sabina matre ortũ: nobilemq; una imagine Nume esse. facile persuadet: ut cupido honorum. et cui Tarquinii materna tantũ patria eẽt. Sublatis itaq; rebus commigrat Romam. ad Ianiculũ forte uentũ erat. ibi ei carpento sedenti: cũ uxore: aquila suspẽsis demissa leniter alis: pilleum aufert. superq; carpentum cũ magno clan/gore uolitans: rursus uelut misterio diuinitus missa: capiti apte repõit. Inde sublimis abiit. Accepisse id augurium leta dicit Tanaquil: perita ut uulgo Etrusci: celestium prodigiorum Mulier. Excelsa et alta sperare complexa uirum iubet. eam alitem: ea regione celi: et eius dei nuntiam uenisse: circa summum culmen hominis auspicium fecisse. leuasse humano superpositũ capiti decus: ut diuinitus eidem redderet. Has spes cogitationesq; secum portantes urbẽ ingressi sunt. domicilioq; ibi cõparato. L. Tar/quinium Priscum edidere nomẽ. Romanis conspicuũ eũ nouitas: diuitieq; faciebãt. et ipse fortunam benigno alloquio: comitate inuitandi: beneficiisq; quos poterat: sibi cõciliando: adiuuabat. donec in regiam quoq; de eo fama perlata est. noticiamq; eã breui apud Regem liberaliter dextereq; obeundo offitio: in familiaris amicitie ad/duxerat iura. ut publicis pariter: ac priuatis consiliis: bello domiq; interesset. et per omnia expertus: postremo tutor etiam liberis regis testamẽto institueretur. Regnauit Ancus quattuor et. xx. annos: cuilibet superiorum regum belli: pacisq; et artibus et gloria par. Iam filii prope. puberem etatem erant. eo magis Tarquinius instare ut q̃primum comitia Regi creãdo: fierent. Quibus indictis sub tempus pueros uenatum ablegauit. Is primus et petisse ambitiose Regnum: et orationẽm dicitur habuisse: ad conciliãdos Plebis animos compositam. Cum se non rem nouam petere: quippe qui non primus: qđ quisquam indignari: mirariue posset: Sed tertius Rome peregrinus regnũ affectet.

pons sublitius

Pons sublitius

CARCER FIT. I URBE.

HOSTIA. URBS. CONDITA.

SALINE.

LUCUMO q postea Tarquinius priscus dictus

+

TANAQUIL

ANCUS. IIII. et XX. annos regnauit.

et Tatium non ex peregrino solú: sed ex hoste: Regem factú. et Numam ignarum Vrbis: non petẽtem: in Regno ultro accitum. Se ex quo sui potens fuerit: Romam cum coniuge: ac fortunis o͂ibus: cõmigrasse. maiorem ꝑtem etatis eius: qua ciuilibus officiis fungantur homines: Rome se: q̃ in uetere patria uixisse. domi militieq; sub haud penitẽdo magistro: ipso Anco Rege Romana se iura: Romãos ritus didicisse. obsequio et obseruãtia in Regem: cum o͂ibus: bonitate erga alios: cum Rege ipso certasse. ¶ Hec eum haud falsa memorantem: ingenti consensu Populus Romanus regnare iussit. Ergo uirum cetera egregium: sequuta: quam in petendo habuerat: etiam regnantem ambitio est. Nec minus regni sui firmandi: q̃ augẽde. Reipublice memor: centum in Patres legit: qui deinde minorum gẽtium sunt appellati. Factio haud dubia Regis: cuius beneficio in Curiam uenerant. Bellum primum cú Latinis gessit. et Oppidum ibi Arpiadas ui cepit. Predaq; inde maiore: q̃ quanta belli fama fuerat: reuecta: ludos opulentius: instructiusq; q̃ priores Reges fecit. Tum primum cyrco: q nũc Maximus dicitur: designatus est locus. loca diuisa Patribus: Equitibusq;: ubi spectacula sibi quisq; facerent. Fori appellati. ¶ Spectauere furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinẽtibus pedes. ¶ Ludricum fuit equi: pugilesq; ex etruria maxime acciti. ¶ Sollemnes deinde annui mansere ludi. Romani Magniq; uarie ap/pellati. Ab eodem Rege et circa forum priuatis edificãda diuisa sunt loca. porticus taberneq; facte. ¶ Muro quoq; lapideo circundare Vrbem: cú Sabinum bellú ceptis interuenit. adeoq; subita res fuit: ut prius Anienem transierint hostes: q̃ obuiã ire: ac prohibere exercitus Romanus posset. Itaq; trepidatum Rome est. et primo dubia uictoria: magna utrinq; cede pugnatú est. ¶ Reductis deinde in castris hostiú copiis: datoq; spatio Romanis ad comparandum deintegro bellum: Tarquinius equitem maxime suis deesse uiribus ratus: ad Rannenses Titienses Luceres: quas cẽturias Ro/mulus scripserat: addere alias constituit. suoq; insignes relinquere nomine. ¶ Id quia inaugurato Romulus fecerat: negare Actius Nauius inclytus ea tempestate augur. neq; mutari: neq; nouú constitui: nisi aues addixissent: posse. Ex eo ira Regi mota. eludensq; artem: ut ferunt: agẽdum inq̃t diuine inaugurato: fieri ne possit quod nũc ego mente concipio. ¶ Cum ille inaugurio rem expertus: profecto futuram dixisset. ¶ Atqui hoc animo agitaui inquit: te nouacula cotẽ discissurú. cape hoc: et perage: quod aues tui fieri portendunt. ¶ Tum illum haud contanter discidisse cotem ferunt. ¶ Statua Actii capite uelato: quo in loco res acta est: in comitio: in gradibus ipsis ad leuam curie: fuit. ¶ Cotem quoq; eodem loco sitã fuisse memorãt: ut esset ad posteros miraculi eius monumentum. ¶ Auguriis certe: Sacerdotioq; Augurum tantus honos accessit: ut nihil belli: domiq; postea: nisi auspicato gereret. Cõcilia populi: exercitus uocati: summa rerum: ubi aues non admisissent: dirimerẽtur. ¶ Neq; tum Tarquinius de Equitum Centuriis quicq̃ mutauit. numero tantum alterum adiecit: ut mille: et ccc. Equites in tribus Centuriis essent. Posteriores modo sub hisdem nominibus: qui additi erant: appellati sunt. quas nũc: q̃a geminate sunt: sex uocant Centurias. ¶ Hac parte copiarum aucta: iterú cum Sabinis confligitur. Sed preterq̃ quod uiribus cre/uerat Romanus exercitus: ex occulto etiam additur dolus: missis: qui magnam uim lignorum: in Anienis ripa iacentem ardentẽ in flumen conicerent. uẽtoq; adiuuãte: accensa ligna: et pleraq; in ratibus impacta: sublicium: cú hererent: pontem incendũt. Ea quoq; res in pugna terrorẽ attulit Sabinis. effusis eadem fugam impedit. multiq; mortales cum hostem effugissent: in flumine ipso periere: quorum fluitãtia arma ad urbem cognita in Tyberi: prius pene q̃ nũtiari posset: insignem uictoriã fecere. ¶ Eo

prelio precipua equitum gloria fuit. utrinq; ab cornibus positos: cum iam pelleretur
media peditum suorum acies: ita incurrisse ab lateribus ferunt: ut non sisterẽt modo
sabinas legiões ferociter instantes cedentibus: sed subito in fugam uerterent. Montes
sabini cursu effuso petebant. et pauci tenuere. maxima pars: ut ante dictũ est: ab eq/
tibus in flumen acti sunt. Tarquinius in standum perterritis ratus: preda captiuisq;
Romam missis: spoliis hostium: uotum id Vulcano erat: ingẽti cumulo accẽsis: pgit
porro ĩ agrum Sabinũ exercitũ inducere. et quanq̃ male gesta res erat: nec gesturos
melius sperare poterant: tamen quia consulendi res non dabat spatium: iere obuiam
Sabini tumultuario milite. Iterumq; ibi fusi: perditis iam prope rebus: pacem petiere.
Collatia et qcqd circa Collatiã agri erat: Sabinis adẽptum. Egerius: hic fratris filius
erat regis: Collacie in p̃sidio relictus. ¶ Deditosq; Collatios ita accipio. Eãq; deditiõis
formulam eẽ. Rex interrogauit: estis ne uos Legati Oratoresq; missi a populo Col/
latino: ut uos: populumq; Collatinũ dederetis? Sumus. ¶ Est ne populus Collatinus
in sua potestate? Est. ¶ Deditis ne uos: Populũq; Collatinum: Vrbem: agros: aquam:
terminos: delubra: utensilia: diuina humanaq; omnia in meam: Populiq; Romani
ditioẽm. ¶ Dedimus. At ego recipio. ¶ Bello Sabino perfecto: Tarquinius triũphans
Romam redit. Inde Priscis Latinis bellũ fecit. ubi nusq̃ ad uniuerse rei dimicationẽ
uentum est. ad singula oppida circumferendo arma: omne nomẽ Latinum domuit.
Corniculum: Ficulea: Vetuscameria: Crustumeriũ: Ameriola: Medulia: Nomentũ:
Hec de Priscis Latinis: aut qui ad latinos defecerant: capta oppida. ¶ Pax deinde est
facta. ¶ Maiore inde animo pacis o pera inchoata: q̃ quãta mole gesserat bella: ut
non quietior populus domi esset: q̃ militie fuisset. nã et muro lapideo: cuius exordiũ
operis Sabino bello turbatum erat: Vrbem: quia non dum munierat: cingere parat.
et infima Vrbis loca: circa forum aliasq; interiectas collibus cõualles: quia ex planis
locis haud facile euehebant aq̃s: e cloacis: fastigio in Tyberim ductis: siccat. et aream
ad edem in Capitolio Iouis: q̃m uouerat bello Sabino: iã presagiẽte animo futuram
olim amplitudinem loci: occupat fundamentis. ¶ Eo tempore in Regia prodigium
uisum: euentuq; mirabile fuit omen. puero dormienti: cui Seruio Tullio nomen fuit:
caput arsisse ferunt: multorum in conspectu. plurimo igitur clamore inde: ad tante
rei miraculũ orto: excitum Regem. Et cum qdam familiariũ: aq̃m ad extinguendũ
ferret: ab Regina retentũ. sedatoq; iam tumultu: moueri uetuisse puerum: donec sua
sponte experrectus esset. Mox cum somno flammam abiisse. ¶ Tum adducto in se/
cretum uiro: Tanaquil Vides ne tu puerum hunc inquit: quem tam humili cultu
educamus? Scire licet lumen quondã rebus nostris dubiis futurum. presidiũq; Regie
afflicte. Proinde materiã ingentis publice p̃uatimq; decoris: om̃i indulgentia nostra
nutriamus. ¶ Inde puerũ liberũ loco ceptũ haberi. erudiriq; artibus: q̃bus ingenia ad
magne fortune cultũ excitantᵉ. Euenit facile: qđ dis cordi esset: iuuenis euasit: uere
indolis regie. Nec cum quereretur gener Tarquinio quisquam Romane: iuuẽtutis
ulla arte conferri potuit. filiamq; ei suam Rex despondit. ¶ Hic quacunq; de causa
tantus honos habitus: credere prohibet serua natum: eum: paruumq; ipsum seruisse.
Eorum magis sentẽtie sum: qui curniculo capto: Serui Tulli q̃ princeps in illa urbe
fuerat: grauidẽm: uiro occiso: uxorem: cum inter reliquas captiuas cognita esset: ob
unicam nobilitatem: ab Regina Romana prohibitam ferunt seruitio. p̃tum Rome
edidisse: Prisci Tarquinii domo. Inde tanto beneficio mulieres familiaritate aucta:
et puerum: ut in domo a paruo educatum: in caritate atq; bonore fuisse. fortunam
matris: quod capta patria in hostiũ manus uenerit: ut serua natus crederetur: fecisse.

RITVS DEDENDI

CLOACE FACTE

SERVIO TVLLO CAPVT ARSIT

Duo de q̃dragessimo ferme anno: ex quo regnare ceperat Tarquinius: non apud Regẽ modo: sed apud Patres Plebemq; longe maximo honore Seruius Tullius erat. Tum Anci filii duo: etsi antea semper pro indignissimo habuerant se patrio Regno tutoris fraude pulsos: regnare Rome aduenam: nõ mõ uicine: sed ne Italice quidem stirpis: tunc impensius his indignitas crescere: Si ne ab Tarquinio quidem ad se rediret regnũ: sed preceps inde porro ad seruitia caderet: ut in eadẽ ciuitate: post cẽtesimum fere annum: quam Romulus deo prognatus: deus ipse tenuerit regnũ: donec ĩ terris fuerit: id seruus serua natus possideat. tũ commune Romani nominis: tum precipue id domus sue dedecus fore. Si Anci Regis uirili stirpe salua: non modo aduenis: sed etiam seruis: Romanum regnũ pateret. ferro igitur eam arcere contumeliã statuũt. Sed iniurie dolor in Tarquinium ipsum magis: q̃ in Seruium stimulabat. Et quia grauior ultor cedis: si superesset Rex: futurus erat: q̃ priuatus. Tum Seruio occiso: quencuq; alium generum delegisset: eundem Regni heredem facturus uidebatur. Ob hoc ipsi Regi insidie parantur. Ex pastoribus duo ferocissimi delecti ad facinus: qui consueti erant uterq; agrestibus ferramentis in uestibulo regie: q̃ potuere tumultuosissime specie rixe in se omnes apparitores Regios cõuertunt. Inde cum ambo Regẽ appellarent: clamorq; eorum penitus in Regiam peruenisset: uocati ad Regem pgũt. primo uterq; uociferari: et certatim alter alteri obstrepere. Coerciti a lictore: ac iussi inuicem dicere: tandem obloqui desistunt. Vnus rem ex composito orditur. Dum intentus in eũ se Rex totus auerteret: alte relatã securim: in caput deiecit. relictoq; in uulnere telo: ambo se. foras eiciũt. Tarquinium moribũdum: cum qui circa erant: excepissent: illos fugientes lictores cõprehendunt. Clamor inde concursusq; populi mirantium quid rei esset. Tanaquil inter tumultum claudi Regiam iubet. arbitros eicit: simulq; que curando uulneri opus sunt: tanq̃ si spes subesset sedulo comparat. simul si destituat spes: alia p̃sidia molitur. Seruio propere accito: cũ pene exanguẽ uirum ostẽdisset: dexteram tenens orat: ne inultam mortem: soceri: ne socrũ inimicis ludibrio esse: sinat. Tuum est inqt serui si uir es: regnum. nõ eorum: q alienis manibus: pessimum facinus fecere. Erige te. deosq; sequere: qui clarum hoc fore caput diuino quondam circunfuso igni: portenderunt. Nunc te illa celestis excitet flamma. nunc expergiscere uere. et nos peregrini regnauimus. Qui sis: non unde natus sis: reputa. Si tua: re subita: consilia torpent: at tu mea cõsilia sequere. Cum clamor impetusq; multitudinis uix sustineri posset: ex superiore. parte edium per fenestras in nouam uiam uersus: Habitabat enim Rex ad Iouis statoris edem: Populum Tanaquil alloquitur. Iubet bono animo esse. Sopitum Regem fuisse subito ictu. ferrum haud alte in corpus descendisse. Iam ad se redisse. inspectum uulnus absterso cruore: oĩa salubria esse. confidere propediem ipsum eos uisuros. Interim Seruio Tullio iubere Populum dicto audientem esse. eum iura redditurum. obiturũq; alia eius munia esse. Seruius cum trabea et Lictoribus ꝓdit. ac sede Regia sedẽs: alia decernit. de aliis consulturum se Regem esse: simulat. Itaq; per aliquot dies: cum iam expirasset Tarquinius: celata morte: per speciẽ aliene fungẽde uicis: suas opes firmauit. Tum demũ palam factum. et comploratione in Regia orta: Seruius presidio firmo munitus: primus in iussu populi: uolũtate Patrum regnauit. Anci liberi iam tum cõprehensis sceleris ministris: ut uiuere Regem. et tantas esse opes Seruii nuntiatum est: Suessam Pometiam exsulatum ierant. Nec iam publicis magis cõsiliis Seruius: q̃ priuatis: munire opes. et ne q̃lis Anci liberum animus aduersus Tarquinium fuerat: talis aduersus se Tarquinii liberum eẽt: duas filias iuuenibus Regiis: Lucio: atq; Arunti: Tarqniis

Impensius

Apparitores

Occiditur Tarquinius p̃scus

Sedulo

Tanaqil alloqt Seruiũ tulliu

Ad se redisse

Munia

SERUIUS TULLUS REX VI·

Duo Tullii filie duobus Tarquinii filiis nubunt

iungit. Nec tamen rupit fati necessitatem humanis cōsiliis: quin inuidia regni: etiam inter domesticos infida omnia: atq; infesta faceret. ¶ Peropportune ad p̄sentis q̄etem status bellum cum Veientibus: Iam enim inducie exierant: aliisq; etruscis sumptum. in eo bello et uirtus et fortuna enituit Tullii. fusoq; ingenti hostium exercitu: haud dubius Rex: seu Patrū: seu Plebis animus periclitaretur: Romā redit. ¶ Aggrediturq; inde pacis longe maximum opus. ut q̄eadmodum Numa diuini autor iuris fuisset: ita Seruium cōditorem omnis in ciuitate discriminis: ordinumq;: quibus inter gradus: dignitatis: fortuneq; aliquid interlucet: posteri fama ferrent. Censum enim instituit: rem saluberrimam: tanto futuro imperio. ex quo belli: pacisq; munia: non uiritim: ut ante: sed pro habitu pecuniarum fierent. ¶ Tum Classes Centuriasq;: et hūc ordinē: ex censu descripsit: uel pace decorum: uel bello ¶ Ex his: qui centum milium eris: aut maiorem censum haberent. lxxx. confecit centurias. q̄dragenas seniorum: ac iunioꝝ. prima Classis omnes appellati. seniores ad urbis custodiam: ut presto essent: iuuenes: ut foris bella gererent. Arma his imperata: galea. clipeus. ocree. lorica. omnia ex ere. Hec ut tegumenta corpis essent. tela in hostem: hastaq; et gladius. addite huic Classi due fabium Centurie: que sine armis stipendia facerent. datum munus: ut machinas in bello ferrent. ¶ Secunda Classis intra centum usq; ad quinq; & septuaginta milium: censum instituta. et ex his senioribus: iunioribusq; uiginti conscripte centurie ¶ Arma imperata: scutum: pro clipeo. et preter loricam: omnia eadē ¶ Tertie Classis in quin/q̄ginta milium censum esse uoluit. totidem Centurie: et ee eodem discrimine etatum: facte. nec de armis quicq̄ mutatum. Ocree tātum adempte ¶ In quarta Classe census: quinq; et uiginti milium. totidem centurie facte. arma mutata. nihil preter hastam: et uerutum datum ¶ Quinta Classis aucta. Centurie triginta facte. fundas lapidesq; missiles: hi secum gerebant. ¶ In his accensi: Cornicines: Tibicinesq; in tres Centurias distributi. Vndecim milibus hec classis censebatur ¶ Hic minor census reliquam multi/tudinē habuit. Inde una Centuria facta est: immunis militia. ¶ Ita pedestri exercitu ornato: distributoq;: Equitum ex primoribus ciuitatis duodecim scripsit Centurias. Sex item alias Centurias: tribus ab Romulo institutis: sub iisdem quibus inaugurate erant: nominibus: fecit ¶ Ad equos emēdos dena milia eris: ex publico data. Et q̄bus equos alerent: uidue attribute: que bina milia eris in annos singulos pēderent. ¶ Hec omnia indites: a pauperibus: inclinata onera. Deinde est honos additus. Nō enim ut ab Romulo traditum: ceteri seruauerāt Reges: uiritim suffragium eadem ui: eodēq; iure: ꝓmiscue: omnibus datū est. Sed gradus facti: ut neq; exclusus q̄squam suffragio uideretur: et uis omnis penes primores ciuitatis esset. Equites enim uocabātur primi. Lxxx. inde prime Classis Centurie peditum uocabantur. Ibi si uariaret: quod raro incidebat: ut Secunde classis uocarent̄. Nec fere unq̄ infra ita descenderent: ut ad in/fimos peruenirent. ¶ Nec mirari oportet hunc ordinem: qui nunc est: Post expletas quinq; et. xxx. Tribus: duplicato eorum numero: Cēturiis Iuniorum: Seniorumq;: ad institutā a Seruio Tullio summam nō conuenire. Quadrifariā enim Vrbe diuisa regionibus: collibusq;: qui habitabātur: partes eas Tribus appellauit: ut ego arbitror: ab tributo. Nam eius quoq; equaliter: ex censu conferendi: ab eodem inita ratio est. neq; he Tribus ad Centuriarum distributionem: numerumq; quicq̄ ꝑtinuere ¶ Censu perfecto: quem maturauerat: metu legis: de incensis late: cū uinculoꝝ minis: mortisq;: edixit: ut omnes ciues Romani: Equites: Peditesq; in suis quisq; Centuriis in campo Martio: prima luce adessent. ¶ Ibi īstructum exercitum omnē sue: oue: taurisq; lus/trauit. Idq; conditum: Lustrum appellatum: q̄a in censendo finis factus est ¶ Milia

Victi veientes atque etrusci

CENSUS ISTITUTUS A SERUIO TULLO

Munia viritim

Ordo adhibitus per rem militarem

TRIBUS a tributo

Tribus a tributo

LUSTRUM lxxx milia civium sub Tullo

lxxx. eo lustro ciuium censa dicũtur. ¶ Adicit. scriptoꝝ antiquissimus Fabius Pictor: eoꝝ qui ferre arma possent: eum numerum fuisse. Ad eam multitudinem urbs quoq; amplificanda uisa est. Addit duos colles: Quirinalẽ Viminaleq;. Inde deinceps auget esquilias. ibiq; ipse: ut loco dignitas fieret: habitat. Aggere & fossis & muro urbẽ circũdat. Item Pomerium profert. ¶ Pomerium: uerbi uim solum intuẽtes: postmenium interpretantur esse. Est aũt magis circa murum locus: quem in cõdendis urbibus: quondã Etrusci qua murum ducturi erant: certis circa terminis inaugurato consecrabant. ut neq; interiore pte: ędificia menibus continuarentur: que nunc uulgo etiã cõiungunt. et extrinsecus puri aliqd ab humano cultu: pateret soli. hoc spaciũ: qđ neq; habitari. neq; arari fas erat: nõ magis: quod post murum esset: q̃ quod murus post id: Pomeriũ Romani appellarunt. Et in urbis incremento semper quantũ menia ꝓcessura erant: tantum termini hi consecrati ꝓferebantur. ¶ Aucta ciuitate: magnitudine urbis: formatis omnibus domi: et ad belli: et ad pacis usus: ne semper armis opes acquirerentur: cõsilio augere imperium conatus est: simul et aliquod addere Vrbi decus. ¶ Iam tum erat inclytum Diane Ephesię fanum: id cõmuniter: a ciuitatibus Asię factum: fama ferebat. ¶ Cum cõsensum deosq; cõsociatos laudaret mire Seruius inter Proceres Latinorũ: cum qbus publice priuatimq; hospitia: amicitiasq;: de industria iunxerat: sepe iterando eadem: perpulit tandem: ut Rome fanum Diane populi Latini cũ Populo Romano facerẽt. ¶ Ea erat confessio: caput rerum Romã esse: de quo totiens armis certatum fuerat. ¶ Id quanq̃ omissum iam ex omnium cura Latinoꝝ: ob rem totiens infeliciter temptatam armis: uidebatur: uni se ex Sabinis fors dare uisa est: Priuato consilio Imperii recuperandi. ¶ Bos in Sabinis nata cuidã patrifamilię dicitᷣ: miranda magnitudine: ac specie. fixa per multas etates cornua in uestibulo templi Diane: monumẽtum ei fuere miraculo. ¶ Habita ut erat: res prodigii loco est. et cecinere uates: Cuius ciuitatis eam ciues Diane immolassent: ibi fore imperium. ¶ Id carmẽ peruenerat ad Antistitẽ fani Diane. Sabinus ut primũ apta dies sacrificio est uisa: bouẽ Romã actam deducit ad fanum Diane. et ante aram statuit. Ibi Antistes Romanus: cum eum magnitudo uictime celebrata fama mouisset: memor responsi: Sabinũ ita alloquitur. ¶ Quid nam tu Hospes paras inquit incestũ sacrificium Diane facere? Quin tu ante uiuo perfũderis flumine? Infima ualle perfluit Tyberis. ¶ Religione tactus hospes: qui omĩa: ut ꝓdigio respõderet euentus: cuperet rite facta: ex tẽplo descendit ad Tyberim. Interea Romanus ĩmolat Diane bouẽ. Id mire gratũ regi: ac ciuitati fuit. ¶ Seruius quanq̃ iam usu haud dubie regnum possederat: Tamen quia interdũ iactari uoces a iuuene Tarquinio audiebat: se iniussu populi regnare: Cõciliata ꝓus uoluntate Plebis: agro capto ex hostibus uiritim diuiso: ausus est ferre ad populum: Vellent iuberent ne se regnare? tantoq; consensu: quanto haud quisquam alius ante: Rex declaratus est. neque ea res Tarquinio spem affectandi regni minuit. immo eo impensius: quia de agro Plebis aduersum Patrum uoluntatem senserat agi: criminãdi Seruii apud patres: crescendiq; in Curia sibi occasionẽ datã: ratus est. Et ipse iuuenis ardentis animi: et domi uxore Tullia animũ stimulante. ¶ Tulit enim romana regia sceleris tragici exemplum: ut tedio regum maturior ueniret libertas. ultimũq; regnũ esset: quod scelere partum foret. ¶ Hic. L. Tarquinius Prisci Tarquinii Regis filius: nepos ue fuerit: parũ liquet. plurimis tamẽ auctoribus filiũ crediderim. fratrẽ habuerat Aruntem Tarquinium mitis ingenii iuuenem. His duobus: ut ante dictum est. ¶ Due Tullię: Regis filię: nupserant. et ipse longe dispares moribus. ¶ Forte ita inciderat: ne duo uiolenta ingenia: matrimonio iungerẽtur. fortuna credo Populi Romani:

quo diuturnius Seruii regnum esset. constituiq; ciuitatis mores posset. ¶ Angebatur ferox Tullia: nihil materie in uiro: neq; ad cupiditatem: neq; ad audaciam esse. tota in alterũ uersa Tarqnium: eum uirum dicere. ac regio sanguine ortũ. spernere sororẽ: quod uirum nacta: muliebri cessaret audacia. Contrahit celeriter similitudo eos: ut fere fit: malum malo aptissimum. Sed initium turbandi omnia: a femina ortum est. Ea secretis uiri alieni assuefacta sermõibus: nullis uerborum contumeliis parcere: de uiro: ad fratrem: de sorore: ad uirum. et se rectius uiduam: et illum celibem futurum fuisse contendere: q̃ cum impari coniungi. aut elanguescendum aliena ignauia esse. si sibi eum: quo digna esset: dii dedissent uirum: domi se propediem uisuram regnum fuisse: quod apud patrẽ uideat. ¶ Celeriter adolescẽtem sue temeritatis implet. Aruns Tarquinius: et Tullia minor prope continuatis funeribus: cum domos uacuas nouo matrimonio fecissent: iunguntur nuptiis: magis non ꝓhibente Seruio: q̃ approbãte. ¶ Tum uero in dies infestior Tullii senectus: infestius cepit Regnum esse. Iam enim ab scelere: ad aliud spectare mulier scelus. nec nocte nec interdiu uirum cõquiescere pati: ne gratuita preterita parricidia essent. ¶ Non sibi defuisse: qui se Regno dignum putaret. qui meminisset se eẽ Prisci Tarquinii filium. qui habere: q̃ sperare: Regnum mallet. ¶ Si tu es cui nuptam me eẽ arbitror: et uirũ: et Regem appello. Sin minus: eo nunc peius mutata est res: quod istic cum ignauia: est scelus. Quin accingeris? non tibi a Corintho: nec a Tarquiniis: ut patri tuo: peregrina regna moliri necesse ẽ. Dii te penates patrii: et patris imago: et domus regia: et in domo regale solium: et nomẽ Tarqnium: creat: uocatq; Regẽ. aut si ad hec parũ ẽ animi: qd frustraris ciuitatẽ? Quid te ut Regium iuuenem conspici sinis? facesse hic Tarquinos. aut Corinthum. deuoluere retro ad stirpem: fratri similior: q̃ patri. ¶ His aliisq; increpando iuuenem instigat. nec conquiescere ipsa potest: Si cum Tanaql peregrina mulier tantũ moliri potuisset animo: ut duo continua regna uiro: ac deinceps genero dedisset: ipsa regio semine orta: nullũ momentũ in dando: adimẽdoq; regno faceret. ¶ His muliebribus instinctus furiis Tarquinius circuire: et prehensare Minorũ maxime gentiũ Patres: admonere paterni beneficii. ac pro eo gratiam repetere. allicere donis iuuenes. tũ de se ingentia pollicendo: tũ Regis criminibus: omnibus locis crescere. Postremo ut iam agẽde rei tempus uisum est: stipatus agmine armatoꝝ in forum irrupit. Inde oĩbus perculsis pauore: in Regia sede pro curia sedens. patres in curiã per preconẽ ad Regẽ Tarquinium citari iussit. ¶ Conuenere ex templo. alii iam ante ad hoc preparati. alii metu: ne non uenisse: fraudi esset: nouitate ac miraculo attoniti: etiã de Seruio actũ rati. ¶ Ibi Tarquinius maledicta ab stirpe ultima orsus: seruũ serua natũ: post mortẽ indignam parentis sui: non interregno: ut antea inito: non comitiis habitis: non per suffragium Populi: non autoribus Patribus: muliebri dono occupasse Regnum. ita natum: ita creatum Regem: fautorem infimi generis hominum: ex quo ipe sit: odio aliene honestatis: ereptum primoribus agrum: sordidissimo cuiq; diuisisse. oĩa onera: que communia quondam fuerunt: inclinasse in primores ciuitatis. instituisse censum: ut insignis ad inuidiam locupletiorum fortuna esset. et parta ubi uellet: egẽtissimis largiretur. ¶ Huic orationi Seruius cum interuenisset: trepido nuntio excitatus: ex templo: a uestibulo Curie: magna uoce. ¶ Quid hoc inquit Tarquini rei est? qua tu audacia me uiuo: uocare ausus es Patres? aut in sede consedere mea. Cũ ille ferociter ad hec: Se patris sui tenere sedem: multo q̃ seruum: potiorẽ filium regis: regni heredẽ: Satis diu illum per licentiam eludentem insultasse dominis: Clamor ab utriusq; fau/toribus oritur. et concursus populi fiebat in Curiã. apparebatq; regnaturũ: q uicisset.

SERVIUS REGNAVIT ANNOS IIII et XL

Tum Tarquinius: necessitate iã ipsa cogente: ultima audere: multo et etate: et uiribus ualidior: medium arripit Seruium. elatumq; e curia: ĩ inferiorem partem per gradus deicit ¶ Inde ad cogendum senatum in curiam redit. ¶ Fit fuga: regis apparitorum: atq; comitũ. Ipse prope exanguis: cũ semianimis Regio comitatu domũ se reciperet: peruenissetq; ad summum cyprium uicum: ab iis: qui missi. a Tarquinio fugientẽ cõ/sequuti erant: interficitur ¶ Creditur quia non abhorret a cetero scelere: admonitu Tullie id factũ: Carpento certe: id quod satis constat: in forũ inuecta: nec reuerita cetum uirorum: euocauit uirum e curia: regemq; prima appellauit ¶ A quo facessere iussa ex tãto tumultu: cum se domum reciperet: peruenissetq; ad summum Cyprium uicum ubi Dianiũ nup fuit: flectenti carpẽtum dextera: in Vrbiũ cliuũ: ut in collẽ Esquiliarum eueheretur: restitit pauidus: atq; inhibuit frenos: is qui iumẽta agebat. Iacẽtemq; domine Seruium trucidatũ ostendit ¶ Fedum inhumanumq; inde traditũ scelus: monumentoq; locus est. Sceleratum uicum uocant. quo amens: agitantibus furiis: sororis ac uiri: Tulia per patris corpus carpentũ egisse fertur. ptemq; sanguinis: ac cedis paterne: cruento uehiculo contaminata ipa: respersaq; tulisse ad penates suos: uiriq; sui. Quibus iratis: malo regni principio: similes propediem exitus sequerentur.

VICVS SCELERATVS

¶ Seruius Tullius regnauit annos q̃ttuor et q̃draginta: ita: ut bono etiã moderatoq; succedenti Regi difficilis emulatio esset ¶ Ceterum id quoq; ad gloriam accessit: qđ cum illo simul iusta ac legittima regna occiderũt ¶ Id ipsum tam mite: ac moderatũ imperium: tamẽ quia unius esset: deponere eum in animo habuisse: Quidam autores sunt: ni scelus intestinum liberande patrie cõsilia agitanti: interuenisset. ¶ Inde. L. Tarquinius regnare cepit: cui Superbo cognomen: facta indiderunt: quia socerum gener sepultura prohibuit. Romulum quoq; insepultum dictitãs. Primores patrum: quos Seruii rebus fauisse credebat: interfecit ¶ Conscius deinde male querendi Regni a se ipso aduersus se: exemplum capi posse: armatis corpus circũsepsit. neq; enim ad ius Regni quicq̃: preter uim: habebat: ut qui nec Populi iussu: neq; autoribus Patribus regnaret. eo accedebat: ut ĩ caritate ciuiũ nihil spei reponẽti: metu Regnũ tutandũ esset. ¶ Quem ut pluribus incuteret: cognitiões capitalium rerum: sine consiliis: per se solus exercebat. perq; eam causam occidere: ĩ exsilium agere: bonis mulctare: poterat: non suspectos modo: aut inuisos: sed unde nihil aliud: q̃ predam: sperare posset ¶ Pre/cipue ita Patrum imminuto: statuit nullos in Patres legere: quo contemptior paucitate ipsa: ordo esset. minusq; per se nihil agi: indignarentur ¶ Hic enim Regum primus ut traditur: a prioribus morem de omnibus Senatum cõsulendi: soluit. rempublicam domesticis cõsiliis administrauit. bellum: pacem: federa: societatesq; per se ipse: cũ qbus uoluit: iniussu Populi: ac Senatus: fecit. diremitq; ¶ Latinoꝝ sibi maxĩe gentẽ cõcilia/bat: ut peregrinis quoq; opibus tutior inter ciues esset. neq; hospitia mõ cũ ꝑmoribus eoꝝ: sed affinitates quoq; iũgebat. Octauio Mamilio Tusculano ¶ Is lõge Princeps Latini nominis erat. Si fame credimus: ab Vlixe deaq; Circe oriundus. Ei Mamilio filiã nuptũ dat. perq; eas nuptias multos sibi cognatos: amicosq; eius conciliat. ¶ Iam magna Tarquinii auctoritas inter Latinorum proceres erat: Cum in diem certam: ut ad Lucum Ferentine conueniant: indicit. esse que agere: de rebus communibus uelit. Conueniũt frequentes prima luce. Ipse Tarquinius diem quidem seruauit. Sed paulo ante: q̃ sol occideret: uenit. Multa ibi toto die in cõcilio uariis iactata sermo/nibus erant ¶ Turnus Herdonius ab Aritia ferociter in absentem Tarquinum erat inuectus. haud mirum esse Superbo inditum Rome cognomen. Iam enim ita clam quidã mussitantes uulgo tamẽ eum appellabant. an quicq̃ superbius esse: q̃ ludificari

TARQVINIVS SVPERBVS DICTVS EST a factis

sic omne nomen Latinum? Principibus longe ab domo excitis: ipsum qui concilium indixerit: non adesse. temptari profecto patiētiam: ut si iugum acceperint: obnoxios premat. Cui enim non appareret: affectare eum Imperium in Latinos? Quod si sui bene crediderint cives: aut si creditū illud: et non raptū ꝑricidio sit: credere & Latinos: quanq̃ ne sic quidem alienigene: deberent. Sin suos eius peniteat: quippe qui alii sup alios trucidentur: exsulatum eant: bona amittāt: Quid spei melioris Latinis portēdi? si se audiāt: domū suam quenq; inde abituros. neq; magis obseruaturos diem Concilii: q̃ ipse: qui indixit: obseruet. ¶ Hec atq; alia eodem ꝑtinentia: seditiosus: facinorosusq; homo: hisq; artibus opes domi nactus: cum maxime dissereret: interuenit Tarquinius. Is finis orationi fuit. ¶ Auersi omnes ad Tarquinium salutandum. qui silentio facto: monitus a ꝓximis: ut purgaret se: qđ id tempis uenisset. ¶ Disceptatorē ait se sumptum inter patrem: et filium: cura reconciliandi eos in gratiam: moratū esse. et quia ea res exemisset illum diem: postero die acturum: que cōstituisset. ¶ Ne id qdem ab Turno tulisse tacitum ferūt. dixisse enim nullam breuiorē esse cognitionem: q̃ inter patrē: et filium. paucis trāsigi uerbis posse. ni pareat patri: habiturum īfortunium esse. Hec Aricinus in Regem Romanum increpans: ex concilio abiit. ¶ Quam rem Tarqnius aliquantulum: q̃ uidebat̄: egrius ferens: confestim Turno necem machinat̄: ut eundē terrorem: quo ciuium animos domi oppresserat: Latinis iniiceret. Et qa pro imperio palam interfici nō poterat: oblato falso crimine: insontē oppressit. ꝑ aduerse factiōis quosdam Aricinos seruum Turni auro corrupit: ut ī diuersorium eius uim magnam gladiorum inferri clam sineret. ¶ Ea cum una nocte perfecta essent: Tarqnius pau/lo āte lucem accitis ad se Principibus Latinorum: quasi re noua perturbatus: moram suam hesternam: uelut deorum quadam prouidentia: illatam: ait saluti sibi: atq; illis: fuisse. ab Turno dici: sibi: et Primoribus populoꝝ. parari necem. ut Latinorum solus Impium teneat. aggressurum fuisse hesterno die in Cōcilio. dilatā rē esse: qđ autor Concilii abfuerit: quem maxime peteret. Inde illam absentis insectatioēm esse natā: quod morando spem destituerit. nō dubitare: si fera deferantur: quin prima luce: ubi in concilium uentum sit: instructus cum cōiuratorum manu: armatusq; uenturus sit. dici: gladiorum ingētem numerum esse ad eum conuectum. Id uanum nec ne sit: ex templo scire posse. rogare eos: ut inde secum ad Turnum ueniant. ¶ Suspectam fecit rem: et ingenium Turni ferox. et oratio hesterna. et mora Tarquinii: quod uidebat̄ ob eam differri cedes potuisse. ¶ Eunt inclinatis quidem ad credendum animis. tamen nisi gladiis deprehensis: cetera uana estimaturi. ubi est eo uentum: Turnum ex somno excitatum circunsistunt custodes. comprehensisq; seruis: qui caritate domini uim pa/rabāt: cum gladii abditi ex oīmibus locis diuerticuli ꝓtraherent̄: enimuero manifesta res uisa. iniecteq; Turno cathene. et confestim Latinorum Concilium magno cum tumultu aduocat̄. Ibi tā atrox inuidia orta est: gladiis in medio positis: ut indicta causa: nouo genere leti deiectus ad caput aque Ferētine: crate supne īiecta: saxisq; cōgestis: mergeret̄. Reuocatis deinde ad Concilium Latinis: Tarqnius: collaudatisq;: qui turnum nouātem res: ꝓ manifesto parricidio: merita poena affecissent: ita uerba fecit. ¶ Posse quidem se uetusto iure agere: quod cum omnes Latini ab Alba oriundi sint. in eo federe teneātur: quod ab Tullo: omnis res Albana cum coloniis suis in Ro/manum cesserit Imperium. Ceterum se utilitatis id magis omnium causa censere: ut renouetur id fedus. secundaq; potius fortuna populi Romani ut participes Latini fruantur: q̃ urbium excidia: uastationesq; agrorū: quas Anco prius: patre deinde suo regnante: perpessi sint: semp aut expectent: aut patiant̄. Haud difficulter ꝑsuasum

Turnus Tarquinij fraude submergitur

Tarquinij oro ad Latinos

Latinis: quanq̃ in eo federe superior Romana res erat. Ceterum et capita nominis Latini stare: ac sentire cũ Rege uidebãt. et Turnus sui cuiq; periculi. si aduersatus esset: recenserat documẽtum. ¶Ita renouatum fedus. indictumq; iunioribus Latinorum: ut ex fodere die certa: ad Lucum Ferentine armati frequentes adessent. Qui ubi ad edictum Romani Regis ex omnibus populis cõuenere: ne ducem suum: neue secretũ Imperium: propriaue signa haberẽt: Miscuit manipulos: ex Latinis: Romanisq;. ut ex binis singulos faceret. binosq; ex singulis. Ita geminatis manipulis: centuriones imposuit. ¶Nec ut iniustus Rex in pace: Ita Dux belli prauus fuit. qn ea arte equasset superiores Reges ni degeneratũ in aliis: Huic quoq; decori offecisset. Is p̃mus Volscis bellum: in ducẽtos amplius post suam etatem annos mouit. Suessamq; Pometiam ex his ui cepit. ¶Vbi cũ diuidenda p̃da. xl. talenta argenti auriq; cepisset: cõcepit animo eam amplitudinem Iouis templi: que digna deum: hominumq; Rege: que Romano Imperio: que ipsius etiam loci maiestate esset. captiuam pecuniam ĩ edificationẽ eius templi seposuit. ¶Excepit deinde eum lentius spe: bellum: quo Gabios propinquam urbem: nequicq̃ ui adortus: cum obsidendi quoq; urbem spes: pulso a menibus adẽpta esset: Postremo minime arte Romana: fraude ac dolo aggressus est. Nam cũ uelut posito bello: fundamentis templi faciendis aliisq; urbanis operibus intentum se esse simularet: Sextus filius eius: qui minor ex tribus erat: trãsfugit ex composito Gabios. patris in se seuitiã intolerabilem conquerẽs. ¶Iam ab alienis in suos uertisse sup̃biam. et liberorum quoq; eum frequẽtie tedere Vt quã in curia solitudinem fecerit: domi quoq; faciat: nequam stirpem: ne quem heredem: relinquat. Se quidem inter tela et gladios patris elapsum: nihil usq̃ sibi tutum: nisi apud hostem. L. Tarquinii credidisse. Nam ne errarent: manere iis bellum: quod positum simuletur. et per occasioẽm eum in cautos inuasurum. Quod si apud eos supplicibus locus non sit: per erraturum oẽ Latium. Volscosq; se inde: et Equos et Hernicos petiturum: donec ad eos perueniat: qui a patrũ crudelibus atq; impiis suppliciis: tegere liberos sciãt. Forsitã etiã ardoris aliquid ad bellum: armaq;: se aduersus superbissimũ Regem: ac ferocissimũ Populũ: inuenturum. Cum: si nihil mouerentur: infensus ira: porro inde abiturus uideretur: Benigne ab Gabinis excipitur. ¶Vetant mirari: si qualis in ciues: qualis in sotios: talis ad ultimum in liberos esset. in se ipsum postremo seuiturum: si alia desint. Sibi uero gratum aduentũ eius esse. futurũq; credere breui: ut illo adiuuãte: ab portis Gabinis sub Romana menia bellum transferatur. ¶Inde in consilia publica adhiberi. ubi cum de aliis rebus assentire se ueteribus Gabinis diceret: q̃bus ee notiores essent: Ip̃e idẽtidẽ belli autor esset: ĩ eo sibi prudẽtiam precipuum assumere: quod utriusq; populi uires nosset. ¶Sciretq; inuisam profecto superbiam Regiam ciuibus esse: quã ferre ne liberi quidem potuissent. ¶Ita cum sensim ad rebellandum primores gabinorum incitaret: Ipse cum promptissimis iuuenem predatum atq; in expeditioẽs iret: et dictis factisq; omnibus ad fallẽdum instructis: uana accresceret fides: Dux ad ultimum belli legit. Ibi: cum inscia multitudine quid agereẽt: prelia parua inter Romã Gabiosq; fierẽt: quibus plerunq; Gabina res superior esset: Tum certatim summi infimiq; Gabinorũ Sex. Tarquinium dono deum sibi missum ducem credere. ¶Apud milites uero obeũdo pericula: ac labores: pariter predam munifice largiendo: tanta caritate esse: ut non pater Tarquinius potẽtior Rome: q̃ filius Gabiis esset. ¶Itaq; postq̃ satis uiriũ collectũ ad oẽs conatus uidebat: Tum ex suis unum sciscitatum Romam ad patrem mittit: quid nam se facere uellet: quandoquidẽ ut omnia unus Gabiis posset: ei dii dedissent. ¶Huic nuntio: quia credo dubie fidei uidebatur: nihil uoce respõsum est. Rex uelut

Renouat[ur] fedus cũ latinis [illegible] / [illegible] Tarquinius [illegible] pometiã capit

Insidie gabijs parantur

deliberabundus in hortum edium transit: sequēte nuntio filii. ibi inambulans tacitus:
sūma papauerū capita dicit̄ baculo decussisse ¶ Interrogando: expectādoq; respōsū:
Nūtius fessus: ut re īperfecta: redit Gabios. que dixerit ipse: queq; uiderit: refert. seu
ira: seu odio: seu superbia insita ingenio: nullam eum uocem emisisse ¶ Sexto ubi quid
uellet parens: qd ue precipet tacitis ambagibus: patuit: Primores ciuitatis criminādo:
alios apud populū: alios sua ipsos inuidia opportunos interimit: multi palam: qdam
in qbus minus speciosa criminatio erat futura: clam interfecti. patuit qbusdam uolē/
tibus fuga. aut in exsilium acti sunt. absentiūq; bona iuxta: atq; interemptorū: diuisa
fuere. largitiōis inde: predeq; et dulcedine priuati commodi: sensus malorū publicorū
adimi. donec orba cōsilio auxilioq; gabina res: Regi Romano: sine ulla dimicatiōe:
in manu traditur ¶ Gabiis receptis Tarquinius pacem cum Equorū gente fecit. fedus
cum Tuscis renouauit. ¶ Inde ad negotia urbana animum conuertit. quorum erat
primum: ut Iouis templum in monte tarpeio: monumentum Regni sui nominisq; re/
linqueret. Tarquinios Reges ambos patrem uouisse. filium perfecisse. et ut libera a
ceteris religiōbus arx ea eēt tota Iouis: tēpliq; eius: quod inedificaretur: exaugurare
fana: sacellaq; statuit: que aliquot ibi a Tacio Rege primū: ī ipo discrimine aduersus
Romulum pugne uota: consecrata: inaugurataq; postea fuerant ¶ Inter principia
condēdi huius operis mouisse numen ad indicandū tanti Imperii molē traditur deos.
Nam cum omnium sacellorum exaugurationes admitterent aues: in termini fano.
non addixere. Idq; omen: auguriumq;: ita acceptum est: non motam termini sedem
unumq; eum deorum non euocatum: sacratis ibi finibus: firma: stabiliaq; cūcta por/
tendere ¶ Hoc perpetuitatis auspicio accepto: sequutum aliud magnitudinem Impii
portendens prodigium est. Caput humanum integra facie aperientibus fundamenta
tēpli dicitur apparuisse. Que uisa spes haud per ambages arcem eam imperii: caputq;
rerum fore portendebat. Idq; ita cecinere uates: quiq; in Vrbe erant: quosq; ad eam
rem consultandā ex Etruria acciuerant ¶ Augebatur ad impensas regis animus. Itaq;
Pomptine manubie: que perducendo ad culmen operi destinate erant: Vix in fun/
damenta suppeditauere. Eo magis Fabio Pictori preter q̄ q antiqor est: crediderim
xl. ea talēta sola fuisse: q̄ Pisoni: qui. xl. milia pōdo argenti seposita in eā rem scribit.
quam summam pecunie: neq; ex unius tum urbis preda sperandam: et nullius ne horū
qdem magnificencie operum fundamenta non exuperaturam ¶ Intentus perficiēdo
templo fabris ex Etruria undiq; accitis: nō pecunia solum ad id publica: est usus: sed
operis etiā ex plebe. Qui cum haud paruus et ipse: militie adheret̄ labor: minus tamē
plebs grauabatur: se templa deum edificare suis manibus. Que post et ad alia: ut spem
minora: sic laboris aliq̄to maioris: traducebat̄ opera. foros in cyrco faciēdos: cloacāq;
maximam: receptaculum omnium purgamentorū urbis: sub terram agendā. Quibus
duobus operibus: uix noua hec magnificēcia: quicq̄ adequare potuit. His laboribus
exercita plebe: quia et Vrbi multitudinem: ubi usus nō esset: oneri rebatur eē: & Co/
lonis mittendis occupari latius Impii fines: uolebat: Signiā Circeiosq; Colonos misit:
presidia urbi futura: terra: mariq;. ¶ Hec agenti portētum terribile uisum. anguis ex
columna lignea elapsus: cum terrorem ac fugam in Regiam fecisset: ipsius Regis nō
tam subito pauore pculit pectus: q̄ anxiis impleuit curis. Itaq; cum ad publica pdigia
Etrusci tantum uates adhiberētur: Hoc uelut domestico exterritus uisu: Delphos: ad
maxime inclytum in terris oraculum: mittere statuit. Neq; responsa sortium ulli alii
cōmittere ausus: duos filios per ignotas ea tēpestate terras: ignotiora maria: ī Greciā
misit. Titus et Aruns profecti ¶ Comes iis additus. L. Iunius Brutus Tarquinia sorore

Regis natus. Iuuēis. alius īgenio q̄ cuius simulationē īduerat. Is cū ꝑ mores ciuitatis: in q̄bus fratrē suū: ab auūculo interfectū audi̇sset: Neq; ī animo suo q̄cquā regi ti/mendū: neq; ī fortuna cōcupiscendū: relinquere statuit. Contēptuq; tutus eē: ubi in iure parū p̄sidii esset. Ergo ex industria factus: ad imitationē stulticie: cū se suaq; p̄de eē regi sineret: Bruti quoq; haud abnuit cognomen: ut sub eius obtentu cognominis: liberator ille Populi Ro. animus latens: apiretur tempe suo. Is tū a Tarquiniis ductus Delphos: ludibrium uerius: q̄ comes: aureum baculum inclusum corneo cauato ad id baculo: tulisse donum Apollini dicitur: per ambages effigiem ingenii sui. ❡ Quo postq̄ uentum est: perfectis patris mandatis: cupido incessit animos iuuenum: sciscitandi ad quem eorum regnum Romanum esset uenturum. ❡ Ex infimo specu uocem redditā ferunt: Imperium summum Rome habebit: qui uestrum primus o iuuenes osculum matri tulerit. ❡ Tarquinii ut Sextus qui Rome relictus fuerat: ignarus respōsi: expsq; Imperii esset: rē summa ope taceri iubent. Ipsi inter se uter prior: cū Romā redissent: matri osculum daret: sorti permittunt. ❡ Brutus alio ratus spectare Pythicam uocem: uelut si prolassus cecidisset: terram osculo contigit. scilicet quod ea cōmunis mater oīm mortalium esset. ❡ Reditum inde Romam. ubi aduersus Rutulos bellum summa ui parabatur. Ardeam Rutuli habebant. gens ut in ea regione: atq; in ea etate: diuitiis prepollēs. eaq; ipsa causa belli fuit: quod Rex Romanus: cum ipse exhaustus mag/nificentia publicorum operum: tum preda delinire populariū animos studebat: p̄ter aliam superbiam regno infestos etiam: quod se in fabrorum ministeriis: ac seruili tam diu habitos opere ab Rege indignabātur. Temptata res est pͥmum: si primo impetu capi Ardea posset. ubi id parū processit: obsidione munitionibusq; cepti premi hostes. In his statiuis ut fit: longo magis: q̄ acri bello: satis liberi cōmeatus erant. primoribus tamen magis: q̄ militibus Regii quidem iuuenes interdum ocium conuiuiis comesati/ōibusq; inter se terebāt. Forte potātibus iis apđ. Sex. Tarquinium: ubi et Collatinus: cenabat Tarquinius Egerii filius: Incidit de uxoribus mentio. suam quisq; laudare miris modis. Inde certamine accenso: Colatinus negat uerbis opus esse. paucis id quidē horis posse sciri: q̄ntum ceteris prestet Lucretia sua. Quin si uigor iuuēte inest cōscen/dimus equos: inuisimusq; presentes nostrarum ingenia? Id cuiq; spectatissimū sit: q̄đ inopinato uiri aduentu occurrerit oculis. incaluerant uino. age sane omnes citatis eq̄s aduolant Romam. quo cum primis se intendentibus tenebris peruenissent: pergunt inde Colatiam. ubi Lucreciam haud quaquam ut Regias nurus quas in in cōuiuio luxuq; cum equalibus uiderant: tempus terentes: sed nocte sera deditam lane: inter lucubrantes ancillas in medio edium sedentem inueniunt. ❡ Muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. adueniens uir Tarquiniiq; benigne suscepti. uictor maritus comiter inuitat Regios iuuenes. ❡ Ibi. Sex. Tarquinium mala libido Lucretie per uim stuprande capit. tū forma: tū spectata castitas incitat. ❡ Et tū q̄dem a nocturno iuuenili ludo in castra redeūt. ❡ Paucis interiectis diebus. Sex. Tarquinius inscio Co/latino: cum comite uno Colatiam uenit. ubi exceptus benigne ab ignaris consilii: cū post cenam in hospitale cubiculum ductus esset: amore ardēs: postq̄ satis tuta circa: sopitiq; omnes uidebantur: stricto gladio ad dormientem Lucretiam uenit. sinistraq; manu mulieris pectore oppresso: tace Lucretia inquit. Sex. Tarquinius sum. ferrum in manu est. morieris: si emiseris uocem. Cum pauida e somno mulier prope mortem imminentem uideret: tum Tarquinius fateri amorem: orare. miscere precibus minas. uersare in oēs partes muliebrem animum. ubi obstinatā uidebat: et ne mortis q̄dem metu inclinari: addit ad metum dedecus. Cum mortua iugulatū seruū nudū positurū

BRVTVS · TERRA · OSCVLATVR ·

Oppugnatio ... ardea ... de uxoribus inter Regios filios ...

Lucubrans

Comiter

ait: ut in sordido adulterio necata dicat̃. Quo terrore cũ uicisset obstinatã pudiciciã: uelut uictrix libido: profectusq; inde Tarquinius ferox expugnato decore muliebri esset. ¶ Lucretia mesta tanto malo Romam nuntium eundem ad patrem: ardeamq; ad uirum mittit: ut cum singulis amicis fidelibus ueniãt. Ita facto: maturatoq; opus esse. rem atrocem incidisse. Sp. Lucretius cum. P. Valerio Volesi filio: Colatinus cũ L. Iunio Bruto uenit. Cum quo forte Romã rediens: ab nũtio uxoris erat cõuentus. Lucretiam mestam in cubiculo sedentem inueniũt. aduẽtu suoꝝ lacbryme oborte. Querentiq; uiro Satin salue ¶ Minime inquit ¶ Quid enim salui est mulieri amissa pudicicia? Vestigia uiri alieni Colatine: in lecto sunt tuo. Ceterum corpus est tantũ uiolatum. animus insons. mors testis erit. Sed date dextras: fidemq; haud impune adultero fore. Sex. est Tarquinius: qui hostis pro hospite: priori nocte: ui armatus: mihi: sibiq;: si uos uiri estis: pestiferum hinc abstulit gaudium ¶ Dant ordine omnes fidem. consolant̃ egram animi. auertendo noxam a coacta in autorẽ delicti. mentẽ peccare non corpus. et unde consilium abfuerit: culpam abesse ¶ Vos inquit uideritis: quid illi debeat̃: Ego me etsi peccato absoluo: supplicio nõ libero. Nec ulla deinde impudica Lucretie exemplo uiuet. Cultrum quem sub ueste abditum habebat: eum in corde defigit. prolapsaq; in uulnus moribũda cecidit ¶ Conclamat uir paterq; ¶ Brutus illis luctu occupatis: cultrum ex uulnere Lucretie extractum manantem cruore: pre se tenens: per hunc inquit castissimũ ante Regiã iniuriam sanguinẽ uiro: uosq; dii testes facio: Me. L Tarquinium Superbum: cum scelerata coniuge: et omni liberoꝝ stirpe: ferro igniq; q̃cunq; de hinc ui possim: exequuturum. nec illos: nec aliũ quenq̃ regnare Rome passurum. Cultrũ deinde Colatino tradidit ¶ Inde Lucretio. et Valerio. stupentibus miraculo rei unde nouum in Bruti pectore ingenium ¶ Vt preceptum erat iurant. totiq; a luctu uersi ĩ iram Brutũ iam inde ad expugnandũ Regnũ uocantẽ: sequuntur ducem. Elatum domo Lucretie corpus in forum deferunt. Concientq; miraculo: ut fit: rei noue: atq; in dignitate: homines. Pro se quisq; scelus regiũ ac uim queruntur ¶ Mouent tum patris tristitia: tum Brutus castigator lacbrymarum: atq; inertium querelarum: autorq; quod uiros: quod Romanos deceret: arma capiendi: aduersus hostilia ausos ¶ Ferocissimus quisque iuuenum cũ armis uoluntarius adest. Sequit̃ et cetera iuuentus ¶ Inde pari p̃sidio relicto Colatie ad portas: custodibusq; datis ne quis eum motũ Regibus nũtiaret: Ceteri armati duce Bruto: Romã p̃fecti. Vbi eo uentum est quacunq; incedit armata multitudo: pauorem ac tumultũ facit. Rursus ubi anteire primores ciuitatis uident: q̃cquid sit: haud temere esse rẽtur ¶ Nec minorem motum animorum Rome tam atrox res facit: q̃ Colatie fecerat. Ergo ex om̃ibus locis urbis in forũ curritur ¶ Quo simul uentũ est: preco ad Tribunũ Celerũ: in quo tum Magistratu forte Brutus erat: populum aduocauit ¶ Ibi oratio habita nequaq̃ eius pectoris: ĩgeniiq; quod simulatum ad eam diem fuerat: de ui: ac libidine. Sex. Tarqnii de strupro infãdo Lucretie: et miserabili cede: de orbitate Tricipitini: cui morte filie: causa mortis: indignior ac miserabilior eẽt. Addita sup̃bia ipsius Regis: miserieq;: et labores plebis: in fossas cloacasq; exhauriendas demerse. Romanos homines omnium uictores circa populorum: opifices ac lapicidas pro bellatoribus factos. Indigna Seruii Tullii Regis mẽorata cedes: et inuecta corp̃e patris: nephãdo uehiculo filia. Inuocatiq; ultores parẽtũ dii. His atrocioribusq; credo aliis: que p̃sens rerum indignitas haud quaq̃ relatu scriptoribus facilia subiicit: memoratis: incensam multitudinem: perpulit: ut Imperiũ Regi abrogaret. exulesq; esse iuberet. L. Tarquinium cum cõiuge ac liberis. Ipse iunioribus: q̃ ultro nõia dabant: lectis: armatisq;:

LVCRETIA SE OCCIDIT

VERBA BRVTI AD RO.[OS]

CONSULES PRIMI L. IUNIUS BRUTUS ET L. TARQUINIUS COLLATINUS.

ad concitandum inde aduersus Regem exercitum: Ardeam est profectus. Imperium in urbe Lucretio Prefecto Vrbis: iam ante ab Rege instituto: relinquit. Inter hunc tumultum Tullia domo profugit: execrantibus quacunque incedebat: uiris: mulieribusque. Harum rerum nuntiis in castra platis: cum re noua trepidus Rex pergeret Romam: ad comprimendos motus: flexit uiam Brutus: Senserat enim aduentum: ne obuius fieret. Eodemque fere tempore diuersis itineribus Brutus Ardeam: Tarquinius Romam: uenere: Tarquinio clause porte exiliumque indictum. Liberatorem Vrbis leta castra accepere. Exactique inde liberi Regis. duo patrem sequuti sunt: qui exulatum Cere in Etruscos ierunt. Sex. Tarquinius Gabios: tanquam in suum regnum profectus: ab ultoribus ueterum simultatum: quas sibi ipse: cedibus rapinisque concitauerat: est interfectus. L. Tarquinius Superbus regnauit annos. v. et. xl. Regnatum Rome ab condita Vrbe: ad liberatam: annos. ccxliiii. Duo consules inde comitiis Centuriatis a Prefecto Vrbis: ex commentariis Seruii Tullii creati sunt. L. Iunius Brutus et. L. Tarquinius Colatinus.

Tarquinio porte urbis clause et exilium indictum

SEXTUS TARQUINIUS GABIIS INTERFECTUS ob ueterem fraudem.

REGNATUM ROME A CONDITA URBE AD LIBERATAM ANNOS CC xliiii.

Liber secundus

Liberi iam hinc Populi Romani res: bello paceque gestas: annuos Magistratus: Imperiaque legum: potentiora quam hominum: peragam. Que libertas: ut letior esset: proximi Regis superbia fecerat. Nam priores ita regnauerunt: ut haud immerito deinceps omnes conditores partium cepte urbis: quas nouas ipsi sedes: ab se aucte multitudini addiderunt: numerentur. Neque ambigitur: quin Brutus idem: qui tantum glorie Superbo exacto Rege: meruit: pessimo publico id facturus fuerit: si libertatis immature cupidine: priori Regum alicui Regnum extorsisset. Quid enim futurum fuit: si illa pastorum aduenarumque plebs transfuga ex suis populis: sub tutela inuiolati templi: aut libertatem: aut certe impunitatem adepta: soluta Regio metu: agitari cepta esset Tribuniciis procellis: et in aliena urbe: cum Patribus serere: certamina: priusquam pignora coniugium: ac liberorum: caritasque ipsius soli: cui longo tempore assuescitur: animos eorum consociasset? dissipate res: non dum adulte: discordia forent: quas fouit tranquilla temperatio imperii. eoque nutriendo perduxit: ut bonam frugem libertatis maturis iam uiribus: ferre posset. libertatis autem originem: inde magis: quia annuum Imperium Consulare factum est: quam quod diminutum quicquam sit. ex Regia potestate: numeres. omnia iura: omnia insignia: primi Consules retinuere. Id modo cautum est: ne si ambo fasces haberent: duplicatus terror uideretur. Brutus prior: concedente collega: fasces habuit. qui non acrior uindex libertatis fuerat: quam deinde custos. Omnium primum auidum noue libertatis populum: ne post modum flecti precibus: aut donis Regiis posset: iureiurando adegit: neminem Rome passuros regnare. Deinde: quo plus uirium in Senatu etiam frequentia ordinis faceret: cedibus Regis diminutum Patrum numerum: primoribus Equestris gradus electis: ad trecentorum summam expleuit. Traditumque deinde fertur: ut in Senatum uocarentur: qui patres: quique conscripti: essent. Conscriptos uidelicet: nouum Senatum: appellabant lectos. Id mirum quantum profuit ad concordiam ciuitatis: iungendosque Patribus Plebis animos. Rerum inde diuinarum cura habita. Et quia quedam publica sacra: per ipsos Reges factitata erant: necubi desiderium Regum esset: Regem sacrificolum creant. Id Sacerdotium Pontifici subiecere: ne additus nomini honos: aliquid libertati: cuius tunc prima erat cura: officeret. Ac nescio: an nimis eam undique: minimis quoque rebus: muniendo modum excesserint. Consulis enim alterius: cum nihil aliud offenderit: nomen inuisum ciuitati fuit. Nimium Tarquinios

Assuescitur

Auctus Senatorum numerus ad ccctos

CONSCRIPTI QUI ESSENT.

REX SACRIFICOLUS CREATUS. qui aliqua sacra pro regibus fieri consueuerant.

regno assuescere. initium a Prisco factũ. regnasse deinde Seruiũ Tulliũ: ne interuallo quidem facto: oblitum tanq̃ alieni regni: Superbum Tarquinium uelut hereditatẽ gẽtis: scelere ac ui repetisse. pulso Superbo: penes Colatinum Imperium esse. Ne scire Tarquinios priuatos uiuere. non placere nomẽ. periculosum libertati esse. ¶Hic p̃mo sensim temptantum animos sermo: per totã ciuitatem est datus. sollicitatãq; suspitiõe Plebem: Brutus ad contionem uocat. ¶Ibi omnium primũ iusiurandũ populi recitat. neminem Rome regnare passuros. nec esse Rome unde periculum libertati foret. Id summa ope tuendum esse. neq; ullam rem: que eo pertineat: contemnendam. Inuitum se dicere hominis causa: nec dicturũ fuisse: ni caritas Reipublice uiceret. nõ credere Populum Romanum solidam libertatem recuperatam esse. Regium genus: Regiũ nomẽ: non solum in ciuitate: sed etiã in Imperio esse. Id officere. id obstare libertati. Hunc tu inquit tua uoluntate. L. Tarquini remoue metum. Meminimus. fatemur. eiecisti Reges. absolue beneficium tuum. aufer hinc Regium nomen. res tuas tibi nõ solum reddunt ciues tui: autore me: Sed siquid deest: munifice augebũt. Amicus abi. ex onera ciuitatem: uano forsan: metu. Ita persuasum est animis: cũ gente Tarqnia hinc Regnum abiturum. Consuli p̃mo tam noue rei ac subite admiratio incluserat uocem. ¶Dicere deinde incipiẽtem: primores circunsistunt. eadẽ multis p̃cibus orant. Et ceteri quidem mouebant minus. postq̃. Sp. Lucretius maior etate: ac dignitate: socer p̃terea ipsius: agere uarie rogando alternis: suadendoq; cepit: ut uinci se cõsensu ciuitatis pateretur: Timens consul: ne postmodo priuato sibi eadem illa: cum bonoꝝ amissione: additaq; insuper alia ignominia: acciderent: abdicauit se cõsolatu. rebusq; suis omĩbus Lauinium translatis: ciuitate excessit. Brutus ex. S. C. ad populum tulit: ut omnes Tarquinie gentis exsules essent. ¶Collegam sibi comitiis Cẽturiatis creauit P. Valerium: quo adiutore Reges eiecerat. Cum haud cuiquã in dubio esset: bellũ ab Tarquiniis imminere: id quidem spe omnium serius fuit. Ceterum id: quod non ti/mebant: per dolum ac proditionem prope Libertas amissa est. ¶Erant in Romana iuuẽtutute adolescentes aliquot. nec ii tenui loco orti. quoꝝ in regno libido solutior fuerat. Equales: sodalesq; adolescẽtium Tarquiniorum: assueti more Regio uiuere. Eam tum equato iure omnium: licentiam querẽtes: libertatem alioꝝ: in suam uertisse seruitutem: inter se conquerebãt. Regem hominem esse: a quo impetres ubi ius: ubi iniuria: opus sit. eẽ gratie locũ. esse beneficio. et irasci: & ignoscere posse. Inter amicũ: et inimicum: discrimẽ nosse. ¶Leges rem surdam: inexorabilem esse. salubriorem: me/lioremq; inopi q̃ potenti. nihil laxamẽti: ac uenie habere: si modũ excesseris. p̃iculosũ esse in tot humanis erroribus: sola innocẽtia uiuere. ¶Ita iam sua sponte egris animis Legati ab Regibus sup̃ueniunt: sine mentione reditus: bona tantũ repetentes. Eoꝝ uerba postq̃ in senatu audita sunt: per aliquot dies ea consultatio tenuit: ne nõ red/dita belli causa: reddita belli materia: et adiumentum essent. Interim Legati cũ aliis alia moliri. aperte bona repetentes: clam recũperandi Regni cõsilia struere. Et tanq̃ ad id quod agi uidebatur: ambientes: nobilium adolescẽtium animos pertemptabãt. a quibus placide oratio accepta est. his litteras ab Tarquiniis reddũt. et de accipiẽdis clam nocte in urbẽ Regibus: colloquunt. ¶Vitellius Aq̃liusq; fratribus p̃mo cõmissa res. Vitellioꝝ soror Consuli nupta Bruto erat. Iamq; ex eo matrimonio adolescẽtes erant liberi: Titus Tyberiusq;. Eosquoq; in societatẽ cõsilii auũculi assumũt. p̃terea et nobiles aliquot conscii assumpti. quorum uetustate memoria abiit. ¶Interim cum in Senatu uicisset sententia: que censebat reddenda bona. eamq; ipsam causam more haberent Legati: quod spatium ad comparanda uehicula a consulibus sumpsissent:

L. Tarquinius collatinus consulatu se abdicat et in exilium p̃ficiscitur

P. VALERIUS COLLEGA BRUTI

Laxamentũ

Titus Tyberiusq; Bruti filii coniurant p̃ regi[bus]

quibus Regum asportarẽt res: omne id tempus cum coniuratis cõsultando absumũt. euincuntq; instando: ut littere sibi ad Tarqnios darentur. nõ aliter qdem credituros eos: non uana ab legatis super rebus tãtis afferri. ¶ Date littere: ut pignus fidei essent: manifestum facinus fecerunt. ¶ Nam pridie q̃ legati ad Tarquinios proficiscerentur: et cenati forte apud Vitellios essent: coniuratiq; ibi remotis arbitris multa inter se de nouo: ut fit: consilio: egissent: sermonẽ eoꝝ ex seruis unus excepit: q antea id senserat agi. Sed eam occasionem: ut littere legatis darentur: que deprehense rem coarguere possent: expectabat. ¶ Post q̃ datas sensit: rem ad consules defert. ¶ Consules ad dep/hendendos Legatos cõiuratosq; profecti domo: sine tumultu: rem omnẽ oppressere. litterarum in primis habita cura: ne interciderẽt. ¶ Proditoribus ex templo in uincla cõiectis de legatis paulum addubitatum est. et quãq̃ uisi sunt commisisse: ut hostium loco essent: ius tamen gentiũ ualuit. ¶ De bonis Regis que reddenda ante cẽsuerant: res integra refertur ad patres. Ibi uicti ira: uetuere reddi. uetuere in publicum redigi. diripienda Plebi sunt data: ut contacta Regia preda spem in ꝑpetuum cum iis pacis amitteret. ¶ Ager tarquiniorum: q inter urbem: ac Tyberim fuit: consecratus Marti: Martius deinde campus fuit. ¶ Forte ibi tum seges farris dicitur fuisse: matura messi: quem campi fructum: quia in religiosum erat consumere: desectam cum stramento segetem: magna uis hominũ simul immissa corbibus fudere in Tyberim: tenui fluentẽ aqua: ut mediis solet caloribus. ita in uadis hesitantis frumẽti aceruos consedisse illitos limo. ¶ Insulam inde paulatim: et alijs que fert temere flumen eodẽ inuectis: factam. Postea additas credo moles: manuq; adiutum: ut tam eminens area: firmaq; templis quoq; ac porticibus sustinẽdis: esset. ¶ Direptis bonis Regũ dãnati ꝑditores. sumptũq; supplicium: conspectius: quod pene capiũde: ministerium patri de liberis: Consulatus imposuit. ¶ Et qui spectator erat amouendus: eum ipsum fortuna exactorẽ supplitii dedit. ¶ Stabant ad palum deligati nobilissimi iuuenes. sed a ceteris uelut ab ignotis capitibus consulis liberi omnium in se auerterant oculos. miserebatq; nõ pene magis homines: q̃ sceleris: quo penam meriti essent. Illos eo potissimũ ãno: Patriã liberatã: Patrem liberatorem: Consulatum ortum ex domo Iunia: Patres: Plebem: quicquid hominum: deorumq; Romanorum esset: induxisse in animum ut Superbo quõdam Regi: tum in festo exsuli: ꝑderent. ¶ Consules in sedem ꝓcessere suam. missiq; lictores ad sumendum supplitium: nudatos uirgis cedunt. securiq; feriunt. Cum inter omne tempus pater: uultusq;: et os eius spectaculo esset: eminẽte patrio animo inter publice pene ministerium: secundum penam nocentium: ut in utranq; partẽ arcẽdis sceleribus exemplum nobile esset. ¶ Premium indici pecunia: ex erario: libertas: et ciuitas data. Ille primum dicitur uindicta liberatus. Quidam uindicte quoq; nomen tractum ab illo putant. Vindicio ipsi nomẽ fuisse. ¶ Post illum seruatum: ut q ita liberati essent: in ciuitatem accepti: uiderentur. ¶ His sicut acta erant: nũtiatis: incensus Tarqnius: non dolore solum tante ad irritum cadentis spei: sed etiã ira: odioq;: post q̃ dolo uiam obseptam uidit: bellum aperte moliendũ ratus: circuire supplex Etrurie urbes. orare. maxime Veientes: Tarquiniẽsesq;: ne se ortum eiusdem sanguinis: extorrem: egentẽ: ex tãto modo regno: cum liberis adolescentibus ante oculos suos ꝑire sinerent. Alios peregre in Regnum Romam accitos. se Regem augẽtem bello Romanũ Impium: a proximis scelerata coniuratione pulsum. eos inter se: quia nemo unus satis dignus Regno uisus sit: partes Regni rapuisse. bona sua diripienda populo dedisse: ne quis expers sceleris esset. patriam se: Regnũq; suum reposcere. Et persequi ingratos ciues uelle. ferrent opem adiuuarent: suas quoq; ueteres iniurias ultum irent. totiens cesas

legiones. agrum ademptum. Hec mouerunt ueientes. ac pro se quisq; Romano saltẽ
duce ignominias demẽdas: belloq; amissa repetenda: minaciter fremũt. Tarquienses
nomẽ ac cognatio mouet. pulchrum uidebatur suos Rome regnare. Ita duo duarũ
ciuitatum exercitus: ad repetendum regnũ: belloq; persequẽdos Romanos sequuti
Tarquinium. Postq̃ in agrum Romanũ uentum est: obuiam hosti Consules eunt.
Ualerius quadrato agmine peditem ducit. Brutus ad explorandum cum eqtatu an/
tecessit. Eodem modo primus eques hostium agminis fuit. preterat Aruns Tarquius
filius Regis. Rex ipse cum legionibus sequebatur. Aruns ubi ex lictoribus procul
Consulem esse: deinde iam ꝓpius: ac certius facie quoq; Brutũ cognouit: Inflãmatus
ira. Ille est uir inquit qui nos extorres expulit patria. Ipse en ille nostris decoratus
insignibus: magnifice incedit. Dii Regum ultores adeste. Concitat calcaribus equũ.
atq; in ipsum infestus Consulem dirigit. Sensit in se iri Brutus. decorum erat tum ipsis
capessere pugnã ducibus. auide itaq; se certamini offert. adeoq; infestis animis cõcur/
rerunt: neuter dum hostem uulneraret: sui protegendi corporis memor: ut contrario
ictu per parmã uterq; transfixus: duabus hastis moribundi ex equis lapsi sint. Simul
et cetera equestris pugna cepit. Neq; ita multo post et pedites supuenniunt. Ibi uaria
uictoria: et uelut equo marte pugnatũ est. Dextra utrinq; cornua uicere. leua su/
perata. Ueientes uinci ab Romano milite sueti: fusi: fugatiq; sunt. Tarquiensis et
nouus hostis: non stetit solum: sed etiam ab sua parte Romanum pepulit. Ita cum
pugnatum esset: tantus terror Tarquinium atq; Etruscos incessit: ut omissa irrita re:
nocte ambo exercitus: Ueiens Tarquiensisq;: suas quisq; abirent domos. Adiciũt
miracula huic pugne. Silentio proxime noctis ex silua Arsia ingentem editam uocẽ.
Siluani uocẽ eam creditam. Hec dicta. uno plus Etruscoꝝ cecidisse in acie. uincere
bello Romanũ. Ita certe inde abiere: Romãi ut uictores. Etrusci ꝓ uictis. Nam
postq̃ illuxit: nec quisquam hostium in conspectu erat. P. Ualerius Consul spolia
legit. triũphansq; inde Romam rediit. College funus quãto tum potuit apparatu:
fecit. Sed multo maius morti decus publica fuit mestitia. eo ante omnia insignis: quia
matrone annuum: ut parentẽ luxerunt: qđ tam acer ultor uiolate pudicicie fuisset.
Cõsuli inde qui super fuerat: ut sunt mutabiles uulgi animi: ex fauore: nõ inuidia
mõ: sed suspitio etiã cum atroci discrimine orta. Regnũ eum affectare fama ferebat:
quia nec Collegam subrogauerat ĩ locũ Bruti: et edificabat in summa Uelia ibi alto
atq; munito loco arcem inexpugnabilẽ fore. Hec dicta uulgo: creditaq;: cũ in dig/
nitate quoq; angerent animũ Cõsulis: uocato ad conciliũ populo: submissis fascibus:
in contionẽ ascendit. Gratum id multitudini spectaculũ fuit. submissa sibi eẽ Impii
insignia. confessionemq; factam: Populi q̃ Consulis maiestatem: uimq; maiorem esse.
ubi audire iussi. Consul laudare fortunam College: quod liberata patria: in summo
honore: pro Republica dimicans matura gloria: nec dum se uertente in inuidiam:
mortem occubuisset. se superstitem glorie sue ad crimẽ atq; inuidiam superesse. ex li/
beratore patrie ad Aquilios Uitelliosq; recidisse. Nunq̃ ne ergo inquit ulla adeo a
uobis spectata uirtus erit: ut suspitione uiolari nequeat? Ego me illum acerrimum
Regum hostem: ipsum cupiditatis Regni crimen subiturum timerem? Ego si in ipsa
Arce: Capitolioq; habitarem: metui me credere possem a ciuibus meis? tã leui momẽto
mea apđ uos fama pẽdet? Adeo ne est fũdata leuiter fides: ut ubi sim: q̃ q sim: magis
referat? Nõ obstabũt. P. Ualerii edes libertati uestre Quirites. tuta erit uobis Uelia.
Deferam nõ in planum modo edes: sed colli etiam subiiciam: ut uos supra suspectum
me ciuem habitetis. In Uelia edificẽt: quibus melius q̃. P. Ualerio creditur Libertas.

Brutus et Aruns tarquinius mutuis se uulneribus interficiunt.

MIRACULŨ · UOCIS nocturne.

UNO · PLUS · ETRUSCOꝜ · CECIDISSE · I ACIE ·

BRUTŨ · ANNŨ · LUXERŨT · MATRONE ·

ualerius fasces populo submisit.

ualerij oro ad pplm.

valerius edes demolitus in plano edificat

Delata Confestim materia omĩs infra Veliam. et ubi nũc uicus publicus est: domus in infimo cliuo edificata. Late deinde leges: nõ solũ que Regni suspitiõe Cõsulem absoluerent. Sed que adeo in contrarium uerterent: ut popularem etiam facerent. Inde cognomẽ factũ publicole est. Ante omẽs de ꝓuocatione aduersus magistratus ad populũ: sacrãdoq; cũ bonis capite eius: q regni occupãdi cõsilia inisset. Grate in uulgus leges fuere: quas cum solus ꝑtulisset: ut sua unius gratia esset: tũ deinde comitia College subrogando: habuit. Creatus. Sp. Lucretius Consul: qui magno natu: non sufficientibus iam uiribus ad consularia munera obeunda: intra paucos dies moritur. Suffectus in Lucretii locũ. M. Horatius Puluillus. Apud quosdã ueteres autores non inuenio Lucretium Consulem. Bruto statim Horatium subgerũt. credo: quod nulla gesta res insignẽ fecerit Consulatũ: memoria intercidisse. Non dum dedicata erat in capitolio Iouis edes: Valerius Horatiusq; Consules sortiti uter dedicaret. Horatio sorte euenit. Publicola ad Veientem bellum profectus. Egrius: q̃ dignũ erat: tulere Valerii necessarii: dedicationem tam inclyti templi Horatio dari. id omnibus modis impedire conati: Post q̃ alia frustra temptata erant: postem iam tenenti cõsuli: fedum interpretratione deum: nuntium incutiunt. mortuum eius filiũ esse. funestaq; familia dedicare eum tẽplum non posse. Non crediderit factum: an tantũ roboris animo fuerit? nec traditur certum: nec ĩterpretratio est facilis. Nihil aliud ad eum nuntium: a proposito auersus: q̃ ut cadauer efferri iuberet: tenẽs postem: precationẽ peragit. et dedicat templum. Hec post exactos Reges domi militieq; gesta: ꝑmo anno. Inde. P. Valerius iterũ. T. Lucretius Consules facti. Iam Tarqnii ad Lartẽ Porsenam Clusinũ Regem ꝑfugerant. Ibi miscendo cõsiliũ: precesq;: nunc orabant: ne se oriundos ex etruscis: eiusdem sanguinis: nominisq;: egentes exsulare pateretur. Nunc monebant etiam: ne orientem morem pellendi Reges inultum sineret. Satis Libertatẽ ipsam habere dulcedinis: nisi quãta ui ciuitates eã expetant: tanta Regna Reges defendãt. eq̃ri sũma infimis: nihil excelsũ: nihil qđ sup cetera emineat: in ciuitatibus fore. adesse finem Regnis: rei inter deos: hominesq; pulcherrime. Porsena: tũ regẽ eẽ Rome: tũ Etrusce gẽtis Regem amplũ ratus: Romã infesto exercitu uenit. Non unq̃ alias ante tãtus terror Senatũ inuasit. adeo ualida res tum Clusina erat. magnumq; prosene nomen. Nec hostes modo timebãt. sed suos metipsi ciues: ne Romana plebs metu perculsa: receptis in urbem Regibus: uel cũ seruitute: pacẽ acciperet. Multa igitur blandimẽta Plebi per id tẽpus ab Senatu data. Annone in ꝓmis habita cura. et ad frumentum comparandum missi: alii in Volscos. alii Cumas. Salis quoq; uendendi arbitrium: quia impẽso pretio ueniebat in publicũ: omni sumptu adẽptum priuatis. portoriis quoq; et tributo plebe liberata: ut diuites conferrẽt q oneri ferẽdo essent. pauperes satis stipendii pendere: si liberos educent. Itaq; hec indulgẽtia patrum asperis post modum rebus: in obsidione ac fame: adeo cõcordem ciuitatem tenuit: ut Regium nomen: non summi magis: q̃ infimi horrerent. Nec quisquam unus malis artibus postea tam popularis esset: q̃tum bene imperando uniuersis Senatus fuit. Cum hostes adessent: pro se quisque in urbem ex agris demigrant. urbẽ ipsam sepiũt ꝓsidiis. Alia muris: alia tyberi obiecto uidebantur tuta. Pons sublicius iter pene hostibus dedit. ni unus uir fuisset Horatius Cocles. id munimentum illo die fortuna Vrbis Romane habuit. Qui positus forte in statiõe pontis: cum captum repentino impetu Ianiculum: atq; inde citatos decurrere hostes uidisset: trepidamq; turbam suoꝝ: arma ordinesq; relinquere: reprehensans singulos: obsistens: obtestansq;: deum et hominum fidem testabatur: ne quicquam deserto presidio eos fugere: si trãsitum pontẽ a tergo

PROVOCATIO aduersus magistratus ad populum lata

PVBLICOLA dictus valerius

Sp. Lucretius consul creatur et moritur

M. Horatius puluillus consul creatur

CADAVER EFFERRI IVBET

CONS. P. valerius iterum · T. Lucretius

Porsena contra Romam exercitum ducit pro Tarquinio

HORATIVS COCLES

reliqssent. iam plus hostiũ in Palatio: Capitolioq; q̃ in Ianiculo fore. Itaq; monere: predicare: ut pontem ferro: igni: quacunq; ui possint: interrumpant. se impetũ hostiũ: quantum corpore uno posset obsisti: excepturũ. Vadit inde in primũ aditũ pontis. insignisq; inter conspecta cedentiũ pugne terga: obuersis cominus ad ineundũ p̄lium armis: ipso miraculo audacie: obstupefecit hostes. ¶ Duos tamen cum eo pudor tenuit Sp. Lartium. Ac. T. Herminium: ambos claros genere: factisq;. Cum his primam periculi procellam. et quod tumultuosissimũ pugne erat: parumper sustinuit. deinde eos quoq; ipsos exigua parte pontis relicta: reuocantibus qui rescindebant: cedere in tutum coegit. ¶ Circunferens inde minaciter truces oculos ad proceres Etruscoꝝ: nunc singulos prouocare: nunc increpare omnes: seruitia regum superborũ: sue libertatis immemores: alienam oppugnatum uenire. ¶ Contati aliquandiu sunt: dum alius aliũ: ut p̄lium incipiant: circũspectant. Pudor deinde cõmouit aciem. et clamore sublato: undiq; in unum hostem tela coniiciunt. Que cum in obiecto cuncta scuto hesissent: neq; ille minus obstinatus ingenti pontẽ obtineret gradu: iam impetu detrudere co/nabantur uirum: cum simul fragor rupti pontis: simul clamor Romanoꝝ alacritate perfecti operis sublatus: pauore subito impetum sustinuit. ¶ Tum Cocles Tyberine inquit pater te sancte precor: hec arma: et hũc militem propitio flumine accipias. Ita: sic armatus in Tyberim desiluit. multisq; super incidẽtibus telis: incolumis ad suos tra/nauit: rem ausus plus fame habiturã ad posteros: q̃ fidei. ¶ Grata erga tãtam uirtutẽ ciuitas fuit. Statua in Comitio posita. agri quantum uno die circumarauit datum. ¶ Priuata quoq; inter publicos honores: studia eminebant. Nam in magna inopia pro domesticis copiis unusquisq; ei aliqd: fraudans seipse uictu suo: cõtulit. ¶ Porsena primo conatu repulsus: consiliis ab oppugnãda urbe: ad obsidendam uersis: presidiis in Ianiculo locatis: ipse in plano ripisq; Tyberis: castra posuit. Nauibus undiq; accitis: ad custodiendum: ne quid Romam frumenti subuehi sineret. et ut predatum milites trans flumẽ per occasionem aliis atq; aliis locis traiicerẽt. breuiq; adeo infestum omnẽ Romanum agrum reddidit: ut non cetera solum: ex agris: sed pecus quoq; omne in Vrbem compelleretur. Neq; quisquã extra portas propellere auderet. ¶ Hoc tantũ licentie Etruscis nõ metu magis: q̃ consilio cõcessum. Nanq; Valerius Consul intẽtus in occasionem multos simul et effusos improuiso adoriendi: in paruis rebus negligens ultor: grauem se ad maiora uĩdicem seruabat. Itaq; ut eliceret predatores: edicit suis postero die frequẽtes porta Esqlina: que auersissima ab hoste erat: expellerẽt pecus. scituros id hostes ratus: quod in obsidione et fame seruitia infida transfugerent. ¶ Et sc ere perfuge indicio. multoq; plures: ut in spem uniuerse prede: flumen traiiciunt. P. Valerius inde. T. Herminium: cum modicis copiis ad secũdum lapidem: Gabina uia occultum considere iubet. Sp. Largium cum expedita iuuẽtute ad portam Collinã stare: donec hostis pretereat. inde se obiicere: ne sit ad flumẽ reditus. Consulum alter T. Lucretius porta Neuia cũ aliquot manipulis militũ egressus: Ipse Valerius Celio mõte cohortes delectas educit. ¶ Hiq; p̄mi apparuere hosti. Herminius ubi tumultũ sensit: cõcurrit ex insidiis. uersisq; in Lucretiũ Etruscis terga cedit. dextra leuaq; hinc a porta Collina illinc ab Neuia redditus clamor. ¶ Ita cesi in medio predatores: neq; ad pugnam uiribus pares: et ad fugam septis omibus uiis. finisq; ille tam effuse uagãdi Etruscis fuit. ¶ Obsidio erat nihilominus. et frumẽti cum summa caritate inopia. se/dendoq; expugnaturum se Vrbem spem Porsena habebat. Cum. C. Mutius adolescẽs nobilis: cui indignum uidebatur Populum Romanum seruiẽtem: cum sub Regibus esset: nullo bello: nec ab hostibus ullis obsessum esse: liberum eũdem Populum ab iisdẽ

Statua ĩ comitio posita coclitis

Cesi etrusci p̄datores a ro.

C. MUTIUS SCEVOLA

Etruscis obsideri: quos sepe exercitus fuderit: Itaq; magno audaciq; aliquo facinore eam indignitatem uindicandam ratus: primo sua spōte penetrare in hostium castra cōstituit. Deinde metuēs: ne si Consulū iniussu: & omībus ignaris iret: forte dep̄hensus a custodibus Romanis retraheret̄ ut transfuga: Fortuna tū urbis crimē affirmante: Senatum adit. ¶ Transire inquit Tyberim Patres: et intrare si possim: castra hostium uolo. nō predo: nec populationum inuicem ultor. Maius: si dii iuuant: in animo est facinus. ¶ Approbant Patres. ¶ Abdito intra uestem ferro: proficiscitur. ¶ Vbi eo uenit: in confertissima turba: prope Regium tribunal constitit. ¶ Ibi cum stipendiū forte militibus daretur: et Scriba cū Rege sedens: pari fere ornatu: multa ageret: cū milites uulgo adirent: timens sciscitari: uter Porsena esset: ne ignorando Regem: semetipse aperiret: quis esset: quo temere traxit fortuna facinus: Scribam pro Rege obtrūcat. uadentem inde per trepidā turbā cruento mucrone sibi ipse fecerat uiam: cū cōcursu ad clamorem facto: cōprehensum Regii Satellites retraxissent. ante tribunal Regis destitutus: tū quoq; inter tātas fortune minas metuēdus magis: q̄ metuēs. ¶ Romanus sum inquit: ciuis. C. Mutium uocant. hostis hostē occidere uolui. nec ad mortē minus animi est: q̄ ad cedem fuit. Et facere: et pati fortia: Romanum est. Nec unus ego in te hos animos gessi. longus post me ordo est: idem petentium decus. proinde in hoc discrimen si iuuat accingere: ut in singulas horas capite dimices tuo. ferrum hostemq; in uestibulo habeas Regie. hoc tibi iuuentus Romana īdicimus bellum: nullā aciē: nullum prelium: timueris: Vni tibi: et cū singulis res erit. ¶ Cum Rex simul ira infēsus: periculoq; conterritus: circundari ignes minitabundus: nisi exprom eret propere: quas insidiarum minas per ambages iaceret. ¶ En tibi inq̄t: ut sentias q̄ uile corpus sit iis qui magnam gloriam uident dextramq; accenso ad sacrificium foculo inicit. Quam: cū uelut alienato ab sensu: torreret animo: prope attonitus miraculo Rex: cū ab sede sua prosiluisset: amouerìq; ab altaribus iuuenē iussisset: Tu uero abi inq̄t: in te magis: q̄ in me hostilia ausus. Iuberē macte uirtute esse: si pro mea patria ista uirtus staret. ¶ Nunc iure belli liberum te: intactum: inuiolatūq; hinc dimitto. ¶ Tunc Mutius: q̄si remunerās meritum: Quandoquidem inquit est apud te uirtuti honos: ut beneficio tuleris a me: quod minis nequisti. ccc. coniurauimus principes iuuentutis Romane: ut in te hac uia grassaremur. mea prima sors fuit: ceteri ut cūq; ceciderit primi quoad te opportunum fortuna dederit: suo quisq; tempore aderunt. ¶ Mutiū dimissum: cui postea Sceuole: a clade dextre manus: cognomētū inditū: Legati a Porsena Romā sequuti sunt. Adeo mouerat eum: et primi periculi casus: quo nihil se: preter errorem insidiatoris: texisset: et subeūda dimicatio totiens: quot coniurati sup̄essent: ut pacis conditiones ultro ferret Romanis. ¶ Iactatum in cōditionibus ne q̄cquam: de Tar/quiniis in Regnum restituendis: magis quia id negare ipse nequiuerat Tarquiniis: q̄ qđ negatū iri sibi a Romanis ignoraret. ¶ De agro Veiētibus restituēdo: impetratū Expressaq; necessitas obsides dandi Romanis: si Ianiculo presidium deduci uellent. His conditionibus composita pace: exercitum ab Ianiculo deduxit Porsena. et agro Romāo excessit. Patres. C. Mutio: uirtutis causa: Transtyberim agrū dono dedere: que postea sūt Mutia prata appellata. ¶ Ergo ita honorata uirtute: Femīe quoq; ad publica: decora excitate. Coclia uirgo una ex obsidibus: cum castra Etruscorum forte haud p̄cul ripa Tyberis locata essent: frustrata custodes: Dux agminis uirginū inter tela hostiū Tyberim tranauit. sospitesq; omnes Romam ad p̄pinquos restituit. Quod ubi Regi nuntiatū est: primo incensus ira: oratores Romam misit ad Cocliam obsidem deposcēdam. alias haud magni facere. ¶ Deinde in admiratione uersus: supra

MVTII VERBA.

Porsena legatos ad senatū mittit

COCLIA VIRGO.

Coclites: Muciosq; dicere id facinus esse. et pre se ferre: quemadmodum si non dedatur obses: pro rupto se fedus habiturum: sic deditam: inuiolatamq; ad suos remissurum. ¶ Vtrinq; constitit fides. Et Romani pignus ex federe restituerūt. et apud Regem Etruscum: non tuta solum: sed honorata etiam uirtus fuit. laudataq; uirgine: partē obsidū se donare dixit: ipsa quos uellet legeret. ¶ Productis omībus: legisse impubes dicitur: quod et uirginitati decorum: et consensu obsidum ipsorum probabile erat. eam etatē potissimum liberari ab hoste: que maxime opportuna iniurie esset. ¶ Pace redintegrata Romani: nouā in femina uirtutē nouo genere honoris: statua equestri donauere. ¶ In summa Sacra uia fuit posita uirgo insidens equo. ¶ Huic tam pacate profectioni ab urbe Regis Etrusci: abhorrēs mos traditus ab antiqs: usq; ad nostram etatem: inter cetera sollemnia manet: bona Porsene regis uendendi. ¶ Cuius originem moris necesse est: aut inter bellū natā esse: neq; omissam in pace. aut a mitiore creuisse principio: q̄ hic pre se ferat titulus: bona hostiliter uendendi. ¶ Proximum uero est: ex iis: que traduntur: Porsenam discedentem a Ianiculo: castra opulenta: conuecto ex propinquis ac fertilibus etrurie aruis commeatu: Romanis dono dedisse: inopi tū urbe ab longinqua obsidione. Ea deinde: ne populo immisso diriperentur: hostiliter uēisse: bonaq; Porsene appellata: gratiā muneris magis significāte titulo: q̄ auctionē fortune regie. que ne in potestate qdem Populi Romani esset. ¶ Omisso Romano bello Porsena: ne frustra in ea loca exercitus adductus uideretur: cum parte copiarū filium Aruntem Ariciā oppugnatū mittit. ¶ Primo aricinos res nec opinata pculerat. ¶ Arcessita deinde auxilia et a Latinis populis: et à Cumis: tantum spei fecere: ut acie decernere auderent. ¶ Prelio inito: adeo cōcitato impetu se intulerant Etrusci: ut fū/derent ipso incursu Aricinos. ¶ Cumane cohortes arte: aduersus uim usę: declinauere paululum: effuseq; prelatos hostes: conuersis signis a tergo adorte sunt. Ita in medio prope iam uictores: cesi Etrusci. ¶ Pars exigua: duce amisso: qa nullū ppius pfugium erat: Romam inermes: fortuna: ac spem supplicum: delati sunt. ¶ Ibi benigne excepti: diuisiq; in hospitia curatis uulneribus: alii pfecti domos: nūtii hospitaliū beneficio℞. ¶ Multos Rome hospitium: Vrbisq; caritas tenuit. ¶ Iis locus ad habitandum datus: quē deinde Tuscū uicū appellauere.   P. Lucretius inde et. P. Valerius Publicola consules facti. ¶ Eo anno postremum Legati a Porsena de reducendo in Regnum Tarquinio: uenerunt. ¶ Quibus cum responsum esset missurum ad Regem Senatum Legatos: Missi cōfestim honoratissimus quisq; e patribus. ¶ Non quin breuiter reddi responsum potuerit. ¶ Non recipi Reges: Ideo delectos potius patrū ad eum missos: q̄ legatis eius Rome daretur responsum: Sed ut in perpetuū eius rei mentio finiretur. neu in tantis mutuis beneficiis animi sollicitarētur: cum ille peteret: qd̄ cōtra libertatē Populi Romani eēt: Romāi: nisi in pniciem suā faciles esse uellēt: negarēt: cui nihil negatū uellēt. ¶ Nō in regno Populū Romanū: sed in libertate eē. Ita induxisse in animum hostibus potius: q̄ portas Regibus patefacere. eam esse uolūtatem omniū: ut qui libertati erit in illa Vrbe finis: idem Vrbi sit. proinde si saluam eē uellet Romā: ut patiatur: liberam esse: orare. ¶ Rex uerecundia uictus. ¶ Quando id certum atq; ob/stinatum est inquit: Neq; ego obtūdam sepius eadem neq̄cq̄ agendo. nec Tarqnios spe auxilii: quod nullum ī me est: frustrabor. alium hinc seu bello opus est: seu quieto exsilio: querant locū: ne quid meā uobiscum pacē distineat. Dictis facta amiciciora adiecit. ¶ Obsidum quod reliquū erat: reddidit. ¶ Agrum Veientē: federe ad Ianiculū icto: ademptum: restituit. ¶ Tarquinius spe omī reditus incisa: exsulatum ad generū Mamilium Octauium Tusculum abiit. ¶ Romanis pax fida ita cum Porsena fuit.

¶ Consules. M. Valerius. P. Postumius ¶ Eo anno bene pugnatum cum Sabinis. Consules triumpharunt. ¶ Maiore inde mole sabini bellum parabant. aduersus eos: et ne quid simul ab tusculo: unde etsi non apertum: suspectum tamen bellum erat: repentini periculi: oriretur. P. Valerius. T. Lucretius iterum Consules facti ¶ Seditio inter belli pacisq; autores orta: in Sabinis: aliquãtum uirium transtulit ad Romanos. Nanq;. Ap. Clausus: cui postea. Ap. Claudio fuit Rome nomẽ: cum pacis ipse autor: a turbatoribus belli premeretur: nec par factiõi eẽt: ab. Cn. Regillo: magna clientiũ comitatus manu: Romam transfugit ¶ Iis ciuitas data. agerq; trans Anienem. uetus Claudia tribus: postea nouis additis tribulibus: qui ex eo uenirent agro: appellata. Apius inter patres lectus: haud ita multo post: in principum dignationem peruenit. ¶ Consules n festo exercitu in agrum Sabinum profecti: cum ita uastatione: deinde prelio: afflixissent opes hostiũ: ut diu nihil inde rebelliõis timere possent: triũphãtes Romã redierunt. ¶ P. Valerius omniũ consensu Princeps belli: pacisq; artibus anno post: Agrippa Menenio. P. Postumio Cõsulibus: morit: gloria ingẽti: copiis familiaribus adeo exiguis: ut funeri sũptus deesset: de publico est datus. Luxere matrõe: ut Brutũ ¶ Eodem ãno due colonie Latine: Pometia et Cora ad Aurũcos deficiũt. Cum Aurũcis bellum initum. fusoq; ingenti exercitu: qui se ingredientibus fines cõsulibus ferociter obtulerat: omne aurũcum bellum pometiam compulsum est ¶ Nec magis post prelium: q̃ in prelio cedibus temperatum est. et cesi aliquanto plures erant: q̃ capti. et captos passim trucidauerunt. ne ab obsidibus qdem: q. ccc. accepti numero erant: ira belli abstinuit ¶ Et hoc anno Rome triumphatum. ¶ Sequuti Consules: Opiter Virgineus: Sp. Cassius primo Pometiam ui: deinde uineis: aliisq; operibus oppugnauerũt. In quos Aurunci: magis iam inexpiabili odio: q̃ spe aliq̃: aut occasione coacti: cum plures igni: q̃ ferro armati excurrissent: cede incẽdioq; cuncta cõplent. Vineis incensis: multis hostium uulneratis: et occisis: Consulũ quoq; alterum: sed uerũ nomen autores non adiciunt: graui uulnere ex equo deiectum: prope interfecerũt. ¶ Romam inde: male gesta re: reditum. inter multos saucios: Consul spe incerta uite relictus ¶ Interiecto deinde haud magno spatio: qđ uulneribus curãdis: supplẽdoq; exercitu: satis esset: cum ira maiore: tum uiribus etiam auctis: pometie arma illata. et cũ uineis refectis: aliaq; mole belli: iã in eo esset: ut in muros euaderet miles: deditio est facta. Ceterum nihilo minus foede: dedita urbe: q̃ si capta foret: Aurunci passim principes securi percussi: sub corona uenierunt Coloni alii. oppidum dirutum. ager uenit ¶ Consules ob iras magis grauiter ultas: q̃ ob magnitudinem perfecti belli triumpharunt. ¶ Insequens annus Postumium Cominium: et. T. Largium: Consules habuit ¶ Eo anno Rome: cum per ludos ab Sabinorum iuuentute: per lasciuiã scorta raperent: cõcursu hominum: rixa: ac prope p̃lium fuit. Paruaq; ex re: ad rebelliõẽ spectare res uidebatur ¶ Supra belli latini metum id quoq; accesserat. Quadraginta iam coniurasse populos concitante octauo manilio satis cõstabat. ¶ In hac tantarũ expectatione rerum: sollicita ciuitate: Dictatoris primum creandi: mentio orta. Sed nec quo anno: nec quibus factis Consulibus: quia ex factione Tarquiana essent. (Id quoq; enim traditur) parum creditum sit: nec quis primum Dictator sit creatus: satis constat. apud ueterrimos tantum autores. T. Largium Dictatorem primum. Sp. Cassium Magistrum equitum creatos: inuenio. Consulares legere. ita lex iubebat de Dictatore creando lata ¶ Eo magis adducor ut credam: Largium qui Consularis erat: potius: q̃. M. Valerium Fusium: Volesi nepotem: qui nõ dum Consul fuerat: moderatorem: et magistrum Consulibus appositum. Qui si maxime ex ea familia legi

---

Handwritten marginal notes:

CONS. M. valerius / p. postumius

CONS. p. valerius / T. Lucretius

APPIVS CLAVSVS q postea CLAVDVS dictus est Romã ex sabinis fugit

P. VALERIVS PVBLICOLA MORITVR PAVP. et a matronis lugetur ut brutus

pometia et cora rebellãt a r.

CONS. Opiter virgineus / Sp. cassius

pometia diruit a r. principes securi percussi coloni uenditi

CONS. postumius cominius / T. largius

T. Largius dictator

DICTATOR PRIMVS ROME LECTVS

Dictatorem uellēt: patrem multo potius. M. Valerium: spectate uirtutis Consularē
uirum legissent. ¶ Creato dictatore: primum Rome: postq̃ preferri secures uiderunt:
magnus plebem metus incessit. ut intentiores essent ad dicto parendum. neq; enim ut
in Consulibus: qui pari potestate essent: alterius auxilium: neq; prouocatio erat. neq;
ullum usquam: nisi in cura parēdi: auxilium. ¶ Sabinis etiã creatus Rome Dictator:
eo magis: quod propter se creatum crediderant: metum incussit. Itaq; Legatos de
pace mittunt. Quibus orantibus Dictatorem: senatũq;: ut ueniam erroris hominibus
adolescentibus darent: responsum: ignosci adolescentibus posse. senibus non posse: qui
bella ex bellis sererent. Actum tamen est de pace. impetrataq; foret: si quod impense
factum in bellũ erat: prestare Sabini (Id enim postulatũ erat) in animũ induxissent.
bellũ indictum. tacite ĩducie qetum animũ tenuere. ¶ Consules Seruilius Sulpitius:
M. Manlius Tullus. nihil dignum memoria actũ. T. Ebutius deinde et. C. Ve-
tusius. ¶ His Consulibus Fidene obsesse. ¶ Crustumeria capta. ¶ Preneste ab Latinis
ad Romanos desciuit. ¶ Nec ultra bellum latinum Gliscens iam per aliquot annos:
dilatum. ¶ Aurelius Postumius Dictator. T. Ebutius Magister eqtum magnis copiis
peditum: eqtumq; profecti: ad Lacum Regillũ: in agro Tusculano: agmini hostiũ
occurrerunt. Et quia Tarquinios esse in exercitu Latinorum auditum est: sustineri
ira non potuit: quin ex templo confligerent. Ergo etiam prelium aliquãto q̃ cetera
grauius: atq; atrocius fuit. non enim duces ad regendam modo consilio rem affuere:
sed suis metipsis corporibus dimicantes: miscuere certamina. nec quisquam Procerum
ferme hac: aut illa ex acie: sine uulnere: preter Dictatorem Romanum: excessit. ¶ In
Postumium: prima in acie suos adhortantem: instruentemq; Tarquinius Superbus:
quanq̃ iam etate et uiribus erat grauior: equũ infestus admisit. ictusq; a latere: cõcursu
suorum receptus in tutum est. ¶ Et ad alterum cornu Ebutius Magister equitum:
in Octauium Mamilium impetũ dederat. Nec fefellit ueniens Tusculanum Ducē.
contra quem et ille concitat equum. tantaq; uis infestis uenientium hastis fuit: Ut
brachium Ebutio traiectum sit. Mamilio pectus percussum. Hũc qdem in secundã
aciem Latini recepere. Ebutius cum saucio brachio tenere telum non posset: pugna
excessit. ¶ Latinus Dux nihil deterritus uulnere: prelium ciet. Et quia suos perculsos
uidebat: arcessit cohortem exsulum Romanorum: cui. L. Tarquinii filius preerat.
¶ Ea quoniam maiore pugnabat ira: ob erepta bona: patriamq; ademptam: pugnã
parumper restituit. ¶ Referentibus iam pedem: ab ea parte Romanis. M. Valerius
Publicole frater: conspicatus ferocem iuuenem Tarquinium: ostentantem se in prima
exsulũ acie: domestica etiã gloria accensus: ut cuius familie decus eiecti Reges erant:
eiusdem interfecti forent: subdit calcaria equo. et Tarquinium infesto spiculo petit.
¶ Tarquinius retro in agmen suorum infēso cessit hosti. ¶ Ualerium inuectũ temere:
in exsulum aciem: ex transuerso quidã adortus: transfigit. Nec quicq̃ eqtis uulnere:
equo retardato: moribundus Romanus: labentibus super corpus armis: ad terram de-
fluxit. ¶ Dictator Postumius postq̃ cecidisse talē uirũ: exsules ferociter citato agmīe
inuehi: suos perculsos cedere: animaduertit: cohorti sue: quam delecta manu: presidii
causa circa se habebat: dat signum: ut quem suorum fugientem uiderint: pro hoste
habeãt. ¶ Ita metu ancipiti uersi a fuga Romani in hostē. et restituta acies. Cohors
dictatoris tum primum preliũ init: Integris corporibus: aĩmisq; fessos adorti: exsules
cedunt. Ibi alia inter proceres coorta pugna. Imperator Latinus ubi cohortem
exsulum a Dictatore romano circumuentam uidit: ex subsidiariis manipulos aliquot
in primam aciem secum rapit. hos agmine uenietes. T. Herminius Legatus cõspicatus

CONS. Seruilius Sulpitius
M. Manlius Tullus.

CONS. T. Ebutius
C. Vetusius.

DICTATOR aurelius postumius

AD REGILLU LACU.
BELLU CONTRA SABINOS cui
tarquinius rex et filius affuit.

Ebutius magr eqtũ uulneratus

M. valerius publicole fr occidit

SATURNALIA PMU. ISTITUTA

Mamilius Tarquinii gener a T. herminio legato occidit: et ipse inter spoliādum hostis corpus uulneratus paulopost expirauit.

inter eos insignem ueste: armisq; : Mamilium noscitās: tanto ui maiore: q̃ paulo ante Magister equitum: cum hostium Duce prelium init: Vt et uno ictu: transfixū per latus occiderit Mamilium. et ipse inter spoliādum corpus hostis: ueruto percussus: cū uictor ī castra eēt relatus. inter primā curationē expirauerit. ¶Tū ad eqtes Dictator aduolat: obtestās: ut fesso iā pedite descēdāt ab eqs: et pugnā capessant. ¶Dicto pa/ruere. desiliūt ex eqs. ꝓuolāt ī primū. et ꝓ antesignanis parmas obiiciūt. ¶Recipit ex tēplo animū pedestris acies: Postq̃ iuuētutis ꝓceres: eq̃to genere pugne: secū partem ꝑiculi substinētes uidit. Tū demū impulsi Latini. Perculsaq; īclinauit acies. Eqtibus admoti equi: ut ꝑsequi hostē possent. sequuta et pedestris acies. ¶Ibi nihil: nec diuine: nec humane opis dictator pretermittens: edem Castori uouisse fertur. ac pronūtiasse militi premia: qui primus: qui secundus: castra hostium intrasset. Tantusq; ardor fuit: ut eodem impetu quo fuderant hostem: Romani: castra caperent. ¶Hoc modo ad lacum regillum pugnatum est. ¶Dictator et Magister eqtum triumphātes in urbē rediere. ¶Triennio deinde nec certa pax: nec bellum fuit. Consules. Q. Cloelius. et T. Lartius. ¶Inde. A. Sempronius: et. M. Minitius. His Consulibus edes Saturno dedicata. saturnalia institutus festus dies. A. deinde Postumius: et. T. Virgineus Cōsules facti. hoc demum anno ad regillum lacum pugnatū apud quosdā inuenio. A. Postumium: quia collega dubie fidei fuerit: se Consulatu abdicasse. dictatorem inde factum. ¶Tanti errores implicant temporum: aliter apud alios ordinatis Ma/gistratibus: ut nec qui Consules secundum quosdam: nec quid quoq; anno factū sit: in tanta uetustate: nō rerum modo: sed etiā autorū digerere possis. Ap. Claudius deinde: et. P. Seruilius Consules facti. Insignis hic annus est nuntio Tarquinii mortis. Mortuus est Cumis. quo se: post fractas opes Latinorū ad Aristodemū Tyrannū contulerat. ¶Eo nuntio erecti Patres: erecta Plebes. ¶Sed Patribus nimis luxuriosa fuit leticia. Plebi cui ad eam diem summa ope in seruitum erat: iniurie a primoribus fieri cepere. ¶Eodem āno Signia colonia: quā Rex Tarquinius deduxerat: suppleto numero colonorum: iterum deducta est. ¶Rome tribus una et. xxx. facte. ¶Edes Mercurii dedicata est Idibus maiis. ¶Cum Volscorum gēte: Latino bello: neq; pax: neq; bellum fuerat. Nam et Volsci comparauerant auxilia: que mitterent Latinis ni maturatum ab Dictatore Romano esset. et maturauit Romanus: ne prelio uno cum Latino: Volscoq; contēderet. ¶Hac ira Consules in Volscum agrum legiones duxere. Volscos consilii poenam metuentes: nec opinata res perculit. armorū imme/mores: obsides dāt. ccc. principū a Cora atq; Pometia liberos. Ita sine certamine inde abducte legiones. ¶Nec ita multo post Volscis leuatis metu: suum redit ingenium. Rursus occultum parant bellum: Hernicis ī sotietatem armoꝝ assumptis. ¶Legatos quoq; ad sollicitandum Latium: passim dimittunt. ¶Sed recens ad Regillum lacum accepta clades: Latinos ira odioq; eius: quicunq; arma suaderet: ne ab Legatis quidē uiolandis abstinuit. Comprehēsos Volscos Romam duxere. Ibi traditi Consulibus. indicatumq; est: Volscos Hernicosq; parare bellū Romāis. relata re ad Senatum: adeo fuit gratū patribus: ut et captiuoꝝ sex milia Latinis remitterent. et de foedere: quod prope in perpetuum negatum fuerat: rem ad nouos Magistratus traiicerent. ¶Enim uero tum latini gaudere facto. pacis autores in ingenti gloria esse. ¶Coronā auream Ioui donum in Capitolium mittunt. cum Legatis donoq;: qui captiuorum remissi ad suos fuerant: magna circunfusa multitudo: uenit. pergūt domos eoꝝ: apud quem quisq; seruierant. gratias agūt liberaliter habiti: cultiq; in calamitate sua. inde hospitia iungunt. ¶Nunq̃ alias ante publice priuatimq; Latinum nomen Romano

CONS. Q. cloelius / T. Lartius
CONS. A. sempronius / M. Minutius
CONS. A. postumius / T. virgineus
A. postumius collega fit abdicat q(uia) collega dubie fidei erat.
CONS. Appius claudius / p. seruilius
TARQUINIUS CUMIS MORITUR
I. et XXX. TRIBUS ROME FACTE
Latini hernicos legatos bellū ꝯ Ro. suadētes captiuos Romā ducūt

imperio coniunctius fuit. ¶ Sed et bellum Volscum imminebat. et ciuitas secum ipsa discors: intestino inter Patres: Plebemq; flagrabat odio: maxime propter nexos: ob es alienum Fremebant se foris pro libertate et imp[er]io dimicãtes: domi a ciuibus captos: et oppressos esse. tutioremq; in bello q̃ i pace: et inter hostes: q̃ inter ciues: libertatem Plebis esse. Inuidiãq; eã sua spõte gliscentẽ: insignis unius calamitas accẽdit ¶ Magno natu quidam: cum omnium maiorum suorum insignibus: se in forum proiecit. Obsita erat squalore uestis: fedior corporis habitus: pallore ac macie perẽpti. Ad hoc prolixa barba: et capilli efferauerant speciem oris. Noscitabatur tamen: in tãta deformitate. et ordinem duxisse aiebant. aliaq; militie decora uulgo miserantes eum: iactabant. Ipse testes honestarum aliquot locis pugnarũ: cicatrices aduerso pectore ostẽtabat. ¶ Sciscitantibus unde ille habitus: unde deformitas: cum circunfusa turba esset: prope in cõtionis modum ¶ Sabino bello ait se militantem: quia ꝑpter populationes agri: nõ fructu mõ caruerit: sed uilla incensa fuerit: direpta om̃ia: pecora abacta: tributũ iniquo suo temp[or]e imperatum: es alienum fecisse. Id cumulatum usuris primo se agro paterno: auitoq; exuisse. deinde fortunis aliis. postrẽo uelut tabẽ: p[er]uenisse ad corpus. ¶ Ductum se ab creditore non in seruitium. sed in ergastulum: et carnificinam. ¶ Inde ostentare tergum fedum recẽtibus uestigiis uerberum. ¶ Ad hec uisa auditaq; clamor ingens oritur. non iam foro se tumultus continet. sed passim totam Vrbem peruadit. nexu uincti: solutiq; se undiq; in publicum proripiunt. ¶ Implorant Quiritium fidẽ. ¶ Nullo loco deest seditionis uoluntarius comes. multis passim agminibus per omnes uias cum clamore curritur. ¶ Magno cum periculo suoq forte patrum in foro erant: in eam turbam inciderũt. ¶ Nec temperatum manibus foret: ni propere Consules. P. Seruilius: et. Ap. Claudius ad cõprimẽdam seditionẽ interuenissent. ¶ In eos multitu/do uersa: ostẽtare uincula sua: deformitatẽq; aliã. Hec se meritos dicere: exprobrãtes suam quisq;: alius alibi: militiam. ¶ Postulare magis minaciter: q̃ suppliciter: ut Senatũ uocarent. Curiamq;: ipsi futuri arbitri moderatoresq;. P. consilii: circũsistunt. ¶ Pauci admodum patrum: quos casus obtulerat: contracti ab consulibus. ¶ Ceteros metus: nõ curia modo: sed etiam foro: arcebat. ¶ Nec agi quicquam: per infrequentiam poterat Senatus. ¶ Tum uero eludi: atq; extrahi se multitudo putare. et Patrum q abessent: non casu: non metu: sed impediende rei causa: abesse. ¶ Et Consules ipsos tergiuersari. Nec dubie ludibrio esse miserias suas. ¶ Iam prope erat ut nec Cõsulum quidem ma/iestas coherceret iras hominũ: cũ incerti morando an ueniẽdo plus p[er]iculi cõtraherẽt: Tandem in Senatum ueniunt. ¶ Frequentiq; tandem Curia: non modo inter patres sed ne inter Consules quidem ipsos: satis conueniebat. ¶ Appius uehementis ingenii uir: Imperio Consulari rem agendam censebat. uno aut altero arrepto: quieturos alios. ¶ Seruilius lenibus remediis aptior: cõcitatos animos flecti: q̃ frangi: putabat: cũ tutius tum facilius: esse. ¶ Inter hec: maior alius terror: Latini eq[ui]tes cũ tumultuoso aduolãt nuntio. ¶ Volscos infesto exercitu ad urbem oppugnãdam uenire: Que audita adeo: duas ex una ciuitate discordia fecerat: lõge aliter Patres ac Plebẽ: affecere. Exultare gaudio Plebes. ¶ Vltores superbie Patrum adesse: dicere deos. ¶ Alius alium confirmare ne nomina darent. cum omnibus potius: q̃ solos: perituros. ¶ Patres militarẽt. ¶ Patres arma caperẽt: ut penes eosdem pericula belli: penes quos p̃mia: essent. ¶ At uero Curia mesta ac trepida ancipiti metu: et ab ciue: et ab hoste: Seruilium Consulẽ: cui ingeniũ magis populare erat: orare: ut tantis circumuentã terroribus expediret Rempublicã. Tum Consul omisso Senatu: in Contionẽ ꝑdit. ¶ Ibi. Cure esse patribus: ostẽdit: ut consulatur Plebi. Ceterum deliberationi de maxima quidem illa: sed tamen parte:

Dissesio iter p[at]res plebe[m]q[ue] ob es alie[num]

Cum[...]

Decora

Inter dissensione[m] patru[m] & pleb[is] volsci agru[m] romanu[m] inuadunt[?]

ciuitatis: metum pro uniuersa Republica interuenisse. Nec posse: cum hostes prope ad portas essent: bello preuertisse quicquam. Nec: si sit laxamenti aliquid: aut plebi honestum esse: nisi mercede prius accepta: arma pro patria non cepisse: neq; Patribus decorum satis: per metum potius: q̃ postmodum: uoluntate: afflictis ciuium suorum fortunis: cõsuluisse. ¶ Contioni deinde: edicto addidit fidẽ. quo edixit: ne quis ciuem Romanum uinctum: aut clausum teneret: quo minus ei nominis edendi: apud Consules potestas fieret. neu q̃s militis: donec in castris esset: bona possideret: aut uẽderet: liberos: nepotesue eius moraretur. ¶ Hoc proposito edicto: & q aderant nexi: profiteri ex templo nomina: et undiq; ex tota Vrbe: proripientium se ex priuato: cum retinendi ius creditori non esset: concursus in forum: ut sacramento dicerent: fieri. Magna ea manus fuit. neq; aliorum magis: in Volsco bello uirtus: atq; opera enituit. ¶ Consul copias cõtra hostẽ educit. puo dirimente interuallo: castra ponit. ¶ Proxĩa inde nocte Volsci: discordia romana freti: siqua nocturna transitio: proditioue fieri posset tentant et castra. ¶ Sensere uigiles. excitatus exercitus. signo dato concursum est ad arma. Ita frustra id inceptum uolscis fuit. reliquum noctis utrinq;: quieti datũ. ¶ Postero die prima luce Volsci: fossis repletis uallum inuadunt. ¶ Iamq; ab om̃i pte munimenta uellebantur: Cum Consul: quanq̃ cuncti undiq;: et nexi ante omnes: ut signum daret: clamabant: experiendi animos militum causa parũper moratus: postq̃ satis apparebat ingens ardor: dato tandem ad errumpendum signo: militem auidum certaminis emittit. ¶ Primo statim incursu pulsi hostes. fugientibus quoad inseq pedes potuit: terga cesa. eques usq; ad castra pauidos egit. Mox ipsa castra: legionibus circundatis: cum Volscos etiam pauor inde expulisset: capta. direptaq;. ¶ Postero die ad Suessam Pometiã: quo cõfugerant hostes: legionibus ductis: intra paucos dies oppidũ capitur. captum prede datũ. Inde paulum recreatus egẽs miles. ¶ Consul cũ magna gloria sua: uictorem exercitum Romam reducit. ¶ Decedentẽ Romã Mecetranorum Volscorum Legati: rebus suis timentes: post Pometiam captam: adeunt. His ex Senatuscõsulto data pax. ager adẽptus. ¶ Confestim et Sabini Romanos territauere. Tumultus enim fuit uerius: q̃ bellum. ¶ Nocte ĩ urbe nuntiatũ est: exercitũ Sabinũ predabundum ad Anienem peruenisse. ibi passim diripi: atq; incẽdi uillas. ¶ Missus ex templo eo cum om̃ibus copiis eqtum Aurelius Postumius: q Dictator bello Latino fuerat. sequutus Cõsul Seruilius: cum delecta peditum manu. ¶ Plerosq; palãtes eques circunuenit. Nec aduenienti peditum agmini restitit Sabina legio. fessi tum itinere: tum populatione nocturna: magna pars in uillis repleti cibo: uinoq;: uix fuge: quod satis esset: uirum habuere. Nocte una audito: perfectoq; bello Sabino: postero die in magna iam spe undiq; parte pacis: Legati Aurũci Senatũ adeunt. ¶ Ni decedat: uolsco agro: bellũ indicentes. ¶ Cũ legatis simul exercitus Auruncorum domo pfectus erat. Cuius fama haud procul iam ab Aricia uisa: tãto tumultu conciuit Romanos: ut nec consuli ordine Patres: nec pacatum responsum: arma inferẽtibus: ipsi capiẽtes: dare possent. ¶ Aritiã infesto agmine itur. Nec procul inde cũ Aurũcis signa collata. prelioq; uno debellatũ est. ¶ Fusis Auruncis: uictor tot intra paucos dies bellis Romanus. promissa Consulis: fidemq; Senatus expectabat: Cum Appius et insita supbia aĩmo: et ut College uanam faceret fidem: q̃asperime poterat: ius de creditis pecuniis dicere. deinceps et qui ante nexi fuerant creditoribus tradebantur. et nectebantur alii. Quod ubi cui militi ĩciderat: Collegam appellabat. Concursus ad Seruiliũ fiebat. illius promissa iactabant. illi exprobrabant sua qsq; belli merita. cicatricesq; acceptas. postulabant ut aut referret ad Senatum: aut ut auxilio esset: Consul: ciuibus suis:

Volsci romana castra inuadunt: repulsiq castra sua amittunt

Intra Suessã pometiã obsessi uolsci capiuntur: & diripiuntur.

Aurũci legati senatui bellũ minantur: ni agro uolsco decedatur

Aurunci uno plio debellantur.

Imperator: militibus. Mouebant Consulem hec. sed tergiuersari res cogebat. adeo in alteram causam: nó collega solum preceperat: sed omnis factio nobiliú. Ita mediú se gerẽdo: nec Plebis uitauit odiú. nec apđ Patres gratiã iniit. Patres mollẽ Consulẽ: et ambitiosum rati: Plebs fallacẽ. breuiq; apparuit eq̃sse eum Appii odiú. Certamen Consulibus inciderat: uter dedicaret Mercurii edem. Senatus a se rem ad Populum reiecit. Vtri eoꝝ dedicatio iussu populi data esset. Eum preesse annone. mercatorú collegium instituere. Sollemnia pro pótifice iussit suscipere. Populus dedicationẽ edis dat. M. Lectorio primi pili centurioni. quod facile appareret: non tam ad ho/norem eius: cui curatio altior fastigio suo data eẽt: factú: q̃ ad Consulú ignominiã. Seuire inde utiq; Cósulum alter. Patresq;. Sed Plebi creuerant animi. et lóge alia: q̃ primo instituerant: uia grassabantẽ. Desperato enim Consulú Senatusq; auxilio: cum in ius duci debitorem uidissent: undiq; conuolabant. Neq; decretum exaudiri Cósulis: pre strepitu et clamore poterat. neq; cum decreuisset: q̃squam obtẽperabat. ut agebatur. metusq; omnis: et periculum libertatis: cum in conspectu consulis singuli a pluribus uiolarentẽ: in creditores a debitoribus uerterant. Super hec timor incessit Sabini belli. delectuq; decreto: nemo nomen dedit: furente Appio: et insectãte am/bitionem College: q populari silentio: Rempublicam proderet. et ad id ꝙ de credita pecunia ius nó dixisset: adiceret: ut ne delectú quidem ex Senatus Cósulto haberet. non esse tamen om̃ino desertam Rempublicam neq; proiectú Consulare imperium. se unum et sue: et Patrum maiestatis uindicem fore. Cum circunstaret quottidiana multitudo: licentia accensa: arripi unum insignem ducem seditionum iussit. Ille cum a lictoribus iam traheretur: prouocauit. Nec cessisset prouocatiói Consul: quia nó dubium erat populi iudicium: nisi egre uicta pertinatia foret: Consilio magis: et au/toritate Principum: q̃ Populi clamore: adeo superant animi ad sustinendam inuidiã. Crescere inde malum indies. nó clamoribus modo apertis: sed: qđ multo perniciosius erat: secessione: occultisq; colloquiis. Tandem inuisi Plebi Consules Magistratu abeunt. Seruilius neutris: Appius patribus mire gratus. A. Verginius inde: et. T. Ve/tusius Cósulatum ineunt. Tum uero Plebs incerta: quales habitura Consules esset: cetus nocturnos: pars Esquiliis: pars in Auentino: facere: ne in foro subitis trepidaret consiliis. et omnia temere: ac fortuito ageret. Eam rẽ cósules rati: ut erat: pnitiosam: ad Patres referunt. Sed delatã: cósulere ordine: nó licuit. Adeo tumultuose excepta est: clamoribus undiq;: et indignatióe Patrum: si qđ Imperio Consulari exequendú esset: inuidiam eius Consules ad Senatum reiicerent. profecto si essent in Republica Magistratus: nullum futurum fuisse Rome: nisi Publicum Consilium. nunc in mille Curias cótionesq;: cum alia in Esquiliis: alia in Auentino fiant Concilia: dispersam: & dissipatam esse Rempublicam. unum Hercule uirum: id enim plus esse: q̃ Consulem: qualis. Ap. Claudius fuerit: momento temporis: discussurum illos cetus fuisse. Cor/repti Consules: cum qd ergo se facere uellẽt: nihil enim segnius molliusue: q̃ Patribus placeat: acturos: percontarentur: Decernunt: ut delectum q̃acerrimum habeãt. ocio lasciuire Plebem. Dimisso Senatu: Consules in tribunal ascendút. citant nominatim iuniores. Cum ad nomen nemo respóderet: circunfusa multitudo in Cótionis modú: negaret ultra decipi Plebem posse: nunq̃ unum militem habituros: ni prestaretẽ fides publica. Libertatẽ unicuiq; prius reddendã esse q̃ arma dãda: ut ꝓ patria: ciuibusq;: non pro dominis pugnent. Consules quid mandatum esset a Senatu: uidebant. sed eorum: qui intra parietes Curie ferociter loquerentẽ: neminem adesse inuidie sue par/ticipem. et apparebat atrox cum plebe certamen. Prius itaq;: q̃ ultima experirentẽ:

p. Servilius consul ingratus fit plebi

Dedicatio edis mercurij a populo data est · M · Lectorio ·

DISSENSIO · PLEBIS ·

CONS · A · Virginius · T · Vetusius

Senatum iterum cósulere placuit. ¶ Tum uero ad sellas Consulũ prope cóuolauere minimus quisq; natu Patrum. abdicare consolatu iubentes. et deponere imperium: ad quod tuendum: animus deesset. ¶ Vtraq; re satis experta: Tum demum Consules. ¶ Ne predictum negetis Patres Consulti: adest ingens seditio. postulamus ut ii: qui maxime ignauiam increpant: assint nobis: habentibus delectum. cuiuscunq; acerrimi arbitrio: quãdo ita placet: rem agemus. ¶ Redeunt in tribunal. Citari nominatim unum ex iis: qui in conspectu erant: dedita opera: iubent. cum staret tacitus: et circa eum aliquot hominum: ne forte uiolaretur: cóstituisset globus: Lictorem ad eum Consules mittũt. Quo repulso. ¶ Tum uero indignum facinus clamitantes: q Patrũ Cósulibus aderant: deuolãt de tribunali: ut lictori auxilio eẽnt. Sed ab lictore nihil aliud: q̃ ꝓhendere probibito: cum cóuersus in Patres impetus esset: Consulum intercursu: rixa sedata est. In qua tamen sine lapide: sine telo: plus clamoris: q̃ iniurie fuerat. ¶ Senatus tumul/tuose uocatus: tumultuosius consulitur. Questionẽ postulãtibus iis: q pulsati fuerãt: decernente ferocissimo quoq;: non sententiis magis: q̃ clamore: et strepitu. ¶ Tandem cũ ire resedissent: exprobrantibus Consulibus: nihilo plus sanitatis in Curia: q̃ in foro esse: ordine Cósuli cepit. ¶ Tres fuere sententie. P. Verginius: rem nó uulgabat. ¶ De iis tantum qui fidem sequuti. P. Seruilii Consulis: Volsco: Aurũco: Sabinoq; mili/tassent bello: agendum censebat. T. Largius nó id tẽpus esse: ut merita tantummó exoluerẽtur. totam Plebẽ ere alieno demersam esse. nec sisti posse: ni oĩbus consulatᷓ. quin si alia aliorum sit conditio: accendi magis discordiam: q̃ sedari. Ap. Claudius: et natura immitis: et efferatus: hinc Plebis odio: illinc Patrum laudibus: non miseriis ait: sed licentia tantum concitum turbarum. et lasciuire magis Plebem: q̃ seuire. Id adeo malum ex prouocatione natum. Quippe minas esse Consulum: non Imperium. ubi ad eos: qui una peccauerint: prouocare liceat. Age dum inquit Dictatorem: a quo prouocatio non est: creemus. Iam hic: quo nũc oĩa ardent: cóticesset furor. pulset tum mihi lictorem: qui sciet ius de tergo: uitaq; sua penes unum illum eẽ: cuius ma/iestatẽ uiolauit. ¶ Multis: ut erat: horrida: et atrox uidebatᷓ Appii sentẽtia. ¶ Rursus Verginii Largiiq; exemplo: haud salubrem utiq; Largii putabant sententiam: que totam fidem tolleret. ¶ Medium maxime et moderatum utroq; consilium Verginii habebatur. ¶ Sed factione: respectuq; rerum priuatarũ: que semp offecere: officiẽtq; publicis consiliis: Appius uicit. ac prope fuit: ut dictator ille idem crearetur. Que res utiq; alienasset Plebem: periculosissimo tempore: cum Volsci: Equiq;: et Sabini: forte una omnes in armis essent. ¶ Sed cure fuit Consulibus: et senioribus Patrũ: ut impium suo uehemens: mansueto permitteretur ingenio. M. Valerium Dictatorem: Volesi filium: creant. ¶ Plebs etsi aduersus se creatum Dictatorem uidebat: tamen cum pro/uocationem fratris lege haberet: nihil ex ea familia triste: nec superbum timebat.

DICTATOR · M · VALERIUS VOLESI filius creatur ·

¶ Edictum deinde a Dictatore propositum: cófirmauit animos: Seruilii fere cósulis edicto conueniens. Sed homini: ac potestati melius rati credi: omisso certamine noĩa dedere. ¶ Quantus nunq̃ ante: exercitus: legiones decem: effecte. ¶ Terne inde date consulibus. quattuor dictatori. ¶ Nec poterat iam bellũ differri. Equi Latinũ agrũ inuaserant. ¶ Oratores latinorum a Senatu petebãt: ut aut mitterent subsidium: aut se ipsos tuendorum finium causa: capere arma sinerent. ¶ Tutius uisum est: defendi inermes Latinos. q̃ pati retractare arma. ¶ Vetusius Consul missus est. Is finis popu/latiõibus fuit. Cessere Equi campis. locoq; magis: q̃ armis freti: summis se iugis montiũ tutabantur. ¶ Alter Consul in Volscos profectus: ne et ipse tereret tempus: uastandis maxime agris: hostem ad conferenda ꝓpius castra: dimicandũq; acie: exciuit. Medio

inter castra campo: ante suum quisq; uallum infestis signis constitere ¶ Multitudine aliquantum Volsci superabant. Itaq; effusi: et contemptim pugnam iniere ¶ Consul Romanus: nec promouit aciẽ. nec clamorẽ reddi passus: defixis pilis: stare suos iussit. Vbi ad manum uenisset hostis: tum cohortes: tota ui gladiis rem gerere. Volsci cursu et clamore fessi: cũ se: uelut stupẽtibus metu: ĩtulissent Romanis: Postq̃ impressionẽ sensere ex aduerso factam: et ante oculos micare gladios: haud secus: q̃ si insidias inci/dissent: turbati: uertunt terga ¶ Et ne ad fugam satis quid uirium fuit: quia cursu in prelium ierant ¶ Romani contra: quia in principio pugne quieti steterant: uigentes corporibus: facile adepti fessos: et castra impetu ceperunt. Et castris exutum hostem Velitras persequuti: uno agmine uictores: cum uictis in urbem irrupere. plusq; ibi sanguinis: promiscua omnium generum cede: q̃ ĩ ipsa dimicatione: factum ¶ Paucis data uenia: q inermes in deditionẽ uenerunt. ¶ Dũ hec in uolscis geruntˀ: Dictator Sabinos: ubi lõge plurimũ belli fuerat: fũdit. fugatq;. exuit castris ¶ Eq̃tatu misso mediam turbauerat hostium aciem. qua: dum se cornua latius pandunt: parum apte introrsus ordinibus aciem firmauerant ¶ Turbatos: pedes inuasit. eodẽ impetu: castra capta. debellatumq; est. Post pugnam ad Regillum lacum: non alia illis ãnis pugna clarior fuit. ¶ Dictator triumphans Romam inuehitur ¶ Super solitos honores locũ in Cyrco ipsi: posterisq; ad spectaculum datus. Sella in eo loco curulis posita. Volscis deuictis Velitrinus ager adẽptus. ¶ Velitras coloni ab urbe missi. et Colonia deducta. ¶ Cum Equis post aliq̃nto pugnatum est. inuito quidem Consule: quia loco iniquo subeundum erat ad hostes. sed milites extrahi rem criminantes: ut Dictator priusq̃ ipi redirent ĩ urbẽ: Magistratu abiret: irritaq; sicut ante Consulis: ꝑmissa eius caderẽt: pepulerũt: ut forte temere: in aduersos montes agmen erigeret. ¶ Id male cõmissum: ignauia hostium ĩ bonum uertit. qui priusq̃ ad coniectum teli uenirẽt: obstupefacti audacia Romanorum: relictis castris: que munitissimis tenuerant locis: in aduersas ualles desiluere. ubi satis p̃de: et uictoria incruẽta fuit ¶ Ita trifariam: re bello bene gesta: de domesticarum rerum euẽtu: nec Patribus: nec Plebi: cura decesserat. Tanta: cum gratia: tum arte preparauerant feneratores: q̃ non modo Plebem: sed ipsum etiã Dictatorem frustrarentur. ¶ Nanq; Valerius: post Vetusii Consulis reditum: omniũ actionum in Senatum primam habuit: pro uictore Populo. retulitq; quid de nexis fieri placeret. Que cum reiecta relatio esset ¶ Non placeo inquit concordie autor. optabitis medius fidius ꝑpediẽ: ut mei similes Rõana Plebes patronos habeat. Quod ad me attĩet: neq; frustrabor ultra ciues meos. neq; ipe frustra Dictator ero. discordie intestine: bellum externum: fecere: ut hoc magistratu ageret Respublica pax foris parta est. domi impeditur. priuatus potius: q̃ Dictator seditioni interero ¶ Ita curia egressus: Dictatura se abdicauit ¶ Apparuit causa Plebis suã uicem indignantem: Ma/gistratu abisse. Itaq; uelut ꝑsoluta fide: quoniã per eum nõ stetisset: q̃n ꝑstaretur: decedẽtem domum cum fauore: ac laudibus prosequuti sunt. ¶ Timor inde Patres incessit: ne si dimissus exercitus foret: rursus cetus occulti: coniurationesq; fierẽt. Itaq; quanq̃ per Dictatorem delectus habitus esset: tamẽ quia in Consulũ uerba iurassent: sacramento teneri militem rati: per causam renouati ab Equis belli: educi ex urbe le/giones iussere ¶ Quo facto: maturata est seditio. Et primo agitatũ dicitˀ de Consulũ cede: ut soluerentur sacramento. ¶ Doctos deinde: nullam scelere religionem exolui: Sicinio quodam autore: iniussu Consulum: in sacrum montem recessisse Transanienẽ amnem tria ab urbe milia passuum ¶ Ea frequentior fama est. q̃ cuius Piso autor est: in Auentinum secessionem factam esse. ¶ Ibi sine ullo duce: uallo fossaq; communitis

castris: quieti: rem nullam: nisi necessariam ad uictum: sumẽdo: per aliquot dies: neq; lacessiti: neq; lacessentes: sese tenuere. ¶ Pauor ingens in urbe. metuq; mutuo suspensa erant omnia. ¶ Timere relicta ab suis Plebes uiolentiã Patrũ. ¶ Timere Patres residem in urbe Plebem. incerti manere eam: an abire mallent. q̃diu enim tranquillam que secesserat multitudinem fore? Quid futurum deinde siquod externum interim bellũ existat? Nullam profecto: nisi in cõcordia ciuium spem reliquam ducere. Eam per equa: per iniqua: reconciliandam ciuitati esse. ¶ Placuit igitur oratorem ad Plebem mitti. ¶ Menenium Agrippã facundum uirum. Et ꝙ inde oriundus erat: Plebi carũ. ¶ Intromissus in castra: prisco illo dicendi: et horrido mõ: nihil aliud: q̃ hoc narrasse fertur. ¶ Tempore quo in homine: non ut nunc: omnia in unum consentiebant: sed singulis membris: suum cuiq; cõsilium: suus sermo fuerat: indignatas reliquas partes: sua cura: suo labore: ac ministerio uẽtri omnia queri: Ventrem in medio quietum: nihil aliud: q̃ datis uoluptatibus frui: conspirasse inde: ne manus ad os cibum ferrẽt. nec os acciperet datum. nec dentes conficerent. Hac ira: dum uentrem fame domare uellẽt: ipsa una membra: totumq; corpus ad extremã tabem uenisse. Inde apparuisse uẽtris quoq; haud segne ministeriũ esse. nec magis ali: q̃ alere: eum reddentẽ in om̃es corpis partes: Hunc: quo uiuimus uigemusq; diuisum pariter in uenas maturum: confecto cibo: sanguinem. ¶ Comparando hinc: q̃ intestitina corpis seditio similis esset ire Plebis in Patres: flexisse mentes hominum. Agi deinde de concordia ceptum. concessumq; in conditones: ut Plebi sui magistratus essent: sacrosancti: quibus auxilii latio: aduersus consules esset. ¶ Neue cui patrum capere eum magistratũ liceret. Ita Tribuni Plebei creati duo. C. Licinius: et. L. Albinus. ¶ Hi tres collegas sibi creauerũt. In his Siciniũ fuisse: seditionis autorem. De duobus: qui fuerint: minus conuenit. Sunt qui duos in sacromonte creatos Tribunos esse dicant. Ibi sacratã legem latã: per secessionẽ Plebis.

Sp. Cassius: et Postumius Cominius Consulatũ inierũt. His Cõsulibus cũ Latinis populis ictum fedus. ¶ Ad id feriendum consul alter Rome mansit. ¶ Alter ad Volscũ bellum missus: Antiates Volscos fundit. fugatq;. Compulsos in oppidum Longulam persequutus: menibus potitur. ¶ Inde protinus Mucamitem Volscorum capit. Tum magna ui adortus est Coriolos. ¶ Erat tũ ĩ castris inter ꝓmores iuuenũ. Cn. Martius adolescens: et cõsilio: et manu promptus: cui cognomẽ postea Coriolano fuit. Cum subito exercitum Romanũ Coriolos obsidẽtem: atq; ĩ oppidanos: quos intus clausos habebat intentũ: sine ullo metu: extrinsecus imminẽtis belli: Volsce legiones: ꝓfecte ab Antio inuasissent: eodemq; tempore: ex oppido erupissent hostes: forte in statiõe Martius fuit. ¶ Is cum delecta militum manu nõ modo impetũ erumpentiũ retudit: sed per patentem portam ferox irrupit. Cedeq; in proxima urbis facta: ignẽ temere arreptum imminentibus muro edificiis iniecit. Clamor inde oppidanorum mixtus puerili: muliebriq; ploratu: ad terrorẽ: ut solet ꝑmo ortu: et Romanis auxit animũ: et turbauit Volscos: ut pote capta urbe: q ad ferendã opẽ uenerant. ¶ Ita fusi Volsci Antiates. Corioli oppidum captũ. ¶ Tantũq; sua laude obstitit fame Consulis: Martius: ut nisi fedus cum Latinis colũna enea in sculptũ monumẽto esset: ab. Sp. Cassio: unoq; collega fuerat ictum. C. Postumium bellum gessisse cũ Volscis: memoria cessisset. ¶ Eodem ãno Agrippa Menenius moritur: uir omni uita pariter Patribus: ac Plebi carus. Post secessionẽ Plebi carior factus. ¶ Huic interpreti: arbitroq; cõcordie ciuiũ: legato patrũ ad Plebẽ: reductori plebis romane: sumptus funeri defuit. extulit eũ plebs sextãtibus collatis in capita. ¶ Consules deinde. T. Greganius. P. Minutius facti. Eo anno cum et foris qeta omnia bello essent: et domi sanata discordia: aliud

Menenius Agrippa plebẽ reducit

TRIBUNI PLEBIS PRIMV CREATI C. Licinius L. Albinus Sicinius [illegible]

CONS. Sp. cassius postumus cominius

extrinsecus

CN. MARTIUS CORIOLANUS

Agrippa menenius moritur

multo grauius malum ciuitatem inuasit. Caritas primū ānone: ex incultis p secessionē
Plebis agris: fames deinde qualis clausis solet. ¶ Ventumq; ad interitum seruitiorum utiq;:
et Plebis esset: ni Consules prouidissent: dimissis passim ad frumentum coemendum: nō
in Etruriā modo: dextris ab ostia littoribus: leuoq; per Volscos mari: usq; ad Cumas.
Sed quesitum in Sicilia quoq;: adeo finitimorum odia: longinquis coegerant indigere
auxiliis. ¶ Frumentum cum Cumis coemptum esset: naues pro bonis Tarquiniorum
ab Aristodemo Tyranno: qui heres erat: retente sunt. in Volscis Pomptinoq; ne emi
quidem potuit. Periculū quoq; ab impetu hominum ipsis frumentatoribus fuit. ¶ Ex
Etruscis frumentum Tyberi uenit. Eo substentata est Plebs. ¶ Incommodo bello: in
tam arctis commeatibus: uersati forent: ni Volscos iā mouētes arma pestilentia ingēs
inuasisset. Ea clade conterritis hostium animis: ut etiam: ubi ea remisisset: terrore
aliquo tenerentur: Et Velitris auxere numerum colonorum Romani. et Norbe in
montes nouā coloniam: que arx in Pomptino esset: miserūt. .M. Minutio deinde:
et. A. Sempronio Consulibus magna uis frumenti ex Sicilia aduecta. agitatumq; in
Senatu quantum Plebi daretur. ¶ Multi uenisse tempus premende Plebis putabant.
recuperandiq; iura: que extorta secessione. ac ui Patribus essent. ¶ In primis Martius
Coriolanus: hostis Tribunitie potestatis. ¶ Si annonam inquit ueterem uolunt: ius
pristinum reddāt Patribus. Cur ego Plebeios magistratus: cur Siciniū pollentē uideo:
subiugum missus: tanq̃ a latrōibus redēptus? Ego ne has indignitates diutius patiar:
q̃ necesse est? Tarquinium Regem qui non tulerim: Sicinium feram? secedat nunc.
auocet plebem. patet uia in Sacrum montē: aliosq; colles. Rapiant frumēta ex agris
nostris: quēadmodum tertio anno rapuere. Vtantur annona: quā furore suo fecere.
audeo dicere hoc: malo domitos ipsos potius cultores agrorum fore: q̃ ut armati per
secessionem coli prohibeant. ¶ Haud tam facile dictu est: faciendum ne fuerit: q̃ po/
tuisse arbitror fieri: ut conditionibus lassandi annonam: et tribunitiam potestatem:
et omnia inuitis iura imposita: Patres demerēt sibi. ¶ Et Senatui nimis atrox uisa sen/
tentia est: et Plebē ire ꝑpe armauit. fame iā se: sicut hostes peti. cibo uictuq; fraudari.
peregrinum frumentum: que sola alimēta ex insperato fortuna. dederit: ab ore rapi:
nisi. Cn. Martio uincti dedātur Tribuni. nisi de tergo Plebis Romane satis fiat. eum
sibi carnificem nouum exortum: qui aut mori: aut seruire iubeat. ¶ In exeuntem e
curia impetus factus esset: ni per opportune tribuni diē dixissēt. Ibi ira est suppressa.
se iudicem quisq;. se dominum uite necisq; inimici factum uidebat. ¶ Contemptū primo
Martius audiebat minas Tribunitias. Auxilii nō pene ius datū illi potestati. Plebisq;
nō patrum tribunos esse. ¶ Sed adeo coborta erat infensa Plebs: ut unius pene defū/
gendum esset patribus. ¶ Restiterūt tamē aduersa inuidia. usiq; sunt: qua suis quisq;:
qua totius ordinis uiribus. Ac primo tēptata res est: si dispositis clientibus absterrēdo
singulos a contionibus: conciliisq; disiicere rē possent. ¶ Vniuersi deinde processere.
¶ Quicquid erat Patrum: reos diceres: precibus plebem exposcentes: Vnum sibi ciuem:
unum Senatorem si innocentem absoluere nollent: pro nocente darēt. ¶ Ipse cum die
dicta nō adesset: perseueratum in ira est. ¶ Dampnatus absens: In Volscos exulatum
abiit: minitans patrie: hostilesq; iam tum spiritus gerens. ¶ Venientem Volsci benigne
excepere. benigniusq; in dies colebant: quo maior ira in suos eminebat. Crebreq; nunc
querele: nunc mine precipiebātur. ¶ Hospitio utebatur Actii Tullii. Longe is tum
princeps Volsci nominis erat: Romanis semper infestus. ¶ Ita cum alterū uetus odiū:
alterum ira recens stimularet. Consilia conferūt: de Romano bello. haud facile cre/
debant plebē suam impelli posse: ut totiens infeliciter tēptata arma: caperēt. multis

Maxima. fames. et. anone caritas
Rome. itum ī Siciliā.

Aristodemus tyrannus cumanus rō naues retin

Cons. M. Minutius
A. Sempronius.

Coriolani orō ꝯ plebē

Dicta dies coriolano a tr. pl.

Coriolanus uolscos peculat

sepe bellis: pestilentia postremo amissa iuuentute: fractos spiritus esse. arte agendum in exoleto iam uetustate odio: ut recenti aliqua ira exacerbarent animi. ¶Ludi forte ex instauratiõe Magni Rome parabant. Instaurandis hec causa fuerat ludis. mane seruum quidam paterfamilie: nondum commisso spectaculo: sub furca cesum medio egerat cyrco. Cepti inde ludi: uelut ea res nihil ad religionem pertinuisset. Haud ita multo post. T. Latino de Plebe homini somniũ fuit. ¶Visus Iupiter dicere: sibi ludis presultorem displicuisse. nisi magnifice instaurarẽtur. ii ludi: periculum urbi fore. iret. ea Consulibus nuntiaret: quanq̃ haud sane liber erat religione animus: uerecundia tamen maiestatis magistratuũ: timorem uicit: ne in ora hominum ꝑ ludibrio abiret. Magno illi ea cõtatio stetit. filiũ nanq; intra paucos dies amisit. Cuius repẽte cladis: ne causa dubia esset: egro animi eadem illa ĩ somnis obuersata species: uisa est rogare. ¶Satin magnam spreti numinis haberet mercedem? maiorem instare ni eat propere: ac nuntiet consulibus. ¶Iam presentior res erat. ¶Contantem tamen ac prolatantem ingẽs uis morbi adorta est: debilitate subita. Tum enim uero deorum ira admonuit. ¶Fessus igitur malis preteritis: instantibusq; consilio propinquorum adhibito: Cum uisa: atq; audita: et obuersatum totiẽs somno Iouẽ: minas: irasq; celestes: repsentatas casibus suis exposuisset: Consensu inde haud dubio omnium: qui aderant: in forum ad Consules lectica defertur. Inde in curiam iussu Cõsulis delatus: eadẽ illa: cũ patribus: ingenti omnium admiratione enarrasset: ecce aliud miraculum: qui captus omnibus mẽbris: delatus in curiam esset: eum functũ officio pedibus suis domũ redisse: traditũ memorie ẽ. ludi q̃ ãplissimi ut fierẽt: Senatus decernit. ¶Ad eos ludos auctore Actio Tullio uis magna Volscorum uenit. priusq̃ committerẽtur ludi: Tullius: ut domi cõ/positum cũ Martio fuerat: ad consules uenit. ¶Dicit esse: que secreto agere de Repu. uelit. ¶Arbitris remotis. ¶Inuitus inquit: ꝙ sequius sit: de meis ciuibus loquor. nõ tamẽ admissum quicquam ab iis: criminatum uenio. Sed cautum: ne admittãt. nimio plusq̃ uelim: nostroꝝ ingenia sunt mobilia. multis id cladibus sensimus. quippe q nõ nostro merito: sed uestra patientia incolumes sumus. Magna hic Volscorum multitudo est. Ludi sunt. spectaculo intenta ciuitas erit. Memini quid per eandem occasionem: ab Sabinorum iuuentute in hac urbe commissum sit: Horret animus: ne quid incõsulte ac temere fiat. hec nostra uestraq; causa primum dicenda uobis consulibus ratus sum. ¶ꝙ ad me attinet: ex templo hinc domum abire: in animo est: ne cuius facti: dictiq; cõtagione presens uioler. ¶Hec loquutus abiit. ¶Consules cum ad Patres rem dubiam: sub autore certo detulissent: autor magis: ut fit: q̃ res: ad precauendum: uel ex super uacuo: mouit. factoq; Senatus consulto: ut urben excederent Volsci: precones dimit/tuntur: qui omnes proficisci ante noctẽ iuberent. ¶Ingens pauor primo discurrentes ad suas res tollendas in hospitia perculit. ¶Proficiscentibus deinde indignatio oborta: ut consceleratos: cõtaminatosq; ab ludis: festis diebus: cetu quodammodo hominum: deoꝝq; abactos. ¶Cum prope continuato agmine irent: Pregressus Tullius ad caput Ferentinum: ut quisq; eueniret: primores eorum excipiens: querendo: indignandoq; et eos ipsos sedulo audientes secũda ire uerba: et ꝑ eos multitudinẽ aliã: in subiectum uie campum deduxit. Ibi in contionis modum: orationem exorsus: Veteres populi Romani iniurias: cladesq; gentes uolscorum: ut omnia inquit obliuiscamini alia: ho/diernam hanc contumeliam: quo tandem animo fertis? qua per nostram ignominiã ludos commisere? an non sensistis triumphatum hodie de uobis esse? ¶Vos omnibus ciuibus: peregrinis: tot finitimis populis: spectaculo abeuntes fuisse? uestras coniuges: uestros liberos: traductos per ora hominum? Quid eos: qui audiuere uocem preconis?

quid qui uos uidere abeuntes? Quid eos qui huic ignominioso agmini fuere obuii: existimasse putatis: nisi aliquod profecto nephas esse? ꝙ si intersimus spectaculo: ui/ olaturi simus ludos: piaculumq; merituri: ideo nos ab sede piorum: cetu: concilioq; abigi. ¶ Quid deinde illud: nõ succurrit uiuere nos: qui maturauimus ꝓficisci? si hec ꝓfectio: et non fuga est. et hanc Vrbem uos non hostium ducetis: ubi si unum diem morati essetis: moriendum omnibus fuit? et bellum uobis indictum est: magno illorum malo: qui indixere: si uiri estis. ¶ Ita: et sua spõte irarũ pleni: et incitati: domos inde digressi sunt. instigandoq; suos quisq; populos: effecere: ut omne Volscum nomen deficeret. ¶ Imperatores ad id bellum de omnium populorum sententia lecti: Actius Tullius: & Cn. Martius exsul Romanus: i quo aliq̃nto plus spei repositum. Quam spẽ neq̃quã fefellit: ut facile appareret: ducibus ualidiorem: q̃ exercitu: rem romanã eẽ. ¶ Circeios ꝓfectus primũ colonos: inde romanos expulit. liberamq; eam urbẽ Volscis tradidit. ¶ Inde in Latinam uiam transuersis tramitibus transgressus: Satricum: Lõgulam: Polustiã: Coriolos: Nouellã: hec Romanis oppida ademit. Inde Lauiniũ recipit. Tunc deinceps Corbionem. Veteliam. Trebium: Labicos: Pedum: cepit. ¶ Postremũ ad Vrbem: a Pedo ducit. et ad fossas. C. L. Vuillas quinq; ab urbe milia passuũ castris positis. populat̃ inde agrũ Romanũ: custodibus inter populatores missis: q Patriciorũ agros intactos seruarent. siue infensus magis Plebi: siue ut discordia inter Patres Ple/ bemq; oriretur. ¶ Que profecto orta esset (adeo Tribuni ferocẽ p se Plebẽ criminãdo in primores ciuitatis instigabãt) Sed externus timor: maximum concordie uinculũ: q̃uis suspectos infestosq; inter se iungebat animos. ¶ Id modo: non conueniebat: qđ Senatus Consulesq; nusquam alibi spem: q̃ in armis ponebant. Plebes omnia: q̃ bellũ: malebat. Sp. Naucius iam et Sex. Furius Consules erant. eos recẽsentes legiones: presidia per muros aliaq; in qbus stationes: uigiliasq; esse placuerat: loca distribuẽtes: multo ingens pacem poscentiũ multitudo primũ seditioso clamore cõterruit. Deinde uocare Senatum. referre de legatis ad Cn. Martium mittendis: coegit. ¶ Acceperunt relationem Patres: postq̃ apparuit labare Plebis animos. missiq; de pace ad Martium oratores. ¶ Atrox responsum retulerunt. Si uolscis ager redderetur: posse agi de pace. si preda belli per ocium frui uelint: memorem se: et ciuiũ iniurie: et hospitũ beneficii: adnisurum ut appareat: exsilio sibi irritatos: nõ fractos animos esse. ¶ Iterum deinde iidem missi: non recipiuntur in castra. ¶ Sacerdotes quoq; suis insignibus uelatos isse supplices ad castra hostium: traditũ est. nihilomagis: q̃ legatos flexisse animũ. ¶ Tum Matrone ad Veturiam matrem Coriolani: Volumniamq; uxorem: frequẽtes coeũt. Id Publicum cõsilium: An muliebris timor fuerit: parum inuenio. ¶ Per uicere certe ut et Veturia magno natu mulier: et Volumnia duos paruos ex Martio ferẽs filios secum: in castra hostium irent. Et quam armis uiri defendere Vrbem non possent: mulieres precibus: lachrimisq; defenderent. ¶ Vbi ad castra uentum est: nuntiatumq; Coriolano est adesse ingẽs mulierum agmẽ: ut q nec publica maiestate in Legatis: nec in Sacerdotibus: tanta effusa oculis: animoq; religione: motus esset: multo obsti/ natior aduersus lachrymas muliebres erat. ¶ Deinde familiarium quidam: qui insignẽ. mesticia ĩter ceteras cognouerat Veturiam: inter nurum nepotesq; stãtem. ¶ Nisi me frustrantur inquit oculi: Mater tibi: coniunxq; assunt: et liberi. ¶ Coriolanus propere ut amens: cõsternatus: ab sede sua: cũ ferret matri obuie cõplexum. ¶ Mulier in iram ex precibus uersa. ¶ Sine prius q̃ complexum accipio: sciam ĩquit: ad hostem: an ad filiũ uenerim. captiua mater ne ĩ castris tuis sim. In hoc me lõga uita infelix senecta: traxit: ut exsulem te: deinde hostem uiderem? potuisti populari hanc terram: que te

Coriolanus dux volscorum ... intra oppida rom. ademit

CORBIO

VETVRIA · MATER CORIOLANI · VOLVMNIA · VXOR

veturie verba

genuit? atq; aluit? non tibi: quamuis infesto animo: et minaci perueneras: ingredienti
fines: ira cecidit? non cum in cõspectu Roma fuit: succurrit. intra menia illa domus:
ac penates mei sunt? mater. coniunx. liberiq;? Ergo ego nisi peperissem: Roma non
oppugnaretur? nisi filiũ haberẽ: libera in libera patria mortua essem. ¶ Sed ego nihil
iam pati: nec tibi turpius: q̃ mihi miserius possum. nec ut sim miserrima: diu futura sũ.
De his uideris: quos si pergis: aut immatura mors: aut longa seruitus manet. ¶ Vxor
deinde ac liberi ãplexi. fletusq; ab omni turba mulierum ortus. et comploratio sui:
patrieq;: fregere tandem uirum. ¶ Complexus inde suos: dimittit. ¶ Ipse retro ab urbe
castra mouit. ¶ Abductis deinde legionibus ex agro Romano: inuidia rei oppressum
perisse: tradunt: alii: alio leto. ¶ Apud Fabium longe antiquissimum autorem usq; ad
senectutẽ eundẽ uixisse inuenio. Refert certe hanc sepe eũ: exacta etate: usurpasse
uocẽ: multo miserius seni exsilium esse. ¶ Non inuiderunt laudes suas mulieribus uiri
Romani. adeo sine obtrectatione glorie aliene uiuebatur. Monumento quoq; qđ
esset: templum muliebri Fortune edificatũ: dedicatũq; est. ¶ Rediere deinde Volsci:
adiũctis Equis: in agrum Romanum. Sed Equi Actium Tullium haud ultra tulere
ducem. ¶ Hinc ex certamine Volsci Eq̃ne Imperatorem coniuncto exercitui darẽt:
seditio: deinde atrox prelium ortum. ¶ Ibi fortuna Populi Romani duos hostium
exercitus: haud minus pernitioso: q̃ pertinaci certamine confecit. ¶ Consules. T. Si-
cinius et. C. Aquilius. ¶ Sicinio Volsci. ¶ Aquilio Hernici: Nam ii quoq; ĩ armis erant:
Prouintia euenit. ¶ Eo anno Hernici deuicti. Cũ Volscis equo marte discessum est.
¶ Sp. Cassius deinde. et Proculus Verginius Cõsules facti. Cum Hernicis fedus ictũ.
agri partes adempte. ¶ Inde dimidium Latinis: dimidiũ Plebi diuisurus cõsul Cassius
erat. ¶ Adiciebat huic muneri agri aliquantum: quem publicum: possideri a priuatis
criminabatur. ¶ Id multos quidem Patrum: ipsos possessores: periculo rerum suarum
terrebat. Sed et publica Patribus sollicitudo inerat: largitione Consulem piculosas
libertati opes struere. ¶ Tum primum Lex Agraria promulgata est: nunq̃ deinde
usq; ad hãc memoriam: sine maximis motibus rerum agitata. ¶ Consul alter largitiõi
resistebat: autoribus Patribus. nec oĩni Plebe aduersante. que primo ceperat fastidire
munus uulgatum: a ciuibus isse in sotios. ¶ Sepe deinde et Verginium Consulem ĩ cõ-
tiõibus: uelut uaticinantẽ: audiebat. ¶ Pestilẽs college munus eẽ. agros illos seruitutẽ
iis: qui acceperant: laturos. regno uiã fieri. Quid enim ita assumi sotios: nomẽq; La-
tinum? quid attinuisset Hernicis: paulo ãte. hostibus: capti agri tertiam partẽ reddi?
nisi ut he gentes: pro Coriolano Duce: Cassium habeãt? Popularis iam esse dissuasor:
et intercessor legis Agrarie ceperat. ¶ Vterq; deinde consul certatim Plebi indulgere.
¶ Verginius dicere: passurũ se assignari agros: dũ ne cui nisi ciui Romano assignent.
¶ Cassius quia in Agraria largitione ambitiosus in sotios: eoq; ciuibus uilior erat: ut
alio munere sibi reconciliaret ciuium animos: iubere pro Siculo frumento pecuniam
acceptam: retribui Populo. ¶ Id uero haud secus: q̃ presentẽ mercedẽ Regni aspnata
Plebes: adeo propter suspitionem insitam Regni: uelut abundarent omnia: munera
eius in animis hominum respuebantur. Quem: ubi primũ magistratu abiit: dãpnatũ:
necatumq; cõstat. Sunt qui patrem autorẽ eius supplicii ferant. ¶ Eum cognita domi
causa: uerberasse: ac necasse. peculiumq; filii Cereri consacrauisse. signum inde factum
esse: et inscriptum: ex Cassia familia: datum. ¶ Inuenio apud quosdam: Idq; propius
fidei est: a Questoribus Cesone Fabio: et. L. Valerio: diem dictam perduelliõis: dã-
natũq; Populi iudicio. dirutas publice edes. ¶ Ea est area ante Telluris edẽ. ¶ Ceterũ
siue illud domesticũ: siue Publicum fuit iudicium: dampnatur. ¶ Seruilio Cornelio.

Coriolani mors incerta

TẽPLV MVLIEBRI FÕTVNE EDIFICATV.

CONS. T. Sicinius C. Aquilius

CONS. SP. Cassius Proculus Verginius

LEX AGRARIA P̃MVM.

LEX AGRARIA P̃MVM.

SP. CASSIVS REGNV APPETES DAMNATVR

Q. Fabio Consulibus: haud diuturna ira populi: in Cassium fuit. dulcedo Agrarie legis: ipsa ꝑ se: dempto autore: subibat animos. accensaq; ea cupiditas est: malignitate patrum: qui deuictis eo anno Volscis: Equisq;: militem preda fraudauere. ¶ Quicquid captum ex hostibus est: uẽdidit Fabius Consul. ac redegit in publicum. ¶ Inuisum erat Fabium nomen Plebi: propter nouissimum Consulem. ¶ Tenuere tamen Patres: ut cum. L. Emilio: Ceso Fabius Consul crearetur. ¶ Eo infestior facta Plebes. seditio domestica bellũ externũ exciuit. bello deinde ciuiles discordie intermisse. uno animo patres: ac Plebs rebellantes Volscos: et Equos duce emilio prospera pugna uicere. ¶ Plus tamen hostium fuga: q̃ prelium absumpsit: adeo pertinaciter fusos insequuti sunt equites. ¶ Castoris edes eodem ãno: idibus quintilibus dedicata est. ¶ Vota erat Latino bello: Postumio Dictatore. filius eius Duumuir: ad id ipm̃ creatus: dedicauit. ¶ Sollicitati et eo ãno sunt dulcedine Agrarie legis animi Plebis. ¶ Tribuni Plebis popularẽ potestatẽ: lege populari celebrãt. ¶ Patres satis supq; gratuiti furoris ĩ multitudine credẽtes eẽ: largitiões temeritatisq; inuitamẽta horrebãt. ¶ Acerrĩe patribus duces ad resistendum Consules fuere. ¶ Ea igitur pars Reipublice uicit. nec in presens mõ: sed in uentẽtem etiam annum. M. Fabium: Cesonis fratrem: et magis inuisum alterũ plebi: accusatiõe. Sp. Cassii. L. Valerium Cõsulem dedit. ¶ Certatum eo quoq; anno cum Tribunis est. Vana lex: uaniq; legis autores: iactando irritum munus: facti. ¶ Fabium inde nomen ingens: post tres continuos Consolatus: unoq; uelut tenore: oẽs expertos Tribuniciis certaminibus: habitum. Itaq; ut bene locatus: mansit in ea familia aliqnandiu honos. ¶ Bellum inde Veiens initum. et Volsci rebellarunt. ¶ Sed ad bella externa prope superant uires. abutebanturq; iis inter semet ipsos certando. ¶ Accessere ad egras iam omnium mentes prodigia celestia: ꝓpe quottidianas in Vrbe agrisq; ostentantia minas. Motiq; ita numinis: causam nullam aliam Vates canebãt: publice priuatimq;: nunc extis: nunc ꝑ aues consulti: q̃ haud rite sacra fieri. ¶ Qui terrores eo euasere: Vt opia uirgo Vestalis dãpnata: ĩcesti penas dederit. ¶ Q. Fabius inde et. C. Tullius Consules facti. ¶ Eo anno non segnior discordia domi. Et bellum foris atrocius: fuit. Ab Equis arma sumpta. ¶ Veientes quoq; agrum romanorum populantes inierunt. quorum bellorum crescente cura: Ceso Fabius: et. Sp. Furius: Consules fiunt. ¶ Artonam Latinam urbem Equi oppugnabant. Veientes pleni iam populationum: Romam ipsam se oppugnaturos minitabantur. ¶ Qui terrores cum cõpescere deberent: auxere insuper animos Plebis. ¶ Redibatq; non sua sponte Plebi mos: detractãdi militiam. ¶ Sed. Sp. Publius Licinius: Tribunus Plebis: uenisse tẽpus ratus: per ultimam necessitatem legis Agrarie Patribus iniũgende: susceperat rem militarem impediendam. ¶ Ceterum tota inuidia Tribunitie potestatis uersa in autorem est. ¶ Nec ĩ eũ Cõsul acrius q̃ ipsius eius College cohorti sunt. auxilioq; eoꝝ: delectũ Consules habent. ¶ Ad duo simul bella exercitus scribitur ducendus. Fabio in Veiẽtes: in Equos Spurio datur. Et ĩ Equis quidem nihil dignum memoria: gestũ ẽ. ¶ Fabio aliq̃nto plus negotii cũ ciuibus: q̃ cũ hostibus fuit. Vnus ille uir ipse Consul Rempu. sustinuit: quam exercitus odio Consulis: quãtum in se fuit: prodebat. Nam cũ Cõsul preter ceteras Imperatorias artes: quas parando: gerendoq; bello edidit plurimas. ita instruxisset aciem: ut solo equitatu emisso: exercitum hostium funderet: insequi fusos pedes noluit. nec illos etsi nõ adhortatio inuisi Ducis: suum saltem flagitiũ: et publicũ in presentia dedecus: postmodo ꝑiculum: si animus hosti redisset: cogere potuit gradũ accelerare. aut si aliud nihil: instare instructos. Inuisi signa referunt. mestiq;: crederes uictos: execrantes nunc Imperatorem: nunc nauatam ab equite operam: redeũt in

CONS. M. Fabius / CN. Manlius

.VEIENS. BELLUM. ETRUSCUM

castra. ¶ Nec huic tam pestilenti exemplo remedia ulla ab Imperatore quesita sunt: adeo excellētibus ingeniis citius defuerit ars: qua ciuem regant: q̃ qua hostē superēt. ¶ Consul Romam rediit: nō tam belli gloria aucta: q̃ irritato exacerbatoq; in se militum odio. ¶ Obtinuere tamen patres: ut in Fabia gente consulatus maneret. M. Fabium Consulē creāt. Fabio Collega. Cn. Manilius datꝰ. ¶ Et hic annus Tribunū autorem legis Agrarie habuit. T. Pontificius fuit. Is eandem uiam: uelut ꝓcessisset. Sp. Licinio: ingressus: delectum paulisper impediit. ¶ Perturbatis iterū Patribus. Ap. Claudius uictam Tribunitiam potestatem dicere priore anno: in presētia reipublice: exemplo in perpetuum. quando inuentum sit: suis ipsam uiribus dissolui. Neq; enim unq̃ defuturum: qui ex collega uictoriā sibi: et gratiā melioris partis: bono publico uelit esse quesitam. et plures: si pluribus opus sit: Tribunos ad auxilium Consulum paratos fore. et unum uel aduersus omnes satis esse. darent mō: et Cōsules: et primores patrum operam: ut si minus omnes: aliquos tamē ex Tribuniis Reipublice ac Senatui conciliarent. ¶ Preceptis Appii moniti Patres uniuersi comiter ac benigne Tribunos appellare. et Cōsulares: ut cuiq; eorum priuatim aliquid iuris: aduersus singulos erat: partim gratia: partim autoritate obtinuere: ut Tribunitie potestatis uires salubres uellent Reipublice esse. nouemq; Tribunorum: aduersus unum moratorem. Publici commodi: auxilio: delectum Consules habent. ¶ Inde ad Veiens bellū profecti: quo undiq;: ex Etruria auxilia cōuenerant: nō tam Veientium gratia concitata: q̃ qꝺ in spem uentum erat discordia intestina: dissolui rem Romanam posse. ¶ Principesq; in omnium Etrurie populorum conciliis fremebant. ¶ Eternas opes esse Romanas: nisi inter se metipsi seditionibus seuiant. Id unum uenenum: eam labem: ciuitatibus opulentis repertam: ut magna Imperia mortalia essent. diu sustentatum id malum partim Patrū consiliis: partim patientia Plebis. iam ad extrema uenisse. duas ciuitates ex una factas. suosq; cuiq; parti Magistratus: suas leges esse. ¶ Primum in delectibus seuire solitos: eosdem in bello tamen parere Ducibus. qualicunq; urbis statu: manente disciplina militari: sisti potuisse. Iā non parendi Magistratibus morē in castra quoq; Romanum militem sequi. proximo bello: in ipsa acie: in ipso certamine: cōsensu exercitus traditā ultro uictoriam. uictis Equis signa deserta: Imperatorē ī acie relictū. iniussu in castra reditum. profecto si instēt: suo milite uinci Romā posse. nihil aliud opus esse: q̃ indici: ostēdiq; bellum. cetera sponte sua fata: et deos gesturos. ¶ He spes Etruscos armauerant: multis inuicē casibus uictos: uictoresq;. ¶ Cōsules quoq; Rōani: nihil preterea aliud: q̃ suas uires: sua arma horrebant. Memoria pessimi proximo bello exempli terrebat: ne rem committerent eo: ubi due simul acies timende essent. ¶ Itaq; castris se tenebant tam ancipiti periculo auersi. diem tempusq; forsitan ipsum lenitturum iras: sanitatēq; animis allaturū. ¶ Veiēs hostis: Etrusciq; eo magis ꝓpropere agere. lacessere ad pugnam. primo obequitando castris: prouocandoq;. Postremo: ut nihil mouebat: tam Consules ipsos: q̃ exercitum increpādo. ¶ Simulatio ēm intestine discordie remediū timoris inuentum. et Consules magis non confidere: q̃ non credere: suis militibus. nouum seditionis genus. silētium ociumq; inter armatos. ¶ Ad hec in nouitatem generis: originisq; tam falsa: q̃ uera iacere. ¶ Hec cum sub ipso uallo: portisq; streperent: haud egre Consules pati. ¶ Ac imperite multitudini nunc indignatio: nunc pudor: pectora uersare. et ab intestinis auertere malis. nolle inultos hostes. nolle successum: non Patribus: non Consulibus. Externa et domestica odia certare in animis. ¶ Tandem superant externa. adeo superbe insolenterq; hostis eludebat. ¶ Frequētes in Pretorium conueniunt. poscunt pugnam. postulant: ut signum detur. ¶ Consules:

uelut deliberabundi capita conferunt. diu colloquunt. pugnare cupiebāt. Sed retro reuocāda: et addēda cupiditas erat: ut aduersando: remorādoq; incitato semel militi: adderent impetum. ¶ Reddit responsum: immaturam rem agi. nondū tempus pugne esse. castris se tenerent. ¶ Edicunt inde ut abstineant pugna. siqs iniussu pugnauerit: ut in hostem animaduersuros. ¶ Ita dimissis: quo minus Consules uelle credūt: Crescit ardor pugnandi. ¶ Accēdunt insuper hostes ferocius multo: ut statuisse nō pugnare: Cōsules creditum est. Quippe impune se insultaturos. ¶ Non credi militi arma. rem ad ultimum seditionis erupturam. finemq; uenisse Romano impio. ¶ His freti: occursant portis. ingerunt probra. egre abstinent quin castra oppugnent. ¶ Enim uero nō ultra contumeliā pati Romanus posse. totis castris undiq; ad consules curritur. Non tam sensim: ut ante: per Centurionum principes postulant: sed passim omnes clamoribus agunt. ¶ Matura res erat: tergiuersant tamen. ¶ Fabius deinde: ad crescentē tumultū: iam metu seditionis: Collega concedēte: cū silentiū classico fecisset. Ego istos Manli posse uincere scio. uelle: ne scirem: ipsi fecerunt. Itaq; certū: atq; decretum est: nō dare signum: nisi uictores se redituros: ex hac pugna iurēt. Consulem romanū miles semel in acie fefellit. deos nunq̄ fallet. ¶ Cēturio erat. M. Flauoleius inter ꝑmores: pugne flagitator. ¶ Victor īquit. M. Fabi reuertar ex acie. Si fallat: Iouem patrē: Gra/ diuumq; Martem aliosq; natos inuocat deos. Inde deinceps omīs exercitus: in se qsq;: iurat. ¶ Iuratis datur signum. arma capiūt. eunt in pugnā irarum speiq; pleni. Nunc iubent Etruscos ꝓbra iacere. nunc armato sibi: quisq; lingua promptū hostē offerri. ¶ Omnium illo die: qua Plebis: qua Patrum: eximia uirtus fuit. Fabia gens maxime enituit. multis ciuilibus certaminibus infēsos Plebis animos: Illa pugna sibi recōciliare: statuunt. ¶ Instruitur acies. ¶ Nec Veiens hostis Etrusceq; legiones detractant. prope certa spes erat: non magis secum pugnaturos: q̄ pugnauerint cū Equis. Maius quoq; aliquod: in tam irritatis animis: et occasione ancipiti: haud desperandum esse facinus. ¶ Res aliter longe euenit. nam non alio ante bello infestior romanus: adeo hinc cō/ tumeliis hostes: hinc consules mora exacerbauerant: prelium init. ¶ Vix explicandi ordinis spatium Etruscis fuit. cum pilis inter primam trepidationem abiectis temere: magis q̄ emissis: pugna iā ī manus: iam ad gladios: Vbi Mars est atrocissimus: uenerat. Inter primores genus Fabium insigne spectaculo: exemploq; ciuibus erat. ¶ Ex his Q. Fabium: Tertio hic anno ante Consul fuerat: principem: in confertos Veiētes euntem: ferox uiribus: et armoꝝ arte Tuscus incautum inter multas uersantē hostiū manus: gladio per pectus transfigit. ¶ Telo extracto preceps Fabius ī uulnus abiit. ¶ Sensit utraq; acies unius uiri casū. ¶ Cedebat inde Romanus. Cū. M. Fabius Consul transilit iacentis corpus. ¶ Obiectaq; parma: hoc iurastis inquit milites: fugientes uos in castra rediturōs? adeo ignauissimos hostes magis timetis: q̄ Iouē: Martēq;: ꝑ quos iu/ rastis? At ego ī iuratus aut uictor reuertar: aut prope te hic Q. Fabi dimicās cadā: Consuli tum. C. Fabius prioris anni consul. ¶ Verbis ne istis frater: ut pugnent: te im/ petraturum credis? Dii impetrabunt: per quos iurauere. et nos: ut decet proceres: ut Fabio nomine est dignum: pugnando potius: q̄ adhortando accendamus militum animos. ¶ Sic in primum infestis hastis prouolant duo Fabii. totamq; mouerūt secū aciem. ¶ Prelio ex parte una restituto: nihilo segnius ī altero cornu Manlius Cōsul pugnam ciebat. ubi ꝓpe similis fortuna est uersata. nam ut altero cornu. Q. Fabiū: sic in hoc: ipsum Consulē Manliū: iam uelut fusos agētem hostes: et impigre milites sequuti sūt. et ut ille graui uulnere ictus: ex acie cessit: interfectū rati: gradū retulere. Cessissentq; loco: ni Consul alter: cum aliquot turmis equitum: in eam partem citato

M. Fabius alloquitur collegā se nō daturum signū pugnae: nisi ... se uictores redituros

Q. Fabius ictus cadit.

FABII. STRENVE. AGVNT.

Manlius consul grauiter ictus

equo aduectus: uiuere clamitans Collegam: se uictorē effuso altero cornu adesse: rem inclinatam sustinuisset. Manlius quoq; ad restituendam aciem: se ipse coram offert. Duorum Consulum cognita ora accendunt militum animos ¶ Simul et uanior iam erat hostium acies: dum abundante multitudine freti: subtracta subsidia mittunt ad castra oppugnanda. in que haud magno certamine facto impetu: dum prede magis: ꝗ pugne memores tererent tempus: Triarii Romani: q primam irruptionē sustinere non potuerant: missis ad Consules nuntiis: quo loco res essent: Cōglobati ad pretoriū redeunt. et sua sponte prelium ipsi renouāt ¶ Et Manlius Consul reuectus in castra: ad omnes portas milite opposito: hostibus uiam clauserat ¶ Ea desperatio Tuscis rabiē magis: ꝗ audaciam: accendit. Nam cum incursantes quacunq; exitum ostēderet spes: uano aliquotiens impetu issent: globus iuuenum in ipsum Consulem insignem armis inuadit. prima excepta a circunstantibus tela ¶ Substineri deinde uis nequit. Consul mortifero uulnere ictus cadit. fusiq; circa omnes. Tuscis crescit audacia. Romanos terror per tota castra trepidos agit. et ad extrema uentū foret: ni Legati rapto Cō/ sulis corpe patefecissent una porta hostibus uiam. Ea erūpunt. cōsternatoq; agmine abeūtes: in uictorem alterū incidunt Consulē ¶ Ibi iterū cesi fusiq; passim. ¶ Victoria egregia. parta tristis tamen duobus tam claris funeribus ¶ Itaq; Consul decernente Senatu triumphum: si exercitus sine Imperatore: triumphare possit: pro eximia belli opera se passurum: respondit. se familia funesta. Q. Fabii fratris morte: Republica ex parte orba: Consule altero amisso publico: priuatoq; deformem luctu: lauream nō accepturum. omni acto triumpho: depositus triumphus clarior fuit. adeo spreta in tempore gloria interdum cumulatior redit. funera deinde duo: Collegę: fratrisq; ducit. Idem in utroq; laudatur. cum concedendo illis suas laudes: ipse maximā ptem earum ferret. ¶ Neq; immemor eius: qđ initio Consulatus imbiberat: reconciliandos aīmos Plebis saucios milites curandos diuidit Patribus. Fabiis plurimi dati. neq; alibi maiore cura habiti. Inde populares iam eē Fabii nec hoc ulla re: nisi salubri Reip. parte. ¶ Igitē non Patrum magis: ꝗ Plebis studiis. Cn. Fabius cū. T. Verginio Cōsul factus. neq; bella: neq; delectus: neq; ullam aliam priorem curam agere: ꝗ ut iam aliꝗ ex parte incohoata concordie spe: ꝓmo quoq; tempe cum Patribus coalescerent animi Plebis ¶ Itaq; principio anni censuit priusꝗ quisquam Agrarie legis autor Tribunus existeret: occuparent Patres ipsi suum munus facere. captiuū agrum Plebi ꝗ maxime equaliter darēt. Equum esse: habere eos: quoꝝ sanguine ac sudore ptus sit. Aspnati patres sunt. questi quoq; quidam: nimia gloria luxuriare: et euanescere uiuidum illud quondam Cesonis ingenium. ¶ Nulle deinde urbane factiones fuere. Vexabantur in cursionibus Equorum Latini. eo cum exercitu Ceso missus. in ipsorum Equorum agrum depopulandum transit ¶ Equi se in oppida receperunt. murisq; se tenebāt. eo nulla pugna memorabilis fuit ¶ At a Veiēte hoste clades accepta temeritate alterius Cōsulis. actūq; de exercitu foret: ni Ceso Fabius in tēpore subsidio uenisset ¶ Ex eo tempore neq; pax: neq; bellum: cum Veientibus fuit. Res ꝓxime in formā latrocinii uenerat. legionibus Romanis cedebāt in urbē. ubi abductas senserant legiones: agros incursabant. bellum quiete: quietem bello inuicem eludentes ¶ Ita neq; omitti tota res: neq; ꝑfici poterat ¶ Et alia bella: aut presentia instabāt: ut ab Equis: Volscisq;: non diutius: ꝗ dolor recens proxime. cladis transisset quiescētibus: aut mox moturos se apparebat Sabinos: semper infestos: Etruriamq; omnē ¶ Sed ueiēs hostis assiduus magis ꝗ grauis: cōtumeliis sepius: ꝗ periculo animos agitabat: qđ nullo tempe negligi poterat. aut auerti alio sinebat. ¶ Tum Fabia gens Senatū adiit. ¶ Consul pro gēte

Veientes co. castra capiunt et Manlium consulem interficiunt.

Veientes a Fabio cōsule fusi fugatiq;

FABIUS CONS. TRIUMPHU. RECUSAT.

CONS. CN. Fabius / T. Verginius

Veientes co. vicdisset: ni fabius opem tulisset

loquitur. ¶ Assiduo magis: q̃ magno presidio ut scitis. P. Consules bellum Veiens eget. uos alia bella curate. Fabios hostes Veientibus date. autores sumus tutā ibi maiestatē Romani nominis fore. nostrum id nobis: uelut familiare bellum: priuato sumptu gerere in animo est ¶ Respublica et milite illic et pecunia uacet ¶ Gratie ingentes acte ¶ Consul e Curia egressus: comitāte Fabiorum agmine: qui in uestibulo Curie Senatus Consultum expectantes steterant: domum redut ¶ Iussi armati postero die ad limen Consulis adesse: domos inde discedunt ¶ Manat tota urbe rumor: Fabios ad celum laudibus ferunt. familiā unā subiisse ciuitatis onus. Veiens bellū in ꝑuatam curam: in priuata arma uersum. Si sint due roboris eiusdem in urbe gētes: deposcant hec Volscos sibi: illa Equos ¶ Populo Romano pacem tranquillam agente: omnes finitimos subiici populos posse. Fabii postera die arma capiunt. quo iussi erant cōue/niunt ¶ Consul paludatus egrediēs in uestibulo gentē omnem suā instructo agmine uidet. acceptus ī mediū: signa ferri iubet ¶ Nunq̃ exercitus neq; minor numero: neq; clarior fama et admiratiōe hominum per urbem incessit ¶ Sex et. ccc. milites omēs Patritii: omnes unius gentis: quorum neminem ducem sperneret egregius quibuslibet temporibus Senatus: Ibant: unius familie uiribus: Veienti populo pestem minitantes. Sequebatur turba propria: alia: cognatorum: sodaliumq;: nihil mediū: nec spem: nec curam: sed immensa omnia uoluentium animo. Alia: publica sollicitudine excitata: fauore et admiratiōe stupēs. ire fortes: ire felices iubēt. inceptis euētus pares reddere. Consulatus inde: ac triumphos: omnia premia ab se: omnes honores sperare ¶ Preter euntibus Capitolium: arcemq; et alia templa: quicquid deorū oculis: quicquid animo occurrit precantur: ut illud agmen faustum: atq; felix mittant. sospites breui in pa/triam: ad parētes restituant ¶ In cassum misse ꝑces. infelici uia: a dextro Iano porte Carmentalis profecti: ad Cremeram flumen perueniunt. Is opportunus uisus locus. communiendo presidio. L. Emilius inde et. C. Seruilius Consules facti. et donec nil aliud: q̃ in populationibus res fuit: non ad presidium modo tutandum: Fabii satis erant: sed tota regione qua Tuscus ager Romano adiacet: sua tuta omnia: infesta hostium: uagātes per utrunq; finem fecere ¶ Interuallum deinde haud magnum po/pulationibus fuit. dum et Veientes accito ex Etruria exercitu: presidium Cremere oppugnāt: et Romane legiōes ab. L. Emilio Cōsule adducte: cominus cū Etruscis dimicant acie. quanq̃ uix dirigendi aciem spatium Veientibus fuit. adeo inter primā trepidationem: dum post signa ordines introeunt: subsidiaq; locant: inuecta subito ab latere Romana ala equitum: non pugne modo incipiende: sed consistendi ademit locum. Ita fusi retro ad Saxa rubra: ibi castra habebāt. pacem supplices petūt. Cuius impetrate ab insita animis leuitate: ante deductū Cremera Romanum presidium: penituit ¶ Rursum cum Fabiis erat Veienti populo: sine ullo maioris belli apparatu: certamen. nec erant incursiones modo in agros. aut subiti impetus incursantium. Sed aliquotiēs equo campo collatisq; signis certatum. ¶ Gensq; una populi Romani: sepe ex opulētissima: ut tum res erat Etrusca: ciuitate: uictoriam tulit ¶ Id primo acerbū indignumq; Veientibus est uisum. Inde consiliū ex re natum: insidiis ferocem hostē captādi. gaudere etiā multo successu Fabiis audaciā crescere. itaq; & pecora ꝑdātibus aliquotiens: uelut casu incidissent: obuiam acta. et agrestium fuga uasti relicti agri. ¶ Et subsidia armatoꝝ ad arcendas populationes missa: sepius simulato: q̃ uero bello: refugerūt. Iamq; Fabii adeo contempserant hostē: ut sua inuicta arma: neq; loco: neq; tempore ullo crederent sustineri posse ¶ Hec spes prouexit: ut ad conspecta procul a Cremera: magno campi interuallo pecora: quanq̃ rara hostium apparerent

Fabij cōsules verba ueiēs bellū ī suā familiā suscipientes.

CREMERA FLV.

CONS. L. emilius C. Seruilius.

Aliquotiens

arma: decurrerẽt. et cũ improuidi effuso cursu: insidias circa ipm iter locatas supassent: palatiq; passim uaga: ut fit pauore iniecto raperẽt pecora: subito ex insidiis cõsurgitur: et aduersi: et undiq; hostes erãt. ꝓmo clamor circũlatus exterruit. deinde tela ab omi parte accedebant. Coeuntibusq; Etruscis: iam continenti agmine armatoꝝ septi: quo magis se hostis inferebat: cogebantur breuiori spatio: et ipsi orbem colligere. que res paucitatem eoꝝ insignem: et multitudinẽ Etruscoꝝ: multiplicatis ĩ arcto ordinibus: faciebat. ¶ Tum omissa pugna: quam in omnes partes parem intẽderant: in unũ locũ se omnes inclinant. eo nisi corporibus: armisq; rupere cuneo uiam. duxit uia: ĩ editum leniter collem. Inde primo restitere. Mox ut respirãdi superior locus spatium dedit: recipiendiq; a pauore tanto animum: pepulere etiã subeuntes. ¶ Vincebatq; auxilio loci paucitas: ni iugo circummissus Veiens: in uerticem collis euasisset. ¶ Ita superior rursus hostis factus: Fabii cesi ad unum omnes: presidiumq; expugnatum. .ccc.vi. perisse satis conuenit. Vnum prope puberem etate relictum: stirpem genti Fabie: dubiisq; rebus Populo Romano sepe domi: belliq; maximũ futurum auxiliũ. ¶ Cũ hec accepta clades esset: iam. C. Horatius: et. T. Menenius Consules erant. Menenius aduersus Tuscos uictoria elatos confestim missus. tum quoq; male pugnatum est. & Ianiculum hostes occupauere. obsessaq; urbs foret: super bellum annona premente: Transierant enim Etrusci Tyberim: ni Horatius Consul e Volscis esset reuocatus. adeoq; id bellum ipsis institit menibus: ut primo pugnatum ad Spem sit equo marte. iterum ad portam Collinam. ibi quanq̃ paruo momento: superior Romana res fuit: meliorem tamen militem recepto pristino animo: in futura prelia id certamen fecit.

A. Virginius et. Sp. Seruilius Consules fiunt. post acceptã proximã pugne cladẽ Veientes abstinere acie. populationes erant. et uelut ab arce Ianiculi passim in Romanum agrum impetus dabãt. Non usquam pecora tuta. nõ agrestes erant. Capti deinde eadẽ arte sunt: q̃ ceperant Fabios. ¶ Sequuti dedita opera passim ad illecebras propulsa pecora: ꝓcipitauere in insidias. quo plures erant: maior cedes fuit. ¶ Ex hac clade atrox ira: maioris cladis causa: atq; initium fuit. Traiecto enim nocte Tyberi: castra Seruilii Consulis adorti sunt oppugnare. Inde fusi magna cede in Ianiculum se egre receperũt. Cõfestim Cõsul & ipse transit Tyberim. castra sub Ianiculo cõmunit. Postera die luce orta: nõ nihil et externa felicitate pugne ferox: magis tamẽ inopia frumẽti: q̃uis ꝓcipitia: dum celeriora essent: agebãt consilia: temere aduerso Ianiculo ad castra hostium aciem erexit. fediusq; inde pulsus: q̃ pridie pepulerat: Interuentu College ipse: exercitusq; est seruatus. ¶ Inter duas acies Etrusci: cum inuicem his: atq; illis terga darent: occidione occisi. ¶ Ita oppressum temeritate felici: Veiens bellum. ¶ Vrbi cum pace laxior etiam annona rediit. et aduecto ex Campania frumento: et postq̃ timor sibi cuiq; future inopie abiit: eo qđ abditũ fuerat: prolato. Ex copia deinde ocioq; lasciuire rursus aĩmi. & pristina mala: postq̃ foris deerãt: domi querere. ¶ Tribuni Plebem agitare suo ueneno: Agraria lege. in resistentes incitare patres. nec in uniuersos modo: sed in singulos. Q. Cõsidius et. T. Genutius autores Agrarie legis T. Menenio diem dicũt. ¶ Inuidie erat amissum Cremere presidium: cum haud ꝓcul inde statiua Consul habuisset. ¶ Eam oppressit: Cum et Patres haud minus q̃ pro Coriolano adnixi essent. et Patris Agrippe fauor: haud dum exoleuisset. ¶ In mulcta temperarũt Tribuni: cum capitis anq̃sissent: duo milia eris dãnato mulctã edixerũt. ¶ Ea in caput uertit. ¶ Negãt tulisse ignominiã. egritudineq;: inde morbo: absumptũ eẽ. ¶ Alius inde reus. Sp. Seruilius: ut cõsulatu abiit. C. Nautio: et. P. Valerio Cõsulibus: ĩitio stati ãni: ab. L. Ceditio et. T. Statio Tribunis die dicta: nõ ut Menenius:

precibus suis: aut patrũ: sed cũ multa fiducia innocẽtie: gratieq; Tribunitios impetus tulit. Et huic prelium cum Tuscis ad Ianiculum erat crimini. Sed feruidi animi uir: ut in Publico periculo ante: sic tum in suo non Tribunos modo: sed plebẽ oratiõe feroci refutãdo: ex probrandoq;. T. Menenii dampnatioẽm: mortẽq;: Cuius patris munere restituta quondam Plebs eos ipsos: quibus tum seuiret: magistratus: eas leges haberet: Periculum audacia discussit. Iuuit et Verginius Collega testis productus: participando laudes. Magis tamen Menenianum (adeo mutauerant animũ) pfuit iudicium. Certamina domi finita ueiens bellum exortum. quibus sabini arma con/iunxerant. P. Valerius cõsul: accitis Latinorum: Henicorumq; auxiliis: cũ exercitu Veios missus: castra Sabina que pro menibus sociorũ locata erant: Cõfestim agrediẽ. tantamq; trepidationem iniecit: ut dum dispersi alii alia manipulatim excurrunt: ad arcendã hostium uim: ea porta: ubi signũ intulerat: caperetur. Intra uallũ deinde cedes magis: q̃ prelium eẽ. Tumultus e castris et in Vrbẽ penetrat. tanq̃ Veiis captis: Ita pauidi ueientes ad arma currunt. pars Sabinis eunt subsidio. pars Romanos toto impetu intentos in castra: adoriũtur. Paulisper auersi turbatiq; sunt. Deinde & ipsi utroq; uersis signis: resistũt. et eques ab cõsule immissus tuscos fundit. fugatq;. Eadẽq; hora: duo exercitus dueq; potentissime: et finitime gentes superate sunt. Dum hec ad Veios geruntur. Volsci Equiq; in Latino agro posuerant castra. populatiq; fines erant. Eos per se ipsi Latini assumptis Hernicis: sine Romano aut duce: aut auxilio castris exuerunt. Ingenti preda: preter suas recuperatas res: potiti sunt. Missus tamẽ ab Roma Consul i Volscos. C. Nautius (Mos credo nõ placebat sine romano duce: exercituq; propriis socios uiribus: consiliisq; bella gerere) Nullum genus calamitatis contumelieq; non editum in Volscos est. nec tamẽ perlici potuere: ut acie dimicarẽt.

L. Furius inde et. C. Manilius Consules. Manilio Veientes Prouintia euenit. nõ tamen bellatum. Indutie in annos. xl. petẽtibus date: frumẽto stipendioq; imperato. Paci externe confestim continuatẽ discordia domi. Agrarie legis tribunitiis stimulis plebs furebat. Consules nihil Menenii damnatione: nihil periculo deterriti Seruilii: summa ui resistunt. Abeuntes magistratu Consules Genutius Tribunus Plebis arri/puit. L. Emilius et Opiter Verginius consulatum ineunt. Vopiscum Iulium p Verginio in quibusdam annalibus Consulẽ inuenio. Hoc anno quoscunq; Consules habuit: rei ad populũ Furius: et Manilius circumeunt: Sordidati nõ plebẽ magis: q̃ iuniores patrũ: suadẽt: monẽt: honoribus et administratiõe Reipublice abstineãt. Consulares uero fasces: Pretextam: curulemq; sellam: nihil aliud: q̃ pompam funeris putẽt. Claris insignibus: uelut infulis uelatos: ad mortem destinari. qđ si Consulatus tanta dulcedo sit: iam nunc ita in animũ inducant: Consulatũ captum et oppressum ab Tribunitia potestate esse. Consuli uelut apparitori tribunitio: omnia ad nutũ im/periumq;: tribuni agenda esse. si se commouerit: si respexerit patres: si aliud q̃ plebẽ eẽ in Republica crediderit: exsilium. Cn. Martii: Menenii damnatioẽm: et mortem: sibi proponant ante oculos. His accensi uocibus Patres: consilia inde: non Publica sed in priuato: seductaq; a plurium conscientia: habuere. Vbi cum id modo constaret: iure an iiuria eripiẽdos eẽ reos: atrocissima queq; maxime placebat sentẽtia. Nec autor quanuis audaci facinori deerat. Igiẽ iudicii die: cũ Plebs in foro erecta expectatiõe staret: mirati primo: qđ non descenderet tribunus: deinde cum iam mora suspectior fieret: deterritum a primoribus credere. et desertam ac proditam Publicam causam queri. Tandem qui obuersati uestibulo Tribuni fuerant. nuntiant: domi mortuum inuentum. qđ ubi in totam Contionem pertulit rumor: sicut acies funditur Duce

occiso: ita delati passim alii alio. ¶ Precipuus pauor Tribunos inuaserat: q̃ nihil auxilii sacrate leges haberent: morte Collegę monitos. ¶ Nec satis patres moderate ferre leti/ciam. adeoq; neminem noxe penitebat: ut etiam insontes fecisse: uideri uellent. palā q; ferretur: malo domādam Tribunitiam potestatē. ¶ Sub hac pessimi exēpli uictoria: delectus edicit̃. pauentibusq; Tribunis: sine intercessione ulla: Consules rem peragunt. ¶ Tum uero irasci Plebs Tribunorum magis silentio: q̃ Consulum imperio. et dicere. actum eē de libertate sua. rursus ad antiqua reditum. cum Genutio una mortuam ac sepultam Tribunitiam potestatem. Aliud agendum. ac cogitandū quomodo resistat̃ patribus. Id hoc unum consiliū esse: ut se ipsa plebs: quādo aliud nihil auxilii habeat: defendat. quattuor et uiginti lictores apparere Consulibus. eos ipsos Plebis homines. nihil contemptius neq; infirmius: si sint qui contempnant. sibi quenq; ea magna: atq; horrenda facere. ¶ His uocibus alii alios cū incitassent ad Voleronē Publiliū de Plebe hominē: quia: quod ordines duxisset: negaret: se militem fieri debere: lictor missus est a Consulibus. ¶ Volero appellat Tribunos. cum auxilio nemo esset: Cōsules spoliari hominem: et uirgas expediri iubēt. Prouoco inquit ad Populum Volero: quoniam Tribuni ciuem Romanum in conspectu suo uirgis cedi malunt: q̃ ipsi in lecto suo a uobis trucidari. Quo ferocius clamitabat: eo īfestius circūscindere: et spoliare lictor. ¶ Tum Volero et preualens ipse: et adiuuātibus aduocatis: repulso lictore: ubi indig/nantium pro se acerrimus erat clamor: eo se in turbā confertissimā recipit: clamitans: Prouoco. et fidem Plebis imploro. Adeste ciues: adeste commilitones. nihil est: qđ ex/pectetis Tribunos: quibus ipsis uestro auxilio opus est. ¶ Cōcitati homines: ueluti ad prelium: se expediunt. apparebatq; oīe discrimē adesse. nihil cuiq̃ sanctū: nō publici fore: non priuati iuris. ¶ Huic tante tempestati cū se Cōsules obtulissent: facile experti sunt: parū tutā Maiestatē: sine uiribus eē. ¶ Violatis lictoribus: fascibus fractis: e foro in Curiam compelluntur. incerti q̃tenus Volero exerceret uictoriā. ¶ Conticescēte deinde tumultu: cum Senatum uocari iussissent: queruntur iniurias suas. uim Plebis. Voleronis audaciam. ¶ Multis ferociter dictis sentētiis: uicere seniores: qbus ira Patrū aduersus temeritatem Plebis: certari non placuit. ¶ Voleronē āplexa Plebs ꝓximis Comitiis Tribunum creat: In eum annum qui. L. Pinarium. P. Furium consules habuit. ¶ Contraq; omnium opinionem: qui eum uexandis prioris anni Consulibus administraturum Tribunatum credebant: Post Publicam causam: priuato dolore habito: ne uerbo quidem uiolatis Consulibus: rogationem tulit ad populū: ut Plebeii Magistratus Tribunitiis Comitiis fierent. ¶ Haud parua res sub titulo: prima specie minime atroci: ferebatur. ¶ Sed que Patritiis omnem potestatē: per clientū suffragia creādi: quos uellent: Tribunos auferret. ¶ Huic actioni gratissime Plebi cum summa ui resisterent Patres: neq; una uis ad resistēdum erat: ut intercederet aliqs: ex Collegio autoritate aut Cōsulum: aut Principum adduci posset: Res tantū suo ipsa molimine grauis: certaminibus in annum extrahitur. ¶ Plebs Voleronem Tribunum reficit. Patres ad ultimum dimicationis rati rem uenturam: Ap. Claudium Appii filium: iam inde a paternis certaminibus inuisum: infestumq; Plebi Consulem faciunt. ¶ Collega ei Quintius datur. ¶ Principio statim anni nihil priusq̃ de lege agebatur. ¶ Sed ut in/uentor legis Volero: sic Lectorius Collega eius autor: tum recentior: tū acrior: erat. ¶ Ferocem faciebat belli gloria ingens: qđ etatis eius haud quisquam manu ꝓmptior erat. ¶ Is cum Volero nihil preterq̃ de lege loqueret̃: insectatiōe abstinens Consulū: in accusationem Appii: familieq; superbissime: ac crudelissime in Plebem Romanam exorsus: Cum a patribus non Consulem: sed carnificem ad uexandam: et lacerandam

PP VOLERONEM
DISSESIO MAX PLEBIS ET CONSVLES: ET PRES

Tempestas

CONS. L. pinarius / P. furius

CONS. Appius claudius ap. filius / Quintius

Plebem creatum esse contenderet: Rudis in militari homine lingua: nõ suppetebat
libertati. animoq;. Itaq; deficiente oratione ¶ Quando qdem non facile loquor inqt
Quirites: q̃ qđ loquutus sum: ꝓsto crastina die adeste. aut hic ego in cõspectu uestro
moriar: aut perferam legem. ¶ Occupant Tribuni Templum postero die. Cõsules no/
bilitasq; ad impediendam legem in cõtione consistunt. ¶ Submoueri Lectorius iubet:
preterq̃ qui suffragium ineant ¶ Adolescentes nobiles stabant nihil cedentes uiatori.
¶ Tũ ex his ꝓhendi quosdã Lectorius iubet ¶ Consul Appius negare: ius eẽ Tribuno
in quenquam: nisi in Plebeium. non enim Populi: sed Plebis eum Magistratum esse.
nec illum ipsum submouere pro imperio posse: more maiorum: quia ita dicatur ¶ Si
uobis uidetur: discedite Quirites ¶ Facile et contemptim de iure disserẽdo perturbare
Lectoriũ poterat ¶ Ardens igitur ira Tribunus Viatorẽ mittit ad Consulẽ ¶ Cõsul
Lictorem ad Tribunum. priuatum esse clamitans: sine Imperio: sine Magistratu: ui/
olatusq; esset Tribunus: ni Contio omis atrox coborta pro Tribuno: ĩ consulẽ esset.
¶ Et cõcursus hominũ in forũ. ex tota urbe cõcitate multitudinis fieret ¶ Sustinebat
tamen Appius pertinacia tantam tempestatem. certatumq; haud incruento prelio
foret: ni Quintius Consul alter: Consularibus negotio dato: ut Collegam ui: si aliter
non possent: de foro abducerent: ipse nunc Plebem seuientem: precibus lenisset: nunc
orasset Tribunos: ut concilium dimitterent. darent ire spatium: non uim suã illis tẽpus
 standempturum. sed consiliũ uiribus additurum. et patres in Populi: et Consulẽ in Patrũ
fore potestate ¶ Egre sedata ab Quintio Plebs ¶ Multo egrius Consul alter: a Pa/
tribus. dimisso tandem Concilio Plebis: Senatum Consules habent. ¶ Vbi cum timor
atq; ira inuicem sententias uariassent: quo magis spatio interposito ab impetu: ad cõ/
sultandum aduocabantur: eo plus abhorrebãt a certatione animi. adeo ut Quintio
gratias agerent: qđ eius opera mitigata discordia esset ¶ Ab Appio petitur: ut tantam
Consularem Maiestem esse uellet: quãta in cõcordi ciuitate esse posset ¶ Dũ Tribuni
et Cõsules ad se quisq; omnia trahant: nihil relictũ esse uirium in medio. distractam
laceratamq; Rempublicam: magis quoꝝ ĩ manu sit: q̃ ut incolumis sit: queri ¶ Appius
contra: testari deos: atq; homines: Rempublicã prodi per metũ: ac deseri. nõ Cõsulem
Senatui: sed Senatum Consuli: deesse. Grauiores accipi leges: q̃ in sacro mõte accepte
sint. ¶ Victus tamen Patrum cõsensu quieuit ¶ Lex silentio perferẽ. ¶ Tum ꝑmum
Tribunitiis Comitiis creati Tribuni sunt: numero etiam addito: tres perinde: ac duo:
antea fuerint: Piso autor est. nominat quoq; tribunos. Cn. Siccium. L. Numitoriũ
M. Duellium. Sp. Iliciũ. L. Meciliũ ¶ Volscum: Eqcunq; inter seditionẽ Romanã:
est bellum cohortum. Vastauerãt agros: ut si qua secessio Plebis fieret: ad se receptũ
haberẽt. Cõpositis deinde rebus: castra retro mouere. Ap. Claudius in Volscos missus.
¶ Quintio Equi prouintia euenit ¶ Eadem in militia seuitia Appii: que domi esse. li/
berior: quod sine Tribunitiis uinculis erat. odisse Plebem plusq̃ paterno odio: quod se
uictum uidebat ab ea. se unico Consule obiecto: aduersus Tribunitiam potestatem:
perlatam legem esse. Quam minore conatu nequaquam tãta Patrum spe: priores im/
pedierant Consules. ¶ Hec ira: indignatioq;: ferocem animũ aduexãdum seuo impio
exercitũ: stimulabat. nec ulla ui domari poterat. tãtum certamẽ animis imbiberant.
segniter. ociose. negligenter. contumaciter. omĩa agere. Nec pudor: nec metus coher/
cebat. si citius agi uellet agmen: tardius sedulo incedere. Si adhortator operis adesset:
omes sua sponte motã remittere industriã. ꝓsenti uultus dimittere. tacite ꝑtereuntem
execrari. ut inuictus ille odio Plebeio animus: interdum moueretur. omni nequicquã
acerbitate prompta: nihil iam cum militibus agere. a cẽturionibus corruptũ exercitũ

TRIBVNOR. PLEBIS. NVS. AVCTVS.

dicere. Tribunos Plebeios: cauillans: interdum et Volerones uocare. nihil eo℞ Volsci
nesciebant. instabantq; eo magis: sperantes idem certamen animo℞ aduersus Appium
habiturum exercitū Romanum: quod aduersus Fabiū Consulē habuisset. Ceterum
multo Appio: q̃ Fabio: uiolentior fuit. nō enim uincere tantū noluit: ut Fabianus.
sed uinci uoluit. productus in aciem. turpi fuga petit castra. nec ante restitit: q̃ signa
inferentem Volscum munimentis uidit. fedāq; extremi agminis cedem. ¶ Tum expssa
uis ad pugnandum: ut uictor iam a uallo submoueret hostis. ¶ Satis tamē apparet:
capi tātum castra militē Romanū noluisse. ¶ Alii gaudere sua clade: atq; ignominia
¶ Quibus nihil infractus ferox Appii animus: cum insuper seuire uellet: contionemq;
aduocaret: concurrunt ad eum Legati: Tribuniq; monentes: ne utiq; experiri uellet
imperium: cuius uis omnis in consensu obediētium esset. ¶ Negare milites uulgo: se ad
contionem ituros. passimq; exaudiri uoces postulantium: ut castra ex Volsco agro
moueantur. hostem uictorem paulo ante prope in portis ac uallo fuisse. ingentisq;
mali: non suspitionem modo: sed apertā speciē obuersari ante oculos. ¶ Victus tandē:
quandoqdem nihil preter tēpus noxe lucrarentur. remissa cōtione: iter in insequentē
diem pronuntiari cum iussisset: prima luce classico signum profectionis dedit. ¶ Cum
maxime agmen e castris explicaretur: Volsci: ut eodem signo excitati: nouissimos
adoriuntur. a qbus platus ad primos tumultus: eo pauore signaq; et ordines turbauit:
ut neq; imperia exaudiri: neq; instrui acies possent. nemo ullius nisi fuge memor: ita
effuso agmine per stragem corporum armorumq; euasere: ut prius hostis desisteret
sequi: q̃ Romanus fugere. ¶ Tandem collectis ex dissipato cursu militibus: Cōsul cum
reuocādo ne quicq̃ suos persequutus esset: in pacato agro castra posuit. aduocataq;
contione: inuectus haud falso in proditorem exercitum: militaris discipline: desertorē
signorum: ubi signa: ubi arma essent: singulos rogitans: inermes milites: signo amisso:
signiferos: ad hoc: centuriones: dupliciariosq;: qui reliquerant ordines: uirgis cesos:
securi percussit. ¶ Cetera multitudo sorte: decimus quisq;: ad suppliciū lecti. ¶ Contra
ea in Equis inter Consulem ac militem: comitate ac beneficiis certatū est. Et natura
Quintius erat lenior. et seuitia infelix College: quo is magis gauderet īgenio suo: ef-
fecerat. ¶ Huic tante concordie ducis: exercitusq; non ausi: offerre se Equi: uagari
populabundum hostem per agros passi. ¶ Nec ullo ante bello latius inde acte prede.
omnis militi data est. Addebanē et laudes: qbus haud minus q̃ pmio gaudent militum
animi. ¶ Tum duci: tum propter ducem patribus quoq; placatior exercitus rediit. sibi
parentem: alteri exercitui dominū datum ab Senatu memorans. ¶ Variatū fortuna
belli atroci discordia domi: forisq; annū exactū insignē maxīe: Comitia Tribunitia
efficiunt. Res maior uictoria suscepti certaminis: q̃ usu. plus enim dignitatis Comitiis
ipsis detractum est: Patribus ex concilio submouendis: q̃ uirium aut Plebi additum:
aut demptum Patribus. ¶ Turbulentior inde annus excepit: L. Valerio. T. Emilio
Consulibus: tum propter certamina ordinum de lege Agraria: tum propter iuditium
Ap. Claudii: cui acerrimo aduersario legis: causamq; possessorum publici agri: tanq̃
tertio Consuli substinenti. M. Duellius et. Cn. Siccius diem dixere. ¶ Nunquam ante
tam inuisus plebi reus ad iudicium uocatus populi est. plenus suarū: plenus paternarū
irarum. ¶ Patres quoq; nō temere pro ullo eque annixi sunt. propugnatorem Sena-
tus: maiestatisq; uindicem sue: ad omnes Tribunitios Plebeiosq; oppositum tumultus:
modum dūtaxat in certamine egressum: obiici irate plebi. ¶ Vnus e patribus ipse. Ap.
Claudius et Tribunos: et Plebem: et suum iudicium: pro nihilo habebat. Illum non
mine Plebis: non Senatus preces perpellere unquam potuere: non modo ut uestem

Miletes rō. ob irā ī ꝯsulē uīci noluer

Decimauit milites Appius

Q. VINTIVS. ALTER. CŌSVL. A MILITIB.
max.º amatur

CONS. L. Valerius
T. emilius

Appio claudio dies dicta

mutaret: aut supplex prensaret homines: sed ne ut ex cōsueta qdem aspitate oratiōis: cum ad populum agēda causa esset: aliqd leniret. atq; submitteret. Idem habitus oris. eadem contumacia in uultu. idem in oratione spiritus erat. adeo ut magna pars Plebis Appium nō minus reum timeret: q̃ Consulem timuerat. semel causam dixit: quo semp agere omnia solitus erat: accusatorio spiritu. adeoq; constantia sua: et tribunos obstu/pefecit: et plebem: ut diem ipsi sua uoluntate producerent. trahi deinde rem sinerent. ¶ Haud ita multum interim temporis fuit: ante tamē q̃ predicta dies ueniret: morbo morit. ¶ Cuius cum laudationem. Tr. Ple. impedire conarētur: Plebs fraudari sollēni honore: supremum diem tāti uiri noluit. ¶ Et laudationem tam equis auribus mortui audiuit: q̃ uiui accusationem audierat. ¶ Et exequias frequens celebrauit. ¶ Eodem anno Valerius Consul: cū exercitu in Equos profectus: cum hostem ad preliū elicere non posset: castra oppugnare est adortus. ¶ Prohibuit feda tempestas cum grandine ac tonitribus celo deiecta. admirationē deinde auxit signo receptui dato adeo tran/quilla serenitas reddita: ut uelut numīe aliquo defēsa castra: oppugnare iterū religio fuerit. ¶ Omnis ira belli ad populationē agri uertitū. ¶ Alter Cōsul Emilius in Sabinis bellum gessit. et ibi: quia hostis menibus se tenebat: uastati agri sunt. ¶ Incēdiis deinde non uillarum modo: sed etiam uicorum quibus frequēter habitabatur: Sabini exciti: cum predatoribus occurrissent: ancipiti prelio digressi: postero die retulere castra in tutiora loca. ¶ Id satis Consuli uisum: cum pro uicto relinqueret hostē: integro inde decedens bello. ¶ Inter hec bella manente discordia domi. T. Numitius Priscus. A. Verginius Consules facti. ¶ Non ultra uidebatur latura plebs dilationem Agrarie legis. Vltimaq; uis parabatur: cum Volscos adesse fumo ex incendiis uillarum: fugaq; agrestiū cognitū est. ¶ Ea res maturam iam seditionē: ac prope erumpentē oppressit. ¶ Consules coacti ex templo ab Senatu: ad bellum educta ex urbe iuuentute: tran/quilliorem ceteram plebem fecerūt. Et hostes qdem nihil aliud: q̃ pfusis uano timore Romanis: citato agmine abeunt. ¶ Numitius Antium aduersus Volscos: Verginius contra Equos profectus. ibi ex insidiis prope magna accepta clade: uirtus militū rem plapsam neglīgētia Cōsulis: restituit. Melius in Volscis imperatum est. fusi p̄mo p̄lio hostes: et ī urbē antium: ut tum res erant opulentissimā: acti. quā consul oppugnare non ausus: Cenonem aliud oppidum: nequaq̃ tam opulentum ab Antiatibus cepit. ¶ Dum Equi Volsiq; Romanos exercitus tenent: Sabini usq; ad portas Vrbis po/pulātes incessere. deinde ipsi paucis post diebus a duobus exercitibus utroq; per iram Consule ingresso in fines: plus cladiū q̃ intulerant: acceperūt. ¶ Extremo anno pacis aliqd fuit. sed ut semper alias sollicite pacis: certamine Patrum: et Plebis. ¶ Irata plebs interesse Consularibus Comitiis noluit. ¶ Per patres clientesq; patrum consules creati. P. Quintius: et. Q. Seruilius. similem annum priori Consules habent. Seditiosa initia. bello deinde externo tranquilla. ¶ Sabini Crustuminos campos citato agmine trans/gressi: cū cedes et incēdiū circū Anienē flumē fecissent: a porta ppe Collina: menibusq; pulsi: ingentes tamē predas hominū pecudūq; egere. ¶ Quos Seruilius Consul infesto exercitu insequutus: ipsum quidem agmen adipisci equis locis non potuit. populationē adeo effuse fecit: ut nihil bello intactū relinqueret. multiplicią; capta preda rediret. ¶ Et in Volscis Respublica egregie gesta: tum ducis: tum militū opera. primū equo campo signis collatis pugnatum: ingenti cede utrinq; plurimo sanguine. Et Romani quia paucitas dampno sentiendo propior erat: gradum retulissent: ni salubri mēdatio Consul fugere hostes a cornu altero clamitans: cōcitasset aciem. ¶ Impetu facto: dum se putant uinci: uicere. Consul metuens: ne nimis instando renouaret certamen: signū

Appius an[te] q[uam] dies dicta veniret morit[ur].

CONS. T. Numitius priscus
A. Virginius.

CONS. P. Quintius
Q. Seruilius

receptui dedit. ¶ Inter ceſſere pauci dieſ: uelut tacitiſ induciiſ utrinq; quiete ſumpta: ꝑ quoſ ingenſ uiſ hominũ ex omnibuſ Volſciſ: Equiſq; populiſ in caſtra uenit. haud dubitanſ ſi ſenſerint: Romanoſ nocte abituroſ. Itaq; tertia fere uigilia ad caſtra op/pugnãda: ueniũt. ¶ Quintiuſ ſedato tumultu: quẽ terror ſubituſ excitauerat: cũ manere intentoriiſ quietum militem iuſſiſſet: Hernicorum cohortem in ſtationem educit. Cornicineſ tibicineſq; in equoſ impoſitoſ canere ante uallum iubet. ſollicitũq; hoſtem ad lucem tenere. ¶ Reliquum noctiſ adeo tranquilla omnia in caſtriſ fuere: ut ſomni quoq; Romaniſ copia eſſet. ¶ Volſcoſ ſpecieſ armatorum peditum: quoſ et plureſ eẽ: et Romanoſ: putabant: fremituſ hinnituſq; equorum: qui inſueto ſedente equite: et inſuper aureſ agitante ſonitu: ſeuiebant: intẽtoſ uelut ad impetũ hoſtium tenuit. Vbi illuxit Romanuſ integer: ſatiatuſq; ſomno ꝑductuſ in aciẽ feſſum ſtando: & uigiliiſ uolſcum: primo impetu perculit. quãq̃ ceſſere magiſ: q̃ pulſi hoſteſ ſunt: quia a tergo erant cliui: in quoſ: poſt principia integriſ ordinibuſ tutuſ receptuſ fuit. ¶ Conſul ubi ad iniquum locum uentum eſt: ſiſtit aciem. ¶ Mileſ egre teneri. clamare: et poſcere. ut perculſiſ inſtare liceat: ferociuſ agunt. ¶ Equiteſ circũfuſi ducibuſ: uociferantur: ſe ãte ſigna ituroſ. clamoremq; reſ eſt ſequuta. fixiſ in terram piliſ quo leuioreſ ardua eua/derẽt: curſu ſubeũt. ¶ Volſcuſ effuſiſ ad primum impetũ miſſilibuſ teliſ: ſaxa obiacẽtia pedibuſ ingerit in ſubeunteſ. turbatoſq; ictibuſ crebriſ urget ex ſuperiore loco. ¶ Sic prope oneratum eſt ſiniſtrũ romaniſ cornu: ni referentibuſ gradũ: Cõſul in crepãdo: ſimul temeritatem: ſimul ignauiam: pudore metum excuſſiſſet. ¶ Reſtitere ꝓmo ob/ſtinatiſ animiſ. deinde ut obtinenteſ locũ uireſ ferebant: Audent ultro gradũ inferre. et clamore renouato commouent aciem. ¶ Tum rurſuſ impetu capto enituntur. atq; exuperant iniquitatem loci. iam prope erat: ut in ſummum cliui iugum euaderent: cũ terga hoſteſ dedere. effuſoſq; curſu: pene agmĩe uno fugiẽteſ: ſequẽteſq; caſtriſ ĩcidere. ¶ In eo pauore caſtra capiuntur. ¶ Qui Volſcoꝝ effugere potuerunt: Antiũ petũt. ¶ Antium et Romanuſ exercituſ ductuſ: paucoſ circũſeſſum dieſ deditur: nulla op/pugnantiũ ui noua: Sed qđ iã inde ab infelici pugna caſtriſ amiſſiſ: ceciderãt animi.

Volsci superantur

Antium capitur

liber tertius

ANtio capto. T. Emiliuſ et Quintiuſ Fabiuſ Conſuleſ fiunt. Hic erat Fabiuſ Quintiuſ: qui unuſ extincte ad Cremeram genti ſup/fuerat. ¶ Iam priore Conſolatu Emiliuſ dandi agri Plebi fuerat autor. Itaq; ſecundo quoq; Conſolatu eiuſ et Agrarii ſe in ſpem legiſ erexerant. et Tribuni rem contra conſuleſ ſepe temptatam adiutore utiq; conſule obtineri poſſe rati: ſuſcipiunt. ¶ Et Conſul manebat in ſententia ſua. ¶ Poſſeſſoreſ: et magna parſ Patrum: Tribunitiuſ ſe iactare actiõibuſ Principem ciuitatiſ: et largiẽdo de alieno: popularẽ fieri querenteſ: totiuſ inuidiã rei a Tribuniſ in Conſulem auerterant. ¶ Atrox certamẽ aderat: ni Fabiuſ conſilio neutri partium acerbo: rem expediſſet. L. Quintii ductu et auſpitio agri capti priore anno aliquantulum a Volſciſ eſſe. ¶ Antium propinquã opportunam: et maritimam urbem colõiam deduci poſſe. ita ſine quereliſ poſſeſſoꝝ: Plebem in agroſ ituram. ciuitatem in concordia fore. ¶ Hec ſententia accepta eſt. ¶ Triumuiroſ agro dando creat. T. Quintiũ. A. Verginiũ. P. Furiũ. ¶ Iuſſi nomina dare qui agrum accipere uellent. ¶ Fecit ſtatim: ut fit: faſtidium copia. adeoq; pauci nomina dedere: ut ad explendum numerum: coloni Volſci adderentur. ¶ Cetera mul/titudo poſcere: Rome agrum malle: q̃ alibi accipere. ¶ Equi. A. Q. Fabio ſiſ eo cum

CONS. T. emilius Quintus Fabius

exercitu uenerat:)pacem petiere. Irritãq; eam ipsi: subita incursione ĩ agrũ Latinũ: fecere. Q. Seruilius in sequenti anno:(is enim cum. Sp. Postumio Consul fuit:)In Equos missus: in Latino agro statiua habuit. Quies necessaria morbo implicitum exercitum tenuit. Extractum ĩ tertium annũ bellũ est. Q. Fabio et. T. Quintio consulibus. Fabio extra ordinem: quia is uictor pacem equis dederat: ea prouintia data. Qui haud dubia spe profectus famã nominis sui pacaturam Equos: Legatos in Concilium gentis missos: nũtiare iussit. Q. Fabium Consulẽ dicere: se ex Equis Romam pacem tulisse. ab Roma Equis bellum afferre. eadem dextra armata: quã pacatam illis antea dederat: Quorum id periurio et perfidia fiat: deos nunc testes eẽ: mox fore ultores. se tamen utcunq; sit: etiã nunc poenitere sua sponte Equos: q̃ pati hostilia male. si peniteat: tutum receptum ad expertam clementiam fore. sin periurio gaudeant: Diis magis iratis: q̃ hostibus gesturos bellum. Hec dicta adeo nihil mo/uerunt quenquã: ut legati ꝓpe uiolati sint. exercitusq; in algidũ aduersus Romanos missus. Que ubi Romam sunt nuntiata: indignitas rei magis: q̃ periculum: Consulem alterũ ab urbe exciuit. Ita duo Cõsulares exercitus ad hostẽ accessere: acie instructa: ut confestim dimicarent. Sed cum forte haud multum diei supesset: unus ab statiõe hostium exclamat. Ostentare hoc est Romani: non gerere bellum: In noctẽ im/minentem aciem instruitis. longiore luce ad id certamen: quod instat: nobis opus est. Crastino die oriente sole redite ĩ aciem. erit copia pugnandi: ne timete. His uocibus irritatus miles in diem posterum in castra reducitur. lõgam uenire noctem ratus: que moram certamini faceret. Tum quidem corpora cibo: somnoq; curãt. Vbi illuxit postero die prior aliquanto constitit romana acies. Tandem et equi ꝓcessere. Preliũ fuit utrinq; uehemens. quod et Romanus ira: odioq; pugnabat. et Equos consciam contracti culpa periculi: & desperatio future sibi postea fidei: ultima audere: et expiri cogebat. Non tamẽ sustinuere aciem Romanam Equi. pulsiq;: cum in fines suos se recepissent: nihilo inclinatoribus ad pacem animis: ferox multitudo increpare: qđ in aciem: qua pugnandi arte Romanus excellat: commissa res sit. Equos populatiõibus incursiõibusq; meliores esse. et multas passim manus q̃ magnam molẽ unius exercitus rectius bella gerere. Relicto itaq; castris ꝑsidio egressi: tanto cum tumultu inuasere fines Romanos: ut ad urbem quoq; terrorem pertulerint. Nec opinata etiam res: plus trepidationis fecit: qđ nihil minus: q̃ ne uictus ac prope in castris obsessus hostis memor populationis esset: timeri poterat. agrestesq; pauidi incidentes portis: nõ po/pulationem: nec predonum paruas manus: sed omnia uano augẽtes timore: exercitus et legiões adesse hostium: et infesto agmine ruere ad urbẽ clamabãt. Ab his ꝓximũ audita: incerta: eoq; uaniora ferre ad alios cursus clamorq; uocãtium ad arma: haud multum a pauore capte Vrbis abesse. Forte ab Algido Quintius Consul redierat Romam. Id remedium timori fuit. tumultuq; sedato uictos timeri increpãs hostes: presidia portis imposuit. Vocato deinde Senatu: cum ex autoritate patrum iustitio indicto: profectus ad tutandos fines esset. Q. Seruilio Prefecto Vrbis relicto: hostem in agris non inuenit. Ab altero Consule res gesta egregie est. qui qua uenturũ hostẽ sciebat grauẽ ꝑda: eoq; impeditiori agmine incedentẽ: agressus: funestã populationẽ fecit. Pauci hostium euasere ex insidiis. preda omnis recepta est. Sic finem iustitio: qđ quatriduum fuit: reditus Quintii Consulis in Vrbem fecit. Census deinde actus: & conditum a Quintio Lustrum. Censa ciuium capita. centum q̃ttuor et. xx. milia. ccxiiii. dicuntur preter orbos: orbasq;. In Equis nihil deinde memorabile actum. In oppida sua se recepere. uri sua populariq; passi. Consul cum aliquotiens per omnem

SUBITARII MILITES

CONS. Postumius Albus / Sp. Furius Fusius

hostium agrum infesto agmine populabūdus isset: cū ingenti laude: predaq; Romā rediit. ¶ Cōsules inde Postumius Albus. Sp. Furius Fusius. Fusios: Furios: Fabios: scripsere quidam ¶ Id ammoneo nequis immutationem ipsorum uirorum esse: que nominum est: putet. ¶ Haud dubium erat: quin cum Equis alter Consulum bellum gereret. Itaq; Equi ab Ecetranis Volscis presidiū petiere. Quo cupide oblato: adeo ciuitates he ꝑpetuo in Romanos odio certauere: bellū summa ui parabat. ¶ Sentiūt Hernici. et ꝓdicunt Romanis: ecetranū ad Equos descisse. suspecta et Colōia Antiū fuit: quod magna uis hominum inde cum oppidū: captū esset: cōfugisset ad Equos. Isq; miles: per bellum Equicum: uel acerrimus fuit. ¶ Compulsis deinde ī oppida Eqs: multitudo dilapsa cū Antium redisset: sua sponte iam infidos Colonos Romanis ab/alienauit. ¶ Nec dum matura re: cum defectionem parari delatum ad Senatum esset: datum negotium est Consulibus: ut principibus Colonie Romam excitis: quererent qdnam rei eēt. ¶ Qui cum haud grauate uēissent: introducti a Cōsulibus ad Senatū: ita responderunt ad interrogata: ut magis suspecti q̄ uenerant: dimitterentur. ¶ Bellū inde haud dubiū haberi. Sp. Furius Consulū alter: cui ea ꝓuintia euenerat: ꝓfectus in Equos: Hernicoꝝ in agro populabundū hostem inuenit. Ignarusq; multitudinis: quia nusquam uniuersa conspecta fuerat: imparem copiis exercitum temere pugne commisit. primo concursu pulsus se in castra recepit. Neq; is finis periculi fuit. Nanq; et proxima nocte: et postero die tanta ui castra sunt circunsessa atq; oppugnata: ut ne nuntius quidem inde Romā mitti posset. ¶ Hernici et male pugnatū: et Consulē exercitumq; obsideri: nuntiauerunt. Tantumq; terrorem incussere Patribus: ut: que forma Senatus Consulti ultime semꝑ necessitatis habita est: Postumio alteri Consulū negotium daretur: uideret: nequid detrimenti respublica caperet. ¶ Ipsum Consulem rome manere ad conscribendos omnes: qui arma ferre possent: optimum uisum est. ¶ Proconsulē. T. Quintiū subsidio castris: cū sotiali exercitu mitti. ¶ Ad eū explendū Latini Hernicique et Colonia Antium: dare Quintio subitarios milites (ita tū repētina auxilia appellabant) iussi. ¶ Multi per eos dies motus: multiq; impetus hinc: atq; illinc facti. quia superante multitudine hostes carpere multifariam uires Romanas: ut nō suffecturas ad oīa: aggressi sunt. Simul castra oppugnabant. Simul pars exercitus ad populādum agrum Romanum missa: Urbemq; ipsam: si qua fortuna daret: ten/tandam. L. Valerius ad presidium Urbis relictus. ¶ Consul Postumius ad arcendas populatiōes finium missus. ¶ Nihil remissum ab ulla parte cure: aut laboris. ¶ Vigilie in Urbe: Stationes ante portas: presidiaq; in muris disposita. et: qd̄ necesse erat in tāto tumultu: iustitium per aliquot dies seruatum. ¶ Interim in castris Furius Consul cū primo quietus obsidionem passus esset. in incautum hostem decumana porta erupit. Et cum persequi posset: metu substitit: ne qua ex parte in castra uis fieret. ¶ Furium Legatum (frater idem consulis erat) longius extulit cursus. ¶ Nec suos ille redeuntes: persequendi studio: neq; hostiū a tergo incursū uidit. Ita exclusus: multis sepe frustra conatibus captis: ut uiam sibi ad castra faceret: acriter dimicans cecidit. ¶ Consul nūtio circumuenti fratris conuersus ad pugnādum: se temere magis: q̄ satis caute: in mediam dimicationē infert. ¶ Vulnere accepto egre a circunstātibus ereptus: et suoꝝ animos turbauit: et ferociores hostes fecit. qui cede Legati: et Consulis uulnere accensi: nulla deinde ui sustineri potuere. ¶ Cum compulsi in castra Romani rursus obsiderentur: nec spe: nec uiribus pares: uenissetq; in periculū summa rerū: ni. T. Quintius ꝑegrinis copiis cum Latino Hernicoq; exercitu subuenisset. ¶ Is intentos in castra Romana Equos: Legatiq; caput160 ferociter ostentantes: a tergo adortus: simul ad signum a se

Roᵒʳᵘᵐ castra obsident ab equis volscisq;

SUBITARII MILITES

IUSTITIUM

Furius consulis f[rate]r legat[us] occidi[tur] / Consul uulneratur / CASTRA ITER[UM] OBSIDENTUR

procul editum ex castris eruptione facta: magnam uim hostiū circūuenit. ¶ Minor cedes: fuga effusior Equorum in agro fuit Romano. in quos palatos predā agētes: Postumius aliquot locis quibus opportuna imposuerat p̄sidia: impetū dedit. Ii uagi dissipato: agmine fugientes: in Quintium uictorem a Saucio Consule reuertentem incidere. ¶ Tū Cōsularis exercitus egregia pugna Cōsulis uulnus: Legati et cohortiū: ultus est cedem. ¶ Magne clades ultro citroq; illis diebus: et illate: et accepte. ¶ Difficile ad fidē est in tā antiq̄ re: quot pugnauerint ceciderintue exacto affirmare numero. Audet tamē Antias Valerius cōcipere summas. ¶ Romanos cecidisse in Hernico agro Mille et. ccc. ¶ Ex predatoribus Equorum: qui populabundi in finibus Romanis ua/gabātur: ab consule Postumio. cccc. cesos. ¶ Ceteram multitudinem: predam agentem: que inciderit in Quintium: nequaq̄ pari defunctā esse cede. Interfecta inde q̄ttuor milia: et exequēdo subtiliter numerū. cc. ait et. xxx. ¶ Vt Romā reditū ē: iustitiū re/missum ē. Celū uisum ē ardere plurimo igni. portentaq; alia aut obuersata oculis: aut uanas exterritis ostētauere species. ¶ His auertēdis terroribus in triduū ferie indicte: p̄ q̄s omīa delubra: pacē deū exposcētiū: uiroꝝ mulierūq; turba implebant. ¶ Cohortes inde Latie: Herniceq; ab Senatu gratiis: ob impigram militiam actis: remisse domos. ¶ Antiates mille milites: quia serum auxilium: post prelium uenerant: prope cum ig/nominia dimissi. ¶ Comitia inde habita. creati Cōsules. L. Ebutius. P. Seruilius. kal. sextilibus: ut tunc principium anni agebatur: Consulatum ineunt. ¶ Graue tempus: et forte annus pestilens erat urbi: agrisq;. nec hominibus magis: q̄ pecori. et auxere uim morbi terrores populationis pecoribus: agrestibusq; in urbem acceptis. Ea colluuiōe mixtorum omnis generis animātium ex odore insolito Vrbanos: et agrestē confertū in arcta tecta estu ac uigiliis angebat. ministeriaq; inuicē: ac cōtagio ipsa uulgabāt morbos. ¶ Vix instantes sustinētibus clades: repente Legati Hernici nuntiāt in agro suo Equos: Volscosq; coniūctis copiis castra posuisse. inde ingenti exercitu fines suos depopulari: p̄ter q̄ qd̄ infrequēs Senatus inditio erat Sotiis: afflictā ciuitatē pestilētia esse: mestum etiam responsum tulere. ut p̄ se ipsi Hernici cū Latinis: res suas tutarent. Vrbem Romanam subita deum ira morbo populari. ¶ Si qua eius mali quies ueniat: ut anno ante: ut semper alias: Sotiis opem laturos. ¶ Discessere Sotii pro tristi nuntio: tristiorem domum referentes. quippe quibus per se bellum sustinendum erat: qd̄ uix Romanis fulti uiribus: sustinuissent. ¶ Non diutius se in Hernico hostis continuit. Pergit inde infestus ī agros Romanos: etiā sine belli iniuria uastatos. Vbi cū obuius nemo: ne inermis q̄dem: fieret: perq; omnia non presidiis modo deserta: sed etiā cultu agresti: transirent: Venere ad tertium lapidem Gabina uia. ¶ Mortuus Ebutius erat Romanus Consul. ¶ Collega eius Seruilius exigua in spe trahebat animam. Affecti pleriq; principum. patrum maior pars. militaris fere etas omnis: ut non modo ad ex/peditiones: quas in tanto tumultu res poscebat: sed uix ad quietas stationes uiribus sufficerent. Munus uigiliarum Senatores: qui per etatem ac ualitudinem poterant: p̄ se ipsi obibāt. ¶ Circuitio ac cura Edilium Plebis erat. ad eos summa rerum ac maiestas consularis imp̄ii uenerat. ¶ Deserta omīa: sine capite: sine uiribus: dii p̄sides ac fortuna Vrbis tutata est. que Volscis Equisq; p̄donum potius mentem: q̄ hostium: dedit. adeo enim nulla spes nō potiundi modo: sed ne adeundi quidem Romana menia animos eorum cepit. Tectaq; procul uisa: atq; imminentes tumuli auertere mētes eorum: ut totis passim castris: fremitu orto: quid in uasto ac deserto agro inter tabem pecorum hominumq; desides sine preda tempus tererent: cum integra loca Tusculanum agrum opimum copiis petere possent? Signa repente conuellerent. transuersisq; itineribus p̄

Equi uincūt magna cede ultro citroq; accepta

CELV ARDERE VISVM

CONS. L. ebutius
P. Seruilius

PESTILĒTIA ROME

Equi et Volsci [illegible] ro. agros populantur.

Consulū alter ebutius morit: Alter ī mortis discrimine uersatur et paulo post moritur

f 7

Lauicanos agros: i Tusculanos colles transirent. Eo uis omis tẽpestasq; belli cõuersa est. Interim Hernici Latiniq; pudore etiam non misericordia solum moti: si nec ob/stitissent cõmunibus hostibus: infesto agmine Romanam Vrbem petentibus: nec opẽ ullam obsessis Sotiis ferrent: coniuncto exercitu Romam pergunt. ubi cum hostes non inuenissent: sequuti famam: ac uestigia obuiã fiunt descendẽtibus a Tusculano in Albanam uallem. ¶ Ibi haud quaq̃ equo prelio pugnatum est ¶ Fides sua Sotiis parum felix in presentia fuit. ¶ Haud minor Rome stragés: q̃ quanta ferro sotiorũ facta erat ¶ Cõsul q̃ unus superat morit̃. ¶ Mortui et alii clari uiri. M. Valerius. T. Verginius Rutilius: Augures. Ser. Sulpitius Curio Maximus. Et p ignota capita late uagata est uis morbi ¶ Inops Senatus auxilii humani: ad deos populum ac uota uertit. ¶ Iussi cum coniugibus ac liberis supplicatum ire. pacemq; exposcere deum. Ad id: qđ sua queq; mala cogebant: autoritate publica euocati: omnia delubra implẽt. ¶ Strate passim matres crinibus templa uerrentes ueniam irarum celestiũ: finemq; pesti exposcunt ¶ Inde paulatim: siue pace: deum impetrata: seu grauiore tempore anni iam circumacto: defuncta morbis corpora: salubriora esse incipere. ¶ Versisq; animis iam ad publicam curam: cũ aliquot interregna exissẽt. P. Valerius Publicola tertio die q̃ interregnum inierat: Cõsules creat. L. Lucretium Tricipitinũ: et. T. Veturiũ Geminum: siue ille Vetusius fuit ¶ Ante. iii. idus sextilis Consulatũ ineunt ¶ Iam satis ualida ciuitate: ut nõ solum arcere bellum: sed ultro etiam inferre posset: Igitur nũ/tiãtibus Hernicis: fines suos transcendisse hostes: impigre promissum auxilium ¶ Duo Consulares exercitus scripti ¶ Veturius missus in Volscos ad bellum ultro inferẽdum. ¶ Tricipitinus populationibus arcẽdis sotioꝝ agro oppositus: nõ ultra q̃ in Hernicos procedit ¶ Veturius primo prelio hostes fundit ¶ Lucretium dum in Hernicis sedet predonum agmen fefellit: supra montes prenestinos ductum. inde dimissum in cãpos. uastauere agros Prenestinum: Gabinumq;. Ex Gabino i Tusculanos flexere colles. ¶ Vrbi quoq; Rome ingens prebitus terror: magis in re subita: q̃ qđ ad arcẽdam uim: parum uirium esset. Q. Fabius p̃erat urbi ¶ Is armata iuuentute. dispositisq; p̃sidiis tuta oĩa ac tranquilla fecit. Itaq; hostes preda ex ꝓximis locis rapta: appropinq̃re urbi nõ ausi: cũ circũacto agmine redirent: quanto lõgius ab urbe hostiũ abscederẽt: eo solutiore cura: in Lucretium incidunt Consulem: iam ante exploratis itineribus suis instructum: et ad certamen intentum ¶ Igit̃ preparatis animis repentino pauore perculsos adorti aliquanto pauciores: multitudinem ingentem fundunt. fugantq; et compulsos in cauas ualles cum exitus haud in facili esset: circũueniunt. ¶ Ibi Volscum nomen prope deletum est. decem milia. ccccl xx. cecidisse in acie ac fuga: Mille et. ccl. captos uiuos: signa. xiiii. militaria relata: in quibusdam Annalibus inuenio. Vbi etsi adiectum numero aliquid sit: magna certe cedes fuit. ¶ Victor Cõsul ingenti preda potitus eodem in statiua redit. Tum consules castra coniungunt. ¶ Et uolsci equiq; afflictas uires suas in unũ cõtulere ¶ Tertia illa pugna eo anno fuit. Eadẽ fortuna uictoriam dedit. fusis hostibus etiã castra capta ¶ Sic res Romana in antiquũ statum redit. Secundeq; belli res ex templo urbanos motus excitauerũt ¶ C. Terẽtillus Arsa Tribunus. Pl. eo anno fuit. Is Consulibus absentibus ratus locũ Tribunitiis actiõibus datum: per aliquot dies Patrum supbiam ad plebem criminatus: maxime in consulare imperium tãq̃ nimium: nec tollerabile libere ciuitati inuehebat̃. Nomine enim tantũ minus inuidiosum: re ipsa prope atrocius q̃ regnum esse. qppe duos pro uno dominos acceptos. immoderata infinita potestate: qui soluti: atq; effrenati ipsi: oĩs metus legũ omniaq; supplicia uerterẽt in plebem. Que ne eterna licẽtia sit: legem se ꝓmulgaturũ:

Cons. L. Lucretius tricipitinus T. veturius Geminus.

Volsci ppe deleti

C. TERETILLUS. ARSA. TR. PL. LEGẼ FERRE. PARAT. Q̃. CÕSULARE Impiũ

ut qnq; uiri creent legibus de imperio consulari scribendis. qđ populus i se ius dederit: eo consulem usurum. nõ ipsos libidinem ac licentiam suam pro lege habituros ¶ Qua ꝓmulgata lege: cum timerent patres absentibus Consulibus iugum accipere: Senatus a Prefecto urbis. Q. Fabio uocatur. qui adeo atrociter in rogationem latorẽq; ipm est inuectus: ut nihil: si ambo Consules infesti circunstarent Tribunũ: relictũ minarũ atq; terroris sit. ¶ Insidiatum eum. et tempore capto adortum Rempublicam siquem similem eius priore anno inter morbũ: bellũq; irati dii Tribunũ dedissent: nõ potuisse sisti. mortuis duobus Consulibus: iacente egra ciuitate: in colluuione omnium rerum: ad tollẽdum reipublice consulare imperium laturum leges fuisse. ducẽ Volscis Eqsq; ad oppugnandam urbem futurum. ¶ Quid tandem illi non licere? siqd Cõsules supbe in aliquẽ ciuium aut crudeliter fecerint: diem dicere. accusare. his ipsis iudicibus: quoꝝ in aliquem seuitum sit. ¶ Non illud Consulare imperium: sed Tribunitiam potestatẽ inuisam: intolerandamq; facere. quam pacatam reconciliatamq; Patribus: deintegro in antiq̃ redigẽ mala. neq; illum se deprecari quo minus pergat: ut ceperit. ¶ Vos inqt Fabius ceteri Tribuni oramus: ut ꝑmum omniũ cogitetis: potestatẽ istã ad singuloꝝ auxilium: non ad pniciem uniuersorum: cõparatam esse. Tribunos Ple. uos creatos: non hostes Patribus. nobis miserum: inuidiosum uobis est: desertam Rempublicam inuadi. nõ ius uestrum: sed inuidiam minueritis. ¶ Agite cum collega: ut rem integram in aduentum Consulum differat. ne Equi quidem ac Volsci morbo absumptis priore anno Consulibus: superbo crudeliq; nobis bello institere. ¶ Agunt cum Terentillo tribuni. dilataq; i speciẽ actiõe: re ipsa sublata: Cõsules ex tẽplo accersiti. ¶ Lucretius cum ingenti preda: maiore multo gloria: redit. et auget gloriam adueniens exposita omi in campo Martio preda: ut suũ quisq; per triduum cognitũ abduceret: Reliqua uendita: quibus domini nõ extitere. ¶ Debebatur omniũ cõsensu Consuli Triũphus: sed dilata res est Tribuno de lege agente. id antiquis Consuli fuit. iactata per aliquot dies: tum in Senatu res: tum ad Populum est. ¶ Cessit ad ultimum Maiestati Consulis Tribunus. et destitit. ¶ Tum Imperatori exercituiq; bonos suus redditus. ¶ Triũphauit de uolscis: equisq; ¶ Triumphantem sequute sue legiones. ¶ Alteri consuli datum: ut ouans sine militibus urbẽ iniret. ¶ Anno deinde sequẽti lex Terentilla ab toto relata collegio: nouos agressa Cõsules est. ¶ Erant Consules. P. Volumnius. Ser. Sulpitius. ¶ Eo anno celum ardere uisum. Terra ingẽti concussa motu est. bouem loquutam: cui rei priore anno fides non fuerat: creditum est. ¶ Inter alia prodigia carnem pluit. quem hymbrem ingens numerus auium uolitando rapuisse fertur. ¶ Quod intercidit sparsum ita iacuisse per aliquot dies: ut nihil odor mutaret. ¶ Libri per duumuiros sacrorum aditi. ¶ Pericula a conuentu alienigenarum predicta: nequi in loca summa urbis impetus cedesq; inde fierent. ¶ Inter cetera monitũ: ut seditionibus abstineretur. ¶ Id factum ad impediẽdam legem Tribuni criminabantur. ingensq; aderat certamẽ. Ecce: ut idẽ in singulos annos orbis uolueretur: Hernici nuntiãt Volscos et Equos: etsi abscise res sint: reficere exercitus. ¶ Antii summam rei positam. ¶ Ceteros Antiates colonos palã concilia facere. id caput: eas uires belli esse. ¶ Ut hec dicta in senatu sunt: delectus edicit. Cõsules belli administrationẽ inter se dispartiri iussi. alteri ut Volsci: alteri ut Equi Prouintia esset. ¶ Tribuni coram in foro personare: fabulã cõpositam Volsci belli. ¶ Hernicos ad partes paratos. ¶ Iam ne uirtute quidem premi libertatem populi Romani: sed arte ludi. quia occidione ꝓpe occisos Volscos: et Equos mouere sua sponte arma posse: Iam fides abierit: nouos hostes queri. Coloniã fidã: ꝓpinquã: infamem fieri. bellũ innoxiis Antiatibus indici. geri cũ Plebe Romana. quã oneratã

armis ex urbe precipiti agmine: acturi essent. exsilio et relegatione ciuium ulciscẽtes Tribunos. Sic: nequid aliud actũ putent: uictam legem esse: nisi dum in integro res sit: dum domi: dum togati sunt: caueãt ne possessione Vrbis pellantur. ne iugum ac/cipiant. Si animus sit: non defore auxiliũ. Consentire omnes Tribunos. nullũ terrorẽ externum: nullum periculum esse. cauisse deos priore anno: ut tuto libertas defendi posset. ¶ Hec tribuni. ¶ At ex parte altera Consules in conspectu eorum positis sellis delectum habebant. Eo decurrunt Tribuni. contioẽmq; secum trahunt. Citati pauci: uelut rei experiunde causa: et statim uis coorta. ¶ Quencunq; Lictor iussu Consulis prehendisset: Tribunus mitti iubebat. Neq; suum cuiq; ius modum faciebat. sed uiriũ spe: sed manu obtinendum erat: Quod intẽderes. ¶ Quemadmodum Tribuni gessissent in probibendo delectu: sic Patres in lege: que per omnes Comitiales dies ferebatur: impedienda gerebãt. ¶ Initium erat rixe: cum discedere populum iussissent Tribuni: qđ Patres se submoueri haud sinebant. ¶ Nec fere seniores rei intererant: quippe que non consilio regenda: sed permissa temeritati audacieq; esset: ¶ Multum et consules se abstinebant: ne cui in colluuione rerũ Maiestatem suã contumelie offerrent. ¶ Ceso erat Quintius ferox iuuenis: tã nobilitate gentis: q̃ corporis magnitudine: ac uiribus. ¶ Ad ea munera data a diis: et ipse addiderat multa belli decora. facundiamq; in foro: ut nemo: nõ lingua: non manu ꝓmptior in ciuitate haberetur. ¶ Hic cum in medio patrum agmine constitisset: eminẽs inter alios: uelut omnes Dictaturas Consulatusq; gerẽs ĩ uoce: ac uiribus suis: unus impetus Tribunitios Popularesq; ꝓcellas sustinebat. ¶ Hoc duce sepe pulsi foro Tribuni: fusa ac fugata Plebes est. Qui obuius fuerat mul/tatus: nudatusq; abibat: ut satis appareret: si sic agi liceret: uictam legem esse. ¶ Tum prope iam perculsis aliis Tribunis. A. Verginius ex Collegio unus: Cesoni capitis diẽ dicit. ¶ Atrox ingenium accenderat eo facto magis: q̃ conterruerat. eo acrius obstare legi. agitare plebẽ. Tribunos uelut iusto persequi bello. ¶ Accusator pati reum ruere. inuidieq; flammam ac materiã criminibus suis suggerere. legẽ interim nõ tam ad spem perferendi: q̃ ad lacessendam Cesonis temeritatem ferre. ¶ Ibi multa sepe a iuuentute inconsulte dicta: factaq; in unius Cesonis suspectum incidunt ingenium. tamen legi resistebatur. A. Verginius identidem Plebi Ecquid sentitis uos Quirites Cesonẽ simul ciuem: et legem: quã cupitis: habere nõ posse? q̃q̃ qd ego legẽ loquor: libertati obstat. omnes Tarquinios superbia exuperat. Expectate dum Consul aut Dictator fiat: quem priuatum uiribus et audacia regnantem uidetis. ¶ Assentiebant multi: pulsatos se querentes. et Tribunum: ad rem peragendam: incitabant. Iam aderat iuditio dies. apparebatq; uulgo homines ĩ damnatiõe Cesonis libertatẽ agi credere. ¶ Tum demũ coactus cum multa indignitate ꝓhensabat singulos. Sequebantur necessarii ꝑncipes ciuitatis. T. Quintius Capitolinus: q ter consul fuerat: cũ multa referret sua familieq; decora: affirmabat neq; in Quintia gente: neq; in ciuitate Romana tantam indolẽ: tam mature uirtutis unquã extitisse. suũ primũ militẽ fuisse. se sepe uidẽte pugnasse in hostem. Sp. Furius missum ab Quintio Capitolino sibi eum ĩ dubiis suis rebus ue/nisse subsidio. neminem unum eẽ cuius magis opera putet Rempublicam restitutam.

P. Lucretius Consul anni prioris: recenti gloria nitens: suas laudes participare cum Cesone. memorare pugnas. referre egregia facinora nunc in expeditionibus: nunc in acie. suadere: et monere: iuuenem egregium instructum nature: fortuneq; omnibus bonis: maximum momẽtum rerum eius ciuitatis: in quancunq; uenisset: suũ q̃ alienũ mallent ciuem esse. Quod offendat in eo: feruorẽ et audaciã etatẽ quottidie auferre. qđ desideretur: consilium: id in dies crescere. senescentibus uitiis: maturescente uirtute:

Tribuni consules p̄hibẽt delectũ fieri

A. Verginius Cesoni capitis diẽ dicit

Dicta ĩ excusatione et commendatione Cesonis

L. Quintius cincinatus cesonis pater

ſinerẽt tantũ uirũ ſenẽ ĩ ciuitate fieri ¶Pater inter hoſ. L. Quintiuſ cui Cincinnato cognomen erat: non iterando laudeſ: ne cumularet inuidiam: ſed ueniam errori: atq; adoleſcentie petendo: ſibi qui non dicto: qui nõ facto: quenquã offendiſſet: ut cõ/donarent filium: orabat. ¶Sed alii auerſabantur preceſ: aut uerecundia: aut metu. Alii ſe ſuoſq; multatoſ querẽteſ: atroci reſponſo iuditiũ ſuum pferebant ¶Premebat reum preter uulgatam inuidiam crimẽ unũ qđ. M. Volſciuſ Fictor: q ante aliquot annoſ Tribunuſ Plebiſ fuerat: teſtiſ extiterat: ſe haud multo poſt q̃ peſtilentia in urbe fuerat: in iuuentutem graſſantẽ in Suburra incidiſſe ¶Ibi rixã natã eſſe. fratreq; ſuum maiorem natu: nec dum ex morbo ualidum: pugno ictum a Ceſone cecidiſſe ſemi animem. interq; manuſ domum allatum. mortuũq; inde arbitrari. ¶Nec ſibi rem exeq tam atrocẽ: per Conſuleſ ſuperiorum annorum licuiſſe ¶Hec Volſcio clamitante adeo cõcitati homineſ ſunt: ut haud multum abfuerit: qn impetu populi Ceſo interiret ¶Verginiuſ arripi iubet hominem. et ĩ uincula duci ¶Patritii ui: contra uim re/ſiſtũt. T. Quintiuſ clamitat: cui reo capitaliſ dieſ dicta ſit: et de quo futurũ ꝓpediẽ iudicium: eum indemnatum indicta cauſa non debere uiolari. ¶Tribunuſ ſupplicium negat ſumpturum ſe de indemnato. ſeruaturũ tamen eſſe in uinculiſ ad iudicii diem: ut q hominẽ necauerit: de eo ſupplicii ſumendi copia Populo Romano fiat ¶Ap/pellati Tribuni: medio decreto uiſ auxilii ſui expediũt. in uincla conici uetant. ſiſti reum: pecuniãq; niſi ſiſtatur Populo promitti placere: ꝓnuntiant ¶Summã pecunie quantam equum eſſet promitti: Veniebat in dubiũ. id ad Senatum reiicitur ¶Reuſ dum conſulerentur Patreſ: retentuſ in publico eſt ¶Vadeſ dare placuit. unum uadem triummilium eriſ obligarunt. quot darentur Tribuniſ permiſſum eſt. decem finierũt. tot uadibuſ accuſator uadatuſ eſt reum. Hic primuſ uadeſ publicoſ dedit ¶Dimiſſuſ e foro: nocte proxima iuſſu Conſulum in Tuſcoſ in exſilium abiit ¶Iudicii die: cum excuſaretẽ ſolũ uertiſſe exſilii cauſa: nihilominuſ Verginio comitia habẽte: College appellati dimiſere Concilium. pecunia a patre exacta crudeliter: ut diuẽditiſ oĩbuſ boniſ: aliquandiu Tranſtyberim: ueluti relegatuſ agello quodam in tugurio uiueret. ¶Hoc iudicium: et promulgata lex: exercuit ciuitatẽ ¶Ab externiſ armiſ ociũ fuit. ¶Cum uelut uictoreſ Tribuni perculſiſ Patribuſ Ceſoniſ exſilio: prope perlatam eẽ crederent legem: & qđ ad ſenioreſ patrum pertineret: ceſſiſſent poſſeſſione reipublice. ¶Iunioreſ: id maxime: qđ Ceſoniſ ſodalium fuit: auxere iraſ in Plebem: nõ minuerũt animoſ. ¶Sed ibi plurimũ profectum eſt: quod modo quodam temperauere impetuſ ſuoſ. Cum primo poſt Ceſoniſ exſilium lex cepta ferri eſt: ĩſtructi paratiq; cũ ingẽti clietium exercitu: ſic Tribunoſ: ubi primũ ſubmouẽteſ prebuere cauſam: adorti ſunt: ut nemo unuſ inde precipuum quicq̃ glorie domum: inuidieue ferret. mille pro uno Ceſoneſ extitiſſe Plebeſ quereretur. Mediiſ diebuſ quibuſ Tribuni de lege nõ agerẽt: nihil eiſdem illiſ placidiuſ: aut quietiuſ erat. benigne ſalutare. alloqui Plebiſ homineſ: domum inuitare. adeſſe in foro. Tribunoſ ipſoſ cetera pati ſine interpellatione cõcilia habere. Nunq̃ ulli: neq; publice: neq; priuatim truceſ eſſe: niſi cum de lege agi ceptum eſſet. Alibi populariſ iuuẽtuſ erat. ¶Nec cetera modo Tribuni tranquille peregere: Sed refecti quoq; in inſequentem annum: ne uoce quidem incommoda: nedum ut ulla uiſ fieret: paulatim permulcendo: tractandoq;: manſuefecerant Plebem ¶Hiſ per totum annum artibuſ lex eluſa eſt ¶Accipiunt ciuitatem placidiorem Conſuleſ. C. Claudiuſ Appii filiuſ. et. P. Valeriuſ Publicola ¶Nihil noui nouuſ ãnuſ attulerat. legiſ ferende: aut accipiẽde cura ciuitatem tenebat ¶Quantum iunioreſ Patrũ Plebi ſe magiſ inſinuabãt: eo acriuſ cõtra Tribuni tẽdebãt ut Plebi ſuſpectoſ eoſ: criminãdo

facerent. Coniurationem factam. Cesonem Rome esse. interficiendorum Tribunorum: trucidandę Plebis: consilia. inita. Id negotium datum ab senioribus patrū: ut iuuētus Tribunitiam potestatem e Republica pelleret. formaq; eadē eēt ciuitatis: que ante Sacrum montem occupatum: fuerat. Et ab Volscis et Equis statutum iam: et prope sollemne in singulos annos bellum timebatur. ¶ Propiusq; aliud nouum malum: nec opinato: exortum. ¶ Exsules seruiq; ad quattuor milia et quingenti hominum: duce. Ap. Herdonio Sabino nocte Capitolium atq; arcem occupauerunt. ¶ Confestim in Arce facta cedes eorum: qui coniurare: et simul capere arma: noluerant. ¶ Alii inter tumultum precipites pauore in forū deuolant. ¶ Alterne uoces ad arma: et ad hostes: in urbe sunt: audiebantur. ¶ Consules et armare Plebem: et inermē esse pati: timebāt. incerti qđ malum repentinum: externum: an intestinum: ab odio Plebis: an a seruili fraude urbem inuasisset. Sedabant tumultus. sedando interdum mouebant. nec enim poterat pauida et consternata multitudo regi imperio. dant tamen arma. nō uulgo. tantum ut incerto hoste presidium satis fidum ad omnia esset. solliciti reliquū noctis incertiq; qui homines: quantus numerus hostium esset: in stationibus disponendis ad opportuna omīs urbis loca egere. ¶ Lux deinde apuit bellū. ducēq; belli. Seruos ad libertatē. Ap. Herdonius ex Capitolio uocabat. se miserrimi cuiusq; suscepisse causā: ut exsules iniuria pulsos ī patriam reduceret. et seruitutis graue iugū demeret. id male Populo Romano autore fieri. Si ibi spes non sit: se Volscos: et Equos: et omnia ex/trema temptaturum & concitaturum. ¶ Dilucere res magis Patribus. atq; Consulibus: ¶ Preter ea tamen que denuntiarentur: ne Veientium: neu Sabinorum: id consilium esset: timere. Mox Sabine Etrusceq; legiones ex composito adessent. ¶ Tum eterni hostes Volsci et Equi non ad populandos ut ante fines: sed ad urbem: ut ex parte captam: uenirent. Multi et uarii timores. ¶ Inter ceteros eminebat terror seruilis ne suus cuiq; domi esset hostis. cui nec credere: nec non credendo: ne infestior fieret: fidē abrogare: satis erat tutum. uixq; concordia sisti uidebatur posse: tātum superantibus aliis ac emergentibus malis. Nemo Tribunos ac Plebem timebat. māsuetum ad malū. et per aliorum quietem malorum semper exoriens. tumq; eē peregrino terrore sopitū uidebatur. ¶ At id ꝑpe unum maxime inclinatis rebus incubuit. Tantus enim tribunos furor tenuit: ut non bellum: sed uanam imaginem belli ad auertendos ab legis cura Plebis animos Capitolium insedisse: contenderent: patritiorum hospites: clientesq;. si perlata lege frustra tumultuatos se sentiant: maiori q̃ uenerint silentio abituros. ¶ Cō/cilium inde legi ꝓferende habere: auocato Populo ab armis. ¶ Senatū interim cōsules habent. alio se maiore a Tribunis metu ostēdente: q̃ quem nocturnus hostis intulerat. ¶ Postq̃ arma poni: et discedere homines a stationibus nuntiatum est. P. Valerius: Collega Senatum retinente: se ex Curia proripit. inde in templū ad Tribunos uenit. ¶ Quid hoc rei est inqt Tribuni? Ap. Herdonii ductu: et auspicio rēpublicā euersuri estis? tam felix uobis corrumpendis fuit: qui seruitia nō cōmouit autor? Cum hostes supra caput sint: discedi ab armis: legesq; ferri: placet. ¶ Inde ad multitudinē: oratiōe conuersa: Si uos: urbisq;: si uestri nulla cura tangit: at uosueremini deos uestros ab hostibus captos. Iupiter Optimus Maximus: Iuno Regia & Minerua: alii dii: deeq; obsidentur. Castra seruorum publicos nostros penates tenent. hec uobis forma sane ciuitatis uidetur? tantum hostium nō solū intra muros: sed in arce supra forū: curiāq;. Comitia interim in foro sunt. Senatus in curia est. uelut cum ocium superat: senator sententiam dicit. alii quirites suffragium ineunt. Non quicquid Patrum Plebisq; est: Consules: Tribunos: deos hominesq; omnes armatos opem ferre: in Capitoliū currere:

liberare: ac pacare augustissimã illã domũ Iouis Optimi Maximi decuit? Romule
pater: tu mẽtem tuam: qua quondã arcem ab hisdem Sabinis auro captã recepisti:
da stirpi tue. Iube hanc ingredi uiam: quã tu dux: quam tuus ingressus exercitus est.
Primus en ego Consul: quantum mortalis deum possum te: ac tua uestigia sequar.
¶ Vltimum orationis fuit: se arma capere. uocare omnes Quirites ad arma. Si quis im/
pediat: iam se Consularis Imperii: iam Tribunitie potestatis Sacrarũq; legum oblitũ:
quisquis ille sit: ubicũq; sit: in Capitolio: ĩ foro: pro hoste habiturũ. Iuberẽt Tribuni:
quoniam in. Ap. Herdonium uetarent: in. P. Valeriũ Consulẽ sumi arma. ausurũ
se in Tribunis: qđ Princeps familie sue ausus in regibus esset. ¶ Vim ultimã apparebat
futuram. spectaculoq; seditionem Romanam hostibus fore. nec lex tamen ferri: nec
ire in capitoliũ Cõsul potuit. Nox certamina cepta oppssit. Tribuni cessere nocti:
timentes Consulum arma. ¶ Amotis inde seditionis autoribus Patres circumire Plebem.
inserentesq; se in circulos: sermones tempori aptos serere. ammonere ut uiderent: in qđ
discrimen rempublicam adducerent. Non inter Patres et Plebem certamen esse. Sed
simul Patres Plebẽq;: arcem urbis: templa deoꝝ: penates publicos: priuatosq; hostibus
dedi. ¶ Dum hec in foro sedande discordie causa agũtur: Consules interim: ne Sabini:
ne Veiens hostis moueretur: circa portas murosq; discesserant. ¶ Eadẽ nocte ĩ Tusculũ
de arce capta Capitolioq; occupato: et alio turbate urbis statu: nuntii ueniunt. L.
Manlius Tusculi tũ Dictator erat. Is confestim cõuocato Senatu: atq; introductis
nuntiis: magnopere censet: ne expectẽt dũ ab Roma legati auxiliũ petentes ueniãt.
periculũ ipsum: discrimenq;: ac Sociales deos: fidemq; id poscere: demerendo beneficio
tam potentem: tam propinquam ciuitatem: nunq̃ parem occasionem daturos deos.
¶ Placet ferri auxilium. Iuuentus conscribitur. arma dantur. ¶ Romam prima luce
uenientes procul speciem hostiũ prebuere. Equi aut Volsci uenire uisi sunt. ¶ Deinde
ubi uanus terror abiit: accepti in urbem agmine in forum descendunt. ¶ Ibi iam. P.
Valerius: relicto ad portarum presidia Collega: instruebat aciẽ. ¶ Autoritas uiri mo/
uerat: affirmantis: Capitolio recuperato: & urbe pacata: si se doceri siuissent: que fraus
ab Tribunis occulta in lege ferretur: memorem se maiorũ suoꝝ: memorẽ cognominis
qđ populi colẽdi uelut hereditaria cura sibi a maioribus tradita esset: conciliũ Plebis
non impediturum. ¶ Hunc ducem sequuti ne quicq̃ reclamantibus Tribunis in cliuũ
Capitolinum erigunt aciem. Adiungiẽ et Tusculana legio. Certare Socii ciuesq;: utri
recuperate arcis suum decus facerẽt. ¶ Dux uterq; suos adhortatur. ¶ Trepidare tum
hostes. nec ulli satis rei: preter q̃ loco fidere. ¶ Trepidantibus inferũt signa Romani.
sociiq;. ¶ Iam in uestibulum perruperant templi: cũ. P. Valerius inter p̃mores pugnã
ciens interficitur. P. Volumnius Consularis uidit cadentem. Is dato negotio suis: ut
corpus obtegerẽt: ipse in locum uicemq; Consulis prouolat. pro ardore impetuq; tãte
rei sensus: nõ peruenit ad militem. primũ uicit: q̃ se pugnare sine duce sentiret. ¶ Multi
exsulum cede sua fedauere templum. multi uiui capti. ¶ Herdonius interfectus. ¶ Ita
Capitolium recuperatum. ¶ De captiuis: ut quisq; liber aut seruus esset: sue fortune a
quoq; sumptum supplicium est. ¶ Tusculanis gratie acte. ¶ Capitolium purgatũ. atq;
lustratum. ¶ In Consulis domum Plebes quadrantes: ut funere ampliore efferretur:
iactasse ferẽt. ¶ Pace parta: instare tũ Tribuni Patribus ut. P. Valerii fidẽ exoluerẽt.
¶ Instare Claudio: ut College deos manes fraude liberaret. agi de lege sineret. ¶ Cõsul
ante: q̃ Collegã sibi subrogasset: negare passurũ agi de lege. ¶ He tenuere cõtentiões:
usq; ad Comitia Consulis subrogandi. ¶ Decembri mense: summo Patrum studio. L.
Quintius Cincinnatus: pater Cesonis: Consul creaẽ. q Magistratum statim acciperet.

Tusculani opem ro. ferunt

P. ualerius consul occiditur

CAPITOLIV RECVPATV

L QVITIVS CICIHATVS COSVL
T demoni locu sufficitur

CINCINATI oro ad plebẽ tribunosq;

¶ Perculsa erat Plebes: Consulem habitura iratum. potentẽ: fauore Patrum: uirtute sua: tribus liberis: quorum nemo Cesoni cedebat: magnitudine animi: Cõsilium et modũ adhibendo: ubi res posceret: priores erant. ¶ Is ut magistratũ iniit: assiduis cõtionibus: pro tribunali: non in Plebe cohercenda: q̃ senatu castigando: uehemẽtior fuit. cuius ordinis langore perpetuo: iam Tribuni Plebis: non ut ĩ Republica Populi Romani sed ut in perdita domo lingua criminibusq; regnarẽt. Cum Cesone filio suo uirtutẽ: constantiã: oĩa iuuentutis belli: domiq; decora pulsa ex Vrbe Romana: et fugata: eẽ. loquaces: seditiosos: semina discordiarum iterum ac tertio tribunos pessimis artibus: regia licentia: uiuere ¶ A. inquit ille Verginius: q̃a in capitolio nõ fuit: minus supplicii q̃. Ap. Herdonius meruit? Plus Hercule aliq̃nto: q uere rẽ estimare uelit. ¶ Herdõius: si nihil aliud: hostẽ se fatendo: prope denuntiauit ut arma caperetis. hic negãdo bella eẽ: arma uobis ademit. nudosq; seruis uestris et exsulibus obiecit. ¶ Et uos cũ. C. Claudii pace et. P. Valerii mortui loquar: prius in cliuum capitolinũ signa intulistis: quã hos hostes de foro tolleretis. ¶ Pudet deorum: hominũq; cũ hostes in Arce: in Capitolio essent: exsulum et seruorũ Dux: profanatis omnibus in cella Iouis Optimi Maximi habitarẽt: Tusculi ante: q̃ Rome sumpta sunt arma. ĩ dubiũ fuit Vtrũ. L. Manilius Tusculanus Dux: an. P. Valerius et. C. Claudius Cõsules Romanã arcem liberarẽt. ¶ Et qui ante Latinos: ne pro se quidem ipsis: cũ ĩ finibus hostem haberẽt: attingere arma passi sumus: Latini nũc nisi sua sponte arma sumpsissent: capti et deleti eramus. hoc est Tribuni auxiliũ Plebi ferre: inermẽ eam hosti trucidandã obiicere? Scilicet siquis uobis humillimus homo de uestra Plebe: quam partem ueluti abruptã a cetero populo uestram patriam: peculiaremq; Rempublicam fecistis: Si quis ex his domum suã obsessam a familia armata nũtiaret: ferendũ auxiliũ putaretis. Iupiter Optimus Maximus exsulum atq; seruorum septus armis: nulla humana ope dignus erat? Et hi postulant ut Sacrosancti habeantur: q̃bus ipsi dii neq; sacri: neq; sancti sunt. At enim diuinis humanisq; obruti sceleribus: legem uos hoc anno perlaturos dictitatis? Tum hercule illo die quo ego Consul sum creatus: male gesta Respublica ẽ: peius multo: q̃ cum. P. Valerius Consul periit: si tuleritis. ¶ Iam primum omnium inquit Quirites in Volscos et Equos mihi atq; College legiones ducere: in animo ẽ. Nescio quo fato magis bellãtes: q̃ pacati: propitios habemus deos. ¶ Quantum periculum ab illis fuerit: si Capitolium ab exsulibus obsessum scissent Suspicari: q̃ re ipsa experiri: est melius. ¶ Mouebatur Plebem oratio Consulis. Erecti Patres restitutã credebãt Rempublicã. ¶ Consul alter comes animosior: q̃ autor: suscepisse Collegam priorem actionem tam grauis rei: facile passus: in peragendis Consularis Consularem officii partem ad se uendicabat. ¶ Tum tribuni eludentes: uelut uana dicta: persequi: querẽdo quonam mõ exercitum educturi Consules essent: quos delectũ habere: nemo passurus sit? Nobis uero inq̃t Quintius: nihil delectu opus est: cũ quo tempe. P. Valerius ad recipiẽdum Capitolium arma Plebi dedit: omnes in uerba iurauerint: conuẽturos se iussu cõsulis. nec iniussu abituros. ¶ Edicimus itaq;: omnes qui in uerba iurastis: crastina die armati ad lacum Regillum adsitis. ¶ Cauillari tum Tribuni: et populum exoluere religione uelle. priuatum eo tempore Quintium fuisse: cũ sacramẽto adacti sunt. ¶ Sed nondũ hec: que nunc tenet seculum: negligentia deum uenerat. ¶ Nec interpretando q̃sq; sibi iusiurandum: et leges aptas faciebat. sed suos potius mores: ad eas accõmodabat. ¶ Igit̃ tribuni ut impediende rei nulla spes erat: de proferendo exercitu agere. eo magis q̃d et Augures iussos adesse ad Regillum lacum fama exierat. locumq; inaugurari: ubi auspicato cum populo agi posset. ut quicquid Rome ui tribunitia rogatum esset: id

comitiis ibi abrogaretur. omnes id iussuros qđ cōsules uellent. ❡Neq; enim prouocationē esse longius ab Vrbe mille passuum. ❡Et tribunos si eo ueniāt: in alia turba Quiritiū subiectos fore Consulari Imperio. ❡Terrebant hec. ❡Sed ille maximus terror animos agitabat: qđ sepius Quintius Dictitabat: se Consulum Comitia nō habiturum. nō ita ciuitatem egram esse: ut consuetis remediis sisti posset. Dictatore opus esse Reipubl. ut qui se mouerit ad sollicitandū statū ciuitatis: sentiat sine prouocatione Dictaturam eē. ❡Senatus in Capitolio erat. Eo Tribuni cum perterrita Plebe ueniūt. ❡Multitudo clamore ingenti nunc Consulum: nunc Patrū fidem implorant. ❡Nec ante mouerūt de sententia Consulem: q̄ Tribuni se in autoritate patrum futuros esse: polliciti sunt. ❡Tunc referente Consule: de Tribunorum et Plebis postulatis: Senatūs Consultum fiunt: neq; Tribuni legem eo anno ferrent. neq; Consules ab urbe exercitū educerēt. in reliquum Magistratus continuari: et eos Tribunos refici: iudicare Senatum cōtra Rempublicam esse. ❡Consules fuere in patrum potestate. ❡Tribuni: reclamantibus Consulibus: refecti. ❡Patres quoq;: nequid cederent Plebi: et ipsi. L. Quintiū Consulē reficiebant. ❡Nulla toto anno uehementior actio cōsulis fuit. ❡Mirer inq̄t si uana uestra Patres Consulti ad Plebem autoritas est? Vos eleuatis eam. quippe quia Plebs Senatus Consultum in continuandis magistratibus soluit: ipsi quoq; solutum uultis: ne temeritati multitudinis cedatis. Tanq̄ id sit plus posse in ciuitate: plus leuitatis: ac licentie habere. leuius enim uaniusq; est profecto: sua decreta: et consulta tollere: q̄ aliorum. Imitamini. P. Consulti turbam incōsultam. et qui aliis exemplo esse debetis: aliorum exemplo peccatis potius: q̄ alii uestro recte faciāt. dū ego ne imiter Tribunos: nec me contra Senatus Consultum Consulem renuntiari patiar. ❡Te uero. C. Claudi adhortor: ut ipse Populum Romanū hac licentia arceas: et de me hoc tibi psuadeas: me ita accepturum: ut non honorem meum a te impeditū: sed gloriā spreti honoris auctam: inuidiamq;: que ex cōtinuato eo impenderet: leuatam putem. ❡Cōmuniter inde edicunt ne quis. L. Quintium Consulem faceret: Siquis fecisset: se id suffragium non obseruaturos. ❡Consules creati. Q. Fabius tertiū: et. L. Cornelius Maluginensis. Census actus eo anno. ❡Lustrum propter Capitolium captum: Consulem occisum: condi: religiosum fuit. Q. Fabio &. L. Cornelio Consulibus principio anni statim res turbulente. Instigabāt Plebem Tribuni. bellum ingens a Volscis et Equis Latini: atq; Hernici nuntiabāt. Iam Antii Volscorum legiones esse. et ipsam Coloniā ingēs metus erat defecturam. ❡Egreq; impetratum a Tribunis: ut bellum preuerti sinerēt. ❡Consules inde partiti prouintias. ❡Fabio ut Antiū legiōes duceret: datū. Cornelius ut Rome psidio esset: ne qua pars hostium: q Equis mos erat: ad populandū ueniret. Hernici et Latini iussi milites dare ex foedere. dueq; partes Sotiorum in exercitu. Tertia ciuium fuit. ❡Postq̄ ad diem prestitutum uenerunt sotii: Consul extra portā Capenam castra locat. ❡Inde lustrato exercitu: Antium pfectus: haud pcul oppido: statiuisq; hostium consedit. Vbi cum Volsci: qa nondum ab Equis uenisset exercitus: dimicare non ausi: quemadmodum quieti uallo se tutarentur: pararent. Postero die Fabius: non permixtam unam sotiorum ciuiumq;: sed trium populorum tres separatim acies: circa uallum hostium instruxit. ❡Ipse erat medius cum legionibus Romanis. Inde signum obseruare iussit: ut pariter: et Sotii rem inciperent: referrentq; pedem: si receptui cecinisset. ❡Equites item sue cuiq; parti post pricipia collocat. Ita trifariam adortus castra circumuenit. & cum undiq; instaret: non sustinētes impetum Volscos: uallo deturbat. ❡Transgressus inde munitiones: pauidā turbā inclinatamq; in partē unā: castris expellit. Inde effuse fugientes eques: cui supare uallū haud facile fuerat:

oro Quintij

Cons. Q. Fabius
L. Cornelius Maluginensis

cum ad id spectator pugne astitisset: libero campo adeptus: parte uictorie fruitur: territos cedendo ¶ Magna in castris et extra munimenta cedes fugiētium fuit ¶ Sed preda maior: quia uix arma secū efferre hostis potuit ¶ Deletusq; exercitus foret: ni fugiētes silue texissent. ¶ Dū ad Antium hec gerunt: iterum Equi robore iuuētutis premisso: arcē Tusculanam improuiso nocte capiūt ¶ Reliquo exercitu haud ꝓcul menibus Tusculi considunt: ut distēderent hostium copias ¶ Hec celeriter Romam: ab Roma in castra Antium perlata: mouēt Romanos: haud secus: q̃ si Capitolium captum nuntiaretur. adeo et recens erat Tusculanorum meritum: et similitudo ipsa periculi reposcere datum auxilium uidebatur ¶ Fabius omissis omnibus: predam ex castris raptim Antium cōuehit ¶ Ibi modico presidio relicto: citatū agmen Tusculū rapit. nihil ꝑter arma: et quod cocti ad manū fuit: cibi ferre militi licuit ¶ Cōmeatum ab Roma Consul Cornelius subuehit ¶ Aliquot menses Tusculi bellatū: ꝑte exercitus Cōsul castra Equoꝝ oppugnabat: partē Tusculanis dederat: ad arcē recuperandam. ui nūquam eos subigere potuit. ¶ Fames postremo inde detraxit hostē. ¶ Quo postq̃ uentum ad extremū est: inermes nudiq; omnes sub iugum ab Tusculanis missi ¶ Hos ignominiosa fuga domum se recipientes: Romanus Consul in Algido consequutus ad unum omnes occidit ¶ Victor ad Columen: id loco nomē est: exercitu relicto: castra locat. Et alter Consul postq̃ menibus iam Romanis pulso hoste ꝑiculū eē desierat: et ipse ab Roma ꝓfectus. ita bifariā Consules ingressi hostiū fines: ingenti certamine hinc Volscos: hinc Equos populātur. ¶ Eodem anno descisse Antiates apud plerosq; autores inuenio. L. Cornelium Cōsulem id bellum gessisse. oppidumq; cepisse ¶ Certū affirmare: qa nulla apud uetustiores scriptores eius rei mentio est: non ausim. ¶ Hoc bello perfecto Tribunitium domi bellum Patres irritat ¶ Clamāt fraude fieri: quod foris teneatꝰ exercitus. frustrationē eam legis tollēde esse. se nihilominus rem susceptā peracturos ¶ Optinuit tamē. P. Lucretius Prefectus Vrbis: ut actiones Tribunitie in aduentum Consulū differrentꝰ ¶ Erat et noua exorta causa motus. A. Cornelius atq; Seruilius Questores. M. Volscio: qđ falsus haud dubie testis ī Cesonē extitisset: diē dixerant. Multis enim emanabat īdiciis: neq; fratrē Volscii ex quo semel fuerit eger: unquā nō mō uisum in publico: sed ne assurrexisse q̄dem ex morbo. multoꝝq; tabe mensium mortuum. ¶ Nec his temporibus: in que testis crimen cōiecisset: Cesonē Rome uisum: affirmantibus qui una meruerūt: secum eum tum: frequentēq; ad signa: sine ullo commeatu: fuisse. nisi ut ita esset: multi priuatim ferebāt Volscio iudices. cū ad iudicium ire non auderet: omnes eæ res in unum congruētes: haud magis dubiam damnationem Volscii: q̃ Cesonis Volscio teste fuerat: faciebant ¶ In mora tribuni erant: qui comitia Questores habere de reo: nisi prius habita de lege eēnt: passuros negabant. Ita extracta utraq; res in consulum aduentum est. ¶ Qui ubi triumphantes uictore cum exercitu urbem inierunt: quia silentium de lege erat: perculsos magna pars credebant Tribunos ¶ At illi (et enim extremū anni iam erat) quartū affectātes Tribunatum: in Comitiorum disceptationem: ab lege certamē auerterant. Et cum Consules nihilominus aduersus continuationem Tribunatus: q̃ si lex minuende sue maiestatis causa promulgata ferretꝰ: tetēdissent: uictoria certaminis penes Tribunos fuit. ¶ Eodem anno Eq̄s pax est petentibus data ¶ Census res priore anno inchoata perficitur. Idq; lustrum ab origine Vrbis decimum cōditę. fuerunt censa ciuiū capita centum triginta duo milia. ccccxix ¶ Cōsulum magna domi: belliq; eo anno gloria fuit: quod et foris pacē peperere. et domi: etsi non cōcors: minus tamen q̃ alias infesta ciuitas fuit. L. Minutius inde et. L. Nautius Cōsules facti: duas residuas āni ꝑoris

TRIBVNI TANDĒ LEGĒ FERVNT ADVERSVS CŌSVLARE IMPERIVM

COHS. L. Minutius L. Nautius

CENSVS CXXXII ccccXIX

causas exceperunt. ¶Eodem modo Consules legem: Tribuni iudicium de Volscio im/
pediebãt. ¶Sed in Questoribus nouis maior autoritas erat. Cũ. M. Valerio: Valerii
filio: Volesi nepote: Questor erat. T. Quintius Capitolinus· qui ter Consul fuerat.
¶Is quoniã neq; Quintie familie Ceso: neq; Reipublice maximus iuuenum restitui
posset· falsum testem qui dicende cause in noxio potestatem ademisset: iusto ac pio
bello psequebatur. ¶Cum Verginius maxime ex Tribunis de lege ageret: duũ mensiũ
spatium consulibus datum est: ad inspiciẽdam legem: ut cum edocuissent Populum:
quid fraudis occulte ferretur: sinerẽt deinde suffragium inire. ¶Hoc interualli datũ:
res tranqllasĩ urbe fecit. ¶Nec diuturnam quietem Equi dederũt. Qui rupto federe:
qđ ictum erat priore ãno cum Romanis: imperium ad Gracchum Clocliũ deferũt.
Is tum longe princeps in Equis erat. ¶Gracchbo duce in Lauinium agrum: inde in
Tusculanum hostili populatiõe ueniunt: pleniq; prede in Algido castra locant. ¶In
ea castra. Q. Fabius. P. Volũnius. A. Postumius Legati ab Roma ueniũt questũ
iniurias. et ex eo federe res repetitum. ¶Eos Equoꝝ Imperator que mãdata habeãt.
ab Senatu Romano: ad quercũ iubet dicere. se alia interim acturũ. ¶Quercus ingẽs
arbor Pretorio immĩebat. cuius umbra opaca sedes erat. ¶Tũ ex Legatis unus abiẽs.
¶Et hoc inquit sacrata quercus: et quicquid deoꝝ est: audiant foedus a uobis ruptũ.
nostrisq; et nunc querelis assint: et mox armis: cum deorum: hominũq; simul uiolata
iura exequemur. ¶Romam redire Legati. ¶Senatus iussit alterum Cõsulem contra
Gracchum in Algidum exercitũ ducere. alteri populatioẽm finiũ Equoꝝ puintiam
dedit. ¶Tribuni suo more impedire delectum. et forsitã ad ultimum impedissent: sed
nouus subito additus terror est. ¶Vis Sabinorũ ingens prope ad menia urbis infesta
populatione: uenit. fedati agri. terror iniectus urbi est. ¶Tum Plebes benigne arma
cepit: reclamantibus frustra Tribunis. magni duo exercitus scripti. ¶Alterum nautius
contra sabinos duxit. castrisq; ad Eretum positis per expeditiones paruas: plerunq;
nocturnis incursionibus: tãtam uastitatem in Sabino agro reddidit: ut comparati ad
eam prope intacti bello fines romanorũ uiderentur. ¶Minutio neq; fortuna: nec uis
animi eadem in gerendo negotio fuit. Nam cum haud pcul ab hoste castra posuisset:
nulla magnopere clade accepta: castris se pauidus tenebat. Quod ubi senserũt hostes:
creuit ex metu alieno: ut fit: audacia. et nocte adorti castra: postq̃ parum uis aperta
profecerat: munitiones postero die circundant. ¶Que prius q̃ undiq; uallo obiecte
clauderent exitus: quinq; equites inter stationes hostium emissi: Romam pertulere:
Consulem exercitumq; obsideri. ¶Nihil tam nec inopinatum: nec insperatũ: accidere
potuit. ¶Itaq; tantus pauor: tanta trepidatio fuit: quanta si Vrbẽ: non castra: hostes
obsiderẽt. Nautium Consulem arcessunt. In quo cum parũ presidii uiderẽt: Dicta/
toremq; dici placeret: qui rem perculsam restitueret. L. Quintius Cincinnatus: cõsensu
omnium dicitur. ¶Opereprecium est audire: qui omnia pre diuitiis humana spernũt:
neq; honori magno locum: neq; uirtuti putãt esse: nisi effuse affluãt opes: Spes unica
Imperii Populi Romani. L. Quintius transtyberim contra eum ipsum locũ: ubi nũc
Naualia sunt: quattuor iugerum colebat agrum: que Prata Quintia uocant. ¶Ibi
a Legatis seu fossam fodiens: palo innixus. seu cum araret: operi certe: id qđ constat:
agresti intentus: salute data inuicem redditaq; rogatus: ut qđ beneuerteret: ipsi Reiq;
Publice mandata Senatus audiret: admiratus: rogitansq;: satis ne salua essent omnia:
togam ppere e tugurio proferre uxorem Raciliã iubet. Qua simul absterso puluere:
ac sudore uelatus pcessit. Dictatorẽ eũ Legati gratulãtes consalutãt. in urbẽ uocãt.
q terror sit in exercitu: exponũt. Nauis Quintio publice parata fuit. transuectumq;

RO· LEGATI· IUSSI QUERCUI MAN· DICE· AB EQUOꝝ DUCE·

· L· QUINTIUS· CICINATUS· DICTATOR transtyberim habitans ad fodiendum agrum i[n] ... CREATUS· adversus equos·

RACILIA UXOR CICINATI·

tres obuiam egressi filii excipiūt ¶ Inde alii porpinqui. atq; amici. tum Patrum maior pars. ea frequentia stipatus: antecedentibus lictoribus: deductus est domum. et Plebis concursus ingens fuit. Sed ea nequaq̄ tam leta Quintium uidit. & Imperii nimium: et uirum in ipso Imperio uehementiorem: rata. ¶ Et illa quidem nocte nihil preter q̄ uigilatum est in Vrbe. postero die Dictator: cum ante lucem in forum uenisset: Magistrum equitum dicit. L. Tarqnium patritie gentis sed q tum stipendia pedibus: propter paupertatem fecisset. bello tamē primus longe Romane iuuentutis habitus esset ¶ Cum magistro equitum in contionem uenit. Iusticium edicit. claudi tabernas tota Vrbe iubet. uetat quenq̄ priuate quicq̄ rei agere. Tum quicunq; etate militari essent: armati cum cibariis in dies quinq; coctis: uallisq; duodenis ante solis occasum Martio in campo adessent. Quibus etas ad militādum grauior esset: uicino militi: dū is arma pararet: uallūq; peteret: cibaria coquere iussit. ¶ Sic iuuētus discurrit ad uallū petēdum. sumpsere unde cuiq; pximum fuit. probibitus nemo est. Impigreq; omnes ad edictum Dictatoris presto fuere. Inde composito agmine: nō itineri magis apti: q̄ prelio: si res ita tulisset: legiones ipse Dictator: Magister Equitum suos eqtes ducit. In utroq; agmine: quas tēpus ipsum poscebat: adhortatiōes erant: ut adderēt gradū. maturato opus esse: ut nocte ad hostem peruenire possent. Consulem exercitumq; Romanū obsideri. tertium diem iam clausos esse. qd queq; nox: aut dies ferat: incertū esse. puncto sepe tempis maximarum rerū momenta uerti. Accelera signifer: sequere miles. inter se gratificantes ducibus clamabāt ¶ Media nocte in Algidum pueniunt. ¶ Vt sensere se iam prope hostes esse: signa constituunt. Ibi Dictator quātum nocte prospici poterat: equo circunuectus contemplatusq; qui tractus castrorum: que forma esset: Tribunis militum imperauit: ut sarcinas in unum coniici iubeant. militem cum armis ualloq; redire ī ordines suos. facta que imperauit. Tum quo ordine fuerant in uia: exercitum omnem longo agmine circundat hostium castris. et ubi signum datū sit: clamorem omnes tollere iubet ¶ Clamore sublato: ante se quenq; ducere fossam: et iacere uallum. ¶ Edito imperio: signum sequutum est. iussa miles exequitur. clamor hostes circunsonat. superat inde castra hostiū. et in castra Cōsulis uenit. alibi pauorē: alibi gaudium ingēs facit. ¶ Romani ciuilem esse clamorē: atq; auxilium adesse: inter se gratulantes: ultro ex stationibus ac uigiliis territant hostem ¶ Consul differendum negat. illo clamore non aduentum modo significari: sed rem ab suis ceptam. mirumq; esse ni iam exteriori parte castra hostium oppugnentur. Itaq; arma suos capere: et se subsequi iubet. nocte initum preliū est. legionibus dictatoris clamore significātibus: ab ea quoq; parte rem in discrimine esse ¶ Iam se ad phibenda circundari opera Equi parabāt: cum ab interiore prelio cepto: ne per media sua castra fieret eruptio a mu/nientibus ad pugnātes introrsum uersi: Vacuam noctem operi dedere. pugnatumq; cum Consule ad lucem est. luce prima iam circunuallati ab Dictatore erant. et uix aduersum unum exercitum pugnam sustinebant ¶ Tum a Quintiniano exercitu: q cōfestim a perfecto opere ad arma redut: inuadit uallum. hic instabat noua pugna. illa nihil remiserat prior. ¶ Tum ancipiti malo urgente a prelio ad preces uersi: hinc Dictatorem hinc Consulem orare: ne in occidiōe uictoriā ponerēt: ut inermes se inde abire sinerent. Ab Consule ad dictatorē ire iussis: ignominiā incensus addidit. Gracchū Cloeliū Ducem: Principesq; alios uinctos ad se adduci iubet. oppido Corbiōe decedi. sanguinis se Equorum non egere. licere abire. ¶ Sed ut exprimatur tandem confessio subactam domitamq; esse gētem: sub iugum abituros. ¶ Tribus hastis iugum fit. humi fixis duabus. supq; eas una trāsuersa deligata. ¶ Sub hoc iugo Dictator Equos misit.

IVSTITIVM

SVB IVGVM MITTERE

castra hostium

Castris hostium receptis: plenis omnium rerum (nudos enim emiserat) predam omnẽ suo tantum militi dedit. Consularem exercitũ Consulẽq; ipsum increpans. Carebis inqt prede parte miles: ex eo hoste: cui prope prede fuisti. Et tu. L. Minuti: donec Consularem animũ incipias habere: Legatus sis. legionibus preeris. Ita se Minutius abdicat consolatu. iussusq; ad exercitũ manet. Sed adeo tum imperio meliori animus mansuete obediẽs erat: ut beneficii magis: q̃ ignominie hic exercitus mẽor: et coronã auream dictatori: libre pondo decreuerit: Et pficiscentem eum Patronũ salutauerit. Rome a. Q. Fabio Prefecto Vrbis Senatus habitus. triumphantem Quintiũ: quo ueniebat agmine urbem ingredi iussit. Ducti ante currum hostium Duces. militaria signa prelata. Sequutus exercitus preda bonustus. Epule instructe dicuntur fuisse ante omnium domos. epulãtesq; cum carmine triumphali et sollemnibus comesantiũ iocis mõ currum sequuti sunt. Eo die. L. Manilio Tusculano: approbantibus cũctis: ciuitas data ẽ. Confestiq; se Dictator Magistratu abdicasset: ni Comitia. M. Vol/ scii falsi testis tenuissent. ea ne impedirẽt Tribuni: Dictatoris obstitit metus. Volscius damnatus Lanuuium exsulatũ abiit. Quintius sextodecimo die Dictatura: in sex menses accepta: se abdicauit. Per eos dies Consul Nautius ad Eretum cum Sabinis egregie pugnat. ad uastatos agros ea quoq; clades accessit Sabinis. Minutio Fabius Quintius successor in Algidum missus. Extremo anno agitatũ de lege ab Tribunis est. Sed quia duo exercitus aberant: ne quid ferretur ad populum: Patres tenuere. Plebes uicit ut quinto eosdem tribunos crearent. Lupos uisos in Capitolio ferũt: a canibus fugatos. ob id prodigium lustratum Capitolium esse. Hec eo anno gesta. Sequuntur cõsules: Quintius Minutius. M. Horatius Pulullus: cuius initio anni cum foris ocium esset: domi seditiones: Iidem tribuni: eadem lex faciebat. Vlteriusq; foret uentũ: adeo exarserãt animis: ni uelut dedita opera: nocturno impetu Equorũ corbione amissum presidium nuntiatum esset. Senatum consules uocant. iubentur subitarium scribere exercitum: atq; in Algidum ducere. Inde posito legis certamine noua de delectu contentio exorta. Vincebaturq; Consulare imperium Tribunitio auxilio: cum alius terror additur: Sabinum exercitum predatum descẽdisse in agros Romanos. inde ad urbem uenire. Is metus perculit: ut scribi militẽ: Tribuni sinerẽt: non sine pactione tamẽ: ut quoniam ipsi quinquennium elusi essent: parũq; id Plebi presidium foret: decem deinde Tribuni plebis crearentur. Expressit hoc necessitas Patribus: id mõ excepere: ne postea eosdẽ Tribunos uiderent. Tribunitia Comitia: ne id quoq; post bellum ut cetera uanum esset: ex templo habita. Tricesimo sexto anno a primis tribunis plebis: decem creati sunt. bini ex singulis classibus. itaq; cautum est: ut postea crearentur. Delectu deinde habito: Minutius contra Sabinos pfectus: non inuenit hostẽ. Horatius cum iam Equi Corbione interfecto presidio Hortanã etiã cepissent: ĩ Algido pugnat. Multos mortales occidit. fugat hostẽ: nõ ex Algido modo: sed a Corbiõe. Hortanaq;. Corbionem etiam diruit: propter perditũ psidium. Deĩde. M. Valerius. Sp. Verginius Cõsules facti. domi forisq; ociũ fuit. Annona propter aquarum intemperiem laboratum est. De auentino publicando lata lex est. Tribuni plebis iidẽ refecti. Hi sequente anno. T. Romulio et. C. Veturio Con/ sulibus legẽ omnibus contionibus suis celebrant. Pudere se numeri sui nequicq̃ aucti: si ea res: eq; suo biennio iaceret: ac toto superiore lustro iacuisset. Cum maxime hec agerent: trepidi nũtii a Tusculo ueniũt: Equos in agro Tusculano eẽ. Fecit pudorẽ recẽs eius populi meritum morandi auxiliũ. Ambo Consules cũ exercitu missi: hostẽ in sua sede: in Algido inueniũt. Ibi pugnatum. supra quattuor milia hostiũ cesa. Alii

CINCINATVS TRIVPHAT

LVPOS I CAPITOLIO VISOS

COHS. Quintius Minutius / M. Horatius pulullus

DECẼ TR PL CREATI

COHS. M. valerius / Sp. virginius

COHS. T. Romulius / C. veturius

DECEMVIRI CREATI

fugati. p̃da parta ingẽs. Eam pp̄ter inopiã erarii Consules uẽdiderunt. Inuidie tamẽ ad exercitum fuit. ¶ Ea deniq; Tribunis materiam criminandi ad Plebem Consules prebuit. ¶ Itaq; ergo ut Magistratu abiere. Sp. Tarpeio et. A. Eternio consulibus dies dicta: Romulio: ab. C. Claudio Cicerone Tribuno Plebis. ¶ Veturio ab. L. Halieno Edili Plebis. Vterq; magna patrũ indignatiõe dãnatus. Romulius decẽmilibus eris. ¶ Veturius. xii. milibus. ¶ Nec hec priorum calamitas Cõsulum segniores nouos fecerat Consules. et se dampnari posse aiebant. & Plebem: et Tribunos legem ferre nõ posse. ¶ Tum abiecta lege: que promulgata consenuerat: Tribuni lenius agere cum Patribus finem tandẽ certaminũ facerent. si plebeie leges displicerẽt: At illi cõmuniter Legum latores: et ex Plebe et ex Patribus: qui utrisq; utilia ferrent: queq; equande libertatis essent: sinerẽt creari. ¶ Rem non aspernabantur Patres. daturũ legẽ neminẽ: nisi ex Patribus. Cũ de legibus cõueniret: de latore tm̃ discreparẽt: missi legati athẽas Sp. Postumius Albus. P. Sulpitius Camerinus: iussiq; ĩclytas leges Solõis describere. et aliarum grecie ciuitatum instituta: moresq; noscere. ¶ Ab externis bellis q̃etus ãnus fuit. ¶ Quietior insequens. P. Curatio et Sex. Quintilio Consulibus. perpetuo silentio Tribunorum: Quod primo Legatorum qui Athenas ierant: legumq; peregrinarum expectatio p̃buit. Deinde duo simul mala ingentia exorta. fames: pestilentiaq;: feda hoĩ: feda pecori. uastati agri sunt. Vrbs assiduis exhausta funeribus. multe & claræ lugubres domus. ¶ Flamẽ Quirinalis Ser. Cornelius mortuus. ¶ Augur. C. Horatius Puluillus: in cuius locum. C. Veturiũ: eo cupidius: q̃a dãnatus a Plebe erat: Augures legere. Mortuus Cõsul Quintilius. tres Tribuni Plebis. multiplici clade fedatus ãnus. ¶ Ab hoste otium fuit. ¶ Domi motus orti. ¶ Iam redierant Legati: cũ Atticis legibus: eo intentius instabant Tribuni: ut tandem scribendarũ legum initiũ fieret. ¶ Placet creari Decẽuiros sine prouocatione. Et ne quis eo anno alius Magistratus esset. am/miscerentq; Plebeii. ¶ Controuersia aliquandiu fuit. ¶ Postremo concessum Patribus mõ ne lex Acilia de Auentino: alieq; sacrate leges abrogarent. ¶ Anno trecẽtessimo altero: q̃ condita Roma erat: iterum mutatur forma ciuitatis. ab Consulibus ad De/cemuiros: quem admodum ab Regibus ante ad Consules uenerat: translato Imp̃io. minus insignis: quia non diuturna mutatio fuit. leta enim principia magistratus eius nimis: luxuriauere. eo citius lapsa res est. repetitumq; duobus uti mandaret Consulũ nomen: Imperiumq;. ¶ Decemuiri creati. Ap. Claudius. T. Genutius. P. Sestius. L. Veturius. C. Iulius. A. Manlius. P. Sulpitius. P. Curiatius. T. Romulius. Sp. Postu/mius. ¶ Claudio et Genutio qui designati Consules ĩ eum annũ fuerant: pro honore honor redditus. ¶ Et Sestio alteri Consulum prioris anni: q̃d eam rem collega inuito ad Patres retulerat. ¶ His proximi Legati tres habiti: qui Athenas ierant: simul ut pro Legatione tam longinqua: premio esset honos. simul peritos legum peregrinarum: ad condenda noua iura usui fore credebãt. ¶ Suppleuere ceteri numerum. ¶ Graues quoq; etate electos nouissimis suffragiis ferunt. quo minus ferociter aliorum scitis ad/uersarentur. ¶ Regimen totius magistratus penes Appium erat: fauore plebis. adeoq; nouum sibi ingeniũ induerat. ut Plebicola repente omnisq; aure popularis captator euaderet: p̄ truci seuoq; insectatore Plebis. ¶ Decimo die uis populo singuli reddebãt. eo die penes Prefectum iuris fasces duodecim erant. Collegis nouẽ singuli accensi ap/parebant. et in unica concordia inter ipsos: q̃ consensus priuatis interdũ inutilis esset: summa aduersus alios equitas erat. ¶ Moderationis eorum argumentũ exẽplo unius rei notasse satis erit. ¶ Cum sine p̄uocatiõe creati essent: defosso cadauere domi apud P. Sestium Patritie gentis uirũ inuento: p̄lato q; in contionẽ: ĩ re iuxta manifesta:

CONS. Sp. Tarpeius / A. Eternius

Ambo priores anni consules dãnati

MISSV ATHENAS PRO LEGIB. SOLONIS

CONS. P. Curatius / Sex. Quintilius

PESTILĒTIA

DECEMVIRI CREATI ccci anno post conditam urbem

con. Claudius / Genutius

atq; atroci. C. Iulius Decemuir diem Sestio dixit. et accusator ad Populum extitit: cuius rei iudex legittimus erat. decessitq; iure suo: ut demptũ de ui Magistratus Populi libertati adiiceret. ¶ Cum promptum hoc ius: uelut ex oraculo incorruptũ ꝑiter ab his summi infimiq; ferrent: Tũ legibus cõdendis opera dabat. Ingentiq; hominũ expectatione propositis decem tabulis: populum ad contionẽ aduocauerunt. ¶ Et q̄d bonum faustum felixq; Reipublice ipsis: liberisq; eoꝝ eẽt: ire et legere leges ꝓpositas iussere. se quãtum decẽ hominũ ingeniis prouideri potuerit: oĩbus summis infimisq; iura eq̃sse. plus pollere multoꝝ ingenia. consiliaq;. uersarent in animis secũ. unãquanq; rem. agitarent deinde sermonibus: atq; in medium quid in quaque re plus minusue esset: conferrent. Eas leges habiturum Populum Romanum: quas consensus omnium non iussisse latas magis: q̃ tulisse: uideri posset. ¶ Cum ad rumores hominum de uno quoq; legum capite edito: satis correcte uiderẽtur: Centuriatis comitiis. x. tabularum leges perlate sunt. que nunc quoq; in hoc immenso aliarum super alias aceruatarum legum cumulo: fons oĩs publici: priuatiq; est iuris. ¶ Vulgator deinde rumor duas deesse tabulas: Quibus adiectis absolui posse uelut corpus omnis Romani iuris. ¶ Ea expectatio: cum dies Comitiorum appropinquaret desiderium Decemuiros iterum creandi fecit. ¶ Iam Plebs: preter q̃ q̄d Consulum nomẽ haud secus: q̃ Regum perosa erat: ne Tribunitium quidem auxilium: cedentibus inuicem appellatione Decemuiris querebat. ¶ Postq̃ uero comitia Decemuiris creãdis in trinundinũ indicta sunt: tãta exarsit ambitio: ut p̄mores quoq; ciuitatis: metu credo: ne tanti possessio impii uacuo ab se relicto loco: haud satis dignis pateret: prehensarent homines: honorem summa ope ab se impugnatum ab ea plebe: cũ qua cõtenderant: suppliciter petẽtes. ¶ Dimissa iã in discrimẽ dignitas: ea etate: hisq; hõribus actis: stimulabat. Ap. Claudiũ. Nescires utrum inter Decemuiros an inter candidatos numerares. propior interdum petendo: q̃ gerẽdo: Magistratui erat. Criminari optimates. extollere cãdidatorum leuissimum queq;: humillimũq;. Ipse medius iter Tribunitios: Duellios: Siliciosq;: ĩ foro uolitare. per illos se Plebi uendicare. ¶ Donec College quoq; qui unice illi dediti fuerant ad id tempus: coniecere in eum oculos: mirantes quid sibi uellet. apparere nihil sinceri esse. Profecto haud gratuitam in tanta superbia comitatem fore. nimium in ordinem se ipsum cogere. et uulgari cum priuatis nõ tam properantis abire Magistratu: q̃ uiam ad continuandum Magistratum querentis: esse. ¶ Propalam obuiam ire cupiditati parum ausi: obsecũdando mollire impetũ aggrediuntur. ¶ Comitioꝝ illi habendoꝝ: quãdo minimus natu sit: munus: consensu iniungunt. Ars hec erat: ne semetipse creare posset: q̄d preter Tribunos Plebis: et id ipsum pessimo exemplo: nemo unquã fecisset. Ille enim uero: quod bene uertat: habiturum se Comitia ꝓfessus: impedimentum pro occasione arripuit. Deiectisq; honore per contionem duobus Quintiis Capitolino: et Cincinnato: et patruo suo. C. Claudio: constantissimo uiro: in Otpimatium causa: et aliis eiusdẽ fastigii ciuibus: Neq̃ q̃ splẽdore uite pares: Decẽuiros creat. se ĩ p̄mis. q̄d haud secus factum improbabant boni: q̃ nemo facere ausurum crediderat. ¶ Creati cũ eo. M. Cornelius Maluginẽsis. M. Sergius. L. Minutius. Q. Fabius Vibulanus. Q. Petilius T. Antonius Merenda. C. Duillius. Sp. Oppius cornicen. M. Rabuleius. Ille finis aliene persone ferende. Appio fuit. ¶ Suo iam inde uiuere ingenio cepit. nouosq; Collegas iam prius quã iniret magistratum: in suos mores formare. Quottidie coibãt remotis arbitris. Inde impotentibus instructi consiliis: que secreto ab aliis coquebant: iam haud dissimulando superbiam: rari aditus: colloquentibus difficiles. ad idus maias rem perduxere. Idus tum maie sollemnes ineundis magistratibus erant. ¶ Initio igitur

magistratus: primum honoris diem denunciatione in gentis terroris insignem fecere. Nam cum ita priores Decemuiri seruassent: ut unus fasces haberet: et hoc isigne Re/gium in urbem: suam cuiusq; uicem: ꝑ omnes iret: Subito omnes cũ duodenis fascibus prodiere. ¶ Centum uiginti lictores forum impleranc. et cum fascibus secures illigate preferebant. nec attinuisse demi securẽ: cũ sine ꝓuocatiõe creati essent: interꝑtabant. decem regum species erat ¶ Multiplicatus terror: non infimis solum: sed primoribus Patrum: ratis cedis causam: ac principium queri. Vt siquis memorem libertatis uocem: aut in Senatu: aut in populum misisset: statim uirge securesq; etiã ad ceteroꝝ metũ: expedirentur. Nam preter q̄ qđ in populo nihil erat presidii sublata prouocatione: intercessionem quoq; consensus sustulerat. Cũ priores Decemuiri appellatiõe College corrigi reddita ab se iura tulissent: et quedã: que sui iudicii uideri possent: ad populũ reiecissent. ¶ Aliq̄diu equatus inter omnes terror fuit paulatim totus uertere in plebẽ cepit. abstinebatur a Patribus. In humiliores libidinose: crudeliterq; cõsulebat. hoĩm nõ causarũ toti erant: ut apud quos gratia uim eq haberet. Iudicia domi cõflabant. ꝓnunciabant in foro. Si q̄s collegã appellasset: ab eo ad quẽ uenerat: ita discedebat: ut peniteret: non prioris decreto stetisse ¶ Opinio etiam: sine autore exierat: non in presentis modo temporis eos iniuriam conspirasse: sed fedus clandestinum inter ipsos iureiurando ictum: ne comitia haberent. perpetuoq; Decemuiratu possessum semel obtinerent Imperium. circunspectare tum patritiorũ uultus plebei. et inde libertatis captare auram: unde seruitutem timendo: in eum statum Rempublicã adduxerant. ¶ Primores patrũ odisse Decẽuiros. odisse Plebẽ. nec ꝓbare que fierẽt: et credere haud ĩdignis accidere. auide ruẽdo ad libertatẽ: in seruitutẽ elapsos. iuuare nolle. cumulare quoq; iniurias: ut tedio p̄ntium Cõsules duo tandẽ: et status p̄stinus rerũ: in desideriũ ueniant ¶ Iam et processerat pars maior anni. et due tabule legũ ad prioris anni decẽ tabulas erant adiecte. nec quicq̄ iam supererat: si he quoq; leges Centuriatis Comitiis ꝑlate eẽnt: cur eo Magistratu Reipublice opus eẽt. ¶ Expectabãt q̄ mox cõsulibus creandis comitia edicerentur. Id modo plebs agitabat: quonam modo Tribuniciam potestatem munimentũ libertatis: rem intermissam: repararent. ¶ Cum interim mẽtio comitiorum nulla fieri. Et Decemuiri q̄ primo Tribunitios homines: q̄a id populare habebat: circum se ostentarant Plebi: patritiis iuuenibus sepserant latera. eoꝝ caterue tribunalia obsederãt. Hi fere: agere Plebem: Plebisq; res: cum fortuna: qua quicquid cupitum foret: potentioris esset. etiam ne tergo quidem abstinebatur. uirgis cedi alii: alii securi subiici. Et ne gratuita crudelitas eẽt: bonoꝝ donatio seq̄ domini suppliciũ. ¶ Hac mercede iuuentus nobilis corrupta: non mõ non ire obuiã iniurie: sed ꝓpalam licentiam suam malle: q̄ omnium libertatem ¶ Idus maie uenere: nullis subrogatis ma/gistratibus. priuati pro Decemuiris neq; animis ad Imperium inhibẽdum imminutis: neq; ad speciem honoris insignibus: prodeunt ¶ Deploratur inperpetuum libertas. nec uindex quisquam exsistit: aut futurus uidetur ¶ Nec ipsi solum despõderant animos: sed contemni cepti erant: a finitimis populis. imperiumq; ibi esse: ubi non esset libertas: indignabant ¶ Sabini magna manu incursiõem in agrum Romanum fecere. lateq; populati: cum hominum atq; pecudum multi predas egissent: recepto ad Eretum: quod passim uagatũ erat agmine: castra locant: spẽ in Romana discordia ponentes. eam impedimentum delectui fore. Non nuntii solum: sed per Vrbem agrestium fuga trepidationẽ iniecit ¶ Decẽuiri cõsultant quid facto opus sit. destituit inter Patrum et Plebis odia ¶ Addit terrorem insuper alium fortuna: Equi alia ex parte castra in Algido locant. depopulanteq; inde excursiõibus Tusculanum agrum ¶ Legatiq; ab

Tusculo presidium orantes nūtiant. ¶ Is percussit pauor Decemuiros: ut Senatū simul duobus circunstantibus Vrbem bellis consulerent. ¶ Citari iubent in Curiam Patres: haud ignari quanta inuidie immineret tempestas. omnes: uastati agri: periculorumq; imminentiū causas in se cōgesturos. tentationēq; eam fore abolēdi sibi Magistratus: ni consensu resisterēt. Imperioq; inhibēdo acriter in paucos p̄ferocis animi: conatus aliorum comprimerēt. ¶ Postq̃ audita in foro uox est preconis Patres in Curiam ad Decemuiros uocantis: uelut noua res: quia intermiserant iam diu morem consulendi Senatus mirabundam Plebem conuertit: quid nam incidisset: cur ex tanto interuallo rem desuetam usurparent. ¶ Hostibus belloq; gratiam habēdam qđ solitum quicq̃ libere ciuitatis fieret. Circunspectare omnibus fori partibus Senatorem. raroq; usquā noscitare. curiam inde ac solitudinem circa Decemuiros intueri. cum et ipsi consensu inuisum imperium: & Plebs: quia priuatis ius non esset uocandi Senatū: nō conuenire patres interp̄tarentur. Iam caput fieri libertatem repentiū si se Plebs comitē Senatui det. Et quemadmodū Patres uocati non coeant in Senatū: sic Plebs abnuat delectū. ¶ Hec fremit Plebs. ¶ Patrum haud fere quisq̃ in foro: in Vrbe rari erant. Indignitate rerum cesserant ī agros. suarumq; rerū erant: amissa publica. tantū se abesse ab iniuria rati: quantum a cetu congressuq; potentiū dominorum se amouissent. ¶ Postq̃ citati nō cōueniebant: dimissi circa domos appitores simul ad pignora capiēda: sciscitandūq; num consulto detrectarent: referunt: Senatum in agris esse. ¶ Letius id Decemuiris accidit: q̃ si presentes detrectare imperium referrent. ¶ Iubent acciri omnes. Senatūq; in diem posterum edicunt: qui aliquanto spe ipso℞ frequentior cōuenit. ¶ Quo facto proditam a Patribus Plebs libertatem rata: qđ iis: qui iam Magistratu abissent: tanq̃ iure cogentibus: Senatus paruisset. ¶ Sed magis obedienter uentum in curiam est: q̃ obnoxie dictas sententias: accepimus. L. Valerium Potitum: proditum memorie est: post relationem. Ap. Claudii: priusq̃ ordine sententie rogarentur: postulando ut de Republica liceret dicere: prohibentibus minaciter Decemuiris: proditurū se ad Plebē denuntiantem: tumultum exciuisse. ¶ Nec minus ferociter. M. Horatiū Barbatū isse in certamen. x. Tarquinios appellantem. ammonentēq; Valeriis & Horatiis ducibus pulsos Reges: nec nominis homines tum pertesum esse: quippe quo Iouem appellari fas sit: quo Romulum cōditorem urbis: deincepsq; Reges appellatos. qđ sacris etiam: ut sollemne: retentum sit. Superbiam uiolentiāq; tum perosos Regis. que si in Rege tum eodem: aut in filio regis ferenda non fuerint: quē laturū in tot priuatis? uiderēt ne uetando in curia libere homines loqui: extra Curiā etiam mouerent uocem. Neq; se uidere q sibi minus priuato ad Contionem Populum uocare: q̃ illis Senatū cogere liceat. ubi uellent: experirentur: quanto fortior dolor in libertate sua uendicanda: q̃ cupiditas in iniusta dominatione esset. ¶ De bello Sabino eos referre: tanq̃ maius ullū Populo Romano bellum sit: q̃ in iis qui legum ferendarum causa creati: nihil iuris in ciuitate reliquerit. q comitia: q ānnuos magistratus: q uicissitudinē imp̄itandi: qđ unū exequande sit libertatis: sustulerint. q priuati fasces. et Regium Imperium habeant. ¶ Fuisse regibus exactis Patritios Magistratus creatos. postea post secessioēm Plebis: Plebeios. cuius illi p̄tis essent: rogitare: Populares? Quid enim eos per Populū egisse? Optimates? qui anno prope iam Senatū nō habuerint. tunc ita habeāt: ut de Repu. loqui prohibeant. Ne nimium in metu alieno spei ponerent: grauiora que patiātur: uideri iam hominibus: q̃ que metuant. ¶ Hec uociferante Horatio: cū Decemuiri nec ire: nec ignoscendi modum reperirent: nec quo euasura res esset: cernerēt. C. Claudii: qui patruus Appii Decemuiri erat: oratio fuit: precibus: q̃ iurgio similis. per orantis p

pignora capiēda

Horatij verba in xviros

sui fratris: parentisq; eius manes: ut ciuilis potius sotietatis: in qua natus esset: q̃ federis nepharie icti cum collegis meminisset. multo id magis se illius causa curare: q̃ Reipu. Quippe Rempu. si a uolentibus nequeat: ab inuitis ius expetituram. Sed ex magno certamine magnas excitari ferme iras. earum euentum se horrere. ¶ Cum aliud preter q̃ de quo retulissent: Decemuiri dicere probiberent: Claudii intẽpellandi uerecundia fuit. sententiam igitur peregit. ¶ Nullum placere Senatus Consultum fieri. Omnesq; ita accipiebant: priuatos eos a Claudio iudicatos. multiq; ex Cõsularibus uerbo assensi sunt. Alia sententia asperior in speciem: uim minorem aliq̃to babuit: que Patritios coire: ad prodendum Interregẽ iubebat. Censendo enim: quoscunq; Magistratus esse: qui Senatum baberẽt: iudicabat: quos priuatos fecerat autor nullius Senatus Cõsulti faciendi. ¶ Ita babente iã causa Decemuiroꝝ. L. Cornelius Maluginensis. M. Cornelii Decemuiri frater: cum ex Consularibus ad ultimum dicendi locum consulto seruatus esset: simulãdo curam belli: fratrem Collegasq; eius tuebatur. ¶ Quonã fato incidisset: mirari se dictitans: ut Decẽuiros: qui Decemuiratũ petissent: aut sotii: aut hi maxime oppugnarẽt. aut quid ita: per tot menses uacua ciuitate: nemo iusti ne Magistratus summe rerum preessent: controuersiam fecerint: Demum cum bostes ꝓpe ad portas sint: ciuiles discordias serant. Nisi q̃d in turbido minus perspicuum fore putent: quid agatur. Ceterum neminem: maiore cura occupatis animis: uerum esse preiudicium rei tãte auferri. ¶ Sibi placere de eo: quo Valerius Horatiusq; ãte idus maias Decẽuiros abisse magistratu insimulent: bellis que immineant perfectis: Republica in tranquillũ redacta: Senatu discrepante: agi. etiã nunc ita se parare. Ap. Claudium: ut Comitioꝝ: que Decemuiris creandis: Decemuir ipse babuit: sciat sibi rationẽ reddendã esse: utrũ in unum annum creati sint: an donec leges: que deessent: perferãtur. In p̃ntia omnia preter bellum mitti placere. Cuius si falso famam uulgatam: uanaq; nõ nuntios solũ: sed Tusculanorum etiam legatos attulisse putent: Speculatores mittendos censere: q certius explorata referant. Sin fides et nuntiis et Legatis babeatur: delectum quoq; primo tempore baberi: et Decemuiros quo cuiq; eoꝝ uideatur: exercitus ducere. Nec rem aliam preuerti. ¶ In banc sententiam: ut discederetur iuuenes Patrum euincebãt. ¶ Ferocioresq; iterũ coborti Valerius Horatiusq; uociferari: ut de Republica liceret dicere. dicturos ad populum: si in Sanatu per factionem non liceat. ¶ Neq; enim sibi priuatos: aut in curia: aut in contione posse obstare. neq; se imaginariis fascibus eoꝝ cessuros esse. ¶ Tum. Ap. iam prope esse ratus: ut ni uiolentie eorum pari resisteretur audacia: uictum Imperium eẽt. ¶ Non erit melius inquit nisi de quo cõsulimus: uocẽ misisse. et ad Valerium negantem se priuato reticere: lictorem accedere iussit. ¶ Iam Quiritium fidem implorante Valerio a Curie limine. L. Cornelius cõplexus Appiũ: non quod simulabat: consulendo diremit certamen. ¶ Factaq; per Corneliũ Valerio dicẽdi gratia que uellet: cum libertas nõ ultra uocem excessisset: Decemuiri ꝓpositum tenuere. ¶ Consulares quoq; ac seniores ab residuo Tribunitie potestatis odio: cuius desiderium Plebi multo acrius: q̃ Consularis impii rebantur esse: prope malebãt post modum ipsos Decemuiros uoluntate abire magistratu: q̃ inuidia eorum exurgeret. ¶ Rursus plebem: si leniter ducta res sine populari strepitu ad Consules redisset: aut bellis interpositis: aut moderatiõe Consulum in Impiis exercendis: posse in obliuionẽ Tribunoꝝ adduci. ¶ Silentio patrum edicitur delectus. Iuniores cũ sine ꝓuocatione Imperium esset: ad nomina respondent. Legionibus scriptis: inter se Decemuiri com/parabãt: quos ire ad bellũ: quos pẽsse exercitibus oporteret. ¶ Prĩcipes iter Decẽuiros erãt. Q. Fabius. et. Ap. Claudius. bellũ maius domi: q̃ foris: appebat. ¶ Appii uiolẽtiã

Dissensio inter valeriũ horatiumq; et inter xviros

Fit delectus

aptiorem rati ad comprimendos Vrbanos motus. ¶ In Fabio minus in bono constãs:
q̃ uanum ingenium ĩ militia esse. ¶ Hunc enim uirum egregium olim domi: militieq;
Decẽuiratus Collegeq;: ita mutauerant: ut Appii: q̃ sui similis mallet esse. ¶ Huic bellũ
in Sabinis. M. Rabuleio: et. Q. Petilio additis Collegis: mandatum. M. Cornelius in
Algidum missus: cũ. L. Minutio & Cesone Duillio: et. L. Sergio. Sp. Oppium. Ap.
Claudio adiutorem ad Vrbem tuendã: equo omniũ Decemuiro℞ Imperio decernũt.
¶ Nihilo militie q̃ domi melius Respublica administrata est. ¶ Illa modo in ducibus
culpa: qđ ut odio essent ciuibus: fecerant. ¶ Alia omnis penes milites noxa erat: qui ne
quid ductu atq; auspicio Decemuirorum prospere usq̃ gereretur: uinci se: per suũ: atq;
illorum dedecus: patiebantur. ¶ Fusi et ab sabinis ad Feretrum et in algido ab equis
exercitus. ab Feretro per silentium noctis profugi: propius Vrbem inter Fidenas:
Crustumeriamq;: loco edito: castra communierant. ¶ Persequutis hostibus nusquam
se equo certamine cõmittentes. natura loci: ac uallo: nõ uirtute: aut armis: tutabanẽ.
¶ Maius flagitium in Algido: maior etiam clades accepta. castra quoq; amissa erant.
exutusq; omnibus utensilibus miles: Tusculum se fide misericordiaq; uicturus hospitũ:
que tamen non fefellerunt: contulerant. Romã tanti erant terrores allati: ut posito
iam Decemuirali odio: Patres uigilias in Vrbe habendas censerẽt. omnes: qui per etatẽ
arma ferre possent: custodire menia: ac pro portis stationes agere: iuberent. ¶ Arma
Tusculum ad supplementum decernerent. Decemuirosq; ab arce Tusculi digressos: in
castris militem habere. ¶ Castra alia a Fidenis ĩ Sabinum agrũ transferri. belloq; ultro
inferẽdo deterreri hostes: a cõsilio Vrbis oppugnãde. ¶ Ad clades ab hostibus acceptas:
duo nefãda facinora Decẽuiri belli domiq; adiciunt. L. Sicciũ in Sabinis: per inuidiã
Decemuiralem: Tribunorum creandorum: secessionisq; mentiones ad uulgus militum
sermonibus occultis serentem: speculatum ad locum castris capiendũ mittunt. ¶ Datur
negotiũ militibus: quos miserant expeditionis eius comites: ut eum opportuno adorti
loco interficerẽt. haud inultũ ĩterfecere. Nam circa repugnantẽ aliquot insidiatores
cecidere. cum ipse se preualidus: pari uiribus animo: circunuẽtus tutaretur. ¶ Nuntiãt
in castra ceteri precipitatũ ĩ insidias eẽ. Sicciũ: egregie pugnantem: militesq; quosdã
cum eo amissos. ¶ Primo fides nuntiantibus fuit. Profecta deinde cohors: ad sepeli/
endos: qui ceciderant: Decemuirorum permissu: postquam nullum spoliatum ibi
corpus: Sicciumq; in medio iacentem: armatumq;: omnibus in eum uersis corporibus
uidere: hostium neq; corpus ullum nec uestigia abeũtium: profecto a suis interfectũ
memorantes: retulere corpus. Inuidieq; plena castra erant. et Romam ferri Siccium
ꝓtinus placebat. nisi Decemuiri funus militare ei publica impẽsa facere maturassent.
¶ Sepultus ingenti militum mesticia. ¶ Pessima Decemuirorum in uulgus fama est.
¶ Sequitur aliud in Vrbe nefas ab libidine ortum: haud minus fedo euentu: q̃ qđ ꝑ
stuprũ cedemq; Lucretie: urbe regnoq; Tarqnios expulerat. ut nõ finis solum idem
Decemuiris: qui Regibus: sed causa etiã eadem Imperii amittẽdi esset. Ap. Claudiũ
uirginis Plebeie stuprãde libido cepit. ¶ Pater uirginis. L. Virginius honestũ ordinẽ
in Algido ducebat. uir exempli recti militie domiq;. perinde uxor instituta fuerat.
liberiq; instituebantur. ¶ Desponderat filiã. L. Icilio tribunitio uiro acri et pro causa
Plebis experte uirtutis. ¶ Hanc uirginem adultam: forma excellẽtem: Appius amore
amens: pretio ac spe perlicere adortus: postq̃ omnia pudore septa animaduerterat: ad
crudelem: superbamq; uim: animum conuertit. M. Claudio clieti negotium dedit: ut
uirginẽ in seruitutem assereret. neq; cederet secundũ libertatẽ postulantibus uindicias:
qđ pater puelle abesset: locum iniurie esse ratus: uirgini uenienti in forum: Ibi nanq;

VIRGINIA

in tabernis litterarum ludi erāt: minister Decemuiri libidinis manum iniecit. serua sua
natam: seruāq; appellans: sequi iubebat. contantem ui abstracturum ¶ Pauida puella
stupente: ad clamorem nutricis fidem quiritium implorantis: fit concursus. Virginii
patris: sponsiq; Icilii populare nomē celebratur. notos gratia eorum: turbā indignitas
rei uirgini conciliat ¶ Iam a ui tuta erat: cum assertor: nihil opus esse multitudine cō/
citata ait. se iure grassari: non ui ¶ Vocat puellam in ius: autoribus qui aderant: ut
sequerētur ¶ Ad tribunal Appii peruētum est ¶ Notam iudici fabulā petitor: qppe
apud ipsum autorē argumenti: peragit. puellā domi sue natā. furtoq; inde translatā
in domum Virginii. suppositam ei esse. id se indicio compertum afferre. probaturūq;
uel ipso Virginio iudice: ad quem maior pars iniurie eius pertineat. Interim dominū
sequi ancillam equum esse ¶ Aduocati puelle: cum Virginium Reipublice causa abeē
dixissent: biduo affuturum: si nūtiatum ei sit: iniquū esse absentē de liberis dimicare:
postulant: ut rem integram in patris aduentū differat. lege ab ipso data: uindicias det
secūdum libertatem. neu patiatur uirginem adultam fame prius: q̃ libertatis periculū
adire ¶ Appius decreto prefatus: q̃ libertati fauerit: eam ipsam legem declarare: quam
uirginii amici postulationi sue pretēdant. Ceterum ita in ea libertatis fore presidium:
si nec causis: nec personis uariet. In his enim qui asserantur in libertatem: quia quiuis
lege agere possit: id iuris eē. In ea que ī patris manu sit: neminē esse aliū: cui dominus
possessione cedat. placere itaq; patrem accersiri. interea iuris sui iacturam assertorem
non facere: quin ducat puellam. sistendamq; in aduentū eius: q pater dicat: ꝑmittat.
¶ Aduersus iniuriam decreti: cum multi magis fremerent: q̃ quisquam unus recusare
auderet. P. Numitorius puelle auus: et sponsus Icilius interueniūt: dataq; inter turbā
uia. cū multitudo: Icilii maxīe interuētu: resisti posse Appio crederet. Lictor: decresse
ait. uociferantemq; Icilium submouet ¶ Placidum quoq; ingenium: cum tam atrox
iniuria accendisset: ferro tibi hinc submouendus sum Appi inquit: ut tacitum feras: qđ
celari uis. Virginem ego hanc sum ducturus nuptā: pudicā habiturus. proinde oēs
collegarū quoq; lictores conuoca. expediri uirgas et secures iube. nō manebit extra
domum patris sponsa Icilii. Non si Tribunitium auxilium: et prouocationem Plebi
Romane duas arces libertatis tuēde ademistis: ideo in liberos quoq; nostros cōiugesq;
Regnum uestre libidini datum est. Seuite in tergum et in ceruices nostras: pudicicia
saltem in tuto sit. Huic si uis afferetur ego presentium Quiritium ꝓ spōsa: Virginius
militum pro unica filia: omnes deorum hominumq; implorabimus fidem. neq; tu istud
unquam decretum: sine cede nostra referes ¶ Postulo Appi etiam atq; etiā consideres:
quo progrediare: Virginius uiderit de filia: ubi uenerit: quid agat: hoc tantum sciat:
si ipse huius uindiciis cesserit: conditionem filie querendam esse. me uindicantem sponsā
in libertatē uita citius deseret: q̃ fides ¶ Concitata multitudo erat: certamenq; instare
uidebatur ¶ Lictores Icilium circunsteterant. nec ultra minas tamen processum est.
Cum Appius uirginem non defendi ab Icilio: sed inquietum hominem et Tribunatū
etiam nunc spirantem: locum seditionis querere diceret. non prebiturum se illi eo die
materiā. sed ut iam sciret non id petulātie sue: sed Virginio absenti: et patrio nomini:
et libertati datum: Ius eo die se nō dicturum. neq; decretum interpositurum. A. M.
Claudio petiturum: ut decederet iure suo uindicariq; puellā in posterum. diē pateret.
¶ Quod nisi pater postero die affuisset: denuntiare se Icilio similibusq; Icilii neq; legi
sue latorem: neq; Decemuiro constantiam defore: nec se utiq; collegarum lictores
conuocaturum ¶ Ad cohercendos seditionis autores: contētum se suis lictoribus fore.
¶ Cum dilatum tēpus iniurie esset: secessissentq; aduocati puelle: placuit omniū primū

Icilij sponsi verba ad Appium

fratrem Icilii: filiumq; Numitorii impigros iuuenes: pergere inde recta ad portam: et quantum accelerari posset: Virginium acciri e castris. In eo uerti puelle salutem si postero die uindex iniurie ad tempus presto esset. ¶ Iussi pgunt. citatisq; equis nuntiū ad patrem perferunt. Cum instaret assertor puelle: ut uindicaret: sponsoresq; daret: atq; idipm agi diceret Icilius: sedulo tēpus terēs: dū p̄riperent iter nūtii missi in castra: manus tollere undiq; multitudo: et se quisq; paratum ad spondendū Icilio ostēdere.

¶ Atq; ille lachrymabundus: gratū est inquit. Crastina die uestra opera utar: sponsoꝝ nunc satis est. Ita uendicatur uirginia spondentibus propinquis. ¶ Appius paulisper moratus: ne eius causa sedisse uideretur: postq̄ omissis rebus aliis pre cura unius: nemo eum adibat: domū se recepit. Collegisq; in castra scribit: ne Virginio commeatū dent. Atqui etiam in custodiam habeant. ¶ Improbum consilium: serum: ut debuit: fuit. et iam commeatu sumpto pfectus Virginius prima uigilia erat: cum postero die mane de retinendo eo: nequicq̄ littere redduntur. ¶ At in in urbe prima luce: cum ciuitas in foro expectatione erecta staret: Virginius sordidatus: filiam secum: obsoleta ueste comitantibus aliquot Matronis: cum ingenti aduocatiōe: in forum adducit. Circuire ibi: et prehensare homines cepit. et non orare solum precariam opem: sed pro debita petere. ¶ Se pro liberis eorum ac coniugibus quottidie in acie stare. nec alium uirum esse: cuius strenue ac ferociter facta in bello plura memorari possent. Quid prodesse: si incolumi urbe: que capta ultima timeantur: liberis suis sint patienda? Hec prope cō/tionabūdus circuibat hoīes. ¶ Similia his ab Icilicio iactabant. Comitatus muliebris plus tacito fletu: q̄ ulla uox mouebat. ¶ Aduersus que oīa obstinato aīmo Appius: tanta uis amentie uerius: q̄ amoris mentem turbauerat: in tribunal ascendit. et ultro querente pauca petitore: qd̄ ius sibi pridie per ambitionem: dictum non esset: prius q̄ ille postulatum perageret: aut Virginio respondendi daretur locus: Appius interfat:

¶ Quem decreto sermoēm p̄tenderit: forsan aliquem uerū: autores antiq tradiderint. quia nusquam ullum in tanta feditate decreti ueri similem inuenio: Id quod constat: nudum uidetur pponendum. ¶ Decresse uindicias secundum seruitutē. ¶ Primo stupor omnes ammiratione rei atrocis defixit. Silētium inde aliquandiu tenuit. deinde cum M. Claudius circunstātibus Matronis: iret ad cōprehendendā uirginē: lamētabilisq; eum mulierum comploratio excepisset: Virginius intentans in Appium manus: Icilio inquit Appi: non tibi filiam despondi. et ad nuptias: non ad stuprum educaui. placet pecudum ferarumq; ritu promiscue in cōcubitus ruere? passuri ne hoc isti sint: nescio. non spero esse passuros illos: qui arma habent. ¶ Cum repelleretur assertor uirginis a globo mulierum: circunstantiumq; aduocatorum: silentium factum per preconem. Decemuir alienatus ad libidinē animo: negat externo tāto conuitio Icilii: uiolētiaq; Virginii: cuius testem Romanum Populum habeat: sed certis quoq; īdiciis comptum se habere: nocte tota cetus in Vrbe factos esse: ad mouēdam seditioēm. Itaq; se haud inscium eius dimicationis cum armatis descendisse: nō ut quenquam quietum uiolaret: sed ut turbantes ciuitatis ocium pro Maiestate Imperii coherceret. proinde quiesset melius inqt. ¶ Lictor submoue turbā. et da uiam domino ad prehēdendū mācipium.

¶ Cum hec intonuisset: plenus ire: multitudo ipsa se sua spōte dimouit. desertaq; preda iniurie puella stabat. ¶ Tum Virginius: ubi nihil usquam auxilii uidit: Queso inquit Appi primum ignosce patrio dolori: siqd inclemētius in te sum inuectus. deinde sinas hic coram uirgine nutricē percontari: qd hoc rei sit: ut si falso pater dictus sum: equiore hinc animo discedam. ¶ Data uenia seducit filiam. ac nutricem prope Cloacinam: ad tabernas: quibus nūc Nouis est nomē: atq; ibi ab lanio cultro arrepto. ¶ Hoc te uno

VIRGINIVS FILIĀ DVCIT.

Virginius virginiam filiã occidit

quo possũ ait mó filia ĩ libertatẽ uẽdico. pectus deinde puelle trãsfigit. Respectãsq; ad tribunal. ¶ Te inqt Appi: tuumq; caput sanguine hoc consecro. Clamore ad tam atrox facinus orto: excitus Appius cõprehendi Virginium iubet. Ille ferro quacunq; ibat uiam facere: donec multitudine etiam prosequentium iuuenum tuente: ad portã perrexit. ¶ Icilius Numitoriusq; exangue corpus sublatum ostentant populo. scelus Appii: puelle infelicem formam: necessitatem patris: deplorant. ¶ Sequentes clamitant Matrone: eam ne liberorum procreandorum conditionem: ea pudicitie premia esse? Ceteraq; que in tali re muliebris dolor: quo ẽ mestior: imbecillo aĩmo: eo miserabilia magis querentibus subiicit. ¶ Viroꝝ et maxime Icilii uox tota Tribunitie potestatis: ac prouocationis ad populum erepte: publicarumq; indignationũ: erat. ¶ Concitatur multitudo Patrum atrocitate sceleris. partim spe per occasionem repetende libertatis. ¶ Appius nunc uocari Icilium: nunc retractãtem arripi: Postremo cum locus adeũdi apparitoribus non daretur: ipse cum agmine patritiorum iuuenum per turbã uadẽs; in uincla duci iubet. ¶ Iam circa Icilium nõ solum multitudo: sed duces quoq; multitudinis erant. L. Valerius et. M. Horatius: q repulso lictore: si iure agerẽt. uindicare se a priuato Iciliũ aiebant. si uim afferre conarentur: ibi quoq; se haud impares fore. ¶ Hinc atrox rixa oritur. Valeriũ Horatiũq; lictor decẽuiri inuadit. ¶ Frangunt a multitudine fasces. In Contionẽ Appius ascẽdit. ¶ Sequunt Horatius Valeriusq;. ¶ Eos contio audit. ¶ Decemuiro obstrepitur. ¶ Iam pro imperio Valerius discedere a priuato lictores iubebat: Cũ fractis animis Appius: uite metuẽs: ĩ domũ se ꝓpinquam foro: inscius aduersarius: capite obuoluto recepit. Sp. Oppius ut auxilio College eẽt: in forum ex altera parte irrumpit. Videt Impium ui uictũ. ¶ Agitatus deĩde cõsiliis: atq; ex omni parte assentiendo: multis autoribus trepidus: Senatum postremo uocari iussit. ea res: qđ magne parti patrum displicere acta Decemuirorum uidebantur: spe ꝑ Senatũ finiende potestatis eius: multitudinẽ sedauit. ¶ Senatus nec Plebẽ irritandã cẽsuit. multo magis ꝓuidendum ne quid Virginii aduẽtus in exercitu motus faceret.

Itaq; missi iuniores Patrũ in castra: que tum in mõte Vecilio erant: nuntiant Decẽuiris: ut omĩ ope ab seditiõe milites cõtineant. ¶ Vbi Virginius maiorẽ: q̄ reliquerat in Vrbe: motum exciuit. Nam preter q̄: qđ agmine prope quadringentoꝝ hominũ ueniens qui ab urbe indignitate rei accensi comites ei se dederant: cõspectus est: strictũ etiam telum: respersusq; ipse cruore: tota in se castra conuertit. Et toge multifarie in castris uise maioris aliquãto: q̄ erat: speciẽ urbane multitudinis fecerant. ¶ Querẽtibus quid rei esset: flens: diu uocẽ non emisit. Tandẽ ut iam ex trepidatione concurrentiũ turba constitit: ac silentium fuit. ordine cuncta: ut gesta erant: exposuit. ¶ Supinas deinde tendens manus commilitones appellans: orabat: ne qđ scelus. Ap. Claudii esset: sibi attribuerent. ueu se ut paricidam liberum auersarent. sibi uitam filie: sua cariorem fuisse: si libere: ac pudice uiuere licitum fuisset. Cum uelut seruam ad stuprum rapi uideret: morte amitti melius ratum: q̄ contumelia: liberos: misericordia se in speciem crudelitatis lapsum: nec superstitem filie futurum fuisse: nisi specie ulciscende mortis eius: in auxilio commilitonum habuisset. Illis quoq; filias: sorores: coniuges esse. nec cũ filia sua libidinem. Ap. Claudii extinctam esse. sed quo impunitior sit: eo effrenatiorẽ fore. Aliena calamitate documentum datum illis: cauende similis iniurie. Quod ad se attineat: uxorem sibi fato raptam. filiã quia non ultra uictura pudica fuerit: miseram: sed honesta morte: occubuisse. Nó esse iam Appii libidini locum in domo sua. ab alia uiolẽtia eius eodem se animo corpus uindicaturum: quo uindicauerit filie. Ceteri sibi: ac liberis suis: cõsulerẽt. ¶ Hec Virginio uociferãti: succlamabat multitudo: nec illius

dolori: nec sue libertati se defuturos ¶ Et immixti turbe militum togati cum eadem illa querendo: docendoq; quanto uisa q̃ audita indigniora potuerint uideri: simul ꝓfligatam rem iam nuntiando Rome esse: Insequutosq; q Appium ꝓpe interẽptum in exsilium abisse dicerent: perpulerunt ut ad arma conclamaretur. uellerẽtq; signa: et Romam proficiscerentur. Decemuiri simul iis: que uidebant: iisq; que acta Rome audierant: perturbati: alius in aliam partem castrorũ: ad sedandos motus discurrunt. Et leuiter agentibus responsum non redditur ¶ Imperium siquis inhiberet: & uiros et armatos se esse respondetur ¶ Eunt agmine ad Vrbem. et Auentinum insidunt. ut quisq; occurrerat: Plebem ad repetendam libertatem: creandosq; Tribunos Plebis ad/hortantes ¶ Nulla alia uox uiolenta audita est. ¶ Senatũ. Sp. Oppius habet. ¶ Nihil placet aspere agi. quippe ab ipsis datum locum seditionis esse ¶ Mittuntur tres legati consulares. C. Iulius. P. Sulpitius. Sp. Tarpeius: q quererent Senatus uerbis: cuius iussu castra deseruissent? aut quid sibi uellent: qui armatum Auentinũ obsedissent? belloq; auerso ab hostibus patriam suam cepissent? Non defuit: quid responderentur: deerat: q daret responsum: nullo dũ certo duce: nec satis audẽtibus singulis: inuidie se offerre.

PLEBS · I AVĒTINŪ · SECEDIT

¶ Id modo a multitudine cõclamatum est: ut. L. Valerium: et. M. Horatium: ad se mitterẽt. his se daturos responsum. ¶ Dimissis legatis ammonet milites Virginius in re nõ maxima paulo ante trepidatum eẽ: quia sine capite multitudo fuerit. responsũq; quanq̃ non inutiliter: fortuito tamẽ magis consensu: q̃ communi consilio esse. placere decem creari: qui summe rei preessẽt. militariq; bonore Tribunos Militum appellare. ¶ Cũ ad eum ipm primũ is honos deferret ¶ Melioribus meis: uestrisq; rebus reseruate inquit ista de me iudicia. nec mibi filia in uita honorem ullum iucundũ esse patitur. nec in perturbata re eos utile est preesse uobis: q proximi inuidie sint. Siquis usus mei est: nihilo minor ex priuato capiet ¶ Ita decem numero Tribunos Militares creant. ¶ Neque in Sabinis quieuit exercitus. Ibi quoq; autore Icilio: Numitorioq; secessio a Decemuiris facta est. non minore motu animorum Sicii cedis memoria renouata: q̃ q noua fama de uirgine adeo fede ad libidinẽ petita: acciderat ¶ Icilius ubi audiuit Tribunos Militum in Auentino creatos: ne comitiorum militarium prerogatiuam urbana comitia iisdem Tribunis Plebis creandis sequerent: Peritus rerum populariũ: imminensq; potestati: et ipse prius: q̃ iretur ad urbem: pari potestate eũdem numerũ ab suis creandum curat ¶ Porta Collina Vrbem intrauere sub signis: mediaq; Vrbe agmine in Auentinum pergunt ¶ Ibi coniuncti alteri exercitui. xx. tribunis militum negotium dederunt: ut ex suo numero duos crearẽt: qui summe rerum preessent. M. Oppiũ. Sex. Maniliũ creant ¶ Patres solliciti de summa rerum: cũ Senatus quottidie esset: iurgiis sepius terũt tempus: q̃ consiliis ¶ Sicii cedes Decẽuiris: et Appiana libido et decora militie obiiciebantur: placebatq; Valerium Horatiumq; ire: in Auẽtinum. ¶ Illi negabant se aliter ituros: q̃ si Decemuiri deponerent insignia magistratus eius: quo anno iam ante abissent ¶ Decemuiri querentes se in ordinem cogi: non ante q̃ perlatis legibus: quarum causa creati essent: deposituros Impium se aiebant ¶ Per. M. Duillium qui Tribunus plebis fuerat: certior facta Plebs: contentionibus assiduis nihil transigi: in sacrum montem ex Auentino transit. affirmante Duillio non priusquam deseri Vrbem uideant: curam in animos Patrum descẽsuram. Ad moniturum sacrum montem constantie Plebis. scituros q̃d sine restituta potestate: redigi in concordiam res nequeant ¶ Via Numentana: cui tum Ficulensi nomen fuit: profecti: castra in monte Sacro locauere. Modestiam patrum suorum: nihil uiolando: imitati ¶ Secuta exercitum Plebs: nullo qui per etatem ire posset: retractante prosequunẽ coniuges

PLEBS IN SACRŪ MONTĒ TRĀSIT

liberiq; ¶Cui nam se delinquerent in ea Vrbe: in qua nec pudicicia: nec libertas: sancta
esset miserabiliter rogitantes ¶Cum uasta omnia Rome insueta solitudo fecisset: in
foro preter paucos seniorum nemo esset: Vocatis utiq; in Senatum patribus: desertū
appuisset forū: pluresq; iā q̃ Horatius et Valerius uociferabant ¶Quid expectabitis
Patres Consulti si Decemuiri finem pertinatie non faciunt: ruere et deflagrare oīa
passuri estis? Quid autem istud Imperium est Decemuiri: qđ amplexi tenetis? tectis
ac parietibus iura dicturi estis? Non pudet lictoꝝ uestroꝝ maiorē prope numerum
in foro conspici q̃ Togatoꝝ: aliorumq;? Quid si hostes ad urbē ueniant facturi estis?
Quod si Plebs mox: ubi parum secessiōe moueamur: armata ueniat? Occasu ne urbis
uultis finire Imperium? Atqui: aut Plebs non est habenda: aut habendi sunt Tribuni
Plebis. Nos citius caruerimus Patritiis Magistratibus: q̃ illi Plebeiis. Nouā inexptāq;
eam potestatē eripuere patribus nostris. ne nūc dulcedīe semel capti ferant desideriū:
Cum presertim nec nos temperemus imperiis: quo minus illi auxilii egeāt ¶Cum hec
ex omni parte iactarentur: uicti consensu Decemuiri: futuros se: quando ita uideāt:
in potestate Patrum affirmant ¶Id modo simul orant: ac monent: ut ipsis ab inuidia
caueatur. nec suo sāguine ad supplicia Patrum Plebem assuefaciāt ¶Tum Valerius
Horatiusq; missi ad Plebem: cōditionibus quibus uideretur reuocandā cōponendasq;
res ¶Decemuiris quoq; ab ira et impetu multitudinis precauere iubentur ¶Profecti
gaudio ingenti Plebis accipiuntur in castra. quippe liberatores haud dubie et motus
initio. et exitu rei. ob hec iis aduenīētibus gratie acte ¶Icilius pro multitudine uerba
facit. ¶Idem cum de cōditionibus agitaret: querētibus Legatis que postulata Plebis
essent: composito iam ante aduentum Legatoꝝ consilio: ea postulauit: ut appareret
inequitate rerū: plus q̃ in armis reponi spei. ¶Potestatē enim Tribunitiā ꝓuocationēq;
repetebāt: que ante Decemuiros creatos auxilia Plebis fuerant. et ne cui fraudi esset:
conscisse milites: aut Plebem: ad repetendā per secessionem libertatē ¶De Decēuiroꝝ
modo supplicio atrox postulatum fuit. dedi qppe eos equum censebant. uiuosq; igni
crematuros minabantur ¶Legati: ad ea: que cōsilii fuerunt ¶Adeo equa postulastis
ut ultro deferenda fuerint. libertati enim ea presidia petitis: non licentie: ad impug/
nandum alios. ire uestre magis ignoscendum: q̃ indulgendum est. qppe q crudelitatis
odio in crudelitatē ruitis. et prius poene q̃ ipsi liberi sitis: dominari iam in aduersarios
uultis. Nunquam ne qescet ciuitas nostra a suppliciis: aut patrum ī Plebē: Romanā:
aut Plebis in Patres? Scuto magis uobis: q̃ gladio opus est. Satis superq; humilis est:
qui iure equo in ciuitate uiuit. nec inferendo iniuriam nec patiendo etiam si quando
metuendos uos prebituri estis: cum recuperatis Magistratibus legibusq; uestris iudicia
penes uos erunt: de capite nostro: fortunisq; tunc ut queq; causa erit: statuetis. Nunc
libertatem repeti satis est ¶Facerent ut uellent ꝑmittentibus cunctis: mox redituros
se Legati: rebus ꝑfectis affirmant. ¶Profecti cū mādata Plebis patribus exposuissēt:
¶Alii Decemuiri: quando quidem preter spem ipsoꝝ: supplicii sui nulla mētio fieret:
haud quicquam abnuere ¶Appius truci ingenio: et inuidia precipua odiū ī se alioꝝ:
suo in eos metiens odio ¶Haud ignaro inquit imminet fortuna. uideo donec arma
aduersariis tradant: differri aduersus nos certamen. dandus inuidie est sanguis. Nihil
ne ego qdem moror: quo minus Decemuiratu ab eam. ¶Factum Senatus Cōsultum
ut Decemuiri se primo quoq; tempore Magistratu abdicarent: Et ne cui fraudi esset
secessio militum: Plebisq; ¶His Senatus Consultis ꝑfectis: dimisso Senatu: Decemuiri
prodeūt in contionem. abdicātq; se Magistratu: ingenti hominū leticia ¶Nuntiant
hec plebi ꝑ Legatos. qcquid ī urbe hominū supererat ꝓsequitur ¶Huic multitudini

Decēviri ꝑmittūt se ī prum potestate

leta alia turba ex castris occurrit. gratulantẽ libertatem concordiãq; ciuitati restitutã.
Legati procontionantur ¶ Quod bonum: felix: faustumq; sit uobis Reiq; publice redite in patriam ad penates: cõiuges: liberosq; uestros. Sed qua hic modestia fuistis: ubi nullius ager: in tot usu rerũ necessario tãte multitudini: est uiolatus: eã modestiã ferte in urbem ¶ In auẽtinum ite: unde profecti estis. ibi felici loco: ubi prima initia inchoastis libertatis uestre: Tribunos Plebis creabitis. Presto erit Põtifex maximus. q Comitia habeat ¶ Ingens assensus: alacritasq; cuncta approbantiũ fuit ¶ Cõuellunt inde signa. profectiq; Romam certant cum obuiis gaudio. armati per urbem silentio in Auentinum perueniũt. Ibi ex templo Pontifice Comitia habẽte Tribunos Plebis creauerunt ¶ Primum omnium. A. Virginium ¶ Inde. L. Icilium: et. P. Numitoriũ auunculum Virginii: autores secessiõis. tum. C. Sicinium ꝓgeniem eius: quem primum Tribunum Plebis creatum in Sacro mõte proditum memorie est ¶ Et. M. Duillium: qui Tribunatum insignem ante Decemuiros creatos gesserat. nec in Decemuiralibus certaminibus plebi defuerat. Spe deinde magis q̃ meritis electi. M. Titinius. M. Põ/ponius. C. Apronius. Ap. Iulius. C. Oppius ¶ Tribunatu ĩito. L. Icilius ex tẽplo Plebẽ rogauit: et Plebs sciuit ¶ Ne cui fraudi esset secessio a Decemuiris facta. ¶ Confestim de consulibus creandis: cum prouocatione. M. Duillius Rogationem pertulit ¶ Ea omnia in pratis Flamineis Concilio Plebis acta. quẽ nunc Circũ Flaminiũ appellãt. Per Interregem deinde consules creati. L. Valerius et. M. Horatius: qui ex templo magistratum acceperũt ¶ Quorum Consulatus popularis sine ulla Patrum iniuria: nec sine offensione: fuit. Quicqd enim libertati Plebis cauerẽt: id suis decedere opibus credebant ¶ Omnium primũ cum ueluti in cõtrouerso iure esset: tenerentẽ ne Patres Plebiscitis legem Cẽturiatis Comitiis tulere: ut qđ Tribuni Plebis iussissent: populum teneret. Qua lege Tribunitiis rogatiõibus telum accerrimũ datũ est ¶ Aliam deinde Consularem legem de ꝓuocatione unicum presidium libertatis Decẽuirali potestate euersam non constituunt modo: sed etiam in posterum muniunt: sanciendo nouam legem: Ne quis ullum Magistratum sine prouocatione crearet: qui creasset eum ius fasq; esset occidi: neue ea cedes capitali noxe haberetẽ ¶ Et cũ Plebẽ hinc ꝓuocatiõe: hinc Tribunitio auxilio satis firmassent: ipsis quoq; Tribunis: ut Sacrosãcti uiderentẽ: cuius rei prope iam memoria aboleuerat: relatis quibusdam ex magno interuallo ce/rimoniis: renouarunt. et cũ religione inuiolatos eos: tum lege etiã fecerunt: santiẽdo: ut qui Tribunis Plebis: Edilibus: Iudicibus: Decẽuiris: nocuisset: eius caput Ioui sacrũ esset. Familia ad edem Cereris: liberi: libereq; uenum irent ¶ Hac lege iuris interp̃tres negant quenquam Sacrosanctum esse. sed eum qui deorum quenq̃ nocuerit: id sacrũ sanciri. Itaq; Edilem prehendi: duciq; a maioribus Magistratibus. qđ etsi non iure fiat: noceri enim ei: cui hac lege non liceat: tamen argumentum est: non haberi pro Sacrosancto Edilem. Tribunos uetere iureiurando Plebis: cũ primũ eam potestatẽ creauit: Sacrosanctos esse ¶ Fuerunt qui interpretarentur eadem hac Oratia lege Consulibus quoq;: et Pretoribus: quia eisdem auspiciis quibus Cõsules crearentẽ: cautũ eẽ. Iudicem enim Consulem appellari. que refellitur interpretatio: qđ his temporibus nõdum Consulem iudicem: sed Pretorem appellari mos fuerit ¶ He Consulares leges fuere ¶ Institutum etiam ab iisdem Consulibus: ut Senatus consulta in edem Cereris ad Ediles Plebis deferrentẽ. que ante arbitrio Consulũ supprimebantẽ. nuntiabantq;.
¶ M. Duillius deĩde Tribunus Plebis: Plebem rogauit: Plebesq; sciuit ¶ Qui Plebem sine Tribunis reliquisset: quiq; Magistratum sine ꝓuocatione creasset: tergo ac capite puniretur ¶ Hec omnia ut inuitis: ita nõ aduersantibus Patriciis: transacta. quia nõ

CONS. L. valerius M. horatius

Munimenta tribunitie potestatis

dum in quenq̄ unum seuiebatur. ¶ Fundata deinde et potestate Tribunitia: & Plebis
libertate: tum Tribuni aggredi singulos tutum maturūq; iam rati: accusatorē primū
Virginium: et Appium reum deligunt ¶ Cū diē Appio Virginius dixisset: et Appius
stipatus Patritiis iuuenibus in forum descendisset: redintegrata est ex templo omnis
memoria fedissime potestatis: cum ipsum satellitesq; eius uidissent. ¶ Tum Virginius.
¶ Oratio inqt rebus dubiis inuēta est. Itaq; neq; ego accusando apud uos eum tēpus
teram: a cuius crudelitate uos metipsi armis uindicastis. nec istum ad cetera scelera im/
pudentiā in defendendo se aducere patiar. Omnium igitur tibi. Ap. Claudi que impie
nefarieq; per biennium: alia super alia: es ausus: gratiam facio. Vnius tātum criminis:
nisi te uindices: ab libertate in seruitutem: contra leges uindicias nō dedisse: in uincula
te duci iubeo ¶ Nec in Tribunitio auxilio Appius: nec in iudicio Populi ullam spem
habebat ¶ Attamē et Tribunos appellauit. et nullo morante arreptus a uiatore: Pro/
uoco inqt ¶ Audita uox una libertatis: ex eo missa ore: quo uindicie nup ab libertate
dicte erant: silentiū fecit ¶ Et dum pro se qsq; deos et non negligere hūana fremūt:
et supbie crudelitatiq;: etsi seras: non leues tamen uenire poenas: prouocare qui pro/
uocationē substulisset: Et implorare presidiū Populi: q omnia iura Populi obtrisset:
rapiq; in uincula egentem iure libertatis: qui liberum corpus in seruitutem addixisset.
¶ Ipsius Appii īter Cōtionis murmur fidē Populi Romani implorātis uox audiebat.
¶ Maiorum merita ī rempublicam domi militieq; commemorabat. suum infelix erga
Plebem Romanā studium coequandarū legum causa: cū maxima offensione Patrū:
Consulatu abisset: suas leges: quibus manētibus: lator earū in uincla ducatur ¶ Ceterū
sua propria bona malaq; cum cause dicende data facultas sit: tum se experturum. in
presentia se communi iure ciuitatis ciuem Romanum dicta die postulare: ut dicere
liceat: ut iudicium Populi Romani experiri. Non ita se inuidiā pertimuisse: ut nihil
in equitate: et misericordia ciuiū suoꝝ spei habeat. Quod si in dicta causa in uincula
ducatur: iterum se Tribunos Plebis appellare: et monere: ne imitentur: quos oderint.
Quod si Tribuni eodem federe obligatos se fateantur: tollende appellationis causa: in
quam conspirasse Decemuiros criminati sint: ait se prouocare ad Populum: implorare
leges de prouocatione: et Consulares: et Tribunitias eo ipso anno latas. Quem enim
prouocaturū: si hoc indēnato indicta causa nō liceat? Cui Plebeio: et humili p̄sidium
in legibus fore: si. Ap. Claudio non sit? se documento futurum: Vtrum nouis legibus
dominatio: an libertas firmata sit. et appellatio: ꝓuocatioq; aduersus iniuriā magis/
tratuum ostētata tantum inanibus litteris: an uere data sit ¶ Cōtra ea Virginius unū
Ap. Claudium et legum expertē: et ciuilis et humani foederis esse: aiebat. Respicerēt
tribunal homines: castellum omniū scelerum: ubi Decemuir ille ꝑpetuus: bonis: tergo:
sanguini: ciuiū infestus: uirgas: securesq; omibus minitans: deoꝝ hominūq; contēptor:
carnificibus nō lictoribus stipatus iam ab rapinis et cedibus animo ad libidiēm uerso:
uirginem ingenuam in oculis Populi Romani: uelut bello captam a cōplexu patris
abreptam: ministro cubiculi sui clienti dono dederit ¶ Vbi crudeli iudicio nefandisq;
uindiciis dexteram patris in filiam armauerit: ubi tollentis corpus semianime uirginis
sponsum auumq; in carcerem duci iusserit: stupro interpellato magis: q̄ cede motus. &
illi carcerem edificatum esse: qđ domiciliū Plebis Romane uocare sit solitus. Proinde
ut ille iterum ac sepius prouocet: sic se iterum ac sepius iudicem illi ferre. Ne uinditias
in seruitutem ab libertate dederit. Si ad iudicem nō eat: pro damnato in uincula duci
iubere ¶ Vt haud quoquam improbante: sic magno motu animorum cum tanti uiri
supplicio: sua et plebi iam nimia libertas uideret: in carcerē est cōiectus. ¶ Tribunus

ei diem predixit. ¶ Inter hec a Latinis et Hernicis Legati gratulatum de cõcordia Patrũ: ac Plebis Romã uenerunt. domũq; ob eam Ioui Optimo Maximo coronã auream in capitolio tulere: parui ponderis: pro ut res haud opulẽte erant. colebantq; religiões pie magis: q̃ magnifice. ¶ Iisdem autoribus cognitũ Equos Volscosq; summa ui bellum apparare. Itaq; partiri Prouintias Consules iussi. Horatio Sabini: Valerio Equi euenere. ¶ Cum ad ea bella delectum edixissent: fauore Plebis nõ iuniores mõ: sed etiã emeritis stipendiis pars magna uolũtariorum ad nomina dãda presto fuere. Eoq; non copia modo: sed genere etiam militũ ueteranis admixtis: firmior exercitus fuit. ¶ Prius q̃ Vrbem egrederẽtur: leges Decẽuirales q̃bus tabulis duodecim est nomẽ: in es inscisas in publico proposuerunt. ¶ Sunt qui iussu Tribunorum Ediles functos eo ministerio scribãt. C. Claudius qui perosus Decemuirorum scelera: et ante omnis fratris filii superbie infestus: Regillum antiquam in patriam se contulerat: Is magno iam natu: cum ad pericula eius deprecãda redisset: cuius uitia fugerat: sordidatus cum gentilibus clientibusq; in foro prehensabat singulos: orabatq;: ne claudie genti eam inustam maculam uellent: ut carcere et uinculis uiderent̃ digni. uerũ honoratissime imaginis futurum ad posteros Legumlatorẽ: conditorẽq; Romani iuris iacere uinctũ inter fures nocturnos: ac latrones. auerterẽt ab ira parumper ad cognitionẽ cogitationemq; animos. et potius unum tot Claudiis deprecantibus condonarent: q̃ ppter unius odium: multorum preces aspernarẽtur. Se quoq; id generi ac nomini dare. nec cũ eo ĩ gratiã redisse: cuius aduerse fortune uelit succursũ. uirtute libertatẽ recupatam esse. Clementiam concordiam ordinum stabilire posse. Erant quos moueret magis sua pietate: q̃ eius: p quo agebat: causa. sed Virginius: ut sui potius misererent̃: orabat. filieq;: nec gẽtis Claudie Regnum in Plebem sortite: sed necessariorum Virginie triũ tribunorum preces audirẽt: qui ad auxiliũ Plebis creati: ipsi Plebis fidẽ atq; auxilium implorarent. ¶ Iustiores he lachryme uidebãtur. Itaq; spe incisa: prius q̃ predicta dies adesset: Appius sibi mortẽ consciuit. ¶ Subinde arreptus. Ap. Numitorio · Sp. Oppius inuidie proximus: qđ in Vrbe fuerat: cũ iniuste uinditie a Collega dicerentur. ¶ Plus tamẽ facta iniuria Oppio: q̃ non prohibita: inuidie fecit: Testis productus qui. vii. et. xx. enumeratis stipẽdiis: octies extra ordinẽ donatus: donaq; ea gerẽs in cõspectu Populi: scissaq; ueste tergum laceratum uirgis ostendit: nihilum deprecans: quin siquã suam noxam reus dicere posset: priuatus ĩ se iterum seuiret. ¶ Oppius quoq; ductus in uincula est. et ante iudicii diem finem ibi uite fecit. ¶ Bona Claudii Oppiiq; Tribuni publicauere. ¶ Collegę eorum exilii causa solũ uerterunt. ¶ Bona publicata sunt. ¶ Et M. Claudius assertor uirginie die dicta: damnatus: ipso remittente Virginio ultimam penã: dimissus Tybur exsulatum abiit. ¶ Manesq; Virginie mortue q̃ uiue: felitiores: per tot penas uagati: nullo relicto sonte: tandem quieuerunt. ¶ Ingens metus incesserat Patres: uultusq; iam inde Tribunorum erant: qui Decemuirorum fuerant. Cum. M. Duillius Tribunus Plebis: inhibito salubriter modo nimie potestatis. ¶ Et libertatis inquit nostre: et penarum: ex inimicis satis est. Itaq; hoc anno nec diem dici cuiq̃: nec in uincula duci queq̃: sum passurus. Nam neq; uetera peccata repeti: iam obliterata placet: Cum etiam noua expiata sint: Decemuirorũ suppliciis: et nihil admissum iri: qđ uim Tribuniciam desideret: spondet perpetua Consulũ amboꝝ in libertate uestra tuẽda cura. ¶ Ea primum moderatio Tribuni: metum Patribus dempsit. ea deniq; auxit Consulum inuidiam. qđ adeo toti Plebis fuissent: ut Patrum salutis libertatisq; prior Plebeio Magistratui: q̃ Patritio cura fuisset. & ante inimicos satietas penarum suarũ cepisset: q̃ obuiam ituros licẽtie eorum Consules appareret. ¶ Multiq; erant q molliusș

Appius sibi mortem consciuit

Oppius decimuir in uincula ductus moritur

M. claudius assertor virginis damnatus

Valerius consul ꝯ equos volscosq

consultum dicerent: qđ legum ab iis latarũ Patres autores fuissent. neq; erat dubium qn turbato Reipublice statu tẽpori succubuissent ¶ Cõsules rebus Vrbanis cõpositis: fundatoq; Plebis statu: in ꝓuincias diuersi abiere. ¶ Valerius aduersus coniunctos iam in Algido exercitus Equorum Volscorumq; substinuit consilio bellum ¶ Quod si ex templo rem fortune cõmisisset: haud scio an q tum animi ab Decemuiroꝝ infelicibus auspitiis Romanis hostibusq; erant: magno detrimento certamen staturum fuerit. ¶ Castris mille passuum ab hoste positis copias cõtinebat ¶ Hostes medium inter bina castra spatium: acie instructa: complebant. Prouocantibusq; ad prelium: respõsum Romanus nemo reddebat. Tandem fatigati stãdo: ac nequicq̃ expectãdo certamẽ: Equi Volsciq;: postq̃ concessum propemodũ de uictoria credebãt: pars in Hernicos: pars in Latinos predatum abeunt ¶ Relinquitur magis castris presidium: q̃ satis uiriũ ad certamẽ ¶ Quod ubi sensit Consul: reddit illatum antea terrorem: instructaq; acie ultro hostem lacessit ¶ Vbi illi consciẽtia: quid abesset uirium: detractauere pugnã: Creuit ex templo Romanis animus. et pro uictis habebant pauentes intra uallũ cũ per totum diem stetissent intenti ad certamen: nocti cessere ¶ Et Romani quidem pleni spei corpora curabant ¶ Haud quaq̃ pari hostes animo nuntios passim trepidi ad reuocandos predatores dimittunt. recurrũt ex ꝓximis locis. ulteriores nõ inuenti. Vbi illuxit egreditur castris Romanus: uallum inuasurus: ni copia pugne fieret. ¶ Et postquã multa iam dies erat: neq; mouebatur quicquam ab hoste: iubet signa inferri Consul. motaq; acie indignatio Equos et Volscos incessit: si uictores exercitus uallũ potius: q̃ uirtus: et arma tegerent. ¶ Igitur et ipsi efflagitatũ ab Ducibus signũ pugne accepere. ¶ Iamq; pars egressa portis erat. deinceps alii seruabant ordinem: in suum qsq; locũ descendentes: cũ Consul Romanus: priusq̃ totis uiribus fulta cõstaret hostium acies: intulit signa. adortusq; nec omnes dum eductos: nec qui erant: satis ex/plicatis ordibus: ꝓpe fluctuantẽ turbã trepidantiũ huc atq; illuc. circũspectãtiumq; se ac suos: addito turbatis mentibus clamore: atq; impetu inuadit ¶ Retulere primo pedem hostes. deinde cum animos collegissent: et undiq; duces uictis ne. cessuri essent: increparent: restituũt pugna. ¶ Consul ex altera parte Romanos meminisse iubebat: illo die primum liberos: pro libera urbe Romana pugnare. sibi metipsis uicturos: nõ ut Decemuirorum uictores premium essent. non Appio duce rem geri. sed Consule Valerio: a liberatoribus Populi Romani orto: liberatore ipso. ostẽderent prioribus preliis per duces: non per milites stetisse: ne uincerent. turpe esse cõtra ciues plus animi habuisse: q̃ cõtra hostes. et domi: q̃ foris seruitutem magis timuisse. Vnam Virginiam fuisse cuius pudicicie in pace periculum eẽt. unum Appium ciuem periculose libidinis: at si fortuna belli inclinet: ab tot milibus hostiũ periculum fore. Nolle ominari que nec Iupiter: nec Mars pater passuri sint: iis auspiciis condite Vrbi accidere. Auentini sacriq; montis ãmonebat. ut ubi libertas parta esset: paucis ante mensibus: eo impium illibatum ostenderent. referrẽtq; eandem indolem militibus Romanis: post exactos decemuiros esse: que ante creatos fuerit. Nec eq̃tis legibus imminutam uirtutẽ Populi Romani esse ¶ Hec ubi inter signa peditum dicta dedit: aduolat deinde ad equites. ¶ Agite iuuenes inquit prestate uirtute peditẽ: ut honore atq; ordine prestatis. ꝓmo cõcursu pedes mouebit hostẽ. pulsum uos immissis equis exigite cãpo. nõ substinebũt impetum: et nunc contant magis: q̃ resistunt. ¶ Concitant equos ꝑmittuntq; in hostẽ: pedestri iam turbatum pugna. et perruptis ordinibus elati ad nouissimam aciem: pars libero spatio circunuecti: iam fugam undiq; capessentes: plerosq; a castris auertunt. preter equitantesq; absterrẽt peditum acies. et Consul ipse uisq; omnis belli fertur in

castra.captisq; cum ingēti cede: maiore preda: potitur. Huius pugne fama perlata
nō in Vrbem modo: sed in Sabinos ad alterum exercitū. in Vrbe mō letitia celebrata
est. In castris animos militum ad emulandum decus accēdit. Iam Horatius eos ex/

Horatius consul ꝯ Sabinos

cursionibus sufficiendo: preliisq; leuibus experiundo: assuefecerat sibi potius fidere: q̄
meminisse ignominie: Decemuirorum ductu accepte. Paruaq; certamina ĩ summam
totius ꝑfecerant spei. nec cessabāt sabini feroces ab re p̄ore āno bene gesta lacessere:
atq; instare: rogitantes: quid latrocinii modo ꝓcursantes pauci: recurrentesq;: tererēt
tēpus? et ĩ multa prelia: paruaq;: Carperent summā unius belli? qn illi congrederent
acie: inclinandāq; semel fortune rem darēt? Ad id qđ sua spōte satis collectū animoꝝ
erat: in dignitate etiam Romani accendebantur. Iam alterum exercitum uictorem
in Vrbem rediturum. sibi ultro per contumelias hostem insultare. quando autem se: si
tum non sint pares hostibus fore? Vbi hec fremere militem in castris Consul sensit:
contione aduocata. Quemadmodū inqt in Algido res gesta sit: arbitror uos milites
audisse. qualem liberi populi exercitū decuit esse: talis fuit. cōsilio consulto College:
uirtute militum: uictoria parta est. Quod ad me attinet: id consilii: animiq; habiturus

oro horatij ad milites

sum: qđ uos milites mihi effeceritis. et trahi bellū salubriter: et mature perfici: potest.
Si trahendū ē: ego ut in dies spes uirtusq; uestra crescat: eadē qua instituit disciplina:
efficiam. Si satis animi est: decerniq; placet: agite dum clamorem qualem in aciem
sublaturi estis: tollite hic: indicē uolūtatis: uirtutisq; uestre. Postq̄ ingenti alacritate
clamor est sublatus: Quod bene uertat gesturum se illis morem: posteroq; die ĩ aciē
deducturum: affirmat. Reliquum diei apparandis armis consumptum est. Postero
die simul instrui romanā aciē uidere Sabini: et ipsi iā pridē auidi certaminis: ꝓcedunt.
Prelium fuit: quale inter fidentes sibimet ambos exercitus: ueteris perpetueq; alterū
glorie: alterum nuper noua uictoria elatum. Consilio etiam Sabini uires adiuuere.
Nam cum eq̄ssent aciem: duo extra ordinē milia: que in sinistrū cornu Romanoꝝ:
in ipso certamine impressioēm facerent: tenuere. Que ubi illatis ex transuerso signis
degrauabant prope circumuentum cornu: Equites duarum legionum sexcenti fere
ex equis desiliuit. cedentibusq; suis prouolant in primū. simulq; et hosti se opponunt.
et equato primum periculo: pudore deinde: animos peditū accendunt. Verecundie
erat equitem suo alienoq; marte pugnare. peditem ne ad pedes quidem digresso eqti
parē esse. Vadunt igitur in preliū ab sua parte omissum. et locū ex quo excesserant:
repetunt. momentoq; non restituta modo pugna: sed inclinatur etiam sabinis cornu.
eques inter ordines peditū tectus se ad equos recipit. Transuolat inde in partē alterā
suis uictorie nuntius: simul. et in hostes iam pauidos: quippe fuso sue partis ualidiore
cornu: impetum facit. Non aliorum eo prelio uirtus magis enituit. Cōsul ꝓuidere
omnia. laudare fortes. increpare sicubi segnior pugna eēt. Castigati: fortium statim
opera edebant. tantumq; hos pudor: quantum alios laudes excitabant. Redintegrato
clamore: undiq; omnes connixi hostem auertunt. Nec deinde Romana uis sustineri
potuit. Sabini fusi passim per agros castra hosti ad predā relinquūt. Ibi nō sotioꝝ:
sicut in Algido res: sed suas Romanus populatiōibus agroꝝ amissas: recepit. Gemina
uictoria duobus bifariam preliis parta: maligne Senatus in unum diem supplicatiōes
Consulum nomine decreuit. Populus in iussu et altero die frequēs iit: supplicatūq;
est. Et hec uaga popularisq; supplicatio studiis prope celebratior fuit. Consules ex
cōposito eodem biduo ad Vrbem accessere. Senatumq; ĩ Martiū campū euocauere.
ubi cum de rebus a se gestis agerent: questi primores patrum: Senatum inter milites
dedita opera: terroris causa: haberi. Itaq; inde Consules: ne criminatiōi locus esset: in

P(i)MUS TRIUPHUS DECRETO POPULI

Prata flaminia: ubi nunc edes Apollinis: iam tum Apollinarẽ appellabãt: auocauere Senatum. Vbi cum ingenti consensu Patrum negaretᷓ triũphus: L. Icilius Tribunus Plebis tulit ad Populũ de triumpho Consulũ. multis dissuasum ꝓdeuntibus: maxime C. Claudio uociferante: de patribus: nõ de hostibus Cõsules triũphare uelle. gratiãq; pro priuato merito in Tribunum: non pro uirtute honorem peti. ¶ Nunquam ante de triumpho per populum actum: semper estimatioẽm: arbitrũq; eius honoris penes Senatum fuisse. ne Reges quidẽ Maiestatẽ summi ordinis imminuisse. Ne ita om͞ia Tribuni potestatis sue implerẽt: ut nullum Publicum consiliũ sinerent esse. Ita demũ liberam ciuitatem fore: ita eq̃tas leges si sua quisq; iura ordo: suam Maiestatẽ teneat. ¶ In eandem sententiam multa et a ceteris senioribus patrum cum essent dicta: omnes tribus eam rogationem acceperunt. ¶ Tum primum sine autoritate Senatus populi iussu triumphatum est. Hec triumphata uictoria Tribunoꝝ Plebisq; prope in haud salubrẽ luxuriã uertit. Cõspiratiõe inter Tribunos facta: ut iidẽ Tribuni reficerentᷓ. Et quo sua minus cupiditas emineret: Consulibus quoq; continuarẽt Magistratum. ¶ Consensum Patrum causabantur: quo per contumeliam Consulum: iura Plebis la/befactata essent. Quid futurũ nondũ firmatis legibus: si nouos Tribunos ꝑ factiões suas Consules adorti essent? non enim semper Valerios Horatiosq; Consules fore: qui libertati Plebis suas opes postferrẽt. ¶ Forte quadam utili ad tẽpus: ut comitiis ꝑesset potissimum. M. Duillio sorte euenit. ut uiro prudenti: ex continuatiõe magistratus inuidiã eminentem cernenti. Qui cum ex ueteribus Tribunis negaret: ullius se rationẽ habiturũ: pugnarentq; College: ut liberas tribus in suffragiũ mitteret: aut cõcederet sortem Comitiorum Collegis: habituris E lege potius Comitia: q̃ ex uolũtate Patrũ: iniecta contentione Duillius Consules ad subsellia accitos: cum interrogasset: quid de comitiis consularibus in animo haberẽt: respondissentq; se nouos Consules creaturos: autores Popularis sententie haud Populares nactus: in contionem cum iis processit. Vbi cũ Consules producti ad populũ interogatiq; si eos populus Romanus memor libertatis per illos recepte: domi: memor militie: rerũq; gestarũ Consules iterũ faceret: quid nam facturi essent: nihil sententie sue mutassent: collaudatis Consulibus quod perseuerarent ad ultimum dissimiles Decemuirorum esse: Comitia habuit. et quinq; Tribunis Plebis creatis: cum pre studiis aperte petentium: nouem Tribunorum: Alii candidati tribus nõn explerent: Concilium dimisit. nec deinde Comitiorum causam habuit. Satisfactũ legi aiebat: que numero nusq̃ prefinito Tribuni: modo: ut relin/querentur: sanxisset. et ab iis qui creati essent: cooptari Collegas iuberet. recitabatq; rogitationis carmen. ¶ In quo si Tribunos Plebis fecerint decem rogabo. Siqui uos minus hodie decem Tribunos Plebis fecerint utiq; quos sibi Collegas cooptassent: ut illi legittimi ea lege Tribuni Plebei sint: ut illi quos hodie Tribunos Plebei feceritis. ¶ Duillius cum ad ultimum perseuerasset negãdo. xii. Tribunos Plebei Rempublicã habere posse: uicta Collegarum cupiditate: pariter Patribus: Plebiq; acceptus: Ma/gistratu abiit. Noui Tribuni Plebis in cooptãdis Collegis: patrũ uoluntatẽ fouerũt. ¶ Duos etiam Patritios Consularesq;. Sp. Tarpeium. et. A. Eternium cooptauere. ¶ Consules creati. Sp. Herminius. et. T. Virginius Celimontanus. nihil magnopere ad Patrum aut Plebis causam inclinati. ociũ foris: ac domi habuere. L. Trebonius Tribunus Plebis infestus Patribus qđ se ab iis in cooptandis tribunis fraude captum: proditumq; a Collegis aiebat: rogationem tulit: ut qui Plebem Romanam Tribunis Plebis rogaret: is usq; eo rogaret: dũ. x. Tribunos Plebei faceret. ĩsectãdisq; Patribus: unde aspero etiam inditum est cognomen: Tribunatum gessit. ¶ Inde. M. Geganius

CONS. Sp. Herminius / T. virginius celimotanus

Macrinus: et. C. Iulius Cósules facti: Cótiones Tribunoꝝ aduersus nobiliũ iuuentutẽ
ortas: sine insectatione potestatis eius: conseruata maiestate Patrum: sedauere. Plebẽ
decreto ad bellum Volscorum: et Equorum delectu: sustinẽdo: rem ab seditionibus
cõtinuere. Vrbano quoq; ocio: foris omnia tranquilla esse: affirmantes. ꝑ discordias
ciuiles externos tollere animos. Cura pacis concordie quoq; intestine causa fuit. Sed
alter semꝑ ordo grauis alterius modestie erat. Quiescẽti Plebi ab iunioribus Patrũ
iniurie fieri cepte. ubi Tribuni auxilio humilioribus essent: ĩ primis parum proderat.
deinde ne ipsi quidem inuiolati erant. utiq; postremis mensibus: cum et per cõtiones
potentiorum iniuria fieret: et uis potestatis omnis aliquanto posteriore anni parte
languidior ferme esset: iamq; Plebs ita ĩ Tribunatu poneret spei aliqd: si similes Icilio
Tribunos haberet: nomina tantum se biennio habuisse. Seniores contra Patrum ut
nimis feroces suos credere iuuenes: ita malle: si modus excedẽdus eẽt: suis q̃ aduersariis
superesse animos: Adeo moderatio tuende libertatis: dum equari uelle simulando: ita
se quisq; extollit ut deprimat alium: in difficili est. cauendoq; ne metuant: homines
metuendos ultro se efficiunt. et iniuriam a nobis repulsam: tanq̃ aut facere: aut pati
necesse sit: iniungimus aliis. T. Quintius Capitolinus q̃rtum: et. A. Furius Consules
facti: nec seditionem domi: nec foris bellũ acceperunt. sed imminebat utrunq;. Iam
non ultra discordia ciuium reprimi poterat. et Tribunis et Plebe incitata in Patres: cũ
dies alicui nobilium dicta nouis semper certaminibus Cótiones turbaret. Ad quarũ
primũ strepitũ uelut signo accepto: arma cepere Equi et Volsci. simul qđ ꝑsuaserant
iis Duces cupidi predarũ: biennio ante delectum indictũ haberi nõ potuisse: abnuẽte
iam Plebe Imperium. eo aduersus se non esse missos exercitus. dissolui licentia militãdi
morem. nec pro cõmuni iam patria Romam esse. quicquid irarum simultatiumq; cum
externis fuerit: in ipsos uerti. occecatos lupos intestina rabie opprimendi occasionem
esse. Coniunctis exercitibus Latinum primum agrum populati sunt. deinde postq̃
sibi nemo uindex occurrebat: tũ uero exultãtibus belli autoribus: ad mẽia ipa Rome
populabũdi regiõe porte Esquiline accessere. Vastationẽ agroꝝ urbi ꝑ contumeliã
ostentantes. Vnde postq̃ multi ꝓdam pre se agentes retro ad corbionem agmine iere:
Quintius consul ad contionem populum uocauit. ibi in hanc sententiam locutum
accipio. Et si mihi nullius noxe conscius Quirites sum: tamen cum pudore summo
in contionem uestram processi. hoc uos scire: hoc posteris memorie traditũ iri: Equos
et Volscos uix Hernicis modo pares. T. Quintio quartum Consule: ad menia Vrbis
Rome impune armatos uenisse. Hanc ego ignominiam: quanq̃ iam diu ita uiuitur:
is status rerum est: ut nihil boni diuinet animus: si huic potissimum imminere anno
scissem: uel exsilio: uel morte: si alia fuga honoris non esset: uitassem. ergo si illa arma
uiros habuissent: que in portis fuere nostris: capi Roma me Cósule potuit. Satis ho-
norum satis superq; uite erat: mori Cósulem tertium oportuit. quẽ tandẽ ignauissimi
hostium contẽpsere: nos Cósules: an uos Quirites? si culpa in nobis ẽ: auferte Impium
indignis. et si parum est: insuper penas expetite. Si ĩ uobis: nemo deorum: nec hominũ
sit: qui uestra puniat peccata Quirites. uos met tantum peniteat. Non illi uestram
ignauiam contempsere: nec sue uirtuti confisi sunt: qppe totiens fusi: fugatiq;: castris
exuti: agro multati: sub iuga missi: et se: et uos nouere. Discordia ordinum ẽ uenenũ
Vrbis huius. Patrum et Plebis certamina: dũ nec nobis Imperii: nec uobis libertatis
est modus: Dum tedet uos Patritiorũ: hos Plebeioꝝ Magistratuũ: sustulere animos.
Proh deum fidem: quid uobis uultis? Tribunos Plebis concupistis: concordie causa:
concessimus. Decemuiros desiderastis: creari passi sumus. Decemuiroꝝ uos pertesum

COHS. M. Geganius Macerinus / C. Julius

COHS. T. Quintius capitolinus / A. Furius

Quintius oro ad plebem

est: abiere magistratu: manẽte in eosdem priuatos ira uestra: mori atq; exsulare no/
bilissimos uiros: atq; honoratissimos: passi sumus. ¶ Tribunos Ple. iterꝝ creare uoluistis:
creastis. ¶ Consules facere uestrarum partiũ: etsi patribus uidebamus iniquũ: Patritiũ
quoq; magistratuũ Plebi donũ fieri uidimus. ¶ Auxiliũ Tribunitiũ: prouocationem
ad populum: Scita Plebis: iniuncta Patribus. sub titulo equandarum legum: nostra
iura oppressa tulimus. et ferimus. ¶ Qui finis erit discordiarũ? et quando unam Vrbẽ
habere: et quando communem hanc patriam esse licebit? Victi nos equiore animo
qescimus: q̃ uos uictores. Satis ne est nobis: uos metuẽdos eẽ. Aduersus nos Auẽtinum
capitur. Aduersus nos Sacer occupatur mons. Esquilias quidem ab hoste ꝓpe captas
et scãdentem in aggerem Volscum hostem: nemo submouit. in nos uiri: in nos armati
estis. Agite dum ubi hic Curiam circũsederitis: et forum infestum feceritis: et carcerem
Principibus impleueritis: hisdem istis ferocibus aĩmis egredimini extra portã: Esqlinã:
aut si ne hoc qdem audetis: ex muris uisite agros uestros: ferro igniq; uastatos. predã
abigi. fumare incensa passim tecta. At enim cõmunis res per hec loco est peiore. Ager
uritur. Vrbs obsidetur. belli gloria penes hostes est. ¶ Quid tandem: priuate res uestre
quo in statu sunt? iam unicuiq; ex agris sua dampna nuntiabũtur. Quid est tandem
domi: unde ea expleatis? Tribuni uobis amissa reddẽt. ac restituẽt. Vocis uerboꝝq;:
quantum uoletis: ingerent. et criminum in Principes. & legum aliarum super alias. &
Contionum. Sed ex illis contionibus nunq̃ uestrum quisquam re: fortuna: domum
auctior rediit. Et quis retulit aliquid ad coniugem: et liberos preter odia: offensiones:
simultates: publicas priuatasq; a qbus semꝑ nõ uestra uirtute: innocentiaq; sed auxilio
alieno tuti sitis? ¶ At Hercules cum stipendia nobis Consulibus: nõ Tribunis Ducibus:
et in castris: non in foro faciebatis: et in acie uestrũ clamorẽ hostes: non in Cõtione
Patres Romani horrebãt: ꝑda parta: agro ex hoste capto: pleni fortunaꝝ: glorieq;:
simul publice: simul priuate: triumphãtes domum ad penates redibatis nunc oneratũ
uestris fortunis hostẽ abire sinitis. herete affixi Contionibus. et in foro uiuite. seqtur
uos necessitas militandi: quam fugitis. Graue erat in Equos et Volscos proficisci. ante
portas est bellum. Si inde non pellitur: iam intra menia erit. et arcem et Capitolium
scandent. et in domos uestras uos persequentur. Biennio ante Senatus delectũ haberi
et educi exercitum ĩ Algidum iussit. Sedemus desides domi: mulierum ritu altercãtes
inter nos. presenti pace leti. nec cernẽtes ex ocio illo breui multiplex bellũ rediturũ.
¶ His ego gratiora alia dictu scio. sed me uera pro gratis loqui: etsi meum ingenium
nõ moneret: necessitas cogit. Vellem equidem uobis placere Quirites. sed multo malo
uos saluos esse: qualicunq; erga me animo futuri estis. Natura hoc ita comparatum
est: ut qui apud multitudinem sua causa loquitur: gratior eo sit: cuius mens: nihil ꝑter
publicum commodum uidet. nisi forte assentatores publicos plebicolas istos: q uos nec
in armis: nec in ocio esse sinũt: uestra uos causa incitare et stimulare putatis. cõcitati:
aut hõri: aut questui illis estis. Et qa ĩ cõcordia ordinũ nullos se nusq̃ eẽ uident: male
rei se: q̃ nullius: turbaꝝ ac seditionũ Duces eẽ uolũt. Quaꝝ rerũ si uos tediũ tandẽ ca/
pere põt: et Patrũ uestrosq; ãtiquos mores uultis ꝓ his nouis sumere: nulla supplicia
recuso: nisi paucis diebus hos populatores agrorũ nostrorũ: fusos fugatosq;: castris ex
uero. & a portis nostris mẽibusq; ad illoꝝ urbes hũc belli terrorẽ: quo nũc uos attoniti
estis: transtulero ¶ Raro alias Tribuni Popularis oratio acceptior Plebi: q̃ tunc seue/
rissimi Consulis fuit. Iuuẽtus quoq; que inter tales metus detractationem militie: telũ
acerrimum aduersus Patres habere solita erat: bellũ et arma spectabat. Et agrestiũ
fuga: spoliatiq; in agris: et uulnerati: fediora iis que subiiciebãtur oculis: nuntiantes:

totã urbẽ ira impleuere. ¶In Senatũ ubi uentũ est: ibi uero in Quintiũ omẽs uersi: ut
unũ uindicẽ Maiestatis Romane intueri. et ꝑ mores Patrũ dignã dicere Contioẽm
Impio Consulari. dignã tot cõsulatibus anteactis: dignam omni uita plena bonoꝝ:
sepe gestorum: sepius meritoꝝ. ¶Alios Cõsules: aut per ꝓditionem dignitatis Patrum
Plebi adulatos. aut acerbe tuendo iura ordinis: asperiorem domando multitudinem
fecisse. T. Quintium orationem memorem Maiestatis Patrum: cõcordieq; ordinum
et temporum in primis habuisse. ¶Orare eum: Collegamq; ut capesserent Rempub.
¶Orare Tribunos: ut uno animo cum Cõsulibus bellũ ab urbe: a menibus ꝓpulsari
uellẽt. Plebemq; obedientẽ in re tam trepida Patribus ꝑberent. Appellare Tribunos:
communẽm Patriam: auxiliumq; eoꝝ implorare: uastatis agris: urbe ꝓpe oppugnata.
¶Consensu omnium delectus decernitur. ¶Cum Consules in Contionem ꝓnuntiassent:
tempus non esse causas cognoscendi: omnes iuniores postero die: prima luce in campo
Martio adeẽnt. cognoscẽdis cãis eoꝝ: q noĩa nõ dedissẽt: bello ꝑfecto se daturos tpus.
ꝓ desertore futurũ cuius nõ ꝓbassẽt cãm. Omĩs iuuẽtus affuit. ¶Postero die cohortes
sibi queq; Cẽturiõẽs legerũt. bini sẽatores singulis cohortibus ꝑpositi. Hec om̃ia adeo
mature ꝑfecta accepimus: ut signa eo ip̃o die a questoribus ex erario ꝓmpta delataq;
in Cãpum: q̃rta diei hora mota ex Cãpo sint. Exercitusq; nouus: paucis cohortibus
ueterũ militũ uolũtate sequẽtibus: mãserit ad decimum lapidẽ. ¶Insequens dies hostẽ
in conspectu dedit. castraq; ad Corbionem castris sunt coniuncta. ¶Tertia die: cum
ira Romanos: illos cum totiens rebellassent: conscientia culpe: ac desperatio irritaret:
mora dimicãdi nulla ẽ facta. ¶In exercitu romano cũ duo Consules essent: potestate
pari: quod saluberrimum in administratione magnarum rerum est: summa imperii
concedente Agrippa penes Collegam erat. ¶Et prelatus ille facilitate summittentis se
comiter respondebat communicando consilia: laudesq; et equãdo imparem sibi. ¶In
acie Quintius dextrũ cornu: Agrippa sinistrũ tenuit. ¶Sp. Postumio Albo Legato
datur media acies tuenda. ¶Legatum alterum. P. Sulpitium equitibus preficiunt.
¶Pedites a dextro cornu egregie pugnauere: haud segniter resistentibus Volscis. P.
Sulpitius per mediam hostiũ aciem: cum equitatu perrupit. Vnde cum eadẽ reuerti
posset ad suos priusq̃ hostes turbatos ordines reficerent: terga impugnare hostium:
sanctius uisum est. momentoq; tẽporis in aduersam in cursando aciẽ: ancipiti terrore
dissipasset hostes: ni suo proprio eum prelio equites Volscorum: et Equoꝝ: exceptũ
aliquandiu tenuissent. ¶Ibi uero Sulpitius negare contãdi tempus esse: circumuentos
inclusosq; ab suis uociferans: ni equestre preliũ connixi omni ui ꝑficerent. nec fugare
equitem interdum satis esse. conficerẽt equos. uirosq; nequis reuheatur inde ad preliũ.
aut integraret pugnã. non posse illos resistere sibi: q̃bus cõferta peditũ acies cessisset.
¶Haud surdis auribus dicta. Impressione una totum equitatũ fudere. Ipsos equosq;
spicolis confodere. Is finis pugne equestris fuit. ¶Tunc adorti peditum aciem. nuntii
ad Consules rei geste mittuntur. Vbi iam inclinabatur hostium acies. nuntius deinde
et uincentibus Romanis animos auxit: & referentes gradum ꝑculit Equos. In media
primum acie uinci cepti: qua ꝑmissus equitatus turbauerat ordinem. ¶Sinistrũ deinde
cornu a Quintio Cõsule pelli ceptum. ¶In dextro plurimũ laboris fuit. Ibi Agrippa
etate uiribusq; ferox: cum om̃i parte pugne melius rem geri q̃ apud se uideret: accepta
signa a signiferis: ipse inferre. quedam iacere etiam in cõfertissimos hostes cepit. Cuius
ignominie metu cõcitati milites inuasere hostem. Ita equata ex omni parte uictoria
est. ¶Nuntius tum a Quintio uenit: uictorem iam se imminere hostium castris. nolle
inrũpere: ante q̃ sciat debellatũ et in sinistro cornu ẽẽ. si iam fudisset hostes: cõferret

ad se signa: ut simul omnis exercitus preda potiretur. ¶ Victor Agrippa cum mutua
gratulatione ad uictorem Collegam: castraq; hostium uenit. ibi paucis defendẽtibus
momentoq; fusis: sine certamine: in munitiones irrumpunt. predaq; ingẽti compotem
exercitum: suis etiam rebus recuperatis: que populatione agrorum amisse erant: reducũt.
¶ Triumphum nec ipsos postulasse: nec delatum iis ab Senatu accipio. ¶ Nec traditur
causa spreti: aut non sperati honoris. ¶ Ego quantum in tanto interuallo temporum
coniicio: cum Valerio atq; Horatio Consulibus qui preter Volscos et Equos Sabini
etiam belli perfecti gloriã pepererant negatus a Senatu triumphus esset: Verecundie
fuit pro parte dimidia rerum Cõsulibus petere triumphum. ne etiam si impetrassent:
magis hominum ratio: q̄ meritorum: habita uideretur. ¶ Victoriam honestam ex
hostibus partam: turpe domi de finibus Sotiorũ iudiciũ Populi deformauit. ¶ Aricini
atq; Ardeates de ambiguo agro: cum sepe bello certassent: multis inuicem cladibus fessi:
iudicem Populum Romanum cepere. Cum ad causam orandam uenissent: Concilio
Populi a Magistratibus dato magna contentione actum. iamq; editis testibus cum
tribus uocari: et populum inire suffragiũ: oporteret: Consurgit. P. Scaptius de Plebe
magno natu. ¶ Et si licet inquit Cõsules de Republica dicere: errare ego populum in
hac causa non patiar. ¶ Cum ut uanum eum negarent Consules audiẽdum esse: uoci/
ferantemq; prodi publicam causam submoueri iussissẽt: Tribunos appellat. Tribuni
ut fere semper reguntur a multitudine: magis q̄ regunt: dedere cupide audiẽdi Plebi:
ut que uellet Scaptius diceret. ¶ Ibi infit: annum se tertium et nonagessimum agere.
et in eo agro de quo agitur: militasse non iuuenem. uicesima iam stipẽdia merentẽ:
cum ad Coriolos sit bellatũ. eo rem se uetustate oblitteratam: ceterum sue memorie
infixam: afferre. agrum de quo ambigit̃: finium Coriolanorum fuisse. captisq; Coriolis
iure belli publicũ Populi Romani factũ. mirari se quonã more: Ardeates Aricinique:
cuius agri ius nunquam usurpauerint: incolumi Coriolana re: eum se a populo Ro.
quem pro domino iudicem fecerint: intercepturos sperent. Sibi exiguum uite tempus
superesse. non potuisse se tamẽ inducere in animum quin quem agrum miles pro pte
uirili manu cepisset: eum senex quoq; uoce: qua una posset: uindicaret. Magnopere
se suadere Populo: ne inutili pudore suam ipse causam damnaret. ¶ Cõsules cũ Scaptiũ
non silentio modo: sed assensu etiã audiri animaduertissent: deos hominesq; testantes:
flagitium ingens fieri: patrum primores arcessunt. cum his circumire Tribunos. orare:
ne pessimum facinus peiore exemplo admitterẽt: Iudices in suam rem litem uertẽdo.
cum presertim etiam si fas sit: curam emolumenti sui iudicis esse: Nequaquam tantum
agro intercipiendo acquiratur: quantum amittatur alienandis iniuria Sotiorum animis.
Nam fame quidem ac fidei damna maiora esse: q̄ que estimari possent. Hec legatos
referre domum: hoc uulgari: hoc sotios audire: hoc hostes: quo cum dolore hos: quo
cum gaudio illos? Scaptione hoc cõtionali seni assignaturos putarent finitimos Po/
pulos? clarum hoc fore imagine Scaptii: Populum Romanum Quadruplatoris et
interceptoris litis aliene personam laturum. quem enim hoc priuate rei iudicem fecisse:
ut sibi controuersiosam adiudicaret rem? Scaptium ipsum id quidem: etsi premortui
iam sit pudoris: non facturum. ¶ Hec Consules: hec Patres uociferantur. Sed plus cu/
piditas et autor cupiditatis Scaptius ualet. ¶ Vocate tribus iudicauerũt agrũ publicũ
Populi Romani eẽ. Nec abnuit̃ ita fuisse: si ad iudices alios itum fo ret. Nũc haud
sane quicquam cause bone leuatur dedecus iudicii. idq; non Aricinis: Ardeatibusq; q̄
Patribus romanis fedius: atq; acerbius: uisum. ¶ Reliquum anni quietum: ab urbanis
motibus: et ab externis mansit.

PLEBS PETIT AFFINITATẼ NOBILIV̄ ET CONSVLATVM

COHS. M. Genutius P. Curatius

H

Ossequuti. M. Genutius: et. P. Curatius Cõsules. ¶ Fuit ãnus dõi: forisq; infestus. Nam anni principio et de cõnubio Patrũ: & Plebis C. Canuleius Tribunus Plebis rogationem promulgauit. qua con/taminari sanguinẽ suum Patres: confundiq; iura gentiũ rebantur. Et mentio primo sensim illata a Tribunis: ut alterum ex Plebe Consulẽ liceret fieri: eo ꝓcessit deinde: ut rogationẽ nouẽ Tribuni ꝓmulgarẽt: ut populo potestas esset: seu de Plebe: seu de Patribus uellet: Consules faciendi ¶ Id uero: si fieret: non uulgari mõ cum infimis: sed prorsus auferri a ꝑmoribus ad Plebem summũ Imperium credebãt ¶ Leti ergo audiere Patres: Ardeatium populum ob iniuriam agri abiudicati descisse. et Veientes depopulatos extrema agri Romani. et Volscos Equosq; ob cõmunitam Verrugiẽm fremere. adeo uel infelix bellum ignominiose paci preferebant ¶ His itaq; in maius etiã acceptis: ut inter strepitum tot bellorũ conticessent actiones Tribunitie: delectus haberi: bellũ armaq; ui summa apparari iubẽt. siquo intẽtius possit q̃. T. Quĩtio Cõsule apparatũ sit. ¶ Tum. C. Canuleius pauca in Senatu uociferans: ne quicquam territãdo: Cõsules auertere plebem a cura nouarum legum: Nũquam eos: se uiuo delectum habituros: ante q̃ ea que ꝓmulgata ab eo: Collegisq; eẽnt: plebes sciuisset: et cõfestim ad cõtionẽ aduocauit. ¶ Eodem tempore et Cõsules Senatum in Tribunũ: et Tribunus Populũ in Cõsules: incitabat. ¶ Negabãt Cõsules iam ultra ferri posse furores Tribunitios. uentum iam ad finem esse. domi plus belli concitari: q̃ foris. id adeo nõ Plebis q̃ Patrũ: neq; Tribunorum magis: q̃ Cõsulum culpa accidere. cuius rei premium sit in ciuitate: eam maximis semper auctibus crescere. sic pace bonos: sic bello fieri. Maximũ Rome premium seditionum eẽ. id et singulis: uniuersisq;: semper honori fuisse. Reminiscerent̃ quam maiestatem Senatus ipsi a patribus accepissent. quam liberis tradituri essent. ut quemadmodum Plebs: gloriari posset auctiorem: ampliorem q; eẽ. Finem ergo non fieri: nec futurum: donec q̃ felices seditiones: tam honorati seditionum autores essent. quas quantasq; res. C. Canuleium aggressum: colluuionem gentium: perturbationem auspitiorum publicorum: priuatorumq; afferre: ne quid sinceri: ne quid in cõtaminati sit: ut discrimine omni sublato: nec se quisquam: nec suos: nouerit. Quam enim aliam uim connubia promiscua habere: nisi ut ferarum ꝓpe ritu: uulgent̃ cõcubitus Plebis: patrũq;: ut q natus sit: ignoret: cuius sãguĩs: quoꝝ sacroꝝ sit: dimidius Patrũ sit. dimi/dius Plebis? ne secũ qdẽ ipe cõcors ¶ Parũ id uideri: qđ oĩa diuina: hũanaq; turbent̃. Iã ad Cõsulatũ: uulgi turbatores accigi. et ꝑmo ut alter Cõsul ex Plebe fieret: id mõ sermõibus tẽptasse. Nũc rogari: ut seu ex patribus: seu ex Plebe uelit Populus Cõsules creet. et creaturos haud dubie ex Plebe seditiosissimũ queq; ¶ Canuleios igit̃ Icaliosq; Cõsules fore. ne id Iupiter optimus maximus sineret: Regie maiestatis Imperium eo recidere. et se milies morituros potius: q̃ tantũ dedecoris admitti patiant̃. certũ habere: maiores quoq; si diuinassent concedendo omnia nõ mitiorẽ in se Plebem: sed aspiorẽ: alia ex aliis iniquiora postulando: cum prima impetrasset: futuram: primo quanlibet dimicationem subituros fuisse potius: q̃ eas leges sibi imponi paterent̃. qa dũ cõcessum sit de Tribunis: iterum cõcessum esse sinere non fieri posse in eadẽ ciuitate Tribunos Plebis: et Patres esse. aut hunc ordinem: aut illum Magistratũ: tollendũ eẽ. potiusq; sero: q̃ nunq̃ obuiam eundem audacie: temeritatiq;. illi ne ut impune primo discordias serentes: concitẽt finitima bella: deinde aduersus ea que concitauerint: armari ciuitatẽ

Ardeates rebellãt pp agrũ adiudicatũ po ro.

Auctus ...

C. CANVLEIVS TR. PL.

Dimidius ...

defendiq; prohibebāt? Et cum hostis tantū arcessierint: exercitus conscribi aduersus hostes non patiātur? sed audeat Canuleius in Senatu proloqui: se nisi suas leges: tanq̃ uictoris: Patres accipi sināt: delectum haberi ꝓhibiturum? Quid esse aliud q̃ minari: se proditurum patriam? oppugnari: atq; capi: passurum? quid eam uocem animorū non Plebi Romane: sed Volscis et Equis et Veiētibus allaturam? Nonne Canuleio duce se speraturos Capitolium: atq; Arcem scandere posse? si Patribus Tribuni: cum iure ac maiestate adempta: animos etiam eripuerint? Cōsules paratos esse duces prius aduersus scelus ciuium: q̃ aduersus hostium: arma. ¶Cū maxime hec ī Senatu agerent: Canuleius pro legibus suis aduersus Consules ita disseruit. ¶Quantopere uos Quirites contemnerent Patres: q̃ indignos ducerent: quia una secum urbe: intra eadem menia: uiueretis: sepe eq̄dem: et ante: uideor animaduertisse. nunc tamē maxime: qđ atroces in has rogationes nostras coborti sunt: quibus quid aliud: q̃ admonemus ciues nos eoꝝ esse? etsi non easdem opes habere: eandem tamen patriam incolere? altera connubium petimus: qđ finitimis: externisq; dari solet. Nos quidem ciuitatē: que plusq̃ connubiū ē: hostibus: etiā uictis: dedimus. Altera nihil noui ferimus: si id qđ Populi ē: repetimus: atq; usurpamus: ut quibus uelit Populus Romanus honores mādet. Quid tandē est. cur celū ac terras misceant? cur in me impetus modo pene in Senatu sit factus? negēt se manibus temperaturos: uiolaturosq; denuntient sacrosanctā potestatē? Si Populo Romano liberum suffragium datur: ut quibus uelit Consulatū mādet: et nō ꝑciditur spes Plebeio quoq;: si dignus summo honore erit: adipiscendi sūmi honoris: stare urbs hec non poterit? de Imperio actum est. & per inde hoc ualet Plebeius ne Consul fiat: tanq̃ seruum aut libertinum aliquis Consulem futurum dicat. Ecquid sentitis: in q̃to contemptu uiuatis? Lucis uobis huius ꝑtem: si liceat: adimant. Quod spiratis: qđ uocē mittitis: qđ formam hominum habetis: indignantur. quin etiam: si dis placet: nephas aiunt esse: consulem Plebeiū fieri. ¶Obsecro uos. si non ad fastos: nō ad cōmentarios Pontificum admittimur: ne ea quidem scimus: que omnes peregrini etiam sciunt? Cōsules in locum Regum successisse: nec aut iuris aut Maiestatis quicquam habere: qđ non in Regibus ante fuerit. ¶En unquam creditis fando auditum esse: Numam Pompilium: nō modo non Patritium: sed ne ciuem quidem Romanum: ex Sabino agro accitū: populi iussu: Patribus autoribus Rome regnasse?. L. deinde Tarqnium non modo Romane: sed ne Italice quidem gentis: Demarati Corinthii filiū: incolā a Tarquiniis uiuis liberis Anci: Regem factū? ¶Seruium Tullium post hunc captiua Corniculana natum: patre nullo: matre serua: ingenio et uirtute: regnum tenuisse? Quid enim de. T. Tatio Sabino dicam? quem ipse Romulus parēs Vrbis: in sotietatē regni accepit? ergo dū nullū fastidit genus: in quo eniteret uirtus: creuit Impiū Ro. peniteat uos nunc Plebeii Consulis: cum maiores nostri aduenas reges non fastidierint. ¶Et ne Regibus quidē exactis: clausa Vrbs fuerit peregrine uirtuti. Claudiā gentē certe post Reges exactos: ex Sabinis non in ciuitatem modo accepimus: sed etiam in Patritioꝝ numerum. ¶Ex ꝑegrino ne Patritius: deinde Consul fiat: ciuis Romanus si sit ex Plebe: precisa Consulatus spes erit? utrum tandem non credimus fieri posse: ut uir fortis ac strenuus: pace belloq; bonus ex Plebe: Nume sit: L. Tarquinio: Seruio Tullio similis? an ne si sit quidē: ad gubernacula reipublice accedere eum patiemur? potiusq; Decemuiris teterrimis mortalium: qui tum oēs ex patribus erant: q̃ optimis Regū nouis hominibus similes Consules simus habituri? At enim nemo post Reges exactos de Plebe Consul fuit. Quid postea? nulla ne res noua institui debet? et quod non dum est factū? multa enim non dum sunt facta: in nouo populo: ea ne si utilia

Canulei oro pro consulatu dado plebeis

quidem sint: fieri oportet? ¶ Pontifices: Augures: Romulo regnante nulli erant. ab
Numa Pompilio creati sunt. Census in ciuitate: et descriptio Centuriarum Classiũq;
nõ erat: ab Seruio Tullio est facta ¶ Consules nunq̃ fuerant: Regibus exactis creati
sunt ¶ Dictatoris nec Imperium: nec nomen fuerat: apud Patres esse cepit. ¶ Tribuni
Plebis: Ediles: Questores: nulli erant: institutum est: ut fierent ¶ Decemuiros legibus
scribendis intra decem hos annos: et creauimus: et sustulimus. Quis enim dubitat: quin
in eternum urbe condita: et in immensum crescente: noua Imperia: Sacerdotia: iura
gentium: hominumq; instituantur? hoc ipsum ne connubium patribus cũ plebe eẽt:
non Decemuiri tulerunt. paucis his annis: pessimo exemplo: cũ summa iniuria Plebis.
an eẽ ulla maior: aut insignior cõtumelia potest: q̃ partẽ ciuitatis: uelut contaminatã
indignam cõnubio haberi ¶ Quid est aliud: q̃ exsiliũ intra eadẽ menia: q̃ relegatio ẽm
pati: ne affinitatibus: ne propinquitatibus: immisceamur? Caueãt: ne sotietur sanguis:
Quid: hoc si polluit nobilitatem istam uestram: quam pleriq; oriundi ex Albanis: et
Sabinis: nõ genere: nec sanguĩe: sed p̃ cooptationẽ ĩ Patres habetis: aut ab Regibus
lecti: aut post Reges exactos: iussu populi: sincerã seruare p̃uatis cõsiliis nõ poteratis?
nec ducẽdo ex Plebe: neq; uestras filias: sororesq; etiã nubere sinẽdo e patribus. Nemo
Plebeius Patritie uirgini uim afferret. Patritioꝝ ista libido. nemo inuitũ pactionem
nuptialem quenquã facere coegisset. Verum enim uero lege id p̃hiberi: et cõnubium
tolli Patrum ac Plebis: id demum contumeliosum est ¶ Cur enim non confertis: ne sit
connubium diuitibus: ac pauperibus? qđ priuatorum consiliorum ubiq; semper fuit:
ut inquam cuiq; femine cõuenisset: domum nuberet: ex qua pactus esset uir domo: in
matrimonium duceret: id uos sub legis superbissime uincula coniicitis? qua dirimatis
sotietatem ciuilẽ: duasq; ex una ciuitate faciatis ¶ Cur nõ sancitis ne uicinus Patritio
sit Plebeius? ne eodem itinere eat? ne idem conuiuiũ ineat? ne in foro eodẽ consistat?
Quid enim ĩ re est aliud si Plebeiam patritius duxerit: si Patritiã Plebeius? Quid iuris
tandem mutatur? nempe patrem sequuntur liberi. Nec qđ nos ex connubio uestro
petamus: quicquam est: preter q̃: ut hominum: ut ciuium numero simus. Nec uos: nisi
in contumeliam: ignominiamq; nostram: certare iuuat: qđ contẽdatis quicquam est.
Deniq; utrum tãdem Populi Romani: an uestrum: summũ Imperium est? Regibus
exactis: utrum uobis dominatio: an omnibus equa libertas parta est? Oportet licere
populo romano si uelit iubere legẽ: an ut queq; rogatio p̃mulgata erit: uos delectũ
pro pena decernetis? Et simul ego Tribunus uocare Tribus in suffragium coepero: tu
statim Consul sacramento iuniores adiges? et ĩ castra educes? et minaberis Plebi? mi-
naberis Tribuno? quid si: non quãtum iste mine aduersus Plebis consensum ualerent:
bis iam experti essetis? scilicet quia nobis consultum uolebatis: certamine abstinuistis?
an ideo non est dimicatum: qđ que pars firmior: eadem modestior fuit? nec nunc erit
certamen Quirites. animos uestros illi temptabunt semper. uires non experientur.
Itaq; ad bella ista: seu falsa: seu uera sunt: Consules parata uobis Plebs est: si con-
nubiis redditis: unam hanc ciuitatem tandem facitis. si coalescere: si iungi misceriq;
uobis p̃uatis necessitudibus possunt. si spes: si aditus: ad hõres: uiris strenuis: & fortibus
datur. si in consortio: si in societate Reipublice esse: siquod eq; libertatis est: inuicem
ãnuis Magistratibus parere: atq; impitare licet ¶ Si hec impediet aliqs ferte sermõibus:
et multiplicate fama bella: nemo est nomẽ daturus pro superbis dominis: cum quibus
nec in Republica honor: nec in priuata connubii sotietas est. Cum in Contionem
Consules processissent: et res a p̃petuis oratiõibus: in altercationẽ uertisset: interrogãti
Tribuno: cur Plebeium consulem fieri non oportet? ut fortasse uere. sic parũ utiliter

CONUBIUM PMITTITUR PLEBI CU PATRITIIS

in presens certamen: respondit: qđ nemo plebeius auspicia haberet. Ideoq; Decẽuiros
connubium diremisse: ne incerta prole: auspicia turbarentur. ¶ Plebes ad id maxime
indignatiõe exarsit: qđ auspicari: tanq̃ inuisi diis immortalibus: negarent posse. ¶ Nec
ante finis contentionum fuit: cum et Tribunum acerrimũ autorem Plebes nacta eẽt:
et ipsa cum eo pertinatia certaret: q̃ uicti tandem patres: ut de cõnubio ferretur: cõ/
sensere. Ita maxime rati contentionem de Plebeiis Consulibus Tribunos: aut totam
depositurosi aut post bellum dilaturos: esse. Contentamq; interim connubio Plebem:
paratam delectui fore. ¶ Cum Canuleius uictoria de Patribus et Plebis fauore ingens
esset: Accensi alii Tribuni ad certamen p rogatione sua: summa ui pugnãt. & crescẽte
in dies fama belli: delectum impediunt. ¶ Consules: cum per Senatum intercedẽtibus
Tribunis: nihil agi posset: consilia Principũ domi habebant. apparebat: aut hostibus:
aut ciuibus: de uictoria concedendũ eẽ. soli ex Cõsularibus Valerius: atq; Horatius
nõ intererant cõsiliis. C. Claudii sententia Consules armabat in Tribunos. Quintiorum
Cincinnatiq;: et Capitolini abhorrebant a cede: uiolandisq;: quos foedere icto cum
Plebe Sacrosanctos accepissent. per hec cõsilia eo deducta res est: ut Tribunos militũ
Consulari potestate promiscue ex Patribus ac plebe creari sinerent. ¶ De Consulibus
creandis nihil mutarẽt. ¶ Eoq; cõtenti Tribuni cõtenta Plebs fuit. ¶ Comitia Tribunis
Consulari potestate tribus creãdis: indicunt. quibus indictis: ex templo qcunq; aliqd
seditiose dixerat: aut fecerat: hunc q̃ maxime Tribunitii: et p̃hẽsare homĩes: et cõcur/
sare toto foro cãdidati cepere: ut Patritios desperatio pmo: irritata Plebe: adipiscẽdi
honoris: deinde indignatio: si cum his gerendus esset honos: deterreret. ¶ Postremo
coacti tamẽ a pmoribus: petere: ne cessisse possessione Reipublice uiderẽt. ¶ Euẽtus
eorum comitiorum docuit: alios animos in contentione libertatis: dignitatisq;: Alios
secundũ deposita certamina incorrupto iuditio esse. Tribunos enim omẽs Patritios
creauit Populus: Contẽtus eo: qđ ratio habita Plebeiorum esset. ¶ Hanc modestiam:
eqtatemq;: et altitudinem animi: Vbi nũc in uno inueneris: que tum populi uniuersi
fuit. ¶ Anno trecẽtesimo terdecio postq̃ Vrbs Rõana condita erat: pmum Tribuni
Militum pro Consulibus Magistratum ineunt. A. Sempronius. Atratinus. L. Atilius
T. Cecilius: quorum in Magistratu cõcordia domi pacem: etiam foris prebuit. Sunt
qui propter adiectum Equorum: Volscorumq; bello: et Ardeatiũ defectioni: Veiens
bellum: quia duo Consules obire tot simul bella nequirent. ¶ Tribunos militum tres
creatos dicãt: sine mentione pmulgate legis: de Cõsulibus creandis ex Plebe. & Impio
et insignibus Consularibus usos. Non tamen p formato iam stetit Magistratus eius
ius: quia tertio mẽse postq̃ inierunt: Augurum decreto: perinde ac uitio creati: hõre
abiere. qđ C. Curatius: ɋ Comitiis eorum prefuerat: parũ recte tabernaculũ cepisset.
¶ Legati ab Ardea Romam uenerunt: ita de iniuria querẽtes: ut si demeretur ea: in
foedere atq; amicicia mansuros: restituto agro: appareret. ¶ Ab Senatu responsum est
iudicium Populi rescindi ab Senatu non posse: preter q̃ qđ nullo: nec exemplo: nec
iure fieret: concordie etiam ordinum causa. si Ardeates sua tempora expectare uelint:
arbitriumq; Senatui leuãde iniurie sue permittãt: fore ut postmodũ gaudeãt: se iram
moderatos: sciantq; Patribus eque cure fuisse: ne qua iniuria in eos oriretur: ac ne orta
diuturna esset. Ita Legati cum se rem integram relaturos dixissent: comiter dimissi.
Patritii cum sine Curuli Magistratu Respublica eẽt: coiere. et Interregẽ creauere.
Contentio: cõsules ne an Tribuni militũ crearentur: in Interregno rem dies cõplures
tenuit. Interrex ac Senatus Consulum Comitia: Tribuni Plebis: et Plebs Tribunorum
Militum ut habeantur: tẽdunt. ¶ Vicerunt Patres: quia Plebs Patritiis: seu hunc: seu

TRIBUNI MILITU COSULARI POTATE promiscue ex patribus plebeisque creari permissi

Altitudo animi

Legati ardeatii agrum reposcunt

illum delatura honorem: fruſtra certare ſuperſedit. Et Principeſ Plebiſ ea comitia malebant: qbuſ non haberetur ratio ſua: q̃ quibuſ: ut indigni p̃terirentur. ¶ Tribuni quoq; Plebiſ certamen ſine effectu: in beneficio apud primoreſ patrũ reliquere. T. Quintiuſ Barbatuſ Interrex: Conſuleſ creat. L. Papyriũ Mugilanũ. L. Semproniũ Atratinum. ¶ Hiſ Conſulibuſ cũ Ardeatibuſ foeduſ renouatum eſt. Idq; momumẽto eſt: Cõſuleſ eoſ illo anno fuiſſe: q neq; in Annalibuſ priſciſ: neq; in libriſ Magiſtratuũ: inueniũtur. Credo qđ Tribuni Militum initio anni fuerunt: eo perinde: ac ſi per totũ annum in imperio fuerint: ſuffectiſ biſ Conſulibuſ pretermiſſa nomina Conſulũ hoꝝ Liciniuſ Macer autor ẽ: et ĩ foedere Ardeatino: et ĩ linteiſ libriſ ad Monete inuẽte. ¶ Et foriſ: cum tot terroreſ a finitimiſ oſtẽtati eẽnt: et domi: ociũ fuit. ¶ Nunc annũ ſeu Tribunoſ modo: ſeu Tribuniſ ſuffectoſ Cõſuleſ quoq; habuit: Sequit̃ annuſ haud dubiuſ conſulibuſ. M. Geganio Macerio iterũ. T. Quintio Capitolino: quintũ cõſule. ¶ Idem hic annuſ Cenſure initium fuit: rei a parua origine orte ¶ Que deinde tanto incremento aucta eſt: ut morum: diſciplineq; Romane peneſ eam: regimen: Senatuſ: Equitumq; Centuriiſ: decoriſ dedecoriſq; diſcrimen: ſub conditione eiuſ Magiſtratuſ: Publicorum iuſ: Priuatorumq; locorum: Vectigalia Populi Romãi: ſub nutu atq; arbitrio eſſent ¶ Ortum autẽ initium rei eſt: qđ in Populo per multoſ annoſ incenſo: neq; differri cenſuſ poterat. neq; Conſulibuſ: cum tot Populoꝝ bella imminerent ope erat: id negotiũ agere. mẽtio illata ab Senatu ẽ rem operoſam: ac minime Conſularẽ ſuo proprio Magiſtratu egere. cui Scribarum miniſterium: cuſtodieq;: et tabularum cura: cui arbitrium formule cenſendi ſubiiceretur. ¶ Patreſ quanquam rem paruam: tamẽ: quo plureſ Patritii Magiſtratuſ ĩ Republica eẽnt: leti accepere. id quod euẽit: futurũ etiam credo rati mox: ut ope eorum: q preeſſent: ipſi honori: iuſ Maieſtatẽq; adiicerẽt ¶ Et Tribuni: id quod tũc erat magiſ neceſſarium: q̃ ſpecioſi miniſterii pro/curationem intuenteſ: ne in paruiſ quoq; rebuſ incommode aduerſarentur haud ſane tetendere. cum a primoribuſ ciuitatiſ ſpretuſ honor eſſet: Papyrium: Semproniumq; quorum de Conſolatu dubitatur: ut eo magiſtratu parũ ſolidũ Conſulatũ explerẽt: Cenſui agẽdo Populuſ ſuffragiiſ prefecit ¶ Cenſoreſ ab re appellati ſunt. ¶ Dum hec Rome geruntur: legati ab Ardea ueniunt: ꝓ ueterrima ſotietate renouatoq; foedere recenti: auxilium prope euerſe urbiſ implorranteſ. frui nanq; pace optimo cõſilio cum Populo Romano ſeruata: per inteſtina arma non licuit. quorum cauſa atq; initium traditur: ex certamine factionum ortum: que fuere: eruntq; pluribuſ Populiſ magiſ exitio: q̃ bella externa: q̃ fameſ: morbi ue: queq; alia in deũ iraſ: uelut ultĩa Publicoꝝ malorum: uertũt ¶ Virginem plebeii generiſ maxime forma notam: petiere iuueneſ: alter uirgini genere par: tutoribuſ fretuſ: qui et ipſi eiuſdem corpiſ erãt. nobiliſ alter: nulla re preter q̃ forma captuſ. adiuuabant eum optimatiũ ſtudia. per que in domũ quoq; puelle certamen partium penetrauit ¶ Nobiliſ ſuperior iudicio matriſ eſſe. que q̃ ſplendidiſſimiſ nuptiiſ iũgi puellã uolebat ¶ Tutoreſ in ea quoq; re partiũ memoreſ: ad ſuum tendere. Cum reſ peragi intra parieteſ nequiſſet: uentum in iuſ eſt. poſtulatu audito matriſ: Tutorumq;: Magiſtratuſ ſecundũ parẽtiſ arbitriũ: dant iuſ nuptiarũ. Sed uiſ potẽtior fuit. nanq; Tutoreſ inter ſue partiſ homineſ de iniuria decreti palam in foro contionati: manu facta: uirginem ex domo matriſ rapiũt. Aduerſuſ quoſ in/feſtior coborta Optimatium acieſ ſequit̃ accenſum iniuria iuuenem. fit preliũ atrox pulſa Plebſ: nihil Romane plebi ſimiliſ: armata ex urbe profecta colle quodã capto in agroſ Optimatium cum ferro igniq; excurſioneſ facit. Vrbem quoq; omniſ etiam expꝑtem ante certaminiſ: multitudine opificũ ad ſpem prede euocata obſidere parat.

Nec ulla species cladesq; belli abest: uelut contacta ciuitate rabie duorum iuuenum:
funestas nuptias ex occasu patrie petentium. ¶ Parum parti utriq; domi armorum:
belliq; est uisum. ¶ Optiates Romanos ad auxiliũ urbis obsesse: Plebs ad expugnãdã
secũ Ardeã Volscos exciuere. ¶ Priores Volsci duce equo Ciuilio Ardeã uenerunt. &
menibus hostium uallum obiecere. ¶ Quod ubi Romam est nũtiatum: exemplo. M.
Geganius Cõsul cum exercitu profectus tria milia passuum ab hoste locum castris
cepit. pcipitiq; iam die curare corpa milites iubet. Quarta deinde uigilia signa pfert.
Ceptumq; opus: adeo approperatum est: ut sole orto Volsci firmiore se monumento
ab Romanis circunuallatos: q̃ a se urbem uiderent. ¶ Et alia pte Consul muro Ardee
brachium iniunxerat: qua ex oppido sui commeare possent. ¶ Volscus Imperator: q
ad eam diem non commeatu preparato: sed ex populatione agrorum rapto in diem
frumento aluisset militem: Postq̃ septus uallo repente inops omnium rerum erat: ad
colloquium Cõsule uocato: si soluende obsidiõis causa uenerit Romanus: abducturũ
se inde Volscos ait. ¶ Aduersus ea Consul uictis conditiones accipiẽdas esse: nõ ferẽdas:
respondit. neq; ut uenerint ad oppugnandos Sotios populi Romani suo arbitrio:
Itaq; abituros Volscos esse. dedi Imperatorem: arma poni: iubet: fatentes uictos se eẽ.
et Imperio parere: aliter tam abeuntibus: q̃ manentibus se hostem infensum: uictoriã
potius ex Volscis: q̃ pacem infidam Romam relaturum. ¶ Volsci exiguam spem in
armis: alia undiq; abscisa cũ tẽtassẽt: pter cetera aduersa: loco quoq; iiquo ad pugnã
congressi: iniquiore ad fugam: cum ab omni parte cederentur: ad preces a certamine
uersi: dedito Imperatore traditisq; armis: sub iugum missi: cum singulis uestimentis: ig/
nominie cladisq; pleni dimittuntur. Et cum haud procul urbe Tusculo consedissent:
uetere Tusculanorum odio: inermes oppressi: dederunt penas. uix nũtius cedis relictis.
Romanus Consul Ardee turbatas seditiõe res principibus eius motus securi percussis:
bonisq; eorum in publicum Ardeatium redactis: composuit. demptãq; iniuriã iudicii
tanto beneficio Populi Romani: Ardeates credebant. ¶ Senatui super esse aliquid ad
delendum publice auaricitie monumentum uidebatur. ¶ Consul triumphans in urbẽ
redit: Ciuilio Volscorum duce ãte currum ducto. prelatisq; spoliis: quibus dearmatũ
exercitum hostium sub iugum miserat. Equauit: qđ haud facile est: ¶ Quintius Cõsul
togatus armati gloriam College. qua cõcordie pacisq; domesticã curam iura infimis
summisq; moderando: ita tenuit: ut eum et patres seuerũ Consulẽ: & Plebs satis comem
crediderĩt. et aduersus Tribunos autoritate plura: q̃ certamĩe tenuit. Quiq; cõsulatus
eodem tenore gesti: uitaq; omnis Consulariter acta: uerendum poene ipsum magis q̃
honorabilem faciebat. ¶ Eo Tribunorum Militarium nulla mentio his Consulibus
fuit. Consules creant. M. Fabium Vibulanum ¶ Postumium Ebucium Cornicinem:
Fabius et Ebutius Consules quo maiori glorie rerum domi forisq; gestarũ succedere
se cernebant: Maxime autem memorabilem annũ apud finitimos sotios: hostesq; eẽ:
qđ Ardeatibus in re precipiti tanta foret cura subuentũ: eo impẽsius ut delerẽt prsus
ex animis hominum infamiã iudicii: Senatus Consul tum fecerũt: ut quoniã ciuitas
Ardeatiũ intestino tumultu redacta ad paucos eẽt: coloni eo presidii causa: aduersus
Volscos scriberentur. ¶ Hoc palam relatum in tabulas. ut Plebem Tribunosq; falleret
Iudicii rescindendi consilium initum ¶ Consenserant autem: ut multo maiore parte
Rutulorum Colonorum: q̃ Romanorum scripta: Nec ager ullus diuideretur: nisi is:
qui interceptus iudicio erat: nec ulli prius Romano ibi: q̃ omĩbus Rutulis diuisus esset:
gleba ulla agri assignaretur. Sic ager ad Ardeates redit. ¶ Triumuiri ad Coloniam
Ardeã deducendã creati. Agrippa Menẽius. T. Cluilius Siculus. M. Ebucius Helua

M. Geganius consul volscos ardeam obsidentes sub iugum mittit. et triumphat

Quintius consul urbẽ summa concordia rexit.

CONS. M. Fabius vibulanus postumius ebutius cornicen.

AGER ARDEATIBUS REDDITUS. COLONIA DEDUCTA ILLUC.

q p̃ter minime populare ministeriū: agro assignando sotiis: quē Populus Romanus suum iudicasset: cum Plebem offendissent: nec Primoribus q̄dem Patrum satis accepti: q̄d nihil gratie: cuiusdā dederant: uexatiōes ad populum: Iam die dicta ab Tribunis: coloni ascripti: remanendo in Colonia: quam testem integritatis iustitieq; habebant: uitauere. Pax domi forisq; fuit. Et hoc insequēti anno. C. Furio Pacilio et. M. Papyrio Crasso Consulibus. Ludi ab Decemuiris per secessionem Plebis a Patribus ex Senatus Consulto uoti: eo anno facti sunt. causa seditionum nequicquā a Petilio quesita: qui Tribunus Plebis iterum: ea ipsa denuntiando: factus: neq; ut de agris diuidendis Plebi referrent Consules ad Senatum: per uincere potuit. Et cum magno certamine obtinuisset: ut consulerentur Patres: Consulum an Tribunorum placeret Comitia haberi: Consules creari iussi sunt. Ludibrio erant mine Tribuni: denuntiantis se delectum impediturum: cum quietis finitimis: neq; bello neq; belli apparatu opus esset. Sequit̃ hanc tranquillitatem rez ānus Proculo Geganio Macerino. L. Menenio Lanato Consulibus multiplici clade: ac periculo insignis. Seditionibus: fame: Regno prope per largitiōis dulcedinem in ceruices accepto. Vnum fuit bellū externum: quo si aggrauate res essent: uix ope deoz omniū resisti potuisset. Coepere a fame mala: seu aduersus ānus frugibus fuit: seu dulcedine contionū et urbis deserto agroz cultu. Nam utrunq; traditur. et Patres Plebem desidem: et Tribuni Plebis nūc fraudem: nunc negligentiā Consulum accusabant. Postremo perpulere plebē: haud aduersāte Senatu: ut. L. Minutius Prefectus ānone crearet̃. felicior ĩ eo magistratu ad custodiam libertatis futurus: q̄ ad curationē ministerii sui. quāq̄ postremo: annone quoq; leuate: haud immeritam gratiam: et gloriam tulit. Qui cū multis circa finitimos populos legatiōibus: terra mariq; nequicq̄ missis: nisi q̄d ex Etruria haud ita multum frumēti adductū est: ut nullū momentū ānone fecisset: et reuolutus ad dispēsationē: inopie: p̃fiteri cogendo frumentū: et uendere: q̄d usu menstruo supesset: fraudādoq; partem diurni cibi seruitia: criminando inde: et obiciendo ire populi frumentarios: acerba inq̄sitione aperiret: magis: q̄ leuaret inopiā: Multi ex plebe spe amissa: potius q̄ ut cruciarentur trahēdo animam capitibus obuolutis se in Tyberim precipitauerūt. Tum. Sp. Melius: ex Equestri ordīe: ut illis temporibus prediues: rem utilē: pessimo exemplo: peiore consilio: est aggressus. frumento nanq; ex Etruria priuata pecunia per hospitum clientumq; ministeria coempto: que credo ipsa res ad leuādam publica cura annonam impedimento fuerat: largitiones frumenti facere instituit. Plebemq; munere delinitam: quacunq; incederet conspectus: elatusq; supra modum hominis priuati: secum trahere. haud dubium Consulatum ei fauore: ac spe despondentem. Ipse: ut est animus humanus insatiabilis: eo q̄d fortuna spondet: ad altiora: et non concessa: tendere. Et quoniam Consulatus quoq; eripiendus inuitis Patribus esset: de Regno agitare. Id unum dignum tanto apparatu consiliorum: et certaminum: q̄d ingens exudandum esset: p̃mium fore. Iam comitia consularia instabant. que res eum: nec dum compositis: maturisue satis consiliis oppressit. Consul sextum creatus. T. Quītius Capitolinus. minime opportunus uir nouati res. Collega additur ei Agrippa Menenius: cui Lanato erat cognomen. Et. L. Minutius Prefectus annone: seu refectus: seu q̄d id res posceret: in incertū creatus: nihil enim cōstat: nisi ĩ libros linteos utroq; anno relatū inter magistratus p̃fecti nomen. Hic Minutius eandē Reipu. curationem agens: quam Melius priuatim agendam susceperat: cum in utraq; domo genus idem hominum uersaretur: rem compertam ad Senatum refert. tela ĩ domum Melii conferri. eumq; contiones domi habere: ac non dubia Regni cōsilia esse. Tēpus

CONS. C. Furius pacilus / M. papyrius crassus

CONS. Proculus Geganius Macerinus / L. Menenius Lanatus

FAMES INGES ut et multi se i Tyberi precipitaverint

CONS. T. Quintius capitolinus / Agrippa Menenius

MELIVS · REGNV̄ · APPETES ·

agende rei nondú stare. cetera iam cóuenisse. & Tribunos mercede ẽptos ad ꝑdendam libertatem. et partita ducibus multitudinis ministeria esse. serius se pene: q̃ tutú fuerit: ne cuius incerti uaniq; autor esset: Ea deferre. ¶ Que postquã sunt audita: et undiq; Primores Patrú: et prioris anni: Consules increparẽt: qđ eas largitiones: cetusq; Plebis in priuata domo passi eẽnt fieri: et nouos Cósules: qđ expectassent donec a Prefecto annone: tanta res ad senatum deferret: que Consulem non autorem solú desideraret: sed etiam uindicem: ¶ Tunc Quintius Consules immerito increpari ait: qui constricti legibus de prouocatione ad dissoluẽdum Imperium latis: nequaquam tãtum uirium in Magistratu: ad eam rem: pro atrocitate uindicandam: quantum animi haberent. Opus esse non forti solum uiro: sed etiam libero: exolutoq; legum uinculis. ¶ Itaq; se Dictatorẽ. L. Quintiú dicturú. ibi animum parẽ tante potestati esse. Approbãtibus cunctis: primo quintius abnuere. et qd sibi uellent rogitare: qui se etate exacta: tãte dimicacioni obiicerent? ¶ Dein cum undiq; plus in illo senili animo: non consilii mó: sed etiã uirtutis esse: q̃ in omnibus aliis dicerent: laudibusq; haud immeritis honerarẽt: et Consul nihil remitteret: precatus tandem deos immortales Cincinnatus: ne senectus sua in tam trepidis rebus: dãno dedecoriq; Reipublice esset: Dictator a Cósule dicit.

CINCINATVS · DICTATOR

C · SERVILIVS · HALA · MAGR · EQ̄TV̄ ·

¶ Ipse deinde. C. Seruilium Halam Magistrú Equitum dicit. Postero die dispositis presidiis: cum in forum descendisset: conuersaq; in eum Plebs: nouitate rei: ac miraculo esset: Et Meliani: et ipse Dux eorum: in se intentã uim tãti Impii cernerẽt ¶ Expertes consiliorum Regni: qui tumultus: qđ bellum repens: aut Dictatoriam Maiestatem: aut Quintium post octogesimum annú rectorem Reipublice quesisset: rogitarent: ¶ Missus ab Dictatore Seruilius Magister Equitum ad Melium: ¶ Vocat te inquit dictator. Cú pauidus ille: qd uellet: quereret: Seruiliusq; causã dicendã eẽ ꝑponeret: crimẽq; a Minutio delatú ad Senatú: diluendú: Tunc Melius recipere se in cateruã suoꝝ: et primú circunspectans: tergiuersari. ¶ Postremo cú Apparitor iussu Magistri Eqtum duceret: ereptus a circunstantibus: fugiensq;: fidẽ plebis Romane imploraret: et opprimi se cósensu Patrú diceret: qđ Plebi benigne fecisset: orare ut opẽ sibi ultimo in discrimine ferrent. neue ante oculos suos trucidari sinerent. ¶ Hec eum uociferantẽ assequutus Hala Seruilius obtruncat. respsusq; cruore obtruncati: stipatusq; caterua Patritiorum iuuenum: Dictatori renuntiat: uocatú ad eú Meliú: repulso Appitore: concitantem multitudinem: penam meritam habere. ¶ Tum Dictator: macte uirtute inquit Seruili esto: liberata Republica. ¶ Tumultuantem deinde multitudinẽ incerta existimatione facti: ad contionem uocari iussit. Et Melium iure cesum ꝓnuntiauit.

MELIVS · OCCIDITVR

Dictatoris uerba ad pp̄lm

etiam si Regni crimine insons fuerit: qui uocatus a magistro Equitum ad Dictatorẽ nó uenisset. se ad causam cognoscendã consedisse. qua cognita habiturú fuisse Meliú similem cause fortunam. uim parantem: ne iudicio se committeret: ui cohercitum eẽ. nec cum eo tãq̃ cum ciue agendum fuisse: q natus in libero populo: inter iura legesq;: ex qua urbe Reges exactos sciret: eodẽq; anno sororis filios Regis: et liberos Cósulis: liberatoris patrie: propter pactionem indicatam recipiendorum in urbem Regum: a patre securi esse percussos: ex qua Collatinum Tarquinium Consulem: nominis odio: abdicare se Magistratu: atq; exsulare iussum: in q̃ de. Sp. Cassio: post aliquot annos: propter consilia inita de Regno supplicium sumptum: in q̃ nuper Decemuiros bonis: exsilio: capite: multatos: ob supbiam Regiam: in ea. Sp. Melius spem regni cóceperit. et quis homo: quanq̃ nullam nobilitatem: nullos honores: nulla merita: cuiq̃ ad do/minationem pandere uiam: sed tamen Claudios: Cassios: Cósulatibus Decemuiratibus: suis maiorumq; honoribus: splendore familiarum: sustulisse animos: quod nefas fuerit

Sp. Melium: cui Tribunatus Plebis magis optandus: q̃ sperandus fuerit: frumẽtarium diuitem bilibre farris sperasse libertatem se ciuium suorum emisse. ciboq; obiciendo ratum uictorem finitimorum omnium Populum: in seruitutem perlici posse. ut quem Senatorem compati ciuitas uix posset: Regem ferret: Romuli cõditoris ab dis orti: recepti ad deos: insignia: atq; Imperium habẽtem: Non pro scelere id magis: quã pro monstro habẽdum? Nec satis esse sanguine eius expiatum: nisi tecta: parietesq; intra que tantum amentie conceptum esset: dissiparentur. bonaq; contacta pretiis Regni mercandi: publicarentur. ¶ Iubere itaq; Questores uẽdere ea bona: atq; in publicum redigere. domũ deinde. ut monumẽto area esset: oppresse nefarie spei: dirui ex tẽplo iussit. ¶ Id Equi Melium appellatum est. L. Minutius boue aurato extra portam Trigeminã ẽ dõatus. Ne Plebe qdem inuita: qa frumentũ Melanũ assibus in modios estimatum Plebi diuisit. ¶ Hunc Minutium apud quosdã autores transisse a Patribus ad Plebem Vndecimumq; tribunum plebis cooptatum: seditioẽm motã ex Meliana cede: sedasse inuenio. ¶ Ceterum uix credibile: numerũ tribunorũ Patres augeri passos. Idq; potissimũ exemplũ a Patritio homĩe introductũ. Nec deinde id Plebi cõcessum semel obtinuisse: aut certe temptasse. ¶ Sed ante omnia refellit falsum imaginis titulũ paucis ante annis lege cautum: ne Tribunis Collegam cooptare liceret. Q. Cecilius: Q. Iunius. Sex. Titinius soli ex Collegio tribunorum: neq; tulerant de honoribus Minutii legem: et criminari nunc Minutium: nunc Seruilium: apud Plebem: queriq; indignam necem Melii non destiterant. ¶ Peruicerant igitur: ut tribunorum militũ potius: q̃ Consulũ Comitia haberentur. haud dubie: qn sex locis: tot enim iam creari licebat: et Plebeii aliqui profitendo se ultores fore Meliane cedis crearetur. ¶ Plebs q̃q̃ agitata multis eo anno: et uariis motibus erat: Nec plures q̃ tres Tribunos Consulari potestate creauit: Et in iis. L. Quintiũ Cincinnati filium. ex cuius Dictature inuidia tumultus querebatur. ¶ Prelatus suffragiis Quintio. M. Emilius uir summe dignitatis L. Iulium tertiũ creant. ¶ In hor̃ Magistratu Fidene Colonia romana ad Lartẽ Folumnium Veientium regem: ac Veiẽtes defecere. ¶ Maius additũ defectiõi scelus C. Fulcinium: Cloelium Tullium. Sp. Antium. L. Roseium Legatos Romanos: causam noui consilii querentes: iussu Tolumnii interfecerunt. ¶ Leuant quidã regis facinus. in tesserarum prospero iactu: uocem eius ambiguam: ut occidi iussisse uideretur: a Fidenatibus exceptã: causam mortis Legatis fuisse. ¶ Rem incredibilem: interuẽtu Fidenatium nouorum sotiorũ: cõsulentium de cede: ruptura ius gentiũ: nõ auersum ab intentione lusus animũ: nec deinde in horrorem uersum facinus. ¶ Propius est fidẽ obstringi Fidenatium populũ: ne respicere spem ullam ab Romanis posset: cõscientia tanti sceleris: uoluisse. ¶ Legator̃ qui Fidenis cesi erant: statue publice in rostris posite sunt. ¶ Cum Veientibus Fidenatibusq;: preter q̃ finitimis populis: ab causa etiã tam nefãda: bellum exorsis: atrox dimicatio instabat. Itaq; ad curam summe rerũ quieta Plebe Tribunisq; eius nihil controuersie fuit: qn Consules crearentur. M. Geganius Macerinus tertium et. L. Sergius Fidenas: a bello credo: qđ deĩde gessit: appellatus: Hic enim primus cis Anienem: cum Rege Veientium secundo prelio conflixit. nec in/cruẽtam uictoriã retulit. Maior itaq; ex ciuibus amissis dolor: q̃ leticia: fusis hostibus: fuit. ¶ Et Senatus: ut ĩ trepidis rebus: Dictatorem dici Mamercum Emilium iussit. Is magistrum equitum: ex collegio prioris anni: quo simul Tribuni militum consulari potestate fuerant. L. Quintium Cincinnatum: dignum parente iuuenem: dixit. ¶ Ad delectum a Consulibus habitum: Centuriones ueteres belli periti adiecti. et numerus amissorum proxima pugna expletus. Legatos Quintium Capitolinũ: et. M. Fabiũ

propius fide

Tribuni consulari potest. iterum creantur

Interfecti Legati Romani a Fidenatibus

CONS M. Geganius Macerinus L. Sergius Fidenas

DICTATOR MAMERCVS EMILIVS

Vibulanum sequi se Dictator iussit. ¶Tum potestas maior: tum uir quoq; potestati par: hostes ex agro Romano trans Anienem submouere. collesq; intra Fidenas atq; Anienem ceperunt: referentes castra. nec ante in cāpos digressi sunt: q̄ legiones auxilio Faliscorum uenerūt. Tum demū castra Etruscorum pro menibus Fidenarū posita. ¶Et Dictator Romanus haud ꝓcul inde ad Confluentes consedit. ¶In utriusq; ripis amnis: qua sequi munimento poterat: uallo interposito: postero die in aciem eduxit. ¶Inter hostes uarie fuere sententie. Faliscus ꝓcul ab domo militiā egre patiens: satisq; fidens sibi: poscere pugnā. Veienti Fidenatiq; plus spei ī trahēdo bello eē. ¶Tolūnius quanq̄ suorum magis placebant consilia: ne longinquam militiam non paterentur Falisci: postero die se pugnaturum dicit. ¶Dictatori ac Romanis: quod detractasset pugnā hostis: aīmi accessere. Postero die: iā militibus castra urbēq; se oppugnaturos frementibus: ni copia pugne fiat: utrinq; acies inter bina castra ī mediū cāpi ꝓcedunt. ¶Veiens multitudine abundans: q inter dimicationem castra Romana aggrederent: Post montes circummisit. trium populoꝝ exercitus ita stetit instructus: ut dextrum cornu Veientes: sinistrum Falisci: tenerent. medii Fidenates essent. Dictator dextro cornu aduersus Faliscos: sinistro cōtra Veientē: Capitolinus Quintius: intulit signa. ¶Ante mediam aciem: cum equitatu Magister Eqtum processit. ¶Parumper silentiū: et quies fuit. nec Etruscis: nisi cogerent pugnam inituris. et Dictatore arcē Romanā respectante: ut ex Auguribus simul aues rite admisse essent: ex composito tolleretur signum. Quod simul ubi conspexit: primos equites clamore sublato in hostem emisit. sequuta peditum acies ingenti ui conflixit. ¶Nulla parte legiones Etrusce sustinere impetum Romanū. ¶Eques maxime resistebat. eqtumq; lōge fortissimus ipse Rex: ab omni parte effuse sequentibus obequitans Romanis: trahebat certamen. Erat tum inter Eqtes tribunus militū. A. Cornelius Cossus eximia pulchritudīe corporis: animo ac uiribus par. memorq; generis: qđ amplissimum acceptum: maius auctiusq; reliquit. posteris. Is cum ad impetum Tolumnii: quacunq; se intēdisset: trepidātes Romanas uideret turmas: insignēq; eū regio habitu uolitantem tota acie cognouisset: Hiccine est inquit ruptor foederis humani: uiolatorq; gentium iuris? Iam ego hanc mactatā uictimam: si modo sancti: quicq̄ in terris esse dii uolunt: Legatorum manibus dabo. ¶Calcaribus subditis infesta cuspide in unū fertur hostē. quē cū ictum equo deiecisset confestim et ipse hasta innixus: se impedes excipit. ¶Assurgētem ibi Regem: umbone resupinat. repetitumq; sepius cuspide ad terram affixit. tum exangui detracta spolia. caputq; abscisum uictor spiculo gerens: terrore cesi Regis hostes fundit. ¶Ita equitū quoq; fusa acies: que una fecerat anceps certamen. ¶Dictator fugatis legiōibus instat. Et ad castra compulsos cedit. ¶Fidenatium plurimi: locoꝝ noticia: effugere ī mōtes: ¶Cossus Tyberim cum equitatu transuectus: ex agro Veientano ingentem detulit predam ad Vrbem. ¶Inter prelium et ad castra romana pugnatū est: Aduersus ꝑtem copiarum ab Tolumnio: ut ante dictum est: ad castra missam. ¶Fabius Vibulanus corona primū uallum defendit. intentos deinde hostes in uallū egressus Dextra Prin/cipali: cum Triariis: repēte inuadit. quo pauore iniecto cedes minor quia pauciores erant: fuga non minus trepida: q̄ in acie: fuit. ¶Omnibus locis re bene gesta Dictator Senatus Consulto: iussuq; Populi triumphans in urbem rediit. ¶Longe maximum triumphi spectaculū fuit Cossus spolia opima Regis interfecti gerēs. In eum milites carmina incondita: equātes eum Romulo canere. spolia in ede Iouis Feretrii prope Romuli spolia: que prima opima appellata: sola ea tempestate erant: cum sollemni dedicatiōe dono fixit. Auerteratq; in se a curru Dictatoris ciuiū ora: et celebritatis

Tolumnius Rex veientū a Tr. militū A. Cornelio occiditur

SPOLIA OPIMA 2a COSSI

eius diei fructum ꝑpe solus tulerat. Dictator coronã aureã libre pondo: ex publica
pecunia Populi iussu in Capitolio ioui donũ posuit. Omẽs ãte me autores sequutus
A. Cornelium Cossum Tribunũ militum: secunda spolia Opima Iouis Feretrii tẽplo
intulisse exposui. Ceterum preter q̃: qđ ea Opima spolia habentur: que Dux Duci
detraxerit: nec Ducem nouimus nisi cuius auspicio bellum geritur: titulus ipse spoliis
inscriptus: illos meq; arguit: Consulem ea Cossum cepisse. Hec ego cum Augustum
Cesarem: templorum omnium conditorem: aut restitutorem: ingressum edẽ Feretrii
Iouis: quã uetustate dilapsam refecit: se ipsum ĩ thorace linteo scriptũ legisse audissẽ:
prope sacrilegium ratus sum: Cossum spoliorũ. suorum: Cesaremq; ipsius tẽpli autorẽ
subtrahere testem. Qui si ea in re sit error: qđ tam ueteres annales: qđ q; Magistratuũ
libri: quos linteos in ede repositos Monete Macer Licinius citat: identidem autores:
septimo post demum anno cum. T. Quintio Peno: A. Cornelium Cossum Consulem
habeant: existimatio communis omnibus est. Nam etiam illud accedit: ne tam clara
pugna in eũ annũ transferri posset: quod imbelle trienniũ ferme pestilẽtia: Inopiaq;
frugum circa. M. Cornelium Consulem fuit. adeo ut quidam Annales: uelut funesti:
nihil ꝑter nomina Consulũ suggerant. Tertius ab Consolatu Cossi annus Tribunũ
eum Militum Consulari potestate habet. Eodem anno Magistrum Equitum: quo
in imperio alteram insignem edidit pugnam equestrem. ea libera coniectura est: Sed
ut ego arbitror uana: uersare in omnes opiniones licet. cum autor pugne recentibus
spoliis in sacra sede positis: Iouem prope ipsum: cui uota erant: Romulumq; intuens:
haud spernendos falsi tituli testes sese. A. Corneliũ Cossum Consulem scripserit. M.
Cornelio Maluginense. L. Papyrio Crasso Consulibus: exercitus in agrum Veientẽ
ac Faliscum ducti. prede abacte hominum: pecoꝝq;. hostis in agris nusquã inuẽtus.
neq; pugnandi copia facta. Vrbes tamen nõ oppugnãte: quia pestilentia populum
inuasit. et seditiões domi quesite sunt. nec mote tamẽ ab. Sp. Melio Tribuno Plebis:
qui fauore nominis: moturũ se aliquid ratus: et Minutio diem dixerat: et rogatioẽm
de publicandis bonis Seruilii Hale tulerat. falsis criminibus a Minutio circumuentum
Melium arguens. Seruilio cedem. ciuis indemnati: obiciens. que uaniora ad populum
ipso autore fuere. Ceterũ magis uis morbi ingrauescẽs cure erat. terroresq; ac ꝓdigia
maximeq; crebris motibus terre: ruere in agris nuntiabantur tecta. Obsecratio itaq;
a populo: duumuiris preeũtibus: facta. Pestilẽtior inde annus Claudio Iulio iteꝝ:
et. L. Virginio Consulibus: tãtum metum uastitatis in urbe: agrisq; fecit: ut non mõ
predandi causa quisquam ex agro Romano non exiret: bellive inferendi memoria
patribus: aut plebi esset: sed ultro Fidenates: qui se primo aut oppido: aut montibus:
aut muris: tenuerant: populabũdi descenderẽt in agrum Romanũ. deinde Veiẽtium
exercitu accito: (Nam falisci perpelli ad instaurandũ bellum: neq; clade romanorum:
neq; sotioꝝ precibus potuere) duo populi transiere Anienem: atq; haud procul Collina
porta signa habuere. Trepidatũ itaq; non ĩ agris magis: q̃ in Vrbe est. Iulius Cõsul
in aggere: murisq; explicat copias. Ab Virginio Senatus in ede Quirini consulitur.
Dictatorem dici. A. Seruilium placet. cuiq; Prisco alii: Alii structo fuisse cognomẽ:
tradũt. Virginius: dũ Collegã cõsuleret: moratus: ꝑmittente eo: nocte Dictatorẽ
dixit. Is sibi magistrum equitum Postumium Ebuciũ Heluiũ dicit. Dictator omẽs
luce ꝓma adesse iubet. Quibuscunq; uires suppetebant ad arma ferẽda: presto fuere.
signa ex erario prompta feruntur ad Dictatorem. que cum agerẽtur: hostes in loca
altiora cõcessere. Eo Dictator agmine infesto subit. nec ꝓcul: momento signis collatis:
fudit Etruscas legiones. compulit inde ĩ urbem Fidenas. ualloq; circũdedit. Sed neq;

Testimoniũ cesaris augusti

CONS. M. cornelius malugineñs
L. papyrius crassus

PESTILENTIA

CONS. claudius Iulius
L. virginius

DICTATOR A. SERVILIUS

Fidene cuniculo a dictatore capte

Censu. pu. primũ i cãpo Martio factus.

Iulius: et virginius: vel

CONS. INCERTI. Q. Tubero Manilius: et Q. Sulpi.

DICTATOR MAMERCUS EMILIUS.

CENSURA: EX QNQUENALI ANUA FACTA

Mamercus tribu amotus octuplicato censu erarius factus q magistratũ po. ro. minuisset

scalis capi poterat urbs alta: et munita. neq; in obsidione uis ulla erat: quia frumentũ non necessitati modo satis: sed copie quoq; abunde: ex ante cõuecto: sufficiebat. Itaq; expugnandi pariter cogendiq; ad deditionem spe amissa: Dictator: in locis propter propiquitatem notis ab auersa pte urbis maxĩe neglecta: qa suapte natura tutissima erat: agere in arcem cuniculum instituit. Ipse diuersissimis locis subeundo ad menia quadrifariam diuiso exercitu: qui alii aliis succederent ad pugnam: continenti die ac nocte prelio ab sensu operis hostes auertebat. donec perfosso a castris monte: erecta in arcẽ uia est. Intentisq; Etruscis ad uanas: a certo piculo: minas: clamor supra caput hostilis captam urbem ostendit. ¶ Eo anno. C. Furius. P. Acilius: et. M. Geganius Macerinus Censores Villã publicam in campo Martio probauerunt. ibiq; primum census populi est actus. ¶ Eosdem Consules in sequenti anno refectos: Iulium tertiũ: Virginium iterũ apud Macrum Liciniũ inuenio. ¶ Valerius Antias: et. Q. Tubero, Maniliũ &. Q. Sulpitiũ Cõsules in eũ annũ edunt ¶ Ceterũ in tam discrepãti editiõe: et Tubero: et Macer: libros linteos autores profitentur. ¶ Neuter Tribunos Militum eo anno fuisse: traditum a scriptoribus antiquis dissimulat. Licinio libros haud dubie sequi linteos placet. et Tubero ĩcertus ueri est. Sed inter cetera: uetustate incompta: hoc quoq; in incerto positum. ¶ Trepidatum in Etruria est. Post Fidenas captas: nõ Veiẽtibus solum exterritis metu similis excidii: sed etiam Faliscis memoria initi pmo cum iis belli: quanq̃ rebellantibus nõ affuerant. ¶ Igit cum due ciuitates: legatis circa xii. populos missis: impetrassent ut ad Voltumne Fanum indiceretur omni Etruriæ Concilium: uelut magno inde tumultu imminente: Senatus Mamercum Emilium Dictatorẽ iterum dici iussit. ¶ Ab eo Aurelius Postumius Tubero Magister Eqtum est dictus. Bellumq; tanto maiore: q̃ pximo conatu apparatum est: quanto plus erat ab omni Etruria periculi: q̃ de duobus populis fuerat. ¶ Ea res aliquãto expectatiõe omnium tranquillior fuit. ¶ Itaq; cum renũtiatum a mercatoribus esset: negata Veientibus auxilia: iussosq; suo consilio bellum initum: suis uiribus exequi: nec aduersarũ rerum querere sotios: cum quibus spem integram cõmunicati non sint: Tum Dictator ne quicquam creatus esset: materia querede bello glorie adempta: ĩ pace aliqd operis edere: quod monumentũ esset Dictature cupiens: Censurã minuere parat. seu nimiã potestatem ratus: seu nõ tam magnitudine honoris: q̃ diuturnitate offensus. ¶ Cõtione itaq; aduocata rẽ publicã foris gerendã ait: tutaq; oĩa prestanda: deos immortales suscepisse: se: qđ intra muros agendum esset: libertati Populi Romani Consulturum. maximam autem eius custodiam esse: si magna impia diuturna non essent. & tempis modus imponeretur: quibus iuris imponi non posset. Alios magistratus annuos esse: qnquãnnalem Censuram grauẽ esse. Hisdẽ per tot ãnos magna parte uite obnoxios uiuere. se legem laturum: ne plus q̃ annua ac semestris Censura esset. ¶ Consensu ingẽti populi legem postero die pertulit: ¶ Vt re ipa inqt sciatis Quirites quã mihi diuturna non placeant imperia: Dictatura me abdico. deposito suo Magistratu: modo aliorũ magistratui imposito: fine alteri: Congratulatiõe ac fauore ingenti populi domum ẽst reductus. Censores egre passi Mamercum qđ Magistratum Populi Romani minuisset: Tribu mouerunt. octuplicatoq; censu erarium fecerunt. ¶ Quam rem ipsum ingẽti aĩmo tulisse ferũt. causam potius ignominie intuentẽ: q̃ ignominiã. Primores Patrum quanq̃ diminutũ Censure ius uoluissent: exẽplo acerbitatis Cẽsorie offẽsos: quippe cum se quisq; diutius ac sepius subiectum fore cerneret: q̃ Censuram gesturum. ¶ Populi certe tãta indignatio coborta dicit: ut uis a Censoribus: nullius autoritate: pter q̃ ipsius Mamerci: deterreri qeuerit. ¶ Tribuni Plebis assiduis cõtiõibus phibẽdo

Conſularia comitia: cum reſ prope ad Interregnum perducta eſſet: euicere tandē ut Tribuni Militum Conſulari poteſtate crearentur. ¶ Victorie premium qđ petebāt: ut Plebeiuſ crearetur: nulluſ fuit. omneſ patricii creati ſunt. M. Fabiuſ Vibulanuſ M. Foliuſ. L. Sergiuſ Fidenaſ. ¶ Peſtilētia eo anno aliarum rerum ocium prebuit. ¶ Edeſ Apollini pro ualitudine Populi uota eſt. Multa Duumuiri ex libriſ placāde deū ire: auertendeq; a Populo peſtiſ cauſa: fecere. Magna tamē cladeſ in urbe: agriſq; promiſcue hominum: pecorumq; pernitie accepta: famem cultoribuſ agrorū timēteſ in Etruriam Pomptinumq; agrum: et poſtremo in Siciliam quoq;: frumenti cauſa: miſere. ¶ Conſularium Comitioꝝ nulla mentio habita eſt. ¶ Tribuni Militū cōſulari poteſtate: omneſ Patritii creati ſunt. L. Pinariuſ Mamercuſ. L. Furiuſ Medullinuſ. Sp. Poſtumiuſ Albuſ. ¶ Eo anno uiſ morbi leuata. neq; penuria frumenti: quia ante prouiſum erat: periculum fuit. Conſilia: ad mouenda bella: in Volſcorum Equorūq; Conciliiſ: et in Etruria ad Fanū Voltumne agitata. Ibi prolate in annū reſ. decreto cautum: ne qđ ante Concilium fieret. neq̄q̄ Veiente Populo querente: eandem: qua Fidene delete ſint imminere Veiiſ fortunam. ¶ Interim Rome Principeſ Plebiſ iam diu nequicq̄ imminenteſ ſpei maioriſ honoriſ: dum foriſ ocium eſſet: cetuſ indicere: in domoſ Tribunorum Plebei. ibi ſecreta cōſilia agitare. ¶ Queri ſe a plebe adeo ſpretoſ: ut cū p tot annoſ Tribuni Militū Conſulari poteſtate creentur: nulli unq̄ Plebeio ad eum honorem adituſ fuerit. Multum prouidiſſe ſuoſ maioreſ: qui cauerint: ne cui Patritio Plebeii Magiſtratuſ paterent. aut Patritioſ habēdoſ fuiſſe Tribunoſ Plebiſ: adeo ſe ſuiſ etiā ſordere. nec a Plebe minuſ q̄ a Patribuſ contēni. ¶ Alii purgare Plebē: culpam in Patreſ uertere. eorū ambitiōe: artibuſq; fieri: ut obſeptū Plebi ſit ad hōrem iter. ſi Plebi reſpirare ab eorum mixtiſ precibuſ: minisq;: liceat: memorem eam ſuorum: inituram ſuffragia eſſe. Et parto auxilio: imperiū quoq; adſciturā. ¶ Placet tollēde ambitioniſ cauſa: Tribunoſ legem promulgare: ne cui album in ueſtimentum ađdere: petitioniſ cauſa: liceret. ¶ Parua nunc reſ: et uix ſerio agenda: uideri poſſit: que tunc ingenti certamine Patreſ ac plebē accendit. ¶ Vicere tamen Tribuni ut legē pferrent. Apparebatq; irritatiſ animiſ Plebem ad ſuoſ ſtudia inclinaturam. que ne libera eſſent: Senatuſ Conſultū factū eſt: ut Conſularia Comitia haberentur. ¶ Tumultuſ cauſa fuit: quem ab Eqſ et Volſciſ Latini: atq; Hernici nuntiarant. T. Quintiuſ. L. Filiuſ Cincinnatuſ eidem et Peno cognomen additur: et. Cn. Iuliuſ Mento: Conſuleſ facti. ¶ Nec ultra terror belli ē dilatuſ. lege ſacrata: que maxīa apud eoſ uiſ cogēde militie erat: delectu habito: utrinq; ualidi exercituſ profecti: in Algidum conuenere. Ibiq; ſeorſum Equi: ſeorſum Volſci: caſtra communiuere. ¶ Intentiorq;: q̄ unquam ante: muniēdi: exercēdiq; militē: cura Ducibuſ erat. eo pluſ nūtii terroriſ Romā attulere. ¶ Senatui dici dictatorem placuit. quia: etſi ſepe uicti populi: maiore tamen conatu: q̄ aliaſ unq̄ rebellarent. et aliquantum Romane iuuentutiſ morbo abſumptum erat. Ante omnia prauitaſ Conſulū: diſcordiaq; inter ipſoſ et certamina in conſiliiſ omībuſ terrebāt. ¶ Sunt qui male pugnatum ab hiſ Conſulibuſ in Algido autoreſ ſint. eamq; cauſam Dictatoriſ creādi fuiſſe. ¶ Illud ſatiſ cōſtat: ad alia diſcordeſ: in uno aduerſuſ patrum uoluntatem cōſenſiſſe: ne dicerent Dictatorē: donec cū alia aliiſ terribiliora afferrentē: nec in autoritate Senatuſ cōſuleſ eēnt: Q. ¶ Seruiliuſ Priſcuſ: ſummiſ hōribuſ egregie uſuſ: Voſ inquit Tribuni Plebiſ: qm̄ ad extrema uētum eſt: Senatuſ appellat: ut in tanto diſcrimine Reipublice Dictatorem dicere Conſuleſ: pro poteſtate ueſtra cogatiſ. ¶ Qua uoce audita: occaſionē oblatā rati Tribuni augēde poteſtatiſ ſecedūt. proq; Collegio pnuntiant: placere Cōſuleſ Senatui dicto audienteſ eſſe. Si aduerſuſ

TRIBVNI POTATE CosVLARI ITER CREATI

PESTILETIA

TRIBVNI PO COM ITER

COHS T Quītius cīcinnati filius CN Iulius Mentus

Q SERVILIVS PSCVS AD PPLM NOIE SENATVS appellat de dictatore dicendo

prauitas

consensum amplissimi Ordinis ultra tendant: in uincula se duci eos iussuros. ¶ Cõsules a Tribunis: q̃ a Senatu uinci maluerũt. Proditũ a patribus summi imperii ius: Datũq; sub iugum Tribunitie potestati Consulatum memorantes. Si qdem cogi aliquid pro potestate ab Tribuno Cõsules. et: quo quid ulterius priuato timendũ foret: in uincla etiam duci possent. ¶ Sors: ut dictatorem diceret: Nam ne id quidem inter collegas cõuenerat. T. Quintio euenit. ¶ Is. A. Postumium Tubertum socerũ suum: seuerissimi Imperii uirum: Dictatorem dixit. ab eo. L. Iulius Magister Eqtum est dictus. simul edicitur et iusticiũ. neq; aliud tota urbe agi: q̃ bellum apparari. ¶ Cognitio uacantiũ militie munere: post bellum differtur. Itaq; dubii quoq;: inclinãt: ad nomina danda. ¶ Et Hernicis Latinisq; milites imperati. utriq; obnixe obeditũ Dictatori est. ¶ Hec omnia celeritate ingenti acta. Relictoq;. Cn. Iulio Cõsule ad presidium Vrbis: et. L. Iulio Magistro eqtum: ad subita belli ministeria: nequa res: qua eguissent in castris: moraretur: Dictator preeunte. A. Cornelio Pontifice Maximo: Ludos Magnos tu/multus causa: uouit. profectusq; ab Vrbe: diuiso cum Quintio Consule exercitu: ad hostes peruenit. ¶ Sicut bina castra hostium: paruo inter se spatio distãtia uiderant: ipsi quoq; mille ferme passus ab hoste: Dictator Tusculo: Cõsul Lanuuio: propiorẽ locum castris ceperũt. Ita quattuor exercitus totidẽ munimenta planiciẽ in medio: non paruis mõ excursionibus: ad p̃lia: sed uel ad explicãdas utrinq; acies satis patentẽ babebant. ¶ Nec: ex quo castris castra collata sunt: cessatũ a leuibus preliis est. facile patiẽte Dictatore: cõferendo uires: spem uniuerse uictorie: tẽptato paulatim euẽtu certaminũ: suos precipere. ¶ Itaq; hostes nulla in prelio iusto relicta spe: nocte adorti castra Consulis: rem: in casum ancipitis euẽtus: committunt. ¶ Clamor subito ortus: nõ Consulis modo uigiles: exercitum deinde omnem: sed Dictatorem quoq; ex somno exciuit. ¶ Vbi presente ope res egebant: Consul nec animo deficit: nec consilio. pars militũ portarũ statiões firmat. p̃s corona uallũ cingunt. ¶ In alteris apud Dictatorẽ castris: quo minus tumultus est: eo plus animaduertitur: qd opus facto sit. missum ex templo ad castra subsidiũ cui. Sp. Postumius Albus Legatus preficit̃. Ipse p̃te copiaꝝ paruo circuitu locum maxime secretum ab tumultu petit. Vnde: ex nec opinato: aduersum hostẽ inuadat. Q. Sulpitiũ Legatũ prefecit castris. M. Fabio Legato assignat eqtes. nec ãte lucẽ mouere iubet: manũ: inter nocturnos tumultus: moderatu difficilem. ¶ Omnia que uel alius Imperator prudens: et impiger in tali re preciperet: ageretq; precepit ordine. atq; egit. ¶ Illud eximium cõsiliu: aĩmiq; specimẽ: et ne utiq; uulgate laudis: qđ ultro ad oppugnãda castra hostiũ: unde maiore agmine p̃fectus exploratum fuerat: M. Geganium cum cohortibus delectis misit. Qui post q̃ intẽtos homines in euentũ periculi alieni: pro se incautos: neglectis uigiliis: stationibusq;: est adortus: prius pene cepit castra: q̃ oppugnari: hostes satis scirent. Inde fumo: ut cõue/nerat: datum signum: ubi cõspectum a Dictatore est: exclamat capta hostiũ castra: nuntiariq; passim iubet. ¶ Et iam lucescebat: omniaq; sub oculis erant. et Fabius cum equitatu impetũ dederat. et Consul eruptionẽ castris: in trepidos iam hostes: fecerat. ¶ Dictator autem parte altera subsidia: et secundam aciem adortus: circumagentes: ad dissonos clamores: ac subitos tumultus: hosti undiq; obiecerat uictorẽ peditẽ: eqtemq;. ¶ Circũuenti igit̃ iam in medio ad unũ om̃es poenas rebellionis dedissent: ni Vectius Messius ex Volscis nobilior uir factis: q̃ genere: iam orbem uoluẽtes suos increpans clara uoce: Hic prebituri inquit uos telis hostiũ estis indefensi: multi? Quid igit̃ arma babetis? aut quid ultro bellum intulistis? in ocio tumultuosi: in bello segnes: Quid hic stantibus spei est? an deum aliquem protecturum uos: rapturumq; hinc putatis? ferro

DICTATOR A POSTVMIVS TVBERTVS

Vectij messij adhortatio ad volscos

CARTHAGINESES PRIMU IN SICILIA VENIUNT.

uia facienda est. hac qua me progressum uideritis: agite: qui uisuri domus: parentes: coniuges: liberos: estis: ite mecum. non murus: nec uallum: sed armati armatis obstãt. uirtute pares. necessitate: que ultimum ac maximũ telum est: superiores estis. Hec loquutum exequentemq; dicta: redintegrato clamore: sequuti: dant impressionem: qua Postumius Albus cohortes obiecerat. et mouerũt uictorẽ. donec Dictator pedẽ iam referẽtibus suis: aduenit. eoq; oĩe preliũ uersum est. Vni uiro Messio fortuna hostium innitit. Multa utriq; uulnera: multa passim cedes est. Iam ne duces qdem Romani incruenti pugnant. Ibi Postumius ictus saxo: pfracto capite: acie excessit. Non Dictatorem humerus uulneratus: nõ Fabium prope affixum equo femur: nõ brachium abscisum Consulem: ex tam ancipiti prelio: submouit. Messium impetus p stratos cede hostes cum globo fortissimorum iuueuum extulit ad castra Volscorum: que nõ dum capta erant. eodem omnis acies inclinatur. Consul effusos usq; ad uallũ persequutus: ipa castra: uallumq; aggreditur. Eodem et Dictator alia parte copias admouet. Non segnior oppugnatio est: q̃ pugna fuerat. Consulem signum quoq; intra uallum iniecisse ferunt. quo milites acrius subirent. repetendoq; signo primam impressionem factam. Et Dictator proruto uallo: iam in castra bellum intulerat. Tũ abiici arma passim: ac dedi hostes: cepti. castrisq; et his captis: hostes: pter Sẽatores: oẽs uenũdati sunt. Prede pars sua cognoscentibus Latinis: atq; Hernicis reddita. partem sub hasta Dictator uendidit. Prepositoq; Consule castris: ipse triumphans inuectus Vrbẽ Dictatura se abdicauit. Egregie Dictature tristẽ memoriã faciũt: q filiũ ab. A. Postumio: qđ occasione bene pugnãdi captus: iniussu discesserit pſidio: uictorem securi percussum tradunt. nec libet credere: et licet ĩ uariis opinionibus: ar/gumento est: qđ imperia malliana: non postumiana: appellata sint. quem: qui prior autor tam seui exẽpli foret: occupaturus insignẽ titulũ crudelitatis fuerit. Impioso quoq; mallio cognomẽ inditũ. Postumius nulla tristi nota ẽ insignitus. C. Iulius Cõsul edẽ Apollinis absente Collega: sine sorte dedicauit. Egre id passus Quintius: cum dimisso exercitu in Vrbẽ redisset: nequicquã in Senatu est cõquestus. Insigni magnis rebus anno additur: nihil tum ad rem Romanã pertinere uisum: qđ cartha/ginenses: tanti hostes futuri: tum primum per seditiones Siculorum: ad partis alterius auxilium in Siciliam exercitum traiecere. Agitatum in Vrbe a Tribunis Plebis: ut Tribuni militũ consulari potestate crearentur: nec obtineri potuit. Consules fiunt L. Papyrius Crassus. L. Iulius. Equorum Legati fedus ab Senatu cum petissent: & pro federe deditio ostentaretur: inducias annorum octo impetrauerũt. Volscorum res super acceptam in Algido cladem pertinaci certamine: inter pacis belliq; autores in iurgia: et seditiões uersa. Vndiq; ocium fuit Romanis. legẽ de mulctarũ estimatiõe pergratam populo: cum ab Tribunis parari Consules: unius ex collegio proditione: excepissent: ipsi põccupauerũt ferre. Consules. L. Sergius Fidenas: iterũ: Hostius Lucretius Tricipitinus: nihil dignũ dictu actũ his Cõsulibus. Sequuti eos Cõsules A. Cornelius Cossus. T. Quintius Poenus iterum. Veientes in agrum Romanum excursiones fecerunt. Fama fuit quosdam ex Fidenatium iuuẽtute participes eius populationis fuisse. Cognitio eius rei. L. Sergio et. Q. Seruilio et Mamerco Emilio permissa. Quidam Ostiam relegati: qđ cur per eos dies a Fidenis abfuissent: parum cõstabat. Colonorum additus numerus: agerq; iis bello interemptorum: assignatus. Siccitate eo anno plurimum laboratum est. nec celestes modo defecerunt aque: sed terra quoq; ĩgenito humore egẽs: uix ad pemnes suffecit amnes. defectus alibi aq̃rum circa torridos fõtes: riuosq; stragẽ siti pecoꝝ morientiũ dedit. Scabie alia absumpta.

omnes Ro. duces grauiter uulnerati

et Veientes Volsci et equi, uicti ac uenditi preter senatores

A. POSTUMIUS FILIU VICTORE SECURI PCUSSIT.

Carthaginienses i Sicilia primũ uenerunt

CONS. L. Papyrius crassus L. Iulius

CONS. L. Sergius Fidenas Hostius Lucretius tricipitinus

CONS. A. cornelius cossus T. Quintius poenus

SICCITAS MAXIMA

uulgatiq; attactu in homíes morbi. ¶ Et ꝑmo í agrestes ingruerant. seruitiaq; ¶ Vrbs deinde impletur. nec corpora modo affecta tabo: sed aíımos quoq; multiplex religio: et pleraq; externa inuasit. ¶ Nouos ritus sacrificádi uaticinádo inferétibus í domos: quibus questui sunt capti superstitione animi. donec publicus iam pudor ad ꝑmores ciuitatis peruenit: cernentes in omnibus uicis: sacellisq; peregrina atq; insolita piacula pacis deum exposcende ¶ Datum inde negocium Edilibus: ut animaduerterent: ne q̃ nisi Romani dii: neu quo alio more: q̃ patrio: colerentur. ¶ Ire aduersus Veientes: in in sequentem annum. C. Seruilio Hala. L. Papyrio Mugilano cósulibus: dilate sunt. ¶ Tunc quoq;: ne confestim bellum indiceretur: neue exercitus mitterent: religio ob/stitit. Feciales prius mittendos ad res repetendas: censuere. Cú Veientibus nuper acie dimicatum ad Nométum: et Fidenas fuerat. Inducieq; inde nó pax facta: quarum et dies exierat. et ante diem rebellauerant. ¶ Missi tamen Feciales: nec: cú more Patrú iurati repeterent res: uerba sunt audita ¶ Controuersia inde fuit: utrum Populi iussu indiceretur bellum: an satis esset: Senatus Consultú. ¶ Peruicere Tribuni: denútiando impedituros se delectú: ut Quintius Consul de bello ad Populú ferret. omes Céturie iussere. In eo quoq; Plebs superior fuit: qđ tenuit: ne Consules in proximum annum crearentur ¶ Tribuni militum Cósulari potestate. q̃ttuor creati. T. Quintius Penus ex Consulatu. ¶ Claudius Furius: Martius Postumius: et. A. Cornelius Cossus ex iis Cossus prefuit urbi. Tres delectu habito profecti sunt Veios. ¶ Documentoq; fuere: q̃ plurium Impium bello inutile esset: tendendo ad sua quisq; consilia: cum alii aliud uideretur: aperuerút ad occasionem locum hosti. Incertam nanq; aciem: signú aliis dari receptui: aliis cani iubentibus: inuasere opportune Veientes. Castra propinqua turbatos: ac terga dantes: accepere. Plus itaq; ignominie: q̃ cladis: est acceptú. Mesta ciuitas fuit uinci insueta. Odere Tribunos. poscere Dictatoré. í eo uerti spes ciuitatis. ¶ Et cum ibi quoq; religio obstaret: ne posset nisi a Consule dici Dictator: Augures Consulti eam religionem exemere. A. Cornelius Dictatorem Mamercum Emilium dixit ¶ Et ipse ab eo Magister Equitum est dictus ¶ Adeo simul fortuna ciuitatis uirtute uera eguit: qđ nil Censoria animaduersio effecit: quo minus regimina rerum ex notata ídigne domo peterét ¶ Veientes re secúda elati: missis circú etrurie populos legatis: iactando tres Duces Romanos a se uno prelio fusos: cum tamé nullá publici consilii sotietatem mouissent: Voluntarios undiq; ad spem prede acciuerant. ¶ Vni Fidenatium populo rebellare placuit. et tanq̃: nisi ab scelere bellum ordiri nefas eét: sicut Legatorum antea: ita tum nouorú Colonorum cede: imbutis armis: Veiétibus sese cóiungunt ¶ Consultare inde Principes duorum populorum: Veios an Fidenas sedem belli caperent. ¶ Fidene uise opportuniores. Itaq; traiecto Tyberi: Veientes Fidenas transtulerút bellum ¶ Rome terror ingens erat: accito exercitu a Veiis: eoq; ipso ob rem male gestam: perculsa castra: locátur ante portam Collinam. & in muris armati dispositi. et iusticium in foro: taberneq; clause. fiuntq; omnia castris: q̃ urbi si/miliora. ¶ Tum trepidam ciuitaté: preconibus ꝑ uicos dimissis: Dictator ad Contioné aduocatam increpauit: qđ animos ex tam leuibus fortune mométis suspésos gererét. ut ꝑua iactura: accepta que ipsa: nó uirtute hostiú: nec ignauia Romani exercitus: sed discordia imperatorum accepta sit Veientem hostem septies uictum: pertimescát. Fidenasq; prope sepius captas: q̃ oppugnatas. eosdem et Romanos et hostes esse: qui per tot secula fuerint. eosdem animos: easdem corporis uires: eadem arma: gerere ¶ Se quoq;: dictatorem Mamercum Emilium esse: q ante Veientiú Fidenatiúq; adiúctis Faliscis: ad Nomentum exercitus fuderit. et magistrum equitum. A. Corneliú eundé

in acie fore: qui priore bello Tribunus Militum. L. Tolumnio Rege Veientium in cõspectu duorum exercituum occiso: spolia Opima Iouis Feretrii templo intulerit. proinde memores: secum triumphos: secum spolia: secum uictoriam esse: cũ hostibus scelus Legatorum cõtra ius gentiũ interfectorum: cedem in pace Fidenatiũ colonorum: inducias ruptas: septimam infelicem defectionem: arma caperent. simul castra castris cõiunxissẽt: satis cõfidere: nec sceleratissimis hostibus diutinũ ex ignominia exercitus Romani gaudium fore. Et Populum Romanum intellecturum: quanto melius de Republica meriti sint: qui se Dictatorem tertium dixerit: q̃ eos: q ob ereptũ Cesure Regnũ labẽ secunde Dictature sue imposuerint. ¶ Votis deinde nũcupatis profecti Mamercus et Cornelius mille passus citra Fidenas castra locant. Dextra montibus: leua Tyberi amne septi. T. Quintiũ Poenũ Legatũ occupare mõtes iubet. occultũq; iugũ id capere: qđ a tergo hostibus foret. Ipse postero die: cũ etrusci pleni animorum: ac pristine diei meliore occasione: q̃ pugna: in aciem processissent: cõtatus parumper: dum speculatores referrent Quintium euasisse in iugum propinquũ arci Fidenarũ: signa profert. peditumq; aciem instructã pleno gradu in hostem inducit. ¶ Magistro Equitum precipit: ne in iussu pugnam incipiat. se cũ opus sit: equestri auxilio: signũ daturũ. ¶ Tũ ut mẽor Regie pugne: mẽor Opimi doni Romuliq; ac Iouis Feretrii: rẽ gereret. ¶ Legiões impetu ingẽti cõfligũt. ¶ Rõanus odio accẽsus impiũ Fidenatẽ: predonẽ Veientem: ruptores induciarũ: cruẽtos Legatorum ĩ fãda cede: respsos sãguine Colonorum suorum: pfidos sotios: imbelles hostes cõpellãs: factis simul dictisq; odiũ explet. ¶ Cõcusserat pmo statim cõgressu: cũ repẽte patefactis Fidenarũ portis: noua erupit acies: inaudita ante id tẽpus: ĩusitataq; ignibus armata: ingẽs multitudo: facibusq; ar/dẽtibus tota collucẽs: uelut fanatico ĩstincta cursu: in hostẽ ruit. ¶ Formaq; insolite pugne Romanos parumper exterruit. ¶ Tũ Dictator Magistro Eqtum eqtibusq;: tum ex montibus Quintio accito: prelium ciens: ipse in sinistrum cornu: qđ incendio similius: q̃ prelio: territũ cesserat flammis: occurrit. claraq; uoce. ¶ Fumo ne uicti inqt uelut examẽ apũ loco uestro exacti inermi cedetis hosti? nõ ferro extinguitis ignes? nõ faces has ipsas p se qsq;: si igne nõ telis: pugnandũ ẽ: ereptas ultro inferetis? agite nomis Romani et uirtutis Patrũ: uestreq;: memores: uertite incendiũ hoc in hostium urbẽ. et suis flãmis delete Fidenas: q̃s uestris beneficiis placare non potuistis. Legatorum hoc uos uestrorum: Colonorumq; sanguis uastatiq; fines monẽt. ¶ Ad impium Dictatoris mota cuncta acies. faces: ptim emisse excipiunt. ptim ui eripiunt. Vtraq; acies armat igni. Magister Eqtum et ipse nouã pugnã equestrẽ: frenos ut detrahant eqs impat. ¶ Ipse princeps calcaribus subditis euectus equo: ĩ medios ignes infertur. & alii cõcitati equi: libero cursu ferunt eqtem in hostẽ. ¶ Puluis elatus mixtusq; fumo: lucẽ ex oculis uirorum equorumq; aufert. ¶ Ea que militẽ terruerat species: nihil terruit equos. Ruine igit similẽ stragẽ eques: q̃cunq; puaserat: dedit. ¶ Clamor deinde accidit nouus: qui cũ utrãq; mirabundã in se aciem uertisset: Dictator exclamat: Quintiũ Legatũ et suos ab tergo hostẽ adortos. ¶ Ipse redintegrato clamore infert acrius signa. ¶ Cũ due acies: duo diuersa plia circunuentos Etruscos: et a fronte: et a tergo: urgerẽt: neq; in castra retro: neq; ĩ mõtes unde se nouus hostis obiecerat: iter fuge eẽt: et eqtem passim liberi frenis dispulissent eq: Veiẽtiũ maxia ps Tyberim effusi petũt. Fidenatiũ q supsunt: ad urbẽ Fidenas tendũt. Infert pauidos fuga ĩ mediã cedẽ. obtruncant in ripis. alios in aq̃ cõpulsos gurgites ferũt. etiã pitos nãdi laxitudo et uulnera et pauor degrauãt. Alterum agmẽ fert p castra in urbẽ. eodẽ & romanos sequẽtes impetus rapit. Quintium maxime. et cũ eo digressos mõ de montibus: recentissimũ ad laborẽ militẽ qa ultimo

Fidenates flammis pugnant ĩ R[omano]s

FRENI EQUIS DETRACTI

ꝑlio aduenerãt. ¶ Hi postq̃ mixti hostibus portã ĩtrauere muros inuadũt. suisq; capti
oppidi signũ ex muris tollũt. ¶ Quod ubi Dictator cõspexit: iã enim et ipse ĩdeserta
hostiũ castra penetrauerat. Cupientẽ militẽ discurrere ad predã: spe iniecta maioris
in urbe prede: ad portã ducit. Receptusq; intra muros: in arcẽ: quo ruere fugiẽtium
turbã uidebat: ꝑgit. nec minor cedes in urbe donec abiectis armis: nihil preter uitam
petentes Dictatori dedunt̃. urbs castraq; diripiunt. ¶ Postero die singulis captiuis ab
eqte ad Centurionẽ sorte ductis: et quoꝝ eximia uirtus fuerat: binis: alus sub corona
uẽditis: exercitũ uictorẽ: opulentũq; ꝑda triũphãs Dictator Romã reduxit. Iussoq;
Magistro eqtum abdicare se magistratu: ipse deĩde abdicat. die sextodecimo reddito
in pace Imperio: qđ in bello trepidisq; rebus acceperat. ¶ Classibus quoq; ad Fidenas
pugnatũ cũ Veientibus: qdam annales retulere. rem eq; difficilẽ: atq; incredibilẽ: nec
nũc lato satis ad hoc amne. et tũ aliq̃to: ut a ueteribus accepimus: arctiore. nisi ĩ tra/
iectu forte fluminis ꝓhibendo aliq̃rum nauiũ cõcursum in maius: ut fit: celebrantes:
naualis uictorie Vanũ titulum appetiuere. ¶ Insequens annus Tribunos militares
Cõsulari potestate habuit. A. Semproniũ Atratinũ. L. Quintiũ Cĩcinnatũ. L. Ho/
ratiũ Barbatũ. ¶ Veiẽtibus annoꝝ. xx. inducie date. et Eqs triẽnii: cũ pluriũ annoꝝ
petissent. ¶ Et a seditiõibus urbanis ociũ fuit. ¶ Annũ insquentẽ neq; bello foris: neq;
domi: seditione insignẽ: ludi bello uoti celebrem: et Tribunorum militũ apparatu: &
finitimoꝝ cõcursu: fecere. ¶ Tribuni Cõsulari potestate erant. C. Crassus. Sp. Neuius
Rutilius. T. Sergius Fidenas. et. Sex. Iulius Tullus spectaculũ: cõitate etiã hospitũ
ad qđ publico cõsensu uenerant: aduenis gratius fuit. Post ludos seditiões Tribunoꝝ
Plebis fuerunt: obiurgantiũ multitudinẽ: qđ ammiratiõe eoꝝ: quos odissent: stupẽs:
eterno se ipsa teneret seruitio. Et nõ mõ ad spẽ Cõsulatus: ĩ ꝑtem reuocandã: aspirare
nõ auderet: sed ne in Tribunis qdem militũ creãdis: cõmunia eẽnt Comitia Patrum: ac
Plebis. aut sui ac suoꝝ meminisset. desineret ergo mirari: cur nemo de cõmodis Plebis
ageret. eo impẽdi laborẽ: ac periculũ unde emolumentũ atq; honos speretur. nihil nõ
aggressuros hoĩes: Si magnis conatibus magna ꝓmia ꝓponantur. ut quid. n. aliquis
Tribunus Plebis ruat cecus in certamina: periculo ingẽti: fructu nulllo? Ex quibus
pro certo habeat Patres: aduersus quos tẽderet: bello ĩexpiabili se ꝓsequuturos. apud
Plebẽ: ꝑ q̃ dimicauerit: nihilo se hõoratiorẽ fore. neq; sperandũ: neq; postulandũ esse.
magnos animos: nisi magnis hõribus fieri. Neminẽ se Plebeiũ contẽpturũ: ubi contẽni
desissent. experiendã rẽ deniq; ĩ uno: aut altero eẽ. sit ne aliqs Plebeius ferẽdo magno
hõri? an portẽto simile: miraculoq; si fortẽ ac strenuũ aliquẽ existere ortũ ex Plebe
crederẽt? Sũma ui expugnatũ eẽ: ut Tribuni militũ Cõsulari potestate: et ex Plebe
crearent̃. petisse uiros domi militieq; spectatos. primis ãnis suggillatos: repulsos: risui
patribus fuisse. Desisse postrẽo ꝓbere ad cõtumeliã os. nec se uidere: cur nõ lex quoq;
abroget̃: qa id liceat: qđ nũq̃ futurũ sit. Minorẽ qppe luborẽ fore ĩ iuris iniqtate: q̃
si ꝑ indignitatẽ eoꝝ pretereant̃. ¶ Huius generis oratiões: cũ assensu audite: ĩcitauere
quosdã ad petendũ Tribunatũ militũ. aliũ alia de cõmodis plebis laturũ se in magis/
tratu ꝓfitentem. Agri publici diuidẽdi: Coloniarumq; deducendarũ ostentate spes: et
uectigali possessoribus agroꝝ imposito: in stipẽdium militũ erogãdi eris. Captatum
deinde tẽpus ab Tribunis militũ. Quo ꝑ discessum hoĩm ab urbe: cũ Patres clãdestina
denũtiatiõe reuocati ad diẽ certũ eẽnt: Senatus Cõsultum fieret: abñtibus Tribunis
Plebis: ut qm Volscos ĩ Hernicoꝝ agros predatũ exisse fama eẽt: ad rem inspiciẽdam
Tribuni militũ ꝓficiscerentur. Cõsulariaq; comitia haberent̃. ¶ Profecti. A. Claudiũ:
filiũ Decẽuiri: Prefectũ Vrbis reliquerũt. impigrum iuuenẽ etiã inde ab incunabulis

Capua unde dicta: et prius Vulturnus nuncupata

Cons. A. Sempronius / Q. Fabius vibulanus

Capua rapta a Samnitibus

imbutú odio Tribunoꝝ Plebis. nec cum absentibus iis: qui Senatus Cósultum fecerút: nec cú Appio transacta re: qd cótenderét: fuit ¶ Creati Consules. A. Sẽpronius: et. Q. Fabius Vibulanus. ¶ Peregrina res: sed mẽoria digna: tradit̃ eo anno facta. ¶ Vul/turnum Etruscoꝝ urbẽ: que núc: Capua est: ab Samnitibus captã. Capuãq; ab duce eorú Capi uel quod propius uero est a cãpestri agro: appellatã ¶ Cepere autẽ: prius bello fatigatis Etruscis: in societatẽ urbis agroꝝq; accepti. deinde festo die grauatos uino epulisq; incolas ueteres: noui colõi nocturna cede adorti ¶ His rebus actis Có/sules ii: quos diximus: idibus decẽbris. Magistratú accepere ¶ Iam nõ solú: qui ad id missi erãt: retulerút ĩminere Volscú bellú: Sed legati quoq; ab Latinis: & Hernicis núciabãt: nó ante unq̃ Volscos: nec ducibus legẽdis: nec exercitui scribẽdo: intẽtiores fuisse ¶ Vulgo fremere: aut ĩ ppetuú bellú: armaq; obliuiõi dãda: iugúq; accipiendú: aut iis cú qbus de impio certetur: nec uirtute: nec patientia: nec disciplina rei militaris: cedendú eẽ ¶ Haud uana attulere. Sed nec pinde patres moti sunt. et. A. Sẽpronius cui ea Prouincia sorte euẽit: tanq̃ cóstantissime rei fortuna fretus: qđ uictoris populi exercitú aduersus uictos duxisset: oĩa temere: ac negligenter egit. adeo ut discipline romane plus in Volsco exercitu q̃ in Romano esset ¶ Ergo fortuna: ut sepe alias: uirtutẽ est sequuta. Primo ṗlio: qđ a Sẽpronio incaute: incósulteq; cómissum est: nó subsidiis firmata acie: nó eqte apte locato: cócursum ẽ ¶ Clamor inditiú primú fuit: quo res ĩclinatura eẽt: excitatior: crebriorq; ab hoste sublatus. Ab Romanis dissonus: impar: segnis: sepe iteratus: incerto clamore: prodidit pauorẽ: animoꝝ ¶ Eo ferocior illatus hostis: urgere scutis: micare gladiis ¶ Altera ex parte nutãt circunspectãtibus galee. et ĩcerti trepidãt. applicãtq; se turbe. signa núc resistẽtia deferunt̃ ab ãsigna/nis. nunc inter suos manipulos recipiunt̃ ¶ Nondú fuga certa: nondú uictoria erat: tegi magis Romanus: q̃ pugnare. ¶ Volsci inferre signa. urgere aciẽ. plus cedis hostiú uidere: q̃ fuge. ¶ Iam in oĩbus locis cedit̃: nequicq̃ Sẽpronio Cósule obiurgãte: atq; hortãte. nihil nec impium: nec maiestas ualebat ¶ Dataq; mox terga hostibus forẽt: ni. Sex. Tẽpanius Decurio eqtum: labẽte iam re presẽti animo subuenisset. Qui cum magna uoce exclamasset: ut eqtes q saluam rempublicã uellent esse: ex eqs desilirent: Omniú turmaꝝ eqtibus: uelut ad Cósulis impium motis: nisi hec inqt armata cohors sistat impetú hostiú: actú de impio est. Seqmini ꝑ uexillo cuspidẽ meam. ostendite romanis: uolscisq;: neq; eqtibus uobis ullos eqtes: neq; peditibus eẽ pedites pares ¶ Cum clamore approbata adhortatio eẽt. uadit alte cuspidẽ gerẽs. q̃cunq; incedunt ui uiã faciút. eo se inferút obiectis parmis: ubi suoꝝ plurimú laborẽ uident. restituút oĩbus locis pugnã: in que eos impetus tulit ¶ Nec dubiú erat: qn si tã pauci simul obire oĩa possẽt: terga daturi hostes fuerĩt ¶ Et cú iã ṗte nulla substinerent̃: dat signú Volscus Imꝑator: ut parmatis noue cohorti hostiú locus det̃. donec impetu illatis ab suis ex/cludant̃ ¶ Quod ubi factú est: interclusi eqtes: nec ꝑrumpe eadẽ: q̃ trãsierant: possút. ibi maxime cófertis hostibus: q̃ uiam fecerant ¶ Cósul legióesq; Romane cum quod tegimẽ mó oĩs exercitus fuerat: ne tot fortissimos uiros ĩterclusos oppmeret hostis: tẽdunt ĩ quencúq; casum. diuersi. ¶ Volsci hinc Cósulem ac legióes substinere. Altera fróte instare Tẽpanio atq; eqtibus: q cú sepe conati neqssent ꝑrumpe ad suos: tumulo quodã occupato: in orbem se tutabant̃. neq̃ q̃ inulti. nec pugne finis ante noctẽ fuit. Cósul quoq; nusq̃ remisso certamĩe: dú qcq̃ supfuit luminis hostẽ tenuit. nox ĩcertos diremit ¶ Tãtusq; ab imprudẽtia euẽtus utraq; castra tenuit pauor: ut relictis sauciis: et magna ṗte impedimentoꝝ: ambo ꝓ uictis exercitus se in mótes ꝓximos reciperent. ¶ Tumulus tamẽ circúsessus ultra mediã ẽ noctẽ. Quo cú circũsedẽtibus denútiatum

eēt castra deserta eē: uictos rati suos: et ipsi q̄queng; in tenebris pauor tulit: fugerūt.
¶ Tēpanius metu insidiarū suos ad lucē tenuit. digressos deīde ipe cū paucis speculatū:
cū ab saucis hostibus sciscitādo cōperisset castra Volscoꝝ deserta eē: letus ab tumulo
suos deuocat. & in castra romana penetrat. ubi cū uasta desertaq; oīa atq; eandem:
quā apud hostes feditatē inuenisset: priusq̄ Volscos cognitus error reduceret: quibus
poterat saucis ductis secū: ignarusq̄ regionē Cōsul petisset: ad urbē ꝓximis itineribus
ꝑgit. ¶ Iam eo fama pugne aduerse: castroꝝq; desertoꝝ perlata erat ¶ Et ante oīa
deplorati erāt eqtes: nō ꝑuato magis: q̄ publico luctu ¶ Fabiusq; Cōsul terrore: Vrbi
quoq; iniecto: statiōes ante portas agebat ¶ Cū eqtes ꝓcul uisi: nō sine terrore ab du/
bis: q nā eēnt: Mox cogniti: tantā ex metu leticiā fecere: ut clamor urbē ꝑuaderet:
gratulantium: saluos uictoresq; redisse eqtes ¶ Et ex mestis paulo ante domibus que
cōplorauerant suos: ꝓcurrerēt in uias. pauideq; matres ac coniuges oblite pre gaudio
decoris: obuiā agmini accurrerēt. In suos quoq; simul corpe: atq; aīmo uix ꝑ gaudio
cōpotes effuse. ¶ Tribunis Plebis q. M. Postumio et. T. Quintio diē dixerant: qđ ad
Veios eoꝝ opa male pugnatū eēt: occasio uisa ē: ꝑ recēs odiū Sēpronii Cōsulis: reno/
uāde In eos inuidie Itaq; aduocata contōe: cū ꝑditā Veis Rēpublicā eē ab Ducibus:
ꝑditum deinde: qa illis impune fuerit: ī Volscis ab Cōsule exercitū: traditos ad cedem
fortissimos equites: deserta fede castra uociferati essent. C. Iunius unus ex Tribunis
Tēpanium eqtem uocari iussit: corāq; eis. ¶ Tēpani inqt quero de te: arbitreris ne. A.
Semproniū Consulē: aut in tempe pugnā inisse? aut firmasse subsidiis aciē? aut ullo
boni Cōsulis functū officio? Et cū ipe uictis legiōibus romanis tuo cōsilio eqtem ad
pedites deduxeris: restitueris q; pugnā: Excluso deīde ab acie nostra tibi atq; eqtibus:
Num aut Consul ipse subuenerit: aut miserit presidium ¶ Postero deniq; die: ecquid
ꝑsidii usq̄ habueris? an tu: cohorsq; ī castra uestra uirtute ꝓruperitis? ¶ Ecquē ī castris
Consulē: ecquē exercitū inueneritis ¶ An deserta castra: relictos saucios milites? Hec
ꝓ uirtute tua: fideq; q̄ una hoc bello Respublica stetit: dicēda tibi sunt hodie. ¶ De/
niq; ubi. A. Sempronius: ubi legiones nostre sint? desertus sis: an deserueris Consulem:
exercitūq;? uicti deniq; simus: an uicimus? Aduersus hec Tēpanio oratio incōposita
fuisse dicit̄. ceterum militariter grauis: nō suis uana laudibus: nō crimine alieno læta.
¶ Quāta prudētia rei bellice in. A. Sēpronio eēt: nō militis de Impatore estimationē
eē. sed Populi Rōani fuisse: cū eū Comitiis Cōsulem legeret. Itaq; ne ab se Impatoria
cōsilia: neu Cōsulares artes exqrerent: que pensitāda quoq; magnis animis: atq; īgeniis
eēnt. sed quod uiderit referre posse. uidisse aūt se ꝑus q̄ ab acie intercluderet̄ Consulē
in ꝑma acie pugnātem. adhortātem inter signa Romana. telaq; hostium uersantem.
postea se ab cōspectu suorum ablatū: ex strepitu: et clamore sensisse usq; ad noctem
extractū certamen. nec ad tumulū: quē ipse tenuerat: pre multitudine hostiū perrūpi
potuisse ¶ Exercitus ubi eēt: se nescire. arbitrari: uelut ipse in re trepida loci presidio se:
suosq; sit tutatus: sic Consulē seruādi exercitus causa: loca tutiora castris cepisse ¶ Nec
Volscoꝝ meliores res eē credere: q̄ populi Romani. Fortunā: nocteq; omnia terroris
mutui implesse. ¶ Precanteq; demū ne se fessum labore: ac uulneribus tenerēt: cū ingēti
laude nō uirtutis magis: q̄ moderationis dimissum ¶ Cū agerent̄ hec iam Consul uia
Lanicana ad fanū Quietis erat. Eo missa plaustra iumētaq; alia ab urbe: exercitū
affectū ꝑlio: ac uia nocturna excepere. ¶ Paulo post in urbē est ingressus Cōsul nō
ab se magis enixe amouens culpā: q̄ Tempaniū meritis laudibus ferēs. Meste ciuitati
ab re male gesta: et irate Ducibus. M. Postumius reus obiectus: q Tribunus Militū ꝓ
Cōsule ad Veios fuerat. decēmilibus eris grauis damnat̄. T. Quintiū Collegā eius: qa

in Volscis Consul auspicitio Dictatoris Postumii Tuberti: et ad Fidenas Legatus Dictatoris alterius Mamerci Emilii res prospere gesserat: totã culpã eius tẽporis in predamnatũ Collegã transferentẽ: om̃es tribus absoluerũt ¶ Profuisse ei Cincinnati patris memoria dicit: uenerabilis uiri: & exacte iã etatis ¶ Capitolinus Quintius sup/plicater orãs: ne se breui reliquo uite spatio tã tristẽ nũtiũ ferre ad Cicinnatũ paterẽt. ¶ Plebs Tribunos plebis abñtes: Sex. Tẽpaniũ. A. Selliũ et Antistiũ et Spuriliũ fecit: quos & p Centurionibus sibi p̃fecerant. tẽpanio autore equites. ¶ Senatus: cum odio Sempronii cõsulare nomẽ offẽderet: tribunos militũ cõsulari potestate creari iussit. ¶ Creati sũt. L. Mãlius Capitolinus. Q. Antõius Merẽda. L. Papyrius Mugilanus. ¶ Pricipio statim ãni. L. Hortẽsius Tribunus Plebis. A. Sẽpronio Cõsuli ãni p̃oris diẽ dixit ¶ Quẽ cũ q̃ttuor College ĩ spectãte populo Rõano orarẽt: ne Impatorẽ suũ obnoxiũ: in quo nihil p̃ter fortunã rep̃hendi posset: uexaret: Egre Hortensius pati. tẽptationem eam credẽs eẽ p̃seuerantie sue. nec p̃cibus Tribunoꝝ: que in speciẽ mõ iactẽnt: sed auxilio cõfidere reũ. Itaq; mõ ad eũ cõuersus: ubi illi patritii spiritus: ubi sub nisus & fidẽs innocẽtie aĩmus eẽt: querebat. sub Tribunitia umbra Consularẽ uirũ delituisse. mõ ad Collegas. ¶ Vos aũt si rẽ pago: qd acturi estis? an erepturi qdẽ ius populo? & euersuri Tribunitiã potestatẽ ¶ Cum illi & de Sẽpronio: & de om̃ibus summã Populi Ro. potestatem eẽ dicerẽt: nec se iudiciũ populi tollere: aut uelle: aut posse: Sed si p̃ces sue p Impatore: q sibi parẽtis eẽt loco: nõ ualuissent: se uestẽ cũ eo mutaturos: ¶ Tũ Hortẽsius nõ uidebit inqt Plebs Rõana sordidatos Tribunos suos A. Sẽproniũ nihil moror: qñ hoc ẽ in Impio cõsequutus: ut tã carus eẽt militibus: nec pietas minus Tribunoꝝ: q̃ hortẽsii tã placabile ad iustas p̃ces ingeniũ pariter Plebi: Patribusq; gratius fuit. ¶ Nõ diutius fortuna eqs ĩdulsit: q ambiguã uictoriã pro sua ãplexi fuerant. p̃ximo anno cũ. M. Fabio Vibulano: et. T. Quintio Capitolino: filio Capitolini Cõsulibus ductu Fabii: cui forte ea Prouintia euenerat: nihil dignũ memoratu actũ. cũ trepidã tantũ ostẽdissent aciẽ ¶ Equi turpi fuga fundunt: haud magno Cõsulis decore. Itaq; triũphus negatus ¶ Ceterũ ob Sẽproniane cladis eleuatã ignominiã: ut ouãs urbẽ ĩtraret: cõcessum ẽ ¶ Queadmodũ bellũ miore: q̃ timuerãt: dimicatiõe erat p̃fectum: sic ĩ urbe ex tranqllo: nec opinata moles discordiaꝝ inter Plebẽ: ac Patres exorta ẽ. cepta a duplicãdo questoꝝ numero. quã rẽ: p̃ter duos ur/banos Questores: duo q Cõsulibus ad ministeria belli p̃sto eẽnt. a Cõsulibus relatam: cũ & patres summa ope approbassẽt: Cõsulibus Tribuni Plebis certamẽ intulerũt: ut p̃s Questoꝝ (Nã ad id tẽpus Patritii: creati erãt) ex plebe fieret. aduersus quã actionẽ p̃mo & cõsules & patres summa ope adnixi sunt. Cõcedendo deinde: ut queadmodum in Tribunis Cõsulari p̃tãte creãdis: usi sunt: id eq; in Questoribus liberũ esset arbitriũ Populi Ro: cũ parũ p̃ficerent: totã rẽ: de augẽdo Questoꝝ numero omittũt ¶ Ex/cipiunt omissam tribuni alieq; sub inde: inter quas & Agrarie legis seditiose actiones existũt. Per quos motus: cũ Senatus Cõsules q̃ Tribunos creari mallet: neq; posset p intercessiões Tribunitias Senatus Cõsultũ fieri: Respub. a Cõsulibus ad interregnũ: neq; id ipsum (nã coire Patritios Tribuni p̃hibebant) sñ certamine ingẽti: redit ¶ Cum p̃s maior ĩ sequẽtis anni p nouos Tribunos Plebis et aliquot Interreges certaminibus extracta eẽt: mõ p̃hibentibus Tribunis Patritios coire: ad p̃dendum Interregem mõ Interregẽ ĩterpellãtibus: ne Sẽatus Cõsultũ de comitiis Cõsularibus faceret. Postrẽo L. Papyrius Mugilanus p̃ditus Interrex castigãdo nũc Patres: nũc Tribunos Plebis: desertã omissãq; ab homĩbus Rẽpublicã deoꝝ p̃uidentia: curaq;: exceptã mẽorabat. Veiẽtibus indutiis: & cõtatione Equoꝝ stare. unde siqd instrepat terroris: sñ patritio

Magistratu placere Rempublicã opp̃mi. nõ exercitũ. nõ ducẽ scribẽdo exercitui eẽ. an bello intestino bellũ externũ ꝓpulsaturos? Que si in unũ cõueniant: uix deorum opibus: quin obruat̃ Romana res: resisti posse. qn illi remittẽdo de summa quisq; iuris: remedius copularẽt Concordiã. Patres: patiẽdo Tribunos militũ pro Cõsulibus fieri: tribunos Plebis: nõ intercedẽdo quo minus quattuor Questores ꝓmiscue de Plebe ac Patribus: libero suffragio Populi fierẽt. Tribunitia p̃mum cõitia sũt habita. Creati Tribuni Cõsulari p̃tãte om̃es Patritii. L. Quintius Cincinnatus tertiũ. Sex. Furius Medullinus iterũ Martius Manlius et. A. Sẽpronius. Hoc Tribuno Questorum Comitia habente: petẽtibusq; inter aliquot Tribunos Plebeios filio Antistii Tribuni Plebis: & fratre alterius tribuni plebis. Sex. Põpilii: nec potestas: nec suffragatio eoꝝ ualuit: qn quoꝝ patres auosq; cõsules uiderãt: eos nobilitate p̃ferrent. Furere om̃es Tribuni Plebis ante om̃es Põpilius Antistiusq; q repulsa suoꝝ accẽsi: qd nã id rei eẽt: ꝙ nõ suis bñficiis: nõ patrũ iniuriis: nõ deniq; usurpãdi libidine: cum liceat: ꝙ nõ ante licuerit: Si nõ tribunũ militarẽ ne Questorẽ qdem queq̃ ex plebe factũ. nõ ualuisse patris ꝑ filio: fratris ꝑ fratre p̃ces: Tribunoꝝ Plebis: p̃tãtis sacro sancte: ad auxilium libertatis create. Fraudẽ ꝓfecto in re esse. et A. Semproniũ comitiis plus artis adhi/buisse: q̃ fidei. eius iniuria queri suos honore deiectos. Itaq; cũ in ipsum & innocẽtia tutũ: & magistratu: ĩ quo tũc erat: impetus fieri nõ posset: flexere iras in. C. Sẽproniũ patruelẽ. A. Sẽpronii. eiq; ob ignominiã Volsci belli adiutore Collega. M. Canuleio diẽ dixere. Sub inde ab eisdem tribunis mentio in Senatu de agris diuidendis illata est. cui actiõi semꝑ acerrime. C. Sẽpronius restiterat: ratus id quod erat: aut deposita cã leuiorẽ futurũ apud Patres reũ: aut ꝑseuerãtem ꝑ subiudicii tẽpus: Plebẽ offẽsurũ. aduerse inuidie obiici maluit: & sue nocere cause: q̃ publice deesse. Stetitq; in eadem sentẽtia: ne q̃ largitio cessura in triũ gratiã tribunoꝝ fieret. nec tũ agrũ Plebi: sed sibi inuidiã queri. se quoq; subiturũ eã potestatẽ forti animo. nec Senatui tãti se ciuẽ: aut queq̃ aliũ debere eẽ: ut in ꝑcendo uni malũ publicũ fiat. Nihilo demissiore animo cũ dies uenit: causa ipsa ipse ꝓ se dicta ne q̃q̃ om̃ia exꝑtis Patribus: ut mitigarẽt Plebẽ: qndecim milibus eris damnat̃. Eodẽ ãno Postumia uirgo Vestalis de incestu causã dixit. crimine innoxia: ob suspitionem ꝓpter cultũ ameniorem: ingeniumq; liberius: q̃ uirginẽ decet parũ abhorrẽs: famã ampliatã. deĩde absolutã ꝓ collegii sentẽtia: Põ/tifex maximus abstinere iocis: coliq; sancte potius: q̃ scite iussit. Eodẽ ãno a cãpanis Cume: quã greci tũ urbẽ tenebãt: capiuntur. Insequens annus Tribunos Militum Cõsulari potestate habuit Agrippã Meneniũ Lanatũ. P. Lucretiũ Tricipitinum: et. Sp. Nautiũ. Annus felicitate Populi Ro. periculo potius ingẽti: q̃ clade insignis. Seruitia urbẽ ut ĩcenderẽt distãtibus locis: cõiurarũt. populoq; ad opẽ passim ferẽdã tectis intẽto: ut arcẽ capitoliũq; armati occuparẽt. Auertit nefãda cõsilia Iupiter. iudicioq; duoꝝ cõprehensi sõtes: penas dederũt. Indicibus dena milia grauis eris: que tũ diuitie habebant̃: ex erario numerata. & libertas premiũ fuit. Bellũ inde ab Eq̃s reparari ceptũ. & nouos hostes Lauicanos cõsilia cũ Veiẽtibus iungere haud incertis autoribus Romã ẽ allatũ. Equoꝝ iam uelut anniuersarius armis assueuerat ciuitas. Lauicos Legati missi. cũ respõsa inde retulissent dubia: qbus nec tũc bellũ parari: nec diuturnã pacẽ fore appararet: Tusculanis negotiũ datũ: aduerterẽt animos: nequid noui tumultus Lauicis orireẽ. Ad insequẽtis ãni Tribunos militũ Cõsulari potestate inito magistratu ab Tusculo Legati uenerunt. L. Sergiũ Fidenatẽ. M. Papyrium Mugilanũ: & Claudiũ Seruiliũ. A. Seruilii Prisci filiũ: quo Dictatore Fidene capte fuerãt: Nũtiabãt legati Lauicanos arma cepisse. & cũ Equoꝝ exercitu depopulatos

agrũ Tusculanũ: castra in Algido posuisse. ¶ Tum Lauicanis bellũ indictũ. factoq; Senatus Cõsulto ut duo ex Tribunis ad bellũ ꝓficiscerent: Vnus res Rome curaret: Certamẽ subito inter Tribunos exortũ. se quisq; belli ducem potiorẽ ferre. curã urbis ut ingratã ignobilẽq; aspnari ¶ Cũ parũ decoꝝ inter Collegas certamẽ mirabũdi Patres cõspicerent. Q. Seruilius: qñ nec ordinis huius ulla inqt nec Reipublice ẽ uerecũdia: patria maiestas altercationẽ istã dirimet. filius meus extra sortem ꝑerit Vrbi. bellum utinã q appetũt cõsideratius: cõcordiusq;: q̃ cupiũt: gerãt. delectũ haberi nõ ex toto passim Populo placuit. decem tribus sorte ducte sunt ¶ Ex his scriptos iuniores duo Tribuni ad bellũ duxere ¶ Cepta inter eos in urbe certamina cupiditate eadẽ Impii multo impẽsius in castris accendi. nihil sentire Idem. pro sentẽtia pugnare. sua cõsilia uelle: sua Impia sola rata eẽ. cõtemnere inuicẽ. & contẽni. donec castigãtibus legatis tandẽ ita compatũ ẽ: uel alternis diebus summã Impii haberẽt. Que cũ allata Romã eẽnt: dicit. Q. Seruilius etate & usu doctus ꝓcatus ab diis immortalibus: ne discordia tribunoꝝ lacbrymosior reipublice eẽt: q̃ ad Veios fuisset. & uelut haud dubia clade imminẽte: intimasse filio ut milites scriberet. et arma paret ¶ Nec falsus uates fuit. nã ductu. L. Sergii: cuius dies impii erat: loco iniquo sub hostiũ castris: cum: qa simulato metu receperat se hostis ad uallũ: Spes uana expugnãdi castra eo traxisset: repẽtino impetu Equoꝝ ꝑ supinã uallẽ fusi sũt. multiq; ĩ ruina maiore: q̃ fuga oppssi obtrũ/catiq;. castra eo die egre retẽta. ¶ Postero die circũfusis iã magna ex ꝑte hostibus: ꝑ auersam portã fuga turpi deserunt ¶ Duces: Legatiq;: & quod circa signa roboris de exercitu fuit: Tusculũ petiere ¶ Palãtes alii ꝑ agros passim multis itineribus: maioris: q̃ accepta erat: cladis nũtiu: Romã cõtenderunt ¶ Minus trepidatiõis fuit: ꝙ euentus timori hominũ cõgruẽs fuerat. & ꝙ subsidia: que respicerẽt ĩ re trepida: ꝑparata erãt. Ab Tribuno militũ. iussuq; eiusdẽ per minores Magistratus sedato in Vrbe tumultu: speculatores ꝑpere missi nũtiauere: Tusculi Duces: exercitũq; eẽ. hostem castra loco nõ mouisse. & ꝙ plurimũ animorum fecit: Dictator ex Senatus Cõsulto dictus. Q. Seruilius Priscus: uir cuius ꝓuidentiã in Repu. cũ multis aliis tẽpestatibus ante exꝑta ciuitas erat: Tũ euẽtu eius belli: ꝙ uni certamẽ tribunoꝝ suspectũ: ãte rẽ malegestã fuerat. Magistro eqtum creato: a quo ipo tribuno militũ Dictator erat dictus: filio suo: ut tradidere qdam: Nam alii Halã Seruiliũ Magistrum eqtum eo anno fuisse scribũt: Nouo exercitu ꝑfectus ad bellũ: accitis q Tusculi erant: duo milia passuũ ab hoste locũ castris cepit ¶ Transierat ex re bene gesta negligẽtia: suꝑbiaq; ad Equos: que ĩ Rõanis ducibus fuerat. Itaq; ꝑmo stati ꝑlio cũ Dictator eqtatu Añsignanos hostiũ turbasset: legionũ inde signa inferri ꝑpere iussit. Signiferũ quoq; ex suis unũ contantẽ occidit. tãtus ardor ad dimicandũ fuit: ut Impetũ Equi nõ tulerit. uictiq; acie cũ fuga effusa petissent castra: breuiore tempe: & certamine minor castroꝝ op/pugnatio fuit: q̃ ꝑlium fuerat. direptisq; castris: cũ predã Dictator militi cõcessisset: sequutiq; fugientẽ ex castris hostẽ eqtes renũtiassẽt: omẽs Lauicanos uictos: magnã ꝑtem equoꝝ Lauicos cõfugisse: Postero die ad Lauicos ductus exercitus. oppidũq; corona circũdatum: scalis captũ: ac direptũ ẽ. ¶ Dictator exercitu uictore Romam reducto: die octaua: q̃ creatus erat: Magistratu se abdicauit ¶ Et opportũe Senatus priusq̃ a tribunis Plebis agrarie seditionis mẽtiones illate de agro Lauicano diuidẽdo fierẽt: cẽsuit freqũẽs Coloniã Lauicos deducendam ¶ Coloni ab urbe mille qngenti missi: bina iugera acceperunt. Captis Lauicis ac deinde Tribunis militum Consulari potestate Agrippa Menenio Lanato et. P. Lucretio Tricipitino Iterũ: omĩbus his &. Sp. Rutilio Crasso ¶ Et in sequẽte anno A. Sẽpronio Atracino tertiũ: & duobus

DICTATOR Q SERVILIUS PSCUS

Lauicani et equi victi

TRI MI CO PO BIENIO FACTA

33

iterũ. M. Papyrio Mugilano: &. Sp. Nautio Rutilio Biẽnium tranqlle externe res: discordia domi: ex Agrariis legibus fuit. ¶Turbatores uulgi erãt. Sp. Mecilius q̃rtum: et Metilius tertiũ Tribuni Plebis: ambo absẽtes creati. Et cũ rogationẽ ꝓmulgassent: ut ager ex hostibus captus uiritim diuideretur: magneq; partis nobiliũ eo Plebiscito publicarent̃ fortũe: nec. n. ferme qcq̃ agri: ut ĩ urbe: alieno solo posita nõ armis patũ erat: nec quod uenisset: assignatumue publice eẽt: ꝑter q̃ Plebs habebat. Atrox Plebi Patribusq; ꝓpositum uidebat̃ certamẽ. nec Tribuni militũ nũc ĩ Senatu: nũc ĩ cõsiliis ꝓuatis ꝓncipum cogẽdis uiã cõsilii inueniebãt. ¶Tũc. Ap. Claudius nepos eius: q Decẽuir legibus scribendis fuerat: minimus natu ex patrũ cõsilio: dicit̃ dixisse: uetus se ac familiare consiliũ domo afferre: ꝓauũ suũ. Ap. Claudiũ ostendisse uiã unã dissoluẽde Tribunitie potestatis: ꝑ Collegarum intercessionem. facile homines nouos autoritate Principũ de sentẽtia deduci: si temporꝫ interdũ potiusq̃ maiestatis memor adhibeat̃ oratio. ꝓ fortuna illis aĩmos eẽ. ubi uideãt Collegas Principes agẽde rei gratiã omnẽ ad Plebẽ ꝓoccupasse: nec locũ ĩ ea relictũ sibi haud grauate acclinaturos se ad causã Senatus: ꝑ quã uniuerso ordini cũ ꝓmoribus se Patrũ cõcilient. ¶Approbãtibus cũctis: & ante omnis. Q. Seruilio Prisco: ꝙ non degenerasset ab stirpe Claudia: collaudante iuuenẽ: negotiũ dat̃: ut quos quisq; posset ex Collegio Tribunorꝫ ad intercessionem ꝑlicerent. ¶Misso Senatu prehensant̃ ab Principibus Tribuni. Suadendo. monendo. pollicẽdoq;. gratũ id singulis ꝓuatim: gratũ uniuerso Senatui fore. ¶Sex ad intercessionẽ cõparauere. ¶Postero die cũ ex cõposito relatũ ad Senatũ eẽt: de seditiõe: quã Mecilius Metiliusq; largitiõe pessimi exẽpli concirent: Eæ orationes a Primoribus Patrũ habite sunt: ut ꝓ se qsq; iam nec consiliũ sibi suppetere diceret: nec se ullã opem cernere aliã usquã: ꝑter q̃ in Tribunitio auxilio. In eius potestatis fidem circũuentã Rempublicã: tanq̃ priuatũ inopẽ cõfugere. preclarum ipsis: potestatiq; esse: non ad uexandũ Senatũ: discordiãq; ordinũ mouendam: plus in Tribunatu uirium esse: q̃ ad resistendũ improbis Collegis. Fremitus deinde uniuersi Sẽatus ortus. Cũ ex omnibus ꝑtibus Curie Tribuni appellarent̃: tũ silẽtio facto: ii q preꝑati erant gratia Principũ: quã rogationẽ a Collegis ꝓmulgatam Senatus cẽseat dissoluẽde Reipublice esse: ei se intercessuros ostẽdunt. ¶Gratie intercessoribus a Senatu acte. ¶Latores rogationis cõtione aduocata: ꝓditores cõmodorum Plebis ac seruos Cõsulariũ appellãtes: aliaq; truci oratiõe in Collegas inuecti actionẽ deposuere. ¶Ardua bella insequẽs annus

TRI·MI·PO·CON

habuisset: quo. P. Cornelius Cossus. C. Valerius Potitus. Q. Cincinatus. Cn. Martius. et. M. Fabius Vibulanus Tribuni militũ Cõsulari potestate fuerãt: nisi Veiẽs bellũ religio Pricipũ distulisset. quorꝫ agros Tyberis sup ripas effusus: maxĩe ruinis uillarꝫ: uastauit. Simul Equos triẽnio ãte accepta clades ꝓhibuit Volanis: sue gẽtis populo presidiũ ferre. ¶Excursiones inde in coufinẽ agrũ Lauicanũ facte. nouisq; Colonis bellũ illatum. Quã noxã cũ se cõsensu omniũ Equorꝫ defẽsuros sperassent: deserti ab suis: ne mẽorabili qdem bello: ꝑ obsidionẽ: leuẽq; unã pugnã: oppidũ & fines amisere. Temptatũ ab. L. Decio Tribuno Plebis: ut rogationẽ ferret: qua Volas quoq;: sicut Lauicos colõi mitterent̃. ꝑ intercessionẽ Collegarũ: q nullũ Plebiscitũ nisi autoritate Senatus: passuros se ꝑferri ostẽderunt: discussum ẽ. Volis insequẽte anno receptis Eq: coloniaq; eo deducta: nouis uiribus oppidũ firmarũt. Tribunis militũ Rome Cõsulari potestate: Cn. Cornelio Cosso: L. Valerio Potito. Q. Fabio Vibulano Iterũ:

TRI·MI·PO·CO·

&. M Postumio Regilẽsi. huic bellũ aduersus Equos ꝑmissum ẽ: praue mẽtis homini quã tamẽ uictoria magis: q̃ bellũ ostẽdit. Nam exercitu impigre scripto: ductoq; ad Volas: cũ leuibus ꝓliis equorꝫ animos fregisset: Postremo ĩ oppidum irrupit. deinde

ab hostibus in ciues certamē uertit. Et cū inter oppugnationem predam militis fore
edixisset: capto oppido fidē mutauit. ¶ Eā magis adducor: ut credā ire cām exercitui
fuisse: q̄ ꝙ in urbe nuper direpta: Coloniaq; noua: minus predicatiōe Tribuni prede
fuerit. ¶ Auxit eam: iram postq̄ ab Collegis accersitus ꝓpter seditiones Tribunitias in
urbē reuertit: audita uox eius: ī cōtiōe stolida: ac ꝓpe uecors: q̄. M. Festio Tribuno
Plebis: legē Agrariā ferēti: simul Volas quoq; ut mitterent Coloni: laturū se dicenti:
dignos. n. esse: q armis cepissent eoꝶ urbē: agrūq; Volanū eē. ¶ Malū qdem militibus
meis inqt: nisi qeuerint. ꝙ auditū nō cōtionē magis: q̄ mox Patres offēdit. ¶ Tribunus
Plebis acer: nec infacūdus: nactus inter aduersarios sup̱bum ingeniū: immodicamq;
lingā: quāq̄ irritādo agitādoq; in eas impelleret uoces: que inuidie nō ipsi tantū: sed
cause: atq; uniuerso ordini essent: Neminem ex Collegio Tribunoꝶ militū sepius: q̄
Postumiū in disceptationē trahebat. ¶ Tū uero secundū tam seuū: atq; inhumanum
dictū: audítis inqt Quirites Sicut seruis malum minantem militibus? tamē hec belua — *Verba Festi tr. pl. ꝓ pro[?]*
dignior uobis tāto honore uidebit: q̄ q uos urbe: agrisq; donatos in Colonias mittūt.
q sedē senectuti uestre prospiciūt. q ꝑ uestris cōmodis aduersus tam crudeles sup̱bosq;
aduersarios depugnāt. Incipite deinde mirari cur pauci iā uestram suscipiāt causam:
quid ut a uobis sperent: an honores? quos aduersariis uestris potius: q̄ ꝓpugnatoribus
datis? Ingemuistis mō uoce huius audita. qd id refert? Iam si suffragiū det: hunc qui
malū uobis minat: uis q agros sedesq; ac fortunas stabilire uolūt: ꝑferetis? Perlata hec
uox Postumii ad milites: multo ī castris maiorē indignationē mouit. prede ne inter/
ceptorē: fraudatorēq; etiam malū minari militibus? Itaq; cum fremitus apte esset: &
Questor. P. Sestius eadē uiolētia cohercere seditionē putaret posse: qua mota erat:
misso ad uociferantē quēdā militē lictore: cū inde clamor & iurgiū oriret: saxo ictus
turba excedit. Insup increpāte q uulnerauerat: habere Questorem: ꝙ Impator esset
militibus minatus. Ad hunc tumultū accitus Postumius asperiora oīa fecit: acerbis
questiōibus: crudelibus suppliciis. Postremo cū modū ire nullū faceret: ad uocifera/
tionē eoꝶ: quos necari sub crate iusserat: occursu facto: ipse ad interpellātis poenam
uecors de tribunali decurrit. Ibi cū submouētes passim lictores cēturionesq; uexarēt
turbā: eo īdignatio erupit: ut Tribunus militū ab exercitu suo lapidibus cohoperiret. — *TRIBUNUS MILITARIS lapidibus ab suo exercitu obrutus.*

Quod tā atrox facinus postq̄ ē Romā nūtiatū: Tribunis militū de morte College
questiōes decernētibus: Tribuni Plebis intercedebāt. Sed ea contentio ex certamine
alio pendebat. ꝙ cura incesserat Patres: ne metu questionum Plebs: Iraq;: Tribunos
militū ex Plebe crearet. Tendebātq; summa ope: ut cōsules crearent. Cū Senatus Cō/
sultū fieri. Tr. Pl. nō paterent: idē ītercederēt Cōsularibus Cōitiis: res ad Interregnū
redit. Victoria deinde penes Patres fuit. ꝙ. Q. Fabio Vibulano Interrege Comitia — *CONS. A. cornelius cossus*
habēte: Cōsules creati sūt. A. Cornelius Cossus et. L. Furius Medullinus. his Cōsulibus — *L. furius Medullinus.*
ꝑncipio anni Senatus Consultū factū est: ut de questiōe Postumiane cedis Tribuni
ꝑmo quoq; tempe ad Plebē ferrēt. plebsq; preficeret questioni: quem uellet. ¶ A Plebe:
cōsensu populi: Cōsulibus negotiū mandat. q sūma moderatiōe ac lenitate ꝑ paucoꝶ
suppliciū: quos sibimetipsos cōscisse mortē satis creditū est: Transacta re: nequere tn̄
cōseq: ut nō egerrīe id Plebs ferret. iacere tā diu irritas sanctiōes: que de suis cōmodis
ferrent: cū interim de sanguine ac supplicio suo latā legē cōfestim exerceri. & tantā
uim habere. Aptissimū tēpus erat uīdicatis seditiōibus: delinimētū animis Volani agri
diuisionē obici. quo facto minuissēt desideriū Agrarie legis: que possesso ꝑ iniuriam
agro publico Patres pellebat. Tūc hec ipsa indignitas augebat animos: nō ī retinēdis
mō publicis agris: quos ut teneret ptinacem nobilitatē eē: sed ne uacuū qdem agrum

nuꝑ ex hostibus captũ: plebi diuidere. mox paucis ut cetera futurũ prede. Eodem
anno aduersus Volscos populãtes Hernicoꝝ fines legiões ducte a Furio consule cũ
hostẽ ibi nõ inuenissẽt: Ferentinũ quo magna multitudo Volscoꝝ se cõtulerat: cepe.
minus prede q̃ sperauerant: fuit. ꝙ Volsci: postq̃ spes tuẽdi exigua erat: sublatis rebus
nocte oppidum reliquerunt. Postero die ꝓpe desertum capitur. Hernicis ipse ager
dono datus. Annũ modestia tribunoꝝ qetum excepit. Tr. Pl. Licinius. Q. Fabio
Ambusto. C. Furio. Petilio Cõsulibus. Is cũ principio statim ãni: uelut pensũ nomis
familieq; seditiões Agrariis legibus ꝓmulgandis cieret: pestilẽtia coborta: minacior tñ
q̃ ꝑniciosior: cogitatiões hoĩm a foro certamĩbusq; publicis ad domũ curãq; corpoꝝ
nutriẽdorum auertit. minusq; eam damnosam fuisse: q̃ seditio futura fuerit: credunt.
Defuncta ciuitate plurimoꝝ morbis: ꝑpaucis funeribus: Pestilentem annũ inopia
frugũ: neglecto cultu agroꝝ: ut plerunq; fit: accepit. P. Atratino. C. Nautio Rutilo
Cõsulibus. iam fames: q̃ pestilẽtia tristior erat: ni dimissis circa omẽs populos legatis: q
Etruscũ mare: qq; Tyberim accolũt: ad frumentũ mercandũ: annõe foret subuentũ.
Suꝑbe a Sãnitibus: q Capuã babebãt: Cumasq; Legati ꝓhibiti cõmertio sũt. Cõtra
ea benigne ab Siculoꝝ Tyrannis adiuti. Maximos cõmeatus sũmo Etrurie studio
Tyberis deuexit. Solitudinẽ in ciuitate egra exꝑti Cõsules sunt: cũ in Legatiões: nõ
plus singulis Sẽatoribus inuẽtis: coacti sũt binos eqtes aducere. Preter q̃ ab morbo:
annonaq;: nibil eo biẽnio intestini externiue incõmodi fuit. At ubi be solitudines
discessere: omnia qbus turbari solita erat ciuitas: domi discordia: foris bellũ: exortum.
Martio Emilio. P. Valerio Potito Cõsulibus Equi bellũ parabãt. Volscis: quanq̃
nõ publico cõsilio capessentibus arma: uolũtariis mercede sequutis militiã. ad quorũ
famã bostiũ (iam enim in Latinũ Hernicũq; descẽderant agrum) delectũ habentem
Valeriũ Cõsulẽ Martius Menenius Tribunus. Pl. legis Agrarie lator cũ impediret:
auxilioq; Tribuni nemo inuitus sacramẽto diceret: repẽte nuntiatẽ arcẽ caruentanam
ab bostibus occupatã esse. Ea ignominia accepta cũ apud Patres inuidie Menenio
fuit: tũ ceteris Tribunis: iam ante prepatis ĩtercessoribus legis Agrarie ꝑbuit iustiorẽ
causam resistẽdi College. Itaq; cũ res diu ducta per altercationẽ eẽt: Cõsulibus deos
hominesq; testãtibus: qcquid ab bostibus cladis ignominieq;: aut iam acceptũ eẽt: aut
immineret: culpã penes Meneniũ fore: q delectũ impediret: Menenio uociferante: si
iniusti domini possessiõe agri publici cederent: se moram delectui non facere: decreto
interposito: nouẽ Tribuni sustulerũt certamẽ. ꝓnuntiauerũtq; ex Collegii sentẽtia:
P. Valerio Cõsuli se dãnum: aliãq; cohercitionẽ aduersus intercessionẽ College: de/
lectus causa detractãtibus militiã inhibẽti: auxilio futuros eẽ. Hoc decreto Consul
armatus: cũ paucis appellantibus Tribunum: collum torsisset: metu ceteri sacramento
dixere. ductus exercitus ad Caruentanã arcem: quãq̃ inuisus infestusq; Consuli erat:
impigre primo statim aduentu deiectis: q in presidio erant: arcẽ recepit. Predatores
ex ꝑsidio ꝑ negligentiam dilapsi: occasionẽ apperuere ad inuadendũ. ꝑde ex assiduis
populatiõibus: ꝙ omĩa in locũ tutũ cõgesta erant: fuit aliq̃tum. uenditũ sub basta.
Cõsul in erariũ redigere Questores iussit. tũ ꝑdicans ꝑticipem ꝑde fore exercitum: cũ
militiã nõ abnuisset. Aucte inde Plebis ac militũ in Consulẽ ire. Itaq; cũ ex Senatus
Cõsulto urbem ouãs introiret: alternis inconditi uersus militari licẽtia iactati: quibus
Cõsul increpitus: Menenii celebre nomẽ laudibus fuit: cũ ad omnẽ mẽtionẽ Tribuni:
fauor circũstãtis populi: plausuq; & assensu cũ uocibus militũ certaret. Plusq; ea res:
q̃ prope sollẽnis militũ lasciuia in Consulẽ cure Patribus iniecit. et tanq̃ haud dubius
inter Tribunos militũ honos Menenii: si peteret: Cõsularibus cõitiis ẽ exclusus. Creati

Cõsules sunt. Cn. Cornelius Cossus. & . L. Furius Medullinus: iterũ ¶ Nõ alias egrius tulit plebs: Tribunitia sibi Comitia nõ cõmissa. Eũ dolorẽ Questoriis Cõitiis: simul ostẽdit: & ulta ẽ: Tũc primũ Plebeiis Questoribus creatis: ita ut in q̃ttuor creãdis uni patritio Claudio Fabio Ambusto relinqueret̃ locus. tres Plebeii Quintius Silius: P. Elius: & . P. Pipius clarissimarũ familiarũ iuuenibus preferrent̃ ¶ Autores fuisse tam liberi populo suffragii Icilios accipio: ex familia infestissima Patribus: tres in eũ annũ Tribunos Plebis creatos. hi multarũ magnarũq; rerũ molẽ auidissimo adeo populo ostentãtes: cũ affirmassent nihil se moturos: si ne Questoriis q̃dem Comitiis: que sola ꝑmiscua Plebi: Patribusq; reliq̃sset Senatus: satis animi populo esset: ad id quod tam diu uellẽt: & ꝑ leges liceret. ¶ Pro ingẽti itaq; uictoria id fuit Plebi: Questuramq; nõ honoris ipsius finẽ estimabant: sed patefactus ad Consulatũ: ac triũphos locus nouis homĩbus uidebat̃ ¶ Patres cõtra nõ ꝑ cõmunicatis: sed ꝑ amissis honoribus fremere. negare si ea ita sint: liberos tollẽdos eẽ: q pulsi maioꝝ loco: cernẽtesq; alios ĩ possessiõe dignitatis sue: Salii Flaminesq; nusquã alio q̃ ad sacrificandũ ꝑ populo: sine impiis ac potestatibus relinq̃ntur ¶ Irritatis utriusq; ptis aĩmis: cũ & spiritus Plebes sũpsisset: & tres: ad popularẽ cãm: celeberrimi nois haberet Duces: patres Questoriis cõitiis ubi utrũq; Plebi liceret: similia fore cernẽtes: tẽdere ad Consulum Comitia: que nondum ꝑmiscua eẽnt ¶ Icilii cũ Tribunos militũ creãdos dicerẽt: & tandẽ aliq̃do impertiendos Plebi hõres: sed nulla erat Cõsularis actio: quã impediẽdo: id qđ petebãt: exꝓmerẽt. cũ mira opportunitate Volscos: & Equos predatũ extra fines exisse in agrũ Latinũ Hernicũq; afferẽt ¶ Ad qđ bellũ: ubi ex Senatus Cõsulto Cõsules delectũ habere oc/ cipiũt: obstare tũc enixe Tribuni: sibi Plebiq; eã fortunã oblatã mẽorãtes ¶ Tres erãt & omẽs acerrimi uiri generosiq; iã ut inter Plebeios: duo singuli singulos sibi Consules asseruãdos assidua opa desumũt. uni cõtionibus data: nũc detinẽda: nũc cõtiẽda Plebs. ¶ Nec delectũ Cõsules: nec Comitia que petebãt Tribuni expediebãt. Inclinante se deĩde fortũa ad cãm Plebis: nũtii ueniũt: arcẽ Caruẽtanã: dilapsis ad predã militibus: q in ꝓsidio erãt: Equos: interfectis paucis custodibus arcis inuasisse. alios recurrẽtes in arcẽ: alios palãtes ĩ agris cesos ¶ Ea aduersa ciuitati res uires Tribunitie actiõi adiecit. neq̃c̃q̃. n. tẽptati ut tũ deniq; desisterẽt: impediẽdo bello: postquã nõ cessere: nec pu/ blice tẽpestati: nec sue inuidie ꝑuincũt: ut Senatus Consultũ fiat: de Tribunis Militũ creãdis. Certo tamẽ pacto: ne cuius ratio haberet̃: q eo anno Tribunus Plebis esset: ne ue q̃s reficeretur ĩ annũ Tribunus Plebis: haud dubie Icilios denotãte Senatu: quos mercedẽ seditiosi Tribunatus petere Cõsulatũ insimulabãt ¶ Tũ delectus hẽri: bellũq; oĩm ordinũ cõsensu apparari ceptũ ¶ Cõsules ãbo ꝓfecti ad arcẽ Caruentanã. an alter ad Comitia habẽda substiterit: incertũ diuersi autores faciũt. ¶ Illa ꝓ certo habẽda: in q̃bus nõ dissentiũt. ab arce Caruẽtana cũ diu neq̃c̃q̃ oppugnata eẽt: recessũ. Verru/ ginẽ in Volscis eodẽ exercitu receptã. populatiões q; et ꝓdas in Eq̃s: & in Volsco agro ingẽtes factas ¶ Rõe sicut Plebis uictoria fuit In eo: ut que mallẽt: Cõitia haberẽt: Ita euẽtu Comitioꝝ patres uicere. Nã Tribuni militũ cõsulari ptãte cõtra spes oĩum tres Patritii creati sũt. C. Iulius Tullus. Cn. Cornelius Cossus. C. Seruilius Hala. Artẽ adhibitã ferũt a Patritiis cuius eos Icilii tũ quoq; insimulabãt: ꝙ turbã indignorum candidatoꝝ intermiscẽdo dignis tedio sordiũ in q̃busdam insigniũ: populũ a Plebeiis auertissent. ¶ Volscos deinde & Equos: seu Caruẽtana arx retẽta ĩ spẽ: seu Verrugine amissum presidiũ: ad iram cũ impulisset: fama afferẽt: summa ui ad bellum cohortos.

Caput rerũ Antiates eẽ. eoꝝ Legatos: utriusq; gentis populos circũisse. castigantesq; ignauiã: ꝙ abditi intra muros: populabũdos in agris uagari Romanos ꝓore anno et

Cons. Cn. Cornelius Cossus / L. Furius Medullinus

QVESTORES · PMV · EX PLEBE · CREATI ·

Seditio plebis ...

TRI · MI · PO · CON ·

37

opprimi Verruginis presidiũ passi eẽnt: Iam nõ exercitus mõ armatos: sed Colonias in suos fines mitti: nec ipsos mõ Romanos sua diuisa habere: sed Ferentinũ etiã de se captũ Hernicis donasse ¶ Ad hec cũ inflãmarent animi: ut ad quosdã uentum erat: numerus iunioꝝ cõscribebat̃ ¶ Ita oĩm populoꝝ iuuẽtus Antiũ cõtracta. Ibi castris positis: hostẽ opperiebant̃. que ubi tumultu maiore etiã: q̃ res erat: nũtiantur Romã: Sẽatus ex tẽplo: qđ in rebus trepidis ultimũ cõsilium erat: Dictatorẽ dici iussit ¶ Quã rẽ egre passos Iuliũ Corneliũq; ferũt. magnoq; certamine animoꝝ rem actam: Cum ꝑ mores patrũ neqcquã cõquesti: nõ eẽ ĩ autoritate Sẽatus Tribunos militũ: postrẽo etiã Tribunos Plebis appellarẽt. & Cõsulis quoq; ab ea ptãte: uim sup tali re inhibitã referrẽt. Tribuni Plebis leti discordia Patrũ: cũ nihil eẽ ĩ his auxilii dicerẽt: q nõ ciuiũ nõ deniq; hoĩm numero eẽnt: tm̃ se animaduersuros: ne q̃ supbia magistratuũ irrita Sẽatus Cõsulta eẽnt: Interĩ Patritii: soluti legũ: magistratuũq; uerecũdia: p se quoq; Tribunitiã ptãtem agerẽt ¶ Hec cõtentio mĩme idoneo tempe: cũ tm̃ belli ĩ maĩbus eẽt: occupauerat cogitatiões hoĩm: donec ubi diu alternis Iulius Corneliusq;: cũ ad id bellũ ipsi satis idonei Duces eẽnt: nõ eẽ equũ mandatũ sibi a populo eripi honorem: disseruere ¶ Tũ uero Hala Seruilius Tribunus militũ: tacuisse se tam diu ait: non qa incertus sentẽtie fuerit: quẽ. n. bonũ ciuẽ secernere sua a publicis cõsilia? sed qa maluerit Collegas sua spõte cedere autoritati Sẽatus: q̃ Tribunitiã potestatem aduersus se implorari paterẽt. Tũ quoq; si res sineret libẽter se daturũ iis tẽpus fuisse: ad receptũ nimis ptinacis sentẽtie. sed cũ belli necessitates nõ expectẽt humana cõsilia: potiorem sibi collegarũ gratia Rempublicã fore. Etsi maneat in sentẽtia Sẽatus: Dictatorem nocte pxima dicturũ. ac siqs intercedat: Sẽatus Cõsulti autoritate se fore contentũ.

DICTATOR P. CORNELIVS

¶ Quo facto: cũ haud immeritã laudẽ gratiãq; apđ oẽs tulisset: Dictatore. P. Cornelio dicto: ipe ab eo Magister eqtũ creatus ẽ. Exẽplo fuit Collegis: eũq; intuẽtibus: q̃ gratia atq; honos opportũiora interdũ nõ cupiẽtibus eẽnt. ¶ Bellũ haud mẽorabile fuit. Vno atq; eo facili ꝓlio: cesi ad Antiũ hostes. uictor exercitus depopulatus Volscũ agrũ. Castellũ ad lacũ Fucinũ ui expugnatũ. atq; ĩ eo tria milia hominũ capta. ceteris Volscis intra menia cõpulsis: nec defẽdentibus agros. Dictator bello ita gesto: ut tm̃ nõ defuisse fortũe uiderẽt: felicitate: q̃ gloria maior: ĩ urbẽ rediit. Magistratuq; se abdicauit ¶ Tribuni militũ mẽtione nulla Comitioꝝ Cõsularium habita: credo ob iram Dictatoris creati: tribunoꝝ militũ Comitia edixerunt ¶ Tũ uero grauior cura Patribus ĩcessit: qppe cũ ꝓdi cãm ab suis cernerẽt. Itaq; sicut ꝑore ãno p indignissimos ex Plebeiis cãdidatos: oĩm etiã dignoꝝ tediũ fecerãt: sic tũ ꝑ moribus patrũ splẽdore: gratiaq; ad petendũ prepatis oĩa loca: obtinuere: necui Plebeio aditus eẽt. q̃ttuor creati sũt oẽs iã fũcti hõre. L. Furius Medullinus. C. Valerius Potitus. Cn. Fabius Vibulanus. C. Seruilius Hala. hic refectus cõtinuato hõre: tũ ob alias uirtutes: tũ ob recentẽ fauorẽ unica moderatiõe ptum. ¶ Eo anno: qa tẽpus induciarum cũ Veienti populo exierat: p Legatos Fetialesq; res repeti cepte: Quibus uenĩẽtibus ad finem: Legatio Veientiũ obuiã fuit: petiere ne ꝑus q̃ ipsi Senatũ Romanũ adissent: Veios irẽt. Ab Senatu impetratũ: qa discordia intestina laborarẽt Veiẽtes ne res ab iis repeterent̃. tm̃ abfuit ut ex incõmodo alieno sua occasio peterẽt ¶ Et in Volscis accepta clades amisso Verrugine ꝑsidio. ubi tm̃ ĩ tempe fuit momẽti: ut cũ ꝑcãtibus militibus opẽ: q ibi a Volscis obsidebantur: succurri: si maturatum esset: potuisset: ad id uenerit exercitus subsidio missus: ut ab recẽti cede palati ad predandum hostes opprimerent̃.

TRI MI PO COHS

¶ Tarditatis causa ĩ Sẽatu magis fuit: q̃ ĩ Tribunis: q qa summa ui restare nũtiabant̃: Parũ cogitauerũt: nulla uirtute supari humanarũ uiriũ modũ ¶ Fortissimi milites

nō tamē nec uiui nec post mortē inulti fuere. ¶ In sequēti anno. P. &. Cn. Cornelius cossus cū Fabio Ambusto. L. Valerio Potito Tribunis militū: Cōsulari ptāte: Veiēs bellū motū: ob supbum respōsum Veiētis Sēatus: q Legatis repētibus res: ni facesserēt ppere urbe finibusq;: daturos penas: q̄s Lartius Tolūnius dedisset: respōderi iussit. ¶ Id patres egre passi: decreuerūt: ut Tribuni militū de bello īdicēdo Veiētibus: pmo quoq; die ad Populū ferrent. qd̄ ubi pmo pmulgatū ē: fremere iuuētus nō dū debellatū cū Volscis eē. mō duo psidia occidiōe occisa: cū piculo retineri. Nullū annū eē: quo nō acie dimicet. & tanq̄ peniteat laboris: nouū bellū cū finitimo populo: & potentissimo pari. q omnē Etruriā sit cōcitaturus. ¶ Hec sua spōte agitata: insuper Tribuni Plebis accēdūt. maximū bellū Patribus cū Plebe eē dictitāt. eā de īdustria uexandā militia: trucidandāq; hostibus obiici. eā pcul urbe haberi: atq; ablegari: ne domi p ociū mēor libertatis: Coloniarumq;: aut agri publici: aut suffragii libere ferēdi cōsilia agitaret. pbensantesq; ueteranos: stipēdia cuiusq;: & uulnera: & cicatrices numerabāt. Quid iam eē integri ī corpe loci: ad noua uulnera accipiēda? Quid supesse sanguinis? Qui dari p Republica posset: rogitātes. ¶ Hec cū in sermonibus cōtionibusq; interdū agitātes: auertissent Plebē ab suscipiēdo bello: pfertur tēpus ferūde legis: quā si subiecta īuidie eēt: antiqri apparebat. ¶ Interim Tribunis Militū in Volscū agrū ducere exercitum placuit. Cn. Cornel. unus rome relictus. tres tribuni postq̄ nullo loco castra Volscoꝝ eē: nec cōmissuros se plio apparuit: tripḡtito: ad deuastandos fines discessere. ¶ Valerius Antiū petit. ¶ Cornelius Egitras. Quacūq; incessere: late populati sūt tecta: agrosq;: ut discernerent Volscos. ¶ Fabius: qđ maxime petebat: ad Anxur oppugnandū: sine ulla populatiōe accessit. Anxur fuit: que nūc Tarracine sunt. Vrbs pna in paludes. ¶ Ab ea pte Fabius oppugnationē ostēdit. Circūmisse q̄ttuor cohortes cū Claudio Seruilio Hala: cū imminētē urbi collē cepissēt: ex loco altiore: qa nullū erat psidiū: ingēti clamore: ac tumultu menia īuasere. Ad quē tumultū obstupefacti: q aduersus Fabiū urbē infimā tuebantur: locū dedere scalas admouēdi: plenaq; hostiū cuncta erant. & in muris diu cedes piter fugientiū: ac resistentiū: armatoꝝ: atq; inermiū: fuit. ¶ Cogebant itaq; uicti: qa cedētibus spei nihil erat: pugnā īre. cū pnuntiatū repēte: ne qs: pter armatos: uiolaretur. reliquā omnē multitudinē uoluntariam exuit armis. Quorū ad duo milia & qngenti uiui capiunt. a cetera pda Fabius militē abstinuit: donec Collegę uenirēt. ab illis quoq; exercitibus captū Anxur dictitās eē: q ceteros Volscos a psidio eius loci auertissent. ¶ Qui ubi uenerūt: oppidū uetere fortuna opulentū: tres exercitus diripuere. Eaq; primū benignitas Impatorum Plebem Patribus cōciliauit. ¶ Additū deinde omniū maxīe tēpestiuo Principū ī multitudinē munere: ut ante mentionē ullā Plebis Tribunoꝝ ue decerneret Senatus ut stipendiū miles: de publico acciperet: cū ante id tēpus de suo qsq; fūctus eo munere eēt. ¶ Nihil acceptū unquā a Plebe tāto gaudio tradit. Cōcursum itaq; ad Curiā eē pbensatasq; exeuntiū manus. et Patres uere appellatos. Effectū eē fatētibus: ut nemo: p tam munifica patria: donec qcq̄ uiriū supesset: corpi aut sanguini suo pceret. cū cōmoditas iuuaret rē familiarē: saltē acqescere eo tempe: quo corpus addictū: atq; opatum Reipu. eēt. tū qđ ultro sibi oblatū eēt: nō a Tribunis Plebis unq̄ agitatū. nō suis sermōibus efflagitatū. id efficiebat multiplex gaudium: cumulatioreq; gratiā. ¶ Tribuni Plebis communis ordinū leticie cōcordieq; soli exptes. ¶ Negare tā id letū ptibus uniuersis: nec psperū fore: q̄ ipsi crederēt. cōsilium specie pma melius fuisse: q̄ usu appiturum. Vnde. n. eam pecuniā cōfici posse: nisi tributo populo indicto. ex alieno igit̄ alius largitos. neq; id etiā si ceteri ferant: passuros eos: qbus iam emerita stipēdia eēnt: meliore cōditiōe alios

TRIBVTV. VRBI. INDICTUM.

militare: q̃ ipsi militassent. & eosdē in sua stipēdia impēsa fecisse: & alios facere. Hi\s vocibus mouerūt partē plebis. Postremo indicto iā tributo: edixerūt etiā Tribuni auxilio se futuros: si qs in militare stipendium tributū non contulisset. Patres bene ceptam rem perseueranter tueri. conferre ipsi primi. Et qa non dum argentū signatū erat: es graue plaustris quidam ad erarium conuehentes speciosam etiam collationem faciebant. Cum senatus summa fide ex censu cōtulisset: Primores Plebis: nobilium amici: ex cōposito conferre incipiunt. Quos cū & a Patribus collaudari et a militari etate: tanq̃ bonos ciues conspici: uulgus hominum uidit: repente spreto Tribunitio auxilio: certamen conferendi est ortū. Et lege plata: de indicendo Veientibus bello: exercitum magna ex parte uolūtarium: noui Tribuni militum Consulari potestate Veios duxere. Fuere aūt tribuni. T. Quintius Capitolinus. Q. Quintius Cincinnatus. Claudius Iulius Tullus iterum: A. Mallius. L. Furius Medullinus tertiū. M. Emilius Mamercus. Ab his primū circūsessi Veii sūt. Sub cuius initū obsidiōis: cum Etruscorum Concilium: ad Fanum Voltumne frequenter habitum esset: parū constitit: bello ne publico: gentis uniuerse tuendi Veientes essent. Ea oppugnatio segnior insequenti anno fuit: parte tribunoꝝ: exercitusq; ad Volscum auocata bellū. Tribunos militum Consulari potestate Is annus habuit: Claudium Valeriū Potitū tertium. M. Sergium Fidenatem. P. Cornelium Maluginensem. Cn. Cornelium Cossum. Claudium Fabium Ambustum. Sp. Nautium Rutilium Iterum. Cum Volscis inter Ferentinum atq; Ecetram signis collatis dimicatum. Romanis secūda fortūa pugne fuit. Artena inde uolscorum oppidū ab Tribunis obsideri cepta. Inde inter eruptionem temptatam: compulso in urbem hoste occasio data est Romanis irrumpēdi. preter q̃ arcem: cetera capta. In arcem munitā natura globus armatoꝝ concessit. Infra arcem cesi captiq; multi mortales. Arx deinde obsidebatur. nec aut ui capi poterat: quia pro spatio loci satis presidii habebat: aut spē dabat deditionis oīm publico frumento prius: q̃ urbs caperet: in arcem conuecto. Tedioq; recessum inde foret: nisi seruus arcem Romanis prodidisset. Ab eo milites per locum arduum accepti cepere. a quibus cum custodes trucidarentur: cetera multitudo repētino clamore oppressa: in deditionē uenit. diruta et arce: et urbe Artena: reducte legiones ex Volscis. omnisq; uis Romana Veios cōuersa est. Proditori preter libertatē duarū familiarū bona: in premium data. Seruius Romanus uocitatus. Sunt qui Artenā Veientiū: non Volscorum fuisse credant. Prebet errorem: q eiusdem nominis urbs inter Cere atq; Veios fuit. sed eam Reges Romani deleuere. Cere: tumq;: non Veientiū fuerat. Altera hec nomine eodem: in Volsco agro fuit. cuius excidium est dictum.

TRI. MI.

VEII OBSIDENTUR

TRI. MI.

ARTENA. OPPIDV. CAPTV et DIRVTV.

LIBERER QVITVS

Pace alibi parta: Romani Veiiq; in armis erant. tāta ira: odioq; ut uictis finem adesse appararet. Comitia utriusq; populi longe diuersa ratione facta sunt. Romani auxere Tribunoꝝ militum Consulari potestate numerum. octo: quot nūquam antea creati. Martius Emilius Mamercus: iterum. L. Valerius Potitus tertiū. Ap. Claudius Crassus. M. Quintilius Varus. M. Iulius Rullus. M. Postumius. M. Furius Camillus. M. Postumius Albinus. Veientes contra tedio annue ambitiōis: que interdū discordiarū causa erat: Regē creauere. Offēdit ea res populorū Etrurie animos: nō maiore odio Regni: q̃ ipsius Regis. grauis iam is antea genti fuerat: opibus: superbiaq;. quia sollemnia ludoꝝ: quos

TRI. MI. aucti usq; ad octo.

intermitti nefas ē: uiolēter diremisset. Cū ob iram repulse: ꝙ suffragio .xii. populoꝝ
alius Sacerdos ei p̄latus esset: Artifices: quoꝝ magna pars ipsius serui erant: ex medio
ludicro repente abduxit. ¶ Gens itaq; ante omnes alias eo magis dedita religiōibus: ꝙ
excelleret arte colendi eas: auxilium Veientibus negandum: donec sub Rege essent:
decreuit. ¶ Cuius decreti suppressa fama est Veiis: propter metum Regis. quia a quo
tale quid dictum referretur: pro seditionis eum principe: non noui sermonis autorem
habebat. ¶ Romanis: etsi quiete res ex Etruria nuntiabant̄: tamē q̄a omnibus cōciliis
eam rem agitari afferebat̄: ita muniebāt: ut ancipitia munimenta essent. Alia in urbē
& contra oppidanorum eruptiones uersa. Alius frons in Etruriā spectans: in auxilia:
si qua forte inde uenirent: obstruebatur. cum spes maior Imperatoribus Romanis
in obsidione: q̄ꝫ in oppugnatione esset: hybernacula etiā res noua militi romano edi/
ficari cepta. consiliumq; erat hyemando continuare bellum. ¶ Quod postq̄ꝫ Tribunis
Plebis iam diu nullā nouandi res causam inuenientibus: est allatū: in contionē ꝓsiliūt.
sollicitant Plebis animos. hoc illud esse dictitantes: ꝙ era militibus sint cōstituta: nec
se fefellisse id donum inimicoꝝ ueneno illitum fore. uenisse libertatem Plebis. remotā
in perpetuum & ablegatā ab urbe: & ab Republica iuuentutē. Iam ne hyemi q̄dem:
aut tempi anni cedere. ac domos et res inuisere suas. quā putarent cōtinuate militie
causam esse? nullam profecto aliam inuenturos: q̄ꝫ nequid per frequentiam iuuenum
eorum in quibus uires omnes Plebis essent: agi de commodis eoꝝ posset. uexari p̄terea
et subigi multo acrius q̄ꝫ Veientes. Quippe illos hyemem sub tectis suis agere: egregiis
muris situq; naturali urbem tutātes. militem Romanum in opere ac labore pruinisq;
obrutum: sub pellibus durare: ne hyemis quidem spatio: que omnium bellorum terra
mariq; sit quies: arma deponentem. Hoc neq; Reges: neq; ante Tribunitiā potestatē
creatam: superbos illos Consules: neq; triste Dictatoris Impium: neq; importunos De/
cemuiros iniūxisse seruitutis: ut perennem militiā facerent. ꝙ Tribuni militū in Plebe
Romana regnum exercerēt. Quid nam illi Consules: Dictatores ue facturi essent: qui
Cōsularem imaginem tam seuam ac trucem fecernt? Sed id accidere haud immerito.
nō fuisse ne in octo quidem Tribunis militum locum ulli Plebeio. ante trina loca cū
contentione summa Patritios explere solitos. Nunc iā octo iuges ad impia obtinēda
ire. & ne ī turba quidem herere Plebeiū quenq̄ꝫ qui si nihil aliud: admoneat Collegas:
liberos & ciues eorum nō seruos: militare: quos hyeme saltem in domos ac tecta reduci
oporteat. et aliquo tempore anni parentes: liberosq;: ac coniuges inuisere. & usurpare
libertatem. et creare Magistratus. ¶ Hec taliaq; uociferātes aduersariū haud imparē
nacti sunt. Ap. Claudium: relictum a Collegis ad Tribunitias seditiones cōprimendas.
uirum imbutum ab iuuenta iam certaminibus Plebeiis quem autorem aliquot annis
āte fuisse memoratū ē: per Collegarū intercessionē Tribunitie potestatis dissoluēde.
¶ Istum iam non promptus ingenio tātum: sed etiam usu exercitatus: talem orationē
habuit. ¶ Si ūquam dubitatum est Quirites: utrū Tribuni Plebis: uestra: an sua causa
seditionum semper autores fuerint: id hoc anno desisse dubitari: certum habeo. Et cū
lector: tandem longi erroris uobis finem factum esse. tum ꝙ secūdis potissimū uestris
rebus hic error est sublatus. et uobis: & ꝓpter uos Reipublice gratulor. An est q̄squam
qui dubitet: nullis iniuriis uestris: si que forte aliquando fuerunt unquā: eque q̄ꝫ mu/
nere Patrum in Plebem: cū era militantibus constituta sunt: Tribunos Plebis offēsos:
& concitatos esse? Quod illos aliud: aut tum timuisse creditis: aut hodie turbare uelle:
nisi concordiam ordinum: quam dissoluēde maxime Tribunitie potestatis renē esse?
Sic Hercule tāq̄ꝫ artifices improbi: opus querūt: q et semꝑ egri aliq̄d esse in Repub.

HYBERNACULA p° APUD RO. FACTA

verba tr. pl. & nobilitatum

iuges

Oro appij claudij tr. militaris ad pplm.

uolũt: ut ſit ad cuiuſ curationẽ a uobiſ adhibeãt. Vtrũ enim defẽditiſ: an impugnatiſ
Plebem? Vtrum militantium aduerſarii eſtiſ: an cauſam agitiſ? niſi forte hoc dicitiſ:
quicqnid Patreſ faciunt: diſplicet: ſiue illud pro Plebe: ſeu contra Plebem: eſt. Et quẽ/
admodum cum ſeruiſ ſuiſ uetãt domini quicquã rei: cũ alieniſ hominibuſ eſſe: pitērq;
in iiſ beneficio: ac maleficio abſtineri equũ cẽſent: ſic uoſ ĩterdicitiſ Patribuſ cõmertio
Plebiſ: ne noſ comitate: ac munificentia noſtra prouocemuſ Plebem. nec nobiſ Plebſ
dicto audienſ: atq; obedienſ ſit. Quanto tandem: ſi quicquam in uobiſ nõ dico ciuiliſ:
ſed humani: eſſet: fauere uoſ magiſ & q̃ntum in uobiſ eſſet indulgere potiuſ comitati
Patrum: atq; obſequio Plebiſ oportuit? ꝙ ſi perpetua concordia ſit: quiſ nõ ſpondere
auſit: maximum hoc Imperium: inter finitimoſ breui futurum? Atqui ego quantum
hoc cõſilium Collegarũ meoꝝ: quo abducere infecta re: a Veiiſ exercitũ noluerint:
nõ utile ſolum: ſed etiam neceſſarium fuerit: Poſtea ediſſeram. nunc de ipſa conditiõe
dicere militantium libet. Quam orationem non apud uoſ ſolum: ſed etiam in caſtriſ
ſi habeatur: ipſo exercitu diſceptante: equam arbitror uideri poſſe. In qua ſi mihi ipſi
nihil: ꝙ dicerem in mentem uenire poſſet: aduerſariorum certe orationibuſ contẽtuſ
eſſem. Negabant nuper era danda militibuſ: quia nunquam data eſſent. quonam mõ
igitur nunc indignari poſſunt: quibuſ aliquid noui adiectum commodi ſit: eiſ laboriſ
etiam nouum ꝓ portione iniungi? Nuſquam nec opera ſine emolumento: nec emo/
lumentũ ferme ſine impẽſa opera eſt. labor uoluptaſq; diſſimillima natura: ſotietate
q̃dam inter ſe naturali ſunt ĩnexa. Moleſte ante ferebat mileſ ſe ſuo ſumptu operam
reipublice prebere. Gaudebat idem partem ãni ſe agrum ſuũ colere. querereq;: unde
domi: militieq;: ſe ac ſuoſ tueri poſſet. Gaudet nunc fructui ſibi Rempublicam eſſe. et
letuſ ſtipendium accipit. Equo igitur animo patiatur ſe ab domo: ab re familiari: cui
grauiſ impenſa nõ eſt: Paulo diutiuſ abeſſe. ¶ An ſi ad calculoſ eũ Reſpublica uocet:
non merito dicat: annua era habeſ. annuam operam ede. An tu equum cẽſeſ militia
ſemeſtri: ſolidum te ſtipendium annuum accipere? ¶ Inuituſ in hac parte orationiſ
Quiriteſ moror. ſic enim agere debent qui mercennario milite utuntur. noſ tanq̃ cum
ciuibuſ agere uolumuſ: agiq; tanq̃ cum patria nobiſcum equum cenſemuſ. ¶ Aut non
ſuſcipi bellum oportuit: aut geri: pro dignitate Populi Romani: & perfici q̃ primum
oportet. perficietur autem ſi urgemuſ obſeſſoſ. ſi non ante abſcedimuſ: q̃ ſpei noſtre
finẽ captiſ Veiiſ impoſuerimuſ. Si hercule nulla alia cauſa ipſa indignitaſ ꝑſeuerantiã
imponere debuit. ¶ Decem quondam annoſ urbſ oppugnata eſt: ob unam mulierem:
ab uniuerſa Grecia: q̃ procul ab domo: quot terraſ: quot maria diſtanſ? Noſ intra
uiceſſimum lapidem in conſpectu prope Vrbiſ noſtre: annuam oppugnationem per
ferre piget? Scilicet quia leuiſ belli cauſa eſt: nec ſatiſ quicq̃ iuſti doloriſ ẽ: quod noſ
ad perſeuerandum ſtimulet. ¶ Septieſ rebellarunt. et in pace nunq̃ fidi fuerunt. agroſ
noſtroſ milieſ depopulati ſunt. Fidẽateſ deficere a nobiſ coegerunt. colonoſ noſtroſ
ibi interfecerũt. autoreſ fuere cõtra iuſ cediſ impie Legatoꝝ noſtroꝝ. ¶ Ac Etruriã
omnẽ aduerſuſ noſ cõcitare uoluerũt. hodieq; id moliunt. ¶ Reſ repetẽteſ Legatoſ
noſtroſ haud procul abfuit: quin uiolarẽt. cum hiſ molliter: et per dilationeſ bellum
geri oportet? ¶ Si noſ tam iuſtum odium nihil mouet: ne illa q̃dem oro uoſ mouent?
operibuſ ingentibuſ ſepta urbſ eſt: quibuſ intra muroſ coercetur hoſtiſ. Agrum non
coluit. et culta euaſtata ſunt bello. Si reducimuſ exercitũ: quiſ eſt: qui dubitet illoſ:
non cupiditate ſolum ulciſcendi: ſed etiam neceſſitate impoſita: ex alieno predandi: cũ
ſua amiſerint: agrum noſtrum inuaſuroſ? non differimuſ igitur bellum iſto conſilio:
ſed intra fineſ noſtroſ accipimuſ. ¶ Quid illud: quod proprie ad militeſ pertinet: q̃buſ

boni Tribuni Plebis cum stipendium extorquere uoluerunt: nunc consultum repēte uolunt: quale est? uallum fossamq; ingentis utrunq; rem operis: per tantum spatium duxerunt. Castella primo pauca: postea exercitu aucto creberrima fecerunt. Muni/tiones: non in urbem modo: sed in Etruriam etiam expectantes: si qua inde auxilia ueniant: opposuere. Quid turres: quid uineas: testudinesq; et talium oppugnādarum urbium apparatum: loquar? Cum tantum laboris exhaustū sit: et ad finem iam opis tādem peruentum: relinquēda ne hec censetis: ut ad estatem rursus nouus de integro his instituendis exudetur labor? Quanto est minus opera tueri facta: et instare: atq; perseuerare: defūgiq; cura? Breuis enim profecto res est: si uno tenore peragitur. Nec ipsi per intermissiōes has: interuallaq; lētiorem spem nostram facimus. loquor de ope: et de temporis iactura ¶ Quid periculi: ꝙ differēdo bello adimus: nunc obliuisci nos? Hec tam crebra Etrurie concilia: de mittendis Veios auxiliis patiuntur? ut nunc res se habent: irati sunt. oderunt. negant missuros. quātum in illis est: capere Veios licet. ¶ Quis est: qui spondeat eundem: si differtur bellum: animum postea fore: cum si lax/amentum dederis: maior frequentiorq; legatio itura sit. cum id: quod nunc offendit Etruscos: Rex creatus Veiis: spatio mutari interposito possit: uel consensu ciuitatis: ut eo reconcilient Etrurie animos: uel ipsius uoluntate Regis: qui obstare Regnum suum saluti ciuium nolit? ¶ Videte quot res: q̃ inutiles: sequantur illam uiam cōsilii. Iactura operum: tanto labore factorum. Vastatio imminens finium nostrorum. Etruscum bellum pro Veiente: concitatum. ¶ Hec sunt Tribuni consilia uestra. non hercule dissimilia: ac siquis egro: qui curari se fortiter passus ex templo conualescere possit: cibi gratia presentis: aut potionis: longinquum forsitan et insanabilem morbum efficiat ¶ Si medius fidius ad hoc bellum nihil pertineret: ad disciplinam certe militie plurimum intererat insuescere militem nostrum: non solum parua uictoria frui: sed si etiam res lentior sit: pati tedium: et q̃uis se re spei exitū expectare: et si nō sit estate perfectum bellum: hyemem opperiri: nec sicut estiuas aues: statim autumno tecta ac recessum circunspicere ¶ Obsecro uos: uenandi studium ac uoluptas homines ꝑ niues ac pruinas in montes: siluasq; rapit: belli necessitatibus eam patientiam nō adhibemus: quā uel lusus: ac uoluptas elicere solet? Adeo ne effeminata corpora militū nostrorū esse putamus: adeo molles animos: ut hyemem unam durare ī castris: abesse ab domo: non possint? ut tanq̃ nauale bellum tempestatibus captandis: et obseruando tempore anni gerant: non estus: non frigora: pati possint? erubescant profecto: siquis eis hoc obiciat. contendantq; & animis & corporibus suis uirilem patiētiam inesse. & se iuxta hyeme: atq; estate bella gerere posse. nec se patrocinium mollitie inertieq; mandasse Tribunis. & meminisse hanc ipsam potestatem: non in umbra nec in tectis maiores suos creasse ¶ Hec uirtute militum nostrūm: hec Romano nomine sunt digna: non Veios tantum: nec hoc bellum intueri: ꝙ instat: sed famam: et ad alia bella: et ad ce/teros populos: in posterum querere ¶ An mediocre discrimē opinionis sequuturum ex hac re putatis? utrum tandem finitimi populum Romanum eum esse putent: cuius: si qua urbs primum illud: breuissimi temporis sustinuerit impetum: nihil deinde timeat? an hic sit terror nominis nostri: ut exercitum: nō tedium longinque oppugnationis: non uis hyemis ab urbe circumsessa semel amouere possit? Nec finem ullum alium belli q̃ uictoriā nouerit? nec impetu potius bella: q̃ perseuerantia gerat? que in omni q̃dem genere militie: maxime tamē in obsidendis urbibus necessaria est. q̃rum plerasq; munitiōibus: ac naturali situ: fame: sitiq;: tēpus ipsum uicit: atq; expugnat: sicut Veios expugnabit: nisi auxilio hostibus Tribuni Plebis fuerit. et Rome inuenerint p̄sidia

Veientes: que nequicquam in Etruria querunt. ¶ An est quicquam: quod Veiētibus optatum eq; cōtingere possit: q̃: ut seditionibus primum Urbs Romana: deinde uelut ex contagione: castra impleantur. ¶ At hercule apud hostes tanta modestia est: ut non obsidionis tedio: non deniq; Regni: quicq̃ apud eos nouatum sit. non negata auxilia ab Etruscis irritauerint animos. ¶ Morietur enim ex templo: quicunq; erit se/ditiōis autor. nec cuiquā dicere ea licebit: que apud uos impune dicunt. ¶ Fustuariū meretur: qui signa relinquit. aut presidio decedit. ¶ Autores signa relinquendi: & de/serendi castra: non uni aut alteri militi: sed uniuersis exercitibus: palam in Contione audiuntur. adeo q̃cquid Tribunus Plebis loquitur: etsi prodende patrie: dissoluēdeq; Reipublice est: assuescitis audire. et dulcedine potestatis eius capti: quenlibet sub ea scelera latere sinitis. ¶ Reliquum est: ut que hic uociferantur: eadem in castra: et apud milites agant. et exercitus corrumpant. Ducibusq; parere: non patiantur. Quoniam ea demum Rome libertas est: non Senatum: non Magistratus: nō leges: non mores maiorum: non instituta Patrum: non disciplinam uereri militie. ¶ Par iam etiam in Contionibus erat Appius Tribunis Plebis: cum subito: unde minime quis crederet: accepta calamitas apud Veios: et superiorem Appiū in causa: et concordiam ordinum maiorem: ardoremq; ad obsidendos pertinacius Veios fecit. Nam cum agger promotus: ad urbem: uineeq; tantum non iam iniuncte moenibus essent: dū opera interdiu fiūt intentius: q̃ nocte custodiuntur: patefacta repente porta: ingens multitudo facibus maxime armata: ignes coniecit. horeq; momento aggerem ac uineas tam longi tē/poris opus: incendium hausit. multiq; ibi mortales: nequicquam opem ferentes: ferro: igneq; absumpti sunt. ¶ Quod ubi Rome est nunciatum: mesticiam omnibus: ¶ Se/natui curam: metumq; iniecit. ¶ Ne tum uero sustineri: nec in urbe seditio: nec in castris posset. et Tribuni Plebis uelut ab se uicte Reipublice insultarent: cum repente: quibus census equester erat: equi publici non erant assignati: consilio prius inter sese habito: Senatum adeunt: factaq; dicendi potestate: equis se suis stipendia facturos promittunt. ¶ Quibus cum amplissimis uerbis gratie ab Senatu acte essent: famaq; ea forum: atq; urbem peruasisset: subito ad Curiam cōcursus fit Plebis. ¶ Pedestris ordinis se aiunt nunc esse: operamq; Reipublice extra ordinem polliceri. seu Veios: seu quo alio ducere uelint. ¶ Si Veios ducti sint: negant se inde prius: q̃ capta urbe hostium: redituros. ¶ Tum uero iam superfundenti se leticie uix temperatum est. Non enim sicut equites: dato Magistratibus negotio: laudari iussi. neq; aut in Curiam uocati: quibus responsum daretur. aut limine Curie continebatur Senatus. sed pro se quisq; ex superiore loco ad multitudinem in Comitio stantem: uoce manibusq; significare: publicam leticiam. Beatam Urbem Romanam: et inuictam. et eternam illa cōcordia dicere. laudare equites. laudare plebem. diem ipsum laudibus ferre. uictam esse fateri comitatē: benignitatemq; Sēatus. Certatim Patribus: Plebiq;: manare gaudio lacbry/me. donec reuocatis in Curiam Patribus: Senatus Consultum factum est: ut Tribuni militares Contione aduocata: peditibus eq̃tibusq; gratias agerent. memorem pietatis eorum erga patriam dicerent Senatum fore. ¶ Placere autem omnibus his uoluntariā extra ordinem professis militiam: era procedere. et equiti certus numerus eris est assig/natus. ¶ Tum primum equis merere: equites ceperunt. ¶ Uoluntarius ductus exercitus Veios: nō amissa modo restituit opera: sed noua etiam instituit. ¶ Ab urbe cōmeatus intentiore q̃ antea: subuehi cura: nequid tam benemerito exercitui: ad usum deesset. ¶ Insequens annus Tribunos militum Consulari potestate habuit Claudiū Seruiliū Halam. tertium. Q. Seruilium. P. Virginium. Q. Sulpitium. A. Manilium iterū.

Veii ro. machinas nocte mandunt

TRI. MI.

TUM p.m EQUIS MERERE EQUITES CEPUNT

M. Sergium iterum. ¶ His Tribunis: dum cura omnium in Veiens bellum intenta est: neglectum est Anxuri presidium. uacationibus militum: et Volscos mercatores uulgo receptando: proditis repente portarum custodibus: oppressum est. Minus militum periit: qa preter egros lixarum in modũ p agros: uicinasq; urbes negotiabant. ¶ Nec Veiis melius gesta res: quod tum caput omnium curarum publicarum erat. Nam & duces Romani plus inter se irarum: q̃ aduersus hostes animi habuerunt. Et auctum est bellum aduẽtu repentino Capenatium: et Faliscorum. ¶ Hi duo Etrurie populi: quia proximi regiõe erant: deuictis Veiis: bello quoq; Romano se proximos fore credentes. Falisci propria etiam causa infesti: quod Fidenati bello: se iam antea immiscuerant: per Legatos ultro. citroq; missos: iureiurando inter se obligati: cum exercitibus: nec opinato: ad Veios accessere. ¶ Forte ea regione: qua Sergius Tribunus militum preerat: castra adorti sunt. ingẽtemq; terrorem intulere: quia Etruriã omnem excitam sedibus magna mole adesse Romani crediderant. ¶ Eadem opinio Veientes in Vrbe concitauit. Ita ancipiti prelio castra Romana oppugnabantur. ¶ Concursantes: cum huc atque illuc signa transferrent: nec Veientem satis cohibere intra munitiones: nec suis munimentis arcere iã uim ac tueri se: ab exteriore poterant hoste. Vna spes erat: si ex maioribus castris subueniretur: ut diuerse legiones aliæ aduersus Capenatem: ac Faliscum: Aliæ contra eruptionem oppidanorum pugnarent. ¶ Sed castris preerat Virginius priuatim Sergio inuisus: infestusq; ¶ Is cũ pleraq; castella oppugnata: superatas munitiones: utrinq; inuehi hostem nũtiaretur: in armis milites tenuit: si opus foret auxilio: Collegam Dictitans ad se missurum. ¶ Huius arrogãtiam pertinacia alterius equabat: qui: ne quam opem ab inimico uideret petisse: uinci ab hoste: q̃ uincere per ciuem: maluit. ¶ Diu in medio coesi milites. Postremo desertis munitiõibus perpauci ĩ maiora castra: pars maxima atq; ipse Sergius romam pertenderunt. ¶ Vbi cum omnem culpam in Collegam inclinaret: acciri Virginium ex castris: interea preesse Legatos placuit. Acta deinde ĩ Senatu res est. certatumq; inter Collegas maledictis. pauci Reipu: huic: atq; illi ut quosq; studium priuatim aut gratia occupauerunt: assunt. ¶ Primores Patrum: siue culpa: siue in foelicitate tam ignominiosa clades accepta esset: censuere non expectandum iustum tempus comitiorum: sed ex templo nouos Tribunos militum creandos esse. qui kalendas octobribus Magistratum acciperent. ¶ In quam sententiam cum pedibus iretur: cæteri tribuni militum: nihil cõtradicere: At enim uero Sergius Virginiusq; propter quos penitere Magistratuum eius anni Senatum apparebat: primo deprecari ignominiam: deinde intercedere Senatus Consulto. negare se ante idus decembres sollemnem ineundis magistratibus diem. honore abituros esse. ¶ Inter hec Tribuni Plebis: cum in concordia hominum: secundisq; rebus ciuitatis: inuiti silentiũ tenuissent: Feroces repente: minari Tribunis militũ: nisi ĩ autoritate Senatus eẽnt: se in uincla eos duci iussuros esse. ¶ Tũ C. Seruilius Hala Tribunus Militum: quod ad uos attinet Tribuni Plebis: minasq; uestras: ne ego libenter experirer: q̃ non plus in his iuris: q̃ in uobis animi esset: sed nefas est tendere aduersus autoritatem Senatus. proinde et uos desinite inter nostra certamina locum iniurie querere. et Collegæ: aut facient: quod censet Senatus: aut si pertinacius tendent: Dictatorem ex templo dicam: q eos abire Magistratu cogat. ¶ Cum omnium assensu comprobata oratio esset: gauderentq; Patres sine Tribunitie potestatis terriculis: inuentam esse aliam uim maiorem: ad coercendos Magistratus Victi consensu omnium: Comitia Tribunorum militum habuere. qui kalendas octobribus Magistratum acciperent. seq; eam ante diem Magistratu abdicauere. ¶ L.

TRI MI

Valerio Potito q̃rtum: M. Furio Camillo iterum. M. Emilio Mamerco tertiũ. M. Cornelio Cosso iterũ ¶ Claudio Fabio Ambusto. L. Iulio Tullo: Tribunis militũ: consulari potestate: multa domi: militieq; gesta. Nam et bellum multiplex fuit. eodẽ tempore ad Veios: et ad Capenam: et ad Faleros: et ĩ Volscis: ut Anxur ab hostibus recuperaretur: Et Rome simul delectu: simul tributo conferendo: laboratum est. et de Tribunis Plebis cooptandis contentio fuit. et haud paruum motum: duo iudicia eorum: qui paulo ante Consulari potestate fuerant: exciuere ¶ Omniũ primum Tribunis militum fuit: delectum haberi. Nec iuniores modo conscripti: sed seniores etiam coacti nomina dare: ut urbis custodiam agerẽt ¶ Quanto autem augebatur militum numerus: tanto maiore pecunia in stipendium opus erat: eaq; tributo conferebatur: inuitis conferentibus: qui domi remanebant: quia tuentibus urbem opera quoq; militari laborandum: seruiendumq; Reipublice erat ¶ Hec per se grauia: indigniora q; ut uiderentᷓ: Tribuni Plebis seditiosis contionibus faciebant. Ideo era militibus cõstituta esse arguendo: ut Plebis partem militia: partem tributo conficerent ¶ Vnum bellum annum iam tertium trahi. et consulto male geri: ut diutius gerant. In q̃ttuor deinde bella uno delectu exercitus scriptos et pueros quoq;: ac senes extractos. Iã nõ estatis nec hyemis discrimen esse: ne ulla quies unquam miseræ plebi sit: quæ etiam uectigalis ad ultimum facta sit: ut cum cõfecta labore: uulneribus: postremo etate: corpa retulerint: Incultaq; oĩa diutino dominorum desiderio domi inuenerint: tributum affecta re familiari pendant. eraq; militaria: uelut fenore accepta multiplicia Reipublice reddant ¶ Inter delectum: tributumq; et occupatos animos maiorum rerum curis: Comitiis Tribunorum Plebis numerus expleri nequit ¶ Pugnatum inde in loca uacua: ut patritii cooptarentur ¶ Postq̃ obtineri non poterat: tamen labefactande legis Tribunitie causa: effectum est ut cooptarentur Tribuni Plebis Claudius Lacerius: et. M. Acutius: haud dubie Patritioꝝ opibus. ¶ Sors ita tulit: ut eo ãno Tribunus Plebis. C. Trebonius esset. qui nomini ac familie debitũ prestare uideretur Trebonie legis patrocinium ¶ Is qđ petissent Patres quidam: primo incepto repulsi: cum Tribunos militum expugnassent: uociferans legem Treboniam sublatam: et cooptatos Tribunos plebis: non suffragiis populi: sed imperio Patritiorum: et eo deuolutã rem: ut aut Patritii: aut Patritioꝝ assecle: habendi Tribuni Plebis sint: eripi Sacratas leges: extorqueri Tribunitiam potestatem: id fraude Patritiorum: scelere ac proditione Collegarum: factum arguere ¶ Cum arderent inuidia non patres modo: sed etiam Tribuni Plebis cooptati pariter: et qui cooptauerant: tum ex Collegio tres. P. Curatius. M. Metilius: et. M. Minutius: trepidi rerum suarum: in Sergium: Virginiumq; prioris anni Tribunos militares incurrũt. In eos ab se iram Plebis: inuidiãq; die dicta: auertunt. quibus delectus: quibus tributum: quibus diuturna militia longinquitasq; belli sit grauis: qui clade accepta ad Veios doleãt: q amissis liberis: fratribus: propinqs: affinibus: lugubres domos habeãt: iis publici: ꝑuatiq; doloris exequẽdi: ius potestatẽq; ex duobus noxiis capitibus datam ab se: memorant. Omnium nanq; malorum in Sergio: Virginioq; causas esse: nec id accusatorem magis arguere: q̃ fateri reos: qui noxii ambo: alter in alterum causam cõferant. fugam Sergii Virginius: Sergius proditionẽ increpans Virginii. Quorum adeo incredibilem amentiã fuisse: ut multo uerisimilius sit: compacto eam rem: et cõmuni fraude Patritiorum actam. Ab iis et prius datum locum Veientibus: ad incendenda opera: belli trahendi causa: et nunc proditum exercitum. tradita Faliscis Romana castra. oĩa fieri: ut consenescat ad Veios iuuẽtus: nec de agris: nec de aliis cõmodis plebis ferre ad populũ Tribuni: frequentiaq; urbana

Tribuni plebis aliquot opibus patriciorum cooptanti

celebrare actióes: & resistere cóspiratiói patritioꝝ possint. preiudiciũ iã de reis: et ab Sẽatu: et a Populo Ro. & ab ipsoꝝ Collegis factũ esse. Nã & Sẽatus Cósulto eos ab Repu. remotos eẽ. et recusãtes abdicare se Magistratu: Dictatoris metu: ab Collegis coercitos eẽ. et po. Ro. tribunos creasse: q nó idibus decẽbribus: die sollẽni: sed ex tẽplo kal. octobribus Magistratum acciperent. qa stare diutius Respub. his manẽtibus in Magistratu: non posset. Et tamen eos: tot iudiciis confossos: predampnatosq; uenire ad Populi iudicium. et existimare defunctos esse se: satisq; penarum dedisse: ꝙ duobus mensibus citius priuati facti sunt. neq; intelligere nocendi sibi diutius tum potestatem ereptam esse: non penam irrogatam. Quippe et Collegis abrogatum imperium. qui certe nihil deliquissent. illos repeterent animos Quirites: quos recenti accepta clade habuissẽt: cum fuga trepidum: plenum uulnerũ: ac pauore: incidentẽ portis exercitũ uiderũt. non fortunam: aut quenq̃ deoꝝ: sed hos Duces accusantẽ. Pro certo habere neminem in contione stare: qui illo die: nó caput: domum: fortunasq;. L. Virginii: ac Martii Sergii: sit execratus: detestatusq;. minime conuenire quibus iratos: quisq; deos precatus sit: ĩ iis sua potestate cum liceat: & oporteat: nó uti. nũq̃ deos ipsos admouere nocẽtibus manus. satis esse: si occasione ulciscendi: lesos armẽt. ¶ His oratióibus incitata Plebs denis milibus eris grauis reos condemnat. nequicq̃ Sergio Martem communem belli fortunamq; accusante. Virginio deprecãte: ne infelicior domi: q̃ militie esset. In hos uersa ira populi cooptationis tribunorum: fraudisq; contra legem Treboniam facte: memoriam obscuram fecit. ¶ Victores Tribuni: ut presentem mercedem iudicii Plebs haberet: legem Agariam promulgant. tributum conferre prohibent. cum tot exercitibus stipendio opus esset: resq; militia ita prospere gererentur: ut nullo bello ueniretur ad exitum spei. Nanq; Veiis: castra: que amissa erant: recuperata: castellis presidiisq; firmãtur. ¶ Preerant Tribuni militũ. M. Emilius: &. Q. Fabius. M. Furio in Faliscis: &. C. Cornelio ĩ Capenate agro: hostes nulli extra menia inuẽti. prede acte incendiis uillarum ac frugum uastati fines. oppida oppugnata: nec obsessa sunt. ¶ At in Volscis depopulato agro: Anxur oppugnatum nequicq̃: loco alto situm. Et postquã uis irrita erat: uallo fossaq; obsideri ceptũ. ¶ Valerio Potito Volsci Prouintia euenerat. ¶ Hoc statu militarium rerũ seditio ĩtestina maiore mole coborta: q̃ bella tractabantur. Et cum tributum conferri per Tribunos non posset: nec stipendium imperatoribus mitteretur: eraq; militaria flagitaret miles: haud procul erat qn castra quoq; urbane seditionis contagione turbarentur. ¶ Inter has iras Plebis in Patres: cũ Tribuni Plebis nunc illud tẽpus esse dicerent: stabiliende libertatis et ab Sergiis Virginiisq; ad Plebeios uiros fortes: ac strenuos transferendi sũmi hó ris: non tamẽ ultra processum est: q̃ unus ex Plebe usurpandi iuris causa. P. Licinius Caluus Tribunus militum Consulari potestate crearetur. ¶ Cæteri Patritii creati. P. Manilius: &. P. Titinius. P. Melius. L. Furius Medullinus. L. Popilius Volsco. ¶ Ipsa plebes mirabat: se tantam rem obtinuisse. nó is modo qui creatus erat: uir nullis ante honoribus usus: uetus tantum Senator: & etate iam grauis. nec satis constat cur primus ac potissimus ad nouum delibãdum honorem: sit habitus. ¶ Alii. Cn. Cornelii fratris: qui Tribunus militum priore anno fuerat: triplexq; stipendium equitibus dederat: gratia extractũ ad tantum hórem credunt. ¶ Alii orationem ipsum tempestiuã: de concordia ordinũ Patribus: Plebiq; gratam habuisse. ¶ Hac uictoria comitiorum exultantes Tribuni Plebis: ꝙ maxime Rempubli. impediebat: de tributo: remiserũt. ¶ Collatũ obediẽter: missumq; ad exercitum est. ¶ Anxur in Volscis breui receptum est. ¶ Insignis annus hyeme gelida ac niuosa fuit. adeo ut uie clause Tyberis innauigabilis fuerit. Annona

TRI. MI.

ANXVR. RECEPTV.

TYBERIS. INAVIGABILIS. FVIT.
GELV.

ex ãte cõuecta copia: nihil mutauit. Et qa. P. Licinius: ut ceperat haud tumultuose Magistratum: maiore gaudio plebis: q̃ indignatiõe patrum: ita etiam gessit: Dulcedo inuasit proximis comitiis Tribunorum militum Plebeios creandi. unus. M. Veturius ex Patritiis cãdidatis locũ tenuit. Plebeios alios Tribunos militũ Consulari potestate omnes fere cẽturie dixere. M. Pomponium. Cn. Duillium. Voleronem Publicũ. Cn. Genutium. L. Atilium. hyemem tristem: seu ex intemperie celi: raptim mutatione in contrarium facta: siue alia quacunq; de causa: grauis pestilensq; omnibus animalibus estas excepit. ❡ Cuius insanabili pernitie: quando nec causa: nec finis inueniebat: libri Sibyllini ex Senatus Consulto aditi sunt. ❡ Duũuiri sacris faciundis: lectisternia tũc primum in Vrbe Romana facta: per dies octo: Apollinem: Latonamq; et Dianam: Herculem: Mercurium: atq; Neptunnũ: Tribus q̃ amplissime: tũ apparari poterat: stratis lectis placauere. ❡ Priuatim quoq; id sacrũ celebratũ est: tota Vrbe patentibus ianuis: pro miscuoq; usu rerum omnium in propatulo posito. notos: ignotosq; passim aduenas: in hospitium ductos ferunt. ❡ Et cum inimicis quoq; benigne ac comiter ser/mones habitos. iurgiis: ac litibus temperatũ. ❡ Vinctis quoq; dẽpta in eos dies uincula religiõi deinde fuisse: quibus eam opem intulissent: uinciri. ❡ Interim ad Veios terror multiplex fuit: tribus ĩ unũ bellis collatis. Nãq; eodẽ quo antea mõ: circa munimẽta: cum repente Capenates: Faliscíq; subsidio uenissent: aduersus tres exercitus: ancipiti prelio pugnatum est. Ante omnia adiuuit memoria damnatiõis Sergii: ac Virginii. Itaq; maioribus castris: unde antea cessatum fuerat: breui spatio circunducte copie Capenates in uallum Romanum uersos ab tergo aggrediuntur. Inde pugna cepta Faliscis intulit terrorem. trepidantesq; eruptio ex castris opportune facta: auertit. repulsos deinde insequuti uictores ingentem ediderunt cedem. ❡ Nec ita multo post iam palãtes ueluti forte oblati populatores Capenatis agri reliqas pugne absumsere. et Veientium refugiẽtes in urbẽ multi ante portas cesi. Dũ p̃ metu ne simul Rõanus irrumperet: obiectis foribus. extremos suorum exclusere. ❡ Hec eo anno acta. et iam comitia Tribunorum militum aderant. quorum prope maior patribus: q̃ belli: cura erat. Quippe non communicatum modo cum Plebe: sed prope amissum cernentibus summum ipsum Imperium. Itaq; clarissimis uiris ex cõposito preparatis ad petẽdum: quos pretereundi uerecundiam crederent fore: nihilo minus ipsi perinde: ac si omnes candidati essent: cuncta experientes: non homines modo: sed deos etiam excipiebant in religionem uertentes. Comitia biennio habita: priore anno intolerandam hyemẽ prodigiisq; diuinis similem coortam: p̃ximo non p̃digia: sed iam euentus pestilẽtiam agris: urbiq; illatam: haud dubia ira deũ: quos pestis eius arcende causa placandos esse in libris fatalibus inuentum sit: Comitiis que auspicato fierent: indignum: diis uisum: honores uulgari. discriminaq; gentium cõfundi. preter q̃ maiestate petentiũ: religiõe etiã attoniti homines: Patritios omnes: p̃tem magnã honoratissimũ quenq; Tribunos militum Consulari potestate creauere. L. Valerium Potitũ. Q. Valeriũ Maximũ: M. Furium Camillum iterum. L. Furium Medullinum tertium. Q. ❡ Seruilium Fidẽatem iterum. Q. Sulpitium Camerinum iterum. ❡ His Tribunis ad Veios nihil admodum memorabile actum est. tota uis in populationibus fuit. ❡ Duo summi im/peratores Potitus a Faleris: Camillus a Capena predas ingentes egere. nulla incolumi relicta re: cui ferro: aut igni: noceri posset. ❡ Prodigia interim multa nuntiari. quorũ pleraq;: et quia singulari Autores erãt: parũ credita. spretaq;. & qa hostibus Etruscis: per quos ea procurarent: Aruspices et studium haberẽt horum nouorum miraculorũ: nõ erãt: In unũ omniũ cure uerse sunt: q̃ lacus in Albano nemore: sine ullis celestibus

TRI·MI

LIBRI SIBYLLINI

TRI·MI

PRODIGIA

aquis: causaue qua alia: que rem miraculo eximeret i altitudinē insolitā creuit. Quid nā eo dii portenderent ꝓdigio: missi sciscitatum Oratores ad Delphicū oraculum. Sed ꝓpior interpres oblatus fatis. ¶ Senior qdam Veiens: q inter cauillātes in statiōibus: ac custodiis milites Romanos: Etruscosq; uaticinātis in modū cecinit: Priusq̄ ex lacu Al/bano aq̄ emissa foret: nūq̄ potiturū Veiis romanū. Quod ꝑmo uelut temere iactum: sperni. agitari deīde sermōibus ceptū ē: donec unus ex statiōe Romana: ꝑcontatus ꝓximum oppidanoꝝ: Iam ꝑ longinqtatem belli cōmercio sermonū facto: quisnā is eēt: q ꝑ ābages de lacu Albano iaceret: Postquā audiuit Aruspicē eē: uir haud ītactꝰ religiōe animi: causatus de ꝑuati portēti ꝓcuratione: si ope illi eēt: consulere uelle: ad colloqum uatē elicuit. Cumq; ꝓgressi ambo a suis lōgius eēnt inermes: sine ullo metu: preualēs iuuenis Romanus: senem infirmū in cōspectu omniū raptū: Nequicquā tu/multuātibus Etruscis: ad suos transtulit. Qui cū ꝓductus ad Imꝑatorē: Inde Romā ad Senatū missus eēt: Sciscitātibus qd nā id eēt: ꝙ de lacu Albano docuisset: respōdit: ꝑfecto iratos deos Veienti populo illo fuisse die: quo sibi eam mentem obiecissent: ut excidiū patrie fatale proderet. Itaq; que tū cecinerit diuino spiritu instinctus: ea se: nec ut īdicta sint reuocare. posse tacēdo forsan: ꝙ dii immortales uulgari uelint: haud minus quā celāda effādo: nefas cōtrahi ¶ His igit̄ libris fatalibus sic disciplīa Etrusca traditū eē: ut qñ aqua Albana abundasset: tum si eam romanus rite emisisset: uictoriā de Veiētibus dari. anteq̄ id fiat: deos menia Veientū deserituros non eē. Exequebant̄ inde que sollemnis deriuatio esset. ¶ Sed autorē leuē: nec satis fidū: super tanta re: esse Patres rati: decreuere legatos: sortesq; oraculi Pythici expectādas. prius q̄ a Delphis Oratores redirēt: Albaniue prodigii piacula īuenirent̄: noui tribuni militū Cōsulari potestate. L. Iulius Tullus: P. Furius Medullinus q̄rtū. L. Sergius Fideās: Aurelius Postumius Regilēsis. P. Cornelius maluginēsis. A. mālius Magistratū inierunt ¶ Eo anno tarquiniēses noui hostes exorti: quia multis simul bellis Volscorū: ad Anxur: ubi ꝑsidium obsidebatur Equorum: ad Lauicos: qui Romanam ibi coloniā oppug/nabāt: ad hoc Veiēti quoq; & Falisco: & capēati bello occupatos uidebāt Romāos. Nec intra muros quietiora negotia esse: certaminibus Patrū: ac Plebis. Inter hec locū iniurie rati eē: predatū i agrū Ro. cohortes expeditas mittūt. aut. n. passuros inultā eā iniuriā Rōanos: ne nouo bello se onerarēt: aut exiguo eoq; parū ualido exercitu ꝑsequuturos. Romanis indignitas maior: q̄ cura populatiōis Tarqniensium fuit. Eo nec magno conatu suscepta: nec i longū dilata res est. Aurelius Postumius &. L. Iu/lius nō iusto delectu (Et. n. a Tribunis Plebis impediebant̄) Sed prope uoluntarioꝝ: quos adhortādo incitauerant: coacta manu: ꝑ agrū Ceretē obliqs tramitibus egressi: redeūtes a populationibus grauesq; preda Tarquinienses: oppressere. multos mortales obtrūcāt. omēs exuūt impedimētis. & receptis agroꝝ suoꝝ spoliis: Romā reuertunt̄. ¶ Biduū ad recognoscēdas res datū dominis. tertio que incognita (erant autem pleraq; hostiū ipsoꝝ) sub hasta uenierūt. Quodq; inde redactū: militibus ē diuisum ¶ Cætera bella maximeq; Veiēs: incerti exitus erant. ¶ Iamq; Romani desperata ope humana fata & deos expetebāt: Cū Legati a Delphis uenerūt: sortē oraculi afferētes cōgru/entē respōso captiui Vatis. ¶ Romane aquā Albanā caue lacu cōtineri. caue in mare manare: suo flumine sinas. emissā ꝑ agros rigabis. dissipatāq; riuis extingues. ¶ Tū tu insiste audax hostiū muris. memor quā per tot annos obsides urbē ex ea tibi: his: que nūc pandunt̄ fatis: uictoriā datā. ¶ Bello ꝑfecto donū amplū uictor ad mea templa portato. Sacraq; patria: quoꝝ omissa cura ē: instaurata: ut assolet: facito. ¶ Ingēs inde hēri captiuus Vates ceptus. eūq; adhibere Tribuni militū Cornelius Postumiusq; ad

Legati missi ad apollinē pythiū

VATES ETRVSCVS A RO. VEIIS CAPTVS

TRI. MI.

TARQVINIESES. NOVI HOSTES agrū ro. depopulant.

RESPŌSV APOLLINIS DE AQVA albani lacus

ꝓdigii Albani ꝓcuratione͂: ac deos rite placãdos: cepere. ¶ Inuentumq; tandem est ubi neglectas cerimonias: intermissũue sollẽne diu argueret. nihil ꝑfecto aliud ee͂: q̃ Magistratus uitio creatos: Latinas sacrũq; in Albano monte nõ rite concepisse. ¶ Vnam expiatione͂ eoꝝ ee͂: ut Tribuni militũ abdicarẽt se Magistratu. auspitia deintegro repeterent. & Interregnũ iniret. ¶ Ea ita facta sunt ex Senatus Cõsulto. ¶ Interreges tres deinde fuere. L. Valerius. Q. Seruilius fideñs. M. Furius Camillus. ¶ Nũq̃ desitũ interim turbari Comitia: interpellantibus Tribunis Plebis: donec cõuenisset prius: ut maior ps tribunorum militũ: ex plebe crearet. ¶ Que dũ agunt Concilia Etrurie ad Fanũ Voltũne habita: Postulãtibusq; Capẽatibus ac Faliscis: ut Veios cõmuni aĩo: cõsilioq; om̃es Etrurie populi: ex obsidiõe eriperent: respõsum est: ante se Veiẽtibus negasse: qa unde cõsilium nõ petissent sup tanta re: auxiliũ petere nõ deberẽt. nunc iam ꝓ se fortunã suã illis negare. maxime in ea pte Etrurie: gente͂ inusitatã: nouos accolas Gallos ee͂: cũ qbus nec pax satis fida: nec bellũ ꝓ certo sit. sanguini tñ nõiq; & p̃ntibus ꝑiculis cõsanguineoꝝ id dari: ut siq iuuẽtutis sue uolũtarii ad id bellũ eant: nõ impediãt. ¶ Eũ magnũ aduenisse hostiũ numerũ fama Rome erat. eoq; mitescere discordie intestine metu cõmuni ut fit: cepte: haud inuitis Patribus P. Liciniũ Caluũ p̃rogatiua Tribunũ militũ nõ petente͂: creãt. moderatiõis expte: in p̃ori magistratu uirũ. ceterũ iam tũ exacte etatis. om̃esq; deiceps ex collegio eiusde͂ ãni refici appebat

TRI. MI.

L. Titiniũ. P. Meneniũ. Cn. Genutiũ. L. Aciliũ: q p̃us q̃ renũtiarent: iure uocatis tribubus: ꝑmissu Interregis. P. Licinius Caluus ita uerba fecit. ¶ Omen cõcordie Quirites rei maxime ĩ hoc te͂pus utillime memoria nostri Magistratus: Vos his Comitiis. petere in insequente͂ annũ uideo. si et Collegas eosde͂ reficiatis: etiã usu meliores factos. me iam nõ eundem sed umbram: nome͂q;. P. Licinii relictum uidetis. Vires corporis

PULCHRA. DESCRIPTIO. SENECTUTIS.

affecte. sensus oculoꝝ atq; auriũ hebetes. me͂oria labat. uigor animi obtusus. En uobis inquit iuuene͂ filiũ tene͂s: effigie͂: atq; imagine͂ eius: que͂ uos antea Tribunũ militũ ex Plebe fecistis. Hũc ego institutũ disciplina mea: Vicariũ ꝓ me: Reip. do. dicoq;. uosq; queso Quirites: delatũ mihi ultro honore͂: huic pete͂ti meisq; pro eo adiectis precibus: mãdetis. ¶ Datũ id pete͂ti patri. filiusq; eius. P. Licinius Tribunus militũ Cõsulari ptãte cũ iis: quos supra scripsimus: declaratus. Titinius Genutiusq; Tribuni militũ profecti

Falisci capenatesq; ro. cedunt.

aduersus Faliscos: Capenatesq;: dũ bellũ maiore animo gerũt: q̃ cõsilio: p̃cipitauere se in insidias. ¶ Genutius morte honesta temeritate͂ lue͂s: ante signa inter p̃mores cecidit. ¶ Titinius in editũ tumulũ ex multa trepidatiõe militibus collectis acie͂ restituit. nec se tñ equo loco hosti cõmisit. plus ignominie erat: q̃ cladis acceptũ: que ꝓpe in cladem uertit ingente͂. ¶ Tantũ inde terroris nõ Rome mõ: quo multiplex fama ꝑuenerat:

Trepidat̃ i castris ro. veijs

Sed in castris quoq; fuit ad Veios. egre ibi miles rete͂tus a fuga est. Cũ ꝑuasisset castra rumor ducibus exercituq; ceso uictore͂ Capenate͂: ac Faliscũ Etrurieq; omne͂ iuue͂tute͂: haud ꝓcul inde abe͂e͂. His tumultuosiora Rome: Iã castra ad Veios oppugnari. Iã ptem hostiũ te͂dere ad urbe͂ agmine infesto: crediderant. Cõcursumq; in muros est. & Matronarũ: q̃s ex domo cõciuerat publicus pauor: obsecratiões ĩ te͂plis facte. p̃cibusq; a diis petitũ: ut exitũ ab urbis tectis: te͂plisq; ac me͂ibus Romanis arcerẽt Veiosq; eũ auerterẽt terrore͂: si sacra renouata rite: si ꝓcurata ꝓdigia essent. Iã ludi Latineq; instaurati erãt. Iã ex lacu Albano aq̃ emissa ĩ agros. Veiosq; fata appetebãt. Igitur

DICTATOR. CAMILLUS.

fatalis Dux ad excidium illius urbis: seruandeq; patrie. M. Furius Camillus Dictator dictus: Magistrũ eqtum. P. Corneliũ Scipione͂ dixit. ¶ Om̃ia repe͂te mutauerat Imꝑator mutatus. alia spes: alius aĩmus hominũ. fortũa quoq; alia urbis uideri. Omnium primũ ĩ eos: q a Veiis in illo pauore fugerant: more militari animaduertit. effecitq; ne

hostis maxĩe timẽdus militi eẽt. Deinde indicto delectu ĩ diẽ certã: ĩpẽ interim ueios ad confirmãdos militũ animos intercurrit. Inde Romã ad scribendũ nouũ exercitum redit. nullo detractãte militiam: ꝑegrina etiã iuuẽtus Latini Hernicique operam suã pollicẽtes: ad id bellum uenere. quibus cũ gratias in Senatu egisset: Ludos magnos ex Sẽatus cõsulto nouit ueiis captis se factuꝝ. ædẽque Matute matris refectã dedicatuꝝ: Iã ãte ab rege Seruio Tullio dedicatã. ¶ Profectus cũ exercitu ab urbe: expectatiõe maiore hominũ: q̃ spe: in agro primum Nepesino: cum Faliscis: & Capenatibus signa cõfert. oĩa ibi summa ratiõe: cõsilioque acta. fortuna etiã: ut fit: sequuta est. nõ ꝓlio tm̃ fudit hostes: sed castris quoque exuit. ingẽtique ꝑda est potitus. cuius pars maxima ad Questorem redacta est. haud ita multũ militi datũ. Inde ad Veios exercitus ductus. Dẽsioraque castella facta. & a ꝑcursationibus: que multe temere inter murũ atque uallũ fiebãt: edicto ne qs iniussu pugnaret: ad opus milites traducti. opum fuit omniũ lõge maximũ: ac laboriosissimũ: cuniculus ĩ arcẽ hostiũ agi ceptus. Quod ne ĩtermitteret opus: neu sub terra cõtinuus labor eosdẽ cõficeret: in ꝑtes sex munimentoꝝ numerum diuisit. sene hore in orbẽ opi attribute sunt. nocte ac die nũq̃ ante omissum: q̃ ĩ arcẽ uiã faceret. ¶ Dictator cũ iam ĩ manibus uideret uictoriã eẽ: urbẽ opulentissimã capi: tantãque ꝑde fore: quantũ nõ oĩbus ĩ unũ collatis ante bellis fuisset: ne inde aut mi-litũ irã: ex malignitate ꝑde ꝑtite: aut inuidiã apd̃ Patres ex ꝓdiga largiõe caperet: litteras ad Senatũ misit: deũ ĩmortaliũ benignitate: suis cõsiliis: patiẽtia militũ: Veios iã fore in potestate populi Ro. qd de ꝑda faciendũ censerẽt. ¶ Due senatũ distinebãt sentẽtie. senis. P. Licinii: quẽ ꝑmũ dixisse: a filio interrogatũ ferũt. Edici palã placere populo: ut q ꝑticeps eẽ ꝑde uellet: ĩ castra Veios iret. Altera. Ap. Claudii q largitionẽ nouã: ꝓdigam: ineq̃lem: incõsultam: arguẽs: si semel nefas ducerẽt captã ex hostibus in erario exhausto bellis pecuniã eẽ: autor erat stipẽdii ex ea pecũia militi numerãdi: ut quo minus tributi Plebes cõferret: eius. n. doni sotietatẽ sẽsuras eq̃liter oĩm domos: nõ auidas in direptiões manus otiosoꝝ urbanoꝝ ꝑrepturas fortiũ bellatoꝝ ꝑmia eẽ. Cũ ita ferme eueniat: ut segnior sit ꝑdator: ut quisque laboris ꝑiculique precipuam petere partẽ soleat. ¶ Licinius cõtra suspectã & ĩuisam semꝑ eã pecuniã fore aiebat. causasque criminũ ad Plebẽ: seditionũ inde: ac legũ nouarũ ꝑbituram. Satius igit̃ eẽ: recõciliari eo dono Plebis animos. exhaustis atque exinanitis tributo tot annoꝝ succurri: & sẽtire prede fructũ in eo bello: in quo ꝓpe cõsenuerunt. Gratius id fore: letiusque ꝙ quisque sua manu ex hoste captũ domũ retulerit: q̃ si multiplex alterius arbitrio accipiat. ipsum Dictatorẽ fugere inuidiã ex eo: criminaque. eo delegasse ad Senatum. Senatum quoque debere reiectã rẽ ad se: ꝑmittere Plebi. ac pati habere: ꝙ cuique sors belli dederit. ¶ Hec tutior uisa sentẽtia ẽ. que popularẽ Senatũ faceret. edictũ itaque ẽ: ad predã Veiẽtem q̃bus uideret in castra ad Dictatorẽ ꝓficiscerentur. Ingẽs ꝓfecta multitudo repleuit castra. ¶ Tũ Dictator auspicato egressus: cũ edixisset: ut arma milites caperẽt. ¶ Tuo ductu inq̃t Pythice Apollo: tuoque numine ĩstinctus ꝑgo ad delendã urbẽ Veios. tibique hinc decimã ꝑtem prede uoueo. Te simul Iuno Regina: que nũc Veios colis: precor: ut nos uictores in nostram: tuãque mox futuram urbẽ: seq̃re: ubi te: dignũ amplitudine tua: templũ accipiat. Hec ꝑcatus: suꝑante multitudine: ab oĩbus locis urbẽ aggredit̃. quo minor ab cuniculo ingruẽtis ꝑiculi sensus eẽt. Veiẽtes ignari se: iã ab suis uatibus: iam ab externis oraculis ꝓditos: iam in ꝑtem ꝑde sue uocatos deos: alios uotis ex urbe sua euocatos: hostiũ templa: nouasque sedes spectare: seque ultimũ illũ diem agere: nihil minus timẽtes: q̃ sub rutis cuniculo menibus: arcẽ iam plenã hostiũ esse: In muros pro se quisque armati discurrũt. mirãtes q̃dnam id esset: qd̃ cũ tot ꝑ dies nemo se ab stationibus

Diuersi sunt de pda veienti ĩ senatu.

Capiuntur Veii.

Sola pecunia [illegible] in publicũ redacta

Cũ summa ueneratione Iuno romam portata

IIII dierum supplicationes pro veiis captis [illegible]

Rõanis mouisset: tũ uelut repẽtino icti furore: improuidi currerẽt ad muros ¶ Inserũt huic loco fabula immolante rege Veientiũ. uocem Aruspicis dicẽtis: q eius hostie exta prosecuisset: ei uictoriã dari: exauditam in cuniculo mouisse Romanos milites: ut ad aperto cuniculo exta raperẽt: & ad Dictatorẽ ferrẽt ¶ Sed in rebus tam antiq̃s: si que similia ueri sint: ꝓ ueris accipiantẽ: Satis habeam. hec ad ostentationẽ scene: gaudẽtis miraculis: aptiora: q̃ ad fidẽ: neq; affirmare neq; refellere est opepreciũ ¶ Cuniculus de lectis militibus eo tempe plenus ĩ æde Iunonis: que in Veiẽtana arce erat: armatos repẽte edidit. & ꝑs auersos in muris inuadũt hostes. pars claustra portarũ reuellũt. ꝑs cũ ex tectis saxa teguleq; a mulieribus ac seruitiis iacerentẽ: inferũt ignes. Clamor oĩa uariis terrentiũ: ac pauentiũ uocibus mixto mulierũ: ac puerorũ ploratu cõplet. Momento temporis deiectis ex muro undiq; armatis: patefactisq; portis: cum alii agmine irruerẽt: alii desertos scãderent muros: Vrbs hostibus implerẽ. omnibus locis pugnatur. Deinde multa iam edita cede: senescit pugna. et Dictator ꝑcones edicere iubet: ut ab inermi abstineatur. Is finis sãguinis fuit. deinde inermes capti. & ad predã miles: ꝑmissu Dictatoris discurrit. que cũ ante oculos eius aliquantũ spe: atq; opiniõe maior: maiorisq; precii rerũ ferretur: dicitẽ manus ad celum tollens: precatus esse Dictator: ut si cui hominũ: deorumq; nimia sua fortuna: populiq; Romani uideretur: ut eam inuidiam lenire suo ꝓuato incõmodo: q̃ minimo: publicoq; Rõani populi liceret ¶ Cõuertentẽ se inter hanc uenerationẽ: traditur memorie ꝓlapsum cecidisse. Idq; omen pertimuisse. Postea euentu rem coniectantibus uisum ad dãnationem ipsius camilli: capte deinde urbis Ro. ꝙ post paucos accidit ãnos: clademq;. Atq; ille dies cede hostiũ: ac direptiõe urbis opulentissime est cõsumptus ¶ Postero die libera corpora Dictator sub corona uẽdidit. ea sola pecunia ĩ publicũ redigitẽ. haud sine ira Plebis ¶ Et quod retulere secũ ꝑde: nec Duci: q ad Senatũ: malignitatis autores querendo: rẽ arbitrii sui reiecisset: nec Sẽatui: sed Licinie familie: ex q̃ filius ad Sẽatũ retulisset: pater tã popularis sentẽtie autor fuisset: acceptum referebãt ¶ Cũ iam humane opes egeste a Veiis eẽnt. amoliri tũ deũ dona: ipsosq; deos: sed colentiũ magis. q̃ rapientiũ mõ cepere. Nãq; delecti ex omni exercitu iuuenes pure lautis corporibus: candida ueste: qbus deportãda Romã Regina Iuno assignata erat: uenerabũdi templũ iniere. Primo religiose admouẽtes manus: ꝙ id signũ more uetusto nisi certe gẽtis Sacerdos attractare nõ esset solitus. ¶ Deinde cũ qdam: seu spiritu diuino tactus: seu iuuenali ioco: uis ne Romã ire Iuno dixisset: annuisse ceteri Romã cõclamauerũt. Inde fabule adiectũ ẽ: uocẽ quoq; dicẽtis uelle: auditã. Motã certe sede sua pui molimẽti ãminiculis sequẽtis mõ: accpimus. leuẽ ac facilẽ translatu fuisse. integrãq; ĩ Auentinũ eternã sedẽ suã: quo uota Rõani Dictatoris uocauerant: ꝑlatam. ubi templũ ei postea idẽ: q uouerat: Camillus dedicauit ¶ Hic Veiorũ occasus fuit urbis opulẽtissime Etrusci nominis: magnitudinẽ suã uel ultima clade indicãtis ꝙ decẽ estates: hyemesq; cõtinuas circũsessa: cũ plus aliq̃to cladium intulisset: q̃ accepisset: Postremo iam fato quoq; urgente: operibus tamẽ: nõ ui expugnata est ¶ Romam ut nuntiatũ est Veios captos: quã q̃ & prodigia ꝓcurata fuerant: & uatum responsa: & Pythice sortes note: & quantũ humanis adiuuari cõsiliis potuerat res: Ducẽ. M. Furiũ maximũ Imperatorũ oĩm legerant: tamẽ qa tot annis uarie ibi bellatũ erat: multeq; clades accepte: uelut ex insperato ĩmensum gaudiũ fuit. ¶ Et ꝓus q̃ Sẽatus decerneret plena oĩa tẽpla Romanarũ matrũ: grates diis agẽtiũ erant ¶ Sẽatus q̃triduũ: quot dierũ nullo ante bello: supplicatiões decernit. Aduẽtus quoq; Dictatoris oĩbus ordinibus obuiã effusis celebratior: q̃ ullius unquã ãtea fuit. ¶ Triumphusq; omnem consuetum honorandi illius diei modum aliquãtum excessit.

Maxime conspectus ipse est: curru equis albis iuncto urbem inuectus parumq; id :
nó ciuile mó: sed humanú etiá uisú. Iouis solisq; eqs eqparatú Dictatorẽ in religionẽ
etiá trahebát ¶ Triúphusq; ob eá uná maxíe rẽ clarior: q̃ gratior fuit. Tú Iunoni
Regine tẽplú in Auentino locauit. dedicauitq; Matute matris. atq; his diuinis húa/
nisq; rebus gestis: Dictatura se abdicauit ¶ Agi deinde de Apollinis dono ceptú. cui se
decimá uouisse prede partẽ cú diceret Camillus: Pótifices soluendú religióe populú
censerẽt: haud facile inibat̃ ratio iubendi referre predá populú: ut ex ea pars debita
in sacrú secerneret̃. Tandẽ eo: ꝙ leuissimú uidebatur: decursum ẽ: ut qui se: domúq;
religióe exoluere uellet: cú sibi metipsi predá estimasset suá: decime preciú partis in
publicum deferret. ut ex eo donú aureú dignú amplitudine tẽpli: ac numine dei: ex
dignitate populi Ro. fieret ¶ Ea quoq; collatio plebis animos a Camillo alienauit.
Inter hec pacificatú legati a Volscis: & Equis uenerút. impetrataq; pax magis: ut
fessa tá diutio bello acqesceret ciuitas: q̃ ꝙ digni peterẽt. Veiis captis: sex Tribunos
militú Cósulari ptãte insequẽs ánus habuit. duos. P. Cornelios Cossum: & Scipionẽ:
M. Valeriú Maximú iterú: Cesonẽ Fabiú Ambustú iterú. L. Furiú Medullinú
qntum. Q. Seruiliú tertiú ¶ Corneliis Faliscum bellum: Valerio ac Seruilio Cape/
nas: sorte euenit. Ab iis non urbes ui: aut operibus tẽptate. sed ager est depopulatus.
predeq; rerum agrestium acte. nulla felix arbor: nihil frugiferum in agro relictú.
Ea clades Capenatẽ populú subegit. pax petẽtibus data. In Faliscis bellú restabat.
¶ Rome interim multiplex seditio cuius leniende causa: Coloniá in Volscos quo tria
milia ciuium Romanorum scriberentur. deducendam censuerant. Triumuiriq; ad
id creati terna iugera et septunces uiritim diuiserant. Ea largitio sperni cepta: quia
spei maioris auertẽde: solatiú obiectú censebant. Cur .n. relegari Plebẽ in Volscos:
cum pulcherrima urbs Veii agerq; Veientanus in conspectu sit. uberior ampliorq;
Romano agro. urbem quoq; Vrbi Rome: uel situ: uel magnificentia publicorum
priuatorumq; tectoꝝ: ac locorum preponebát ¶ Quin illa quoq; actio mouebat̃:
que post captam utiq; Romá a Gallis celebratior fuit: transmigrandi Veios. Ceterú
partem Plebis: partem Senatus destinabant habitádos Veios. duasq; urbes cómunes
Reipu. incoli a Romano populo posse ¶ Aduersus que cú optimates ita tenderent:
ut morituros se citius dicerent: in cóspectu Romani Po. q̃ quicq̃ earú rerú rogaret̃:
qppe núc í una urbe tm̃ dissensionú eẽ: qd í duabus urbibus fore: Victam ne ut qsq̃
uictrici patrie pferret? sineretq; maiorẽ fortuná captis eẽ Veiis q̃ icolumibus fue/
rat? Postremo se relinq a ciuibus in patria posse: ut relinq̃nt patriá: atq; ciues: nullá
uim unq̃ sub acturá. &. T. Siciniú (Is. n. ex Tribunis Plebis rogatióis eius lator erat:)
Cóductorẽ Veios seq̃nt̃: relicto deo Romulo: dei filio: parẽte & autore urbis Ro/
me? Hec cú fedis certamibus agerẽt̃: Ná ptẽ Tribunoꝝ Plebis Patres í suá sentẽtiá
traxerát: nulla res alia manibus tempare Plebẽ cogebat: q̃ ꝙ: ubi rixe cómittẽde cá
clamor ortus esset: Principes Senatus primi turbe offerentes: se peti: feriri: atque
occidi: iubebant ¶ Ab horum ætatibus: dignitatibusq; : et honoribus uiolandis:
dum abstinebatur: et ad reliquos similes conatus uerecundia iræ obstabat ¶ Ca/
millus identidem omnibus locis contionabatur: haud mirum id quidem esse: furere
ciuitatem: que dampnata uoti: omnium rerum potiorem curam: q̃ religione se ex/
oluendi habeat ¶ Nihil de collatione dicere stipis: uerius q̃ decime: quando ea
se quisq; priuatim obligauerit: liberatus sit populus ¶ Enimuero illud se tacere: suá
conscientiá nó pati: ꝙ ex ea tantum preda: que rerum mouentium sit: decima desig/
netur: Vrbis: atq; agri capti: que & ipsa uoto cótineatur: mentionem nullam fieri.

TRI· MI·

Felix arbor

PATRES OBSISTUNT: NE PLEBS VEIOS MIGRET

FELIX·ARBOR·

¶Cum ea disceptatio anceps Senatui uisa: delegata ad Pōtifices eē: adbibito Camillo uisum Collegio: quod eius ante conceptū uotum Veientium fuisset: & post uotum in potestatem populi romani uenisset: eius partē decimā Apollini sacratā esse. ¶Ita in estimationē urbs agerq; uenit. pecūia ex erario ꝓmpta. & Tribunis militū Cōsu/laribus: ut aurū ex ea coemerēt negotiū datū. ¶Cuius cū copia nō esset. Matrone cetibus ad eā rem consultandam babitis: cōmuni decreto pollicite Tribunis militū aurum: & omnia ornamēta sua: in erarium detulerūt. ¶Grata ea res: ut que maxīe Senatui unq̄ fuit. bonoremq; ob eam munificentiam ferunt Matronis babitum: ut plaustro ad sacra: ludosq; carpentis festo: ꝓfestoq; uterent̄. Pondere ab singulis auro accepto estimatoq; : ut pecunie soluerētur crateram aureā fieri placuit: que donū Apollini Delphos portaret̄. ¶Simul ab religione animos remiserūt: integrāt seditionē Tribuni Plebis. incitat̄ multitudo in omnis Principes. ante alios ī Camillū. ¶Eum predam Veientanam publicando sacrandoq; ad nibilum redegisse. absentes ferociter increpant. prefectium: cū se ultro iratis offerrent: uerecundiā babēt. ¶Simul extrabi rem ex eo anno uiderūt: Tribunos Plebis latores legis: in annum eosdem reficiunt. ¶Et Patres boc idem de intercessoribus legis ammissi ita Tribuni Plæbis magna ex parte iidem refecti. ¶Comitiis Tribunorum Militum Patres summa ope euicerunt: ut. M. Furius Camillus crearet̄. Propter bella simulabant parari ducem. sed largitioni Tribunicie aduersarius querebat̄. Tum Camillo creati Tribuni militū Consulari potestate. L. Furius Medullinus sextum. Claudius Emilius: Valerius Publicola. Sp. Postumius: P. Cornelius iterū. ¶Principio anni Tribuni Plebis nibil mouerunt: donec. M. Furius Camillus in Faliscos: cui id bellum mandatum erat: proficisceret̄. ¶Differendo deinde elanguit res. & Camillo: quē aduersariū maxime metuerant: gloria in Faliscis creuit. Nam cum primo menibus se bostes tenerent: tutissimum id rati: populatione agrorū: atq; incendiis uillarū: coegit eos egredi urbe. Sed timor lōgius ꝓgredi ꝓbibuit. ¶Mille fere passuū ab oppido castra locāt. nulla re alia fidētes: ea satis tuta eē: q̄ difficultate aditus: aspis cōfragosisq; circa: & partim arctis: parti arduis uiis. Ceteꝝ Camillus captiuū īdicē ex agris sequutus ducē: castris multa nocte motis prima luce aliq̄nto superioribus locis se ostēdit. trifariā romani muniebant. alius exercitus prelio intētus instabat. ibi impedire opus conātes bostes: fudit. fugatq; tantūq; īde pauoris Faliscis iniectū ē: ut effusa fuga castra sua: quæ propiora erant: prelati urbem peterent. multi cesi uulneratiq;. prius q̄ pauētes portis inciderent: castra capta. ¶Preda ad Questores redacta: cum magna militū ira. ¶Sed seueritate Imperii uicti: eandem uirtutem & oderant: & mirabantur. ¶Obsidio inde urbis: & munitiones: & interdum per occasionē impetus oppidanorū in Romanas stationes: preliaq; parua fieri: & teri tēpus neutro inclinata spe: cū frumentū copieq; alie: ex ante conuecto: largius obsessis: q̄ obsidentibus suppeterent. Videbat̄q; eque diuturnus futurus labor: ac Veiis fuisset: ni fortuna Imperatori Romano simul: ac cognite rebus bellicis uirtutis specimen maturā uictoriā dedisset. ¶Mos erat Faliscis eodem magistro liberorū: & comite uti: simulq; plures pueri: quod bodie quoq; in gretia manet: unius cure demandabant̄. ¶Principum liberos: sicut fere fit: qui sciētia uidebat̄ precellere: erudiebat. ¶Is cum in pace instituisset pueros ante urbem lusus: exercēdiq; causa: ꝓducere: nibil eo more ꝑ belli tēpus ītermisso: dū mō breuioribus: mō lōgioribus spatiis trabēdo eos a porta: lusu sermōibusq; uariatis: lōgius solito: ubi res dedit progressus: inter stationes eos bostiū: castraq; inde Romana: in Pretorium ad Camillum perduxit. Ibi scelesto facinori: scelestiorem sermonē addidit. Faliscos

se in manus tradidisse Romanis: quod eos pueros: quorũ parentes capita ibi rerum sint: in potestate dediderit. Que ubi Camillus audiuit. Non ad similẽ inquit tu: nec populũ: nec Imperatorẽ: scelestus ipse: cum scelesto munere uenisti. Nobis cũ Faliscis: que pacto fit humano societas nõ est. quã ingenerauit natura: utrisq; est. eritq;. Sunt & belli: sicut pacis iura. iusteq; ea: non minus q̃ fortiter didicimus gerere. Arma habemus non aduersus eã etatẽ: cui etiam captis urbibus parcit. sed aduersus armatos: & ipsos q nec lesi: nec lacessiti a nobis: castra Romana ad Veios oppugnauerunt. Eos tu: quantũ ĩte fuit: nouo scelere uicisti. Ego Romanis artibus: uirtute: opere: armis: sicut Veios uincam. Denudatũ deinde eũ: manibus post tergũ illigatis: reducendũ Faliscos pueris tradidit. uirgasq; eis: quibus proditorẽ agerent: in urbem: uerberantes: dedit. Ad qđ spectaculũ cõcursu populi primo facto: deinde a Magistratu de re noua uocato Senatu: tanta mutatio animis est iniecta: ut qui modo efferati odio: iraq; Veientiũ exitũ pene: q̃ Capenatiũ pacem mallent: apud eos pacẽ uniuersa posceret ciuitas. fides romana: iustitia Imperatoris ĩ foro & curia celebrant̃. Consensuq; omniũ legati ad Camillũ in castra: atq; inde pmissu Camilli Romã ad senatũ: q dederẽt Faliscos proficiscunt̃. Introducti ad Senatũ: ita loquuti tradunt̃. Patres Conscripti uictoria: cui nec deus: nec homo quis q̃ inuideat: uicti a uobis & Imperatore uestro: dedimus nos uobis. rati quo nihil uictori pulchrius ẽ: melius nos sub Imperio uestro: q̃ legibus nostris uicturos. Euẽtu huius belli: duo salutaria exẽpla pdita humano generi sunt. Vos fidẽ in bello: q̃ presentẽ uictoriã maluistis. Nos fide prouocati: uictoriã ultro detulimus. sub ditione uestra sumus. Mittite q arma: qui obsides: qui urbẽ patẽtibus portis accipiant. Nec uos fidei nostre: nec nos Imperii uestri: penitebit. Camillo & ab hostibus: & a ciuibus gratie acte. Faliscis ĩ stipendium militũ eius ãni: ut Populus Romanus tributo uacaret: pecunia impata. Pace data: exercitus Romã reductus. Camillus meliore multo laude: q̃ cũ triumphantẽ albi p urbẽ uexerant equi insignis iustitia fideq; hostibus uictis: cũ in urbẽ redisset: tacite eius uerecundiã nõ tulit Senatus: quin sine mora uoti liberaret. Crateraq; aureã donũ appollini: legati qui ferrẽt. L. Valerius. L. Sergius. A. Manlius missi: longa una naue: haud procul freto Siculo a piratis Liparensiũ: excepti deuehunt̃ Liparas. Mos erat ciuitatis uelut publico latrocinio: partã predã diuidere. Forte eo anno in summo magistratu erat Timasitheus quidã: Romanis uir similior q̃ suis: q Legatorũ nomẽ donũq; & deũ cui mitterẽt: & doni causã ueritus: ipse multitudinẽ quoq;: que semp ferme regẽti ẽ similis: religiõis iuste impleuit. Adductosq; in publicũ hospitiũ legatos: cũ presidio etiã nauiũ: Delphos psequutus: Romam inde sospites restituit. hospitiũ cum eo senatus cõsulto est factũ. donaq; publice data. Eodem anno in eq̃uarie bellatũ. adeo ut ĩ incerto fuerit: & apud ipsos exercitus: & Rome uicissẽt uicti ne eẽnt. Impatores Romani fuere ex Tribunis militũ Claudius Emilius. Sp. Postumius. primo rẽ cõmuniter gesserũt. Fusis inde acie hostibus: Emiliũ presidio Verruginẽ obtinere placuit. Postumiũ fines uastare. Ibi eum incõposito agmine neglgẽtius: ab re bene gesta: euntẽ: adorti Equi: terrore iniecto ĩ pximos compulere tumulos. pauorq; inde Verruginẽ etiã ad presidium alterũ est perlatus. Postumius suis in tutũ receptis: cũ contione aduocata terrorẽ ĩcreparet: ac fugã: fusos esse ab ignauissimo & fugacissiõ hoste: cõclamat uniuersus exercitus merito se ea audire. & fateri admissum flagitiũ. sed eosdem correcturos esse: neq; diuturnũ id gaudium hostibus fore. poscentes ut confestim inde ad castra hostiũ duceret: & ea in cõspectu erãt posita in plano: nihil pene recusabãt: ni ea añ noctẽ expugnassẽt.

Magr̃ puerorũ a camillo nudus ad faliscos et uinctus remissus

oẽo legatorũ faliscorũ ĩ Senatu rõ.

Legati rõ. a pyratis excepti

TRI. MI.

k v

COSVLES REFECTI POST XV ANNUM

¶Collaudatos: corpora curare: paratosq; esse q̃rta uigilia iubet. & hostes nocturnã fugã: ex tumulo Romanoꝝ: ut ab ea uia que ferebat Verruginẽ: excluderẽt: fuere obuii. preliũq; ante lucẽ: sed luna pernox erat: commissũ ẽ. & haud incertius diurno preliũ fuit. ¶Sed clamor Verruginẽ platus: cũ castra Romana crederẽt opugnari tantũ iniecit pauoris: ut nequicq̃ retinente: atq; obsecrante emilio Tusculum palati fugerẽt. Inde fama romã perlata ẽ: postumiũ exercitũq; occisũ. ¶Qui ubi ꝑma lux metũ insidiarũ effuse sequentibus: sustulit: cũ perequitasset aciẽ: promissa repetẽs: tm̃ iniecit ardoris: ut nõ ultra substinuerint impetũ equi. ¶Cedes inde fugientiũ: qualis ubi ira magis: q̃ uirtute res gerit᷑ ad perniciẽ hostium facta est: tristeq; ab Tusculo nuntium: nequicq̃ exterrita ciuitate: littere a Postumio laureate sequunt᷑. uictoriã populi Romani eẽ. equoꝝ exercitũ deletũ. ¶Tribunorũ plebis actiones: qa nõ dũ inuenerãt finẽ: & Plebs cõtinuare latoribus legis Tribunatũ: & Patres reficere inter/cessores legis ãmissi sũt. ¶Sed plus suis comitiis Plebs ualuit. ¶Quẽ dolorẽ ulti Patres sunt Senatus Cõsulto facto: ut Cõsules inuisus Plebi Magistratus crearent᷑. Annũ post quintũdecimũ creati cõsules. L. Lucretius Flauius. ¶Sergius Sulpitius Came/rinus. ¶Prĩcipio huius anni ferociter: qa nemo ex collegio ĩtercessurus erat cohortis: ad ꝑferendã legẽ Tribunis Plebis: nec segnius ob id ipsũ cõsulibus resistẽtibus: omĩq; ciuitate in unã eam curã conuersa: Vitelliã Coloniã Romanam in suo agro Equi expugnant. Colonoꝝ pars maxima incolumis: qa nocte proditiõe oppidũ captum liberã p auersa urbis fugã dederat: Romã ꝑfugere. L. Lucretio Cõsuli ea ꝓuĩcia euenit. Is cũ exercitu ꝓfectus acie hostes uicit. uictorq; Romã ad maius aliquãto certamẽ redijt. dies dicta erat. Tri. Pl. biennij sↄperioris a Virginio: &. Q. Põponio: quos defẽdi Patrũ cõsensu ad fidẽ Senatus pertinebat. ¶Neq; enim eos aut uite ullo crimine alio: aut gesti Magistratus quis q̃ arguebat: ꝓterq̃ qđ gratificãtes Patribus rogationi Tribunicie intercessissẽt. Vicit tamẽ gratiã Senatus Plebis ira. & pessimo exẽplo ĩnoxij denis milibus grauis eris cõdẽnati sũt. ¶Id egre passi Patres. Camillus palam sceleris Plebẽ arguere: que iã in suos uersa: nõ intelligeret se prauo iuditio de Tribunis intercessionẽ substulisse. ĩtercessiõe sublata Tribunitiã potestatẽ euertissẽt. Nã quod illi sperarẽt effrenatã licentiã eius Magistratus Patres laturos: falli eos: si Tribunitia uis: Tribunitio auxilio repelli nequeat. aliud telũ patres inuẽturos eẽ. ¶Cõsulesq; increpabat qđ fide publica decipi Tribunos eos taciti tulissẽt: q Senatus autoritatẽ sequuti eẽnt. ¶Hec palã contionabũdus indies magis augebat iras hoim. ¶Senatũ uero incitare aduersus legẽ: haud desistebat. ne aliter descenderẽt in forũ: cum dies ferẽde legis uenisset: q̃ ut qui meminissẽt sibi pro aris: focisq;: & deum tẽplis: ac solo: in quo nati essẽt: dimicandũ fore. Nam quod ad se priuatim attineat: si sue glorie sibi inter dimicationẽ patrie meminisse sit fas: sibi amplã quoq; esse urbẽ: ab se captã. frequẽtari quottidie. se frui monumẽto sue glorie. & ãn oculos habere urbẽ: latam in triũpho suo. insistere omẽs uestigiis laudũ suarũ. Sed nefas ducet᷑: desertã ac relictã a diis immortalibus incoli urbẽ: & in captiuo solo hospitari Populũ Ro. & uictricẽ patriã uicta mutari. ¶His adhortatiõibus Principes cõcitati Patres senes iuuenesq; cũ ferret᷑ lex: agmine facto: in forũ uenerunt. dissipatiq; per tribus suos quisq;: tribules prehẽsantes: orare: cum lachrymis cepere: ne eã patriã: ꝓ qua fortissĩe felicissimeq; ipsi: ac Patres eoꝝ dimicassẽt: desererẽt. Capitoliũ: edẽ Veste: cetera circa templa deoꝝ ostẽtantes: ne exsulẽ extorrẽ Populũ Romanũ: a solo patrio: ac diis penatibus in hostiũ urbẽ agerẽt. eoq; rẽ adducerẽt: ut melius fuerit: nõ capi Veios: ne Roma desererẽt. ¶Quia nõ ui agebãt: sed precibus: & inter preces multa deorum

Equi uincuntur

L. Lucretius Flauius
CONS. Sergius Sulpitius camerinus

Tribuni plebis a patribus cooptati [illegible] dãnati

mentio erat: religiosum parti maxime fuit: & legē unā plures tribus antiquarūt q̄ iusserūt. ¶ Adeoq; ea uictoria leta Patribus fuit: ut postero die referētibus Cōsuli/bus Senatus Consultum fieret: ut agri Veientani septena iugera Plebi diuiderētur. nec Patribus familie tantū: sed ut omnium in domo liberorū capitū ratio haberet. uellētq; in eā spem liberos tollere. ¶ Eo munere delinita Plebe: nihil certatū ē: quo minus Cōsularia Comitia haberentur. ¶ Creati Cōsules. L. Valerius Potitus. M. Manlius: cui Capitolino postea fuit cognomē. Hi Consules: Magnos ludos fecere: quos. M. Furius Dictator uouerat Veiēti bello. ¶ Eodē āno edes Iunonis Regie ab eodē Dictatore: eodēq; bello uota dedicat. Celebratamq; dedicationē ingenti Matronarū studio tradūt. ¶ Bellū haud memorabile: in Algido: cū Equis gestū est. fusis hostibus prius pene q̄ manus cōsererēt. Valerio qđ pseuerātior cedēdis in fuga fuit: Triūphus. ¶ Mālio: ut ouās ingrederet Vrbē: decretū est. ¶ Eodē anno nouū bellū cū Volsiniēsibus exortū. quo ꝓpter famē pestilentiāq; in agro Romano ex siccitate caloribusq; nimiis ortā: exercitus duci nequit. Ob que Volsiniēses Salpina/tibus adiūctis: superbia elati: ultro agros Romanos incursauere. bellū inde duobus populis īdictū. C. Iulius Cēsor decessit. in eius locū. M. Cornelius Suffectus. ¶ Que res postea religiōi fuit: quia eo lustro roma capta ē. ¶ Nec deinde unq̄ in demortui locū: Cēsor sufficit. ¶ Cōsulibusq; morbo implicitis placuit per Interregnū renouari auspicia. ¶ Itaq; cū ex Senatus Cōsulto Cōsules se Magistratu abdicassēt: Interrex creat. M. Furius Camillus: q. P. Corneliū Scipionē: Is deinde. L. Valeriū Potitum Interregē ꝓdidit. ab eo creati sex Tribuni militū: Cōsulari potestate: ut etiā si cui eoꝝ incōmoda ualitudo fuisset: copia Magistratuū Rei. P. eēt. kalēdas quintilibus Magistratuū occepere. L. Lucretius. Ser. Sulpitius. M. Emilius: L. Furius Me/dullinus Septimū Agrippa Furius: Claudius Emilius iterū. ¶ Ex his. L. Lucretio: & Claudio Emilio: Vulsiniēsis Prouintia euenit. ¶ Salpinates Agrippæ Furio: et Ser. Sulpitio. ¶ Prius cū Vulsiniēsibus pugnatū ē: Bellum numero hostium ingens. certamē haud sane asperū fuit. fusa cōcursu ꝑmo acies ī fugā. ¶ Milia. viii. armatoꝝ ab eqtibus interclusa: positis armis in deditionē uenerūt. ¶ Eius belli fama effecit: ne se pugnæ cōmitterent Salpinates. ¶ Menibus armati se tutabant. ¶ Romani predas passim & ex Salpinati agro: & ex Vulsiniēsi nullo eam uim arguēte egerunt: donec Vulsiniēsibus fessis bello: ea cōditiōe: ut res Populo Romano redderēt. stipendiū q; illius anni exercitui pstarēt: in. xx. annos īdutie date. ¶ Eodē anno. M. Ceditius de Plebe nuntiauit Tribunis: se in noua uia: ubi nūc sacellū ē: supra edē ueste: noctis silētio audisse uocē clariorē humana: que Magistratibus dici iuberet: Gallos aduē/tare. id: ut fit: propter autoris humilitatē spretū. & ꝙ lōginq̄ eoq; ignotior gēs erat. ¶ Neq; deorum modo monita: ingruente fato: spreta: sed humanā quoq; opē: que una erat. M. Furiū ab Vrbe amouere. Qui die dicta ab. L. Apuleio Tribuno Ple. ꝓpter predā Veientanā: filio quoq; adolescēte p idē tēpus orbatus: cū accitis domū tribulibus: cliētibusq;: magna pars Plebis erat: pcōtatus animos eoꝝ: respōsū tulisset: se collaturos: quāti dānatus esset: absoluere eū nō posse: in exsiliū abiit. pcatus ab diis immortalibus: si innoxio sibi ea iīuria fieret: ꝑmo quoq; tēpore desideriū sui: ciuitati ingrate facerēt. ¶ Absēs qndecim milibus grauis eris damnatur. ¶ Expulso ciue: quo manēte: si quicq̄ humanoꝝ certi ē: capi Roma nō potuerit: aduētanti fatali urbi clade: Legati a Clusinis ueniūt auxiliū aduersus Gallos petētes. ¶ Eā gentē tradit fama dulcedīe frugū maxīeq; uini: noua tū uoluptate: captā: Alpes trāsisse. agrosq; ab Etruscis ante cultos possedisse. & inuexisse in Galliam uinum: illiciendæ gentis

Ager veietanus p plo. divisus.

Cons. L. valerius potitus / M. Manlius capitolinus

Hunc cesor i demortui locu sufficitur

Sex tri mi.

Gallos advetare.

Camillus exulat

Galli cupiditate vini alpes transeunt

causa. ¶ Aruntē Clusinū ira corrupte uxoris ab Lucumone: cui tutor is fuerat: ipso ꝓpotēte iuuene: & a quo expeti pene: nisi externa uis quesita eēt: nequirent: Hunc transeūtibus Alpes Ducē: autoremq; Clusiū oppugnādi fuisse. Eqdē haud abnuerim Clusiū Gallos ab Arūte: seu quo alio Clusino adductos: sed eos: qui expugnauerunt Clusiū: nō fuisse: q ꝑmi Alpes trāsierint: satis cōstat. Ducētis qppe annis añ q̄ Clusiū oppugnarēt: Vrbēq; Romā caperēt: ī Italiā Galli transcēderūt. ¶ Nec cū his ꝑmū Etruscoꝝ: sed multo añ cū iis: q inter Appēninū: Alpesq; incolebāt: sepe exercitus Gallici pugnauere. ¶ Tuscoꝝ: añ Romanoꝝ Impiū: late terra mariq; opes patuere. mari supo: īferoq; qbus Italia insule mō cingit: q̄ntū potuerīt: noia sūt argumēto. qđ alterū Tuscū: cōmuni uocabulo gētis: alterū Hadriacū mare: ab Hadria Tuscorum Colōia uocauere Italice gētes. Greci eadē Tyrrhenū atq; Hadriaticū uocāt. ii in utrūq; mare uergētes: Incoluere urbibus duodenis terras ꝑus: cis Appēninū: ad inferū mare. Postea trās Appēninū totidē: quot capita originis erāt Coloniis missis. que Trāspadū oīa loca: excepto Venetoꝝ angulo: q sinū circūcolunt maris: usq; ad Alpes tenuere. ¶ Alpinis quoq; ea gētibus: haud dubie origo est. maxime Rhetiis: quos loca ipsa efferarūt: neq̄d ex āntiquo ꝑter sonū līgue: nec eū īcorruptū retinerent. ¶ De trāsitu in Italiā Galloꝝ: hec accepimus. Prisco Tarqnio Rome regnāte: Celtaꝝ: que ps Gallie tertia ē: penes Bituriges sūma Impii fuit. Ii regē Celtico dabāt. ¶ Ambigatus is fuit: uirtute fortunaq; tū sua: tum publica: ꝑpollens: qđ imperio eius Gallia adeo frugū hōīmq; fertilis fuit: ut abundās multitudo uix regi uiderēt posse. ¶ Hic magno natu ipse iā exonerare ꝑgrauāte turba Regnū cupiēs: Bellouesū & Sigouesū sororis filios impigros iuuenes: missurū se eē: ī q̄s dii dedissēt auguriis sedes: ostēdit. ¶ Quantū ipsi uellēt numerū hoīm excirēt: ne q̄ gēs arcere aduenīētes posset. ¶ Tū Sigoueso sortibus dati hercinei saltus. ¶ Belloueso haud paulo letiorē in Italiā uiā dii dabāt. ¶ Is qđ eius ex populis abūdabat Bituriges: Aruernos: Senōes: Heduos: Ambarros: Carnutes: Aulercos: exciuit. ꝓfectus ingētibus peditū: equitūq; copiis: in Tricaspinos uenit. ¶ Alpes īde opposite erāt. q̄s īexpugnabiles uisas haud eqdē miror. nulla dū uia: qđ quidē cōtinēs memoria sit: nisi de Hercule fabulis credere libet: supatas. Ibi cū uelut septos mōtiū altitudo teneret Gallos: circūspectarētq; qua nā ꝑ iūcta celo iuga ī aliū orbē terraꝝ trāsirēt: Religio etiā tenuit: qđ allatū ē aduenas: querētes agrū ab Saluiorum gēte oppugnari. ¶ Massiliēses erant: in nauibus a Phocea ꝓfecti. Id Galli fortune sue omē rati: adiuuere: ut quē ꝑmū ī terrā egressi occupauerāt locū: patētibus siluis cōmunirēt. ipsi ꝑ Taurinos: saltusq; Iulie alte alpis trāscēderūt. fusisq; acie Tuscis: haud ꝓcul Ticino flumine: eū: ī quo cōsederant: agꝝ Insubriū appellari audissēt: cognomīe Insubribus pago Heduoꝝ ibi omē sequētes loci: cōdidere urbē. ¶ Mediolanū appellarūt. Alia subiñ manus Germanoꝝ: Elitouio duce uestigia ꝑoꝝ sequuta: eodē saltu: fauēte Belloueso cū trāscendisset Alpes: ubi nunc Brixia: ac Verona urbes sunt: locos tenuere. Libui considunt. ¶ Post hos Salluuii q ꝓpe antiquā gētē leuos Ligures īcolētes circa Ticinū amnē petiere. Penninū. deiñ Boii: Liguresq; trāsgressi: cū iā iter Padū: atq; Alpes oīa tenerēt: Padoratibus traiecto: nō Etruscos mō: sed etiā Vmbros agro pellūt. ¶ Intra Appenninū tñ sese tenuere. ¶ Tum Senones recētissimi aduenaꝝ: ab Vfēte flumīe usq; ad Atesim fines habuere. ¶ Hāc gētem Clusiū: Romāq; deīde uenisse: cōperio. ¶ Id parū certū ē: solāne: an ab omnibus Cisalpinoꝝ Gallorū populis: ad iuiā. ¶ Clusini nouo bello exterriti: cū multitudinē: tum formas hoīm inusitatas: cernerēt & genus armorum: audirētq; sepe ab iis cis Padum: ultraq;: Etruscorum legiones fusas: quanq̄ aduersus

DE ꝑMO ADUĒTU GALLORŪ Ī ITALIA

BITURIGES
ARUERNI
SENONES
HEDUI
AMBARRI
CARNUTES
AULERCI

MEDIOLANUM

UMBRI

UFENS } Flu
ATESIS

CLVSIV OBSIDETVR A GALLIS.

Romanos nullũ eis ius societatis: amicicieue erat: nisi quod Veiẽtes consanguineos: aduersus Po. Ro. nõ defendissẽt: Legatos Romam: qui auxiliũ ab Senatu peterẽt: misere. ¶ De auxilio nihil impetratũ. ¶ Legati tres. M. Fabii Ambusti filii missi. qui Senatus: & Populi Romaani nomine agerẽt cum Gallis: ne a qbus nullã iniuriam accepissẽt: Socios Po. Ro: atq; amicos: oppugnarẽt. Romanis eos quoq; bello: si res cogat. tuẽdos esse. sed melius uisũ bellũ ipsũ amoueri si posset. & Gallos nouã gentẽ pace potius cognosci: q̃ armis. ¶ Mitis Legatio: ni pferoces Legatos: Gallisq; magis: q̃ Romãis similes: habuisset. ¶ Quibus postq̃ mãdata edidderũt: ĩ Cõcilio galloꝝ datẽ responsũ. ¶ Et si nouũ nomẽ audiãt Romanoꝝ: tamẽ credere uiros fortes eẽ: quoꝝ auxiliũ a Clusinis in re trepida sit imploratũ. Et quoniã Legatiõe aduersus se ma/luerint: q̃ armis tueri Socios: ne se qdem pacẽ: quam illi afferant aspernari: si Gallis egẽtibus agro: quẽ latius possideãt: q̃ colãt: Clusini partẽ finiũ cõcedãt. aliter pacem impetrari nõ posse. ¶ Et respõsũ corã Romanis se accipere uelle. Et si negetẽ ager: corã iisdẽ Romanis dimicaturos: ut nunciare domũ possint: quantũ Galli uirtute ceteros mortales pstarẽt. ¶ Quod nã id ius eẽt agrũ a possessoribus petere: aut minari arma: Romanis querẽtibus: & qd in Etruria rei Gallis eẽt. ¶ Cũ se ĩ armis ius ferre: & om̃ia fortiũ uiroꝝ eẽ: ferociter dicerẽt. ¶ Accẽsis utrinq; animis ad arma discurriẽt. & preliũ conseritẽ. ¶ Ibi iã urgẽtibus Romanã Vrbẽ fatis: Legati cõtra ius gẽtiũ arma capiũt. ¶ Nec id clam eẽ potuit: cũ añ signa Etruscoꝝ tres nobilissimi: fortissimiq; Romane iuuẽtutis pugnarẽt: tm̃ emiebat pegrina uirtus. ¶ Quin etiã. Q. Fabius euectus extra aciẽ equo: ducẽ Galloꝝ ferociter in ipsa signa Etruscoꝝ incursantẽ: plustrãs: fixũ hasta occidit. spoliaq; eius legentẽ Galli agnouere. perq; totã aciem Romanũ Legatũ eẽ: signũ datũ ẽ. ¶ Omissa inde ĩ Clusinos ira: receptui canũt: mi/nantes Romanis. ¶ Erãt q extẽplo Romã eundũ cẽserẽt. uicere seniores: ut Legati pus mitterẽt questũ iniurias. postulatũq; ut p iure gentiũ uiolato: Fabii dederẽt. ¶ Legati Galloꝝ cũ ea: sicut erãt mãdata: exposuissẽt: Senatui: nec factũ placebat Fabioꝝ: & ius postulare Barbari uidebantẽ. sed ne id: qd placebat: decerneret in tãte nobilitatis uiris: ãbitio obstabat. Itaq; ne penes ipsos culpa eẽt cladis: forte Gallico bello accepte: cognitionẽ depostulatis Galloꝝ ad Populum reiiciũt. ubi tanto plus gratia: atq; opes ualuere: ut quorũ depena agebatẽ: Tribuni militũ Cõsulari pote/state ĩ insequẽtẽ annũ crearentẽ. ¶ Quo facto haud secus: q̃ dignũ erat: infẽsi Galli: bellũ ppalã minitãtes: ad suos redeũt. ¶ Tribuni militũ cũ tribus Fabiis creati: Q. Sulpitius Lõgus. Q. Seruilius q̃rtũ. P. Seruilius Malugineñsis. ¶ Cũ tãta moles mali instaret: adeo occecat animos fortuna: ubi uim suã ingruentẽ refringi nõ uult: ¶ Ciuitas que aduersus Fidenatẽ ac Veientẽ hostẽ: aliosq; finitimos populos: ultima experiẽs auxilia: Dictatorẽ multis tẽpestatibus dixisset: ea tũc inusitato atq; inau/dito hoste: ab oceano terrarũq; ultimis oris bellũ ciẽte: nihil extraordinarii Imperii: aut auxilii Quesiuit. ¶ Tribuni: quoꝝ temeritate bellũ contractũ erat: sũme rerum perãt. delectũq; nihilo accuratiorẽ: q̃ ad media bella haberi solitus erat: extenuãtes etiã famã belli: habebãt. ¶ Interim Galli: postq̃ accepere: ultro honorẽ habitũ uio/latoribus iuris humani: elusãq; legationẽ suã eẽ: flagrãtes ira: cuius impatiẽs ẽ gẽs: cõfestim signis cõuulsis: citato agmĩe iter ingrediuntẽ. ad quoꝝ ptereuntium raptim tumultũ: Cũ exterrite urbes ad arma cõcurrerẽt: fugaq; agrestiũ fieret: Romã se ire magno clamore significabãt. ¶ Quacũq; ibãt: eqs uirisq; lõge ac late fuso agmine immensũ obtinẽtes loci. Sed antecedẽte fama: nũtiisq; Clusinoꝝ: deĩceps inde alioꝝ populorum plurimũ terroris Romam celeritas hostium tulit. Quippe quibus uelut

DVX GALLORV OCCIDITVR

TRI· MI·

GALLI· IRE· IMPATIETES·

tumultuario exercitu raptim ducto: egre ad undecimū: lapidē occursū ē: qua flumē Allia e Crustuminis mōtibus ꝑalto defluēs alueo haud multo infra uiā Tyberino amni miscet. ⸿Iam oīa cōtra: circaq; hostiū plena erāt. & nata in uanos tumultus gēs: truci cātu: clamoribusq; uariis horrēdo cuncta conpleuerat sono. ⸿Ibi Tribuni militū nō loco castris āncapto: nō ꝑmunito uallo: quo receptus eēt: nō deoꝝ saltē: si nō hominū memores: nec auspicato: nec litato: instruūt aciē deductā in cornua: ne circūueniri a multitudine hostiū possēt. nec tamē eq̃ri frōtes poterāt: cū extenuādo infirmā: & uix coherentē mediā aciē haberēt. ⸿Paulū erat a dextra editi loci: quem subsidiariis repleri placuit. Eaq; res ut initiū pauoris ac fuge: sic una salus fugiētibus fuit. Nā Brēnus Regulus Galloꝝ: in paucitate hostiū artē maxīe timēs: ratus ad id captū supiorē locū: ut ubi Galli cū acie legionū recta frōte cōcurrissēt: subsidia in auersos: trāsuersosq; impetū darēt: ad subsidiarios signa cōuertit: si eos loco depu/lisset: haud dubius facilē in equo cāpi: tantū supanti multitudini uictoriā fore: adeo non fortuna modo: sed ratio etiam cū Barbaris stabat. ⸿In altera acie nihil simile Romanis: nō apud duces: nō apud milites erat. pauor: fugaq; occupauerat animos. & tāta hoīm obliuio: ut multo maior pars Veios: ī hostiū urbē: cū Tyberis arceret: q̃ recto itinere Romā ad cōiuges: ac liberos fugerēt. parūper subsidiarios tutatus ē locus. In reliq̃ acie: simul ē clamor: ꝓximis a latere: ultimis ab tergo auditus: ignotū hostē: ꝓus pene q̃ uiderēt: nō mō nō tēptato certamīe: sed ne clamore qdē reddito: integri ītactiq; fugerūt. Nec ulla cede pugnatū fuit. terga cesa suomet ipsoꝝ certa/mine: in turba impedientiū fugā. circa ripā Tyberis: quo armis abiectis totū sinistꝝ cornu defugit: magna strages facta ē. multosq; īperitos nandi: aut inualidos graues loricis: aliisq; tegmībus hausere gurgites. maxīa tamē pars incolumis Veios ꝑfugit. Vnde nō mō ꝑsidii qcq̃: sed ne nūtius quidē cladis romā ē missus. ab dextro cornu: qđ ꝓcul a flumīe: & magis sub mōte steterat: Romā omēs petiere. & ne clausis qdem portis urbis in arcē confugerūt. ⸿Gallos quoq; ob stupefactos miraculū uictorie tā repētine tenuit. Et ipsi pauore defixi primū steterūt: uelut ignari quid accidisset. deinde insidias uereri. postremo cesoꝝ spolia legere. armorūq; cumulos ut mos eis ē: coaceruare. ⸿Tū demū postq̃ nihil us q̃ hostile cernebāt uiā ingressi: haud multo ante solis occasū ad Vrbē Romā perueniūt: ubi cū ꝓgressi eq̃tes: nō portas clausas: nō stationē ꝓ portis excubare: nō armatos eē in muris retulissēt: aliud priori simile miraculū eos sustinuit. nocteq; ueriti: & ignote sitū Vrbis: inter Romā atq; amnē cōsedere: exploratoribus missis circa menia: aliasq; portas: que nā hostibus in ꝑdita re: consilia eēnt. ⸿Romani cū pars maior ex acie Veios petisset: q̃ Romam: Nemo supesse quenq̃: ꝑter eos q Romā refugerāt: crederēt: Cōplorati omnes pariter uiui mortuiq;: totā prope Vrbē lamētis impleuerūt. ⸿Priuatos deinde luctus stupefecit publicus pauor: Postq̃ hostes adeē nūtiatū ē. mox ululatus: cātusq; dissonos uagā/tibus circa menia turmatim Barbaris audiebāt. ⸿Omne inde tēpus suspēsos ita tenuit animos: usq; ad lucē alterā: ut identidē iam in urbē futurus uideret impetus. ⸿Primo aduētus: q accesserāt ad Vrbē: māsuros. n. ad Alliā fuisse: nisi hoc cōsiliu foret: deinde sub occasū solis: quia haud multū diei superat: ante noctē rati se inuasuros: Tum in noctē dilatū cōsiliū esse: quo plus pauoris inferrēt. ⸿Postremo lux appropinquans exanimare: timoriq; ꝑpetuo ipsū malū cōtinēs fuit. tū signa īfesta portis sūt illata. nequaq̃ tamē ea nocte: neq; insequēti die: similis illi: que ad Alliā tā pauide fugerat: ciuitas fuit. Nā cū defēdi Vrbē posse: tā ꝑua relicta manu: spes nulla eēt: placuit cū cōiugibus ac liberis: iuuētutē militarē: Senatusq; robur ī arcē: Capitoliūq; cōcedere.

Fugiunt cō. gallos pars ī urbē: Alij ueios

CCC lx annis urbs steterat an senonū aduētum

Armisq; & frumēto collatis: ex loco inde munito: deos hominesq;: & Romanū nomē defēdere. Flaminē: Sacerdotesq; Vestales: sacra publica: a cede: ab incendiis: procul auferre. nec añ deseri cultū eoꝝ: q̄ nō supeēnt: q colerēt ¶ Si arx: Capitoliūq;: sedes deorū: si Senatus caput publici cōsilii: si militaris iuuentus supfuerit: imminēti ruine: urbis: facilē iacturā esse senioꝝ: relicte in urbe utiq; periture turbe. Et quo id eq̄ore animo de Plebe multitudo ferret: senes Triūphales: Cōsularesq; simul se cū illis palā dicere obituros: nec his corporibus: quibus nō arma ferre: nō tueri patriam possent: oneraturos inopiam armatoꝝ ¶ Hec inter seniores morti destinatos iactata solacia. ¶ Verse ide adhortatiōes ad agmē iuuenū: quos i Capitoliū atq; i arcē ꝓsequebant̄. cōmendantes uirtuti eoꝝ: iuuenteq; Vrbis ꝑ trecētos sexagita annos oīmbus bellis uictricis: quecūq; reliq̄ eēt fortunā digrediētibus: q spē omnē atq; opē secū ferebāt: ab iis q capte Vrbis non supereē statuerāt exitio. Tum ipsa res: speciesq; miserabilis erat: tū mulieribus fletus: & cōcursatio icerta nūc hos: nūc illos sequētiū: rogantiū q; uiros natosq; cui se fato darēt. nihil qđ humanis supeēt malis reliquebāt. magna ꝑs tamē eaꝝ i arcē suos ꝓsequute sūt. nec ꝓhibēte ullo: nec uocāte: qa qđ utile obsessis ad minuendā imbellē multitudinē: id parū humanū erat. Alia maxīe Plebis turba: quā nec capere tā exiguus collis: nec alere in tāta inopia frumēti poterat: ex urbe effusa: uelut agmine iā uno petiit Ianiculū. Inde pars: per agros dilapsi: pars urbes petūt finitimas. sine ullo duce: aut cōsensu: suā quisq; spem: sua consilia: communibus deploratis: exequētes ¶ Flamē interim Quirinalis: uirginesq; Vestales omissa rerum suarū cura: que secū ferēda sacroꝝ: que: qa uires ad oīa ferēda deerāt: relinquēda eēnt: cōsultātes: q̄sne ea locus fideli asseruaturus custodia eēt: optimū ducūt: cōdita in doliolis sacello proximo edibus Flaminis Quirinalis: ubi nunc despui religio est: defodere. cetera inter se. onere ꝑtito: ferunt̄. uia que sublicio pōte ducit ad Ianiculū. ¶ In eo cliuo eas cum. L. Albinius: de Plebe Romana homo cōspexisset: plaustro coniugē ac liberos habēs: inter ceterā turbā: que inutilis bello ex urbe excedebat: saluo etiā tū discrimine diuinarū: humanarūq; rerū: in religiosū ratus Sacerdotes publicos: sacraq; Po. Romani pedibus ire: ferriq; se: ac suos uehiculo cōspici: descēdere uxorē: ac pueros iussit ¶ Virgines sacraq; in plaustrū imposuit. & Cere: quo iter erat Sacerdotibus: ꝑuexit ¶ Rome interim satis iā oībus: ut in tali re: ad tuendā arcem cōpositis: turba senioꝝ domos regressa: aduentū hostiū: obstinato ad mortē animo: expectabat. q eoꝝ Curules gesserāt Magistratus: ut in fortune pristīe honoꝝq; aut uirtutis insignibus morerent̄: que augustissīa uestis ē: Tensas ducētibus: triūphanti/busue: ea uestiti: medio edium: eburneis sellis sedere ¶ Sunt qui. M. Fabio Pontifice Maxīo ꝑfante carmē: deuouisse eos: se ꝓ patria q̄ritibusq; Romanis tradāt ¶ Galli: & qa interposita nocte a cōtētiōe pugne remiserāt animos: & qđ nec in acie ancipiti us q̄ certauerāt ꝑlio: nec cū īpetu: aut ui capiebāt urbē. sine ira: sine ardore animoꝝ ingressi postero die urbē: patēte Collina porta: in forū perueniūt ¶ Circunferentes oculos ad tēpla deū: arcēq; solā belli speciē tenentē. inde modico relicto ꝑsidio: ne qs in dissipatos ex arce: aut capitolio īpetus fieret: dilapsi ad predā uacuis occursu hoīm uiis: pars in ꝓxima queq; tectoꝝ agmīe ruūt. pars: ultima: uelut ea demū intacta: & referta ꝑda: petūt ¶ Inde rursus ipsa solitudīe absterriti: ne q̄ fraus hostilis uagos exciperet: in foꝝ: ac ꝓpinq̄ foro loca cōglobati: redibāt. ubi eos Plebis edificiis obse/ratis: patētibus atriis Principū: maior ꝓpe cōtatio tenuit apta: q̄ clausa inuadendi. Adeo haud secus: q̄ uenerabūdi: intuebāt̄ i ediū uestibulis sedētes uiros: ꝑter ornatū: habitūq; humano augustiorē: maiestate etiā: quā uultus: grauitasq; oris ꝑseferebat

L. Albinius sacerdot. & sacra currui suo imposuit deposita uxore ac liberis.

M. papyrius Gallu scipione verberat

similliosdiis. Ad eos uelut simulacra uersi cũ starẽt: M. Papyrius unus ex his dicit: Gallo barbã suã: ut tũ omnibus ꝓmissa erat: permulcẽti: scipione eburneo in caput incusso: irã mouisse. atq; ab eo initiũ cedis ortum. ceteros in sedibus suis trucidatos. ¶ Post Principũ cedẽ: nulli deĩde mortaliũ. Parci. diripi tecta. exhaustis inici ignes. Ceterũ seu nõ omĩbus delẽdi Vrbẽ libido erat: seu ita placuerat Prĩcipibus Galloꝝ: & ostẽtari quedã incẽdia: terroris causa: si cõpelli ad deditionẽ caritate ediũ suarum obsessi possẽt: & nõ omnia concremari tecta: ut qđcunq; supesset Vrbis: id pignus ad flectẽdos hostiũ animos haberẽt. Neq̃ ꝑinde: atq; capta urbe: ꝓma die: aut passim: aut late uagatus ẽ ignis. ¶ Romani ex arce plenã hostiũ urbẽ cernentes: uagosq; per uias omnes cursus: cũ alia atq; alia parte noua aliqua clades oriretur: non mẽtibus solũ cõcipere: sed ne auribus quidem atq; oculis satis cõstare poterãt. Quocunq; clamor: sonitus hostiũ: ulieꝝ pueroꝝq; ploratus: sonitus flamme: & fragor ruentiũ tectoꝝ auertisset: pauentes ad oĩa animos: oraq; & oculos flectebãt: uelut ad spectaculũ a fortuna positũ occidẽtis patrie. nec ullius reꝝ suaꝝ relicti: ꝑter q̃ corpoꝝ uĩdices. tãto ante alios miserandi magis: q unq̃ obsessi sũt: qđ interclusi a patria obsidebant: omnia sua cernẽtes in hostiũ potestate. ¶ Nec tranquillior nox diẽ tam fede actum excepit. Lux deinde noctẽ inquietẽ insequuta ẽ. nec ullũ erat tẽpus: quod a noue semper cladis alicuius spectaculo cessaret: nihil tamẽ tot onerati: atq; obruti malis: flexerũt animos. quin etsi omnia flammis ac ruinis equata uidissẽt: q̃uis inopẽ: ꝑuũq; quẽ tenebãt collẽ libertati relictũ: uirtute defenderẽt: & iam cũ eadẽ quottidie acci/derent: uelut assueti malis: abalienauerãt ab sensu rerũ suarũ animos: arma tantum ferrũq; in dextris: uelut solas reliqas spei sue intuẽtes. ¶ Galli quoq; ꝑ aliquot dies in tecta modo urbis: neq̃cq̃ bello gesto: cum inter incẽdia: ac ruinas capte urbis: nihil supesse preter armatos hostes uiderẽt: nequicq̃ tot cladibus territos: nec flexuros ad deditionẽ animos: ni uis adhiberẽt: experiri ultima: & impetũ facere in arcẽ statuũt. prima luce signo dato: multitudo omnis in foro instruitur. Inde clamore sublato: ac testudĩe facta subeũt. ¶ Aduersus quos Romãi nihil temere: nec trepide: ad oẽs aditus statiõibus firmatis: qua signa ferri uidebãt: ea robore uiroꝝ opposito: scãdere sinunt hostẽ. Quo successerit magis in arduũ: eo pelli posse per procliue facilius rati. medio fere cliuo restitere. atq; inde ex loco superiore: qui prope sua sponte in hostẽ inferebat: impetu facto: strage ac ruina fudere Gallos: ut nunq̃ postea: nec pars: nec uniuersi tẽtauerint tale pugne genus. Omissa itaq; spe per uim: atq; arma subeũdi: obsidionem parãt. cuius ad id tempus immemores: & quod in urbe fuerat frumentũ incendiis urbis absumpserant: & ex agris per ipsos dies raptũ: omne Veios erat. ¶ Igitũ exercitu diuiso partim per finitimos populos predari placuit: partim obsideri arcem: ut obsidentibus frumentũ: populationes agrorum preberent. ¶ Proficiscẽtes Gallos ab urbe: ad Romanam experiendã uirtutem: Fortuna ipsa Ardeam: ubi Camillus exsulabat: duxit. Qui mestior ibi fortuna publica: q̃ sua cũ diis hominibusq; accusãdis senesceret: indignando: mirandoq; ubi uiri essent: qui secũ Veios: Faleriosq; cepissẽt: qui alia bella fortius semper: q̃ felicius gessissent: repente audit Gallorum exercitũ aduentare: atq; de eo pauidos Ardeates cõsultare. ¶ Nec secus: q̃ diuino spiritu tactus: cum se in mediã cõtionem intulisset: abstinere suetus ante talibus cõsiliis. ¶ Ardeates inquit ueteres amici: noui etiam ciues mei: quando & uestrum benefactum ita tulit: & fortuna hoc egit mea: nemo uestrum conditionis meæ oblitum me huc ꝓcessisse putet. Sed res ac periculum commune cogit: quod quisq; possit: in re trepida ꝓsidii in medium conferre. Et quando ego uobis: pro tantis uestris in me meritis: gratiam

Camilli exulantis oratio ad Ardeates.

referam: si nũc cessauero? aut ubi usus erit mei uobis: si in bello nõ fuerit? Hac arte in patria steti: & inuictus bello: in pace ab ingratis ciuibus pulsus sum. ¶ Vobis autẽ Ardeates fortuna oblata est: & pro tantis pristinis Populi Romani benefitiis: q̃nta ipsi meministis: nec exprobranda apud memores sunt: gratie referende. & huic urbi decus ingens belli: ex hoste cõmuni pariendi. ¶ Que effuso agmine aduentat: gens ẽ: cui natura corpora: animosq; magna magis: q̃ firma dederit. Eo in certamen omne: plus terroris: q̃ uirium: ferunt. argumento sit clades Romana. patentem cepere Vrbẽ. ex arce capitolioq;: qđ his exigua resistit̃ manu: iã obsidionis tedio uicti: abscedunt. uagiq; per agros palantur. cibo uinoq; raptim hausto repleti. & ubi nox appetit: prope riuos aquarũ sine munimento: sine custodiis: passim: ferarum ritu: sternunt̃. nunc ab secundis rebus magis etiam solito incauti. ¶ Si uobis in animo est: tueri menia uestra: nec pati hec omnia Galliam fieri: prima uigilia capite arma: frequentes me sequimini: ad cedem: nõ ad pugnam. nisi uinctos somno uelut pecudes trucidandos tradidero: non recuso eundem Ardee rerum mearũ exitum: quẽ Rome habui. Eq̃s iniquisq; persuasũ erat: tantum bello uirũ neminẽ us q̃ ea tẽpestate esse. ¶ Cõtiõe dimissa: corpora curant: intenti q̃ mox signũ daretur. Quo dato: prime noctis silẽtio ad portas Camillo presto fuere. ¶ Egressi haud procul urbe: sicut predictũ fuerat: castra Galloꝝ ĩ tuta: neglectaq; ab omni parte nacti: cũ ingẽti clamore inuadũt. Nus q̃ pliũ: omĩbus locis cedes ẽ. nuda corpora & soluta sõno trucidant̃. Extremos tamẽ pauor cubilibus suis excitos: quo aut unde uis esset: ignaros: in fugã: & quosdã in hostem ipsum improuisa tulit. Magna pars in agrum Antiatem delati: incursione ab oppidanis in palatos facta: circunueniuntur. ¶ Similis in agro Veienti Tuscorũ facta strages est. qui urbis iam prope quadringentesimum annum uicine: oppressæ ab hoste: inusitato: inauditoq;: adeo nihil miserti sunt: ut in agrum Romanum eo tempore incursiones facerent. pleniq; prede Veios etiam: presidiumq; & spem ultimã Romani nominis: in animo habuerint oppugnare. ¶ Viderant eos milites Romani uagantes per agros: & congregatos agmine: predam pre se agentes: & castra cernebãt haud procul Veiis posita. Inde primum miseratio sui: deinde indignitas: atq; ex ea ira animos cepit. Etruscis etiam: a quibus bellum Gallicum in se auertissent: ludibrio esse clades suas. uix temperauere animis quin extemplo impetum facerẽt. cõpressiq; a Ceditio Centurione: quẽ sibi metipsi prefecerãt: rem in noctẽ sustinuere. ¶ Tantũ par Camillo defuit autor. Cetera eodẽ ordine: eodemq; fortune euẽtu gesta. ¶ Quin etiam Ducibus captiuis: qui cedi nocturne superfuerant: ad aliam manum Tuscoꝝ: ad Salinas profecti nocte insequenti ex improuiso maiorẽ cedẽ ediderũt. publicaq; uictoria ouantes Veios redeunt. ¶ Rome interim plerunq; obsidio segnis: & utrinq; silentium esse. ad id tantum Gallis intentis. nequis hostium euadere inter stationes posset: cum repente iuuenis Romanus ammiratione in se ciues hostesq; conuertit. ¶ Sacrificium erat statutũ in Quirinali colle. Fabie gẽti. Ad id faciendũ: Claudius Fabius dorsum Galino cinctus: sacra manibus gerens: cum de Capitolio descẽdisset: per medias hostium stationes egressus: nihil ad uocem cuius q̃ terroremue motus: in Quirinalem collem peruenit. Ibiq; omnibus sollemniter peractis eadem reuertẽs similiter constanti uultu: graduq; satis sperans propitios esse deos: quorum cultum ne mortis quidem metu prohibitus deseruisset: ĩ Capitoliũ ad suos redit. seu attonitis Gallis miraculo audacie: seu religione etiam motis. cuius haud quaq̃ negligens gens est. ¶ Veiis interim: nõ animi tantum indies: sed etiã uires crescebant. nec Romanis solum eo conuenientibus ex agris: qui aut p̃lio aduerso: aut clade capte urbis palati

Camillus gallos sternit

Etrusci redeunt a ro. veios victores

CLAVDIVS. FABIVS. P̄ MEDIOS GALLOS IT SACRORVM. FACIEDORVM CA.

Galli haud quaq̃ religionis negligentes

fuerant: ſed etiã ex Latio uolũtariiſ cõfluentibuſ. ut in parte ꝓde eſſent. ¶Maturũ iam uidebatur repeti patriam. eripiq; ex hoſtiũ manibuſ. ſed corpori ualido: caput deerat. ¶Locuſ ipſe ammonebat Camilli. & magna parſ militum erat: qui ductu: auſpitioq; eiuſ reſ proſpere geſſerant. & Cedıtiuſ negare ſe commiſſurum: cur ſibi aut deoꝝ: hominumue quiſq̃ Imperiũ finiret potiuſ: q̃ ipſe memor ordiniſ ſui: poſceret Imperatorem. ¶Conſenſu omnium placuit ab Ardea camillũ acciri. ſed ante cõſulto Senatu: qui Rome eſſet: adeo regebat omnia pudor. diſcriminaq; rerũ prope ꝑditiſ rebuſ ſeruabant. Ingenti periculo tranſendum per hoſtium cuſtodiaſ erat. Ad eã rem Pontiuſ Cominuſ impiger iuueniſ operam pollicituſ: incubanſ cortici: ſecundo Tyberi ad Vrbem defertur. Inde qua proximum fuit a ripa per præruptum: eoq; neglectum hoſtium cuſtodia ſaxum: i Capitoliũ euadit. & ad Magiſtratuſ ductuſ: mandata exercituſ ædit. ¶Accepto inde Senatuſ decreto ut & Comitiiſ Curiatiſ: reuocatuſ de exſilio iuſſi Populu Romãi Camilluſ Dictator extẽplo diceretẽ: militeſq; haberent imperatorem: quem uellent. ¶Eadem diſgreſſuſ nuntiuſ Veioſ contendit. Miſſiq; Ardeam legati: ad Camillum Veioſ eum perduxere. ſeu: quod magiſ credere libet: non priuſ profectum ab Ardea: q̃ comperit legem latam: quod nec in iuſſu Populi mutari finibuſ poſſet: nec niſi Dictator dictuſ: auſpicia in exercitu habere: lex Curiata lata eſt: Dictatorq; abſẽſ dictuſ. ¶Dũ hec ad Veioſ agebantur: interim arx Rome capitoliumq; in ingenti periculo fuit: Nam Galli: ſeu ueſtigio notato humano: qua nuntiuſ a Veiiſ peruenerat: ſeu ſua ſponte animaduerſo: ad Carmẽtiſ ſaxum: aſcenſu equo: nocte ſubluſtri: cum primo inermem qui temptaret uiam premiſiſſent: tradenteſ inde arma: ubi qd iniqui eſſet: alterni innixi: ſubleuãteſq; inuicẽ: & trahenteſ alii alioſ: pro ut poſtularet locuſ: tanto ſilentio in ſummum euaſere: ut non cuſtodeſ ſolum fallerent: ſed ne caneſ quidem ſollicitum animal ad nocturnoſ ſtrepituſ: excitarent. ¶Anſereſ non fefellere. quibuſ ſacriſ Iunoniſ in ſumma inopia cibi: tamẽ abſtinebatur: que reſ ſaluti fuit. ¶Nanq; clangore eorũ: alarũq; crepitu: excituſ. M. manliuſ: q trienio ante Cõſul fuerat: uir bello egregiuſ: armiſ arreptiſ: ad arma ceteroſ cienſ: uadit. Et dum ceteri trepidant: Gallum: qui iam in ſummo conſtiterat: umbone ictum deturbat. Cuiuſ caſuſ prolapſi: cum proximoſ ſterneret. trepidanteſ alioſ armiſq; omiſſiſ: ſaxa qbuſ adherebant manibuſ amplexoſ: trucidãt. Iamq; & aliiſ conglobatiſ teliſ miſſilibuſq; ſaxiſ ꝓturbare hoſteſ. ruinaq; tota ꝓlapſa acieſ in precepſ deferri. Sedatoq; deinde tumultu reliquũ noctiſ. quantũ ĩturbatiſ mentibuſ poterat: cum preteritum quoq; periculum ſollicitaret: quieti datum eſt.

¶Luce orta: uocatiſ claſſico ad cõſilium militibuſ: ad Tribunoſ: cũ & recte & perperã facto precium deberetur: Manliuſ primum ob uirtutem laudatuſ. donatuſq; non a Tribuniſ ſolum militum: ſed conſenſu etiam militari. Cui uniuerſi ſe libraſ farriſ: & quartarioſ uini: ad edeſ eiuſ: que in arce erant: contulerunt. rem dictu paruam. ceterum inopia fecerat eam: argumentum ingenſ caritatiſ. cum ſe quiſq; uictu ſuo defraudãſ: detractum corpori: atq; uſibuſ neceſſariiſ: ad honorẽ uniuſ uiri cõferret. Tum uigileſ eiuſ loci: quoſ fefellerat aſcendenſ hoſtiſ citati: Et cum in omneſ more militari: ſe animaduerſurum. P. Sulpitiuſ Tribunuſ militum pronuntiaſſet: conſentiente clamore militum: in unum uigilem conuitientium culpam: deterrituſ a ceteriſ abſtinuit. reum haud dubiũ eiuſ noxe: approbantibuſ cunctiſ: de ſaxo deiecit. ¶Inde intentioreſ utrinq; cuſtodie eſſe. Et apud Galloſ: quia uulgatum erat inter Veioſ Romamq; nuntioſ commeare: & apud Romanoſ: ob nocturni periculi memoriam.

¶Sed ante omnia obſidioniſ belliq; mala fameſ utrinq; exercitum urgebat. ¶Galloſ

CAMILLUS DICTATOR DICITUR

ANSERES IUNONIS

pestilencia etiam: tum loco iacente: inter tumulos castra habentes: tum ab incendiis torrido & uaporis pleno: cineremq; nõ puluerem modo ferente: cũ quid uenti motũ esset. quoꝝ intolerantissima gens est: humoriq; ac frigori assueta. tũ estu & angore uexata: uulgatis ueluti in pecua morbis: morerẽtur. ¶ Iam pigritia singulos sepeliẽdi: promiscue aceruatos cumulos hominum urebãt. Bustorumq; inde Gallicoꝝ nomine insignem locum fecere. ¶ Inducie deinde cum Romanis facte. & colloquia permissu imperatorum habita. ¶ In quibus cum identidẽ Galli famem obiicerent: eaq; necessi/tate ad deditionem uocarent: dicitur auertẽde eius opinionis causa: multis locis panis: de capitolio iactus esse: in hostiũ statiões. ¶ Sed iam neq; dissimulari: neq; ferri ultra fames poterat. Itaq; dum Dictator delectum ꝑ se Ardeæ habet: Magistrũ equitũ L. Valerium: a Veis abducere exercitum iubet. parat: instruitq;: quibus haud impar adoriatur hostes. ¶ Interim Capitolinus exercitus: statióibus uigiliisq; fessus: supatis tamen humanis q; omnibus malis: cum famem unam natura uinci non sineret: diem de die prospectãs: siquod auxilium a Dictatore appareret: Postremo spe quoq; iã: non solum cibo deficiente: & cũ stationibus ꝓcederent: prope obruentibus infirmũ corpus armis: uel dedi uel redimi se: quacunq; pactione possent: iussit. iactantibus nõ obscure Gallis: haud magna mercede se adduci posse: ut obsidionem relinquant. ¶ Tum Senatus habitus: Tribunisq; militũ datum negotiũ: ut paciscerentur. ¶ Inde inter. P. Sulpitium Tribunum militum: & Brennum Regulum Gallorum: colloqo trãsacta res ẽ: & mille põdo auri: ꝑeciũ Populi gẽtibus mox impaturi: factũ. ¶ Rei fedissime per se: adiecta indignitas est. pondera ab Gallis allata: iniqua. & Tribuno recusãte: additus ab insolente Gallo ponderi gladius. auditaq; intolleranda romanis uox: ueh uictis esse. ¶ Sed diiq; & homines prohibuere redemptos uiuere Romanos. Nam forte quadam: prius quam infanda merces perficeretur: per altercationẽ nõ dum omni auro appẽso: Dictator interuenit. auferriq; aurum de medio: & Gallos submoueri iubet. Cum illi renittentes pactos dicerent sese: negat eam pactionem ratam esse: que postq̃ ipse Dictator creatus esset: iniussu suo ab inferioris iuris Ma/gistratu facta esset. denuntiatq; Gallis: ut se ad prelium expediant. suos in aceruum cõiicere sarcinas: & arma aptare: ferroq;: nõ auro: recuperare patriã iubet. in con/spectu habentes fana deum: & coniuges: & liberos: & solũ patrie: deforme belli malis: & omnia que defendi: repetiq; & ulcisci fas sit. ¶ Instruit deinde aciẽ: ut loci natura patiebatur: in semirute solo Urbis. & natura inequali. & omnia que arte belli: secũda suis: eligi: ꝑpararive poterãt: ꝓuidit. ¶ Galli noua re trepidi: arma capiũt: ira magis: q̃ cõsilio: in Romanos incurrunt. ¶ Iã uerterat fortuna. Iam deoꝝ opes: humanaq; cõsilia: rẽ Romanã adiuuabant. Igitur primo cõcursu: haud maiore momẽto fusi sunt Galli: q̃ ad Alliam uicerãt. Iustiore altero deinde prelio: ad octauum lapidem: Gabina uia: quo se ex fuga cõtulerant: eiusdẽ ductu: auspitioq; Camilli: uincunt. ibi cedes om̃ia obtinuit. castra rapiunt. & ne nũtius quidẽ cladis relictus. ¶ Dictator recupata ex hostibus patria: triumphans in urbẽ redit. Interq; iocos militares: quos incõditos iaciũt: Romulus: ac parẽs patrie: cõditorq; alter urbis: haud uanis laudibus appellabat. ¶ Seruatã deĩde bello patriã: iterum in pace: haud dubie seruauit. cum ꝓhibuit migrari Veios. & Tribunis rẽ intẽtius. agẽtibus: post incensã urbẽ: & per se inclinata magis Plebe ad id consiliũ. eaq; causa fuit: non abdicãde post Triumphum Dictature. Senatu obsecrãte: ne Rẽ. P. ĩ incerto relíqueret statu. ¶ Omniũ ꝓmũ: ut erat diligẽtissimus religionũ cultor: que ad deos ĩmortales ꝑtinebãt: retulit. & Senatus consultũ facit: fana omnia: q̃d ea hostis possedisset: restaurarent. terminarenturq;.

Panis de capitolio iactus ad dissitandã famẽ

GALLI · AD · INTERNITIONẼ · CESI ·

LVDI · CAPITOLINI

MATRONE · AVR(VM) · CŌTVLERVT ·

Oro camilli ꝯ tr. pl. veios migrari [illegible]

expiarentq;. expiatioq; eorum in librif per Duumuirof quereret. Tum Ceretibus publice hofpitiū fieret: qđ facra Populi Romāi ac Sacerdotef recepiffēt. benefitioq; eiuf populi: nō intermiffuf honof deū immortaliū effet. Ludi Capitolini fierent. quod Iupiter Optimuf Maximuf fuā fedē: atq; arcē Populi Romani in re trepida tutatuf effet. Collegiumq; ad eam rem. M. furiuf Dictator conftitueret: & iif qui in Capitolio: atq; arce habitarēt. Expiādę etiā uocif nocturne: que nūtia cladif: ante bellum Gallicū audita: neglectaq; effet: mentio illata. iuffūq; templū ni noua uia locatione fieri. Aurū qđ Gallif ereptū erat: qđq; ex aliif tēplif in trepidationē in Iouif cellam collatum: cū in que referri opporteret: cōfufa memoria effet: facrum omne iudicatū. & fub Iouif fella poni iuffū. Iā ante ī eo religio ciuitatif apparuerat: ꝙ cum in publico deeffet aurum: ex quo fumma pacte mercedif Gallif confieret a Matronif collatum acceperant: ut earū ficut uirorū: poft mortem: follēnif laudatio effet. Iif peractif: que ad deof pertinebant: queq; per Senatum agi poterant: Tum demū agitātibuf Tribunif Plebē affiduif contionibuf: ut relictif ruinif in urbē paratā Veiof tranfmigrarēt: In Contionē uniuerfo Senatu ꝓfequēte afcēdit: atq; ita uerba fecit. Adeo mihi acerbe funt Quiritef contentionef cum Tribunif Plæbif: ut nec triftiffimi exfilii folatiū aliud habuerim: quoad Ardee uixi: q̃ ꝙ ꝓcul ab hif certaminibuf eram. Et ob eadē hec: nō fi me Senatuf Cōfulto Populiq; iuffu reuocaretif: rediturufum q̃ fuerī. Nec nūc me ut redirē mea uolūtaf mutata: fed ueftra fortuna perpulit. quippe ut in fua fede maneret patria: id agebaē: nō ut ego utiq; in patria effem. Et nūc quiefcerē: & tacerē libēter: nifi hec quoq; pro patria dimicatio eēt. Cui deeffe: quoad uita fuppetat: aliif turpe: Camillo etiā nefaf ē. Quid enim repetimuf: qđ obfeffā ex hoftiū manibuf eripimuf: fi recuperatā ipfi deferimuf? Et cū uictoribuf Gallif: capta tota urbe: capitoliū tamē: atq; arcē diiq; & homief Romani tenuerint: habitauerīt: Victoribuf Romāif: recupata urbe: arx quoq;: & Capitoliū deferereē? & pluf uaftitatif huic Vrbi fecunda noftra fortuna faciet: q̃ aduerfa fecerit? Eqdē fi nobif: cum Vrbe fimul pofite: traditeq; per manuf religiōef nulle effent: tamē tam euidēf numē hac tēpeftate: rebuf affuit Romanif: ut omnē negligētiā diuini cultuf exemptā hominibuf putē. Intuemini enim hoꝝ deincepf annoꝝ: uel fecūdaf ref: uel aduerfaf: inuenietif omnia ꝓfpere eueniffe. fequētibuf deof. aduerfa: fpernētibuf. Iā omniū primū Veienf bellū: per quot annof: quāto labore geftū: nō ante cepit finē: q̃ monitu deoꝝ: aqua ex lacu Albano emiffa ē. Quid hec tandē urbif noftre cladef noua: num ante exorta ē: q̃ fpreta uox celo emiffa: de aduentu galloꝝ? q̃ gentium iuf a Legatif noftrif uiolatū? q̃ a nobif cū uindicari deberet: eadē negligētia deorum pretermiffū? Igitur uicti: captiq;: ac redēpti tantū penarū diif: hominibufq; dedimuf. ut terraꝝ orbi documēto eēmuf. Aduerfe deīde ref: ammonuerūt religionū. Cōfugimuf in Capitoliū ad deof. ad fedē Iouif optimi Maximi. facra ī ruina rerū noftraꝝ: alia terre celauimuf. alia auecta in finitimaf urbef amouimuf ab hoftiū oculif. deoꝝ cultū deferti ab diif: hominibufq; tamē nō intermifimuf. Reddidere igiē patriam: & uictoriā. & antiquū belli decuf amiffū. & in hoftef: qui ceci auaricia in pondere auri: feduf: ac fidē fefellerunt: uerterunt terrorē: fugamq;: & cedem. Hec culti neglectiq; numinif tāta monumēta in rebuf humanif cernētef: ecquid fentitif Quiritef: quantū uix dū ex naufragiif ꝑorif culpe: cladifq; emergētef: paremuf nefaf? Vrbē aufpicato inauguratoq; conditā habemuf nulluf locuf in ea: nō religionū: deorūq; eft plenuf: facrificiif follēnibuf nō dief magif ftati: q̃ loca funt: in quibuf fiant. hof omnef deof publicof: priuatofq; Quiritef deferturi eftif? q̃ par ueftrum factum eft: qđ ī obfidiōe

nuper: in egregio addolescēte Claudio Fabio: non minore hostiũ ammiratione: q̃
uestra cõspectũ ē: cũ iter Gallica tela digressus ex arce sollēne Fabię gētis: in colle
Quirinali obiit. An gētilicia sacra: ne ĩ bello quidē intermitti: publica sacra: & Ro.
deos etiã in pace deseri: placet? Et Põtifices Flaminesq; negligētiores publicarum
religionũ eē: q̃ ꝓuatus in solēni gentis fuerit? Forsitã aliqs dicat: aut ea nos Veiis
facturos: aut huc īde missuros sacerdotes nostros: q faciãt. quoꝝ neutrũ fieri saluis
cerimoniis potest. Et ne omnia generatim sacra: omnisq; percenseam deos: in Iouis
epulo: nũ alibi q̃ ĩ Capitolio puluinar suscipi potest? Quid de eternis Veste igni-
bus: signoq;: quod Imperii pignus: custodia eius templi tenetur: loquar? ¶ Quid de
Ancilibus uestris. Mars Gradiue: tuq; Quirine pater? hec omnia in profano deseri
placet sacra: equalia urbi: quedam uetustiora origine Vrbis? Et uidete: quid inter
nos: & maiores intersit. Illi sacra quedam in monte Albano: Lauinoq; nobis faciēda
tradiderũt. An ex hostium urbibus Romam ad nos transferri sacra: religiosũ fuit?
hinc sine piaculo ĩ hostiũ urbē Veios trasferimus? Recordamini agite dũ quotiēs
sacra instaurentur: quia aliquid ex patrio ritu negligentia casu ue pretermissum ē.
modo que res: post prodigium Albani lacus: nisi instauratio sacrorum: auspiciorumq;
renouatio: affecte Veiēti bello Rei. P. remedio fuit? At etiã tanq̃ ueteꝝ religionũ
memores: & pegrinos deos trãstulimus Romã: & instituimus nouos. Iuno Regina
transuecta a Veiis nuper in auentino: q̃ insigni ob excellens Matronarum studiũ:
celebriq; dedicata est die? Alloquutionis templũ: propter celestem uocem exauditã
in noua uia iussimus fieri. Capitolinos Ludos sollemnibus aliis addidimus. Collegiũq;
ad id nouum autore Senatu condidimus. Quid horum opus fuit suscipi: si una cum
Gallis Vrbem Romanã relicturi sumus? si non uoluntate mansimus in Capitolio?
per tot menses obsidionis. Si ab hostibus metu retenti sumus? de sacris loquimur: &
de templis: quid tandem de Sacerdotibus? nonne in mētem uenit: quantum piaculi
comittatur? Vestalibus nēpe illa una sedes est: ex qua nihil unq̃ ꝓter q̃ urbs capta
mouit. Flamini Diali noctem unam manere extra Vrbem: nefas est. Hos Veiētes
pro Romanis facturi estis Sacerdotes? & uestales tue te deserent Vesta? & Flamē
peregre habitando in singulas noctes: tantum sibi: Reiq;. P. piaculum cõtrahet? qd
alia: que auspicato agimus: omĩa fere intra pomeriũ: cui obliuiõi aut cui negligētiæ
damus? Comitia Curiata que rem militarem continent: Comitia Centuriata: qbus
Consules: Tribunosq; militares creatis: Vbi auspicato: nisi ubi assolent: fieri possũt?
Veios ne hec transferemus? An Comitioꝝ causa: populus tãto incõmodo ĩ desertã
hanc ab diis hominibusq; Vrbē conueniet? Sed res ipsa cogit uastã incēdiis: ruinisq;
relinquere Vrbē: & ad integra omĩa Veios migrare. Nec hic edificãdo inopē Plebē
uexare: hãc autē iactari magis causã. q̃ uerã eē: ut ego nõ dicã: apparere Quirites
puto. qui meministis ante Gallorum aduentũ: saluis tectis publicis: priuatisq;: stante
incolumi Vrbe: hãc eandē rē actã eē: ut Veios trãsmigraremus. Et uidete: quantũ
inter meam sententiam: uestramq; intersit Tribuni: Vos etiam si tunc faciendũ non
fuerit: nũc utiq; faciendũ putatis. Ego cõtra. nec id mirati sitis: ꝓus: q̃ q̃le sit: audiue-
ritis. Etiam si tunc migrandũ fuisset: incolumi tota urbe: nũc has ruinas relinquēdas
non censerē. Quippe tũ causa nobis in urbē captã migrandi: uictoria esset: gloriosa
nobis: ac posteris nostris. nunc hec migratio nobis misera: ac turpis: ¶ Gallis gloriosa
est. Non enim reliquisse uictores: sed amisisse uicti patriã uidebimur. Hoc ad Alliã
fuga: hoc capta Vrbs: hoc circunsessum Capitolium: necessitatis imposuisse: ut dese-
reremus penates nostros. exsiliumq; ac fugam nobis ex eo loco consciceremus: quem

tueri non possemus. Et Galli euertere potuerunt Romam: quã Romani restituere non uidebunt potuisse? Quid restat: nisi: ut si iam nouis copiis ueniãt: constat enim uix credibilem multitudinem esse: & habitare in capta ab se: deserta a uobis hac urbe uelint: sinatis. ¶ Quid si nõ galli: hoc: sed ueteres hostes nostri Equi: Volsciq; faciãt: ut commigrent Romam. ¶ Velitisne illos Romanos: uos Veientes esse? an malitis hãc solitudinem uestram: quam Vrbem hostium esse? non equidẽ uideo: quid magis nefas sit: hæc scelera qa piget edificare: Hec dedecora: pati parati estis? Si tota urbe nullum melius: ampliusue tectum fieri possit: q̃ casa illa conditoris est nostri: non in casis ritu pastorum agrestiumq; habitare est satius: inter sacra penatesq; uestros: q̃ exsulatum publice ire? Maiores nostri conuene pastoresq; cum in his locis nihil p̃ter siluas: paludesq; esset: nouam urbem tam breui edificauerunt. ¶ Nos Capitolio: arce incolumi: stantibus templis deorum: edificare incensã piget? & quod singuli facturi fuimus: si ædes nostræ deflagrassent: hoc in publico incendio uniuersi recusamus facere? Quid tandem si fraude: si casu Veiis incendiũ ortũ sit: uentoq; ut fieri potest: diffusa flãma: magnã partẽ urbis absumat: fidenas inde: aut gabios: aliãue quã urbẽ quesituri sumus: quo trãsmigremus? adeo nihil tenet solum patrie: nec hec terra: quã matrem appellamus? sed in superficie: tignisq; caritas nobis patrie pendet? Et quidẽ fatebor uobis: & si minus iniurie uestre: q̃ mee calamitatis meminisse iuuat: cũ abessẽ: quotienscunq; patria in mentem uenerat: Hec omnia occurrebant. colles campiq; & Tyberis: & assueta oculis regio. & hoc cælum: sub quo natus: educatusq; essem: quæ uos Quirites nunc moueant potius caritate sua: ut maneatis in sede uestra: q̃ postea cum reliqueritis ea: macerent desiderio. Non sine causa dii hominesq; cõdende: locũ hunc urbi elegerunt. Saluberrimos colles: flumẽ opportunũ: quo ex mediterraneis locis fruges deuehãtur. quo maritimi commeatus accipiantur. mare uicinum ad cõ/moditates: nec expositum nimia propinquitate: ad pericula classium externarum regionum. Italie medium: ad incrementum Vrbis natum unice locum. argumento est ipsa magnitudo: tam noue Vrbis. trecentesimus sexagesimus quintus annus urbis Quirites agitᷓ inter tot ueterrimos populos: tã diu bella geritis. cũ iterea: ne singulas loquar urbes: nõ coniuncti cũ Equis Volsci: tot tam ualida oppida: non uniuersa Etruria tm̃ terra mariq; pollẽs: atq; inter duo maria latitudinẽ obtinẽs Italie: bello uobis par ẽ. Quod cũ ita sit: que: malũ: ratio ẽ. expertis: alia expiri? cũ iam: ut uirtus uestra trãsire alio possit: fortuna certe loci huius transferri nõ possit. Hic Capitoliũ est: ubi quondã capite humano inuento: responsũ est: eo loco caput rerũ: sũmamq; Imperii fore. Hic cũ augurato liberaretur Capitoliũ: Iuuentas: Terminusq; maxĩo gaudio patrũ nostroꝝ moueri se nõ passi. hic Vestæ ignes. hic cælo Ancilia dimissa. hic omnes propitii manẽtibus uobis: dii. ¶ Mouisse eos Camillus tũ alia ratione: tũ ea: que ad religiones p̃tinebat: maxime dicitᷓ. ¶ Sed rẽ dubiã decreuit uox: opportune emissa. Quod cum Senatus post paulo de his rebus in Curia Hostilia haberetur: co/hortesq; ex presidiis reuertentes: forte agmine forũ transirent: Centurio in Comitio exclamauit: Signifer statuæ signum. hic manebimus optime. ¶ Qua uoce audita: & senatus accipe se omen ex curia egressus cõclamauit. & Plebs circũfusa approbauit. ¶ Antiquata deinde lege: promiscue Vrbs edificari cepta. tegula publice prebita est. Saxi materieq; cedẽde. unde quisq; uellet: ius factũ. p̃dibus acceptis: eo anno edificia p̃fecturos. ¶ Festinatio curã exemit ui cos dirigendi: dũ omisso sui: alieniq; discrimĩe: in uacuo edificant. ea est causa ut ueteres cloace primo per publicum ductæ: nunc priuata passim subeant tecta. formaq; Vrbis sit: occopate magis: q̃ diuise: similis.

Liber sextus

Qve ab condita urbe Roma: ad captam urbem eandem Romã: sub regibus primũ: Cõsulibus deinde: ac Dictatoribus: Decẽuirisq;: ac Tribunis Consularibus: gessere: foris bella: domi seditiones: qnq; libris exposui. res cũ uetustate nimia obscuras: uelut que magno ex interuallo loci: uix cernuntur: tum qđ parue: et rare per eadẽ tempora littere fuere. Vna custodia fidelis memorie rerũ gestaꝝ: et quod etiam: si que in commentariis Pontificum: aliisq; publicis ꝑuatisq; erant monumẽtis: incensa urbe: plereq; interiere. Clariora deinceps: certioraq; ab secunda origine: uelut ab stirpibus latius feratiusq; renate Vrbis: gesta domi: militieq; exponentur. Ceterum primo: quo amminiculo erecta erat: eodem innixa. M. Furio principe stetit: neq; eũ abdicare se dictatura: nisi anno circumacto: passi sũt. Comitia in sequentem annum tribunos habere: quorum in magistratu capta Vrbs esset: non placuit: res ad interregnũ redut: cum ciuitas in opere ac labore assiduo reficiende Vrbis teneretur. Interim. Q. Fabio simul primum magistratu abiit ab. C. Marco: Tribuno Plebis dicta dies est: quod legatus in Gallos ad quos missus erat Orator: cõtra ius gentium pugnasset: cui iudicio eum mors adeo opportuna: ut uolũtariã magna ps crederet: subtraxit. Interregnũ tñ inuit. P. Cornelius Scipio iterrex post eum. M. Furius Camillus iterũ. Is Tribunos Militũ Consulari potestate creat A. Valeriũ Publicolã iteꝝ. L. Virginiũ. P. Corneliũ. A. Manliũ. L. Emiliũ. L. Postumiũ. Hi ex iterregno: cũ extẽplo magistratũ inissent: nulla de re prius: q̃ de religionibus: Senatũ cõsuluere. In ꝑmis federa ac leges erant: aut enee duodeci tabule: et quedã regie leges cõqri que cõperarẽt: iusserunt. Alia ex eis: edita etiã in uulgus. Que aũt ad sacra ptinebãt: a põtificibus maxĩe: ut religiõe obstrictos haberẽt multitudĩs aĩmos: suppressa. Tũ de diebus religiosis agitari ceptũ: diẽq; ad. xv. kalendas sextiles: duplici clade insignem: quo die ad Cremeram Fabii cesi: quo deinde ad Alliam cum exitio urbis fede pugnatum: a posteriore clade: Alliensem appellarũt: insignemq; rei nullius publice priuatimq; agende: fecerunt. Quidam ꝙ postridie idus quintiles non litasset. Sulpitius Tribunus Militum: neq; inuẽta pace deum: post diem tertium obiectus hosti exercitus romanus esset: etiã postridie idus: rebus diuinis supersederi iussũ. Inde ut postridie kalendas quoq; ac nonas: eadem religio eẽ traditũ putant. ¶ Nec diu licuit quietis consilia erigende ex tam graui casu reipublice: secum agitare. Hinc Volsci ueteres hostes: ad extinguẽdum nomẽ romanũ: arma ceperant. hinc Etrurie principum ex omnibus populis coniurationem: ad Fanum Vulturne factam: mercatores asserebant. Nouus quoq; terror accesserat: defectiõe latinorum hernicoꝝq;: qui post pacem ad Lacum Regillum factam: per annos prope centũ: nunq̃ ãbigua fide in amicitia populi romani fuerant. Itaq; cum tãti undiq; terrores circumstarẽt: appareretq; omnibus: non odio solum apud hostes: sed contemptu etiam inter sotios nomen romanum laborare: placuit eisdem auspiciis defẽdi rem. pu. quibus recupata esset. Dictatoremq; dici. M. Furium Camillum. Is Dictator Claudium Seruilium Halam Magistrum equitum dixit. Iustitioq; indicto: delectum iuniorum habuit: ita ut seniores quoq; qbus aliquid superesset roboris: in uerba sua iuratos centuriaret exercitum cõscriptum: armatumq;: Trifariam diuisit: partem unam in agro Veiẽte Etrurie opposuit. Alteram: ante urbem castra locare iussit. Tribunus militum his. A. Manlius: illis qui aduersus Etruscos mittebantur. L. Emilius prepositus: tertiã partẽ

CAMILLVS · ANVÃ · DICTATVRÃ · GESSIT ·

Q · FABIO QVI ĩ GALLOS PVGNAVIT DIES · DICTA

TRI MI ·

CAMILLVS · DICTATOR · III ·

Camillus volscos et equos vincit binis? pliis diversis

ipse ad Volscos duxit. Nec procul ab Lauinio ad Metium: is locus dicitur: castra oppugnare est adortus. Quibus ab contemptu: quod prope omnē deletam a Gallis Romanā iuuētutē crederent: ad bellū profectis: tantū Camillus auditus Impator terroris intulerat: ut uallo se ipsi: uallum: congestis arboribus sepirent: ne qua intrare ad munimenta hostis posset. Quod ubi animaduertit Camillus ignem in coniectam sepem coniici iussit. Et forte erat uis magna uenti uersa in hostem. Itaq; non aperuit solum incendio uiam: sed flāmis in castra tendentibus: uapore etiā ac fumo crepituq; uiridis materie: flagrantis. ita consternauit hostes. ut minor moles superantibus uallū in castra Volscorū Romanis fuerit: q̄ transcendentibus sepem: incendio absumptā: fuerat: fusis hostibus: cesisq; cum castra impetu cepisset: Dictator predam militi dedit: quo minus speratam: minime largitore duce: eo militi gratiorem: prosequutus deinde fugientes: cum omnem Volscum agrum depopulatus esset: ad deditionem Volscos septuagesimo demum anno subegit. ¶ Victor ex Volscis in Equos transit: et ipsos bellum molientes: exercitum eorum ad Bolas oppressit. Nec castra modo: sed urbem etiam aggressus: impetu primo cepit. ¶ Cum in ea parte in qua caput Rei Romane Camillus erat: ea fortuna esset: aliam in partem terror ingens ingruerat. Etruria ppe omnis armata Sutrium: socios Populi Romani: obsidebat: quorum legati opē rebus affectis orantes: cum Senatum adissent: decretum tulere: ut Dictator primo quoq; tempore auxilium Sutrinis ferret. Cuius spei moram cum pati fortuna obsessorum non potuisset: confectaq; paucitas oppidanorum opere: uigiliis: uulneribusq;: que semp eosdem urgebant: per pactionem urbe hostibus tradita: inermes cū singulis uestimētis miserabili agmine penates relinquerent. Eo forte tēpore Camillus cū exercitu Romano interuenit. cui cum se mesta turba ad pedes prouoluisset. Principūq; orōnē: necessitate ultima expressam: fletus mulierū ac puerorū: q exsilii comites trahebant: excepisset: pcere lamentis Sutrinos iussit. Etruscis se luctū lachrymasq; ferre. Sarcinas inde deponi: Sutrinosq; ibi considere modico presidio relicto: arma secum militē ferre iubet. Ita expedito exercitu profectus ad Sutrium: id quod rebatur: soluta omnia: rebus ut fit secundis: inuenit. Nullam stationē ante menia: patentes portas. Victorē uagum: predam ex hostium tectis egerentem. Iterum igitur eodem die Sutrium capitur: uictores Etrusci passim trucidantur ab nouo hoste: neq; se cōglobandi: coeundiq; in unum: aut arma capiendi: datur spatium: cū pro se quisq; tenderet ad portas si qua forte se agros eiicere possent: clausas (Id enim primum Dictator imperauerat) portas inueniunt. Inde alii: arma capere: alii quos forte armatos tumultus occupauerat: cōuocare suos: ut preliū inirent. Quod accensum a desperatione hostiū fuisset: ni precones per urbem dimissi: poni arma: et parci inermi iussissent. nec preter armatos quenq̄ uiolari. Tum etiam quibus animi in spe ultima obstinati ad certādum fuerāt: postq̄ data spes uite est: iactare passim arma: inermesq;: qđ tutius fortuna fecerat: se hosti offerre. Magna multitudo in custodias diuisa: oppidum ante noctem redditū Sutrinis inuiolatū: integrumq; ab omni clade belli: quia nō ui capitū: sed traditum per conditiones: fuerat. Camillus in urbem triumphans rediit. Trium simul bellorum uictor: lōge plurimos captiuos ex Etruscis ante currum duxit. Quibus sub hasta uenundatis: tantum eris redactum est: ut precio pro auro matronis persoluto: ex eo qđ supererat tres patere auree facte sint: quas cum titulo nominis Camilli ante capitoliū incensum: in Iouis cella cōstat ante pedes Iunonis positas fuisse. ¶ Eo anno in ciuitatē accepti: qui Veientiū Capenatiūq; ac Faliscorū per ea bella transfugerant ad romanos: agerq; is nouis ciuibus assignatus. Reuocati quoq; ī urbē Senatus Cōsulto

SUTRIUM

Camillus devictis etruscis triumphat

a Veis qui edificandi Rome pigritia: occupatis sibi uacuis tectis: Veios se contulerāt.
Et primo fremitus fuit: aspernantium imperium: dies deinde prestituta: capitalisq;
pena: qui nō remigrasset Romam: ex ferocibus uniuersis singulos: metu suo quenq;:
obedientis fecit. Et Roma cum frequentia crescere: tū tota simul exurgere edificiis:
et re. p. impensas adiuuante: et Edilibus: uelut publicū exigētibus opus: et ipsis ṕuatis.
(Ammonebat enim desyderium usus) festinantibus ad effectum operis: intraq; annum
noua urbs stetit. ¶ Exitu anni comitia Tribunorum Militum Cōsulari potestate
habita. creati. T. Quintius Cincinatus. Q. Seruilius Fidenas. Q. Iulius Tullius. L.
Aquilius Coruus. L. Lucretius Tricipitinus. Seruilius Sulpitius Ruffus. Exercitum:
alterum in Equos: non ad bellū (uictos nanq; se fatebantē) sed ab odio: ad ṕuastādos
fines: ne quid ad noua consilia relinquerent uirium duxere. Alterum: in agrum Tar/
quiniensem. Ibi oppida Etruscorum Cortuosa et Contenebra ui capta. Ad Cortuosā
nihil certaminis fuit. Improuiso adorti: primo clamore: atq; impetu: cepere: direptū
oppidum: atq; incensum est. Contenebra paucos dies oppugnationē sustinuit. labor
continuus: non die: nō nocte remissus: subegit eos: cum in sex partes diuisus exercitus
romanus: senis horis: in orbem succederet prelio. oppidanos eosdem: integro semper
certamini: paucitas fessos obiceret: cessere tandem. locusq; inuadendi urbem datus est
Romanis. publicari predā Tribunis lacebat: sed imperium: q̃ consilium segnius fuit.
dum contantur iam militum preda erat: nec nisi per inuidiā adimi poterat. ¶ Eodē
anno: ne priuatis tantum operibus cresceret urbs: Capitolium quoq; saxo quadrato
substructum est: opus uel in hac magnificētia urbis conspiciendum. Iam et Tribuni
Plebis ciuitate edificando occupata: Contiones suas frequentare legibus Agrariis
conabātur. Ostentabatē in spem Pomptinus ager. tunc primū post occisas a Camillo
Volscorum res possessionis haud ambigue criminabantur: multo eū infestiorē agrū
ab nobilitate esse: qui a Volscis fuerit. Ab illis enim tantum: quoad uires: et arma ha/
buerūt: incursiones factas. Nobiles homines in possessionem agri publici grassari: nec:
nisi ante q̃ omnia preripiant: diuisus sit: locum ibi Plebi fore. haud magnope plebem
mouerant: et in frequentem in foro: propter edificandi curam: et eodem exhaustam
impensis. eoq; agri immemorem: ad quem instruēdum uires non essent. ¶ In ciuitate
plena religionum: tunc etiā ab recenti clade superstitiosis principibus: ut renouarentē
auspicia: res ad Interregnum redit. Interreges. Deincepi. M. Manlius Capitolinus:
Seruius Sulpitius Camerinus. L. Valerius Potitius. hic demum Tribunoꝝ Militum
Consulari ṕtāte comitia habuit. L. Papyriū. Cn. Sergium. L. Emiliū iterū: Liciniū
Menenium. L. Valerium Publicolam tertio creat. Hi ex interregno magistratum
occepere. Eodem anno edes Martis Gallico bello uota: dedicata est a. T. Quintio
duumuiro sacris faciundis. Tribus quattuor ex nouis ciuibus addite: Stellatina Sa/
batina. Tromentina: Armensis. eaq;. xxxv. tribuum numerum expleuere. de agro
Pomptino: A. L. Sicinio Tribuno Plebis actum: ad frequentiorem iam populum:
mobilioremq; ad cupiditatē agri: q̃ fuerat: et de Latino Hernicoq; bello: mentio facta
In Senatu: maioris belli cura: qđ Etruria in armis erat dilata est. Res ad Camillum
Tribunū Militū Consulari potestate: redit. college additi quinq; Seruius Cornelius
Maluginensis. Quintius Seruilius fidenas sexto. L. Quintius Cincinnatus. L. Oratius
puluillus. P. Valerius. Pricipio anni auerse cure sunt hominum: a bello Etrusco: qđ
fugientium ex agro Pomptino agmen: repente illatum in urbem: attulit Antiates
in armis esse. latinorumq; populos iuuentutem summisisse ad id bellum: eo abnuentes
publicum fuisse consilium: quod non prohibitos: tantummodo uoluntarios dicerent

TRI·MI·

TRI·MI·

TRIBVS·IIII·ADDITE·EX NOVIS ciuib

TRI·MI·

militare: ubi uellent: desierant iā ulla contemni bella. Itaq; senatus diis agere gratias: qđ Camillus in magistratu esset. Dictatorem quippe dicendum eum fuisse: si p̄uatus esset: & College fateri regimen omniū rerum: ubi quid bellici terroris ingruat: in uiro uno esse: sibiq; destinatum in animo esse: Camillo submittere imperium: nec quicq̄ de maiestate sua detractum credere: qđ maiestati eius concessissent. Collaudatis a senatu tribunis: et ipse Camillus confusus animo: gratias egit. Igens inde ait onus a populo romano sibi: qui se dictatorem quarto iam creasset: magnum a Senatu talibus de se iudiciis eius ordinis: maximum tam honorato collegarum obsequio: iniungi. Itaq; si quid laboris: uigiliarumq; adici possit: certantem ipsum secum: annisurum: ut tanto consensu ciuitatis: opinionem: que maxima sit: etiam constantem efficiat. Quod ad bellū atq; Antiates attineat: plus ibi minarū: q̄ periculi esse. Se tamen ut nihil timēdi: Sic nihil contemnēdi: autorem esse. Circumsederi urbem Romam ab inuidia: et odio finitimorum: itaq; et ducibus pluribus: et exercitibus administrandam. R. P. esse. Te inquit. L. Valeri socium: Imperii: Cōsiliiq; legiones mecum aduersus Antiatē hostē ducere placet. Teq; Seruili ❡ Altero exercitu instructo: paratoq; in urbe castra ha/bere: intentū: siue Etruria se interim: ut nup: siue noua hec cura Latini atq; Hernici mouerit: pro certo habeo: ita rē gestu*r*: ut patre: auo teq; ipo: ac sex Tribunatibus dignum est. Tertius exercitus ex causariis: senioribusq; a. T. Quintio scribatur: qui urbis menibusq; presidio sit. L. Oratius arma: tela: frumentum: queq; belli alia tēpora poscent: prouideat. Te Seruili Corneli: presidem huius publici cōsilii. Custodem re/ligionum: comitiorum: legum: rerum omnium urbanarum: college facimus. cunctis in partes muneris sui benigne pollicentibus operam. Valerius socius Imperii lectus: adiecit. M. Furium sibi pro Dictatore: seq; ei pro Magistro equitū futu*r*: proinde quā opinionē: de unico Impatore: eā spem: de bello haberēt: se uero bn̄ sperare prēs: et de bello et de pace: uniuersaq;. Re. P. erecti gaudio fremunt: nec Dictatore unq̄ opus fore. Rei. p. si tales uiros in magistratu habeat: tam concordibus iunctos aīmis: parere: atq; imperare: iuxta paratos. laudemq; conferentes potius in medium: q̄ ex cōmuni ad se trahētes. Iustitio indicto delectuq; habito: Furius ac Valerius ad Sa/tricum profecti: quo non Volscorum modo iuuentutem. Antiates: ex noua sobole lectam: sed ingentem Latinorum Hernicorūq; conciuerant: ex integerrimis diutina pace populis. Itaq; nouus hostis ueteri adiunctus: commouit animos militis Romani. Quod ubi aciem iā instruenti Camillo: Centuriones renuntiauerunt: turbatas militū mentes esse: segniter arma capta: cantabundosq; et resistētes egressos castris esse: quin uoces quoq; auditas. Cum centenis hostibus singulos pugnaturos: egre iermem tantā multitudinem: ne dum armatā substineri posse: in equū insilit: et ante signa obuersus in aciem ordines interequitans. Que tristitia milites hec: que insolita cantatio est? hostem: an me: an uos ignoratis? Hostis est: quid aliud: q̄ perpetua materia uirtutis glorieq; uestre? Vos contra: me duce: ut Falerios: Veiosq; captos: et in capta patria Gallorum legiones cesas: taceam: modo trigemine uictorie: triplicem triumphum: de his ipsis Volscis: et Equis: et ex Etruria: egistis. An me: quod non Dictator uobis: sed Tribunus signum dedi: non agnoscitis ducem? neq; ego maxima imperia: in uos de/sydero: et uos in me nihil preter me ipsum intueri decet. Neq; enim Dictatura mihi unq̄ animos fecit: ut ne exsilium quidem ademit. Iidem igitur omnes sumus: et cum eadem omnia in hoc bellū afferamus: que in priora attulimus: euentum eundē belli expectemus. Simul concurreritis: qđ quisq; didicit: ac consueuit faciet. Vos uincetis illi fugient. Dato inde signo: ex equo consilit: et proximum signiferū manu arreptū

PLVRES·PPLI·P̄ RO·ĀMA·CAPIVT.

Camills orō ad milites

ſecum in hoſtem rapit. Infer Mileſ clamitanſ ſignũ. Quod ubi uidere: ipſum Camillũ iam ad munera corporiſ ſenecta inualida uadentẽ: in hoſteſ procurrunt: pariter omſ clamore ſublato. ſequere imperatorem pro ſe quiſq; clamanteſ. Emiſſum etiã ſignũ: Camilli iuſſu: in hoſtium aciem ferunt: idq; ut repeteretᷣ concitatoſ anteſignanoſ. Ibi primum pulſum Antiatem: terroremq; non in primam tantum aciem: ſed etiã ad ſub/ſidiarioſ perlatum: nec uiſ tantum militum mouebat: excitata preſentia ducis: ſed qđ Volſcoꝝ animiſ nihil terribiliuſ erat: q̃ ipſiuſ Camilli forte oblata ſpẽs. Ita quocũq; ſe intuliſſet: uictoriam ſecum haud dubiam trahebat. Maxime id euidenſ fuit: cũ in leuum cornu prope iam pulſum: arrepto repẽte equo: cum ſcuto pedeſtri aduectuſ: conſpectu ſuo prelium reſtituit: oſtentanſ uincentem ceteram aciem. Iam inclinata reſ erat: ſed turba hoſtium: et fuga impediebat: et longa cede conficienda multitudo tanta feſſo militi erat: cum repente ingentibuſ procelliſ fuſuſ hymber certam magiſ uictoriam: q̃ preliũ: diremit. Signo deĩde receptui dato: nox inſequuta: quietiſ Ro/maniſ perfecit bellum. Latini nanq; et Hernici relictiſ Volſciſ: domoſ profecti ſunt. Maliſ conſiliiſ pareſ adepti euentuſ. Volſci ubi ſe deſertoſ ab eiſ uidere: quorũ fiducia rebellauerant: relictiſ caſtriſ: menibuſ Satrici ſe includũt: quoſ primo Camilluſ cir/cundare uallo: et aggere: atq; operibuſ oppugnare: eſt adortuſ. Que poſtquã nulla eruptione impediri uidet: minuſ eſſe animi ratuſ in hoſte: q̃ ut in eo: tã lente ſpei uic/toriam expectaret: cohortatuſ militeſ: ne tanq̃ Veioſ oppugnãteſ: in ope lõginquo ſeſe tenerent: uictoriam in manibuſ eſſe: ingenti militũ alacritatẽ menia undiq; ag/greſſuſ ſcaliſ: oppidum cepit. Volſci abiectiſ armiſ: ſeſe dediderunt. Ceterum animuſ ducis: rei maiori Antio imminebat: id caput Volſcorum: eam fuiſſe originem proximi belli. Sed quia niſi magno apparatu: tormentiſ: machiniſq;: tam ualida urbſ capi nõ poterat: relicto ad exercitum Collega: Romam eſt profectuſ: ut Senatum ad ex/cidendum Antium hortaretur. Inter ſermonẽ eiuſ: credo rem Antiatem diuturniorẽ manere diſ cordi fuiſſe. Legati a Nepete ac Sutrio auxiliũ aduerſuſ Etruſcoſ pe/tenteſ: ueniunt: breuem occaſionem eſſe ferendi auxilii: memoranteſ: eo uim Camilli ab Antio fortuna auertit. Nam cum ea loca oppoſita Etrurie: et uelut clauſtra inde porteq; eſſent: et illiſ occupandi: ea cum quid noui molirentur: et Romaniſ recupandi tuendiq; cura erat. Igitur Senatui cum Camillo agi placuit: ut omiſſo Antio bellum Etruſcum ſuſciperet. legioneſ urbane: quibuſ Quintiuſ prefuerat: ei decernuntur. q̃q̃ expertum exercitum: aſſuetumq; Imperio: qui in Volſciſ erat: mallet: nihil recuſauit Valerium tantũmodo Imperii ſotium depopoſcit. Quintiuſ et Horatiuſ ſucceſſoreſ Valerio: in Volſciſ miſſi: profecti ab urbe Sutrium Furiuſ: et Valeriuſ partẽ oppidi iam captã ab Etruſciſ inuenere: ex parte altera interceptiſ itineribuſ egre oppidanoſ uim hoſtium ab ſe arcenteſ: tum Romani auxilii aduentuſ: tum Camilli nomen cele/berrimum apud hoſteſ ſotioſq;: et in preſentia rem inclinatam ſuſtinuit et ſpatium ad opem ferendam dedit. Itaq; diuiſo exercitu: Camilluſ Collegam in eam partem cir/cumductiſ copiiſ: qua hoſteſ tenebant: menia aggredi iubet: non tanta ſpe ſcaliſ capi urbem poſſe: q̃ ut auerſiſ eo hoſtibuſ: et oppidaniſ iam pugnãdo feſſiſ laxaretᷣ labor et ipſe ſpatium intrandi ſine certamĩe menia haberet. Quod cum ſimul utrũq; factũ eſſet: ancepſq; terror Etruſcoſ circũſtaret: et menia ſũma ui oppugnari et ĩtra menia eſſe hoſtem uiderent: porta ſe que una forte nõ obſidebatur: trepidi uno agmine eie/cere. Magna cedeſ fugientium: et in urbe: et per agroſ: eſt facta. Plureſ a Furianiſ intra menia ceſi: ualeriani expeditioreſ ad perſequendoſ fuere: nec ante noctem: que cõſpectũ adeĩt: finẽ cedẽdi fecere. Sutrio recepto: reſtitutoq; ſotiiſ: nepete exercituſ

Emiſſũ ſignũ a camillo i hoſteſ.

Latini et hernici relictiſ uolſciſ fugiũt

Volſci dedut ſe camillo

Camilluſ etruſcoſ uincit: Sutriũ recupat

ductus: qđ per deditionem acceptum iam totum Etrusci habebant. Videbāt plus in ea recipienda: laboris fore: nō in eo solum: qđ tota hostium erat. Sed etiā ꝙ parte Nepesinorum prodente ciuitatem facta erat deditio. Mitti tamen ad principes eoꝝ placuit: ut secernerēt se ab Etruscis: et fidē quā implorassent ab Romanis: ipsi pstarēt. Vnde cum respōsum allatū esset: nihil sue potestatis esse: Etruscos menia custodiasq; portarum tenere: primo populationibus agri: terror est oppidanis admotus: deinde. postq̄ deditionis q̄ societatis fides sanctior erat: fascibus sarmentoꝝ ex agro collatis: ductus ad menia exercitus: completisq; fossis: scale admote. et clamore primo impetu oppidum capitur. Nepesinis inde edictum: ut arma ponant: parciq; iussum inermi. Etrusci pariter armati: atq; inermes cesi. Nepesinoꝝ quoq; autores deditionis securi percussi: innoxie multitudini reddite res: oppidūq; cū presidio relictū. Itaq; duabus sotiis urbibus et hoste receptis: uictorem exercitum Tribuni cū magna gloria Romā reduxerunt. Eodem anno ab Latinis Hernicisq; res repetite: que situmq; cur per eos annos militē ex instituto non dedissent. Responsum frequenti utriusq; gentis cōcilio nec culpam in eo publicam: nec cōsiliū fuisse: qđ sue iuuentutis aliqui apud Volscos militauerint. Eos tamen ipsos praui consilii penā habere: nec quenquā ex his reducē esse. Militis autem non dati: causam terrorem assiduum a Volscis fuisse: quam pestem adherētem lateri suo: tot super alia aliis bellis: exhaurire nequisse. Que relata pribus: magis tempus: q̄ causam: non uisa belli habere. ¶ Insequenti anno. A. Manlio. P. Cornelio. T. et. L. Quitiis Capitolinis. L. Papyrio Cursore: Tribunis Consulari potestate: graue bellum foris: grauior domi seditio exorta: bellum a Volscis adiuncta Latinorum atq; Hernicorū defectione. Seditio unde minime timeri debuit: a patritie gentis uiro: et inclyte familie. M. Manlio Capitolino qui nimius animi: cū alios principes sperneret: uni inuideret: eximio simul honoribus atq; uirtutibus. M. Furio egre ferebat solum eum in magistratibus: solum apud exercitus esse: tm̄ iam eminere: ut iisdem auspitiis creatos: nō pro Collegis: sed pro ministris habeat: cum interim siqs uere existimare uelit. M. Furio recuperari patria: ex obsidione hostium nō potuerit nisi a se prius Capitolium: atq; arx seruata esset. Et ille inter aurum accipiendum: et spem pacis solutis animis gallos aggressus sit: ipse armatos: capiētisq; arcem depulerit. Illius glorie pars uirilis apud omnes milites sit: q simul uicerunt. Sue uictorie neminē omnium mortalium sotium esse. his opinionibus inflato animo. Ad hoc uitio quoq; ingenii uehemens: et impotens. postq̄ inter patres: nō quantum equum censebat: excellere suas opes animaduertit: primum omnium: ex patribus popularis factus: cum Plebeis magistratibus cōsilia cōmunicare: criminādo patres. alliciendo ad se Plebeiā auram: non consilio ferri: fameq; magne malle: q̄ bone esse: et nō contentus Agrariis legibus que materia semper Tribunis Plebis seditionū fuisset: idē molliri cepit: acriores quippe eris alieni stimulos esse: qui non egestatem modo: atq; ignominiam minent: sed neruo ac uinculis corpus liberum territent. Et erat eris alieni magna uis: res damnosissima etiam diuitibus edificando contracta. Bellum itaq; Volscum graue per se: oneratum Latinorum atq; Hernicorum defectione in speciem cause iactatam: ut maior potestas quereretur. Sed noua consilia Manlii magis compulere Senatū ad Dictatorem creandum. Creatus. A. Cornelius Cossus: magistrum equitum dixit. T. Quintium Capitolinū Dictator: etsi maiorē dimicationē propositam domi: q̄ foris cernebat: tamē seu quia celeritate ad bellum opus erat: seu uictoria triumphoq; Dictature ipsi uires se additurū ratus: delectu habito: in agrū Pomptinū quo a Volscis exercitum indictum iri audierat: pergit. ¶ Non dubito preter satietatem: tot iā

Nepes receptus etruscis cesis

VICTOR VBIQ CAMILLUS.

TRI·MI·

M. Manlius capitolinus camillo inuidens plebis patronus ad defectionem [illegible]

Sarmentis

DICTATOR · A · CORNELIVS · COSSVS ·

libris assidue bella cum Volscis gesta legentibus: illud quoq; succursurum: quod mihi
percensenti propriores temporibus harum rerum autores miraculo fuit. Vnde totiēs
uictis Volscis et Equis suffecerint milites? qđ cum ab antiquis tacitum: ꝑtermissumq;
sit: cuius tandem ego rei: preter opinionē: que sua cuiq; coniectāti esse potest: autor
sim: simile ueri est: aut interuallis bellorum: sicut nunc in delectibus fit. Romanis:
alia atq; alia sobole iuniorum: ad bella instauranda totiens: usos esse: aut non ex iisdē
semper populis exercitus sumptos (quanq̃ eadem semper gens bellum intulerit) aut in/
numerabilem multitudinem liberoꝝ capitū in eis fuisse locis: que nunc uix seminario
exiguo militum relicto: seruitia romana ab solitudine uendicant. Ingens certe (qđ
inter omnes autores conueniat: quanq̃ nuper Camilli ductu: atq; auspitio occise res
erant) Volscorum exercitus fuit. Ad hoc Latini Herniciq; accesserant: et Cerciensiū
quidam: et coloni etiā a Velitris. Romanus Dictator castris eo die positis: postero
cum auspicato prodisset: hostiaq; cesa pacem deum orasset: letus ad milites: iam arma
ad propositum pugne signum: sicut edictū erat: luce ꝑma: capiētes: processit. Nostra
uictoria est milites inquit: si quid dii uatesq; eorum in futurum uident. Itaq; ut decet
certe spei plenos: et cum imparibus manus conserturos. Pilis ante pedes positis: gladiis
tantum dextras armemus: nec procurri quidem ab acie uelim: sed obnixos uos stabili
gradu impetum hostium excipere: ubi illi uana iniecerint missilia: et effusi stātibus
uobis se intulerint: tū micent gladii: et ueniat in mentes unicuiq;: deos eē: q Romanū
adiuuent: deos: qui secundis auibus in prelium miserint. Tu Quinti equitem intentum
ad primum initium moti certaminis teneas: ubi herere iā aciem collato pede uideris:
tum terrorem equestrem occupatis alio pauore infer: inuectus ordines pugnantium
dissipa. Sic pedes: sic eques: ut ꝓceperat: pugnat. Nec dux legiōes: nec fefellit fortuna
ducem. Multitudo hostium: nulli rei preter q̃ numero freta: oculis utranq; metiens
aciem temere prelium iniit: temere omisit. Clamore tantum: missilibusq; telis: et ꝑmo
impetu ferox: gladios: et collatum pedem: et uultum hostis: ardore animi micantem:
ferre non potuit. Impulsa frons prima: et trepidatio subsidiis illata: et suum terrorem
intulit eques: rupti inde multis locis ordines motaq; omnia: et fluctuanti similis acies
erat. Deinde: postq̃ cedentibus primis: iam ad se quisq; peruenturam cedem cernebat:
terga uertunt: stare Romanus: et donec armati: confertiq; abibant peditum labor:
in persequēdo fuit. Postq̃ iactari arma passim: fugaq; per agros spargi aciem hostiū
animaduersum est. Tum equitum turme emisse: signo dato: ne in singulorū morādo
cede spatium ad euadendū interim multitudini darent. satis esse missilibus ac terrore
impediri cursum: ob equitandoq; agmen teneri: dum asseq pedes: et iuxta cede con/
ficere hostem posset: fuge: sequendiq; non ante noctem finis fuit. Capta quoq;: ac
direpta eodem die castra Volscorū: predaq; omnis ꝑter libera corpora: militi: cōcessa
est: pars maxima captiuorum: ex latinis: atq; hernicis fuit: nec hominum de plebe: ut
credi posset: mercede militasse: sed principes quidā iuuentutis inuenti: manifesta fides
publica ope Volscos hostes adiutos. Cerciensium quoq; quidam cogniti: et coloni a
Velitris: Romamq; omnes missi. Percontantibus primoribus patrum: eademq; Dic/
tatori: defectionem sui quisq; populi: haud perplexe indicauere. Dictator exercitū
in statiuis tenebat: minime dubius bellum: cum his populis patres iussuros. Cum maior
domi exorta moles: coegit acciri Romam eum gliscente in dies seditione: quā solito
magis metuendam autor faciebat. Non enim iam oratiōes mō. M. Manlii: sed facta
popularia in speciem tumultuosa: eadē qua mente fierent: intuēda erant. Cēturionē
nobilem militaribus factis iudicatum pecunie: cū duci uidisset medio foro: cū caterua

Dictatoris uerba ad milites

Victi hostes inter quos latini hernici(que) & cercenses fuere et veliterni

l x

Seditio a Manlio concitata Dictatorē in urbē accivit: Mālius ex pre plebem suis

sua accurrit: et manū iniecit: uociferatusq; de supbia Patrū: ac crudelitate feneratoꝝ
et miserus plebis: uirtutibus eius: fortunaq;. Tū uero. ¶ Ego inqt ne quicq̄ ac dextra
capitolium: arcemq; seruauerim: si ciuem comilitonēq; meū: tanq̄ Gallis uictoribus:
captum: in seruitutem ac uincula duci uideam: inde rem creditori: palā populo: soluit
liberumq; ex ere liberatum: emittit: deosq; atq; homines obtestantem: ut. M. Manlio
liberatori suo: parenti plebis Romane gratiam referant. Acceptus extemplo in tu/
multuosam turbam: et ipse tumultum augebat. Cicatrices acceptas: Veienti Gallico:
aliisq; deinceps bellis: ostentans: se militantem: se restituentē euersos penates: multiplici
iam sorte exoluta mergentibus se per sortem usuris: obrutū fenore esse: uidere lucē:
forum: ciuium ora. M. Manlii opera: omnia parentum benefitia: ab illo se habere:
illi se deuouere corporis: uiteq; ac sanguinis: qđ supersit. Quodcunq; sibi cum patria:
penatibus: publicis ac priuatis: iuris fuerit: id cū uno homine eē. His uocibus instincta
plebes cum iam unius hominis esset: addita alia: comotioris ad omnia turbanda cōsilii
res fundum in Veienti caput patrimonii subiecit preconi. Ne quem uestrum inquit
quirites donec quicq̄ in re mea supererit iudicatum addictumq; duci patiar. Id uero
ita accendit animos ut per omne fas: ac nefas sequuturi uindicem libertatis uiderent
Ad hoc domi: contionantis in modum: sermōes pleni criminum in patres: inter quos:
cū omisso discrimīe: uera an uana iaceret. Thesauros gallici auri occultari a Pr̄ibus
iecit: nec iam possidendis publicis agris contentos esse: nisi pecuniam quoq; publicam
auertant. Ea res si palam fiat: exolui plebem ere alieno posse: que ubi obiecta res ē.
enimuero indignum facinus uideri: cum conferendum ad redimendam ciuitatem a
gallis aurum fuerit. Tributo collationem factam: idem aurum ex hostibus captum:
in paucorum predam cessisse. Itaq; exequebantur querendo: ubi tante rei furtū oc/
cultaretur: differenteq; et tempore suo se indicaturū dicente: ceteris omissis eo uerse
erant omnium cure: apparebatq; nec ueri iudicii gratiam mediam: nec falsi offēsionē
fore. Itaq; suspensis rebus. Dictator accitus: ab exercitu: in urbem uenit. Postero die
Senatu habito: cum satis periclitatus uoluntates hominum: discedere Senatum ab se
uetuisset: stipatus ea multitudine: sella in Comitio posita: uiatorem ad. M. Manlium
misit: qui Dictatoris iussu uocatus: cū signū suis dedisset adesse certamē: agmine īgenti
ad tribunal uenit. Hinc Senatus: hinc plebs suū quisq; intuentes ducem: uelut in acie
constiterant. Tunc Dictator silētio facto. utinam inquit mihi Patribusq; romanis:
ita de ceteris rebus cum plebe conueniat: quemadmodum: qđ ad te attinet: eamq; rē
quam de te sum quesiturus: conuenturum satis confido. Spem factam a te ciuitati
uideo: fide incolumi: ex thesauris Gallicis: quos primores Patrum occultent: creditum
solui posse: cui ego rei: tantū abest: ut impedimento sim: ut contra: te. M. Manli ad/
horter. liberes fenore plebem romanam: et istos incūbentes thesauris publicis: ex p̄da
clandestina: euoluas: qđ nisi facis: siue: ut et ipse ī parte prede sis: siue qa uanū indiciū
est: in uincla te duci iubebo: nec diutius patiar a te multitudinem fallaci spe cōcitari.
Ad ea Manlius: nec se fefellisse ait: non aduersus Volscos totiens hostes: quotiens pa/
tribus expediat: nec aduersus Latinos Hernicosq;: quos falsis criminibus in arma agāt
sed aduersus se: et plebem romanam Dictatorem creatum esse: iam omisso bello: quod
simulatum sit: in se impetum fieri. Iam Dictatorem profiteri patrocinium feneratoꝝ
aduersus plebem. Iam sibi ex fauore multitudinis crimen et pernitiem queri: offendit
inqt te. A. Corneli uosq; Patres Conscripti circūfusa turba lateri meo: qn eā deducitis
a me singuli uestris benefitiis? intercedēdo: eximēdo de neruo ciues urōs: prohibēdo
iudicatos: addictosq; duci: ex eo: quod affluit opibus uestris substinendo necessitates

DICTATORIS VERBA AD MANLIV

Manlii oro

aliorum? Sed quid ego uos: de uestro impendatis: hortor? sortem aliquam ferte de capite deducite: qđ usuris pernumeratū est. Iā nihilo mea turba: q̄ ullius: cōspectior erit. At enim quid ita: solus ego ciuium curam ago? nihilo magis: quod respondeam habeo: q̄ si queras: quid ita solus capitolium: arcemq; seruauerim: et tum uniuersis quā potui opem tuli: et nunc singulis feram. Nam quod ad thesauros Gallicos attinet: rē suapte natura facilem: difficilem īterrogatio facit. Cur enim queritis: quod scitis? cur quod in sinu uestro est: excuti iubetis: potius: q̄ ponatis? nisi aliqua fraus subest: quo magis argui prestigias iubetis uestras: eo plus uereor: ne abstuleritis obseruātibus etiā oculos. Itaq; nō ego uobis: ut indicē p̄das uestras: sed uos id cogēdi estis: ut in mediū pferatis. Cū mittere ābages Dictator iuberet: et aut pagere uerū indicium cogeret: aut fateri facinus: insimulati falso crimine Senatus: oblateq; uani furti inuidie: ne/gantē arbitrio inimicoꝝ se loquuturū: in uīcula duci iussit. Arreptus a uiatore. ¶ Iu/piter inqt Optīe Maxīe: Iunoq; Regina: ac Minerua: ceteriq; dii: deeq;: q Capitoliū arcēq; incolitis: siccine uestrū militē: ac presidē sinitis uexari ab inimicis? Hec dextra qua Gallos fudi a delubris uestris: iam in uinclis: et cathenis erit? Nullius: nec oculi: nec aures indignitatem ferebant: sed inuicta sibi quedam patientissima iusti imperii ciuitas fecerat: nec aduersus Dictatoriam uim: aut Tribuni Plebis: aut ipsa plebs at/tollere oculos: aut hiscere audebāt. Coniecto in carcere Manlio satis constat: magnā partem Plebis uestem mutasse: multos mortales capillum ac barbam ꝓmisisse: obuer/satamq; uestibulo carceris mestam turbam. Dictator de Volscis triūphauit: īuidieq; magis triumphus: q̄ glorie fuit. Quippe domi: non militie: partum eum: actumq; de ciue: non de hoste: fremebant. Vnum defuisse tātum superbie: quod non. M. Mālius ante currū sit ductus. Iāq; haud procul seditione res erat: cuius leniende cā postulāte nullo: largitor uoluntarius repente Senatus Factus: Satricum coloniam: duo milia ciuium romanoꝝ deduci iussit: bina iugera: et semisses agri assignati. Quod cū paruū: et paucis datum: et mercedem esse prodēdi. M. Manlii interpretarētur: remedio irri/tatā seditio: et magis insignis: et sordibus: et facie reorū: turba Manliana erat. Motus post triumphum: abdicatione: Dictature: terror: et linguam et animos liberauerat hominum. ¶ Audiebantur itaq; propalam uoces: exprobrantium multitudini: quod defensores suos semper in precipitē locū fauore tollat. deinde in ip̄o discrimine ꝑiculi destituat. Sic. Sp. Cassium in agros plebem uocantem. Sic. Sp. Melium ab ore ciuiū famem. suis impensis propulsantem: oppressos. Sic. M. Manlium: mersam et obrutā fenore partem ciuitatis in libertatem: ac lucem extrahentem: proditum inimicis: sa/ginare plebem populares suos: ut iugulentur: hoccine patiendum fuisse: si ad nutum Dictatoris non responderit uir Consularis: fingeret mentitum ante: atq; ideo non habuisse: quod tum respōderet? Cui seruo unquā mēdatii penam uincula fuisse? nō obuersatam eē memoriā noctis illius: que pene ultima atq; eterna nomini Romano fuerit: non speciem agminis Gallorum: per Tarpeiam rupem scandentis: nō ipsius. M. Manlii: qualem eum armatum: plenū sudoris: ac sanguinis: ip̄o pene Ioue erepto ex hostium manibus: uidissent: se libris ue farris gratiam seruatori patrie relatam: et quē prope celestem: cognomine certe capitolino Ioui parem fecerint: eum pati uinctum in carcere: in tenebris: obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam? Adeo in uno omnibus satis auxilii fuisse: nullam opem in tam multis uni esse. ¶ Iam ne nocte qdē turba eo loco dilabebatur: refracturosq; carcerem minabantur: cum remisso: id quod erepturi erant: ex Senatus Consulto Manlios uinculis liberat. Quo facto nō seditio finita: sed dux seditioni datus est. ¶ Per eosdē dies: Latinis et Hernicis simul colonis

Manlius in carcerē ductus iussu dictatoris

Liberatur carcere manlius

Circeiensibus et a Velitris purgantibus se Volsci crimine belli: captiuosq; repetētibus:
ut suis legibus in eos animaduerterent: tristitia responsa reddita: tristiora Coloniis: qđ
ciues Romani patrie oppugnande nefanda consilia inissent. Non negatum itaq; tm̄
de captiuis: sed in quo ab sotiis tamen temperauerant: denuntiatum Senatus uerbis:
facesserent propere ex Vrbe: ab ore atq; oculis populi Romani: ne nihil eos Lega/
tionis ius externo: nō ciui comparatū: tegeret. ❡ Recrudescente Manliana seditiōe
sub exitu anni comitia habita. Creati Tribuni Militū Consulari potestate: Sergius
Cornelius Maluginensis secunda. P. Valerius potitus iterum. M. Furius Camillus.
❡ Q. Seruius Sulpitius Ruffus iterum ❡ Claudius Papyrius Crassus. ❡ Titus Quītius
cincinnatus secundo. Cuius principio anni: et patribus et plebi peroportune externa
pax data: plebi quod non auocata delectu: spem cepit: dum tam potentem haberet
Ducem fenoris expugnandi: Patribus ne quo externo terrore auocarētur animi: ab
sanandis domesticis malis. ❡ Igitur cum pars utraq; acrior aliquanto coborta esset: in
propinquum certamē aderat: et Manlius aduocata domum Plebe: cum principibus
nouandarum rerum interdiu noctuq; consilia agitat: plenior aliquāto animorum:
irarumq; q̄ antea fuerat. Iram accendit. Ignominia recens in animo: ad contumeliā
inexperto: spiritus dabat: quod nec ausus esset idem in se Dictator: qđ in Sp. Melio
Cincinnatus Quintius fecisset: et uinculoꝝ suorum inuidiam: non Dictator modo:
abdicando Dictaturam: fugisset: sed ne Senatus quidē sustinere potuisset. His simul
inflatus: exacerbatusq; iam per se accensos: incitabat plebis animos. ❡ Quousq; tandem
ignorabitis uires uestras: quas natura ne beluas quidem ignorare uoluit? Numerate
saltem quot ipsi sitis: quot aduersarios habeatis. Si singuli singulos aggressuri essetis:
tamen acrius crederem uos pro libertate: q̄ illos pro dominatiōe certaturos. Quot n.
clientes circa singulos fuistis patronos: tot nunc aduersus unum hostes eritis. Ōndite
modo bellū: pacem habebitis. Videant uos paratos ad uim: ius ipsi remittent. Audēdū
est aliquid uniuersis: aut omnia singulis patienda. Quousq; me et circunspectabitis?
ego quidem nulli uestrum deero: ne fortuna mea desit: uidete. Ipse uidex uester ubi
uisum inimicis est: nullus repente fui. Et uidistis in uincula duci uniuersi eum: qui a
singulis uobis uincula depuleram. Quid sperem: si plus in me audeāt inimici? an exitū
Cassii Meliiq; expectem? Benefacitis: qđ abominamini: dii prohibebūt hec. Sed nūq̄
propter me de celo descendent. Vobis dent mētem oportet: ut prohibeatis: sicut mihi
dederunt armato: togatoq;: ut uos a barbaris hostibus: a superbis defenderē ciuibus.
Tam paruus animus tanti populi est: ut semper uobis auxiliū aduersus inimicos satis
sit: nec ullum: nisi quatenus imperari uobis sinatis. Certamen aduersus patres noritis:
nec hoc natura uobis īsitum est: sed usu possidemini. Cur enim aduersus externos tm̄
animorum geritis: ut imperare illis equum censeatis: quia cōsueuistis cum eis ꝓ imperio
certare: aduersus hos temptare magis: q̄ tueri libertatem: tamen qualescūq; duces ha/
buistis: qualescunq; ipsi fuistis: omnia adhuc quantacūq; petistis: obtinuistis: seu ui: seu
fortuna uestra. Tempus est: etiam maiora conari. Experimini modo et uestram feli/
citatem: et me: ut spero: feliciter expertum: minore negotio q imperet patribus im/
ponetis: q̄ qui resisterent imperantibus: imposuistis. Solo equande sunt Dictature:
Consulatusq;: ut caput Attollere Romana Plebs possit: proīde adeste: prohibete ius
de pecuniis dici. Ego me patronū profiteor plebis: qđ mihi cura mea: et fides: nomē
induit. Vos: si quo insigni magis Imperii honorisue nomīe uestꝝ appellabitis Ducē:
eo utemini potentiore: ad optinēda ea: que uultis. Inde de regno agendi ortū ītiū
dicitur. Sed nec cum quibus nec quem ad finē consilia ꝑuenerint: satis planū tradit.

TRI. MI.

Manlij oro ad plebē ꝯ nobilitatem

¶At in parte altera Senatus de secessione in domũ priuatam plebis forte etiã in arce positam: et imminenti mole libertatis: agitat: magna pars uociferant̃ Seruilio Hala opus esse: qui non in uincula duci iubendo: irritet publicũ hostem: sed unius iactura ciuis: finiat intestinum bellum. Decurritur ad leuiorem uerbis sententiam: uim tamẽ eandem habentem: ut uideant Magistratus ne quid ex perniciosis consiliis. M. Mãlii Res. p. detrimenti capiat. Tunc Tribuni Consulari potestate Tribuniq; Plebis. Nã et quia eundem et sue potestatis: quem libertatis omnium finem cernebant: patrum autoritati se dediderant. Hi tum omnes. quid opus facto sit: consultant: cum preter uim et cedem nihil cuiq̃ occurreret: eam autem ingentis dimicationis fore appareret. ¶Tum. M. Menenius et. Q. Publius Tribuni Plebis. ¶Quid Patrum et Plebis certamen facimus? quod ciuitatis esse aduersus unum pestiferum ciuem debet? Quid cũ plebe aggredimur eum: quẽ per ipsam plebẽ tutius aggredi est. ut suis ipse oneratus uiribus ruat: diem dicere: et nobis in animo est. Nihil minus populare: q̃ regnum est. Simul multitudo illa non secum certari uiderint: et ex aduocatis iudices facti erunt: et accusatores de Plebe: Patritiũ reum: intuebuntur: et regni crimen in medio: nulli magis: q̃ libertati fauebunt sue. ¶Approbantibus cunctis diẽ Manlio dicunt. Quod ubi est factum: primo commota plebs est. Vtiq; postq̃ sordidatum reum uiderunt: nec cum eo nõ modo patrum quenq̃: sed ne cognatos quidem: aut affines. Postremo ne fratres quidem. A. et. T. Manlios: qđ ad eum diem nunq̃ usu uenisset: ut in tanto discrimine: non et proximi uestem mutarent. Appio Claudio in uincula ducto. C. Claudium inimicum: Claudiamq; omnem gentem sordidatam fuisse: consensu opp̃mi popularem uirum: quod primus a Patribus ad Plebem defecisset. ¶Cum dies uenit: que preter cetus multitudinis: seditiosasq; uoces: et largitionem et fallax indicium: p/tinentia proprie ad regni crimen: ab accusatoribus obiecta sunt reo: apud neminem autorem inuenio. Nec dubito: haud parua fuisse: cum damnandi mora plebi non in causa: sed in loco: fuerit. ¶Illud notandũ uidetur: ut sciãt homines: que et quãta de/cora: feda cupiditas regni non ingrata solum: sed inuisa etiam reddiderit. ¶Homines prope. cccc. produxisse dicitur: quibus sine fenore expensas pecunias tulisset: quorum bona: quos duci addictos prohibuisset. Ad hec decora quoq; belli: nõ commemorasse tantum: sed protulisse etiam conspicienda spolia hostium cesorum ad. xxx. dona im/peratorum ad. xl. in q̃bus insignes duas murales coronas: ciuicas octo: ad hoc seruatos ex hostibus ciues produxit. Inter quos. C. Seruilium Magistrum equitum absentem nominatũ. Et cũ ea quoq; que bello gesta essent: pro fastigio rerum: oratione etiã: magnifica facta dictis equãdo: memorasset: nudasse pectus insigne cicatricibus bello acceptis: et identidem capitolium spectans: Iouem deosq; alios deuocasse ad auxiliũ fortunarũ suarum: precatumq; esse: ut quam mentem sibi capitolinã arcem p̃tegẽti: ad salutem populi Romani dedissent: eam populo Romano in suo discrimine darẽt. Et orasse singulos: uniuersosq; ut capitolium: atq; arcem intuẽtes: ut ad deos immor/tales uersi: de se iudicarent. In Campo Martio cum centuriatim populus citaretur: et reus ad capitolium manus tendẽs ab hominibus ad deos preces auertisset: apparuit Tribunis: nisi hominum quoq; oculos liberassent tanti memoria decoris: nunq̃ fore in preoccupatis benefitio animis uero crimini locum. Ita producta die in Petelinum lucum: extra portam Frumentariam: unde conspectus in Capitolium non esset cõ/cilium populi indictum est. ¶Ibi crimen ualuit: et obstinatis animis: triste iudicium: inuisumq; etiam iudicibus factũ. Sũt qui Duumuiros: qui de perduellione anq̃rerẽt: creatos: autores sint. ¶Damnatum Tribuni de saxo Tarpeio deiecerũt locusq; idẽ

Tribunorum plebis oratio contra manlium ad tribunos militares.

MALIUS PMUS A PRIB. AD PLEBE TRASIIT

MANLII. DECORA. ET EGREGIA FACTA

Manlius de saxo tarpeio deijcitur

in uno homine: et eximie glorie monumentum: et pene ultime fuit. Adicte mortuo
note ſunt: publica una: que cũ domuſ eiuſ fuiſſet: ubi nunc edeſ: atq; officina monete
eſt: latum ad Populum eſt: ne quiſ Patritiuſ in arce: aut Capitolio habitaret. Genti/
litia altera: quod gentiſ Manlie decreto cautum eſt: ne quiſ. M. Manliuſ uocaretur.
¶ Hunc exitum habuit uir: niſi in libera ciuitate natuſ eſſet: memorabiliſ. ¶ Populũ
breui: poſtq̃ periculum ab eo nullum erat: per ſe ipſaſ recordantem uirtuteſ: deſideriũ
eiuſ tenuit. ¶ Peſtilentia etiã breui conſequuta: nulliſ occurrẽtibuſ tante cladiſ cauſiſ:
ex Manliano ſupplicio magne parti uideri orta. Violatum capitolium eſſe ſanguĩe
ſeruatoriſ: nec diſ cordi fuiſſe penam eiuſ oblatam prope oculiſ ſuiſ: a quo ſua tẽpla
erepta e manibuſ hoſtiũ eſſent. ¶ Peſtilentiam: inopiam frugum: et uulgatã utriuſq;
mali famam: anno inſequente multiplex bellum excepit. L. Valerio. iiii. A. Manlio
.iii. Seruio Sulpitio. iii. L. Lucretio. L. Emilio. iii. M. Trebonio Tribuniſ Militum
Conſulari poteſtate: hoſteſ noui preter Volſcoſ: uelut ſorte quadam prope ineternũ
exercendo Romano militi datoſ: Circeioſq; et Velitraſ Coloniaſ iam diu molienteſ
defetionem: et ſuſpectum Latium Lanuuini etiam que fideliſſima urbſ fuerat: ſubito
exorti. Id patreſ rati contemptu accidere: q̃d Veliterniſ ciuibuſ ſuiſ: tam diu ĩpunita
defetio eſſet: decreuerunt: ut primo quoq; tempore ad populum deferretur de bello
eiſ in dicendo. Ad quam militiam: quo paratior plebeſ eſſet: quinq; uiroſ Pomptino
agro diuidẽdo: et Triũuiroſ Nepete Colonie deducende: creauerunt. Tum ut bellũ
iuberent. latum ad populum eſt: et nequicq̃ diſſuadentibuſ Tribuniſ Plebiſ: omneſ
Tribuſ bellum iuſſerunt. Apparatum eo anno bellum eſt: exercituſ ꝓpter peſtilẽtiã
non eductuſ. ¶ Ea cunctatio coloniſ ſpatiũ dederat. deprecandi Senatum: et magna
hominum parſ eo: ut legatio ſupplex Romam mitteretur: inclinabat: niſi priuato:
ut fit: periculo: publicum implicitum eſſet. Autoreſq; defectioniſ ab Romaniſ: metu
ne ſoli crimini ſubiecti: piacula ire Romanorum dederentur. Auertiſſent Coloniaſ
a conſiliiſ paciſ. Neq; in Senatum ſolũ per eoſ legatio impedita eſt: ſed magna parſ
plebiſ incitata: ut predatum in agrum Romanum exirent. ¶ Hec noua iniuria ex/
turbauit omnem ſpem paciſ. ¶ De Preneſtinorum quoq; defectione: eo anno primũ
fama exorta: arguentibuſq; eoſ Tuſculaniſ: et Gabiniſ: et Labicaniſ: quorũ in fineſ
incurſatum erat: ita placide ab Senatu reſponſum eſt: ut minuſ credi de criminibuſ:
q̃a nollẽt ea uera eſſe appareret. ¶ In ſequenti anno. Sp. et. L. Papyriuſ duo noui
Tribuni Militũ Conſulari poteſtate Velitraſ legioneſ duxere. Quattuor collegiſ:
Sergio Cornelio Maluginenſi. iii. . Q. Seruilio. C. Sulpitio. L. Emilio quattuor
Tribuniſ ad Preſidium urbiſ: et ſiqui ex Etruria noui motuſ nuntiarentur. ¶ Omnia
enim inde ſuſpecta erant. ¶ Relictiſ. Ad Velitraſ aduerſuſ maiora auxilia Preneſti/
norum: q̃ ipſam Colonoꝝ multitudinẽ ſecundo prelio pugnatũ eſt: ita ut ꝓpinq̃taſ
urbiſ hoſti: et cauſa maturioriſ fuge: et unum ex fuga receptaculum eſſet. Oppidi
oppugnatione Tribuni abſtinuere: q̃a et ancepſ erat: nec inpernitiem Colonie pug/
nandum cenſebant. Littere ad Senatum Romam cum uictorie nuntiiſ: acrioreſq; in
Preneſtinum: q̃ in ueliternũ hoſtem miſſe. Itaq; et Senatuſ Conſulto populiq; iuſſu
bellũ Preneſtiniſ indictũ: qui coniuncti Volſciſ anno inſequente Satricũ Coloniã
Populi Romani pertinaciter a Colõiſ defenſam: ui expugnauerũt: fedeq; in captiſ
exercuere uictoriam. ¶ Eam rem egre paſſi Romani. M. Furiũ Camillum. iii. Tri/
bunũ Militũ creauere. Additi College. A. et. L. Poſtumiuſ Religienſeſ: ac. L. Furiuſ
cum. L. Lucretio et. M. Fabio Ambuſto: Volſcum bellum. M. Furio extra ordinẽ
decretum: adiutor ex Tribuniſ ſorte. L. Furiuſ datur: non tam e. R. P. q̃ ut College

materia ad omnem laudē esset: et publice: rem temeritate eius prolapsam restituit: & priuatim: quod ex errore gratiam potius eius sibi: q̃ gloriam suam petiit. Exacte iā etatis Camillus erat: comitiisq; iurare parato ĩ uerba excusande ualitudinis solite: cō/sensus populi restiterat. Sed uegetum ingeniū inuiuido pectore uigebat: uirebatq; integris sensibus: et ciuiles iā res haud magnope obeuntē: bella excitabant. Quattuor legionibus: quaternū milium scriptis: exercitu indicto ad portā esqlinam: in posterā diem: ad Satricum profectus. Ibi eum expugnatores Colonie: haud quaq̃ perpulsi: fidentes militum numero: quo aliquātum prestabant: opperiebantur. Postq̃ appro/pinquare Romanos senserunt: ex templo in aciem procedunt: nihil moraturi quin periculum summe rerum facerent. Ita paucitati hostiū nihil artes imperatoris unici: quibus solis confideret: profuturas esse. Idem ardor et in Romano exercitu erat: & in altero duce. Nec presentis dimicationis fortunam ulla res: preterq̃ unius uiri con/silium: atq; imperium morabatur: qui occasionem iuuandarū ratione uiriū: trahēdo bello querebat. Eo magis hostis īstare: nec iam pro castris tantū suis explicare aciē: sed procedere in medium campi: et uallo prope hostium signa inferendo: superbam fiduciam ostentare. Id egre patiebatur Romanus miles: multo egrius alter ex Tri/bunis Militum. L. Furius: ferox: tum etate et ingenio: tū multitudinis ex ĩcertissimo sumētis animos: spe inflatus. Hic per se iam milites incitatos insup instigabat: eleuādo qua una poterat: etate autoritatem collegie. Iuuenibus bella data dictitans: et cū corporibus uigere: et deflorescere: animos. Cūtatorem: ex acerrimo bellatore factū: et qui aduenīēs castra urbesq; primo impetu capere sit solitus: eum residē intra uallū tempus terere. Quid accessurum suis: decessurumue hostium uiribus: sperantem? quā occasionem: quod tempus: quem insidiis instruentem locum? fugere ac torpere senis consilia. Sed Camillo tum uite satis: tum glorie esse: quid attinere: cum mortali corpe uno: ciuitatis: quam immortalem esse deceat: pati consenescere uires? His sermōibus tota in se auertit castra. Et cum omnibus locis posceretur pugna. Substinere inqt M. Furi non possumus militum impetū: et hostis: cuius animos conctādo auximus. Iam minime toleranda superbia insultat: cede unus omnibus: et patere te uīci cōsilio: ut maturius bello uincas. Ad ea Camillus. Que bella suo unius auspitio gesta ad eā diem essent: negare in eis: neq; se: neq; Populū Romanū aut consilii sui: aut fortune penituisse. Nunc scire se: Collegam habere: Imperioq; parem: uigore etatis p̄stantē. Itaq; se: quod ad exercitum attineat: regere consueuisse: non regi. College Imperiū se non posse impedire: diis bene iuuantibus ageret: quod e. R. P. duceret: etati sue se etiā ueniā petere: ne in p̄ma acie esset: que senis munia in bello sint: iis se nō defuturū. Id a diis immortalibus precari: ne qui casus suum consilium laudabile effitiat. Nec ab hominibus salutaris sententia: nec a diis tam pie preces audite sunt: primam aciem autor pugne instruit. Subsidia Camillus firmat: ualidāq; stationē pro castris oppōit. Ipse edito loco spectator intentus in euentu alieni consilii constitit. Simul primo concursu concrepuere arma: hostis dolo: nō metu: pedem retulit: lenis a tergo cliuus erat inter aciem et castra: et quod multitudo suppeditabat: aliquot ualidas cohortes in castris armatas instructasq; reliquerant: quo inter commissum iam certamen: ubi uallo appropinquasset hostis: erumperent. Romanus cedentē hostem effuse sequēdo in locum iniquū pertractus: opportunus huic eruptioni fuit. Versus itaq; in uictorē terror: et nouo hoste: et supina ualle: romanam inclinauit aciem. Instant Volsci re/centes: qui e castris impetum fecerant. Integrant et illi pugam: qui simulata cesserant fuga. Iam non recipiebat se Romanus miles: sed immemor presentis ferocie: ueterisq;

Camillo ĩualitudinē excusare parato pp̄ls restitit.

decoris: terga passim dabat: atq; effuso cursu castra repetebat. ¶ Cú Camillus sublatus
a circunstantibus in equum: et raptim subsidiis oppositis. ¶ Hec est inquit Milites
pugna quam poposcitis? Quis homo: quis deus est: quem accusare possitis? uestra illa
temeritas: uestra ignauia hec est. Sequuti alium ducem: sequimini nunc Camillum:
et quod ductu meo soletis: uincite. Quid Vallum: et castra spectatis? Neminé uestrꝝ
illa: nisi uictorem receptura sunt. ¶ Pudor primo tenuit effusos. Inde ut circumagi
signa: obuertiq; aciem uiderút in hostem: et dux: preter q̄ tot insignis triumphis: etiá
etate uenerabilis: inter prima signa ubi plurimus labor: periculúq; erat: se offerebat
Increpauere singuli se quisq;: et alios: et adhortatio inuicem totam alacri clamore
persuasit aciem. ¶ Neq; alter Tribunus rei defuit: sed missus a Collega: restituente pe/
ditum aciem: ad equites non castigando: ad quam rem leuiorem autorem eum culpe
sotietas fecerat: sed ab imperio: totus ad preces uersus: orare singulos: uniuersosq; ut se
reum fortune eius diei: crimine eximerent: abnuente ac prohibente collega: teme/
ritatis me omnium potius sotium: q̄ unius prudentie dedi. Camillus in utraq; uestra
fortuna: suam gloriam uidet. Ego ni restituitur pugna: quod miserrimú est: fortuná
cum omnibus: infamiam solus sentiam. ¶ Optimum uisum est influctuantem aciem
tradi equos: et pedestri pugna inuadere hostes. Eunt insignes armis: animisq; qua p̄mi
parte maxime peditú copias uident: nihil neq; apud duces: neq; apud milites remittitú
a summo certamine animi. ¶ Sensit ergo euentus uirtutis enixe opem: et Volsci qua
modo simulato metu cesserant: eunt in ueram fugam effusi. Magna pars: et in ipso
certamine: et post in fuga cesi: ceteri in castris: que capta eodem impetu sunt. Plures
tamen capti: q̄ occisi. ¶ Vbi in recésendis captiuis: cú Tusculani aliquot noscitarent:
secreti ab aliis: ad Tribunos adducuntur: percontantibusq;: fassi: publico consilio mi/
litasse. Cuius tá uicini belli metu Camillus motus: extemplo se romá captiuos ductuꝝ
ait: ne patres ignari sint: Tusculanos ab sotietate descisse. Castris exercituiq; interim: si
uideatur: presit collega. ¶ Documento unus dies fuerat: ne sua consilia melioribus p̄/
ferret: nec tamen: aut ipsi: aut in exercitu cuiq̄: satis placato animo Camillus laturus
culpam eius uidebatur: q̄ data in tam precipitem casum. R. P. esset. Et tú in exercitu
tum Rome: constans omnium fama erat. cú uaria fortuna in Volscis gesta res esset:
aduerse pugne fugeq;: in. L. Furio culpá: secunde: decus omne pene. M. Furium eé.
Introductis in Senatu captiuis: cú bello persequendos Tusculanos patres censuissét:
Camilloq; id bellum mandassent: adiutorem sibi ad eam rem unum petit: permissoq;
ut ex collegis optaret: quem uellet. Cótra spem omnium. L. Furium optauit. Qua
moderatione animi: tum Collége leuauit infamiam: tum sibi gloriam ingenté pepit.
Nec fuit cum Tusculanis bellum: pace constanti uim Romanam arcuerunt: quam
armis non poterant. Intrantibus fines Romanis non demigratú: ex propinquis iti/
neris locis: non cultus agroꝝ intermissus: patétibus urbis portis: togati obuiá frequétes
imperatoribus processere. Cómeatus exercitui comiter in castra ex urbe: et ex agris
deuehitur. Tum Camillus castris ante portas positis: eadem ne forma pacis: que in
agris ostentaretur: etiam intra menia esset: scire cupiens: ingressus urbem: ubi patétes
ianuas et tabernis apertis p̄posita: omnia in medio uidit: intétosq; opifices: suo quéq;
operi: et ludos litterarum strepere discentiú uocibus: ac repletas semitas inter uulgus:
aliud puerorum ex mulierum: huc atq; illuc euntium: qua quéq; suorú usuum causa
ferret. Nihil usq̄ nó pauidis modo: sed ne mirantibus quidem simile circumspiciebat:
omnia inquirens oculis: ubi nam bellum fuisset: adeo nec amote rei usq̄: nec oblate ad
tempus uestigium ullum erat. Sed ita omnia constanti tranqlla pace: ut eo uix fama

Volsci [illegible] militum a camillo uincuntur.

Tusculani aduenienti camillo cum suo exercitu nullam resistentiam parant

belli perlata uideri posset. Victus igitur patientia hostium: Senatum eorum uocari iussit. Soli adhuc inqt Tusculani uera arma: uerasq; uires: qbus ab ira Romanorũ uestra tutaremini: inuenistis. Ite Romam ad Senatum. estimabunt Patres: utrũ plus ante pene: an nũc uenie meriti sitis. Non preripiam gratiã: publici beneficii: dep̃cãdi potestatem a me habueritis. precibus euentum uestris Senatus: quem uidebit̃: dabit.

Oro camilli ad Tusculanos.

Postq̃ Romam Tusculani uenerunt: Senatusq;: paulo ante fidelium sociorum: mestus: in uestibulo Curie est conspectus. Moti extemplo Patres uocari eos iã tum: hospitaliter magis: q̃ hostiliter: iussere. Dictator Tusculanus ita uerba fecit. Quibus bellũ indixistis intulistisq; Patres Cõscripti: sicut nunc uidetis nos stãtes in uestibulo Curie uestre: ita armati paratiq; obuiam Imperatoribus legionibusq; uestris processimus. Hic noster: hic plebis nostre habitus fuit: eritq; semp̃: nisi quando a uobis proq; uobis arma acceperimus. Gratias agimus et ducibus uestris: et exercitibus: qd̃ oculis magis: q̃ auribus crediderunt: et ubi nihil hostile erat: neq; ipsi quidem fecerũt: pacem quam nos p̃stitimus: eã a uobis petimus. bellũ eo: sicubi est: auertatis p̃camur. In nos quid arma polleant uestra: si patiendo experiũdum est: inermes experiemur. Hec mens nostra est. Dii immortales faciãt tã felix: q̃ pia. Quod ad crimina attinet: quibus moti: bellum indixistis: etsi reuicta rebus uerbis cõfutare: nihil attinet: tamẽ etiam si uera sint: uel fateri nobis ea: cum tam euidenter penituerit: tutum censemus. peccetur in uos: dum digni sitis: quibus ita satis fiat. Tantum fere uerborum ab Tusculanis factum. pacem in presentia: nec ita multo post Ciuitatem etiam impetrauerũt. ab Tusculo legiões reducte.

Dictatoris tusculani uerba i senatu ro.

Camillus cõsilio & uirtute in Volsco bello: felicitate in Tusculana expeditione: utrobiq; singulari aduersus collegã patientia: et moderatiõe insignis Magistratu abiit. Creatis Militaribus Tribunis in sequẽtẽ annũ L. & P. Valerius: Lutio. v. Publio. iii. & C. Sergio. iii. Licinio Menenio. ii. P. Papyrio: Seruio cornelio Maluginense.

TRI. MI.

Censoribus quoq; eguit ãnus. maxime propter incertã famam eris alieni: aggrauãtibus summam etiã inuidie eius tribunis plebis: cum ab iis eleuaretur: quibus fide magis: q̃ fortuna debentium laborare creditum uideri expediebat. Creati Censores. Cl. Sulpitius Camerinus. Sp. q; Postumius Regilensis. Ceptaq; iã res: morte Postumii: quia collegã suffici Censori religio erat: interpellata ẽ. Igit̃ cũ Sulpitius abdicasset se Magistratu: Cẽsores alii uitio creati: nõ gesserũt Magistratũ. Tertios creari uelut diis nõ accipiẽtibus: in eũ annũ censuram: religiosũ fuit.

CENSORES creati p es alienu.

Eam uero ludificationem Plebis: tribuni ferendam negabant. fugere senatũ testes tabulas publicas census cuiusq;: quia nolint cõspici summam eris alieni: que indicatura sit: demersam partem a parte ciuitatis. Cum interim oberatã plebẽ obiectari: aliis: atq; aliis hostibus. Passim iam sine ullo discrimine bella queri. Ab Antio Satricũ: inde Tusculum: legiones ductas. Latinis. Hernicis. Prenestinis. Iam intentari arma: ciuium magis q̃ hostium odio: ut in armis terãt plebem. nec respirare in urbe: aut per otiũ libertatis meminisse sinant: aut consistere in cõtione: ubi aliquãdo audiant uocẽ Tribunitiam: deleuãdo fenore: & fine aliarum iniuriarũ agentẽ. Quod si sit animus plebi: memor patrum libertatis: se nec addici ciuem romanum ob creditam pecuniam passuros: neq; delectũ haberi: donec inspecto ere alieno: initaq; ratiõe minuẽdi eius: sciat unusquisq; qd sui. qd alieni sit. Supersit sibi liberum corpus. an id quoq; neruo debeatur. Merces seditionis p̃posita: confestim seditionem excitauit. Nam & addicebant̃ multi. & ad Prenestini famã belli nouas legiones scribendas Patres censuerãt. que utraq; simul auxilio Tribunitio et consensu plebis ĩpediri cepta. Nam neq; duci addictos Tribuni sinebant. neq; iuniores nõ ĩa dabãt. Cũ Patribus minor presẽs

hostes i agro Sabino consedisse: nunciabatur: interim Tribunos plebis fama ea ipsa irritauerat magis ad susceptum certamen: q̃ deterruerat. neq; aliud ad seditionem ex/tinguendã in urbe: q̃ ꝓpe illatũ menibus ipsis bellũ ualuit. Nã cum esset Prenestinis nunciatum: nullum exercitnm consccriptũ rome: nullum ducem certũ esse: patres ac plebẽ in semetipsos uersos: occasionem rati: Duces eoꝝ rapti agmine facto: ꝑuastatis protinus agris: ad portam collinam signa intulere. Ingẽs in urbe trepidatio fuit: cõ/clamatũ ad arma. cõcursumq; in muros. atq; portas est. Tandemq; ab seditione ad bellum uersi: Dictatorem. T. Quintiũ cincinatum creauere. Is magistrũ equitũ. A. Semproniũ Atratinũ dixit: Quod ubi auditũ est. tãtus eius magistratus terror erat simul hostes a menibus recessere & iuniores romani ad edictum sine retractatiõe cõ/uenere. ¶ Dum rome conscribit̃ exercitus castra interim hostium haud procul Allia flumine posita: Inde agrũ late populantes: fatalẽ se urbi Romane locũ cepisse: inter se iactabãt. Similem pauorem inde: ac fugam fore: ac bello gallico fuerat. Et enim si diẽ contactũ religione: insignẽq; nomine eius loci timeant Romani: q̃nto magis Alliẽsi die Alliã ipsã: monumentum tante cladis: reformidaturos. Speties ꝑfecto his sibi truces galloꝝ: sonos q; uocis: i oculis atq; auribus fore. has inaniũ reꝝ. inanes ipsas uoluentes cogitationes: fortune loci delegauerãt spes suas. Romani contra ubicunq; esset Latinus hostis: satis scire eũ esse: quẽ ad Regillũ lacum deuictum: centũ annoꝝ pace obnoxia tenuerint: locum insignẽ memoria cladis: irritat̃ se potius ad delendam memoriam dedecoris: q̃ ut timorem fatiat: ne qua terra sit nefasta uictorie sue quin ipsi sibi Galli si offerãt̃ illo loco: se ita pugnaturos: ut rome pugnauerit i repetẽda patria: ut postero die ad Gabios: tunc cũ effecerint: ne qs hostis q menia Romana intrasset: nuntium secunde aduerseq; fortune domũ proferret. ¶ His utriq; animis ad Alliam uentum est. ¶ Dictator Romanus postq̃ i cõspectu hostes erant instructi intentiq;: uidesne tu inqt. A. Semproni fortuna illos fretos: ad alliam cõstitisse? Nec illis dii imortales certioris qcq̃ fiducie: maioris ue quod sit auxilii dederit. At tu fretus armis: animisq; concitatis equis: inuade mediam atiem. Ego cũ legionibus inturbatos: trepidantesq; inferam signa. Adeste dii testes federis: & expetite penas debitas: simul uobis uiolatis: nobisq; per uestrũ numẽ deceptis. ¶ Non equitẽ nõ peditẽ substinuere Prenestini. Primo impetu: ac clamore dissipati ordines sũt. Deinde postq̃ nullo loco constabat acies: terga uertunt. consternatiq;: et preter castra etiã sua pauore ꝑlati: nõ prius se ab effuso cursu sistunt: q̃ in cõspectu Preneste fuit. ibi ex fuga dissipati: locum: quem tumultuario opere communirent: capiũt. ne: si intra menia se recipissẽt: et templo ureretur ager. depopulatisq; omnibus obsidio urbi inferretur. ¶ Sed postq̃ direptis ad Alliam castris: uictor Romanus aderat: id quoq; munimentum relictum. et uix menia tuta rati oppido se Preneste includunt. Octo preterea oppida erant: sub ditione Prenestinoꝝ. ad ea circum latũ bellũ. deincepsq; haud magno certamine captis: Velitras exercitus ductus. ea quoq; expugnate: tũ ad caput belli Preneste uẽ/tum. id non ui: sed per deditionem receptum est. T. Quintius semel acie uictor: binis castris hostium: nouem oppidis: ui captis: preneste in dedictionem accepto: Romam reuertit. triumphansq; signum Preneste deuectum: Iouis Imperatoris in Capitoliũ tulit. dedicatũ est inter cellam Iouis et Mineruc. tabulaq; sub eo fixa monumentũ rerum gestarum: his ferme incisa litteris fuit. ¶ Iupiter atq; dii omnes hec dederunt: ut T. Quintius Dictator oppida nouẽ caperet. die. xx. q̃ creatus erat Dictatura se ab/dicauit. Comitia inde. habita Tribunoꝝ Militũ Cõsulari Potestate: quibus equatus patritioꝝ plebeiorumq; numerus. Ex Patribus creati. P. et. C. Manlii: cum L. Iulio

DICTATOR. T. QVITIVS. CICINATVS.

Dictator deuictis prenestinis triũphat

TRI. MI.

¶ Plebes. C. Sextiliū. M. Albinū. L. Antistium: dedit. Māliis: quod genere: plebeios gratia Iuliū ātetbant: volsci Prouītia: sine sorte: sine cōparatiōe: extra ordinē data. cuius & ipsos post mō: et patres: q. dederāt: penituit. In explorato pabulatū cohortes misere. quibus uelut circumuentis: cum id falso nuntiatum esset: dum presidio ut essēt citati ferunt: Nec autore quidem asseruato: q eos hostis Latinus: ꝓ milite Romano frustratus erat: ipsi ī insidias precipitauere. ibi dum iniquo loco: sola uirtute militum: resistentes ceduntur: cedūtq;: castra interī Romana iacentia ī cāpo: ab altera parte hostes inuasere. Ab ducibus utrobiq; prodita temeritate: atq; inscitia res. quicq̄d super fuit fortune populi Romani: id militum etiā sine rectore stabilis uirtus tutata est. Que ubi Romam sunt relata: ꝑmū dictatorē dici placebat. Deinde postq̄ quiete res ex Volscis afferebātur: & apparuit nescire eos uictoria: et tempore uti: Reuocati etiam inde exercitus ac Duces. otiūq; inde q tū a Volscis: fuisset: id mō extremo āno tumultuatum: quod Prenestini concitatis Latinoꝝ Populis: rebellarunt. ¶ Eodem anno etiā ipsis querentibus penuriā hominū noui coloni ascripti. rebusq; haud ꝓsperis bello: domestica quies: quā Tribunorum Militum ex Plebe gratia: maiestas q; inter suos obtinuit: solatium fuit. ¶ In sequentis anni prīcipia statī seditione ingenti arsere. Tribunis Militū Consulari potestate Sp. Furio. Q. . Seruilio. ii: Licinio Menenio. iii. P. Cloelio. M. Horatio L. Geganio. Erat autem & materia: et causa seditionis es alienū. Cuius noscēdi gratia: Sp: Seruilius Priscus. Q Cloelius Siculus Cēsores fa/cti: ne rē agerent: bello īpediti sūt. Nanq; trepidi nuntii primo. fuga deinde ex agris legiones Volscorum ingressas fines: populariq; passim Romanum agrū attulere. In qua trepidatione tātū abfuit ut ciuilia certamina terror externus cohiberet: ut cō/tra eo insolentior Tribunitia potestas impediendo delectui esset. donec conditiones imposite Patribus: ne q̄s: quo ad bellatū esset: tributū daret: aut ius de pecunia credita diceret. Eo laxamento plebis sūpto: mora delectui nō est facta. legionibus nouis scriptis placuit duos exercitus in agrū. Volscū legionibus diuisis duci. Sp. Furius. M. Horatius dextrorsus maritimā orā atq; Antiū. Q. ¶ Seruilius et M. Geganius. leua ad montes Ecetram pergunt. Neutra parte hostis fuit obuius. populatioq;: non illi uage similis: quā uolscus latrocinii more: discordia hostiū fretus: & uirtutem metuēs: per trepidationem rapti fecerat: sed ab iusto exercitu: iusta ira facta: spatio quoq; temporis grauior. Quippe a Volscis timentibus ne interī exercitus ab Roma exiret: incursiones ī extrema finium facte erant: Romano contra etiam in hostico como/rādi: causa erat: ut hostem ad certamen alliceret. Itaq; omnibus passim tectis agroꝝ uicisq; etiam quibusdam exustis: non arbore frugifera: non satis: in spem frugum re/lictis: omni: que extra menia fuit hominum pecudūq; preda abacta: Romam utriq; reducti exercitus: paruo interuallo ad respirandum debitoribus dato ¶ Postq̄ quiete res ab hostibus erant: celebrari de integro iurisdictio. et tantum abesse spes ueteris leuandi fenoris: ut tributo nouū fenus cōtraheretur: in murū A censoribus locatū satis quadrato fatiundū. ¶ Cui succūbere honori coacta plebes: quia quem delectum impedirent non habebāt Tribuni Plebis: Tribunos etiam Militares Patritios omnis coacta principiū opibus fecit. L. Emiliū p. Valerium. iiii. C. veturiū: ser. Sulpitiū. L. et. C. Quintios. Cīcinatos. Isdē opibus obtinuere: ut aduersus Latinos Volscosq; qui cōiunctis legionibus ad Satricum castra habebāt: nullo impediēte: oībus iunio/oribus sacramento adactis: tres exercitus scriberent: unum: ad presidium urbis: alteꝝ q si qui alibi motus extitisset: ad subita bella mitti posset. Tertium. lōge ualidissimū P. Valerius &. L. Emilius ad Satricum duxere. ubi cum aciem instructam hostium

Volsci co. uincunt.

TRI·MI·

TRI·MI·

loco equo inuenissent: ex templo pugnatū. et ut nō dū satis clarā uictoriā: sic psꝑere
rei pugnā: hymber ingentibus procellis fusus: diremit. ¶ Postero die iterata pugna et
aliquandiu equa uirtute: fortunaq; : latine maxime legiones: longa societate: miliciā
romanā edocte restabant. ¶ Eques immissus ordines turbauit. turbatis signa peditū
illata. quantumq; romana se inuexit acies: tantum hostes gradu demoti. & ut semel
inclinauit pugna : iam intolerabilis Romana uis erat. fusi hostes cum Satricū : quod
duobus milibus inde aberat : nō castra peterēt: ab eqte maxime cesi: Castra capta dire/
ptaq;. ab Satrico nocte: que plio proxima fuit: fuge simili agmine: petunt Antiū. et
cū Romanus exercitus prope ī uestigiis sequeretur: plus tamē timor: ꝙ ira. celeritatis
habuit. prius itaq; menia ītrauere hostes: ꝙ Romanus extrema agminis carpere: aut
morari posset. inde aliquot dies uastādo agro absūpti. nec Romanis satis instructis
apparatu bellico. ad menia aggrediēda: nec illis ad subeūdū pugne casum. ¶ Sedicio
tum inter Antiates Latinosq; coborta. cum Antiates uicti malis: subactiq; bello: in
quo & nati erant: & consenuerant: dedicionē spectarent. Latinos ex diutina pace:
noua defectio: recentibus adhuc animis: ferociores ad perseuerandū in bello faceret.
finis certaminis fuit: postꝙ utrisq; apparuit: nihil per alteros stare: quo minus incepta

Antiates uicti dedūt se Ro.

persequerēt. Latini pfecti: ab societate pacis: ut rebātur inhoneste: sese uīdicauerūt.
Antiates: incommodis: arbitris salutarium cōsiliorum: remotis: urbē agrosq; Romanis
dedūt. Ita et rabies Latinoꝝ: quia nec Romanos bello ledere: nec Volscos in agris
retinere potuerant: eo erupit: ut Satricum urbem: que receptaculum primū eis ad/
uerse pugne fuerat: igni concremarent. Nec aliud tectū eius superfuit urbis: cū faces
pariter sacris: profanisq; inicerent: quam matris matute templum. Inde eos non sua
religio : nec uerecundia deum : arcuisse dicitur: sed uox horrenda edita templo : cum
tristibus minis: ni nefandos ignes procul delubris amouissent. Incēsos ea rabie īpetus
Tusculum tulit: ob iram: quod deserto cōmuni Consilio Latinorum: nō īsocietatem
modo Romanam: sed etiam in ciuitatē se dedissent. patentibus portis cum in prouiso
incidissent: primo clamore oppidum: preter arcem: captum est. in arcem oppidani
refugere cum coniugibus ac liberis. nuntiosq; Romam: qui certiorē de suo casu Se/
natum facerent: misere. haud segnius : quā fide Populi Romani dignū fuit: exercitus
Tusculū ductus. L. Quītius: et Seruilius Sulpitius Tribuni Militum duxere. clausas
portas Tusculi Latinosq; simul obsidētiūq; atq; obsessoꝝ aīno: hic menia tueri uidēt:
illinc arcem oppugnare. terrere una: ac pauere. Aduentus Romanorum mutauerat
utriusq; partis animos. Tusculanos ex ingēti metu: in summā alacritatem. latinos ex
prope certa fiducia mox capiende arcis: quoniam oppido potirentur: in exiguam de
se ipsis spem uerterat. Tollitꝰ ex arce clamor ab Tusculanis. excipitꝰ aliꝙnto maior ab
exercitu romano. utrinq; urgentur Latini. nec impetus Tusculanorum decurrētiū
ex superiore loco substinent. nec romanos. subeuntes menia moliētesq; opices portaꝝ
arcere possunt. Scalis prius menia capta. inde effracta claustra portarum. et cū an/

Tusculū a latinis captū recuperatū

ceps hostis : et a frōte et a tergo urgeret : nec ad pugnam ulla uis: nec ad fugam loci
quicquā superesset: ī medio cesi ad unū omnes. ¶ Recuperato ab hostibus Tusculo:
exercitus romā ē reductus. ¶ Quāto magis prosperis eo āno bellis: trāquilla oīa foris
erant : tanto in urbe uis patrum indies : miserieq; plebis crescebant: cum eo ipso: quod
necesse erat solui: facultas soluendi impediretur. Itaq; cum ex re iā nihil dari posset:
fama & corpore iudicati : atq; addicti creditoribus satisfaciebant. penaq; inuicē fidei
cesserat: Adeo ergo obnoxios submiserant animos : non infimi solū : sed principes etiā
Plebis : ut nō modo ad Tribunatum Militum inter Patricios petendum: quod tāta

ui: ut liceret :tetenderant: sed ne ad Plebeios quidē magistratus capessēdos: petēdosq; ulli uiro acri: experiētiq; animus esset. possessionemq; honoris: usurpati modo a Ple/
be per paucos annos: recuperasse in perpetuum Patres uiderentur. ¶ Ne id nimium letum parti alteri esset: parua: ut plerunq; solet: rē ingentem moliundi: causa inter/
uenit. M. Fabii Ambusti potentis uiri: tum inter sui corporis homines: tum etiam ad Plebem: quod haud quanquam inter id genus: contemptor eius habebatur: filie due nupte. Ser. Sulpitio maior: minor C. Licinio Stoloni erat: illustri quidem uiro: sed tamen Plebeio. Eaq; ipsa affinitas haud spreta gratiam Fabio ad uulgus quesie/
rat. Forte ita incidit: ut in. Ser. Sulpitii Tribuni Militum domo: sorores Fabie cum inter se: ut fit: sermonibus tempus tererent: lictor Sulpitii: cum is de foro se do/
mum reciperet: forem: ut mos est: uirga percuteret. cum ad id: moris eius insueta: expauisset minor Fabia: risui sorori fuit: miranti ignorare id sororem. ¶ Ceterum is risus: stimulos: paruis mobili rebus animo muliebri subdidit. Frequētia quoq; pro/
sequentium: rogantiumq; nunquid uellet: credo fortunatum matrimonium ei sororis uisū. suiq; ipsam: malo arbitrio: quo a proximis quisq; minime anteiri uult: penituisse. ¶ Confusam eam exrecenti morsu animi: cum pater forte uidisset: percontatus: satin salue? Auertentem causam doloris: qppe nec satis piam aduersus sororē: nec ad modū in uirum honorificam elicuit comiter sciscitando: ut fateretē eam esse causam doloris: quod iuncta esset impari: nupta in domo: quam nec honos: ne gratia: intrare posset. ¶ Consolans inde filiam Ambustus: bonum animum habere iussit. eosdem prope diem domi uisuram honores: quos apud sororē uiderat. ¶ Inde consilia inire cum genero cepit: adhibito. L. Sextio strenuo adolescente: et cuius spei nihil preter genus Patri/
cium deesset. Occasio uidebatur rerum nouandarum: propter ingentem uim eris alieni. Cuius leuamen mali Plebes: nisi suis in summo Imperio locatis: nullum speraret. Acci/
gendum ad eam cogitationem esse. conando agendoq;. iam eo gradū fecisse Plebeios. Vnde si porro annitātur: peruenire ad summa: et patribus eq̄ri tā honore: q̄ uirtute posset. In presentia Tribunos Plebis fieri placuit. quo in Magistratu sibi metipsi uiā ad ceteros honores aperirēt. Creati Tribuni. C. Licinius. et. L. Sextius ꝓmulgauere leges omnes aduersus opes Patritiorum: et pro cōmodis plebis. unam de erealieno: ut deducto eo de capite: quod usuris pernumeratum esset: id quod superesset: triēnio equis portionibus persolueretur. Alteram de modo agrorum: nequis plus quingēta iugera agri possideret. ¶ Tertiam ne Tribunorū Militum comitia fierent. Consulūq; utiq; alter ex Plebe crearetur. cuncta ingentia: et que sine certamine maximo ob/
tineri non possent. Omnium igitur simul rerum quarum īmodica cupido: īter mortales est: agri: pecunie: honorū: discrimine ꝓposito: cōterriti prēs: cum trepidassēt: publicis priuatisq; cōsiliis: nullo remedio alio preter expertam multis iam ante certaminibus intercessionem: collegas aduersus tribunitias rogationes comparauerunt. Qui ubi tribus ad suffragiū ineundū citari A licinio Sextioq; uiderunt: stipati patrū presidiis nec recitari rogationes: nec sollemne quicq̄ aliud adsciscendum plebi: fieri passi sunt. Iam frustra sepe consilio aduocato: cum ꝓantiquatis rogationes essent. ¶ Bene habet inquit Sextius: quandoquidem intercessionē pollere placet: isto ipso telo tutabimur Plebem. agitedum comitia indicite patres Tribunis Militū creandis: Faxo ne iuuet uox ista: ueto: qua nunc concinentes Collegas nostros tam leti auditis. haud irrite cecidere mine. Comitia preter Edilium: Tribunorumq; Plebis: nulla sunt habita Li/
cinius Sextius Tribuni Plebis refecti: nullos Curules Magistratus creari passi sunt. Eaq; Magistratuū solitudo: et plebe reficiēte duos tribunos: et his Comitia Tribuorum

FABIE SORORES QVA[RV]M VNA PATRITIO: ALTERA PLEBEIO NVPTA

TRI·MI·

Remediū

VRBS QVINQVENNIO SINE CŌSVLIB. ET TRI. MI. MĀSIT.

Militum tollentibus: per qnquenniū urbem tenuit. Alia bella optime quieuerunt. veliterni coloni gestientes otio quod nullus exercitus Romanus esset: et agrū Romanū aliquoties incursauere: et Tusculū oppugnare adorti sūt. Eaq; res Tusculanis ueteribus sotiis: nouis ciuibus: opem orātibus: Verecundia maxime: non patres mō: sed etiā Plebē mouit. Remittētibus Tribunis plebis comitia per īter regē sūt habita.

TRI. MI.

Creatiq; Tribuni Militum: L. Furius. A. Manlius. Ser. Sulpitius. Ser. Cornelius. A. et. C. Valerii: haud quaquam tam obediētem in delectu: quam in comitiis plebē habuere. ingentiq; contentione: exercitu scripto: profecti: non ab Tusculo mō submouere hostem: sed intra sua metipsum menia cōpulere. Obsidebantq; haud paulo ui maiore Velitre: quam Tusculum obsessū fuerat. Nec tamen ab eis: a qbus obsideri cepte erant: expugnari potuere. Ante noui creati sunt Tribuni Militum. Quintius Seruilius. Cl. Hauis. Veturius. M. Aulus: et. M. Cornelius. Q. Quintius. M. Fabius.

TRI. MI.

¶ Nihil ne ab his quidem Tribunis ad Velitras factū memorabile. ¶ In maiore discrimine res domi uertebantur. Nam preter Sextium Liciniumq; latores legum: iam octauo tribunos Plebis refectos: Fabius quoq; Tribunus Militum Stolonis socer: quarum legem autor fuerat earum suasorem se haud dubium ferebat. et cum octo: ex collegio Tribunorum Plebis: primo intercessores legum fuissent: quinq; soli erāt. et ut ferme solet: qui a suis desciscunt: capti et stupentes animi: uocibus alienis: id mō quod domi preceptum erat: intercessioni sue pretēdebant. Velitris in exercitu Plebis magnam partem esse: in aduentum militum comitia differri debere: ut uniuersa Plebs de suis cōmodis suffragiū ferret. ¶ Sextius Liciniusq; cū parte collegarum: et uno ex Tribunis Militum Fabio artifices iam tot annorum usu tractandi animos Plebis: primores patrum productos interrogando de singulis: que ferebantur ad populum: fatigabant. auderent ne postulare: ut cum bina iugera agri Plebi diuiderentur: ipsis plus quingenta iugera habere liceret? ut singuli prope trecentorū ciuium possiderent agros. Plebeio homini uix ad tectum necessarium aut locum sepulture suus pateret ager. ¶ An placeret fenore circunuentam Plebem: ni potius q̄ sortem creditam soluat: corpus in neruum ac supplitia dare? et gregatim quottidie de foro addictos duci et repleri uinctis nobiles domos. et ubicunq; Patritius habitet: ibi carcerem priuatū esse? ¶ Hec indigna miserandaq; auditu: cū apud timētes sibimet ipsis. maiore audiētiū indignatiōe: quā sua: increpuissent. ¶ Atqui nec agros occupandi: modū fenore trucidādi plebem: alium patribus unquam fore affirmabant: nisi alterum ex Plebe Consulem: custodē sue libertatis: Plebs fecisset. contemni iam Tribunos Plebis. qppe que potestas iam suā ipsa uim frangat intercedendo. non posse equo iure agi: ubi Imperiū penes illos: penes se auxilium tantum: sit. nisi Imperio communicato: nunquam in parte Plebem pari Rei publice fore. nec esse: quod quisquam satis putet: si Plebeiorū ratio comitiis Consularibus habeatur: nisi alterum Consulem utiq; ex plebe fieri: necesse sit: neminem fore. An iā memoria exisse: cū tribunos Militū idcirco potius: quam Consules creari placuisset: ut et Plebeis pateret summus honos: iiii. et. xl. annis neminem ex Plebe Tribunum Militū creatū esse. Qui crederent: duobus ne in locis sua uolūtate imparticturos Plebi honorem: qui octona loca Tribunis Militum creandis occupare soliti sit? et ad consulatū uiam fieri passuros: qui Tribūatum septum tam diu hūerit? lege obtinedum esse: quod comitiis per gratiā nequeat. et seponendū extra certamē alterum consulatū: ad quem Plebi sit aditus: quoniam in certamine relictus: premiū semper potentioris futurum sit. nec iam posse dici id: quod iam antea iactare soliti sint: nō esse in Plebeis idoneos uiros: ad curules Magistratus. nunquid enim socordius aut

Tribuni plebē ad petendū consulatū impellūt.

secūius res publica

segnius Respublica administrari potest: post. P. Licinii Calui Tribunatum: q̇ primus ex Plebe creatus sit: q̃ per eos annos gesta sit: qbus preter Patritios nemo Tribunus Militum fuerit. Quin cōtra Patritios aliquot damnatos post Tribunatum. neminē Plebeium. ¶ Questores quoq; sicut Tribunos Militū paucis ante annis ex plebe ceptos creari. nec ullius eorum Populum Romanū penituisse. Consulatū superesse Plebeis. eam esse arcem libertatis. id columen. si eo peruētum sit: tum Populum Romanum uere exactos ex ¶ Vrbe reges: et stabilem libertatem suam estimaturum ¶ Quippe ex illa die ī Plebē uentura omīa: qbus patricii excellāt Imperiū atq; honorem: gloriam belli: genus: nobilitatē: magna ipsis fruenda: maiora liberis relinquēda. ¶ Huius generis oratiōes ubi accipi uidere: nouā rogationē ꝓmulgant: ut ꝑ duum uiris sacris faciū/dis: decēuiri creenē: ita ut pars ex plebe: pars ex patribus fiat. omiumq; eaꝝ rogatiōm Coītia ī aduentū eius exercitus differūt: q Velitras obsidebat. Prius circūactus ē an/nus: q̃ a Velitris reducerentur legiones. Ita suspensa de legibus res: ad nouos Tribunos Militū dilata. Nā Plebis Tribunos: eosdē duos: utiq; quia legum latores erant: Plebis reficiebat. Tribuni Militū creati. T. Quītius. Ser. Cornelius. Ser. Sulpitius. S P. Ser/uilius. L. Papyrius. L. ueturius. ¶ Pricipio stati āni ad ultimā dimicatiōem de legibus uētū. Et cū tribus uocarēt: nec īcercessio Collegarū latoribus obstaret. trepidi patres ad duo ultīa auxilia: sūmum imperiū: sūmumq; ad ciuē decurrūt. Dictatorē dici pla/cet. Dicitur M. Furius camillus: qui Magistꝝ Equitum. L. Emiliū cooptat ¶ Legū quoq; latores aduersus tantum apparatum aduersariorum: et ipsi causam Plebis in/gentibus animis armant. consilioq; Plebis indicto: tribus ad suffragium uocant. ¶ Cum Dictator stipatus agmine patritioꝝ plenus ire: minaꝝq; cōsedisset: atq; ageret res so/lito primū certamine īter se Tribunoꝝ Plebis ferentiū legē: intercedētiūq;. et quanto iure potētior ītercessio erat: tm̄ uīceret fauore legū ipsaꝝ: latorūq;: et uti rogatiōes ꝓme tribus dicerēt? Tū Camillus. quādoquidē inqt Quirites? iā uos tribunitia libido: potestas regit et intercessionē: secessione quōdam Plebis partam: uobis eadē ui facitis irritā q̃ peperistis: Non reipu. magis uniuerse: quā uestra causa: Dictator interc̃ssioī adero. euersumq; uestrum auxilium īperio tutabor. Itaq; si C. Licinius. & L. Sex/tius intercessioni Collegarum cedunt: nihil Patritiū magistratum inseram Consilio Plebis. Si aduersus intercessionem: tanquam capte ciuitati: Leges imponere tendent: uim Tribunitiam a se ipsa dissolui: non patiar ¶ Aduersus ea cum cōtemptim Tribuni Plebis rem nihilo segnius peragerent: tum percitus ira Camillus: lictores: qui de me/dio Plebē emouerent: misit. et addidit minas: si pergerent: sacramento omēs iuniores adacturum: exercitūq; ex templo ex urbe educturum. Terrorem ingentē īcusserat plebi. ducibus Plebis accendit. magis certamine animos: quam minuit. Sed re neutro inclinata: Magistratu se abdicauit: seu quia uitio creatus erat: ut scripsere quidam: seu qa Tribuni Plebis tulerūt ad Plebē: idq; Plebs sciuit: ut si. M. Furius ꝓ Dicta/tore qd egisset. qngētū miliū eris mulcta esset: Sed auspitiis magis: quā noui exēpli rogatiōe deterritū: tū ipsius uiri facit ingeniū: tū quod ei suffectus ē ex templo. P. Manlius dictator. quē qd creari attīebat ad id certamē: quo. M. Furius uictus esset? Et quod eundē. M. Furiū Dictatorē insequēs ānus habuit: haud sine pudore certe fractum Priore anno ī se Imperium repeticurum. Simul quod eo tempore: quo ꝓ/mulgatum de mulcta eius traditur: aut & huic rogationi: q̃ se inordinē cogi uidebat: obsistere potuit: aut ne illas quidē: propter quas & hec lata erat: impedire. & qđ usq; ad memoriam nostram Tribunitiis: consularibusq; certatum uiribus est. Dictature semper altius fastigiū fuit. ¶ Inter priorem Dictaturam abdicatam: nouāq; a Mālio

·TRI·MI·

DICTATOR·M·FVRIVS·CAMILLVS·

DICTATOR·P·MANLIVS·

imitam ab Tribunis: uelut p Interregnũ Concilio Plebis habito: apparuit: que ex
pmulgatis: Plebi: que latoribus: gratiora essent. nam de fenore: atq; agro rogationes
iubebant. de Plebeio Consulatu antiquabant. et perfecta utraq; res esset: ni Tribuni
se in omnia simul cõsulere Plebẽ dixissent. ¶ P. Manlius deinde Dictator: rem i causã
plebis ĩclinauit. C. Licinio: qui Tribunus Militũ fuerat: Magistro Equitũ: de Plebe
dicto. ¶ Id egre passos Patres accipio. Dictatorem propinqua cognatione Licinii: se
apud Patres excusare solitum. simul negantem Magistri Equitum maius q̃ Tribuni

Licinij et Sextij tr. pl. verba

Consularis Imperium esse. ¶ Licinius Sextiusq; cum Tribunorum Plebis creandorum
indicta comitia essent: ita se gerere: ut negando iam sibi uelle continuare honorem:
acerrime accenderent: ad id: quod dissimulãdo petebant: plebem. ¶ Nonum se annum
iã uelut in aciem aduersus optimates maximo priuatim periculo. nullo publico emo/
lumẽto stare. cõsenuisse iã secum & rogationes promulgatas: & uim omnẽ tribunitie
potestatis. pmo intercessione collegaꝝ: in leges suas pugnatum esse. deinde ablegatiõe
iuuentutis ad Veliternum bellum. postremo Dictatorium fulmen in se intentatum.
iã nec collegas: nec bellum: nec Dictatorem obstare: quippe qui etiam omen Plebeio
Consuli: Magistro Equitum ex Plebe dicendo: dederit. se ipsam Plebem & commoda
morari sua. liberam Vrbẽ. ac forũ: a creditoribus: liberos agros ab iniustis possessoribus:
extẽplo: si uelit: habere posse: que munera: qñ tandem satis grato animo estimaturos:
si inter accipiẽdas de suis commodis rogationes: spem honoris latoribus earum ĩcidãt?
non esse molestie Populi Romani: id postulare. ut ipse fenore leuetur: & in agrum
iniuria possessum a potẽtibus: inducatˀ: per quos ea consequutus sit: senes Tribunitios:
non sine honore tantum: sed etiam sine spe honoris relinquat. proinde ipsi primum
statuerent apud animos: qd uellẽt: deinde Comitiis Tribunitiis declararẽt uolũtatẽ.
si coniunctim ferre ab se promulgatas rogationes uellent: esse: ꝙ eosdem reficerent
Tribunos Plebis. perlaturos enim que promulgauerit. sin: ꝙ cuiq; priuatim opus sit:
id modo accipi uelit: opus esse nihil inuidiosa continuatione honoris. nec se tribunatũ:
nec illos ea: que promulgata sint: habituros. ¶ Aduersus tam obstinatam orationem
tribunoꝝ: cũ pre ĩdignitate rerũ: stupor: silentiumq; inde ceteros patrum defixisset:
Ap. Claudius Crassus: nepos Decemuiri dicitur odio magis: iraq;: q̃ spe: ad dissuadẽdum

Appij claudij crassi oro

processisse. & loquutus in hanc sententiam esse. ¶ Neq; nouum: nec inopinatum mihi
sit Quirites: si ꝙ unũ familie nostre semper obiectum est ab seditiosis Tribunis: id nũc
ego quoq; audiam Claudie gentis iam inde ab initio nil antiquius in republica: Patrũ
maiestati fauisse semper: plebis commodis aduersatos esse. quorum alterum non ego:
nõ ceteri Claudii inficiamur. cũ nos: ex quo adsciti sumus simul in ciuitatem: & Patres:
enixe operam dedisse: ut per nos aucta potius: q̃ imminuta maiestas earum gentium:
inter quas nos esse uoluistis: dici uere posset. illud alterum pro me. maioribusq; meis
contendere ausim Quirites: nisi que pro uniuersa Republica fiant: ea Plebi: tanq̃ aliã
incolenti urbẽ: aduersa qs putet: nihil nos: neq; puatos neq; in Magistratibus: ꝙ icom/
modũ plebi esset: sciẽtes fecisse. nec ullum factũ: dictumue nostrum contra utilitatẽ
uestram: & si quedam contra uoluntatem: fuerint: uere referri posse. An hoc si Claudie
familie non sim: nec ex Patritio sanguine ortus: sed unus Quiritiũ quilibet: q modo
me duobus ingenuis ortum: & uiuere in libera ciuitate sciam: reticere possum. L. illum
Sextium & C. Licinium perpetuos: si diis placet Tribunos: tantum licentie nouem
annis quibus regnant: sumpsisse: ut uobis negent potestatem liberam suffragii: non in
comitiis: non in legibus iubendis: permissuros esse? sub conditione inquit: nos reficietis
decimũ Tribunos. quid est aliud dicere: quod petunt alii: nos adeo fastidimus: ut sine

mercede magna: non accipiamus. Sed que tandem ista merces est: qua uos semp Tri/
bunos Plebis habeamus? ut rogationes inquit nostras: seu placent: seu displicent: seu
utiles: seu inutiles sunt: omnes coniuncti accipiatis. Obsecro uos: ¶ Tarquinii Tribuni
Plebis: putate me ex media contione unũ ciuẽ succlamare: Bona uenia uestra liceat:
ex his rogationibus legere: quas salubres nobis censemus esse: antiquare alias. nõ inqt:
licebit. tu de fenore atq; agris: qđ ad uos omnes pertinet: iubeas. et hoc potẽti nõ fiat
in urbe Romana: uti illum. L. Sextiũ: atq; hũc. C. Liciniũ Cõsules: Quod ĩdignaris:
quod abhominaris: uideas? aut omnia accipe. aut nihil fero. ut si quis ei: quem urgeat
fames: uenenum ponat cum cibo: et aut abstinere eo: qđ uitale sit: iubeat: aut mor/
tiferum uitali admisceat. Ergo si esset libera hec ciuitas: nõ frequentes succlamassẽt:
abi hinc cum Tribunatibus: et rogationibus tuis. quid si tu non tuleris: qđ cõmodũ
est populo accipere: nemo erit: qui ferat illud? Si quis Patritius: si quis: qđ illi uolunt
inuidiosius esse: Claudius diceret: aut omnia accipe: aut nihil: fero: quis uestꝝ Quirites
ferret? nunquam ne uos res potius: quam autores expectabitis? Sed omnia semper:
que Magistratus ille dicet: secũdis auribus: que ab nostrum aliquo dicentur: aduersis
accipietis? At hercule sermo est minime ciuilis. Quid rogatio: qualis est: quam a uobis
indignantur antiquatam? sermoni Quirites simillima? cõsules inquit rogo: ne uobis
quos uelitis: facere liceat. an aliter rogat: qui utiq; alterum ex Plebe fieri Consulem
ui iubet. Nec duos Patritios creandi: potestatem uobis permitti. Si hodie bella sint:
quale Etruscum fuit: cum Porsena Ianiculum ĩsedit: quale Gallicum modo: cũ ꝑter
Capitolium: atq; arcem omnia hostium erant: et Consulatum cum hoc. M. Furio:
et quolibet alio ex Patribus. L. ille Sextius peteret: possetis: ne ferre Sextium haud
proculdubio Consulem esse: Camillum de repulsa dimicare? Hocane est in cõmune
honores uocare: ut duos Plebeios fieri Consules liceat: duos Patritios non liceat? et
alterum ex Plebe creari necesse sit: utrunq; ex Patribus preterire: liceat? Que nã ista
sotietas: que nam consortio est? parum est: si cuius: pars tua adhuc nulla fuit: in partẽ
eius ueniś: nisi partem petendo: totum traxeris. Timeo inquit: ne si duos licebit creari
Patritios: neminem creetis Plebeium. Quid est aliud dicere: quia indignos uestra uo/
luntate creaturi non estis: necessitatem uobis creandi: quos non uultis: imponam?
Quid sequitur: nisi: ut ne benefitium quidem debeat populo? si cum duobus Patritiis
unus petierit Plebeius: et lege se: non suffragio: creatum dicat. ¶ Quo modo extor/
queant: nõ quomõ petant: honores: querunt. et ita maxima sũt adepturi: ut nihil ne
pro minimis quidem debeant. et occasionibus potius: q̃ uirtute: petere honores malũt.
Est aliquis qui se inspici qui estimari fastidiat? q certos sibi uni honores inter dimicã/
tes competitores equũ censeat esse? qui se arbitrio uestro eximat? q uestra necessaria
suffragia: pro uoluntariis: et serua: pro liberis: fatiat? Omitto Licinium: Sextiũq;
quorum annos in perpetua potestate tãquam Regum in capitolio numeratis. Quis
est hodie in ciuitate tam humilis: cui non uia ad Consulatum facilior: per istius legis
occasionẽ: quam nobis ac liberis nostris fiat? si quidem nos: ne cum uolueritis quidem:
creare: interdum poteritis. istos: etiã si nolueritis: necesse sit. De indignitate satis dictũ
est. et .n. dignitas ad hominem pertinet. ¶ Quid de religionibus: atq; auspitiis: que ꝓ/
pria deorum immortalium contentio: atq; iniuria est: loquar? auspitiis hanc urbem
conditã esse: Auspitiis bello: & pace: domi: militieq; omnia geri: q̇s ẽ: q ignoret? penes
quos igitur sunt auspitia more maiorum? nempe penes Patres. Nam Plebeius quidem
Magistratus nullus auspicato creatur. Nobis adeo propria sunt auspitia: ut nõ solũ
quos populus creat Patritios Magistratus: non aliter: q̃ auspicato creet: Sed nos

quoque ipi sine suffragio Populi: auspicato Interregem prodamus: et ꝑuati auspicia habeamus: que isti ne in Magistratibus quidem habeant. Quod igitur aliud: q̃ tollit ex ciuitate auspicia: qui Plebeios Cósules creando a patribus: q soli ea habere possũt: aufert? Eludant nunc licet religiones: quid enim est: si pulli non pascent̃? si ex cauea tardius exierint? si occinierit auis? parua sunt hec: sed parua ista non contemnendo: maiores nostri maximam hanc Rem fecerunt. Nunc nos: tanq̃ iam nihil pace deorũ opus sit: omnes cerimonias polluimus. uulgo ergo Pontifices: Augures: Sacrificoli re/ges: creentur. Cuilibet apicem Dialem: dũ mó homo sit: imponamus. tradamus ancilia. penetralia deos: deorumq; curam: quibus nefas est. Non leges auspicato ferantur. nó magistratus creent̃: nec centuriatis: nec curiatis comitiis patres autores fiant. Sextius et Licinius tanq̃ Romulus ac Tatius in Vrbe Romana regnent: qa pecunias alienas: quia agros dono dant. Tanta dulcedo est ex alienis fortunis predandi. Nec in mẽtẽ uenit altera lege: solitudines uastas in agris fieri: pellẽdo finibus dominos. Altera fidẽ abrogari: cum qua omnis humana societas tollit̃. Omniũ rerũ causa uobis ãtiquãdas censeo istas rogatiões. Quod faxitis: deos uelim fortunare. ¶ Oratio appii ad id mó ualuit: ut tempus rogationum iubendarum proferretur. ¶ Refecti decimum iidem tribuni Sextius et Licinius: de Decemuiris sacrorum: ex parte de Plebe creandis: ꝑ/tulere. Creati quinq; Patrum: quinq; Plebis. ¶ Graduq; eo iam uia facta ad Cósulatũ uidebatur. ¶ Hac uictoria contenta plebes cessit Patribus: ut in presentia Consulum mentione omissa Tribuni Militum crearentur. ¶ Creati. A. et. M. Cornelii iterũ. M. Geganius. P. Manlius. L. Veturius. P. Valerius sextum. ¶ Cum preter uelitrarũ ob/sidionem: tardi magis: rem exitus: q̃ dubii: quiete externe res romanis essent. Fama repens belli Gallici allata perpulit ciuitatem: ut. M. Furius dictator quintũ diceret̃. Is. T. Quĩtium Penum Magistrum Equitum dixit. ¶ Bella tum cum Gallis eo ãno circa amienem flumen autor est Claudius. Inclytãq; in ponte pugnã: qua. T. Mãlius Gallum cum quo prouocatus manus conseruit: in conspectu duorum exercituum cesum torque spoliauit: tũ pugnatam. ¶ Pluribus autoribus magis adducor: ut credã decem haud minus post annos ea acta. Hoc autem ãno: in Albano agro: cũ Gallis: Dictatore. M. Furio: signa collata. ¶ Nec dubia: nec difficilis Romanis: quanq̃ in/gentem Galli terrorẽ: memoria pristine cladis attulerãt: uictoria fuit. Multa milia Barbarorum in acie: multa captis castris: cesa. Palati alii: Apuliam maxime petentes: cum fuga se longinqua: tũ qd̃ passim eos simul pauor: terrorq; distulerant: ab hoste sese tutati sunt. Dictatori consensu Patrum: Plebisq; triumphus decretus. ¶ Vix dũ perfunctũ eum bello atrocior domi seditio excepit: et per ingentia certamina Dic/tator Senatusq; uictus: ut rogationes tribunitie acciperentur. et comitia cósulũ ad/uersa nobilitate habita: quibus. L. Sextius de Plebe primus Consul factus. Et in his quidẽ finis certaminũ fuit. ¶ Quia Patritii se autores futuros negabãt: ꝑpe secessionẽ Plebis: res terribilesq; minas alias ciuilium certaminum uenit. Cũ tamen ꝑ Dictatorẽ: cum conditionibus: sedate discordie sunt. concessumq; ab nobilitate Plebi: de Cósule Plebeio. A. Plebe Nobilitati: de Pretore uno: qui ius ĩ urbe diceret: ex Patribus cre/ando. Ita ab diuturna ira in cócordiam redactis ordinibus: cum dignam eã rẽ Senatus censeret esse meritoq; id: siquando unq̃ alias: deũ immortalium causa: libenter fcũros fore: ut ludi Maximi fierẽt: et dies unus ad triduum adiceret̃: recusantibus id munus Edilibus Plebis: conclamatum a patritiis est iuuenibus: se id: honoris deoꝝ ĩmortaliũ causa: libenter acturos: ut ediles fierent. Quibus cum ab uniuersis gratie acte essent: factum Senatus Consultum: ut duos uiros Ediles: ex Patribus Dictator populum

TRI·MI·

DICTATOR·M·FVRIVS·

T·MANLIUS TORQVATUS cum gallo singulari certamine pugnavit

Galli victi

PLEBS·CONSVLATV·OBTINET·A PATRIBUS·

PRES·A PLEBE·PRETOREM qui ius in urbe diceret

liber septimus

rogaret: Patres autores omnibus eius anni comitiis fierent.

ANnus hic erit insignis noui hõis Cõsulatu: ĩsignis nouis duobus Magistratibus Pretura: et Curuli Edilitate. hos sibi Patritii que/siuere honores: p cõcesso Plebi altero Cõsulatu. ¶ Plebes cõsulatũ L. Sextio: cuius lege ptus erat: dedit. ¶ Patres Preturã. Sp. Furio M. Filio: Camillo. Edilitatẽ. Cn. Quĩtio Capitolino et. P. Cor/nelio Scipioni: suarum gentium uiris: gratia campestri ceperunt L. Sextio collega ex Patribus datus. L. Emilius Mamercus. Principio anni et de Gallis quos primo palatos per Apuliam congregari iam fama erat: et Hernicorum defectione agitata mentio. Cum de industria omnia. ¶ Neqd per plebeium consulem ageretur. proferrentur: silentium omnium rerum: ac iustitio simile otium fuit. nisi qđ non patientibus tacitũ Tribunis: pro Cõsule uno Plebeio: tres Patritios Magistratus curulibus sellis pretextatos: tanq̃ Consules sedentes nobi/litas sibi sumpsisset: Pretorem quidem etiam iura reddentem: et Collegam Cõsulibus: atq; hisdẽ auspitiis creatũ. Verecundia inde imposita est Senatui: ex patribus iubẽdi Ediles curules creari. Primo ut alternis annis ex Plebe fierent conuenerat: postea p/miscuũ fuit. ¶ Inde. L. Genutio et. Q. Seruilio cõsulibus: et ab seditione: et a bello quietis rebus: neqñ a metu ac periculis uacarent: pestilentia ingens orta. Cẽsorẽ Edilẽ curulem: tres Tribunos Plebis mortuos ferunt: pro portione: et ex multitudine: alia: multa funera fuisse. ¶ Maximeq; eam pestilẽtiã insignem mors: q̃ matura: tã acerba M. Furii fecit. fuit enim uere uir unicus: in omni fortuna princeps pace: belloq; ꝑusq̃ exsulatũ iret. ¶ Clarior in exsilio: uel desiderio ciuitatis que capta absẽtis implorauit opem: uel felicitate: qua restitutus in patriam: secum patriã ipe restituit. ¶ Par deĩde per quinq; et. xxx. annos. (tot enim postea uixit.) titulo tante glorie fuit: dignusq; habitus: quem secundum a romulo conditorem urbis Romane ferrent. ¶ Et hoc et insequẽti anno. T. Sulpitio poetico. C. Licinio Stolone Cõsulibus: pestilentia fuit: eo nihil dignum memoria actum: nisi qđ pacis deum exposcende causa: tertio tũ post conditam urbem lectisternium fuit. ¶ Et cum uis morbi: nec humanis consiliis: nec ope diuina leuaretur: uictis superstitione animis: Ludi quoq; Scenici: noua res: bellicoso populo. Nam Circi modo spectaculũ fuerat: ĩter alia celestis ire placamina: instituti dicunť. Ceterum parua quoq;: ut ferme prĩcipia omnia: et ea ipsa peregrina res: fuit. sine carmine ullo: sine imitandoꝝ carminũ actu: ludiones ex etruria acciti: ad tibici/nos modos saltantes haud indecoros motus: more tusco dabant. Imitari deinde eos iuuentus simul incõditis inter se iocularia: fundẽtes: uersibus cepere. nec absonia uoce motus erant. Accepta itaq; res: sepiusq; usurpando: excitata uernaculis artificibus: qa hister tusco uerbo ludio uocabatur: nomen histrionibus inditum. Qui nõ sicut ante fescennino uersu similem: incompositum temere ac rudẽ alternis iaciebant: sed ĩpletas modis Saturas: descripto iã ad tibicinẽ cantu: motuq; congruenti: peragebãt. ¶ Liuius post aliquot annos: qui ab Saturis: ausus est primus argumento fabulam facere. Idẽ scilicet: id quod omnes tum erant: suoꝝ carminũ actor dicitur: cum sepius reuocatus: uocem obtudisset: uenia petita: puerum ad canendum ante tibicinem cum statuisset: canticum egisse: aliquanto magis uigẽte motu: quia nihil uocis usus impediebat. inde ad manum cantari histrionibus ceptum. deuerbiaq; tm̃ ipsorum uoci relicta. Postq̃ lege hac fabularum: ab risu ac soluto iocores auocabatur: et ludus in artem paulatĩ

CONS· L·Emilius Mamercus / L·Sextius ex plebe

EDILES CVRVLES

CONS· L·Genutius / Q·Seruilius

CAMILLI·MORS

CONS· T·Sulpitius petitus / C·Licinius Stolo

PESTILETIA

SATVRA

HISTRIONES·VNDE·DICTI

m3

uerterat: iuuentus: histrionibus fabellarum actu relicto: ipsa inter se more antiquo
ridicula intexta uersibus iacticare cepit. Que exordia postea appellata. consertaq;
fabellis: potissimum Attellanis sunt. Quod genus ludorum ab Oscis acceptum: tenuit
iuuentus: nec ab histrionibus pollui passa est. Eo institutum manet: ut actores At/
tellanarum: nec tribu moueantur. et stipendia: tanq̃ expertes artis ludicre: faciant.
Inter aliarum parua principia rerum: ludorum quoq; prima origo ponenda uisa ē:
ut appareret q̃ ab sano initio res in hanc uix opulentis regnis tolerabilem insaniam
uenerit. ¶ Nec tamen ludorum primum initium pro curandis religionibus datum: aut
religione animos: aut corpora morbis leuauit. Quin etiam cum medios forte Ludos
Cyrcus Tyberi supfuso irrigatus impedisset: id uero uelut auersis iā diis: aspnātibusq;
placamina ire: terrorē ingentē fecit. ¶ Itaq;. C. Genutio. L. emilio mamerco secūdū
consulibus: cum piaculorum magis conquisitio animos: q̃ corpora morbi afficerent:
repetitum ex seniorum memoria dicitur: pestilentiam quondā clauo ab Dictatore
fixo: sedatam. Ea religione adductus Senatus Dictatorem claui figendi causa dici
iussit. Dictus. L. Manlius Imperiosus. T. Pinariū Magistrum Equitum dixit. Lex
uetusta est: priscis litteris: uerbisq; scripta: ut q Pretor maximus sit: idibus septēbribus
clauum pangat. ¶ Fixa fuit dextro lateri edis Iouis Optimi maximi ea: qua parte
Minerue templum est. ¶ Eum clauum: quia rare per ea tempora littere erant: notam
numeri annorum fuisse ferunt. eoq; Minerue templo dicatam legem: quia numerus
minerue inuētū sit. Volsinius quoq; clauos: īdices numeri ānoꝝ: fixos in tēplo Nortie:
Etrusce dee comparere: diligens talium monumētorum autor Cincius affirmat. ¶ M.
Horatius Cōsul ex lege templum Iouis Optimi Maximi dedicauit: āno post reges
exactos. ¶ A. consulibus postea ad dictatores: quia maius Imperiū erat: sollēne claui
figendi translatum est. ¶ Intermisso deinde more: digna etiam per se uisa est res: pp
quam Dictator crearetur. qua de causa creatus. L. Manlius perinde ac rei gerende: ac
non soluēde religionis gratia: creatus esset: bellū Hernicū affectans: delectu acerbo
iuuentutem agitauit. Tandemq; omnibus in eum Tribunis Plebis cohortis: seu ui: seu
uerecundia uictus: dictatura abiit. ¶ Neq; eo minus principio in sequentis anni. Q.
Seruilio Hala. L. Genutio Consulibus: dies Manlio dicitur a. M. Pomponio Tri/
buno Plebis. acerbitas in delectu nō damno modo ciuiū: sed etiā laceratione corporꝝ
lata: parti uirgis cesis: qui ad nomina non respondissent: parti in uincula ductis: iussa
erat. Et ante omnia inuisum ipsum ingenium atrox: cognomenq; Imperiosi: graue
libere ciuitati ab ostentatione seuitie ad scitum: quā non magna in alienis: q̃ pximis:
ac in sanguine ipso suo exerceret: criminiq; ei Tribunus: inter cetera dabat: qđ filium
iuuenem: nullius probri cohopertum: extorrem urbe: domo: penatibus: foro: luce: cō/
gressu equalium: prohibitum: in opus seruile prope in carcerem: atq; in ergastulum
dederit. ubi summo loco natus: Dictatorius iuuenis: cotidiana miseria disceret uere
imperioso patre se natum esse. At quam ob noxam? quod infacundior sit. et lingua
impromptus. qđ nature damnum: utrum nutriendū patri: si quicq̃ in eo humani eēt:
an castigandum: ac uexatione insigne faciendū: fuisse? ne mutas quidē bestias minus
alere: ac fouere: siquid ex progenie sua parum prosperum sit. At hercule. L. Mālium
malū malo augere filii: et tarditatem ingenii insup premere. Et siquid in eo exiguū
naturalis uigoris sit: id extīguere: uita agresti: et rustico cultu: inter pecudes habēdo.
¶ Omnium potius his criminatiōibus: q̃ ipsius iuuenis irritatus est animus. Quin cōtra:
se quoq; parenti causam inuidie: atq; criminū esse: egre passus: ut omnes dii: hominesq;
scirent: se parenti opem latam: q̃ inimicis eius malle: capit consilium rudis quidem: atq;

ATTELLANE
CONS. C. Genutius / L. emilius mamercus
DICTATOR. L. MALIUS IPIOSUS. ad figendū claui
CONS. Q. Seruilius Hala / L. Genutius
Manlio imperioso dies dicta

AMOR FILII I PREM

agrestis animi: et quanq̄ non ciuilis exempli: tamen pietate laudabile. ¶ Inscientibus
cunctis cultro succinctus mane in urbē atq; a porta domū confestī ad M. Pōponiū
pergit Tribunū. Ianitori opus eē sibi domino eius cōuento extemplo ait: nūtiaret
T. Manlium. Lucii filium esse. ¶ Mox introductus: et enim percitum ira in patrem
spes erat: aut criminis aliquid noui: aut consilii ad rem agendā deferre. ¶ Salute ac/
cepta: redditaq; esse ait: que cum eo agere arbitris remotis: uelit procul inde omnibus
abire iussis: cultrū stringit: et sup lectū stans: ferro intento: nisi in que ipse cōcepisset:
uerba iuraret: se patris eius accusandi causa Concilium Plebis nunq̄ habiturū: se eum
ex templo transfixurū: minatur. ¶ Pauidus tribunus: qppe ferrū ante oculos micare:
se solum inermem: et illum preualidum iuuenem: et qđ haud minus timendum erat:
stolide ferocem uiribus suis cerneret: adiurat inque adactus est uerba. Et pre se deinde
tulit ea ui subactum: se incepto destitisse: nec perinde: ut maluisset Plebs: sibi suffragii
ferendi: de tam crudeli: et superbo reo potestatem fieri: ita egre habuit: filium id pro
parente ausum: eoq; id laudabilius erat: qđ animum eius tanta acerbitas patria nihil
a pietate auertisset. Itaq; non patri modo remisse cause dictio est: sed ipsi etiam ado/
lescenti ea res honori fuit. Et cum eo anno primum placuisset Tribunos Militū ad
legiones: suffragio fieri (nam et antea: sicut nunc: quos ruffulos uocant: imperatores
ipsi faciebant) secundū in sex locis tenuit: nullis domi: militieq; ad conciliandā grām
meritis: ut qui rure: et procul cetu hominum iuuentam egisset. ¶ Eodem anno seu
motu terre: seu qua ui alia: forum medium ferme specu uasto collapsum in immēsam
altitudinem dicitur. Neq; eam uoraginem coniectu terre: cum pro se quisq; gereret:
expleri potuisse. Priusq̄ deum monitu: queri ceptū: quo plurimū Populus Romanus
posset: id enim illi loco dicandum: Vates canebant: si Rem. p. Romanam ppetuam
esse uellent. ¶ Tum. M. Curtium iuuenem bello egregium castigasse ferūt dubitātes.
¶ An ullum magis romanum bonum: q̄ arma: uirtusq; esset? ¶ Silentio facto: templa
deorum immortalium: que foro imminent: Capitoliumq; intuentem: et manus nunc
in celum nunc in patentes terre hiatus ad deos manes porrigentē: se deuouisse. Equo
deinde q̄ poterat maxime exornato insidentem: armatū se in specū immisisse. donaq;
ac fruges super eum a multitudine uirorum: ac mulierum congestas. Lacūq; Curtiū
nō ab antiquo illo. T. Tatii milite: Curtio Metio: sed ab hoc: appellatum. ¶ Cura nō
deesset: si qua ad uerum uia inquirentem ferret. Nunc fame rerum standum est: ubi
certam derogat uetustas fidem: et Lacus nomē ab hac recentiore insignius fabula est
post tanti prodigii procurationem. Eodem anno de herniciis consultus Senatus: cum
Feciales ad res repetendas nequicq̄ misisset: primo quoq; die ferendum ad Populum
de bello indicendo Hernicis censuit: populusq; id bellum frequens iussit. ¶ L. genutio
Consuli ea prouintia sorte euenit. ¶ In expectatione ciuitas erat: quod primus ille de
Plebe Consul: bellū suis auspiciis gesturus esset. pinde: ut euenisset res: ita cōmunicatos
honores pro bene: aut secus cōsulto: habitura. ¶ Forte ita tulit casus: ut Genutius ad
hostes magno conatu profectus: in insidias precipitaretur: Legionibusq; nec opinato
pauore fusis: Consul circumuentus ab insciis quē interfecissent occideret? ¶ Quod ubi
est romam nuntiatū: nequaq̄ tantū publica calamitate mesti Patres: quātū feroces
infelici Consulis Plebei ductu: fremunt omnibus locis. ¶ Irent: crearent Consules ex
Plebe: transferrent auspicia quo nephas esset: potuisse Patres Plebiscito pelli honori/
bus suis: num etiam in deos immortales inauspicatam legē ualuisse? uindicasse ipsos suū
numen. sua auspicia: que ut primum cōtacta sunt ab eo: a quo nec fas: nec ius fuerit:
deletum cum duce exercitum: in documento fuisse: ne deinde turbato gentium iure

Manlius manlii accusan filius tr. pl. [illegible]

TRI. MI.

M. CVRTIVS SE I SPECU DEIICIT.

Lacus curtius ab hoc nō ab alio curtio Tatii sabinorum regis

GENVTIVS PMVS DE PLEBE COSVL AB HERNICIS OCCIDITVR

m. p.

comitia haberẽtur ¶ His uocibus curia: et forũ personat. A. P. Claudiũ: qa dissuaserat legem: maiore cum autoritate euentũ: reprehensi ab se cõsilii incusantẽ: Dictatorẽ

DICTATOR AP·CLAVDIVS·

consensu Patritiorum: Seruilius Consul dicit. delectusq; et iustitium indictũ ¶ Priusq̃ Dictator legionesq; noue in Hernicos uenirent: ductu. Cl. Sulpitii Legati res per occasionẽ gesta egregie est. In Hernicos morte cõsulis contẽptim ad castra romana: cum haud dubia expugnandi spe: succedentes: hortãte legato: et plenis ire ac ĩdigni/ tatis militum animis: eruptio est facta. Multum ab spe adeundi ualli: res Hernicis abfuit: adeo turbatis inde ordinibus abscessere. ¶ Dictatoris deinde aduentu: nouus ueteri exercitus iungitur. et copie duplicantur. et pro contione Dictator laudibus Legati: militumq;: quorum uirtute castra defensa erant: simul audiẽtibus laudes me/ ritas: tollit aĩmos. ¶ Neq; segnius ad hostes bellum apparatur: qui et parti añ decoris memores: neq; ignari auctarũ uiriũ hostis: suas quoq; uires augẽt. ¶ Omne Hernicũ nomen omnis militaris etas accĩt. Quadragenarie octo cohortes: lecta robora uiroꝝ scribuntur: hunc eximiũ florem iuuentutis: eo etiã: qđ ut duplex acciperẽt stipẽdiũ: decreuerant: spei aĩmorumq; impleuere. Immunes quoq; operum militarium erant: ut in unum pugne laborem reseruati: plus sibi: q̃ pro uirili parte: ad nitendum scirent. Extra ordinem etiam in acie locati: quo conspectior uirtus esset. ¶ Duum milium planicies castra Romana ab Hernicis dirimebat. Ibi pariferme utriq; spatio: ĩ me/ dio pugnatum est. Primo stetit ambigua spe pugna: nequicq̃ sepe conatis equitibus Romanis impetu turbare. hostiũ aciem. Postq̃ equestris pugna effectu q̃ coãtibus uanior erat: consulto prius Dictatore equites: ꝑmissu deinde eius: relictis eqs clamore ingẽti prouolant ante signa. et nouam integrant pugnam: neq; sustineri poterant: ni extraordinarie cohortes: pari corporum: animorumq; robore: se obiecissent. ¶ Tũc inter primores duorum populorum res geritur: quicquid hinc: aut illinc communis materias bello aufert: multiplex q̃ pro numero damnum est. Vulgus aliud armatorũ uelut delegata primoribus pugna: euentũ suũ in uirtute aliena ponit. Multi utriq; cadunt. plures uulnera accipiunt. ¶ Tandem equites alius alium increpantes: qd deĩde restaret querendo: si neq; ex equis pepulissent hostem: neq; pedites quicq̃ momenti facerent: quam tertiam expectarent pugnam? quid ante signa feroces prosiluissent: et alieno pugnarẽt loco? his inter se uocibus cõcitati: clamore renouato: inferũt pedẽ. Et primum gradu mouerunt hostem. deinde pepulerunt. Postremo iam haud dubie auertũt. ¶ Neq; tam uires pares: que superauerit res: facile dictu est. nisi quod ꝑpetua

Dictator Hernicos fugat.

fortuna utriusq; populi: et extollere animos: et minuere potuit: usq; ad castra fugi/ entes Hernicos Romanus sequitur: castrorum oppugnatione quia parum erat diei: abstinuere: diu non perlitatum tenuerat Dictatorem: ne ante meridiem signũ dare posset. eo in noctem tractum erat certamen. ¶ Postera die deserta fuga castra Her/ nicorum: et saucii relicti quidam inuenti. agmen quoq; fugientium ab signis: cũ ꝑter menia eorum infrequentia signa conspecta essent: fusum: ac per agros trepida fuga palatum est. Nec Romanis incruenta uictoria fuit. Quarta pars militum amissa. et ubi haud minus iacture fuit: aliquot equites Romani cecidere. In sequenti anno cũ

COHS· L. Sulpitius · C. Licinius calvus

L. Sulpitius: et. Cl. Licinius caluus consules in Hernicos exercitum duxissent: neq; in/ uentis in agro hostibus Ferentinum urbem eorũ ui cepissent: reuertentibus inde eis Tyburtes clausere portas. ea ultima fuit causa: cum multe ante querimonie ultro ci/ troq; iactate essent: cum per Feciales rebus repetitis: bellũ Tyburti populo indiceret. ¶ Dictatorem. T. Quintium Penum eo anno fuisse satis constat. et magistrũ equitũ

DICTATOR·T·QVITIVS·PENVS·

Sergium Corneliũ Maluginensem. ¶ Macer Licinius comitiorũ habendorũ causa:

et ab Licinio consule dictum scribit. qui collega comitia bello preferre festinante: ut continuaret. consulatum obuiam eũdum praue cupiditati fuerit. ¶ Quesita ea ꝓpria familie laus leuiorem autorem Licinium facit: cũ mentionẽ huius rei: i uetustioribus annalibus nullam inueniam. magis ut belli Gallici causa Dictatorẽ creatũ arbitrer: inclinat animus. ¶ Eo certe ãno Galli ad tertium lapidem Salaria uia trans pontem Anienis castra habuere. Dictator cum tumultus Gallici causa iusticiũ edixisset: omẽs iuniores sacramento adegit. Ingentiq; exercitu ab urbe profectus in citeriore ripa Anienis castra posuit. Pons in medio erat: neutris erumpentibus: ne timoris indicium esset: prelia de occupando ponte crebra erant: nec qui potirentur: incertis uiribus: satis discerni poterat. Tũc eximia corporis magnitudine: in uacuũ pontẽ Gallus ꝓcessit. et quantum maxima uoce potuit. ¶ Quem nunc inquit Roma fortissimum uirum habet procedat agedum ad pugnam: ut noster duorum euentus: ostendat utra gens bello sit melior. ¶ Diu inter primos tum iuuenum romanorum silentium fuit: cum et abnuere certamen uererentur: et precipuam sortem periculi petere nollẽt. ¶ Tũ. T. Manlius. L. filius qui patrem a uexatione tribunitia uĩdicauerat: ex statiõe ad Dic/tatorem pergit. ¶ In iussu tuo inquit Imperator extra ordinem nunq̃ pugnauerim. non si certam uictoriam uideam. Si tu permittis: uolo ego illi belue ostendere: quãdo adeo ferox presultat hostium signis: me ex ea familia ortum: que Gallorum agmen ex rupe Tarpeia abiecit. ¶ Tum Dictator: macte uirtute inquit hac pietate ĩ patrẽ: patriamq;. T. Manli Esto: perge et nomẽ Romanũ inuictum: iuuantibus diis: ꝑsta. ¶ Armant inde iuuenem equales. pedestre scutum capit Hispano cingitur gladio. ad propiorem habili pugnam. armatum adornatumq; aduersus Gallum stolide letum: et quoniam id quoq; memoria dignum: uisum ãtiquis est. Linguam etiam ab irrisu: exerentẽ: producunt. Recipiunt inde se ad stationem. et duo in medio armati: spec/taculi magis more: q̃ lege belli destituuntur: nequaq̃ uisu ac specie estimãtibus pares. ¶ Corpus alteri magnitudine eximium: uersicolori ueste: pictisq; et auro celatis re/fulgens armis. ¶ Media in altero militaris statura: modicaq; in armis habilibus: magis q̃ decoris: species. Non cantus: non exultatio: armorumq; agitatio uana. sed pectus animosum: ireq; plenum: omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis distulerat. ¶ Vbi constitere inter duas acies: tot circa mortalium animis: spe: metuq; pendentibus. Gallus: uelut moles supne imminens: proiecto leua scuto: in aduenientis arma hostis: uanum cesim: cum ingenti sonitu: ensem deiecit. ¶ Romanus mucrone subrecto: cum scuto scutum imum perculisset. totoq; corpore interior periculo uulneris: factus: insi/nuasset se ĩter corpus armaq;: uno alteroq; subinde ictu: uentrẽ atq; inguina hausit. et in spatium ingens ruentẽ porrexit hostem. Iacens inde corpus: ab omni alia uex/atione intactum uno torque spoliauit. quẽ respersum cruore collo circundedit suo. ¶ Defixerat pauor cum admiratione Gallos. ¶ Romani alacres ab statione obuiam militi suo progressi laudantes: gratulantesq; ad Dictatorem ꝑducũt. Inter carminũ prope modum incondita quedam militariter ioculantes. Torquati nomen auditum: celebratum deinde: posteris etiam: familieq; honori fuit. ¶ Dictator coronam aureã addit donum. mirisq; pro contione: etiam pugnam. laudibus tulit. Et hercule tanti ea: ad uniuersi belli euentum: momenti: dimicatio fuit: ut Gallorum exercitus: ꝓxima nocte: relictis trepide castris in Tyburtem agrum: atq; inde sotietate belli facta: cõ/meatuq; benigne ab Tyburtibus adiutus: mox in cãpaniam transierit. ¶ Ea fuit cau/sa: cur proxĩo anno. Cl. Petilius Balbus: Consul: cũ college eius. M. Fabio Ambusto Hernici Prouĩtia euenisset: aduersus Tyburtes iussu populi exercitum duceret. Ad

T. MANLIVS. TORQVATVS. GALLV INTERFICIT. AD. AHIENEM.

COH. C. petilius Balbus
M. Fabius Ambustus

quorum auxilium cum Galli ex Cãpania redissent: fede populationes in lauicano: Tusculanoq; et Albano agro haud dubie Tyburtibus ducibus sunt facte ¶ Et cum aduersus Tyburtem hostẽ duce Consule cõtenta respublica esset Gallicus tumultus Dictatorem creari coegit. Creatus. Q. Seruilius Hala. T. Quintium Magistrum

DICTATOR · Q · SERVILIVS · HALA ·

Equitum dixit. et ex autoritate Patrũ si prospere id bellũ euenisset: ludos Magnos uouit. Dictator ad continendos proprio bello Tyburtis Consulari exercitu iusso manere: omnes iuniores nullo detrectante militiam: sacramento adegit. Pugnatum haud procul porta Collina est. totius uiribus urbis: in conspectu parentũ: cõiugiũq; ac liberorum: que magna etiam absentibus hortamenta animi. Tum subiecta oculis simul uerecundia: misericordiaq; militem accendebant. ¶ Magna utrinq; edita cede: auertitur tandem acies Gallorũ: fuga Tybur sicut arcẽ belli Gallici petunt. Palati a Consule Petilio haud procul Tybure excepti: egressis ad opẽ ferendã Tyburtibus: simul cum his intra portas compelluntur. Egregie tum ab Dictatore: tum ab Cõsule gesta est res. Et Consul alter Fabius: preliis primũ puis postremo una insigni pugna: cum hostes totis adorti copiis essent: Hernicos deuincit. ¶ Dictator cõsulibus in senatu

Galli a dictatore duobusq; cons. uicti

et apud populum magnifice collaudatis: & suarum quoq; rerum illis remisso honore: Dictatura se abdicauit. ¶ Petilius de Gallis: Tyburtibusq; geminum triumphum egit. ¶ Fabio satis uisum: ut ouans urbem iniret. ¶ Irridere Petilii triumphum Tyburtes: ubi enim eum: secum acie conflixisse? spectatores paucos fuge: trepidatiõisq; Gallorũ extra portas egressos: postq̃ in se quoq; fieri impetũ uiderit et sine discrimĩe obuios cedi: recepisse se in urbẽ. Eam rem triumpho dignam uisam Romanis: ne nimis mirum magnumq; censerent tumultum exciere in hostium portis: maiorem ipsos trepidati/onem ante menia sua uisuros. ¶ Itaq; in sequenti anno. M. Popilio lenate. C. Mãlio

CONS. · M · popilius . Lenas · C · Manlius

consulibus: primo silẽtio noctis ab Tybure agmine infesto profecti: ad urbẽ Romã uenerunt. Terrorem repente ex somno excitatis subita res: et nocturnus pauor pre/buit. ad hoc multorum inscitia: qui: aut unde: hostes aduenissent. ¶ Conclamatũ tamẽ celeriter ad arma est. et porte stationibus: muriq; presidiis: firmati. Et ubi prima lux: mediocrẽ multitudinẽ ante menia: neq; alium q̃ Tyburtem hostem ostendit: duabus

Tyburtes uicti

portis egressi Consules utrinq; aciem subeuntium iam muros aggrediunt. Apparuitq; occasione magis: q̃ uirtute fretos uenisse: adeo uix primum impetum Romanorum sustinuere. quin etiam bono fuisse romanis aduentum eorum constabat. orientemq; iam seditionem inter Patres: et Plebem metu tam propinq belli compressam ¶ Alius aduentus hostium fuit proximo bello agrisq; urbi terribilior. ¶ Populabundi Tar/quinienses fines Romanos: maxime qua ex parte Etruriam adiacent: peragrauere. Rebusq; nequicq̃ repetitis: noui cõsules. Cl. Fabius: et. Cl. Plautius iussu Populi bellũ

CONS. C · Fabius · C · plautius

indixere ¶ Fabioq; ea prouĩtia: Plaucio Hernici euenere ¶ Gallici quoq; belli fama increbrescebat. Sed inter multos terrores solatio fuit pax Latinis petentibus data. et magna uis militum ab iis: ex fedore uetusto: qđ multis intermiserant annis: accepta. Quo presidio cum fulta res Romana esset: leuius fuit: quod Gallos mox Preneste uenisse: atq; inde circa Pedum cõsedisse: auditum est ¶ Dictatorem dici. Cl. Sulpitiũ

DICTATOR · C · SVLPITIVS ·

placuit. Cõsul ad id accitus. Cl. plautius: dixit. Magister equitum dictatori aditus. M. Valerius. hi robora militũ ex duobus Consularibus exercitibus electa: aduersus Gal/los duxerunt. lentius id aliquantum bellum: q̃ parti utriq; placebat fuit. ¶ Cum pmo Galli: tantum auidi certaminis fuissent. Deinde Romanus miles ruendo in arma: ac dimicationem: aliquantum Gallicam ferociã uinceret ¶ Dictatori neutiq; placebat: quãdo nulla cogeret res: fortune se cõmittere: aduersus hostẽ: quem tẽpus deteriorẽ

in dies: et locus alienus: faceret: sine p̄parato cõmeatu: sine firmo munimẽto: moratẽ. Ad hoc: uis aĩmis corporibusq;: quoꝝ omnis in impetu uis esset: parua eadẽ lãguesceret mora. Histconsiliis Dictator bellum trahebat. grauemq; edixerat penam: si quis in iussus in hostẽ pugnasset. Milites egre id patientes p̃mo in stationibus uigiliisq; inter se Dictatorem sermonibus capere. interdum patres communiter increpare: quod nõ iussissent per Consules geri bellum electum esse eximium imperatorem: unicũ ducẽ: qui nihil agenti sibi: de celo deuolaturam in sinum uictoriam censeat. Eadẽ deĩde hec interdiu propalam: ac ferociora his iactare. Se in iussu Imperatoris: aut dimica/turos: aut agmine Romam ituros. immiscerique militibus Centuriones: nec in circulis modo fremere: sed iam in principiis ac Pretorio in unum sermones confundi. atq; in contionis magnitudinem crescere turba: et uociferari ex omnibus locis: ut extemplo ad Dictatorẽ iretur. uerba pro exercitu faceret. Ser. Tullius: ut uirtute eius dignũ esset. Septimum primi pilum iam Tullius ducebat. neq; erat in exercitu: qui quidem pedestria stipẽdia fecisset: uir factis nobilior. Is precedens militũ agmẽ ad tribunal pergit. Mirantiq; Sulpitio non turbam magis: q̃ turbe principem: Tullium Imperiis obedientissimum militem. Scilicet Dictator inquit condemnatum se uniuersis ex/ercitus a te ignauie: ratus: & prope ignominie causa destitutum: sine armis: orauit me: ut suam causam apud te agerem. eq̄dem sicubi loco cessum: si terga data hosti: si signa fede amissa obici nobis possent: tamen hec a te impetrari equũ censerẽ: ut nos uirtute culpam nostram corrigere: et abolere flagitii memoriam: noua gloria: patereris. etiã ad Alliam fuse legiões eãdem quam per pauorem amiserant patriã: profecte postea ab Veiis uirtute recuperauere. nobis deum benignitate: felicitate tua: Populiq; Ro/mani: et res: et gloria est integra. quanq̃ de gloria uix dicere ausim. si nos et hostes haud secus q̃ feminas abditas ĩtra uallũ: omnibus contumeliis eludunt: et tu Imp̄ator noster: quod egrius patimur: exercitum tuum sine armis: sine manibus iudicas esse. et priusq̃ expertus nos esses: de nobis ita desperasti: ut te mancorum ac debilium ducem iudicares esse. Quod enim aliud esse cause credamus: cur ueteranus dux: fortissimus bello: compressis quod aiunt manibus: sedeas. Vtcunq; enim se habet res: te de nostra uirtute dubitasse uideri: q̃ nos de tua: uerius est. Sin autem non tuũ istuc: sed publicũ est consilium: et consensus aliquis Patrum: non Gallicũ bellũ nos ab urbe: a peñatibus nostris oblegatos tenet: queso ut que dicam: nõ a militibus Imperatori: dicta cẽseas: sed a Plebe Patribus: que sicut uos uestra habeatis consilia: sic se sua habituram dicat. Quis tandem succenseat milites nos esse: non seruos uestros? ad bellum non in exsiliũ missos? Si quis det signum: in aciem educat: ut uiris: ac Romanis: dignum sit: pugna/turos. Si nihil armis opus sit: ocium rome potius: q̃ in castris acturos. hec dicta sint patribus. Te Imperator milites tui oramus: ut nobis pugnandi copiã facias. tũ uĩcere cupimus: tum duce te uincere. tibi lauream insignem deferre tecum triũphantes urbẽ inire: tuum sequentes currum: Iouis templum gratantes: ouãtesq; adire. Orationẽ Tullii exceperunt preces multitudinis. et undiq;: ut signum daret: ut capere arma iu/beret: clamabant. Dictator quanq̃ rem bonam: exẽplo haud ꝓbabili: actã cẽsebat: tamen facturum: q̃d milites uellent: se promisit. Tullium secreto: que nam hec res sit: aut quo acta more: percontatur. Tullius magnopere a Dictatore petere: ne se oblitum discipline militaris: ne sui: ne ue Imperatorie maiestatis crederet: multitudini concitate: que ferme autoribus similis esset: non subtraxisse se ducem: ne quis alius q̃lẽ mota creare multitudo soleret: existeret. Nam se quidẽ nihil nõ arbitrio Imp̄atoris acturum. Illi quoq; tñ uidendum magnopere esse: ut exercitũ in potestate haberet.

differri nó posse: adeo concitatos animos: ipsos sibi locú: ac tempus pugnádi súpturos: si ab Imperatore non detur. ¶ Dum hec loquuntur: iumenta forte pascentia extra uallú: Gallo abigenti: duo milites Romani ademerút. In eos saxa cóiecta a Gallis. deinde ab Romana statione clamor ortus: ac procursum utrinq; est. Iáq; haud ꝓcul iusto prelio res erant: ni celeriter direptum certamen per Céturióes esset. Affirmata certe eo casu: Tullii apud Dictatorem fides est. nec recipiente iam dilationem re: in posterum diem edicitur acie pugnaturos. Dictator tamen: ut qui magnis animis q̄ uiribus fretus: ad certamen descenderet: omnia circúspicere: atq; agitare cepit: ut arte aliqua terrorem hostibus incuteret: sollerti animo rem nouá excogitat. Qua deíde multi nostri atq; externi Imperatores: nostra quidem etate usi sunt. mulis strata de/trahi iubet. binisq; tantum centunculis relictis: agasones partim captiuis: ꝑtim egrorú armis ornatos: imponit. His fere mille effectis: centum admiscet equites. et nocte sup castra in montes euadere ac siluis se occultare: iubet. neq; inde ante mouere: q̄ ab se acciperent signum. ¶ Ipse ubi illuxit: in radicibus montium extendere aciem cepit: se/dulo: ut aduersus montes consisteret hostis. Instructo iam uani terroris apparatu. q qdé terror plus pene ueris uiribus ꝓfuit. ¶ Primo credere duces Gallorum nó descésuros in equum Romanos. deinde ubi digressos repente uiderunt: et ipsi certaminis auidi in preliú ruunt: priusq̄ pugna cepit: q̄ signum ab ducibus daretur. Acrius inuasere Galli dextrú cornu. neq; sustineri potuissent: ni forte eo loco Dictator fuisset. Sex Tulliú nomine increpans: rogitásq; siccine pugnaturos milites spospódisset? ubi illi clamores sint arma poscentiú? ubi mine iniussu Imperatoris ꝓliú inituros? Et ipsú Impatoré clara uoce uocare ad prelium: et ire armatum ante prima signa. ecquis sequeretur eorum: qui modo ducturi fuerint? in castris feroces. in acie pauidi. ¶ Vera audiebant. Itaq; tantos pudor stimulos admouit ut ruerét in hostium tela: alienatis a memoria ꝑiculi animis. ¶ Hic ꝑmo ípetus: prope uecors: turbauit hostes. eques deíde emissus turbatos auertit. Ipse Dictator postq̄ labantem una parte uidit aciem: signa in leuum cornu confert: quo turbam hostinm congregari cernebat. et iis qui in monte erant: signum quod conuenerat: dedit. ¶ Vbi inde quoq; nouus clamor ortus: et tendere obliquo monte ad castra Gallorum uisi sunt: tum metu: ne excluderentur: omissa est pugna. cursuq; effuso ad castra ferebantur. ubi cú occurrisset eis. M. Valerius: Magister eqtú: qui profligato dextro cornu obequitabat hostium munimentis: ad montes siluasq; uertunt fugam. plurimiq; ibi a fallaci equitum specie: agasonibusq; excepti sunt. et eorum: quos pauor pertulerat in siluas atrox cedes post sedatú prelium fuit. ¶ Nec alius post. M. Furium: q̄. Cl. Sulpitius iustiorem de Gallis egit triumphum. ¶ Auri quoq; ex Gallicis spoliis satis magnum pondus saxo quadrato septum in Capitolio sacrauit. ¶ Eodem anno et a consulibus uario euentu bellatum. Nam Hernici a. Cl. Plaucio deuicti: subactiq; sunt. ¶ Fabius Collega eius incaute atq; incósulte aduersus Tarquinienses pugnauit: nec in acie tantum ibi cladis acceptú: q̄ quod. ccc. vii. milites Romanos captos: Tarquinienses immo lauerunt. Qua feditate supplicii aliq̄to igno/minia populi Romani insignior fuit. Accessit ad eá cladé: et uastatio Romani agri: quam Priuernates: ueliterni deinde: in cursione repentina: fecerunt. ¶ Eodem anno due tribus Pomptina et Publilia addite. ¶ Ludi uotiui: quos. M. Furius Dictator uouerat: facti. et de ambitu a. Cl. Petilio Tribuno Plebis: autoribus Patribus: tum primum ad populum latum est. Eaq; rogatione: nouorú maxime hóim ambitioné: qui nundinas et cóciliabula obire soliti erant: compressam credebant. ¶ Haud eque patribus leta in sequenti anno. Cl. Martio. C. Manlio Consulibus de unciario fenore

Agaso

Dictator Gallos uincit et triumphat

C. Plancius hernicos superat

Fabius collega superatur a Tarquiniensibus

DE AMBITU P. LATUM EST

CONS. C. Marcius C. Manlius

a Martio Diulio. L. Menenio Tribunis Plebis rogatio est perlata: et Plebs aliq̃to
e am cupidius sciuit. accepitq;. ¶ Ad bella noua priore anno destinata. Falisci quoq;
hostes exorti: duplici crimine.. Quod cũ Tarquiniensibus iuuentus eorũ militauerat.
et eos: qui Falerios perfugerãt: cũ male pugnatũ est: repetẽtibus Fecialibus romanis:
non reddiderant ¶ Ea prouintia. C. Manlio obuenit ¶ Martius exercitum in agrum
Priuernatem: integrum pace lõginqua: induxit. militemq; p̃da impleuit ¶ Ad copiã
rerum addidit munificẽtiam. quod nihil in publicũ secernendo augendo rẽ priuatã
militi fauit ¶ Priuernates cum ante menia sua castris permunitis consedissent: uocatis
ad contionem militibus ¶ Castra nunc inquit uobis hostium: urbemq; prede do: si mihi
pollicemini uos fortiter in aciem operam nauaturos. nec prede magis: q̃ pugne patos
esse. ¶ Signum poscunt ingenti clamore. celsiq; et spe haud dubia feroces: in prelium
uadũt ibi ante signa. Sex Tullius de quo ante dictum est exclamat. ¶ Aspice Impe/
rator inquit quemadmodũ exercitus tuus tibi ꝓmissa prestet. piloq; posito strictoq;
gladio in hostem impetum facit ¶ Sequuntur Tullium antesignani omnes. primoq;
impetu auertere hostem fusum. Inde ad oppidum persequuti: cum iam scalas meĩbus
admouerent: in deditionem urbem acceperũt ¶ Triumphus de Priuernatibus actus.
¶ Ab altero consule nihil memorabile gestum: nisi q̃d legẽ: nouo exẽplo: ad Sutriũ
in castris: tributim: de uicessima eorum: qui manumitterẽtur: tulit ¶ Patres q̃a ea lege:
haud paruum uectigal inopi erario additum esset: autores fuerunt ¶ Ceterꝫ Tribuni
Plebis nõ tam lege: q̃ exemplo moti: ne qs postea populũ seuocaret: capite sãxerũt.
Nihil enim nõ per milites iuratos ĩ Cõsulis uerba: q̃uis pniciosum populo: si id liceret:
fieri posse. ¶ Eodem anno. Cl. Licinius Stolo: a. M. Popilio Lenate: sua lege: decẽ
milibus eris ẽ damnatus: q̃d mille iugerum agrum: cum filio possideret. emãcipãdoq;
filiũ fraudẽ legi fecisset ¶ Noui Cõsules inde. M. Fabius Ambustus. ii. et. M. Popilius
Lenas. ii: duo bella habuere. facile alterum cum Tyburtibus: q̃d Lenas gessit: q hoste
in urbem compulso: agros uastauit ¶ Falisci Tarquiniensesq; alterum Consulẽ p̃ma
pugna fuderunt. Inde terror maximus fuit: q̃d sacerdotes eorum facibus ardentibus
anguibusq; prelatis: incessu furiali: militem Romanum insueta turbauerunt specie. Et
tunc quidem uelut lymphati et attoniti munimentis suis trepido agmine inciderunt.
Deinde ubi Consul: legatiq;: ac Tribuni: pueorum ritu: uana miracula pauentes: irri/
debant: increpabantq;: uertit animos repẽte pudor: et in ea ipsa: que fugerant: uelut
ceci ruebant. Discusso itaq; uano apparatu hostium: cũ in ipsos armatos se ĩtulissent:
auertunt totam aciem. Castrisq; etiam eo die potiti: preda ingenti parta uictores re/
uerterunt: militaribus iocis cum apparatum hostium: tum suum increpantes pauorẽ.
¶ Concitatur deinde omne nomen Etruscum: et Tarquiniensibus: Faliscisq; ducibus
ad Salinas peruenniunt ¶ Aduersus eum terrorem: dictator. M. Rutilius p̃mus de plebe
dictus Magistrum equitũ idẽ de plebe. Cl. Plautiũ dixit ¶ Id uero Patribus indignũ
uideri. etiam Dictaturam in promiscuo esse. omniq; ope impediebant neq̃d dictatori
ad id bellum decerneretur. pararetur ue. ¶ Eo promptius cuncta ferente Dictatore:
populus iussit. Profectus ab urbe: utraq; parte Tyberis: ratibus exercitu quocunq;
fama hostium ducebat: traiecto: multos populatores agrorum uagos palãtesq; op/
pressit. Castra quoq; nec opinato aggressus: cepit. & quattuor milibus hostium captis:
ceteris aut cesis: aut agro Romano fugatis: sine autoritate Patrum populi iussu: tri/
umphauit. ¶ Quia nec per Dictatorem Plebeium: nec per Popiliũ consulem comitia
Consularia haberi uolebant: et alter Consul Fabius bello retinebatur. Res ad inter
regnũ redit. Interreges deĩceps. Q. Seruilius Hala. M. Fabius. C. Mãlius. C. Fabius

Sex. Tullius

Priuernates capti

CONS. M. Fabius Ambustus
M. popilius Lenas.

DICTATOR P̃MUS E PLEBE M. RUTILIUS.

INTERREGES

CON. PATRITII. C. Sulpitius potitus / M. valerius publicola.

Querele plebis de duob. consulibus patritiis

CON. PA. M. Fabius Ambustus / T. Quintius.

Seuitum in Tarquinienses

SAMNITES IN SOCIETATEM ACCEPTI

CONS. PA. C. Sulpitius potitus / M. valerius publicola

C. Sulpitius. L. Emilius. Q. Seruilius. M. Fabius Ambustus. ¶ In secũdo interregno orta contentio est: qđ duo patritii Consules creabantur. Intercedentibusq; Tribunis Interrex fabius aiebat in. xii. tabulis legem esse: ut quodcunq; postremum Populus iussisset: id ius ratũq; esset. iussum Populi et suffragia esse ¶ Cũ intercedendo Tribuni nihil aliud: q̃ ut differrẽt comitia: ualuissent: Cõsules creati sunt. Cl. Sulpitius Potitus tertium. M. Valerius Publicola. eodẽq; die Magistratũ inierũt. ¶ Quadrigẽtesimo anno: q̃ urbs Romana cõdita erat: quĩto tricesimo q̃ a Gallis recepta. Ablato post nouum annum a plebe consulatu patritii consules ambo: ex Interregno magistratũ inierunt. Cl. Potitus: tertium. M. Valerius Publicola Empuliũ eo anno ex Tybur/tibus: haud memorando certamine: captum. siue duorum Consulum auspicio: bellum ibi gestum est: ut scripsere quidam: seu per idem tempus Tarquiniensium quoq; sunt uastati agri: a Sulpitio Consule: quo Valerius aduersus Tyburtes legiones duxit. Domi maius certamẽ Consulum cum Plebe ac tribunis erat. Fidei iam sue: nõ solum uirtutis: ducebant: ut accepissent duo Patritii Consulatum. Ita ambobus Patritiis mandare. quin aut toto cedendum esset: si Plebeius iam magistratus fiat Consulatus: aut possidendum totum: quam possessionem integram a patribus accepissent ¶ Cõtra Plebs fremit. Quid se uiuere: quid in parte ciuiũ censeri: si qđ duoꝝ hominũ uirtute L. Sextii ac. Cl. Licinii partum sit: id obtinere uniuersi non possint? Reges: uel De/cemuiros: uel siquod tristius sit: Imperii nomen: patiendũ esse potius. q̃ ãbos Patritios Consules uideãt. nec inuicem pareat: atq; imperetur. Sed pars altera in eterno impio locata: plebem nusq̃ alio natam: q̃ ad seruiendũ: putet. ¶ Non desunt tribuni: autores turbarum. sed in concitatos per se omnes uix duces eminent. Aliquotiens frustra in campũ descẽsum cũ esset: multiq; per seditiones acti comiciales dies postremo uicta perseuerantia Consulum plebes: eo dolore rupit: ut Tribunos actum esse de libertate uociferantes: relinquendumq; non campum iam solum: sed etiam urbem captã: atq; oppressam: regno patritiorum mesta Plebs sequeretẽ ¶ Consules relicti a pte populi: per infrequentiã comitia nihilo segnius perficiũt. Creati Consules ambo Patritii. M. Fabius Ambustus tertium. T. Quintius. ¶ In quibusdam annalibus pro. T. Quintio M. Popilium Consulẽ inuenio ¶ Duo bella eo ãno prospere gesta: cũ Tyburtibusq; ad additionem pugnatũ. Sassula ex his urbs capta: ceteraq; oppida eãdem fortunã habuissent: ni uniuersa gens positis armis in fidem Consulis uenisset. Triumphatũ de Tyburtibus: alioquin mitis uictoria fuit. ¶ In Tarquinienses acerbe seuitum. multis mortalibus in acie cesis. Ex ingẽti captiuoꝝ numero. cccxlviii. delecti: nobilissimus quisq;: qui Romam mitteretur. Vulgus aliud trucidatum: nec populus in eos: q missi romam erant: mitior fuit. Medio in foro t omnes uirgis cesi: ac securi percussi. Id pro im molatis in foro Tarquiniensium Romanis pene hostibus redditum. ¶ Res bello bene geste: ut Samnites quoq; amiciciam peterent: effecerunt. Legatis eorũ comiter ab Senatu responsũ federe in sotietatẽ accepti. ¶ Non eadẽ domi que militie fortuna erat Plebi Romane. ¶ Nam etsi unciario fenore facto leuata usura erat: sorte ipsa obruebantur inopes. nexũq; inibant. Eo nec Patritios ambos Cõsules: nec comitiorũ curam: publica ue studia pre priuatis incommodis: Plebs ad animũ admittebat. Cõ/sulatus uterq; apud patritios manet. ¶ Consules creati. Cl. Sulpitius Potitus quartũ M. Valerius Publicola iterum. In bellum Etruscum intentam ciuitatem: qa Ceritẽ populum misericordia consanguinitatis: Tarquinẽsibus adiunctum: fama ferebat: legati Latini ad Volscos conuertere: nuntiantes exercitum conscriptum: armatumq; iã suis finibus imminere. Inde populabũdos in agrum Romanũ uenturos eẽ. Censuit

igitur Senatus neutram negligendã rem esse. utroq; legiones scribi. Cõsulesq; sortiri prouincias iussi. ¶ Inclinauit deinde pars maior cure in Etruscũ bellum: postꝗ litteris Sulpitii Consulis: cui Tarquinii Prouincia euenerat: cognitum est depopulatũ agꝝ circa Salinas Romanas. ꝓdeq; partẽ in Ceritũ fines auectã. et haud dubie iuuẽtutẽ eius populi inter predatores fuisse. Itaq; Valeriũ consulẽ Volscis oppositũ: castraq; ad finem Tusculanum habentem: reuocatum inde: Senatus Dictatorem dicere iussit T. Manlium Lucii filium dixit. Is cum sibi magistrum equitum. A. Corneliũ Cossũ: dixisset: cõsulari exercitu contentus: ex autoritate Patrũ: ac Populi iussu Ceritibus bellum indixit. ¶ Tum primum cerites: tanꝗ in uerbis hostium uis maior ad bellũ significandum: ꝗ in suis factis: qui per populationem Romanos lacessierant: esset: uerus belli terror inuasit: et quẽ non suarũ iuriũ ea dimicatio esset: cernebant. Penitebat q; populationis: et Tarquinẽses execrabant defectionis autores. Nec arma: aut bellũ quisꝗ apparare: sed pro se quisq; legatos mitti iubebat: ad petendã erroris ueniam.

¶ Legati Senatum cum adissent: ab Senatu reiecti ad populũ: rogauerunt deos: quoꝝ sacra bello gallico accepta rite procurassẽt: ut romanos florentes: ea sui misericordia caperet: que se rebus afflictis quondã populi Romani cepisset: cõuersiq; ad delubra ueste: hospitium Flaminum: Vestaliumq; ab se caste: ac religiose cultũ: inuocabant. ea ne meritos: crederet quisꝗ hostes repẽte: sine causa factos. aut siquid hostiliter fecissent: consilio id magis: ꝗ furore lapsos fecisse: ut sua uetera benefitia locata: ꝑsertim apud tam gratos: nouis corrumperent malefitiis: florentemq; Populum Romanum: ac felicissimũ: bello sibi desumerẽt hostẽ. cuius afflicti amiciciã cepissẽt. ne appellarẽt consilium: que uis ac necessitas appellanda esset. Transeuntes agmine infesto ꝑ agrũ suum Tarquinẽses: cum preter uiam: nihil petissent: traxisse quosdam agrestium: populatiõis eius: que sibi crimini detur: comites. eos: seu dedi placeat: dedere se paratos eẽ. seu supplitio affici: daturos penas. Cere sacrariũ Populi Romãi: diuersoꝝ Sacerdotũ ac receptaculum Romanorum sacrorum: intactũ: inuiolatũq; crimine belli: hospitio Vestalium cultisq; diis darent. ¶ Mouit populum: nõ tã causa ꝓsens: ꝗ uetus meritũ: ut malefitii: ꝗ benefitii: potius immeõres essẽt. Itaq; pax populo Ceriti data. ĩducias q; in centũ annos factas: in senatus Consulto referri placuit. ¶ In Faliscos eodẽ noxios crimine uis belli conuersa est. sed hostes nusꝗ inuenti. Cũ populatione peragrati fines essent: ab oppugnatione urbium temperatũ. legionibusq; Romam reductis: reliquũ anni muris: turribusq; reficiendis cõsumptũ. et edes Apollinis dedicata est. ¶ Extremo anno comitia Consularia: certamen Patrum: ac Plebis diremit. Tribunis negãtibus passuros comitia haberi: nisi secundum Liciniam legem haberentur. Dictatore obstinato: tollere potius totum e re. p. Consulatũ: ꝗ promiscuũ Patribus ac Plebi facere. Prolatandis igitur comitiis: cum Dictator Magistratu abisset: res ad Interregnum rediit. ¶ Infestam inde patribus Plebem Interreges cum accepissent: ad undecimum Interregẽ seditionibus certatum est. legis Licinie patrocinium Tribuni iactabant. Propior dolor plebi fenoris ingrauescentis erat. cureq; priuate in certamibus publicis erumpebant. ¶ Quorum tedio patres. L. Cornelium Scipionẽ Interregẽ: cõcordie causa: obseruare legem Liciniam comitiis consularibus iussere. P. Valerio Publicole datus e plebe collega. C. Martius Rutilius. ¶ Inclinatis semel in concordiam aĩmis: noui Consules funebrẽ quoq; rẽ: que distinere unanimos uidebatur: leuare agressi: solutionem alieni eris in publicam curam uerterunt: quinq; uiris creatis: quos mensarios: ab dispensatione pecunie appellarunt. Ii meriti equitate curaq; sunt: ut per omnium annalium munumenta celebres nominibus essent. Fuere autẽ. C. Duellius. P. Decius

DICTATOR T. MANLIUS.

Cerites uoniam impetrat a p(o)p(u)lo ro.

Maleficiũ

COHS. P. valerius publicola / C. Martius Rutilius.

Mensarij.

DICTATOR C IVLIVS

COS. PA. C. Sulpitius potitus
T. Quintius penus.

CESOR P(RI)MVS DE PLEBE QVI P(RI)M(VS) (ETIAM)
DICTATOR FVIT

DICTATOR M. FABIVS

CONS. L. Cornelius Scipio
M. Popilius Lenas.

Mus. M Papyrius. Q. publius &. T. Emilius: qui rem difficillimã tractatu & plerũq; parti utriq; : semper certe alteri: grauem. Tum alia moderatione: cum impẽdio magis publico: q̃ iactura: substinuerũt. Tarda enĩ nomina: et impeditiora: inertia debitorum: q̃ facultatibus: aut erarium mensis cum ere in foro positis: dissoluit: ut populo prius caueretur: aut estimatio equis rerum preciis liberauit: ut nõ modo sine iniuria: sed etiã sine querimoniis partis utriusq; exhausta uis ingens eris alieni sit. ¶ Terror inde uanus belli Etrusci: cum coniurasse. xii. populos fama esset: Dictatorem dici coegit. Dictus in castris: eo enim ad Consules missum Senatus Consultum est. Cl. Iulius cui magister equitum adiectus. L. Emilius. ¶ Ceterum foris tranquilla omnia fuere. ¶ Temptatũ domi per Dictatorem: ut ambo patritii Consules crearentur: rem ad Interregnum pduxit. Duo Interreges. Cl. Sulpitius et. M. Fabius interpositi: obtinuere: q̃d Dictator frustra tetenderat: mitiore iam plebe: ob recens meritum eris alieni: ut ãbo Patritii Consules crearentur. Creati ipse. Cl. Sulpitius Potitus: q prior interregno abiit. et. T. Quintius Penus. quidam Cesonem cognomen Quintio adiciunt. Ad bellum ambo profecti. Faliscum Quintius: Sulpitius Tarquiniense: nusquã acie congresso boste: cum agris magis: q̃ bominibus: urendo: populandoq; gesserunt bella. Cuius lẽte tabis senio uicta utriusq; pertinatia populi est: ut primum a Consulibus: deinde: permissu eorũ: ab Senatu inducias peterent. in q̃draginta annos impetrauerunt. ¶ Ita posita duorum bellorum: que imminebãt: cura: dum aliqua ab armis quies esset: qa solutio eris alieni multarum rerum mutauerat dominos: censum agi placuit. Ceterum cum censoribus creandis: indicta comitia essent: professus se petere censuram. Cl. Martius Rutilius: qui primus Dictator de plebe fuerat: concordiam ordinum turbauit. quod uidebatur quidem tempore alieno fecisse: quia ambo tũ forte Patritii Cõsules erant: qui rationem eius se babituros negabant. Sed et ipse constantia inceptum obtinuit. et Tribuni: omni ui: recuperando ius Cõsularibus comitiis amissum: adiuuerunt. et tũ ipsius uiri maiestas: nullius bonoris suffragium non equabat. cum per eundem qui ad Dictaturam apperuisset uiam: Censuram quoq; in partem uocari Plebs uolebat. nec uariatũ comitiis est: quin cũ Mãlio Neuio Censor Martius crearetur. ¶ Dictatorẽ quoq; bic annus babuit. M. Fabium nullo terrore belli: sed ne Licinia lex comitiis Cõsularibus obseruaretur. Magister equitum dictatori additus. Q. Seruilius. nec tñ Dictatura potentiorem eum consensum patrũ: Consularibus comitiis fecit: q̃ cẽsoriis fuerat. M. Popilius Lenas a Plebe Consul: a Patribus. L. Cornelius Scipio datus. fortuna quoq; illustriorem Plebeium Consulem fecit. Nam cum ingẽtem Gallorũ exercitũ in agro Latino castra posuisse nũtiatũ esset: Scipiõe graui morbo ĩplicito: Gallicum bellum Popilio extra ordinem datum. Is impigre exercitu scripto: cum omnes extra portam Capenam: ad martis edem conuenire armatos iuniores iussisset: signaq; eodem Questores ex erario deferre: quattuor expletis legionibus: q̃d supfuit militum. P. Valerio Publicole Pretori tradidit. Autor Patribus scribendi alterius exercitus: q̃d ad incertos belli euẽtus: subsidium rei. p. esset. Ipse iam satis omnibus instructis: comparatisq; : ad bostẽ pergit. cuius ut prius nosceret uires: q̃ piculo ultimo tentaret: in tumulo: quem proximum castris Gallorum capere potuit: uallũ ducere cepit. ¶ Gens ferox: et ingenii auidi ad pugnam: cum procul uisis Romanorũ signis: ut extemplo prelium initura: explicuisset aciem: post q̃ neq; in equum dimitti agmen uidit: et tum loci altitudine: tum uallo etiã integi Romanos: perculsos pauore rata: simul opportuniores quod intenti tum maxime operi essẽt: truci clamore aggrediũt. Ab Romanis nec opus intermissũ: triarii erãt: q muniebãt. et ab bastatis pncipibusq;

qui pro munitionibus intenti: armatiq; steterant: prelium initũ. Preter uirtutẽ: locus quoq; superior adiuuit: ut pila omnia basteq; non tanq̃ ex equo missa: uana: qđ plerunq; fit: caderẽt. sed omnia librata ponderibus: figerentur. oneratiq; telis Galli: quibus aut corpora transfixa: aut pregrauata inberentibus gerebant scuta: cũ cursu pene in aduersum subissent: primo incerti restitere. ¶ Deinde cum ipsa contatio: et in bis animos minuisset: et auxisset bosti: impulsi: retro ruere: alii super alios. strageq; inter se cede ipsa fediorem dare. adeo precipiti turba obtriti plures: q̃ ferro necati. ¶ Necdũ certa Romanis uictoria erat: alia in cãpũ digressis superat moles. Nanq; multitudo Gallorum: sensum omnem talis damni exuperans: uelut noua rursus exoriente acie: integrum militem: aduersus uictorem bostem ciebat. Stetitq; suppresso impetu Romanus. et quia iterum fessis subeunda dimicatio erat: et quod Cõsul: dũ inter ꝑmores incautus agitat: leuo bumero matari prope traiecto: cesserat parumper ex acie. Iãq; omissa contando uictoria erat: cum Cõsul uulnere alligato: reuectus ad ꝑma signa. ¶ Quid stas inquit miles: non cum latino sabinoq; boste res est: quem uictum armis: sotium ex boste facias. in beluas strinximus ferrũ. bauriendus aut dandus est sanguis. Propulistis a castris. supina ualle precipites egistis: stratis corporibus bostiũ supstatis. Complete eadem strage campos: qua montes replestis. Nolite spectare dũ stãtes nos fugiant. Inferenda sunt signa: et uadendum in bostem. ¶ His adbortationibus iterũ coborti: pellunt loco primos manipulos Gallorum. Cuneis deinde in medium agmen perrumpũt. Inde barbari dissipati: quibus nec certa imperia: nec duces essent: uertunt impetum in suos. fusiq; per campos: et preter castra etiã sua: fuga prelati: qđ editissimũ inter equales tumulos occurrebat oculis: arcem Albanam petunt. ¶ Consul non ultra castra ĩsequutus: quia et uulnus degrauabat: et subiicere exercitum tumulis ab boste occupatis nolebat. Preda omĩ castrorum militi data: uictorem exercitum opulẽtũq; Gallicis spoliis Romã reduxit. ¶ Moram triũpbo uulnus Consulis attulit. ¶ Eadẽq; causa Dictatoris desideriũ fecit Senatui: ut esset qui egris Cõsulibus comitia baberet. Dictator. L. Furius Camillus dictus: addito Magistro equitũ. P. Cornelio Scipiõe: reddidit Patribus possessionem pristini Consulatus. ipse ob id meritum: ingenti Patꝝ studio creatus Consul. collegam. Ap. Claudium Crassum dixit. ¶ Priusq̃ inirent noui consules Magistratum: triumpbus a populo de Gallis actus: magno fauore Plebis. ¶ Mussantesq; inter se rogitabant. Num quẽ Plebeii Consulis peniteret? simul Dictatorem increpabant: qui Licinie legis sprete mercedem consulatũ ꝓuata cupiditate: q̃ publica iniuria fediorem: cepisset: ut se ipe Consulem Dictator crearet. ¶ Annus bic multis uariisq; motibus fuit insignis. Galli ex Albanis montibus: quia byemis uim pati nequierant: per campos: maritimaq; loca uagi populabantur. Mare infestũ classibus Grecorũ erat. oraq; littoris Antiatis. Laurensq; tractus: et Tyberis bostia: ut ꝑdones maritimi: cum terrestribus cõgressi: ancipiti ꝑlio semel decertarent: dubiiq; discesserũt: in castra Galli: Greci retro ad naues: uictos se: an uictores putarent. Inter bos maximus longe extitit terror: Concilia populorum Latinorum ad lucum Ferentine babita. Responsũq; baud ambiguum imperantibus milites Romanis datũ: Absisterẽt imperare iis: quorum auxilio egerent. Latinos pro sua libertate potius: q̃ pro alieno impio laturos arma. Inter duo simul bella externa: defectiõe etiam sotiorũ Senatus anxius cum cerneret metu tenendos: quos fides non tenuisset: extendere omnes impii uires Consules delectu babendo iussit. ciuili quippe standum exercitu esse: q̃n sotialis cetus desereret. undiq; non urbana tantum: sed etiam agresti iuuentute: decẽ legiones scripte dicuntur: quaternum milium et ducentorum peditum. equitumq; trecentorũ.

Galli uicti ĩ monte atq; planitie ꝑpe alba

DICTATOR · L · FVRIVS · CAMILLVS ·

COHS · PA · L · Furius camillus
App · claudius crassus

Multe turbationes eod tpe

Quem nunc nouũ exercitum. Si qua ex terna uis ingruat: he uires populi Romani:
quas uix terrarum capit orbis: contracte in unum: haud facile efficiant. Adeo in que
laboramus sola creuimus: diuitias: luxuriamq; Inter cetera tristia eius anni Consul
alter. Ap. Claudius ĩ ipo belli apparatu moritᷣ. Redieratq; res ad Camillũ: cui unico
Consuli: uel ob aliam dignationem: haud subiiciendã dictature: uel ob omen faustũ:
ad Gallicum tumultum cognominis: dictatorem arrogari haud satis decoꝝ uisum ẽ
Patribus. Consul duabus legionibus urbi prepositis: octo: cum. L. Pinario Pretore
diuisis: memor paterne uirtutis: Gallicum sibi bellũ extra sortem sumit. Pretorẽ ma/
ritimam oram tutari: Grecosq; arcere littoribus: iussit. Et cum in agrum Pomptinum
descendisset: quia neq; in campis congredi: nulla cogente re uolebat: et probibendo
populationibus: quos rapto uiuere necessitas cogebat: satis domari credebat hostem:
locum idoneum statiuis delegit. Vbi cum statiõibus quieti tempus tererent: Gallus
processit: magnitudine atq; armis insignis. quatiensq; scutum hasta: cũ silẽtiũ fecisset:
prouocat pro interpretem unũ ex Romanis: q secũ ferro decernat. M. erat Valerius
Tribunus Militum: adolescens: qui haud indigniorem eo decore se: q̃. T. Manlium
ratus: prius sciscitatus Consulis uolũtatem: in medium armatus processit. minus ĩsigne
certamen humanum: numine interposito deoꝝ factum. Nam conferenti iam manũ
romano: coruus repẽte in galea cõsedit: in hostem uersus. Quod pmo: ut in auguriũ
celo missum: letus accepit Tribunus. pcatus deinde: si diuus: si diua esset: q sibi ppetẽ
misisset: uolens propitius adesset: dictu mirabile: tenuit non solum ales captam semel
sedem: sed quotienscũq; certamẽ initum est: leuans se alis os oculosq; hostis: rostro: et
unguibus appetit. donec territum prodigii talis uisu: oculisq; simul: ac mẽte turbatũ:
Valerius obtruncat. Coruus e cõspectu elatus orientẽ petit. Hactenus qete utriq;
stationes. Postq̃ spoliare corpus cesi hostis Tribunus cepit: nec Galli se statiõe tenu/
erunt: et Romanorum cursus ad uictorem etiam ocior fuit. Ibi circa iacentis Galli
corpus contracto certamine: pugna atrox concitatur. Iam non manipulis pximaꝝ
stationum: sed legiõibus utrinq; effusis: res geritur. Camillus letum militẽ uictoria
tribuni: letum tam presentibus ac secundis diis ire in prelium iubet. ostentansq; ĩsignẽ
spoliis tribunum: hunc imitare miles aiebat. et circa iacentem ducem sterne Gallorũ
cateruas. Dii hominesq; illi affuere pugne. Depugnatũ haud q̃q̃ certamine ãbiguo
cum gallis est. Adeo duorum militum euẽtum inter quos pugnatũ erat: utraq; acies
animis perceperat. Inter primos: quorum concursus alios exciuerat: atrox preliũ fuit.
Alia multitudo: prius q̃ ad cõiectum teli ueniret: terga uertit. Primo per Volscos:
Falernumq; agrũ dissipati sunt. inde Apuliam: ac mare Inferum petierunt. Cõsul
contione aduocata: laudatum tribunum: decem bobus aureaq; corona donat. Ipse
iussus ab Senatu bellum maritimum curare: cum pretore iunxit castra. ibi quia res
trahi segnitia Grecorum: non committentium se in aciem uidebantur: Dictatorem
comitiorum causa. T. Manlium Torquatũ: ex autoritate Senatus dixit. Dictator
Magistro Equitum. A. Cornelio Cosso dicto: Consularia comitia habuit. emulumq;
decoris sui absentem. M. Valerium Coruinum (Id enim illi deinde cognominis fuit:)
summo fauore populi: tris et. xx. natũ annos Consulẽ renũtiauit. Collega Coruino
de Plebe. M. Popilius Lenas. iiii. Cõsul futurus datus est. Cũ Grecis a Camillo nulla
memorabilis gesta res. nec illi terra: nec Romanus bellator mari erat. Postremo cum
littoribus acerẽtur: aqua etiam: preter alia necessaria usui deficiente: Italiã reliquere.
Cuius populi ea: cuiusq; gẽtis: classis fuerit: nihil certi ẽ. Maxime Sicilie fuisse tyrã/
nos crediderim. Nã ulterior Grecia: ea tẽpestate intestino fessa bello: iã Macedonũ

opes horrebat. ¶ Exercitibus dimissis: cum foris pax: et domi concordia ordinũ otiũ esset: ne nimis lete res essent: pestilentia ciuitatem adorta: coegit Senatum imperare Duũuiris: ut libros Sibyllinos inspicerent. eoꝝq; monitu lectisterniũ fuit. ¶ Eodem anno Satricũ ab Antiatibus colonia deducta. restitutaq; urbs quã Latini diruerãt. Et cum carthaginensibus Legatis Rome fedus ictum: cum amiciciam et sotietatem petentes uenissent. ¶ Idem otium domi: forisq; mansit. T. Manlio Torquato: secũdũ C. Plautio Consulibus. Semunciariũ tantũ: ex unciario factum fenus. et in pẽsiones equas triẽnii: ita ut q̃rta presens esset: solutio eris alieni dispẽsata est. Et sic quoq; pte Plebis affecta: fides tamen publica priuatis difficultatibus potior: ad curam Senatui fuit. leuate maxime res: qa tributo: ac delectu suspessum. ¶ Tertio ãno post Satricũ restitutum a uolscis. M. Valerius Coruinus secundum Consul cum. Cl. Petilio factus: cum ex Latio nunciatum esset: legatos ab Antio circumire populos Latinorum ad concitandum bellum: priusq̃ plus hostiũ fieret: Volscis arma inferre iussus: ad Satricũ exercitu infesto pergit. Quo cũ antiates: aliiq; Volsci preparatis ante: siquid ab roma moueretur: copiis: occurrissent: nulla mora inter infẽsos diutino odio: dimicãdi facta est. Volsci ferocior ad rebellandum: q̃ ad bellandũ gens: certamine uicti: fuga effusa Satrici menia petũt. et ne in muris quidem satis firma spe: cum corona militũ cincta iam scalis caperetur urbs: ad quattuor milia preter multitudinem imbellẽ se dedere. Oppidum dirutum. atq; incensum. ab ede tantum Matris matute abstinuere ignem. preda omnis militi data. ¶ Extra predam quattuor milia deditoꝝ habita. eos uinctos Consul ante currum Triumphans egit. Venditis deinde magnam pecuniã in erariũ redegit. ¶ Sunt qui hanc multitudinem captiuam seruorum fuisse scribant. Id magis ueri simile est: q̃ deditos uenisse. ¶ Hos cõsules sequuti sũt. M. Fabius Dorsuo. Ser. Sulpitius Camerinus. ¶ Aurum cum deinde bellum: ab repentina populatione ceptũ. Metuq; ne id factum populi unius: consilium omnis nominis Latini esset: Dictator uelut aduersus armatum iam Latium. L. Furius creatus Magistrum equitum. Cn. Manlium Capitolinũ dixit. Et cũ: qđ per magnos tumultus fieri solitũ erat: iustitio indicto delectus sine uacationibus habitus esset: legiones. quantum maturari potuit: in Auruncos ducte. Ibi predonum magis: q̃ hostium animi inuenti. Prima itaq; acie debellatum est. Dictator tamen: quia et ultro bellũ intulerant: et sine detractatiõe se certamini offerebãt: deorum quoq; opes adhibendas ratus: inter ipsam dimicationẽ edem Iunoni monete uouit. Cuius damnatus uoti: cum uictor Romam reuertisset: Dictatura se abdicauit. ¶ Senatus Duumuiros ad eandẽ edẽ: ꝓ amplitudine populi Romani faciendam: creari iussit. locus in arce destinatus que area edium. M. Mãlii Capitolini fuerat. Consules Dictatoris exercitu ad bellum Volscum usi: Soram ex hostibus: incautos adorti ceperũt. ¶ Anno postq̃ uota erat edes Monete dedicatur Cl. Martio Rutilio. iii. T. Manlio Torquato. ii. Consulibus. ¶ Prodigium ex tẽplo dedicationem sequutum: simile uetusto montis Albani prodigio. Nanq; et lapidibus pluit. et nox interdiu uisa intendi. librisq; inspectis cum plena religione ciuitas esset: Senatui placuit Dictatorem feriarum constituẽdaꝝ causa: dici. Dictus. P. Valerius Publicola. Magister equitum ei. Q. Fabius Ambustus datus est. Non tribus tantũ supplicatũ ire placuit. sed finitimos etiã populos. ordoq; iis quo qsq; die supplicarent: statutus. ¶ Iudicia eo anno populi tristitia: in feneratores facta: quibus ab Edilibus dicta dies esset: tradunt. ¶ Et res: haud ulla insigni ad memoriã causa: ad Interregnũ redit. ¶ Ex Interregno: ut id actum uideri posset: ambo Patritii Cõsules creati sunt M. Valerius Coruinus tertiũ. A. Cornelius Cossus. ¶ Maiora iã hinc bella: et uiribus

CAVSA·BELLI·RO[is] ꝯ SĀNITES.

bostium: et lõginquitate: uel Regionũ uel temporum spatio: quibus bellatum est: dicentur. Nanq; eo anno aduersus Samnites gentem opibus: armisq; ualidam: mota arma. Samnitium bellum Ancipiti marte gestum est. Pyrrbus bostis. Pyrrbum Peni sequuti: quanta rerum moles: quotiens in extrema periculorum uentum: ut in banc magnitudinem: que uix substinetur: erigi Imperium posset. Belli autem causa cum Samnitibus Romanis cum sotietate amiciciaq; iuncti essent: extrinsecus uenit. non orta inter ipsos est. Samnites Sidicinis iniusta arma: quia uiribus plus poterant: cũ intulissent: coacti inopes: ad opulentorum auxilium confugere: Campanis se se cõiungunt. Campani magis nomen: ad presidium sotiorũ: ꝗ uires cũ attulissent: fluẽtes luxu ab duratis usu armorum: in Sidicino pulsi agro: in se deinde molem omnẽ belli uerterunt. Nanq; Samnites omissis Sidicinis ipsam arcem finitimorũ: Campanos adorti. Vnde eq; facilis uictoria: ꝓde atq; glorie plus eẽt: Tifata immunentes capue colles: cum presidio firmo occupassent: descendũt inde quadrato agmine in planiciẽ: que Capuam Tifataq; interiacet. Ibi rursus acie dimicatũ. Aduersoq; prelio Cãpani: intra menia pulsi: cum robore iuuentutis sue acciso: nulla spes eẽt propinqua: coacti sunt ab Romanis petere auxilium. Legati introducti in Senatum maxime in bãc sententiam loquuti sunt.

Oro Legatoꝝ cãpanoꝝ ĩ Senatu ro.

Populus nos Campanus Legatos ad uos Patres conscripti misit: amiciciã in perpetuũ: Auxilium presens a uobis petitum. quã si secundis nostris rebus: petissemus: sic ut cepta celerius: ita infirmiore uinculo cõtracta esset. Tũc enĩ: ut qui exequo nos uenisse in amiciciam meminissemus: amici forsitã pariter: ac nũc: subiecti atq; obnoxii uobis minus essemus. Nunc misericordia uestra conciliati: auxilioq; in dubiis rebus defẽsi: beneficium quoq; acceptum colamus: oportet. ne ingrati: atq; omni ope diuina bumanaq; ĩdigni uideamur. Neq; bercule qđ Samnites priores amici: sotiiq; uobis facti sunt: ad id ualere: arbitror: ne nos in amiciciam suscipiamur: sed ut uetustate: et gradu: bonoris. nos prestent. Neq; enim federe Sãnitiũ: nequa noua iungeretis federa: cautum est. Fuit quidẽ apud uos iusta causa amicicie: uelle eum uobis amicũ esse: qui uos appeteret. Campani: etsi fortuna presẽs magnifice loqui probibet: non urbis amplitudine: nõ agri ubertate: ulli populo: preter ꝗ uobis: cedentes: baud parua ut arbitror accessio bonis rebus uestris: in amiciciam uenimus uestram. Equis Volscisq; eternis bostibus buius Vrbis: quandocunq; se mouerint: ab tergo erimus. et qđ uos pro salute nostra priores feceritis: id nos pro Imperio uestro: et gloria: semp faciemus. Subactis iis gentibus: que inter nos: uosq; sunt: qđ prope diẽ futurũ spondet: et uirtus: et fortuna uestra: continens Imperiũ usq; ad nos babebitis. Acerbum et miserum est: qđ fateri nos fortuna nostra cogit. Eo uentum est. P. c. ut aut amicorum: aut inimicoꝝ Campani simus. Si defenditis: uestri. Si deseritis: Sãnitiũ erimus. Capuam ergo et campaniam omnem: uestris an Samnitium uiribus accedere malitis: deliberate. Omnibus quidẽ Romani: uestram misericordiã: uestꝛ̃q; auxilium equum est petere. iis tamẽ maxime: qui etiam implorantibus aliis auxilium: dũ supra uires suas prestant: omnes in banc necessitatem uenerunt. Quanꝗ pugnauimus uerbo pro Sidicinis re pro nobis. Cum uideremus finitimũ populũ nefario latrocinio Samnitium peti: et ubi conflagrassent Sidicini ad nos traiecturum illud incendium esse. Nec enim nunc quia dolent: iniuriam acceptã Samnites: sed ꝗa gaudent: sibi oblatã esse causam: oppugnatum nos ueniunt. An si ultio ire bec: et non occasio cupiditatis explende esset: parum fuit: qđ semel in Sidicino agro: iteꝝ in Campania ipsa legiões nostras cecidere. Que est ista tam infesta ira: quã per duas acies fusus sanguis explere non potuerit? Adde buc populationem agrorum: predas bominum: atq; pecudum

actas:incendia uillarum: ac ruinas: om̄ia ferro igniq; uastata. Hiscine ira expleri nō potuit? Sed cupiditas explenda est. ea ad oppugnandam Capuam rapit. aut delere urbem pulcherrimam: aut ipsi possidere: uolunt. Sed uos potius Romani benefitio uestro occupate eā: q̃ illos habere per malefitium sinatis. Nō loquor: apud recusantē iniusta bella populum. Sed tñ si ostenderitis auxilia uestra: ne bello quidem arbitror uobis opus fore. usq; ad nos contemptus Samnitiū peruenit. supra nō ascendit. Itaq; umbra uestri auxilii Romani tegi possumus. Quicquid deinde habuimus: uestrum id omne existimaturi. Vobis arabitur ager Campanus. uobis Capua urbs frequētabitur. Conditorum: parentum: deorum immortalium: numero nobis eritis. Nulla colonia uestra erit: que nos obsequio erga uos: fideq; superet. Annuite. P. c. nutum numenq; uestrum inuictum Campanis. et iubete sperare incolumem Capuam futuram. Qua frequentia omnium generum multitudinis prosequente: creditis nos illinc profectos: q̃ omnia uotorum: et lachrymarum plena reliquisse? In q̃ nūc expectatiōe Senatū: populumq; Campanum: coniuges: liberosq; nostros esse? Stare omnem multitudinē ad portas: uiam hinc ferētem: prospectantes. Certū habeo: quid illis nos. P. c. sollicitis: ac pendentibus animis: renuntiare iubeatis. Alterum responsum salutem: uictoriam: lucem: ac libertatem: Alterū: ominari horreo que ferat: Proinde aut de uestris futuris sotiis: atq; amicis: aut nusq̃ ullis futuris nobis: consulite. Summotis deinde legatis cū consultus senatus esset: Et si magne parti urbs maxīa: opulētissimaq; italie: uberrimus ager: mariq; propinquus ad uarietates annone: horreū populi romani fore uidebat: tamen tanta utilitate fides antiquior fuit. Responditq; ita ex autoritate Senatus: Consul. Auxilio uos Campani dignos censet Senatus. sed ita uobiscum amicitiam institui par est: ne q̃ uetustior amicicia: ac sotietas uioletur. Samnites nobiscū federe iuncti sunt. Itaq; arma deos priusq̃ homines uiolatura: aduersus Samnites uobis ne/gamus. Legatos sicut fas iusq; est: ad sotios atq; amicos precatum mittemus: ne qua uobis uis fiat. Ad ea princeps legationis: sic enim domo mādatū attulerant. Quādo quidem inquit nostra tueri aduersus uim atq; iniuriā: iusta ui non uultis: uestra certe defēdetis. Itaq; populum Campanū: urbemq; Capuā: agros: delubra deū: humanaq; om̄ia: in uestram. P. c. Populiq; Romani ditionem dedimus. Quicqd deīde patiemur: deditii uestri passuri. Sub hec dicta: omnes manus ad consules tendentes: plene la/chrymarū: in uestibulo curie ꝓcubuerūt. Cōmoti patres uice fortunarū humanarū: si ille prepotens populus luxuria: potētiaq; clarus: a quo paulo ante auxiliū finitimi petissent: adeo infractos gereret aīmos: ut se ipē: suaq; om̄ia potestatis aliene faceret. Tum iam fides agi uisa: deditos non prodi. neq; facturum equa populum Samnitiū censebant: si agrum urbemq; per deditionē factam Populi Romani oppugnarēt. Legatos itaq; extēplo mitti ad Sānites placuit. Data mandata: ut preces Cāpanorū responsum Senatus: amicicie Samnitiū meōris: deditionē postremo fcām: Sānitibus exponerent: peterent pro sotietate amiciciaq;: ut deditis suis parcerent. neq; in eum agrum: qui Populi Romani factus esset: hostilia arma inferrent. Si leniter agendo parum proficerent: denuntiarent Samnitibus: Populi Romani: Senatusq; uerbis: ut capua urbe Cāpanoq; agro abstinerent. Hec legatis agentibus in cōcilio Sānitiū: adeo est ferociter responsum: ut non solum gesturos se esse dicerent id bellū: sed Ma/gistratus eorum e curia egressi: stantibus legatis Prefectos cohortium uocarent: iisq; clara uoce imperarent: ut predatum in agrum Campanū extemplo proficiscerent. Hac Legatione Romam relata: positis omnium aliarum rerum curis: Patres Fe/cialibus ad res repetendas missis: belloq;: quia non redderentur: sollemni more īdicto:

Cōsulis responsum

Legati ad cos. dedit... urbem ...

Legatis ro. ferociter a Samnitibus responsum et bellum indictum Samnitibus

valerij co. adhortatio ad milites c Sam

decreuerunt: ut primo quoq; tempore: de ea re ad Populum ferretur: iussuq; Populi Consules ambo cum duobus ab urbe exercitibus profecti: Valerius in Campaniam: Cornelius in Samnium. Ille ad montem Caluum: hic ad Satriculam castra ponunt. Priori ualerio Samnitium legiones: eo nanq; omnẽ belli molem inclinaturam cẽ/sebant. occurrunt. Simul in Campanos stimulabat ira: tã promptos nunc ad ferẽda nũc ad arcessenda aduersus se: auxilia. Vt uero castra Romana uiderũt: ferociter pro se quisq; signum duces poscere. affirmare eadem fortuna Romanum Campano laturũ opem: q̃ Campanus Sidicino tulerit. Valerius leuibus certaminibus: tentãdi hostis causa: haud ita multos moratus dies: signũ pugne ꝓposuit: paucis suos adhor/tatus. Ne nouum bellum eos: nouusq; hostis terreret. Quicquid ab Vrbe longius proferrent arma: magis: magisq; imbelles gentes eos ꝑdire. ne Sidicinoꝝ Cãpanoꝝq; cladibus Samnitium existimarent uirtutem. qualescunq; inter se certauerint: necesse fuisse alteram partẽ uinci. Cãpanos quidẽ haud dubie magis nimio luxu fluẽtibus rebus: mollitiaq; sua: q̃ ui hostium: uictos eẽ. Quid aũt eẽ duo prospera in tot seculis bella Samnitum: aduersus tot decora Populi Romani: qui triumphos pene pluris: q̃ annos: ab urbe condita numeret? Qui omnia circa se: Sabinos: Etruriã: Latinos: Hernicos: Volscos: Auruncos: domita armis habeat? Qui Gallos tot preliis cesos: Postremo in mare ac naues fuga compulerit? Cũ gloria belli: ac uirtute sua quẽq; fretos ire in aciem debere: Tum etiam intueri cuius ductu: auspicioq; ineũda pugna sit. Verum qui audiendus dumtaxat magnificus adhortator sit: uerbis tantũ ferox: operum militarium expers: an qui et ipsa tela tractare: procedere ante signa: uersari media in mole pugne sciat. facta mea: non dicta: uos milites inqt sequi uolo. nec dis/ciplinam modo: sed exemplum etiam a me petere. Non factionibus modo: nec per contiões usitatas nobilibus: sed hac dextra mihi tres Consulatus: summamq; laudem: peperi. Fuit cũ hoc dici poterat: Patritius enim eras. et a liberatoribus patrie ortus. et eodem anno familia ista Consulatum: quo urbs hec Consulem habuit. Nunc iam nobis Patribus: uobisq; Plebeis promiscuus consulatus patet: nec generis: ut ante: sed uirtutis est premiũ. Proinde summũ quodq; spectate milites decus. Non si mihi nouũ hoc Coruini cognomen dii autoribus homines dedistis: publicolarum uetustũ familie nostre cognomen: memoria excessit. Semper ego Plebem Romanã: militie: domiq: priuatus: in Magistratibus: paruis: magnisq: eq; Tribunus: ac Consul: eodem tenore: per omnes deinceps consulatus colo: atq; colui. Nunc qđ instat: diis bñiuuantibus nouum atq; integrum de Samnitibus triumphũ mecum petite. Non alias militi fa/miliarior Dux fuit: oĩa inter infimos militũ haud grauate munia obeũdo. In ludo preterea militari cum uelocitatis: uiriumq; inter se equales certamina ineũt: comiter facilis: uincere: ac uinci: uultu eodem: nec quẽq̃ aspnari parem: qui se offerret factis benignus ꝓ redictis: haud minus libertatis aliene: q̃ sue dignitatis: meõr. Et quo nihil popularius: ẽ qbus artibus petierat Magistratus: iisdẽ gerebat. Itaq; uniuersus ex/ercitus incredibili alacritate: adhortationẽ prosequutus Ducis: castris egredit. Preliũ ut qđ maxime unq̃: pari spe: utrinq; eqs uiribus: cũ fiducia sui: sine contẽptu hostiũ: commissum est. Samnitibus ferociam augebant noue res geste: et paucos ante dies geminata uictoria. Romanis contra quadringentorum annorum decora. et cõdite urbi equalis uictoria. Vtrisq; tamen nouus hostis: curam addebat. Pugna inditio fuit: quos gesserint animos. Nanq; ita conflixerunt: ut aliquandiu in neutram partẽ inclinaret acies. Tum Consul trepidationem iniiciendam ratus: quando ui pelli non poterãt: equitibus immissis turbare prima signa hostium conatur. Quos ubi neq̃q̃

tumultuantes in spatio exiguo uoluere turmas uidit: nec posse aperire in hostes uiã: reuectus ad Antesignanos legionũ. Cum desiluisset ex equo. ¶ Nostrũ inqt peditũ illud milites est opus. agite dum: ut me uideritis: qua cum incessero in aciem hostium ferro uiam facientem: sic pro se q̃sq; obuios sternite. Illa nunc om̃ia: qua nũc erecte micãt haste: patefacta strage uasta cernetis. ¶ Hec dicta dederat: cũ equites: Cõsulis iussu: discurrunt in cornua. legionibusq; in mediã aciẽ aperiunt uiã. ¶ Primus omniũ Consul inuadit hostem. et cũ quo forte obtulit gradũ: obtruncat. ¶ Hoc spectaculo accensi dextra leuaq; ante se quisq; memorandũ preliũ ciet. ¶ Stant obnixi Sãnites: quanq̃ plura accipiunt: q̃ inferunt uulnera. ¶ Aliquandiu iam pugnatum erat. Atrox cedes circa signa Samnitium: fuga a nulla dũ parte erat: Adeo morte sola uici desti/nauerant animis. ¶ Itaq; Romani cum effluere iam lassitudine uires sentirent: et diei haud multum superesse: accẽsi ira: concitant se in hostem. ¶ Tum primũ referri pedẽ: atq; inclinari rem in fugam: apparuit. tum capi: occidi Samnis. nec supfuisset multi: ni nox uictoriam magis: q̃ prelium: diremisset. ¶ Et Romani fatebantur: nunq̃ cum pertinatiore hoste conflictũ. ¶ Et Samnites cum quereretur: quenam prima causa tam obstinatos mouisset in fugam: oculos sibi romanorum ardere uisos aiebant. ue/sanosq; uultus: et furẽtia ora. Inde plusq̃ ex alia ulla re terroris ortũ. ¶ Quẽ terrorẽ non pugne solũ euentu: sed nocturna profectiõe: confessi sunt. ¶ Postero die uacuis hostiũ castris Romanus potitur. quo se omnis Campanorum multitudo gratulabũda effudit. ¶ Ceterum hoc gaudium magna prope clade in Samnio fedatum est. Nam ab Satricula profectus Cornelius Cõsul exercitũ incaute in saltũ: caua ualle puiũ: circaq; insessum ab hoste ĩduxit. nec prius: q̃ recipi tuto signa nõ poterant: ĩminẽtem capiti hostem uidit. ¶ Dum id more Samnitibus est: quoad totum in uallem infimam dimitteret agmen. P. Decius Tribunus Militum: conspicit unum editũ in saltu collẽ. imminentẽ hostiũ castris. Additu arduũ impedito agmini. expeditis haud difficilem. Itaq; consuli territo animi. ¶ Vides ne tu inqt. A. Corneli: cacumẽ illud: supra hostẽ? Arx illa ẽ spei: salutisq; nostre: si eam: q̃m ceci reliquere Samnites: impigre capimus. Nec tu mihi plus q̃ unius legionis Principes hastatos dederis: cum quibus ubi euasero in summum: perge hinc: omni liber metu. teq; et exercitum serua. Neq; enim moueri hostis subiectus nobis ad omnes ictus: sine sua pnitie poterit. Nos deinde: aut fortuna Populi Romani aut nostra uirtus expediet. ¶ Collaudatus a Cõsule: accepto p̃sidio: uadit occultus per saltum: nec prius ab hoste est uisus: q̃ loco: quem petebat: appro/pinquauit. ¶ Inde ammiratione pauentibus cũctis: cum omniũ in se uertisset oculos: et spatium Consuli dedit: ad subducendum agmẽ: in equiorem locum: et ipse in sũmo constitit uertice. Samnites dum huc illuc signa uertunt: utriusq; rei omissa occasiõe: neq; consequi consulem: nisi per eãdem uallem: in qua paulo ante subiectum eũ telis suis habuerant: possunt. nec erigere agmen: in captum super se ab Decio tumulum. Sed cum ira: in hos magis: qui fortunam gerende rei eripuerant: tum propinquitas loci: atq; ipsa paucitas: incitat. Et nunc circundare undiq; collem armatis uolunt: ut a Consule Deciũ intercludant: nunc uiam patefacere: ut digressos in uallẽ adoriantur. Incertos quid agerent nox oppressit. ¶ Decium primum spes tenuit cum subeuntibus in aduersum collem: ex superiori loco se pugnaturum. Deinde ammiratio incessit: qd nec pugnam inirent: nec si ab eo consilio iniquitate loci deterrerentur: ope se ualloq; circundarent. ¶ Tum Centurionibus ad se uocatis. ¶ Que nam illa inscitia belli: ac pi/gritia est: aut quonam modo isti ex Sidicinis. Campanisq; uictoriã pepererunt? huc atq; illuc signa moueri: ac modo in unum cõferri: modo educi: uidetis. Opus quidem

Acerrime utrinq pugnatur

Oculos Ro. militũ ardẽ Sãnitib' visos

Victi Sanites

P. Decii tri. mi. virtute Cornelii cos. exercitus saluat'

incipit nemo. cum iam circundati uallo potuerimus esse. ¶ Tũ uero nos similes istorũ simus: si diutius hic moremur: q̃ commodum sit. ¶ Agitedum: ite mecum: uidum lucis aliquid superest: quibus locis presidia ponant: qua pateant hinc exitus: exploremus. ¶ Hec oĩa sagulo gregali amictus: Centurionibus item manipulariũ habitu militũ ductis: ne Ducem circuire hostes notarent: perlustrauit. ¶ Vigiliis deinde dispositis: ceteris omnibus tesseram dari iubet. Vbi secunde uigilie buccine datum signum esset: armati cum silentio ad se conuenirent. ¶ Quo ubi: sicut edictũ erat: taciti cõuenerũt. ¶ Hoc silentiũ milites inquit omisso militari assensu: in me audiendo: seruandum est. Vbi sentẽtiam meam uobis peregero: tum quibus eadẽ placebunt: in dextram ptem taciti transibitis: que pars maior erit: eo stabitur consilio. ¶ Nõ fuga delatos: nec inertia relictos hic uos circunuenit hostis. uirtute cepistis locum. uirtute hinc oportet euadatis. Veniendo huc exercitum egregium Populi Romani seruastis. Erũpendo hinc: uos metipsos seruate. Digni estis: q pauci pluribus opẽ tuleritis: ipsi nullius auxilio egueritis. ¶ Cum eo hoste res est: qui hesterno die delendi omnis exercitus: fortuna: p socordiam: usus non sit. ¶ Hunc tam opportunum collem imminentem capiti suo nõ ante uiderit: q̃ captũ a nobis. ¶ Nos tam paucos: tot ipi milibus hominũ: nec ascensu arguerit: nec tenentes locum. ¶ Cum diei tantum superesset: uallo circundederit. Quẽ uidentem ac uigilantem sic eluseritis: sopitum oportet fallatis. immo necesse est. In eo enim loco res sunt nostre: ut ego uobis magis necessitatis uestre index: q̃ cõsilii autor sim. neq; enim maneatis: an abeatis hinc: deliberari potest: cum preter arma: et aĩmos armorum memores: nihil uobis fortuna reliqui fecerit. fame: et siti moriendum sit: si plus q̃ uiros ac Romanos decet ferrum timeamus. ¶ Ergo una est salus erumpere hĩc atq; abire. ¶ Aut id interdiu: aut nocte: faciamus: oportet. Ecce hoc aliud minus dubium. quippe si lux expectetur: que spes est: nõ uallo perpetuo: fossaq; nos septurũ hostem: qui nũc corporibus suis subiectis undiq; cinxerit: ut uidetis: collem? At si nox oportuna est eruptiõi: sicut est. Hec pfecto noctis aptissima hora ẽ. ¶ Signo secũde uigilie conuenistis: quod tempus mortales somno altissimo premit. per corpa sopita uadetis: uel silẽtio incautos fallẽtes: uel sentientibus clamore subito pauorẽ iniecturi. me modo sequimini quem sequuti estis. Ego eandem que duxit huc: sequar fortunã. ¶ Quibus hec salutaria uidentur: agitedum in dextram partẽ pedibus transite. ¶ Oẽs transierunt. uadẽtemq; per intermissa custodiis loca Deciũ sequuti sunt. ¶ Iã euaserãt media castra. cum superscandens uigilum strata somno corpora miles: offenso scuto prebuit sonitum. Quo excitatus uigil: cum proximum mouisset: erectiq; alios concitarent: ignari ciues: an hostes: presidiũ erũperet: an Consul castra cepisset. ¶ Decius: quoniã non fallerent: clamorẽ tollere iussis militibus: torpidos somno: insup pauore exanimat: quo impediti: nec arma impigre capere: nec obsistere: nec insequi: poterãt. ¶ Inter trepidationem tumultũq; Samnitiũ: presidium Romanũ obuiis custodibus cesis: ad castra Consulis peruadit. ¶ Aliquantulum super erat noctis: iamq; in tuto uidebantur esse. ¶ Macti uirtute inquit Milites Romani. et enim uestrũ iter: ac reditũ omnia secula laudibus ferent. sed ad conspiciendam tantam uirtutẽ luce: ac die: opus est. Nec uos digni estis: quos cũ tanta gloria in castra reduces silentiũ: ac nox tegat. hic lucem quieti operiamur. ¶ Dictis obtemperatum. atq; ubi primum illuxit: pmisso nuntio ad Consulem in castra ingenti gaudio cõcitantur. et tessera data: incolumes reuerti: qui sua corpora pro salute omnium: haud dubio periculo: obiecissent. Pro se quisq; obuiã effusi laudant gratulantẽ. ¶ Singulos: uniuersosq; seruatores suos uocãt. Diis laudes: gratesq; agunt. decium in celum ferunt. ¶ Hic Decii castrensis triumphus

fuit: incedentis per media castra cum armato presidio coniectis in eum omniũ oculis: et omni honore Tribunum Consuli equantibus. Vbi ad Pretorium uentũ ẽ: Consul classico ad Contionem uocat. ¶ Orsusq; meritas Decii laudes: interfante ipso Decio: distulit Contionẽ. qui autor omnia posthabendi: dũ occasio in manibus esset: ꝑpulit Consulem: ut hostes: et nocturno pauore attonitos: et circa collem castellatim dissi/patos: aggrederetᷣ. ¶ Credere etiã aliquos ad se sequẽdũ emissos: ꝑ saltũ uagari. ¶ Iusse legiões arma cape: egresseq; castris: cũ ꝑexploratores notior iã saltus eẽt. Quia patẽ/tiore ad hostẽ ducuntᷣ. ¶ Quẽ incautũ ĩprouiso adorte: cũ palati passim Samnitium milites pleriq; ĩermes: nec coire in unũ: nec arma cape: nec recipe ĩtra uallũ se possẽt: Pauentem primum intra castra compellunt. Deinde castra ipsa turbatis statiõibus capiunt. perfertur circa collem clamor. fugatq; ex suis quenq; presidiis. Ita magna pars absenti hosti cessit. quos intra uallum egerat pauor. ¶ Fuere aũt ad. xxx. milia: omnes cesi castra direpta. ¶ Ita rebus gestis Consul aduocata Contione. P. Decii non ceptas solum ante: sed cumulatas noua uirtute laudes peragit. ¶ Et preter militaria alia dona: aurea corona eum: et centũ bobus: eximioq; uno albo opimo: auratis cor/nibus: donauit. ¶ Milites qui in presidio simul fuerant: duplici frumento in perpetuũ: in presentia singulis bobus prius binisq; tunicis donati. ¶ Secundũ Cõsulis donationẽ: legiões Gramineam coronam obsidialem: clamore donũ approbantes: Decio ĩponũt. Altera corona eiusdem honoris indexa Presidio suo imposita est. ¶ His decoratus in/signibus: bouem eximium marti immolauit. ¶ Centum boues militibus dono dedit: qui secum in expeditione fuerant. omniaq; ea ingenti alacritate per clamorem militarẽ: indicem omniũ assensus: gerebantur. ¶ Tertia pugna ad suessulam commissa est. qua fugatus a. M. Valerio Samnitium exercitus: omni robore iuuentutis domo accito: certamine ultimo fortunam experiri statuit. Ab Suessula nũtii trepidi Capuã: inde ꝗꝛeres citati ad Valeriũ Consulẽ: opem oratũ: ueniunt. Confestim signa mota relictis impedimentis castrorum ualido presidio raptim agitᷣ agmen. ¶ Nec procul ab hoste locum exiguum: ut quibus preter equos: ceterorum iumentorum calonumq; turba abesset: castris cepit. Samnitium exercitus: uelut haud ulla mora pugne futura esset: aciẽ instruit. Deĩde postq̃ nemo obuius ibat: infestis signis ad castra hostiũ succedit. ¶ Ibi: ut militem in uallo uidit: missiq; ab omni parte exploratum: q̃ in exiguũ orbẽ contracta castra essent. Paucitatem deinde hostium colligentes: retulerunt: fremere omnis acies: complendas esse fossas. scindendumq; uallum: et in castra irrumpendum. Transactumq; ea temeritate bellum foret: ni Duces cõtinuissent impetum militum. Ceterum quia multitudo sua commeatibus grauis: et prius sedendo ad Suessulam: et tum certaminis mora: haud procul ab rerum omnium inopia esset: placuit dũ inclusus paueret hostis: frumentatũ per agros militẽ duci. interim et romano: qui expeditus: quantum humeris inter arma geri posset: frumenti secum attulisset: defutura omnia. ¶ Consul palatos per agros cum uidisset hostes: stationes infrequentes relictas: paucis milites adortatus: ad castra oppugnanda ducit. Que cum primo clamore atq; impetu cepisset: pluribus hostiũ in tentoriis suis: q̃ in portis: ualloq; cesis: signa captiua in unũ locum conferri iussit. ¶ Relictisq; duabus legionibus custodie: et presidii causa: graui edicto monitis: ut donec ipse reuertisset: ꝑda abstinerẽt. Profectus agmĩe instructo: cum premissis eques uelut in dagine dissipatos Samnites ageret: cedem ingentẽ fecit. Nam neq; signo coire inter se: neq; utrum castra peterent: an longiorem intenderẽt fugam territis cõstare poterat. tantũq; fuge ac formidinis fuit: ut ad. xl. milia scutoꝝ: nequaq̃ tot cesis: et signa militaria cũ iis: que in castris capta erant: ad. clxx. ad cõsulẽ

deferrentur. Tum in castra hostium reditum. ibiq; omnis preda militi data. ¶ Huius certaminis fortuna et Faliscos: cū in induciis essent: fedus petere ab Senatu coegit. Et latinos: iam exercitibus comparatis: ab Romano in Pelignum uertit bellū. ¶ Neq; ita rei geste fama Italie se finibus tenuit. ¶ Sed Carthaginēses quoq; legatos gratulatum Romā misere: cū corone auree dono: que in Capitolio in Iouis sella poneretꝰ. fuit pondo. xxv. ¶ Consules ambo de Samnitibus triūpharunt: sequēte Decio insigni cum laude: donisq;: cum incondito militari ioco: haud minus Tribuni celebre nomē: q̄ Consulum esset. ¶ Campanorum deinde Suessanoꝝq; audite Legatiōes. ꝑcantibus datum ut presidium eo in hyberna mitteretur quo Samnitium excursiōes arcerentꝰ. ¶ Iam tum minime salubris militari discipline Capua: instrumēto omniū uoluptatū: delinitos militum animos: auertit a memoria patrie. Inibanturq; cōsilia in hybernis: eodem scelere adimēde cāpanis capue: per qđ: illi eā antiquis cultoribus ademissent. neq; immerito: suum ipsorum exemplum in eos uersurum. Cur autem potius Cāpanī agrum Italie uberrimum: dignam agro urbem: qui nec se: nec sua tutari possint: q̄ uictor exercitus haberet: q suo sudore: et sanguine: inde Sānites depulisset? An equū esse dediticios suos illa felicitate atq; amenitate ꝑfrui: se militando fessos: in pestilētia: atq; arido circa urbem solo: luctari. aut in Vrbe insidentem labem crescentis indies fenoris pati? ¶ Hec agitata occultis coniurationibus: nec dū uulgata in oīs cōsilia: inuenit nouus Cōsul Claudius Martius Rutilius cui Campania sorte Prouintia euenerat. Q. Seruilio Collega ad Vrbem relicto. Itaq; cum omnia sicut gesta erant: ꝑ Tribunos comperta: et etate haberet: et usu doctus: quippe cum iam quarto Cōsul esset: Dictatorq;: et Censor fuisset: optimū ratus: differendo spem: quandocūq; uellētconsilii exequendi: militarem impetum frustrare: rumorem dissipat. In hisdē oppidis et anno post presidia hybernatura: diuisa enim erant per campanie urbes. Manauerantq; a Capua consilia in exercitum omnem. ¶ Eo laxamento cogitationibus dato: quieuit in presentia seditio. ¶ Consul educto in estiua milite: dum quietos Samnites habebat: exercitum purgare missionibus turbulentorum hominum: instituit. Aliis emerita dicendo stipendia esse. Alios graues iam etate esse: aut uiribus parū ualidos. quidam in commeatus mittebantur. ¶ Singuli primo: deinde et cohortes quedā: quia procul ab domo: et rebus suis hybernassent: per speciem militarium usuū: magna pars ablegati. ¶ Quam multitudinem Consul alter Rome Pretorq; alias ex aliis fingendo moras: retinebat. ¶ Et ꝓmo quidē ignari ludificationis minime inuiti domos reuisebātꝰ. ¶ Postq̄ neq; reuerti ad signa primos: nec ferme aliū: q̄ qui in campania hybernassētꝰ: precipueq; ex iis seditionis autores: mitti uiderunt: primum ammiratio: deinde haud dubius timor incessit animos: consilia sua emanasse. ¶ Iam questiones: iam iudicia: iam occulta singulorum supplicia: impotensq; et crudele Cōsiliū: ac Patrum in se Regnū passuros. ¶ Hec qui in castris erant: occultis sermonibus serunt: neruos coniurationis electos arte Consulis cernentes. ¶ Cohors una cū haud procul Anxur esset: ad Lautulas saltu angusto inter mare ac montes consedit. ad excipiendos quos Consul aliis: atq; aliis: ut ante dictum est: causis mittebat. ¶ Iam ualida ad modum numero manus erat: nec quicq̄ ad iusti exercitus formam: preter Ducē deerat. Incōpositi itaq; predantes in agrum Albanum perueniunt: et sub iugo Albe Longe castra uallo cingūt. ¶ Perfecto deinde opere: reliquum diei de Imperatore sumendo sententiis decertant. nulli ex presentibus satis fidentes. quem autem ab domo posse acciri: quē Patrū: aut Plebis esse: qui aut se tanto periculo sciens offerat: aut cui ex iniuria insanientis exercitus: causa recte cōmittatꝰ. ¶ Postero die: cū eadē deliberatio teneret: ex ꝑdatoribus

uagis quidam compertum attulerunt. T. Quintium in Tusculano agrum colere: urbis honorumq; immemorem. ¶ Patritie hic uir gentis erant. Cui cum militie magna cum gloria acte: finem pes alter ex uulnere claudus fecisset: ruri agere uitam: procul ambitione ac foro constituit. ¶ Nomine audito extemplo agnouere uirũ. et quod bene uerteret acciri iusserunt. ¶ Sed parum spei erat: uoluntate quicq̃ facturum. uim adhibere: ac metum placuit. Itaq; silentio noctis cum tectũ uille: qui ad id missi erãt: intrassent: somno grauis Quintium oppressum: nihil medium: aut imperium atq; ho/norem: aut ubi restaret mortem: ni sequeretur denuntiantes: in castra pertraxerunt. ¶ Imperator ex templo adueniens appellatus. Insigniaq; honoris: exterrito subite rei miraculo deferunt. et ad Vrbem ducere iubent. ¶ Suo magis inde impetu: q̃ consilio Ducis: conuulsis signis: in festo agmine ad lapidem octauum uie: que nunc Appia est perueniunt. ¶ Issentq; confestim ad urbem: ni uenire cõtra exercitum: Dictatoremq; aduersus se. M. Valerium Coruinum dictum: audissent. et Magistrum Equitũ. L. Emilium Mamercũ. ¶ Vbi primũ in conspectu uentũ est: arma signaq; agnouere: extemplo omnibus memoria patrie iras ꝑmulsit. ¶ Nondũ erant tam fortes ad sang/uinẽ ciuilẽ nec ꝑter externa nouerant bella: ultimaq; rabies: secessio ab suis habebat. ¶ Itaq; iam Duces: iam milites utriq; congressus querere ad colloquia. ¶ Quintius: quẽ armorum etiam pro patria satietas teneret: ne dum aduersus patriã. ¶ Coruinus: omis caritate ciues: precipue milites: et ante alios suum exercitum complexus: ad colloquiũ processit. Cognito ei: extemplo: haud minor ab aduersariis uerecũdia: q̃ ab suis: silẽtiũ datum. ¶ Deos inquit immortales Milites uestros publicos meosq;: ab Vrbe ꝓficiscẽs ita adoraui: ueniamq; supplex poposci: ut mihi de uobis concordie parte gloriã: non uictoriam: darent. Satis fuit: eritq;: unde belli decus pariatur. Hinc pax petenda est q̃d deos immortales inter nũcupanda uota expoposci: Eius me compotem uoti uos facere potestis. si meminisse uultis: non uos in Samnio: nec in Volscis: sed in Romano solo castra habere. Si illos colles: quos cernitis: patrie uestre esse. si hunc exercitũ: ciuiũ uestrorum: si me Consulem uestrum cuius ductu: auspicioq; priore anno bis legiones Samnitiũ fudistis. Bis castra ui cepistis. Ego sum. M. Valerius Coruinus milites: cuius uos nobilitatem beneficiis erga uos: non iniuriis sensistis. Nullius superbe in uos legis: nullius crudelis Senatus Cõsulti autor in omibus meis imperiis in me seuerior: q̃ in uos. Ac sicui gens: sicui sua uirtus: sicui etiam maiestas: sicui honores subdere spiritus potu/erunt: is eram natus: id specimen mei dederam: ea etate Consulatum adeptus eram: ut potuerim tris et uiginti annos natus Consul: patribus quoq; ferox esse: nõ solũ Plebi. Quod meum: factum: dictumue Cõsulis: grauius: q̃ Tribuni: audistis? Eodẽ tenore: duos insequentes Consulatus gessi. Eodem hec imperiosa Dictatura geretur: ut neq; in hos meos: et patrie mee milites: mitior: q̃ i uos: horreo dicere hostes. ¶ Ergo uos ꝑus in me strinxeritis ferrum: q̃ in uos ego. Istinc clamor prius incipiet: atq; impetus: si di/micandum est. Inducite in animum: q̃d non induxerunt patres: auiq; uestri. Nõ illi: qui in sacrũ montem secesserunt: non hi: q postea auentinum insederũt. Expectate dum uobis singulis: ut olim Coriolano: matres: cõiugesq; crinibus passis obuie ab urbe ueniant. ¶ Tum Volscorum legiones: quia Romanum habebant Ducem: quieuerũt. Vos Romanus exercitus: nõ destiteritis impio bello? . T. Quinti quocũq; istic loco: seu uolens: seu inuitus: constitisti. Si dimicãdum erit: tum tu in nouissimos te recipito. ¶ Fugeris etiam honestius: tergumq; ciui dederis: q̃ pugnaueris contra patriã. ¶ Nunc ad pacificandũ bene atq; honeste inter ꝑmos stabis. et colloqi: huius salutaris iterpres fueris. Postulate eq̃ et ferte. quã q̃ uel iniqs standũ potius: q̃ impias inter nos cõseramus

Quintij orō ad suos pro concordia

manus. T. Quintius plenus lachrymarum ad suos uersus. Me quoq; inquit Milites: si quis usus mei est: meliorem pacis: q̃ belli habetis ducē. Non enim illa modo Volscus: aut Samnis: sed Romanus uerba fecit. uester Consul: uester Imperator milites: cuius auspicia pro uobis experti. nolite aduersus uos uelle experiri. Qui pugnarēt uobiscū infestius: et alios Duces Senatus habuit: qui maxīe suis militibus placeret: cui plurimū uos Imperatori uestro crederetis: eum elegit. pacem etiam qui uincere possūt: uolūt. Quid uos uelle oportet? ¶ Quin omissis ira: et spe: fallacibus autoribus: nos ipsos nostraq; omnia cognite permittimus fidei? ¶ Approbantibus clamore multis. T. Quītius ante signa progressus: in potestate Dictatoris milites fore dixit. ¶ Orauit ut causam miserorum ciuium susciperet. susceptāq; eadē fide: qua rem. pu. amministrare solitus esset: tueretur. ¶ Sibi se priuati nihil cauere. nolle alibi q̃ in innocētia spem habere. ¶ Militibus cauendum: qđ apud Patres semel: Plebi iterum: legionibus cautum sit: ne fraudi secessio esset. ¶ Quintio collaudato: ceteris bonū aīmū habere iussis: Dictator equo citato ad Vrbem reuectus: autoribus Patribus tulit ad Populum: in loco Petillini: ne cui militum fraudi secessio esset. ¶ Orauit etiam bona uenia Quirites: ne quis eam rem ioco: serioue cuiq̃ exprobraret. ¶ Lex quoq; sacrata militaris lata est: ne cuius militis scripti nomen: nisi ipso uolente deleretur. ¶ Additumq; legi. ne q̄s ubi tribunus Militum fuisset: postea ordinum ductor esset. ¶ Id propter. P. Salonium postulatum est: a coniuratis: qui alternis prope annis: et Tribunus Militum: et p̄mus Centurio erat: quem nunc primipilū appellant. ¶ Huic infensi milites erant: qđ semp aduersatus nouis consiliis fuisset. et ne particeps eorum esset: qui ab Lautulis fugissent. ¶ Itaq; cum hoc unū propter Saloniū ab Senatu non impetraretur. ¶ Tū Salonius obtestatus Patres conscriptos ne suum honorem pluris: q̃ concordiam ciuitatis estimarent: perpulit: ut id quoq; ferretur. ¶ Eque impotens postulatū fuit: ut de stipēdio equitum: merebant autem triplex ea tempestate: era demerentur: qđ aduersati coniurationi fuissent. ¶ Preter hec inuenio apud quosdam. L. Genutium Tribunū Plebis tulisse ad Populum: ne fenerare liceret. ¶ Item aliis Plebiscitis cautum: ne quis eundē Magistratum intra decem annos caperet. ¶ Neu duos Magistratus uno āno gereret. ¶ Vtiq; liceret Consules ābos Plebeios creari. ¶ Que si oīa cōcessa sūt plebi: apparet: haud paruas uires defectionem habuisse. ¶ Aliis annalibus proditū ē: neq; Dictatorē Valerium dictum. sed per Consulē omnē rem actam. ¶ Neq; ante q̃ Romā ueniret: sed Rome: eam multitudinem coniuratorum ad arma: consternatam esse. ¶ Nec in T. Quintii uillam: sed in edes. C. Manlii: nocte impetum factum: eumq; a coniuratis comprehensum: ut dux fieret. ¶ Inde ad q̃rtū lapidē profectos: loco munito cōsedisse. ¶ Nec ab ducibus mentionem concordie ortam: sed repēte cum in aciem armati exercitus processissent salutationem factam. et permixtos dextras iungere ac complecti inter se lachrymātes milites cepisse: coactosq; Cōsules: cū uiderēt auersos a dimicatiōe militum animos: retulisse ad Patres de concordia reconcilianda. ¶ Adeo nihil preter q̃ seditionem fuisse: eamq; compositam: inter antiquos rerum autores constat. ¶ Et huius fama seditionis: et susceptum cum Samnitibus graue bellum: aliquot populos a Romana societate auertit. Et preter Latinoꝝ infidum. iam diu fedus: Priuernates etiā Norbe: atq; Setiā finitimas colonias: Romanas: īcursiōe subita: depopulati sūt.

liber octauus

IAm Consules erant. C. Plautius secundum. L. Emilius Mamercus: cũ Setini:
Norbaniq; Romã: nuntii defectionis Priuernatiũ: cũ querimoniis accepte
cladis: uenerunt. ¶ Volscorum item exercitum Duce Antiati populo cõsedisse
ad Satricum: allatum est. Vtrunq; bellum Plautio sorte uenit. ¶ Prius ad
Priuernũ ꝑfectus: extẽplo acie conflixit. ¶ Haud magno certamĩe deuicti
hostes. oppidum captum redditũq; Priuernatibus: presidio ualido imposito.
Agri partes due adempte ¶ Inde uictor exercitus Satricum: cõtra Antiates
ductus. ibi magna utrinq; cede: atrox prelium fuit. Et cum tempestas eos: neutro in/
clinata spe: dimicantes diremisset: Romani nihil eo certamine tam ambiguo: fessi: in
posterum diem prelium parant. ¶ Volscis recensentibus: quos uiros in acie amisissent:
haudquaq̃ idem animus ad iterandum periculũ fuit ¶ Nocte pro uictis Antiũ agmĩe
trepido: sautiis: ac parte impedimentorum relicta: abierunt. ¶ Armorum magna uis:
tum inter cesa corpora hostium: tũ in castris inuẽta est ¶ Ea luce matri dare se Cõsul
dixit. finesq; hostium usq; ad oram maritimã: est depopulatus. ¶ Alteri Cõsuli Emilio
ingresso ad sabellum agrum non castra Samnitium: non legiones: usquam opposite
ferro igniq; uastantem agros: Legati Samnitium: pacem orantes: adeunt. a quo re/
iecti ad Senatum: potestate facta dicendi: positis ferocibus animis. ¶ Pacem sibi ab
romanis: belliq; ius aduersus Sidicinos: petierũt. que se eo iustius petere: qđ ĩ amiciciã
Populi Romani: secundis suis rebus: non aduersis: ut Campani: uenissent. et aduersus
Sidicinos sumerent arma. suos semper hostes: Populi Romani nunq̃ amicos: qui nec
ut Samnites in pace amiciciam: nec ut campani auxiliũ in bello petissent. nec in fide
Populi Romani: nec in ditione essent. ¶ Cum de postulatis Samnitium. T. Emilius
Pretor Senatum consuluisset: reddendumq; his fedus patres censuissent: Pretor Sã/
nitibus respondit ¶ Nec quo minus perpetua amicicia esset: per populum Romanum
stetisse. nec contra dici quin quoniam ipsos belli culpa sua contracti tedium ceperit:
amicicia de integro reconciliet. ¶ Quod ad Sidicinos attinet: nihil intercedi: quo mi/
nus Samniti populo pacis belliq; liberum arbitrium sit. ¶ Federe icto cum domum
reuertissent: extẽplo inde exercitus Romanus ductus: annuo stipendio & triũ mẽsiũ
frumento accepto: quod pepigerat Consul: ut tempus indutiis daret: quoad Legati
redissent. ¶ Samnites copiis iisdem: quibus usi aduersus Romanum bellũ fuerãt: cõtra
Sidicinos profecti: haud in dubia spe erant: mature hostium urbis potiunde. ¶ Tum
ab Sidicinis deditio ꝑus ad Romanos cepta fieri est. ¶ Deĩde postq̃ Patres ut seram
eam: ultimaq; tandem necessitate expressam: aspernabantur: ad Latinos iã sua spõte
in arma motos: Facta est. Nec Campani quidem adeo iniurie samnitium: q̃ beneficii
romanorũ meõria presentior erat his se armis abstinuere ¶ Ex his tot populis ingens
exercitus: duce Latino fines Samnitium ingressus: plus populatiõibus: q̃ ꝑlis: cladiũ
fecit. ¶ Et quanq̃ supiores certaminibus Latini erant: haud inuiti: ne sepius dimicãdũ
foret: agro hostium excessere. ¶ Id spatium Samnitibus datum est: Romam legatos
mittendi. ¶ Qui cum adissent Senatum conquesti eadem se federatos pati: que hostes
essent passi: precibus infimis petiere: ut satis ducerẽt Romani uictoriã quã Sãnitibus
ex Campano Sidicinoq; hoste eripuissent: ne uinci etiam se ab ignauissimis populis
sinerent. ¶ Latinos Cãpanosq; si sub ditiõe populi Romani essent: pro imperio arcerẽt
Samniti agro. ¶ Sin imperium abnuerent: armis cohercerent. ¶ Aduersus hec r̃nsum
anceps datum. quia fateri pigebat in potestate sua Latinos iam non esse. timebantq;
ne arguendo: abalienarent. ¶ Campanorum aliam conditionem esse: qui nõ federe: sed
per deditionem: in fidem uenissent. Itaq; Campanos seu uelint: seu nolint: quieturos.

cõ. c. plantus
l. emilius mamercus

SAMNITES PACE PETUT et HABET

MAGNVS ALEXADER

ALEX. EPIRI REX FR. MRIS magni Alex.

In federe Latino nihil eſſe: quod bellare: cū quibuſ ipſi uelint: prohibeant. ¶ Quod reſponſum ſicut dubioſ Samniteſ: quidnam facturum Romanum cenſerent: dimiſit: ita Cāpanoſ metu abalienauit: Latinoſ: uelut nihil iā non cōcedentibuſ Romaniſ: ferocioreſ fecit. ¶ Ita per ſpeciem aduerſuſ Samniteſ belli parādi: crebra concilia in/dicenteſ: omnibuſ conſultationibuſ interſe Principeſ occulte Romanum coquebant bellū. ¶ Huic quoq; aduerſuſ ſeruatoreſ ſuoſ: bello: Campanuſ aderat. ¶ Sed quanq̄ omnia de induſtria celabantur: priuſq; q̄ mouerent Romani: tolli ab tergo Sānitē hoſtem uolebant: tamen per quoſdā priuatiſ hoſpitiiſ: neceſſitudinibuſq; coniūctoſ indicia coniurationiſ eiuſ Romam emanarunt. ¶ Iuſſiſq; ante Conſulibuſ abdicare ſe Magiſtratu: quo maturiuſ noui Conſuleſ aduerſuſ tantam molem belli crearentur. Religio inceſſit: ab eiſ: quorum imminutum imperium eſſet: comitia haberi. ¶ Itaq; Interregnū initū. duo Interregeſ fuerūt. M. Valeriuſ. M. Fabiuſ. creauere Cōſuleſ T. Manlium Torquatum tertio. P. Decium Murem. ¶ Eo anno Alexandrū Epiri Regem in Italiam claſſe appuliſſe conſtat. qđ bellum: ſi prima ſatiſ proſpera fuiſſēt: haud dubie ad Romanoſ perueniſſet. ¶ Eadem etaſ rerum magni Alexandri ē: quē ſorore huiuſ ortum: in alio tractu orbiſ: īuictum belliſ iuuenem fortuna morbo ex/tinxit. ¶ Ceterum romani et ſi defectio ſotiorum: nominiſq; Latini haud dubia erat: tamen tanq̄ de Samnitibuſ: non de ſe curam agerent: Decem Principeſ Latinorum Romam euocauerunt: quibuſ imperarent: que uellent. ¶ Pretoreſ tum duoſ Latini habebant. L. Annium Setinum et. L. Numitiū Cerceienſem: ambo ex coloniſ Ro/maniſ. Per quoſ preter Signiā Velitraſq;: et ipſaſ coloniaſ Romanaſ. Volſci etiam: exciti ad arma erant. ¶ Eoſ nominatim euocari placuit. ¶ Haud cuiq̄ dubium erat: ſup qua re accirentur. Itaq; Cōcilio priuſ habito Pretoreſ: q̄ Romam proficiſcerentur: euocatoſ ſe ab Senatu docent Romano. et que actum iri ſecum credant. Quod nā ad ea reſponderi placeat: referunt. ¶ Cum aliud alii cenſerent. ¶ Tum anniuſ. ¶ Quāq̄ ipſe ego retuli: quid reſponderi placeret: tamen magiſ ad ſummam rerum noſtrarum pertinere arbitror: quid agendum nobiſ: q̄ quid loquendum ſit. facile erit explicatiſ conſiliiſ accommodare rebuſ uerba. Nam ſi etiam nūc ſub umbra federiſ eq ſeruitutē pati poſſumuſ: quid abeſt: quin proditiſ Sidiciniſ: non Romanorū ſolū ſed Sānitiū quoq; dicto pareamuſ. Reſpōdeamuſq; Romaniſ: noſ ubi innuerīt: poſituroſ arma? ¶ Sin autem tandem libertatiſ deſyderium mordet animoſ: ſi feduſ eſt: ſi ſotietaſ: eq̄tio iuriſ eſt: ſi conſanguineoſ noſ Romanorum eſſe: quod olim pudebat: nunc gloriari licet: ſi ſotialiſ ulluſ exercituſ: iſ eſt: quo adiūcto duplicent uireſ ſuaſ: quem ſecernere conſuleſ ab ſe: belliſ propriiſ ſumendiſ ponendiſq; nolint. Cur non omnia equantur? cur non alter a Latiniſ Conſul datur? ubi parſ iurium: ibi et Imperii parſ. ¶ Eſt qdē nobiſ hoc per ſe haud nimiſ amplum. quippe concedentibuſ Romam caput latio eē. Sed ut amplum uideri poſſet: diuturna patientia fecimuſ. At ſiquando unq̄ conſo/tiandi imperii uſurpāde libertatiſ: tēpuſ optaſtiſ: en hoc tēpuſ adeſt: et uirtute ueſtra: et benignitate deum: uobiſ datum. ¶ Temptaſtiſ patientiam: negando militem. quiſ dubitat exarſiſſe eoſ: cum pluſ ducentorum annorum morem ſoluerimuſ? pertulerūt tamen hunc dolorem. bellum noſtro nomine cum Peligniſ geſſimuſ. qui ne noſtrorū quidem finium per noſ tuendorum iuſ antea dabant: nihil interceſſerunt. ¶ Sidicinoſ in fidē receptoſ: Cāpanoſ ad noſ ab ſe deſciſſe: exercituſ noſ parare aduerſuſ Sāniteſ federatoſ ſuoſ audierunt: nec mouerunt ſe ab urbe. ¶ Vnde hec illiſ tanta modeſtia? niſi conſcientia uirium: et noſtrarum: et ſuarum. ¶ Idoneoſ autoreſ habeo querētibuſ de nobiſ Samnitibuſ: ita reſponſum ab Senatu Romano eſſe: ut facile appareret: ne

CONS. T. manlius torquatus / P. decius mus

Annius pretor latinus orat

ipsos iã postulare: ut Latiũ sub Romano imperio sit. ¶ Vsurpate modo postulãdo eo: qđ illi uobis taciti concedunt. ¶ Si quẽ hoc metus dicere ꝓhibet. En ipse audiẽte non Populo Romano modo: Senatuq;: sed Ioue ipso: q Capitoliũ incolit: ꝓfiteor me dicturum: ut si nos in federe ac societate esse uelint: Consulem alterum ab nobis: Senatusq; partem accipiant. ¶ Hec ferociter nõ suadenti solũ: sed pollicẽti: clamore et assensu omnes ꝑmiserunt: ut ageret: diceretq; que e Re. P. nominis Latini: fideq; sua uiderentur. ¶ Vbi est Romam uentum: in Capitolio ei Senatus datus est. Ibi cũ T. Manlius Cõsul egisset cum eis ex autoritate patrũ: ne Samnitibus federatis bellũ inferrent. ¶ Annius tanq̃ uictor armis Capitolium cepisset: non Legatus iure gentiũ loqueretur. ¶ Tempus erat inquit. T. Manli: uosq; Patres cõscripti tandem iam uos nobiscum nihil pro imperio agere: cum florentissimũ: deum benignitate: nunc Latiũ armis: uirisq; Samnitibus bello uictis: Sidicinis Campanisq; sociis: nunc etiam Volscis adiũctis: uideretis. Colonias quoq; uestras: Latinum Romano pretulisse Imperium. Sed quoniam uos regno impotenti finem ut imponatis: non inducitis in animũ: nos quanq̃ armis possumus asserere Latiũ in libertatẽ: consanguinitati tñ hoc dabimus: ut conditiões pacis feramus equas utrisq;: quoniam uires quoq; eq̃ri diis immortalibus placuit. ¶ Consulem alterum roma: alterum ex latio creari oportet. ¶ Senatus partem equam: ex utraq; parte esse. unũ Populum unam Rem. Pu. fieri: et ut Imperii eadẽ sedes sit: idemq; omnibus nomen. quoniam ab alterutraq; parte concedi necesse est: qđ utrisq; beneuertat: Sit hec sane patria potior: et Romani omnes uocemur. ¶ Forte ita accidit: ut parem ferocie huius et Romani Consulem. T. Manlium haberent. qui adeo non tenuit iram: ut si tanta dementia Patres Conscriptos cepisset: ut ab Setino homine leges acciperent: gladio cinctum in Senatum se esse uẽturum: palã diceret. et quencunq; in Curia Latinum uidisset: sua manu interempturum. ¶ Et conuersus ad simulacrũ Iouis. ¶ Audi Iupiter hec scelera inqt: audite ius fasq;: ꝑegrinos Cõsules: et peregrinum Senatum: in tuo Iupiter augurato templo captus atq; ipse opp̃ssus uisurus es? Heccine federa: Tullus Romanus rex cum Albanis patribus uestris La/tini. ¶ Hec. L. Tarquinius uobiscũ postea federa fecit? ¶ Nõ uenit in mentẽ pugna apud Regillum lacum? adeo et cladium uestrarum ueterum: et benefitioꝝ nostroꝝ erga uos: obliti estis? ¶ Cũ Consulis uocẽ subsequuta patrũ indignatio esset. ¶ Prodit̃ memorie aduersus crebram implorationem deum: quos testes federũ: sepius íuocabãt Consules: uocem Annii spernentis numina Iouis Romani auditam. ¶ Certe cum cõ/motus ira: se ab uestibulo templi citato gradu proriperet: lapsus per gradus: capite grauiter offenso: impactus imo ita est saxo: ut sopiretur. ¶ Exanimatum: autores q̃m non omnes sunt: mihi quoq; in incerto relictum sit. ¶ Sicut inter federum ruptorum testationem: ingenti fragore celi procellam effusam. Nam et uera esse: et apte ad re/presentandam iram deũ ficta possunt. ¶ Torquatus missus ab Senatu ad dimittẽdos Legatos: cum iacentem Anniũ uidisset: exclamat: ita ut Populo: Patribusq; audita uox pariter sit. ¶ Bene habet. dii piũ mouere bellũ. ẽ celeste numen. es magne Iupiter. haud frustra te patrẽ deum: hominumq; ac sede sacrauimus. ¶ Quid cessatis Quirites: uosq; Patres Consulti arma capere: diis ducibus? ¶ Sic stratas legiões Latinoꝝ dabo: quemadmodum Legatum iacentem uidetis. ¶ Assensu populi excepta uox Consulis tantum ardoris animis fecit: ut Legatos proficiscentes: cura Magistratuum magis: q iussu Consulis prosequebañt: q̃ ius gentiũ ab ira impetuq; hominũ tegeret. ¶ Cõsensit et Senatus bellum. ¶ Consulesq; duobus scriptis exercitibus per marsos: Pelignosq; ꝓ/fecti: adiuncto Samnitium: exercitu: ad capuam: quo iam latini sotiiq; cõuenerant:

PELIGNI

DEVOVEDI INITIV BELLO LATINO

caſtra locant. ¶ Ibi in quiete utriq; Conſuli eadem dicitur uiſa ſpecieſ. uiri maioriſ q̄
humano habitu: auguſtioriſq;: dicentiſ ex una acie imperatorem: ex altera exercitum
diſ Manibuſ. Matriq; terre deberi. Vtriuſ exercituſ Imṗator legioneſ hoſtiū: ſupq;
eaſ ſe deuouiſſet: eiuſ populi: partiſq; uictoriam fore. ¶ Hoſ ubi nocturnoſ uiſuſ inter
ſe Conſuleſ contulerunt: placuit auerruncãde deum ire cauſa: uictimaſ cedi: ſimul ut
ſi ex eiſ eadem que ſomno uiſa fuerant: portenderentur: alteruter Cõſulum fata im/
pleret. ubi reſponſa Aruſpicum inſidenti iam animo tacite religioni congruerũt. Tũ
adhibitiſ Legatiſ Tribuniſq;: et impiiſ pro palã expoſitiſ: ne morſ uolũtaria Cõſuliſ
exercitum in acie terreret: comparant inter ſe: ut ab utra parte cedere Romanuſ ex/
ercituſ cepiſſet: inde ſe Cõſul deuoueret ꝑ Populo Romano: Quiritibuſq;. ¶ Agitatũ
etiam in conſilio eſt: ut ſiquando unq̄ ſeuero ullum Imperio bellum amminiſtratum
eſſet: tunc uti diſciplina militariſ: ad priſcoſ redigeretur moreſ. ¶ Curam acuebat: qđ
aduerſuſ Latinoſ bellandum erat: lingua: moribuſ: armorum genere: inſtitutiſ ante
omnia militaribuſ: congruẽteſ. Militeſ Militibuſ: Centuriõibuſ Centuriões: Tribuni
Tribuniſ: compareſ. Collegeq;. hiſdem preſidiiſ ſepe: hiſdem manipuliſ ꝑmixti fuerãt.
Per hec ne quo errore militeſ caperentur: edicunt Conſuleſ: ne quiſ extra ordinem in
hoſtem pugnaret. ¶ Forte inter ceteroſ turmarum prefectoſ: qui exploratũ in om̃ſ
parteſ dimiſſi erant. T. Manliuſ Conſuliſ filiuſ: ſuper caſtra hoſtiũ cũ ſuiſ turmalibuſ
euaſit. ut uix teli iactu ab ſtatione proxima abeſſet. ¶ Ibi Tuſculani erant equiteſ.
Preerat Genutiuſ Metiuſ: uir tũ genere inter ſuoſ: tũ factiſ claruſ. ¶ Iſ ubi Romãoſ
equiteſ: inſignemq; inter eoſ precedentem conſuliſ filium. (Nam omneſ inter ſe: utiq;
illuſtreſ uiri nouerãt) cognouit: una ne ait turma Romani: cũ Latiniſ: ſotiiſq; bellũ
geſturi eſtiſ? Quid interea Conſuleſ quid duo exercituſ Conſulareſ agent? ¶ Aderũt:
et tempore: Manliuſ inquit: et cum illiſ aderit Iupiter ipſe federum a uobiſ uiolatoꝝ:
teſtiſ: qui pluſ poteſt: polletq;. ¶ Si ad Regillum lacum ad ſatietatem ueſtram pug/
nauimuſ: hic quoq; efficiemuſ profecto: ne nimiſ acieſ uobiſ: et collata ſigna nobiſcũ
cordi ſint. ¶ Ad ea Genutiuſ paululum ab ſuiſ equo prouectuſ. Viſ ne igitur: dũ dieſ
iſta uenit: qua magno conatu exercituſ moueatiſ: interea tu ipſe congredi mecũ: ut
noſtro duorum iam hinc euentu cernatur: q̄ tum equeſ Latinuſ Romano preſtet.
mouet ferocem animum iuueniſ: ſeu ira: ſeu detractandi certaminiſ pudor: ſeu inex/
uperabiliſ uiſ fati. ¶ Oblituſ itaq; imperii patrii: cõſuliſq; edicti: precepſ ad id certamẽ
agitur: quo uinceret: an uĩceretur: haud multum intereſſet. ¶ Equitibuſ ceteriſ: uelut
ad ſpectaculum ſubmotiſ: ſpatio quod uacui interiacebat campi: aduerſoſ concitant
equoſ. et cum infeſtiſ cuſpidibuſ cõcurriſſent: Manlii cuſpiſ ſuper galleã hoſtiſ Metii
tranſ ceruicem equi elapſa eſt. ¶ Circumactiſ deĩde equiſ: cum prior ad iterandũ ictũ
Manliuſ conſurrexiſſet: ſpiculum inter aureſ equi fixit. Ad cuiuſ uulneriſ ſenſum: cũ
equuſ prioribuſ pedibuſ erectiſ magna ui caput quateret: excuſſit equitem. ¶ Quem
cuſpide parmaq; innixum: attollentem ſe a graui caſu: Manliuſ a iugulo: ita ut per
coſtaſ ferꝝ emineret: terre affixit. Spoliiſq; lectiſ: ad ſuoſ reuectuſ: cũ ouãte gaudio
turma in caſtra: atq; deinde ad pretorium: ad patrem tendit. ignaruſ: facti: futuriq;
lauſ an pena merita eſſet. ¶ Vt me omneſ inquit pater tuo ſanguine ortũ uere ferrẽt:
ꝓuocatuſ. equeſtria hec ſpolia capta ex hoſte ceſo porto. ¶ Quod ubi audiuit Cõſul:
extemplo filium auerſatuſ contionẽ claſſico aduocari iuſſit. Que ubi frequẽſ cõuenit.
Quandoquidem inquit tu. T. Manli: neq; imperium cõſulare: neq; maieſtatẽ patriã
uerituſ: aduerſuſ edictum noſtrum: extra ordinem in hoſte pugnaſti: et quantũ in te
fuit: diſciplinam militarem: qua ſtetit ad hanc diem Romana reſ: ſoluiſti: neq; in eam

neceſſitatem adduxiſti: ut aut rei. pu. mihi: aut mei: meorumq; obliuiſcẽdum ſit. Noſ
potiuſ noſtro debito plectemur: quã reſ. pu. tanto ſuo damno noſtra peccata luat.
¶ Triſte exemplum: ſed in poſterum ſalubre iuuentuti erimuſ: me quidẽ cũ ingenita
caritaſ liberum: tũ ſpecimen iſtud uirtutiſ: deceptum uana imagine decoriſ: in te mo/
uet ¶ Sed aut cum morte tua: ſancienda ſint conſulum imperia: aut impunitate: in
perpetuũ abrogãda. ¶ Nec te quidẽ: ſiquid in te noſtri ſanguiniſ eſt: recuſare cenſeã:
quin diſciplinam militarem culpa tua prolapſam: pena reſtituat. ¶ Lictor deliga ad
palum. ¶ Exanimati omneſ: tam atroci imperio: nec aliter q̃ in ſe quiſq; deſtrictam
cernenteſ ſecurĩ: metu magiſ: q̃ modeſtia quieuere. Itaq; uelut emerſo ab ãmiratione
animo: cum conſilio defixi ſtetiſſent: repente: poſtq̃ ceruice ceſa fuſuſ eſt cruor: tum
libero conqueſtu coborte uoceſſunt: ut neq; lamentiſ: neq; execrationibuſ ꝑceretur.
Spoliiſq; cõtectum iuueniſ corpuſ: quantũ militaribuſ ſtudiiſ funuſ ullũ cõcelebrari
poteſt: ſtructo extra uallum rogo: concremaretur ¶ Manliana imperia nõ in pñtia
modo borrenda: ſed exempliſ etiam triſtitia: in poſterum eſſent ¶ Fecit tñ atrocitaſ
pene obedientem duci militem. preterq̃ quod uigilie: cuſtodieq;: et ordo ſtationum
intentioriſ ubiq; cure erant: et in ultimo etiam certamine cum deſcenſum in aciem ẽ:
ea ſeueritaſ profuit. ¶ Fuit enim ciuili maxime bello pugna ſimiliſ. adeo nihil apud
Latinoſ diſſonũ ab Romana Re. Pu. preter animoſ: erat ¶ Clipeiſ antea Romaniſ
uſi ſunt. Deinde poſtq̃ ſtipendiarii facti: ſcuta ꝓ clipeiſ fecere: et qđ antea phalãgeſ
ſimileſ macedonicíſ: hoc poſtea manipulatim ſtructa acieſ cepit eſſe. ¶ Poſtremo in
pluréſ ordineſ inſtruebant ¶ Ordo enim ſexagenoſ militeſ: duoſ Centurioneſ: Vex/
illarium unum: habebat. ¶ Prima acieſ: baſtati erant: Manipuli quindecim: diſtanteſ
inter ſe modicum ſpatium. ¶ Manipuluſ leuiſ uicenoſ militeſ: aliam turbam ſcutorum
habebat ¶ Leueſ autem: qui baſtam tantũ: geſaq; gererent: uocabantur. ¶ Hec ꝑma
fronſ: in acie: florem iuuenum pubeſcentium ad militiam: habebat. ¶ Robuſtior inde
etaſ: totidem Manipulorũ: quibuſ Principibuſ eſt nomen. ¶ Hoſ ſequebantur ſcutati
omneſ: inſignibuſ maxime armiſ. Hoc. xxx. Manipulorum agmen: Antepilanoſ ap/
pellabant: quia ſub ſigniſ iã alii quindecim ordineſ locabãtur: ex qbuſ ordo unuſqſq;
treſ parteſ babebat. earum unamquanq;: primum pilum uocabant. tribuſ ex uexilliſ
conſtabat ¶ Vexillum. clxxxiii. bomineſ erant. ¶ Primũ uexillum Triarioſ ducebat:
ueteranũ militem ſpectate uirtutiſ. ¶ Secundũ Rorarioſ minuſ roboriſ etate: factiſq;.
Tertium Accẽſoſ: minime fiducie manu: eo et in poſtremã aciem reiiciebant. ¶ Vbi
biſ ordinibuſ exercituſ inſtructuſ eſſet: Haſtati omnium primum pugnam inibant.
Si baſtati profligare boſtem non poſſent: pede preſſo: eoſ retro cedẽteſ in interualla
ordinum Principeſ recipiebant. ¶ Tum Principum pugna erat. baſtati ſequebant̃.
Triarii ſub uexilliſ cõſidebãt. Siniſtro crure porrecto: ſcuta innixa bumeriſ: baſtaſ
ſuberecta cuſpide in terra fixaſ: baud ſecuſ q̃ uallo cepta inborreret acieſ teneteſ.
¶ Si apud Principeſ quoq; baud ſatiſ proſpere eẽt: pugnatũ: a ꝑma acie: ad Triarioſ
ſenſi referebant̃. Inde rẽ ad Triarioſ rediſſe: cũ laborat̃: ꝓuerbio ĩcrebruit. ¶ Triarii
conſurgẽteſ: ubi in interualla ordinũ ſuorũ Prĩcipeſ et Haſtatoſ recepiſſent: extẽplo
compreſſiſ ordinibuſ: uelut claudebant uiaſ unoq; continẽte agmine iã nulla ſpe poſt
relicta: in boſtẽ ĩcidebãt. Id erat formidoloſiſſimũ boſti cũ uelut uictoſ inſequuti:
nouã repẽte aciẽ exurgentẽ auctã numero cernebant. Scribebant̃ be. q̃ttuor fere
legiõeſ quiniſ milibuſ peditũ. equitibuſ in ſingulaſ legiõeſ trecentiſ. ¶ Alterum tm̃ ex
Latino delectu adiiciebatur. ¶ Qui ea tempeſtate boſteſ erant Romaniſ. Eodemq;
ordine inſtruxerant aciem. Tum nec uexilla cum uexilliſ tantum: uniuerſi Haſtati

MANLIVS · FILIV OCCIDI IVBET.

PROVẼBIV

REM · AD TRIARIOS · REDISSE

cum Hastatis: Principes cum Principibus: sed Centurio quoq; cũ Centuriõe: si ordines turbati nõ essent: concurrendũ sibi esse sciebat. ¶ Duo primipili ex utraq; acie inter Triarios erant. Romanus corpore: haudquaq̃ satis ualidus. ceterũ strenuus uir: pe/ritusq; militie. ¶ Latinus uiribus ingens: bellatorq; primus. notissimi inter se: quia semp pares ordines duxerunt. ¶ Romano haud satis fidenti uiribus: iam rome permissum erat: ab Consulibus: ut sub Centurionem sibi quem uellet: legeret: qui tutaretur eum: ab uno destinato hoste. Isq; iuuenis in acie oblatus ex Centuriõe Latino uictoriam tulit. ¶ Pugnatum est haud procul a radicibus Vesuuii montis: qua uia ad Veserim ferebat. ¶ Romani Consules prius q̃ educerent in aciem immolauerunt. Decio caput iocineris a familiari parte cesum: Auruspex dicitur ostendisse. Alioqui acceptam diis hostiam esse. Manlium egregie litasse. ¶ Atqui bene habet inquit Decius: si a Collega litatum est. ¶ Instructis sicut ante dictũ est: ordinibus: processere in aciem. ¶ Mãlius dextro: Decius leuo cornu preerat. ¶ Primo utrinq; eq̃s uiribus eodẽ ardore aĩmoꝝ: gerebatur res. Deinde ab leuo cornu Hastati Romani: non ferentes impressionem Latinoꝝ: se ad Principes recepere. ¶ In hac trepidatione Decius Consul. M. Valeriũ magna uoce inclamat. ¶ Deorũ inq̃t ope ualeri opus est. ¶ Agedũ Pontifex publicus Populi Romani: prei uerba: quibus me pro legionibus deuoueam. ¶ Pontifex eum togam pretextam sumere iussit: & uelato capite: manu subter togã ad mentũ exerta super telum subiectũ pedibus stantem: sic dicere: Iane: Iupiter: Mars pater: quirine Bellona Lares: diui Nouẽsiles: dii Indigetes: diui quoꝝ est potestas nostroꝝ: hostiũq; diiq; Manes. Vos precor: ueneror: ueniã peto feroq;: uti Populo Romão Quiritiũ: uim uictoriãq; prosperetis. hostesq; Populi Romani: Quiritium terrore: formidine: morteq; afficiatis. Sicut uerbis nuncupaui: ita pro Re. Pu. Quiritium: exercitu: legi/onibus: auxiliis: Populi Romani Quiritium: legiones auxiliaq; hostium mecum: diis Manibus deuoueo. ¶ Hec ita precatus lictores ire ad. T. Manlium iubet. matureq; College se deuotum pro exercitu nuntiare. ¶ Ipse incinctus cinctu Gabino: armatus in equum insiluit. ac se in medios hostes immisit. ¶ Cõspectus ab utraq; acie aliquãto augustior humano uisu: sicut celo missus: piaculum omnis deorum ire: qui pestem ab suis auersam in hostes ferret. Ita omnis terror: pauorq; cũ illo latus: signa ꝑmo La/tinorum turbauit. Deinde in totam penitus aciem peruasit. ¶ Euidẽtissimũ id fuit: q̃d q̃cunq; equo inuectus est: ibi haud secus: q̃ pestifero sidere icti pauebant. ¶ Vbi uero corruit obrutus telis: inde iam haud dubie consternate cohortes Latinorum: fugam ac uastitatem late fecerunt. Simul et romani exolutis religione animis: uelut tũ ꝑmũ signo dato: cohorti: pugnam integram ediderunt. ¶ Nam et Rorarii procurrebant inter Antepilanos. addiderantq; uires Hastatis: ac Principibus. et Triarii genu dextro innixi: nutum Consulis ad consurgendum: expectabant. procedente deĩde certamĩe cum aliis partibus multitudo superaret Latinorum: Manlius Consul audito euentu college: cũ ut ius fasq; erat: lacbrymis. non minus q̃ laudibus: prosequutus tã memo/rabilem mortem esset: paulisper addubitauit: an consurgendi Triariis tempus esset. deinde melius ratus integros eos ad ultimum discrimen seruari: Accensos a nouissima acie ante signa ꝓcedere iubet. ¶ Qui ubi subiere: extẽplo Latini tanq̃ idẽ aduersarii fecissent Triarios suos excitauerunt: qui aliquandiu pugna atroci: cum et semetipsi fatigassent: et hastas aut prefregissent: aut hebetassent: pellerent ui: tamen hostem: debellatum iam rati peruentumq; ad extremam aciẽ. ¶ Tũ consul Triariis: cõsurgite nũc inquit: integri aduersus fessos: memores patrie parentũq;: et coniugũ: ac liberoꝝ: memores Cõsulis pro uestra uictoria morte occubãtis. ¶ Vbi Triarii cõsurrexerũt:

MOS DEVOVENDI

DECIVS DEVOVET SE

integri refulgẽtibus armis: noua ex ĩprouiso orta acies: receptis in ĩterualla ordinũ Antepilanis: clamore sublato principia Latinorum perturbant. hastisq; ora fodiẽtes: primo robore uirorũ ceso: per alios manipulos uelut inermes prope intacti euasere. tantaq; cede perrupere cuneos: ut uix quartam partẽ relinquerẽt hostiũ. ¶ Sãnites quoq; sub radicibus montis procul instructi prebuere terrorem Latinis. ¶ Ceterum inter omnes ciues: sotiosq; precipua eius laus belli: penes Consules fuit. quoꝝ alter: omẽs minas periculaq; ab deis superis inferisq; in se unũ uertit. ¶ Alter ea uirtute: eoq; cõsilio in prelio fuit: ut facile conuenerit inter Romanos: Latinosq; qui eius pugne meõriã posteris tradiderunt: Vtrius partis. T. Manlius dux fuisset: eius futuram haud dubie fuisse uictoriam. ¶ Latini ex fuga se Menturnas contulerunt. ¶ Castra secundum prelium capta. multiq; mortales ibi uiui oppressi. maxime Campani. ¶ Decii corpus ne eo die inueniretur: nox querentes oppressit. ¶ Postero die inuentũ: inter maximã hostium stragem: co hopertũ telis. funusq; compar morti: celebrante Collega: factũ. ¶ Illud adiciendũ uidetur: licere Consuli Dictatoriq; et Pretori: cũ legiones hostiũ deuoueat: non utiq; se: sed quem uelit: ex legione romana scriptum ciuem deuouere: Si is homo: qui deuotus est: moritur: probe factum uideri. ¶ Ni moritur: tum signum septem pedes altũ: aut maius in terram defodi: et piaculũ hostia cedi. Vbi illud signũ defossum erit: eo Magistratum Romanum descendere fas non est. ¶ Sin aũt sese de/uouere uolet: sicuti Decius deuouit: ni moritur: neq; suum: neq; publicũ diuinũ pure faciet. ¶ Qui sese deuouerit: Vulcano arma: siue cui alio diuo uouere uolet: siue hos/tia: siue quo alio uolet: ius esto. ¶ Telo super qđ stans Consul ꝑcatus est: hostẽ potiri fas non est. Si potiat̃: Martis uoue Taurilibus piaculũ fieri. ¶ Hec etsi omnis diuini humaniq; moris meõria aboleuit: noua peregrinaq; omnia priscis: ac patriis ꝑferẽdo: haud ab re duxi: uerbis quoq; ipsis: ut tradita nuncupataq; sunt: referre. ¶ Romanis post prelium demum factum: Samnites uenisse subsidio: expectato euentu pugne: apud quosdam autores ĩuenio. ¶ Latinis quoq; ab Lauinio auxiliũ: dum deliberãdo terunt tempus: uictis demũ ferri ceptũ. Et cum iam portis ꝑma signa et pars agminis esset egressa: nuntio allato de clade Latinorum: cum conuersis signis retro in urbem rediretur: Pretorem eorũ nomine Milioniũ dixisse ferunt: pro paulula uia: magnã mercedem Romanis esse soluendam. ¶ Qui Latinorum pugne superfuerant: multis itineribus dissipati: cum se in unum conglobassent: Vescia urbs eis receptaculum fuit. ¶ Ibi in Conciliis Numisius Imperator eorum: affirmando communem uere martẽ: belli utranq; aciem pari cede prostrauisse. uictorieq; nomen tantum penes Romãos esse: et ceteram pro uictis fortunam illos gerere. Funesta duo Consulum Pretoria: alterum paricidio filii: alterum Consulis deuoti cede. Trucidatum exercitũ omnem. Cesos Hastatos. Prĩcipesq; stragem et ante signa: et post signa factã: Triarios pos/tremo rem restituisse. ¶ Latinorum etsi pariter accise copie sint: tamen supplemento uel Latium propius esse: uel Volscos: ꝗ Romam. Itaq; si uideatur eis: se ex Latinis & ex Volscis populis iuuẽtute propere excita: rediturum in festo exercitu Capuã esse: Romanosq; nihil tum minus: ꝗ prelium expectantes: nec opinato aduentu ꝑculsuꝝ: Fallacibus litteris circa Latium: nomenq; Volscum missis: quia qui non interfuerũt pugne: ad credendum temere faciliores erant: Tumultuarius undiq; exercitus raptim conscriptus conuenit. ¶ Huic agmini torquatus consul: ad Trifanum inter Sinuessã: Menturnasq; is locus est: occurrit. ¶ Prius ꝗ castris locus caperetur: sarcinis utrinq; in aceruum coniectis: pugnatum: debellatumq; est. ¶ Adeo enĩ accise res sunt: ut Cõsuli uictorem exercitum ad populãdos agros eorum ducenti: dederent se omnes Latini.

CAMPANI Ɂ RO. EQUITES NŌ FUERŪT.

¶ Deditioneq; eā Campani sequerentur. Latiū Capuaq; agro mulctati. ¶ Latinus agere Priuernati addito agro: et Falernus: qui populi Campani fuerat: usq; ad Vulturnum flumen Plebi Romane diuidūtur. ¶ Bina in Latino iugera: ita ut dodrātem ex Priuernati complerent: data. ¶ Terna in Falerno q̄drantibus etiā: p lōginqtate adiectis. ¶ Extra penam fuere Latinorum Laurentes: Campanorumq; equites: qa non desciuerant. ¶ Cum Laurentibus renouari fedus iussum. ¶ Renouaturq; ex eo quot annis: post diem decimum Latinarū. ¶ Equitibus Campanis ciuitas data: monumentumq; ut esset: eneam tabulam in ede Castoris Rome fixerunt. ¶ Vectigal quoq; eis campanus populus iussus pendere in singulos. quot annis. ¶ Fuere autem mille et sexcenti denarios nummos quadragenos. quinos. ¶ Ita bello gesto pecuniis: penaq; pro cuiusq; merito psolutis. T. Mālius Romā rediit. ¶ Cui uenienti seniores tantum obuiam exisse constat. ¶ Iuuentutem et tunc: et omni uita deinde auersatā eum: execratamq;. ¶ Antiates in agrum Ostiensem Ardeatem: Soloniū: incursiones fecerunt. ¶ Manlius consul: quia ipse per ualitudinem id bellum exequi nequiterat: Dictatorem. L. Papyriū Crassum: qui tū forte erat Pretor dixit. ¶ Ab eo Magister Equitum. L. Papyrius Cursor dictus. ¶ Nihil memorabile aduersus Antiates ab Dictatore gestum ē: cū aliquot menses statiua in agro Antiate habuisset. ¶ Anno insigni uictoria: de tot acta potētibus populis: ad hoc Cōsulū alterius nobili morte: alterius sicut truci ita claro ad memoriam Impio: successere Cōsules. T. Emilius Mamercus. et P. Philo: neq; insimilē materiā rerū: et ipsi: aut suaꝝ reꝝ: aut ptiū in. Re. Pu. magis: q̄ patrie meōres: Latinos ob iram agri amissi rebellātes: in cāpis Fenectanis fuderūt. castrisq; exuerunt. Ibi publio cuius ductu auspicioq; res geste erant: in deditionem accipiente Latinos Populos: quoꝝ ibi iuuentus cesa erat: Emilius ad pedū exercitū duxit. Pedanos tuebat̄: Tybius Prenestinus: Veliternusq; populus: uenerant et ab Lanuuio: Antioq; auxilia. Vbi cum preliis quidem superior Romanus eēt: ad urbē ipsam pedum: castraq; sotiorum populorum: que urbi adiuncta erant: dum integer labor restaret: bello infecto: repente omisso consul: quia College decretū triumphū audiuit: ipse quoq; triumphi ante uictoriam flagitator: Romam rediit. ¶ Qua cupiditate offēsis patribus: negātibusq; nisi pedo capto: aut dedito triūphū: hic alienatus ab senatu emilius seditiosum similem Tribunatibus: deinde Cōsulatū gessit. Nā neq; quoad fuit Consul: criminari apud populum Patres destitit: Collega haud q̄q̄ aduersante: quia et ipse de Plebe erat. ¶ Materiam autem prebebat criminibus ager in Latino: Falernoq; agro maligne Plebi diuisus. ¶ Et postq̄ Senatus: finire Imperiū Consulibus cupiens: Dictatorem aduersus rebellantes latinos dici iussit Emilius cuius tum fasces erant: Collegam Dictatorē dixit. ¶ Ab eo Magister equitū Iunius Brutus dictus. Dictatura popularis. et orationibus in Patres criminosis fuit: et qđ tres leges: secum dissimas Plebi: aduersas nobilitati tulit. ¶ Vnam: ut plebiscita omnes quirites tenerent. ¶ Alteram: ut legum que comitiis centuriatis ferrent̄: ante initum suffragiū Patres autores fierent. ¶ Tertiam: ut alter utiq; ex plebe cum eo uentū sit: ut utrūq; Plebeium fieri liceret Censor crearetur. ¶ Plus eo anno domi acceptū cladis a Cōsulibus: ac Dictatore: q̄ ex uictoria eorum: bellicisq; rebus foris auctum Imperium Patres credebant. ¶ Anno insequenti. L. Furio Camillo. C. Menio Consulibus: quo insignitius omissa res Emilio superioris anni Consuli: exprobaretur: Pedum armis uiribusq;: et omni ui expugnandum ac delendum Senatus fremit. ¶ Coactiq; noui Consules omnibus eam rem preuerti: proficiscuntur. ¶ Iam latio is status erat rerum: ut neq; bellum: neq; pacem pati possent. ¶ Ad bellū opes deerant: pacē ob agri: adēpti

DICTATOR L. PAPYRIUS CRASSUS.

COHS. T. emilius mamercus / p. philus

DICTATOR P. PHILUS.

COS. L. Furius camillus / C. Menius

dolorem aspernabãtur. ¶ Medius consilius standum uidebatur. ut oppidis se tenerent.
ne lacessitus romanus causam belli haberet: et si cuius oppidi obsidio nuntiata esset:
undiq; ex omnibus populis auxilium obsessis ferretur. ¶ Neq; tamen nisi ad modum
a paucis populis Pedani adiuti sunt. Tyburtes Prenestiniq; quoꝝ ager propior erat:
Pedum peruenere: Aricinosq; Lanuuinosq; et Veliternus Antiatibus uolscis se con/
iungentes: ad Sature flumen. Menius improuiso adortus: fudit. ¶ Camillus ad Pedum
cũ Tyburtibus maxĩe ualido exercitu: maiore mole. q̃q̃ eq; ꝓspero euẽtu pugnat.
Tumultum maxime repẽtina inter prelium eruptio oppidanorum fecit: in quos ꝑte
exercitus conuersa: Camillus non compulit solum eos intra menia: sed eodem etiã die
cum ipsos auxiliaq; eorũ perculisset: oppidum scalis cepit. ¶ Placuit inde iam maiore
conatu: animoq; ab unius expugnatione urbis ad perdomãdum Latium uictorem
circumducere exercitũ: nec quieuere ante: q̃ expugnando aut in deditionẽ accipiẽdo
singulas urbes: latiũ oĩe subegere. ¶ Presidiis inde dispositis: ꝑ recepta oppida Romã
ad destinatum omnium consensu Triumphum decessere. ¶ Additus: triumpho honos:
ut statue equestres eis rara illa etate res: in foro ponerentur. ¶ Prius q̃ comitia in in/
sequentem annũ Consules rogarent: Camillus de Latinis populis ad Senatũ retulit.
atq; ita disseruit. ¶ Patres conscripti qđ bello armisq; in Latio agendum fuit: id iam
deum benignitate: ac uirtute militum: ad finem uenit. Cesi ad Pedum Asturamq; sũt
exercitus hostiũ. oppida latina omnia: et Antiũ ex Volscis: aut ui capta: aut recepta
in deditionem: presidiis tenentur uestris. Reliqua cõsultatio est: quoniam rebellãdo
sepius nos sollicitant: quo nam modo ꝑpetua pace quietos obtineamus. Dii ĩmortales
ita uos potentes huius consilii fecerũt: ut sit Latiũ deinde: an non sit: in uestra manu
posuerint. Itaq; pacem uobis: qđ ad Latinos attinet: parare in perpetuũ: uel seuiẽdo:
uel ignoscẽdo: potestis. uultis crudeliter cõsulere in deditos: uictosq; ? ¶ Licet delere
omne Latium. uastas inde solitudines facere: Vnde sotiali egregio exercitu ꝑ multa
bella: magnaq; sepe usi estis. Vultis exemplo maiorum augere rem romanam: uictos
in ciuitatem accipiendo ? Materia crescẽdi per summam gloriam suppeditat. ¶ Certe
id firmissimũ longe imperium est: quo obedientes gaudent. Sed maturato opus est:
quicquid statuere placet. Tot populos inter spem metumq; suspensos animi habetis.
et uestram itaq; de eis curam: q̃ primum absolui: et illorum animos dum expectatiõe
stupent: seu pena: seu beneficio preoccupari oportet. ¶ Nostrum enim fuit efficere:
ut omnium rerum uobis ad consulendum potestas esset. ¶ Vestrum est decernere: qd
optimum uobis: reiq; publice sit. ¶ Principes Senatus relationem Consulis de summa
rerum laudare. Sed cum aliorum causa alia esset: ita expediri posse consilium dicere:
ut pro merito cuiusq; statueretur: si de singulis nominatim referrẽt populis. ¶ Relatũ
igitur de singulis. decretumq;. ¶ Lanuuinis ciuitas data. sacraq; sua reddita: cum eo: ut
edes lucusq; Sospite Iunonis communis Lanuuinis municipibus: cum populo romão
esset. Aricini: Nomentaniq;: et Pedani: eodem iure: quo Lanuuini in ciuitatẽ adepti.
¶ Tusculanis seruata ciuitas: quam habebant: crimenq; rebellionis a publica fraude:
in paucos autores uersũ. ¶ In Veliternos ueteres ciues Romanos: ꝙ totiẽs rebellassẽt
grauiter seuitum. et muri deiecti. et Senatus inde abductus. iussiq; Transtyberim ha/
bitare. ut eius: qui cis Tyberim deprehensus esset: usq; ad mille passuum clarigatio eẽt.
nec prius q̃ ere persoluto: is qui cepisset: extra uincula captum haberet. in agrum
Senatorum coloni missi: quibus ascriptis: speciẽ antique frequẽtie Velitre receperũt.
Et Antium noua Colonia missa: cum eo ut Antiatibus permitteretur: si et ipsi ascribi
coloni uellent. Naues inde longe abacte: interdictumq; mare Antiati populo est. &

Ambo cõsules triũphãt

Camilli õro

ciuitas data. ¶ Tyburtes Prenestiniq; agro mulctati. neq; ob recens tantũ rebellionis
commune cum aliis Latinis crimen: sed q̃d tedio Imperii Romani: cum Gallis gẽte
efferata: arma quondã consotiassent. ¶ Ceteris Latinis populis: cõnubia: cõmertiaq;
et consilia inter se: ademerunt. ¶ Campanis equitibus honoris causa: quia cum Latinis
rebellare noluissent: Fundanisq;: et Formianis: q̃d per fines eoꝝ tuta: pacataq; semp
fuisset uia: ciuitas sine suffragio data. ¶ Cumanos Suessulanosq; eiusdem iuris condi/
tionisq; cuius Capuã: esse placuit. Naues Antiatiũ parti in naualia Rome subducte:
partim incẽse. Rostrisq; earũ suggestũ in foro extructũ. adornari placuit. Rostraq;
id templum appellatum. ¶ C. Sulpitio Longo. P. Elio. Peto: Consulibus: cũ oĩa

COHS. C. Sulpitius longus / p. elius petus

non opes magis Romane: q̃ beneficiis parte gratia bona pace obtineret: inter Sidici/
nos: Auruncosq; bellum ortum. ¶ Aurunci. T. Manlio Consule in deditionem accepti
nihil deinde mouerant. eo petendi auxilii ab Romanis causa iustior fuit. Sed prius
q̃ Consules ab urbe (iusserat enim senatus defendi auruncos) exercitum adducerent:
fama affertur Auruncos oppidũ deseruisse. profugosq; cũ cõiugibus: ac liberis Suessã
communisse. que nunc Aurunca appellata. ¶ Menia antiqua eorum: urbẽq; a Sidi/
cinis deletam. Ob ea infensus Consulibus Senatus: quorum contatione proditi socii
essent: Dictatorem dici iussit. ¶ Dictus est Claudius Regillensis Magistrũ Equitum

DICTATOR. CLAVDIVS. REGILLẼSIS.

C. Claudium Hortatorem dixit. ¶ Religio inde iniecta de Dictatore: et cũ augures
uitio creatũ uideri dixississẽt: Dictator Magisterq; equitũ se Magistratu abdicarũt.
¶ Eo anno Minutia Vestalis suspecta primo propter mundiorẽ iusto cultũ: insimu/
lata: deinde apud Pontifices ab indice seruo: cũ decreto eoꝝ iussa eẽt sacris abstinere
familiamq; in potestate habere: facto iudicio. uiua sub terram ad portam Collinam:

Vestalis uiua defossa

dextra uia strata: defossa: scelerato cãpo: ab incesto id ei loco nomẽ factum. ¶ Eodẽ
anno. Q. Publius Filo Pretor primum de Plebe aduersante Sulpitio Consule: qui

p̃mus. pretor. e. plebe.

negabat rationem eius se habiturum: est factus. Senatuq; cum in summis Imperiis id
non obtinuisset: minus in Pretura intendẽte. ¶ Insequẽs annus. L. Papyrio Crasso:
Cesone Duilio Consulibus Ausonum magis nouo q̃ magno bello: fuit insignis. ¶ Ea

COHS. L. papyrius crassus / ceso Duilius.

gens Cales urbem: incolebat. ¶ Sidicinis finitimis arma cõiunxerat. unoq; prelio haud
sane memorabili duorum populorum exercitus fusus: propinquitate urbiũ ad fugã
pronior: et in fuga ipsa tutior: fuit. nec tamẽ omissa eius belli cura patribus: qa totiẽs
iam Sidicini: aut ipsi mouerant bellum: aut mouentibus auxilium tulerant: aut causa
armorum fuerant. Itaq; oĩi ope annixi sunt: ut maximũ ea tempestate Impatorẽ
M. Valerium Coruinum Consulem quartum facerent. ¶ Collega additus Coruino

COS. M. Valerius coruinus / M. Attilius Regulus.

M. Attilius Regulus. ¶ Et ne forte casu erraretur: petitũ a Consulibus: ut extra sortẽ
Coruini ea prouintia esset. ¶ Exercitu uictore a superioribus Consulibus accepto ad
Cales. Vnde bellum ortum erat profectus: cum hostes: ab superioris etiam certamĩs
memoria: pauidos: clamore: atq; impetu primo fudisset: menia ipsa oppugnare est
aggressus. ¶ Et militũ quidem is erat ardor: ut iã inde cum scalis succedere ad muros
uellent: euasurosq; contẽderent. ¶ Coruinus quia id arduum factu erat: labore militũ
potius: q̃ periculo peragere inceptum uoluit. Itaq; & aggerem: et uineas egit. turresq;
muro admouit. quarum usum forte oblata opportunitas preuertit. ¶ Nanq;. M.
Fabius captiuus Romanus: cum per negligentiam custodum: festo die uinculis ruptis
per murum: inter opera Romanorum: religata ad pinnam muri reste: suspẽsus ma/
nibus se dimisisset: perpulit Imperatorem: ut uino epulisq; sopitos hostes aggrederet.
¶ Nec maiore certamĩe capti: cũ urbe Ausones sunt: q̃ acie fusi erant. ¶ Preda capta
ingens est. presidioq; imposito Calibus: reducte Romã legiones. ¶ Cõsul ex Senatus

consulto triúphauit. ¶ Et ne Attilius expers glorie esset: iussi ambo Cósules aduersus Sidicinos ducere exercitum: Dictatorem ante: ex Senatus Consulto Comitiorum habendorum causa: dixerunt. L. Emilium Mamercum. ¶ Is Magistrum Equitum Q. Publium Philonem dixit. ¶ Dictatore Comitia habente: Consules creati sunt. T. Veturius. Sp. Postumius. ¶ Et si belli pars cum Sidicinis restabat: tamen ut bene/ficio preuenirent desiderium Plebis: de colonia deducenda Cales: retulerunt. factoq; Senatus Consulto: ut duo milia quingenti homines cóscriberent: Tresuiros Colonie deducende: agroq; diuidundo creauerût. Cesonem Duilliú. T. Quintiú. M. Fabiú. ¶ Ná deinde Consules a ueteribus exercitu accepto: ingressi hostiú fines: populádo usq; ad menia: atq; urbem peruenerût. ¶ Ibi quia ingenti exercitu cóparato Sidicini et ipsi pro extrema spe dimicaturi enixe uidebantur: et Samnium fama erat conciri ad bellú: Dictator a Cósulibus ex autoritate Senatus dictus. P. Cornelius Ruffinus. Magister Equitú. M. Antonius. ¶ Religio deinde incessit uitio hos creatos. magistra/tuq; se abdicauerût. ¶ Et qa pestilentia insequuta est: uelut omnibus eo uitio cótactis auspiciis: res ad Interregnum rediit. ¶ Ab Interregno inito p quintú demú Interregê M. Valeriú Coruinú: creati Cósules. L. Cornelius itez: et. Cn. Domitius. ¶ Tranqllis rebus: fama Gallici belli pro tumultu ualuit: ut Dictatorem dici placeret Dictus. M. Papyrius Crassus. et Magister Equitum. P. Valerius Publicola. A quibus cú delectus intentius: q̃ aduersus finitima bella haberetur: exploratores missi attulerunt: quieta omnia apud Gallos esse. ¶ Samnium quoq; iam alterú annum turbari nouis consiliis: suspectum erat: eo ex agro Sidicino exercitus Romanus non est deductus. ¶ Ceterú Samnites bellum Alexandri Epirensis in Lucanos traxit. Qui duo populi aduersus regem: excursionem a Pesto facientem: signis collatis pugnauerunt. ¶ Eo certamine superior Alexáder: incertum q̃ fide culturus: superinde cetera processissent: pacem cú Romanis fecit. ¶ Eodem anno census actus: nouiq; ciues censi. ¶ Tribus propter eos addite Metia: et Scaptia. ¶ Cêsores addiderût. Q. Philo. . Sp. Postumius. ¶ Romani facti Acerrani lege ab. L. Papyrio Pretore lata: q̃ ciuitas sine suffragio data. ¶ Hec eo anno domi militieq; gesta. ¶ Fedus insequens annus: seu intêperie celi: seu humana fraude: fuit. M. Claudio Marcello. . T. Valerio: Consulibus: Flaccú: Potitúq; uarie in Annalibus cognomen Consulibus inuenio. ¶ Ceterum in eo parui refert: qd ueri sit. ¶ Illud peruelim: nec omnes autores sunt: proditum falso esse: uenenis absúptos: quorum mors: infamem annum: pestilêtia fecerit: sicut proditur. tñ res: ne cui autorú abrogauerim fidem: exponêda est. ¶ Cum primores ciuitatis: similibus morbis: eodê ferme omnes euentu: morerentur. Ancilla quedam ad. Q. Fabium Maximú Edilê Curulem indicaturam se causam publice pestis professa est: si ab eo sibi fides data eêt haud futurú noxe inditiú. ¶ Fabius confestim rê ad Consules: Consules ad Senatum referunt. Consensuq; Ordinis fides indici data. ¶ Tum patefactum: muliebri fraude ciuitatê premi. Matronasq; ea uenena coquere. et si se sequi extêplo uelit: manifesto deprehendi posse. ¶ Sequuti indicem: et coquentes quasdam medicamêta: et recódita alia inuenerunt. Quibus in forum delatis: et uiginti Matronis: apud quas deprehensa erant: per uiatorem accitis: Due ex eis Cornelia: ac Seruilia: Patritie utraq; gentis: cú ea medicamenta salubria esse contenderent: ab confutante indice: bibere iusse: ut se falsum commentam arguerêt: spatio ad colloquendú sumpto: cú summoto populo in conspectu omniú rem ad ceteras retulissent: haud abnuêtibus et illis bibere. epoto medicamento suametipse fraude: omnes interierunt. ¶ Comprehense extemplo earú comites: magnum numerum Matronarum indicauerunt. ex quibus ad. clxx. dánate.

DICTATOR L. emilius mamercus

COS T. veturius Sp. postumius

DICTATOR P. CORNELIVS RVFFINVS

COHS. L. cornelius CN. domitius

DICTATOR M. PAPYRIVS CRASSVS

COHS M. claudius marcellus T. valerius

MVLIERES RO. VENENA COQVETES

CLAVVS FIXVS

DICTATOR CH. QVITILIVS

CONS. L. papyrius crassus
L. plautius venox

¶ Neq; de ueneficiis ante eam diem Rome quesitum est. prodigii ea res loco habita. captisq; magis mentibus: q̃ consceleratis similis uisa. Itaq; memoria ex annalibus re/petita: in secessionibus quondã Plebis: clauũ ab Dictatore fixũ: alienatasq; discordia mentes hominum: eo piaculo cõpotes sui fecisse: Dictatorẽ claui figendi causa: creari placuit. ¶ Creatus. Cn. Quintilius: Magistrum Equitum. L. Valeriũ dixit. Qui fixo clauo: magistratu se abdicarunt. ¶ Creati Consules. L. Papyrius Crassus iterum. L. Plautius Venox. ¶ Cuius principio anni Legati ex Volscis: Sidicini et Lucani ro/mam uenerunt: orantes ut in fidem acciperentur. Si a Samnitium armis defẽsi essent: se sub Impio populi Romani fideliter atq; obediẽter futuros. Missi tũ ab Senatu Legati: denuntiatumq; Samnitibus: ut eorum populorum finibus uim abstinerent. ¶ Valuitq; ea Legatio: non tam quia pacem uolebant Samnites: q̃ quia non dum parati erant ad bellum. ¶ Eodem anno Priuernãs bellũ initum: cuius socii Fũdani. Dux etiam Fundanus fuit. Vitrubius Bacchus: uir nõ domi solum: sed etiam Rome clarus. ¶ Edes fuere in Palatio eius. que Bacchi prata: diruto edificio: publicatoq; solo appellata. ¶ Aduersus hunc: uastantem effuse Setinum: Norbanumq;: et Coranum agrum. L. Papyrius profectus: haud procul castris eius consedit. ¶ Vitrubio nec ut uallo se teneret aduersus ualidiorem hostem: sana constare mens: nec ut longius a castris dimicaret: animus suppetere. Vix tota extra portam castrorũ explicata acie: fugam magis retro: q̃ preliũ: aut hostem spectante milite: sine consilio: sine audacia depugnat. et ut leui momento: nec ambigue est uictus. ita breuitate ipsa loci: faciliq; receptu in tam propinqua castra: haud egre militem a multa cede est tutatus. nec fere quisquam in ipso certamine: pauci in turba fuge extreme: cum in castra ruerent: cesi: primisq; tenebris Priuernum inde petitum agmine trepido: ut muris potius: q̃ uallo: sese tutarentur. A Priuerno Plautius alter consul peruastatis passim agris predaq; abacta: in agrum Fundanũ exercitũ inducit. ¶ Ingredienti fines: senatus Fũdanorũ occurrit. Negant se pro Vitrubio: sectamq; eius sequutis: precatum uenisse. sed pro Fundano populo: quem extra culpam belli esse: ipsum Vitrubium indicasse: cum re/ceptaculum fuge: Priuernum habuerit: non patriã Fundanos. Priuerni igit̃ hostes populi Romani querendos. persequendosq; esse. qui simul a Fundanis: ac Romanis utriusq; patrie immemores: defecerunt. Fundanis pacem esse. et animos Romanos. et gratam memoriam: accepte ciuitatis. orare se Cõsulem: ut bellum ab innoxio populo abstineat. agros: urbem: corpora ipsorum: coniugumq;: ac liberoꝝ suoꝝ: in potestate populi Romani esse: futuraq;. ¶ Collaudatis Fundanis Cõsul: litterisq; Romã missis: in officio Fundanos esse: ad Priuernum flexit iter. ¶ Prius animaduersum in eos: qui capita coniurationis fuerant: a Consule: scribit Claudius: ad. cccl. ex coniuratis uictos Romam missos. eamq; deditionem a Senatu: nõ acceptam. qd̃ egenum atq; humiliũ pena defungi uelle: Fundanum populum censuerint. ¶ Priuernum duobus Consu/laribus exercitibus cum obsideretur: alter Consul Comitioꝝ causa Romã reuocatus.

CARCERES PMV STATVTI

¶ Carceres eo anno in Cyrco primũ statuti. ¶ Nondũ perfunctos cura Priuernatis belli: tumultus Gallici fama atrox inuasit: haud ferme unquam neglecta patribus. Extemplo igitur Consules noui. L. Emilius Mamercus: et. Cn. Plautius: Eo ipso die. kal. quintilibus: quo Magistratus inierunt: comparare inter se prouincias iussi. Et Mamercus: cui Gallicum bellum euenerat: scribere exercitum: sine ulla uacationis: uenia. Quin opificum quoq; uulgus: et sellularii: minime militie idoneũ genus: exciti dicuntur. ¶ Veiosq; ingens exercitus contractus: ut inde obuiã Gallis iret. ¶ Longius discedi: ne alio itinere hostis falleret ad urbem incedens: nõ placuit. ¶ Paucos deinde

CONS. L. emilius mamercus
CH. plautius

post dies satis explorata tēporis eius quiete a Gallis: Priuernū omnes conuersa uis. duplex inde fama ē. ¶ Alii ui captā urbem Vitrubiūq; uiuum in potestate uenisse. Alii priusq̄ ultima adhiberetur uis: ipsum se in deditionem Consulis caduceū pferētis permisisse autores sunt. Vitrubiumq; ab suis traditum. ¶ Senatus de Vitrubio Priuernatibusq; consultus: Cōsulem Plautiū dirutis Priuerni muris. psidio q; ualido īposito ad triumphū arcessit. ¶ Vitrubium in carcerē asseruari iussit: quoad Consul redisset. tum uerberatū necari. edes eius: que essent in palatio: diruendas. bona Senonis sango censuerunt consecranda. Quodq; eris ex eis redactū est: ex eo enei orbes facti: positi in sacello Senonis sangi: aduersus edē Quirini. ¶ De Senatu Priuernate: ita decretū: ut qui Senator Priuerni: post defectionem ab Romanis māsisset: trans tyberim eadē lege: qua Veliterni habitaret. ¶ His ita decretis: usq; ad triumphum Plautii: silentium de Priuernatibus fuit. ¶ Post triumphū Consul: necato Vitrubio: sotiisq; eius noxie: apud satiatos iam suppliciis nocentium: tutam mentionem de Priuernatibus ratus. ¶ Quoniam defectiōis autores inqt meritas penas: et ab diis immortalibus: et a uobis habent Patres Conscripti: quid placet de innoxia multitudine fieri? Equidem et si mee partes: exquirende magis sententie: q̄ dande: sunt: tamen cū uideam Priuernates uicinos Samnitibus esse: unum nunc nobis incertissima pax est: q̄ minimum irarum inter nos: illosq; relinqui uelim. ¶ Cum ipsa p se res anceps esset: prout cuiusq; ingeniū erat: atrocius: mitiusue: suadētibus: tum incertiora omnia unus ex Priuernatibus Legatis fecit: magis cōditiōis in q̄ natus esset: q̄ pn̄tis necessitatis meōr. Qui interrogatus a quodam: tristioris sententie autore: quam penā meritos Priuernates censeret ¶ Eā inquit: quam merentur: qui se libertate dignos censent. ¶ Cuius cum feroci responso infestiores factos uideret Consul eos: qui ante Priuernatiū causam impugnabāt: ut ipse benigna interrogatione mitius responsū eliceret ¶ Quid si penā inqt remittimus uobis: qualem nos pacem uobiscum habituros speremus? ¶ Si bonam dederitis inquit et fidelem: et perpetuam. si malam: haud diuturnam. ¶ Tū uero minari: nec id ambigue: Priuernatem: quidam: et illis uocibus: ad rebellandū incitari: pacatos populos. ¶ Pars melior Senatus: ad meliora: respōsa trahere. et dicere uiri: et liberi uocē auditā. an credi posse ullum populum: aut hominē deniq; in ea conditiōe: cuius eū peniteat: diutius: q̄ necesse sit: mansurum? Ibi pacem esse fidam: ubi uolūtarii pacati sint: neq; eo loco: ubi seruitutem esse uelint: fidem sperandam esse. ¶ In hanc sententiā maxīe Consul ipse inclinauit animos: identidem ad principes sententiarum Consulares: uti exaudiri posset a pluribus: dicendo: eos demū: qui nihil preterq̄ de libertate cogitāt: dignos esse: qui Romani fiant ¶ Itaq; et in Senatu causā obtinuere: et ex autoritate Patrum: latū ad Populū est: ut Priuernatibus ciuitas daretur ¶ Eodē anno Anxur trecenti in Coloniam missi sunt. bina iugera agri acceperunt. ¶ Sequutus est annus: nulla re: belli: domiue insignis. P. Plautio: Proculo. P. Cornelio Scapula cōsulibus: preter q̄ qđ Fregellas: Signinoꝝ. Is ager: deinde Volscoꝝ fuerat Colonia deducta: et populo uisceratio data a. M. Flauio in funere matris. ¶ Erant qui per speciē honorande parentis: meritam mercedem Populo solutam interpretrarentur: qđ eum die dicta ab Edilibus: crimine stuprate matris familie: absoluisset ¶ Data uisceratio in preteritam iudicii gratiam: honoris etiam causa fuit: Tribunatuq; Plebei proximis Comitiis absens: petentibus prefertur. ¶ Palepolis fuit: haud procul inde: ubi nūc Neapolis sita est. duabus urbibus: populus idē habitat. cu miserant oriūdi. Cūani chalcide Euboica originem trahunt. Classe qua aduecti ab domo fuerant: multū in ora maris eius: qđ accolunt: potuere. Primo in insulas Enariam: et Phitecusas egressi: de inde in

Cos. P. Plautius proculus
P. cornelius Scapula

CVMANI A CHALCIDE OEVBOICA ORIGINĒ TRAHVT.

continentem ausi sedes transferre. ¶ Hec ciuitas tum suis iuribus: tum Samnitiũ in fide
aduersus Romanos societate freta: siue pestilentia: que Romanam Vrbem adorta
nunciabatur: fidẽs multa hostilia aduersus Romanos: agrũ Campanum: Falernũq;

Cos · L · cornelius lentulus
P · philo

incolentes: fecit. ¶ Igit̃. L. Cornelio Lentulo. P. Philone iterũ Cõsulibus: Fecialibus
Palepolin ad res repetendas missis: cũ relatũ eẽt: a Grecis: gẽte: lingua magis strenua:
q̃ factis: ferox responsum: ex autoritate Patrum: Populus Palepolitanis bellũ fieri
iussit. ¶ Inter Consules Prouintiis comparatis: Bello Greci persequendi Publio eue/
nerunt ¶ Cornelius altero exercitu Sãnitibus: si qua se mouerent: oppositus. ¶ Fama
autem erat defectioni Campanorum imminentes: admoturos castra. ¶ Ibi optimum
uisum Cornelio: statiua habere. ¶ Ab utroq; Consule exiguã spem pacis: cũ Sãnitibus
esse: certior fit Senatus. ¶ Publius duo milia Nolanorum militũ: et q̃ttuor Sãnitiũ:
magis Nolanis cogentibus: q̃ uoluntate Grecorũ recepta Palepoli: miserat. ¶ Rome
compertum est delectum indictum a Magistratibus. uniuersum Samnium erectum.
ac uicinos populos Priuernatem: Fundanumq; et Formianum: haud ambigue sol/
licitari. ¶ Ob hec: cum Legatos mitti placuisset: prius ad Samnites: q̃ bellum fieret:
responsum redditur a Samnitibus ferox. ¶ Vltro incusabant iniurias Romanorum
neq; eo negligentius ea: que ipsis obiicerent: purgabant. ¶ Haud ullo publico cõsilio
auxiliove iuuari Grecos. nec Fũdanum: Formianumue a se sollicitatos: qppe mĩme
penitere se uirium suarũ: si bellum placeat. Ceterũ non posse dissimulare. ¶ Egre pati
ciuitatẽ Samnitiũ: qđ Fregellas ex uolscis captas: dirutasq; ab se restituerit Romanus
populus. Coloniamq; in Samnitium agro imposuerit: quam Coloni eorũ Fregellas:
appellent: eam se contumeliam. iniuriamq;: nisi ab iis: qui fecerint: dematur: ipsos omi
ui depulsuros esse. ¶ Cum Romanus Legatus: ad disceptandũ eos: ad cõmunes socios:

Indictum bellum a Samnitibus ro.

atq; amicos uocaret. ¶ Quid perplexe agimus inquit? nostra certamina Romani: nõ
uerba Legatorum: nec hominum quisquam disceptator: sed campus Cãpanus: in quo
concurrendum est: et arma: et communis mars belli: decernet. Proinde inter Capuam
Suessulãq; castra castris conferamus. et Samnis: Romanus ne imperio Italiã regat:
decernamus. ¶ Legati Romanorũ: cũ se: non quo hostis uocasset: sed quo Imperatores
sui duxissent: ituros esse: respondissent. Iam Publius inter Palepolin Neapolinq;: loco
opportune capto diremerat hostibus societatem auxilii mutui: qua ut quisq; locus p/
meretur: inter se usi fuerant. ¶ Itaq; cũ et Comitiorũ dies instaret et Publiũ imminẽtẽ
hostium muris: auocari ab spe capiende in dies urbis: haud e. R. e. P. esset: actum cũ
Tribunis est: ad Populum ferrent: ut cum. P. Philo Consulatu abisset: Proconsul rẽ
gereret: quoad debellatum cum Grecis esset. ¶ L. Cornelio: quia ne eum quidem in
Samniũ iam ingressum: reuocari ab impetu belli placebat: littere misse: ut Dictatorẽ

DICTATOR · M · CLAUDIUS · MARCELLUS ·

Comitiorum causa: diceret. dixit. M. Claudium Marcellum. ¶ Ab eo Magister Eqtũ
dictus. Sp. Postumius. ¶ Nec tamen ab Dictatore Comitia sunt habita: quia uitio
ne creatus esset. in disquisitionẽ uenit ¶ Consulti Augures: uitiosum uideri Dictatorẽ:
pronuntiauerunt ¶ Eam rem Tribuni suspectam: infamemq;: criminando fecerũt.
¶ Nam neq; facile fuisse id uitium nosci: cum Consul oriente nocte silentio diceret
Dictatorem: neq; ab Cõsule: cuiq̃ publice: priuatimq; de ea re scriptũ esset. nec queq̃
mortalium extare: qui se uidisse: aut audiuisse: quid dicat: quod auspicium dirimeret.
Neq; Augures diuinare Rome sedentes potuisse: qd in castris Consuli uitii euenisset.
¶ Cui non apparere: qđ Plebeius Dictator sit dictus: id uitiũ Auguribus uisũ. ¶ Hec
aliaq; ab Tribunis nequicq̃ iactata. Tamen ad Interregnum res redit. Dilatisq; alia:
atq; alia causa Comitiis: quartusdecimus demum Interrex. L. Emilius: Cõsules creat

ALEXADRIA CODITUR I EGYPTO

C. Petilium. L. Papyrium Mugilanũ. cursorem in aliis annalibus inuenio. ¶ Eodẽ anno Alexandriam in Egypto proditum conditam. ¶ Alexandrumq; Epiri Regẽ ab exsule Lucano interfectum sortes Dodonei Iouis euẽtu affirmasse. ¶ Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat: caueret Acherusiam aquam: Pandosiãq; urbẽ ibi fatis eius terminũ dari: eoq; ocius transmisit in Italiã: ut q̃ maxĩe procul abeẽt urbe Pandosia: in Epiro: et Acherõte amni: quẽ ex Molossĩte defluẽtẽ: in stagna inferna accipit Thesprotius sinus. ¶ Ceterum ut ferme fugiẽdo in media fata ruitur. Cũ sepe Bruttias: Lucanasq; legiones fudisset: Heracleam Tarentinorum coloniam: cõsentiã ex Lucanis: sipontumq; Brutiorum coloniam ac Erinam: alias inde Messapiorum & Lucanorum cepisset urbes: et trecentas familias illustres: in Epirum: quas obsidum numero haberet misisset: haud procul Pandosia urbe imminente Lucanis ac Brutiis finibus: tris tumulos: aliquantum inter se distantes: insedit. Ex quibus excursiones in omnem partem agri hostilis faceret: et ducentos ferme Lucanorum exsules circa se: pro fidis habebat: ut pleraq; eius generis ingenia sunt. Cum fortuna mutabilẽ gerẽtes fidem hymbres continui campis omnibus inundantes cum interclusissent trifariã exercitum: a mutuo inter se auxilio: duo presidia: que sine Rege erant improuiso hostiũ aduentu: opprimunt. Deletisq; eis: ad ipsius obsidionẽ om̃s conuersi. Inde ab Lucanis exsulibus ad suos nuntii missi sunt: pactoq; reditu: promissum est Regem: aut uiuum: aut mortuum: in potestatem daturos. Ceterum cum delectis ipse egregium facinus ausus: per medios erumpit hostes: et ducem Lucanorũ cominus cõgressum obtruncat. Contrahensq; suos ex fuga palatos: peruenit ad amnem ruinis recentibus pontis: quẽ uis aque abstulerat: indicantem iter. Quem cum incerto uado transiret agmen: fessus metu: ac labore miles increpans nomẽ ab ominandũ fluminis. Iure Acheros uocaris inquit. Quod ubi ad aures accidit Regis: adiecit extemplo aĩmum fatis suis: substititq; dubius an transiret. ¶ Tum Sotinius minister ex regiis pueris: quid in tanto discrimĩe periculi contaretur interrogans: indicat Lucanos insidiis querere locum. Quod ubi respexit rex: procul grege facto uenientes stringit gladium: et per medium amnem transmittit equum. Iamq; in uadum egressum eminus ueruto Lucanus exultãs figit. lapsum inde: cum inherente telo: corpus exanime detulit amnis in hostium presidia. Ibi feda laceratio corporis facta. Nanq; preciso medio partẽ consentiã misere. pars ipsis retẽta ad ludibrium. Que cum iaculis saxisq; procul incesserẽt: mulier una ultra humanarum irarum fidem: seuienti turbe: immixta: ut parumper sustinerẽt precata: flens ait uirum sibi: liberosq; captos: apud hostes esse. sperare corpore Regio utcũq; mulctato: se suos redempturam. ¶ Is finis lacerationi fuit. sepultũq; Consentie: qđ mẽbrorum reliquum fuit: cura mulieris unius. ossaq; Metapontũ ad hostes remissa: inde Epirum deuecta ad Deopatram uxorem. sororemq; Olympiadem. quarum mater Magni Alexandri altera: soror altera fuit. ¶ Hec de Alexãdri Epirensis tristi euẽtu: quanq̃ Romano bello fortuna eum abstinuit: tamen q̃a in Italia bella gessit: paucis dixisse satis sit. ¶ Eodem anno Lectisternium Rome quinto: post conditam Vrbem iisdem quibus ante placandum habitum est diis. ¶ Noui deinde Cõsules iussu Populi: cũ misissent: qui indicerent Samnitibus bellũ: ipsi maiore conatu: q̃ aduersus Grecos cuncta parabant. et alia noua: nihil tum animo tale agitantibus: accesserũt auxilia. ¶ Lucani atq; Apuli: quibus gentibus nihil ad eã diem cũ Romano Populo fuerat: in fidem uenerũt: arma uirosq; ad bellũ pollicentes. federe ergo in amiciciã accepti. ¶ Eodem tẽpore etiã in Samnio res prospere gesta. tria oppida in potestatẽ uenerũt. Alife. Callirife. Rufrium. Alifusq; ager primo aduentu Consulum: longe lateq; est

cos C. potelius L. papyrius mugilanus

ALEXADRI EPIRI REGIS CEDES

peruastatus. ¶ Hoc bello tam prospere commisso bello quoq; alteri quo Greci obsi-
debantur: iam finis aderat. Nã preterq̃ q̃d inter septis munimentis hostiũ: pars parti
abscisa esset fediora aliquanto intra muros iis: quibus hostis territabat: patiebant̃. Et
uelut capti a suis metipsis psidiis: indigna iã liberis quoq; ac coniugibus: et que captaꝝ
urbium extrema sunt: patiebantur. Itaq; cum et a Tharento: et a Samnitibus: fama
esset noua auxilia uentura: Sãnitiũ plusq̃ uellent: intra menia eẽ rebant̃. Tarẽtinoꝝ
iuuentutem: Greci grecos: haud minus per quos Samniti: Nolanoq;: q̃ ut Romanis
hostibus resisterẽt: expectabant. ¶ Postremo leuissimũ maloꝝ deditio ad Romanos
uisa. ¶ Charilaus et Nymphius principes ciuitatis communicato inter se cõsilio ptes
ad rem gerendam diuisere. Vt alter ad imperatorem Romanorũ transfugeret: alter
subsisteret ad prebendam opportunam consilio urbem. ¶ Charilaus fuit q ad. P. Phi-
lonem uenit. et q̃d bonum: faustum felixq; palepolitanis: populoq; Romano esset:
tradere se ait menia statuisse. Eo facto utrũ ab se prodita: an seruata patria uideat̃.
in fide Romana positũ esse. sibi priuatim nec pacisci quicq̃: nec petere. publice petere
q̃ pacisci magis: ut si successisset inceptum: cogitaret Populus Romanus potius: cum
quãto studio: periculoq; reditum in amiciciam suam esset: q̃ q̃ stulticia: et temeritate
de officio decessum. ¶ Collaudatus ab Imperatore tria milia militum: ad occupandã
eam partẽ urbis: quã Samnites insidebant: accepit. presidio eis. L. Quĩtius Tribunus
militum: prepositus. ¶ Eodem tempore: et Nymphius Pretorem Samnitiũ arte ag-
gressus: perpulerat: ut quoniã omnis Romanus exercitus: aut circa Palepolin aut in
Samnio esset: sineret se classe circumuehi ad Romanum agrum: nõ oram mõ maris:
sed ipsi Vrbi propinqua loca depopulaturum. Sed ut falleret: nocte proficiscendũ
esse: extẽploq; naues deducẽdas. Quod quo maturius fieret: omnis iuuentus Sãnitiũ:
preter necessarium urbis presidium ad littus missa. ¶ Vbi dum Nymphius in tenebris:
et multitudine semetipsa impediente: sedulo aliis: alia imperia turbans: terit tempus.
Charilaus ex composito ab sotiis in urbẽ receptus: cum summa urbis Romano milite
implesset. tolli clamorem iussit: ad quem Greci signo accepto a Principibus quieuere.
¶ Nolani per auersam partem urbis: uia Nolam ferente: effugiunt. ¶ Samnitibus
exclusis ab urbe: ut expeditior in presentia fuga: ita fedior. Postq̃ pi̇culo euaserunt:
uisa. quippe qui inermes: nulla rerum suarum non relicta: inter hostes: ludibriũ non
externis modo: sed etiam popularibus: spoliati atq; egentes domos rediere. ¶ Haud
ignarus opiniõis alterius: qua hec proditio a Sãnitibus facta traditur: cũ autoribus
hoc dedi: quibus dignius credi est. Tum fedus Neapolitanum: eo enim deinde sũma
rei Grecorum uenit: similius uero facit. ipsos in amiciciam redisse. ¶ Publio triũphus
decretus q̃d satis credebat̃: obsidione domitos hostis in fidẽ uenisse. ¶ Duo singularia
hec ei uiro primũ contigere. prorogatio imperii: non ante in ullo facta. et acto ho-
nore: Triumphus. ¶ Aliud sub inde bellum: cum alterius ore Grecis exortũ. Nanq;
cum Tarentini rem Palepolitanam uana spe auxilii aliquandiu sustinuissent: postq̃
Romanos urbe potitos accepere: uelut destituti: ac nõ: qui ipsi destituissent: ĩcrepare
Palepolitanos: ira atq; inuidia in Romanos furere: eo etiam q̃d Lucanos et Apulos:
(nanq; utraq; eo anno sotietas cepta est) in fidem Populi Romani uenisse: allatum ẽ.
Quippe prope modũ peruentũ ad se esse. iamq; in eo rẽ esse: ut Romani: aut hostes
aut domini: habendi sint. discrimen profecto: rerum suaꝝ in bello Samnitiũ: euẽtuq;
eius uerti. eam solam gentem restare. nec eam ipsam satis ualidam: quando Lucanus
defecerit quem reuocari adhuc: impelliq; ad abolendam sotietatem Romanã posse:
si qua ars serendis discordiis adhibeat̃. ¶ Hec consilia cũ apud cupidos reꝝ nouãdarũ

Palepolis capta per proditionem a Ro.

Prima imperii prorogatio.

ualuissent: ex iuuentute quidam Lucanoꝝ precio acciti: clari magis inter populares: q̃ honesti: inter se mulctati ipsi uirgis: cum corpora nuda intulissent in ciuium cetum: uociferati sunt se: qđ castra Romana ingredi ausi essent: a Consule uirgis cesos: ac prope securi percussos esse. ¶ Deformis suapte natura res: cum speciem iniurie magis: q̃ doli: pre se ferret. Concitati homines: cogunt clamore suo Magistratus Senatum uocare. et alii circumstantes Concilium: bellum in Romanos poscunt. Alii ad conci/tandam in arma multitudinē agrestiū: discurrunt. Tumultuq; etiā sanos cōsternāte animos: decernitur: ut societas cum Samnitibus renouaretur. Legatiq; ad eam rem mittantur. ¶ Repentina res: quia quam causam nullā: tam ne fidem quidē habebat. Coacti a Samnitibus obsides dare: et presidia in loca munita accipere. Ceci fraude: et ira nihil recusarūt. Dilucere deinde breui fraus cepit: postq̃ criminū falsoꝝ autores Tarentum commigrauere. Sed amissa omni de se potestate: nihil ultra: q̃ ut peni/teret frustra restabat. ¶ Eo anno Plebi Romane uelut aliud initiū libertatis factū est: qđ necti desierunt. ¶ Mutatum autem ius ob unius feneratoris simul libidinem: simul crudelitatem insignem. L. Papyrius is fuit. cui cum Senatus Consulto Publius ob es alienum paternū: nexū dedisset: que forma: etasq; misericordiā elicere poterāt: ad libidinem: et contumeliam animum accenderunt: ut florem etatis eius fructum aduenticium credit ratus: primo perlicere adolescentem sermone incesto est conatus. Deinde postq̃ aspernabātur flagitium aures: minis territare atq; identidē āmonere fortune. Postremo cum ingenuitatis magis: q̃ presentis conditionis meōrem uideret: nudari iubet. uerberaq; afferri. Quibus laceratus iuuenis: cum se ī publicū ꝓripuisset: libidinem crudelitatemq; conquerens feneratoris: ingens uis hoīm: cū etatis miseratiōe atq; indignitate iniurie accensa: sue conditiōis liberumq; suorum respectu: in forum: atq; inde agmine facto ad Curiam concurrit. Et cum Consules tumultu repentino coacti: Senatum uocarent: introeuntibus in curiam Patribus laceratū iuuenis tergū procumbentes ad singulorū pedes ostendebant. uictum eo die: ob impotentē iniuriā unius. ingens uinculum fidei. iussiq; Consules ferre ad Populum: ne quis: nisi q noxiā meruisset: donec penam lueret: in cōpedibus: aut in neruo teneretur. pecunie credite: bona debitoris: non corpus ob noxium esset. Itaq; nexi soluti. cautumq; in posterum ne necterentur. ¶ Eodem anno: cum satis per seipsum Samnitium bellū: et defectio repens Lucanorū: autoresq; defectionis Tarentini sollicitos haberent Patres: accessit: ut et Vestinus populus Sānitibus sese coniūgeret. ¶ Que res sicut eo anno sermōibus magis passim hominum iactata: q̃ in publico ullo Concilio est. Ita insequentis anni Consulibus. L. Furio Camillo iterum: Iunio Bruto Sceue: nulla prior potiorq; uisa est de qua ad Senatum referrent. Et q̃q̃ noua res erat: tamē tanta cura Patres īcessit: ut pariter eam susceptam: neglectamq; timerent: ne aut impunitas eorum lasciuia: superbiaq;: aut bello pene expetite: metu propinquo: atq; ira concirent finitimos po/pulos. Et erat genus ōme abūde bello Sānitibus par: Marsi: Pelignięq; & Marucini. quos: si Vestinus attingeretur: omnes habendos hostes. ¶ Vicit tamen pars: que in p̄nti uideri potuit maioris animi: q̃ consilii. Sed euentus docuit: fortes fortunā iuuare. Bellū ex autoritate Patrū: Populus aduersus Vestinos iussit. ¶ Prouintia ea Bruto: Samnium Camillo: forte euenit. Exercitus utroq; ducti. et cura tuendorum finium hostes prohibiti coniungere arma. ¶ Ceterum alteꝝ Consulem. L. Furiū cui maior moles rerum imposita erat: morbo graui implicitū fortuna bello subtraxit: iussusq; Dictatorem dicere: rei grrende causa: lōge clarissimum bello ea tempestate dixit. L. Papyrium cursorem. A quo. Q. Fabius Maximus Rutilanus Magister equitū est

Lucani et Latini decepti fedus renouant cū Sānitibus.

Mos nectendi debitores omissus

Tergū

Cos. L. Furius camillus / Iunius Brutus Sceua

DICTATOR · L · PAPYRIVS · CVRSOR ·

proſpe ꝯ veſtinos pugnatū

dictus. par nobile rebus in eo Magistratu gestis: discordia tamē: q̄ prope ad ultimū dimicationis uentum est: nobilius. Ab altero Consule in Vestinis multiplex bellum: nec usquam uario euentu gestum est. Nam et peruastauit agros. et populādo: atq; urendo tecta hostium: sataq; in aciem inuitos extraxit. et ita ꝑlio uno accidit Ves/tinorum res. haudquaq̄ incruento milite suo: ut non in castra solū refugerēt hostes: sed iam ne uallo quidem ac fossis freti dilaberentur in oppida: situ urbium: menibusq; se defensuri. Postremo oppida quoq; ui expugnare adortus: primo Cutinam ingenti ardore militū: aut uulnerū ira: qđ haud fere q̄sq̄ īteger prelio excesserat: scalis cepit. deīde Cingiliā. Vtriusq; urbis predā militibus: qđ eos neq; ponte: neq; muri hostiū arcuerant concessit. In Samnium incertis itum auspiciis est. cuius rei uitium: nō in belli euentum: qđ prospere gestum est: sed in rabiem: atq; iras Imperatorū uertitur. Nanq; Papyrius Dictator a Pullario monitus: cum ad auspicium petendū Romā proficisceretur: Magistro Equitum denuntiauit: ut sese loco teneret neu absente se: cum hoste manum consereret. Fabius cum post profectionem Dictatoris: per ex/ploratores comperisset: perinde omnia soluta apud hostes: ac si nemo Romanus in Samnio esset: seu ferox adolescens indignitate accensus: qđ omnia in Dictatore ui/derentur reposita esse: seu occasione bene gerende rei inductus: exercitu instructo: paratoq; profectus ad Imbrinium ita uocant locum acie cum Samnitibus conflixit. Ea fortuna pugne fuit: ut nihil relictum sit: quo si adfuisset Dictator: res melius geri potuerit: nō dux militi: nō duci miles defuit. eques etiā autore. L. Cominio Tribuno: qui aliquotiens impetu capto perrūpere non poterat hostiū agmen: detraxit frenos equis: atq; ita cōcitatos calcaribus permisit: ut sustinere eos: nulla uis posset. per arma: per uiros: late stragem dedere. Sequutus pedes impetum equitum: turbatis hostibus intulit signa. Viginti milia hostium cesa eo die traduntur. Autores habeo bis cum hoste signa collata dictatore absente: bis rem egregie gestam. Apud antiquissimos scriptores una hec pugna inuenitū. In quibusdam annalibus tota res pretermissa est. Magister equitū: ut ex tanta ede: multis potitus spoliis: congesta in ingentē aceruū hostilia arma: subdito igne: cōcremauit. Seu uotum id deorum cuipiam fuit: seu cre/dere libet Fabio autori: eo factum: ne sue glorie fructū Dictator caperet. nomenq; ibi scriberet: aut spolia in Triumpho ferret. Littere quoq; de re prospere gesta ad Senatum: non ad Dictatorem misse: argumētum fuere minime cū eo cōmunicātis laudem. Ita certe Dictator id factū accepit: ut letis aliis uictoria parta: pre se ferret iram: tristiciamq;. Missoq; repente Senatu: se ex Curia proripuit. Tum uero non Samnitium magis legiones: q̄ Maiestatem Dictatoriam: et disciplinam militarem: a Magistro Equitum uictam: et euersam dictitans. si ille impune spretum imperium fuisset. Itaq; plenus minarum: ireq;: profectus in castra: cum maximis itineribus isset: non tn̄ preuenire famā aduentus sui potuit. Precurrerant enī ab urbe: qui nūciarēt: Dictatorē auidū pene uenire. alternis pene uerbis. T. Mallii facta laudantē. Fa/bius extemplo Contione aduocata: obtestatus milites est: ut qua uirtute. Rem. Pu. ab infestissimis hostibus defendissent: eadem se cuius ductu auspicioq; uicissent ab im/potenti crudelitate Dictatoris tutarentur. Venire amentem inuidia: iratum uirtuti alene: felicitatiq;. furere: qđ se absente. Res. Pu. gesta egregie esset: malle si mutare fortunā posset apud Samnites: q̄ Romanos uictores esse. Imperiū Dictature spretū: tanq̄ non eadem mente pugnari uetuerit: qua pugnatum doleat. Et tunc inuidia impedire uirtutem alienam uoluisse: cupidissimisq; ablatuꝝ arma fuisse militibus: ne se absēte moueri posset. Et nūc id furere: id egre pati: qđ sine. L. Papyrio: nō inermes:

Q. Fabius max. rutilan. magr eqtū inīussu dictatoris pugnat ꝯ sānites.

Magr eqtū oro ad exercitū ꝯ imperādo [illegible] ꝯ dictatoris iram

non manci milites fuerint q̄d se. Q. Fabius Magistrū Equitū duxerit: ac nō accēsū
Dictatoris. Quid illum facturum fuisse: si q̄d belli casus ferūt: marsq; communis ad/
uersa pugna euenisset? qui sibi deuictis hostibus. Re. P. bene gesta: ita ut nō ab illo
unico Duce melius geri potuerit: suppliciū Magistro Equitū: et tunc uictori minet̄.
neq; illum Magistro equitum infestiorē: q̄ Centurionibus: q̄ militibus esse. Si posset:
in omnes seuiturū fuisse: quia id nequeat: in unum seuire. etiam inuidiam: tanq̄ ignē
summa petere: in caput consilii: in ducem incurrere. Si se simul cum gloria rei geste
extinxisset: tunc uictorem: uelut in capto exercitu dominantem: quicquid licuerit in
Magistro equitū: in militibus ausurū. proinde adessent in sua causa omniū libertati.
Si consensum exercitus eundem: qui in prelio fuerit: in tuenda uictoria uideat: et sa/
lutē unius omnibus cure esse: inclinaturū ad clemētiorē sententiā animū. ¶ Postremo
se uitam fortunasq; suas illorū fidei uirtutiq; permittere ¶ Clamor est tota Cōtione
ortus. uti bonum animū haberet: neminem illi uim allaturū: saluis legiōibus Romāis.
¶ Haud multo post Dictator aduenit: classicoq; extemplo ad Contionē aduocauit.
¶ Tum silentio facto preco. Q. Fabium Magistrum Equitum: citauit. Qui simul:
ex inferiore loco: ad tribunal accessit. Tum Dictator ¶ Quero inq̄t de te. Q. Fabi.
Cum summum imperium Dictatoris sit: pareantq; ei Consules: Regia potestas: Pre/
toresq; iisdem auspiciis: quibus Cōsules creati: equum censeas: nec ne Magistꝝ Equitū
dicto audientem esse? ¶ Itemq; illud interrogo: cum me incertis auspiciis profectum
ab domo scirem: utrum mihi turbatis religiōibus. Res. Pu. in discrimen committenda
fuerit: an auspicia repetenda: ne quid diis dubiis agerem? ¶ Simul illud: que Dicta/
tori religio impedimento ad rem gerendā fuerit: num ea Magister Equitū solutus
ac liber potuerit esse? Sed quid ego hec interrogo: cum si ego tacitus abissem: tamen
tibi ad uoluntatis interpretationem mee: dirigenda tua sententia fuerit. ¶ Quin tu
respondeas: uetuerim ne quicq̄ rei: me absente agere. Vetuerim ne signa cū hostibus
conferre? quo tu imperio meo spreto in certis auspiciis: turbatis religionibus: aduersus
morem militarem: disciplinamq; maiorum: et numen deorum: ausus es cum hoste cō/
fligere? Ad hec que interrogatus es: responde. extra ea: caue uocem mittas. ¶ Accede
lictor accede ¶ Aduersus singula. Q. Fabio cum respondere: haud facile eēt: et nūc
quereretur accusatorem eundem capitis sui: ac iudicem eē: modo uitā sibi eripi citius:
q̄ gloriā rerū gestaꝝ posse: uociferaretur: purgaretq; se inuicē: atq; ultro accusaret.
¶ Tunc Papyrius redintegrata ira: spoliari Magistrum Equitum: ac uirgas: et secures
expediri iussit. ¶ Fabius fidem militum implorans: lacerantibus uestem lictoribus ad
Triarios tumultum iam in cōtionem miscentes sese excepit. Inde clamor per totam
contionē est perlatus. Alibi preces: alibi mine: audiebant̄. qui proximi forte tribunali
steterant: quia subiecti oculis Imperatoris noscitari poterant: orabant: ut parceret
Magistro Equitum. neu cum eo exercitū damnaret. Extrema contio et circa Fabiū
globus: increpabāt inclementē Dictatorē. nec procul seditione aberant: ne tribunal
quidem satis quietum erat ¶ Legati circunstantes sellam orabant ut rem in posterū
diem differret. et ire sue spatium: et consilio tempus daret. Satis castigatā adolescētiā
Fabii esse. satis deformatam uictoriam: ne ad extremum finem supplicii tēderet. neu
unico iuueni: neu patri eius: clarissimo uiro: neu Fabie genti: eam iniungeret igno/
miniam ¶ Cum parum precibus: parum causa proficerent: intueri seuientē cōtionem
iubebant. Ita irritatis militum animis subdere ignem ac materiam seditioni non esse
etatis: non prudentie eius. Neminē id. Q. Fabio penā deprecanti suā: uitio uersuꝝ.
sed Dictatori: si occecatus ira infestam multitudinem in se prauo certamie mouisset.

Dictator Fabiū alloq̄t ī iudicio

o x

Postremo ne id se gratie dare. Q. Fabii crederet: se iusiurandum dare paratos eē: non uideri. Rei. P. expedire: in. Q. Fabiū eo tempore animaduerti. His uocibus cum in se magis concitarent Dictatorem: q̃ Magistro Equitum placarent: iussi de tribunali descendere Legati: et silētio nequicq̃ per preconem temptato: pre strepitu ac tumultu: nec ipsius Dictatoris: nec apparitorum eius uox audiretur. Nox uelut in prelio: certamini finem fecit. Magister Equitum iussus postero die adesse: cum omēs affirmarent infestius Papyrium exarsurum agitatum conuentione ipsa: exacerbatumq;: clam ex castris Romā profugit. et patre autore. Q. Fabio: qui ter iā Cōsul: Dictatorq; fuerat: uocato extemplo Senatu: cū maxime conquereretē apud Patres: uim atq; iniuriam Dictatoris: repente strepitus ante curiam lictorum submouētiū auditur: et ipse infensus aderat: post q̃ comperit profectum ex castris: cum expedito equitatu sequutus. Iterata deinde contentio. et prehendi Papyrius Fabium iussit. ubi cum deprecantibus primoribus patrū: atq; uniuerso Senatu perstaret in incepto immitis animus: Tum pater. M. Fabius. Quādoquidem inquit apud te: nec autoritas Senatus: nec etas mea: cui orbitatē paras: nec uirtus: nobilitasq; Magistri Eqtū: a te ipso nominati: ualet: nec preces: que sepe hostē mitigauere: que deoꝝ iras placāt: Tribunos Plebis appello: et prouoco ad Populum. eumq; tibi fugienti exercitus tui: fugienti Senatus iudicium: iudicē fero: qui certe unus: plus q̃ tua Dictatura potest. polletq;. uidero cessurus ne ꝓuocatiōi sis: cui Rex Romanus Tullus Hostilius: cessit.

Ex curia in contionem itur: quo cum paucis Dictator: cū omni genere prīcipum Magister Equitum ascendisset: deduci eum de rostris Papyrius in partem īferiorem iussit. Sequutus pater bene agis inquit: cum eo nos deduci iussisti. unde et priuatim uocem mittere possemus. Ibi primo non tam perpetue oratiōes: q̃ altercatio exaudiebantur. Vicit deinde strepitū uox et indignatio Fabii senis: increpātis supbiā: crudelitatemq; Papyrii: se quoq; Dictatorem Rome fuisse. nec a se queq̃: nec Plebis quidem hominem: nō centurionem: non militem: uiolatum. Papyriū tāq̃ ex hostiū Ducibus: sic ex Romano Imperatore uictoriam: et Triumphum petere. Quantum interesset inter moderationem antiquorum: et nouam superbiam: crudelitatemq;. Dictatorem Quintium Cincinnatum: in. L. Minutium Consulem: ex obsidiōe a se abreptum: non ultra seuisse: q̃ ut Legatū eum ad exercitū: pro Consule relinqueret.

M. Furium Camillum in. L. Furio: qui cōtempta sua senectute: et autoritate fedissimo cum euentu pugnasset: non solum in presentia moderatum ire eē: ne quid de Collega secus Populo: aut Senatui scriberet: sed cū reuertisset: potissimū ex Tribunis Consularibus habuisse quem ex Collegis optione a Senatu data: sotium sibi imperii delegerit. Nam Populi quidem penes quem potestas omnium rerum esset: ne iram quidem unquā atrociorē in eos fuisse: qui temeritate: atq; inscitia exercitus amisissent: q̃ ut pecunia eos mulctaret. capite anquisitū ob rem: bello male gestā: de Impatore nullo: ad eam diem esse: nunc Ducibus Populi Romani: que ne uictis quidem bello: fas fuerit: uirgas: et secures: uictoribus: et iustissimos meritis Triūphos: intētari. Quid enim tandem passurum fuisse filium suum: si exercitū amisisset: si fusus: fugatus: castris exutus: fuisset? quo ultra iram uiolentiamq; eius excessuram fuisse: q̃ ut uerberaret: necaretq;? Quam cōuenientes esse propter. Q. Fabiū ciuitatem in leticia: uictoria: supplicatiōibus: ac gratulationibus esse: eum propter quem: delubra pateant: are sacrificiis fument: honore: donis: cumulētur: nudatū uirgis lacerari in cōspectu Populi Romani: intuentem Capitolium: atq; arcem: deosq; ab se duobus preliis haud frustra aduocatos? Quo id animo exercitum: qui eius ductu auspiciisq; uicisset: laturum?

M. Fabij patris magistri equitum prouocatio ad populum a dictatore

M. Fabij uerba contra dictatorem

quem luctum in castris romanis: quā leticiam inter hostes fore. ¶ Hec simul iurgans: querensq; deum hominumq; fidem obtestans: et cōplexus filiū plurimis cū lachrymis agebat. ¶ Stabat cum eo Senatus magestas. fauor Populi. Tribunicium auxilium. memoria absentis exercitus. ¶ Ex altera parte Imperium inuictū Populi Romani: et disciplina rei militaris et Dictatoris edictū: ꝑ numīe semꝑ obseruatū: et Manliana imperia: et posthabita filii caritas: publice utilitati iactabant̄. ¶ Hoc etiā. L. Brutū conditorem Romane libertatis antea in duobus liberis fecisse. ¶ Nunc Patres comes et senes: faciles de alieno Imperio spreto: tanq̄ rei parue: disciplīe militaris euerse: iuuentuti gratiam facere. ¶ Se tamen perstaturū in incepto: nec ei: qui aduersus edictū suum turbatis religiōibus: ac dubiis auspiciis pugnasset: quicq̄ ex iusta pena remissurū. ¶ Maiestas imperii perpetua ne esset nō esse in sua potestate. L. Papyrium nihil de eius iure diminuturū. ¶ Optare ne potestas Tribunicia inuiolata ipsa: uiolet intercessione sua Romanū Imperiū. Neu Populus Romanus in se potissimū Dictatorē: et ius Dictature extinguat. Quod si fecisset: nō. L. Papyriū: sed tribunos: sed prauū Populi iudicium: nequicq̄ posteros accusaturos cū polluta semel militari disciplina: nō miles Cēturiōis: nō Cēturio Tribuni: nō Tribunus Legati: nō Legatus Consulis: nō Magister Equitū Dictatoris: pareat imperio. Nemo hominum: nemo deorū uerecundiam habeat. Non edicta Imperatorum: nō auspicia obseruent̄: sine cōmeatu uagi milites in pacato: in hostico: errarent: immeōres sacramenti: licētia sola: ubi uelit exautorent. in frequentia deserantur signa. neq; conueniat̄ ad edictū. nec discernat̄ interdiu: nocte: equo: iniquo loco: iniussu Imperatoris: pugnent: et non signa: non ordines: seruent. latrocinii mō ceca et fortuita pro sollemni et sacrata militia sit. Hoꝝ criminū uos reos in omnia secula offerte Tribuni Plebis. Vestra obnoxia capita pro licentia. Q. Fabii obiicite. ¶ Stupentes tribunos: et suam iam uicem magis anxios: q̄ eius: cui auxilium ab se petebatur: liberauit onere consensus Populi Romani ad ꝑces: et obtestationē uersus: ut sibi penā Magistri Equitū Dictator remitteret. ¶ Tribuni quoq; inclinatam rem in preces subsequuti: orare Dictatorē insistūt: ut ueniā errori humano: ueniam adoloscentie. Q. Fabii daret. satis eum penarum dedisse. Iam ipse adoloscens iam pater. M. Fabius contentionis obliti: procumbere ad genua: et iram deprecari Dictatoris. ¶ Tunc Dictator: silentio facto. ¶ Bene habet inquit Quirites. Vicit disciplina militaris: uicit Impii maiestas: que in discrimine fuerunt: an ulla post hanc diem essent: non noxe eximitur. Q. Fabius: qui contra edictū Imꝑatoris pugnauit: sed noxe damnatus: donat̄ Populo Romano: donat̄ Tribunitie potestati: precariū: non iustum auxiliū ferenti. ¶ Viue. Q. Fabi: felicior hoc cōsensu ciuitatis: ad tuendum te: q̄ in qua paulo ante exultabas uictoria. Viue id facinus ausus: cuius tibi ne parens quidem: si eodem loco fuisset: quo fuit. L. Papyrius: ueniam dedisset. Mecum ut uoles: reuerteris in gratiam. Populo Romano: cui uitā debes: nihil maius prestiteris: q̄ si hic tibi dies satis documēti dederit: ut bello ac pace pati legitima impia possis. ¶ Cum se nihil morari Magistrum Equitū pronuntiasset: digressum eū tēplo: letus Senatus: letior Populus: circunfusi ac gratulantes hinc Magistro Equitū: hinc Dictatori: prosequuti sunt: firmatumq; Imperium militare: haud minus ꝑiculo. Q. Fabii: q̄ supplicio miserabili adolescentis Manlii uidebat̄. ¶ Forte ita eo anno euenit: ut quotienscunq; dictator ab exercitu recessit: hostes in Samnio mouerentur. Ceteꝝ in oculis exēplo erat. Q. Fabius. M. Valerio Legato: qui in castris preerat: ne quā uim hostiū magis: q̄ trucē Dictatoris iram timeret. Itaq; frumentatores cū circūuēti ex insidiis cesi loco iniquo essent: creditum uulgo est: subueniri eis a Legato potuisse:

DICTATORIS VERBA

DICTATORIS VERBA

ni tristia edicta exhorruisset. Ea quoq; ira alienauit a Dictatore militum animos: iam ante infensos q᷑ implacabilis. Q. Fabio fuisset. Et quod suis precibus negasset ei Populo Romano ueniā dedisset ¶ Postq̄ Dictator ꝓposito in urbe. L. Papyrio Crasso: Magistro Equitum. Q. Fabio: uetito quicquam pro Magistratu agere: in castra rediit: neq; ciuibus satis letus aduentus eius fuit. Nec hostibus quicquā attulit: terroris. Nanq; postero die: seu ignari uenisse dictatorē: seu adesset: an abesset parui facientes: instructa acie ad castra accesserunt. ¶ Ceterum tantum momenti in uno uiro. L. Papyrio fuit: ut si Ducis consilia fauor subsequutus militum foret: debellari eo die cum Samnitibus potuisse: pro haud dubio habitum sit. Ita instruxit aciē loco ac subsidiis: ita omni arte bellica firmauit. Cessatū a milite: ac de industria ut obtrac/taretur laudibus ducis impedita uictoria est. Plures Sānitiū cecidere. Plures Romāi uulnerati sunt. ¶ Sensit peritus dux: que res uictorie obstaret. temperandū ingeniū suum esse: et seueritatē miscendā comitati. ¶ Itaq; adhibitis Legatis ipse circūsaucios milites inserēs in tentoria caput singulos: ut sese haberēt rogitās: curā eoꝝ nominatī Legatis: Tribunisq;: et Prefectis demandabat. rem per se popularē: ita dexter egit: ut medendis corporibus: animi multo prius militum imperatori reconciliarent. Nec quicq̄ ad salubritatē efficacius fuerit: q̄ q᷑ grato aīmo ea cura accepta ē. ¶ Refecto exercitu: cum hoste cōgressus: haud dubia spe sua: militumq;: ita fudit: fugauitq; Sā/nites: ut ille ultimus eis dies conferendi signa: cum Dictatore fuerit. ¶ Incessit deinde: qua duxit ꝑde spes: uictor exercitus. perlustrauitq; hostiū agros: nulla arma: nullā uim: nec apertam: nec insidiis expertus. ¶ Addebat alacritatem q᷑ Dictator predam omnem edixerat militibus. nec ira magis publica: q̄ priuatū compēdium: in hostem acuebat. ¶ His cladibus subacti Samnites: pacem a Dictatore petiere: cū quo pacti: ut singula uestimenta militibus: et annuum stipendium darent. Cum ire ad Senatū iussi essent: sequuturos se Dictatorem responderunt: unius eius fidei: uirtutiq;: causam suam commendantes. ¶ Ita deductus ex Samnitibus exercitus. ¶ Dictator Triūphās urbem est ingressus. Et cū se Dictatura abdicare uellet: iussu patrū: priusq̄ abdicaret. Consules creauit Claudium Sulpitium Lōgum: iterum. Q. Emilium Cerretanum. ¶ Samnites infecta pace quia de conditōibus agebatur indutias annuas ab urbe re/tulerunt. ¶ Nec earū ipsarū sancta fides fuit. adeo postq̄ Papyriū abisse Magistratu nuntiatū est: arrecti ad bellandū animi sunt. ¶ Claudio Sulpitio. Q. Emilio Aulū quidam annales habent Cōsulem: ad defectionem Samnitium: Apulum nouū bellū accessit. ¶ Vtroq; exercitus missi. Sulpitio Samnites: Apulia Emilio: sorte euenerūt. ¶ Sunt qui non ipsis Apulis bellum illatum: sed socios eius gentis populos ab Sānitiū ui: atq; iniuriis defensos scribant. ¶ Ceterum fortuna Samnitium uix a se ipsis eo tpe propulsantium bellum: propius ut sit uero: facit. Non Apulis ab Samnitibus arma illata. Sed cum utraq; simul gente bellū Romanis fuisse. Nec tamen res ulla memo/rabilis acta. ager Apulus: Samniūq; euastatū: hostes nec hic nec illic: inuēti. ¶ Rome nocturnus terror ita ex somno trepidam repente ciuitatem exciuit: ut Capitolium: atq; arx: meniaq; et porte plena armatorum fuerunt. Et cū cōcursatum: clamatūq; ad arma oīmibus locis esset: prima luce: nec autor: nec causa terroris: cōparuit. ¶ Eodē anno de Tusculanis Flauia rogatione fuit iudicium. M. Flauius Tribunus plebis. tulit ad populum: ut in Tusculanos animaduerteretur. Quorum ope: ac cōsilio Ve/literni Priuernatesq; Populo Romano bellum fecissent. ¶ Populus Tusculanus cum cōiugibus ac liberis Romā uenit. Ea multitudo ueste mutata: et specie reoꝝ Tribus circuit genibus se omnium aduoluēs. Plus itaq; misericordia ad Pene ueniā: q̄ causa:

ad crimen purgandũ ualuit. Tribus omnes preter Polliam antiquarũt legẽ. ¶ Pollie sentẽtia fuit: puberes uerberatos necari. cõiuges liberosq; sub corona: lege belli ueire. Memoriãq; eius ire Tusculanis: in pene tam atrocis autores mansisse: ad patrũ etatẽ: constat. Nec quenq̃ ex polia tribu candidatum ferme datũ: Papyriam ferre solitũ.

COS. Q. Fabius L. Fulvius

¶ Insequẽti anno. Q. Fabio. L. Fuluio Consulibus. A. Cornelius Aruina Dictator: et. M. Fabius Ambustus Magister Equitũ: metu grauioris ĩ Samnio belli cõducta enim precio a finitimis iuuentus dicebat̃ intentiore delectu habito: egregiũ exercitũ aduersus Sãnites duxerunt. Castra in hostico incuriose ita posita: tanq̃ procul abeẽt hostis: cũ subito aduenere Samnitiũ legiones tanta ferocia: ut uallũ usq; ad stationẽ Romanã inferrẽt. Nox iam appetebat. id prohibuit munimenta adoriri. nec dissimulabant orta luce postero die facturos. ¶ Dictator ubi propiorẽ spe dimicationẽ uidit: ne militũ uirtuti damno locus esset: ignibus crebris relictis qui conspectũ hostiũ fustrarentur: silentio legiones educit. ¶ Nec tamẽ fallere ꝓpter ꝓpinquitatẽ castroꝝ potuit. Eques extemplo insequutus ita ĩstitit agmini: ut donec lucesceret: prelio abstineret. nec pedestres quidem copie: ante lucem castris egresse. Eques luce demũ ausus incursare in hostem: carpendo nouissimos: premẽdoq;: iniquis ad transitũ locis: agmẽ detinuit. ¶ Interim pedes equitem assequutus. ¶ Et totis iam copiis Samnis urgebat.

DICTATOR A. CORNELIUS ARVINA

¶ Tum Dictator: postq̃ sine magno incommodo progredi non poterat: eum ipsum in quo constiterat locum: castris communiri iussit. Id uero circũfuso undiq; eq̃tatu: ut uallum peteretur: opusq; inciperet: fieri non poterat. Itaq; cum neq; eundi: neq; manendi: copiam esse uidet: instruit aciem: impedimentis ex acie remotis: instruuntur contra et hostes: et animis et uiribus pares. ¶ Auxerat id maxime animos: q̃d ignari: loco iniquo: nõ hosti cessum: uelut fugiẽtes ac territos: terribiles ipsi sequuti fuerant. Id aliquandiu equauit pugnam. Iam pridem desueto Samnite clamorem Romani exercitus pati. ¶ At hercule illo die: ab hora diei tertia ad octauam ita anceps dicitur certamen stetisse: ut neq; clamor: ut primo semel concursum est: sublatus: iteratus sit: neq; signa ꝓmota loco: retroue recepta: neq; recursũ ab ulla sit parte. ĩ suo q̃sq; gradu obnixi urgentes scutis: sine respiratiõe: ac respectu: pugnabãt. Fremitus eq̃lis: tenorq; idem pugne: in defatigationem ultimam: aut noctem spectabat. Iam uiris uires: iam ferro sãguis: iam ducibus consilia deerant. Cum subito Samnitium equites: cũ turma una longius prouecta: accepissent impedimenta Romanoꝝ procul ab armatis: sine presidio: sine munimento stare: auiditate prede impetũ faciũt. Quod ubi Dictatori nuntius trepidus attulit. ¶ Sine modo inquit se preda prepediant. Alii deinde super alios: diripi passim: ferriq; fortunas militum uociferabantur. ¶ Tum Magistro Eq̃tũ accito. ¶ Vides tu inquit. M. Fabi ab hostium equite: omissam pugnã ? herẽt impediti impedimentis nostris. Aggredere: q̃d inter predandum omni multitudini euenit dissipatos. raros: equis insidentes: raros quibus ferrum in manu sit: inuenies. equosq;: dũ ꝑda onerant cede inermes: cruentamq; illis predam redde. mihi legiones peditumq; pugna cure erunt. Penes te equestre sit decus. ¶ Equitũ acies qualis que eẽ instructissima põt: inuecta in dissipatos: ĩpeditosq; hostes: cede omnia replet. inter sarcinas omissas repẽte obiacentes pedibus fugientium consternatorumq; equorum: neq; pugne: neq; fuge satis potentes: ceduntur. ¶ Tũ deleto prope equitatu hostiũ. M. Fabius circũductis paulum alis a tergo pedestrẽ aciem adoritur. ¶ Clamor inde nouus accedẽs: et Sãnitiũ animos terruit. et Dictator ubi respectantis hostium antesignanos: turbataq; signa et fluctuantem aciem uidit: tum appellare: tũ adhortari milites: Tribunos: prĩcipesq; ordinum: nominatim. ad iterandam secum pugnam uocare. ¶ Nouato clamore signa

Tenor

inferũtur. et quocũq; ingrediebant: magis magisq; turbatos hostes cernebãt ¶ Eques ipse iam primis erat in conspectu. ¶ Et Cornelius respiciens ad manipulos militũ: qd manu: qd uoce poterat: monstrabat. Vexilla se suorum: parmasq; cernere equitum. Quod ubi auditum: simulq; uisum est: adeo repente laboris per diem pene totũ tolerati: uulnerumq; obliti sunt: ut haud secus q̃ si tum integri e castris signum pugne accepissent: concitauerint se in hostem. ¶ Nec ultra Samnis tolerare terrorẽ equitũ peditumq; uim potuit. partim in medio cesi: partim in fuga dissipati sunt. Pedestres restantes ac circunuentos cedunt ¶ Ab equite fugientium strages est facta: inter quos: et ipse Imperator cecidit ¶ Hoc demum prelium Samnitiũ res ita infregit: ut omnibus concilijs fremerent: minime id quidem mirũ eẽ: si impio bello: et cõtra fedus suscepto: infestioribus merito dijs: q̃ hominibus: nihil prospere agerent. Expiandum id bellum magna mercede: luendumq; esse. id referre tantum: utrum supplicia noxio paucorũ: an omnium innoxio prebeant sanguine: audebantq; iam quidem nominare autores armorum. unum maxime nomen per consensum clamantium Brutuli Papyrij exaudiebatur. ¶ Vir nobilis: potensq; erat: haud dubie proximarum induciarum ruptor. de eo coacti referre Pretores: decretum fecerunt: ut Brutulus Papyrius Romanis dederetur. Et cum eo preda omnis Romana captiuiq; Romam mitterent. queq; res Perfeciales ex federe repetite eẽnt: scd'm ius fasq;: restituerent ¶ Feciales Romã ut censuerunt missi: et corpus Brutuli exanime: ipse morte uolũtaria ignominie se ac supplicio subtraxit: placuit cum corpore bona eius quoq; dedi. Nihil tamen earum rerum preter captiuos: et si qua cognita ex preda fũt: accepta. sed ceterarum rerum irrita fuit deditio ¶ Dictator ex senatus cõsulto triũphauit ¶ Hoc bello a cõsulibus bellatum: quidam autores sunt. eosq; de Samnitibus triumphasse ¶ Fabium etiam in Apuliam processisse: atq; inde magnas predas egisse. Nec discrepat quin Dictator eo anno. A. Cornelius fuerit. Id ambigitur belli ne gerendi causa: creatus sit: an ut esset: qui ludis Romanis: quia. L. Plautius pretor graui morbo forte implicitus erat: signũ mittendis q̃drigis daret. functusq; eo: aut sane memorandi imperij ministerio: se Dictatura abdicaret. ¶ Nec facile est: aut rem: rei aut autorem autori preferre. ¶ Vitiatã memoriam funebribus laudibus reor. falsisq; imaginum titulis: dum familia ad se queq; famam rerum gestarũ: honorũq;: fallente mendacio trahunt. Inde certe: et singulorũ gesta: et publica monumenta rerũ confusa. Nec quisq̃ equalis tẽporibus illis scriptor extat: quo satis certo autore stetur.

Liber nonus

Sequitur hunc annum nobilis clade Romana caudina pax. T. Veturio Caluino. Sp. Postumio: Cõsulibus. ¶ Samnites eo ãno Imperatorem Claudium Pontium Herennij filium habuerũt. patre lõge prudentissimo natum. primũ ipsum bellatorẽ: ducẽq;. Is ubi legati qui ad dedẽdas res missi erant: pace infecta redierũt. Ne nihil actum inquit hac legatione censeatis. Expiatũ ẽ q̃cq̃d ex federe rupto irarum in nos celestium fuit. Satis scio q̃buscũq; dijs cordi fuit subigi nos: ad necessitatẽ dedendi res: que a nobis ex federe repetite fuerant: iis non fuisse cordi tam superbe ab romanis federis expiationem spretam. Quid enim ultra fieri ad placandos deos: mitigandosq; homines potuit: q̃ qd' nos fecimus? res hostium in preda captas: que belli iure nostre uidebantur: remisimus. Autores belli quia uiuos non potuimus: perfũctos iam fato: dedimus. Bona eorum: ne quid ex cõtagione noxe remaneret penes nos: Romam portauimus. Quid ultra tibi Romane:

quid federi: quid diis arbitris federis debeo? Quem tibi tuarum irarum: quem meorum supplicioru iudicem feram? neminem neq; populū: neq; priuatum fugio. Quod si nihil cū potentiore: iuris humani relinquit̄ inopi. At ego ad deos uindices ītolerande superbie: confugiam. et precabor: ut iras suas uertant in eos: quibus non sue reddite res: non aliene accumulate: satis sint. quorum seuiciam: non mors noxiorum: nō deditio exanimatorum corporum: non bona sequentia domini deditionē: exatient. Placari nequeant: nisi hauriendum sanguinem: lanianda uiscera nostra prebuerimus. Iustum est bellum Samnites: quibus necessariū. et pia arma: qbus nulla: nisi in armis reliquitur spes. Proinde cum rerum humanarum: maximum momentum sit: q̄ propitiis rem: q̄ aduersis agant diis: p certo habete: priora bella aduersus deos magis: q̄ hōines: gessisse.

¶ Hoc: qđ instat: ducibus ipsis diis gesturos. ¶ Hec non leta magis: q̄ uera: uaticinatus: exercitu educto: circa Caudium castra: q̄ potest occultissime ducit. Inde ad Calatiā: ubi iam Consules romanos castraq; esse audiebat. Milites decem: pastorum habitu: mittit: pecoraq; diuersos alium alibi: haud procul romanis: pascere iubet presidiis. Vbi inciderint in predatores: ut idē omnibus sermo constet: legiōes Samnitium in Apulia esse. Luceriam omnibus copiis circūsedere. nec procul abesse: quin ui capiant. Iam et is: etiam rumor ante: de industria uulgatus: uenerat ad romanos. Sed fidem auxere captiui: eo maxime: qđ sermo inter omnes congruebat. ¶ Haud erat dubium: quin Lucerinis opem Romanus ferret: bonis ac fidelibus Sotiis. Simul ne Apulia omnis ad presentem terrorē deficeret. Ea modo: q̄ irent: cōsultatio fuit. ¶ Due ad Luceriā ferebant uie. Altera propter oram superi maris: patens: apertaq;. Sed quanto tutior: tanto fere lōgior. Altera p Furculas Caudinas breuior: sed ita natura loci ē. ¶ Saltus duo alti siluosiq; sunt montibus circa se perpetuis: inter se iuncti. Iacet inter eos satis patens: clausus in medio campus: herbidus: aquosusq; per quem medium iter est. Sed anteq̄ uenias ad eum: intrande prime angustie sunt. Et aut eadem qua te īsinuaueris: retro uia repetenda: aut si ire porro pergas: per alium saltū arctiorem impeditiorēq; euadendum. ¶ In eum campum. uia alia: per cauam rupem Romani remisso agmine: cum ad alias angustias protinus pergerent: septas deiectu arborū: saxorumq; ingentiū obiacente mole inuenere. ¶ Cum fraus hostilis apparuisset: presidium etiam in summo saltu conspicitur. Citati inde retro: qua uenerant: pergunt repetere uiam. eam quoq; clausā: sua obice: armisq;: inueniunt. Sistunt inde gradū: sine ullius imperio. ¶ Stupor omnium aīmos: at uelut torpor quidā insolitus membra tenet. Intuentesq; alii alios: cum alterum quisq; magis mentis compotem: ac consilii: ducerēt: diu immobiles silēt. Deinde ubi pretoria Consulum erigi uidere: et expedire quosdam utilia operi: quāq̄ ludibrio fore munientes perditis rebus: ac spe omni adempta cernebāt: tamē ne culpā malis adderent: pro se quisq; nec hortante ullo: nec imperante ad muniendum uersi: castra prope aquam uallo circundant: sua ipsi opera: laboremq; irritum: preter q̄ qđ hostes superbe increpabant: cum miserabili confessione eludentes: ad consules mestos: ne aduocantes quidem in consilium: quando nec consilio: nec auxilio locus esset: sua sponte legati: ac tribuni conueniūt. Militesq; in pretorium uersi: opem: quam uix dii immortales ferre poterant: ab ducibus exposcunt. Querentes magis: q̄ consultantes: nox oppressit. Cum pro ingenio quisq; fremerent: alius per obices uiarum: alius p di/uersa montium: per siluas: qua ferri arma poterant: eamus. modo ad hostem puenire liceat: quem per annos iam prope. xx. uicimus. Omnia equa ac plana erunt Romāo in perfidum Samnitem pugnanti. Alius: quo: aut qua eamus? Num montes moliri sede sua paramus? Dū hec imminebūt iuga: q̄ tu ad hostem uenies? Armati: inermes:

FVRCVLE CAVDINE

Herennij pontij sapien[ti]u[m] co[n]siliu[m] de r[omanis] inclusis

fortes: ignaui: pariter omnes capti: atq; uicti sumus. Ne ferrũ quidẽ ad bene moriẽdũ oblaturus est hostis: sedens bellum conficiet. ¶ His inuicem sermonibus: tanq̃ quietis immemores nox traducta est. ¶ Ne Samnitibus quidẽ cõsiliũ: in tam letis suppetebat rebus. Itaq; uniuersi Herennium Pontium patrem Imperatoris: p litteras cõsulẽdũ censuerunt. ¶ Iã is grauior annis: nõ militaribus solum: sed ciuilibus quoq; abscesserat muneribus. In corpore tamen affecto: uigebat uis animi: cõsiliq;. ¶ Is ubi accepit ad Furculas Caudinas inter duos saltus: clausos exercitus romanos: Consultus ab nuntio filii: censuit omnes inde q̃ primũ inuiolatos dimittẽdos. ¶ Que ubi spreta sententia est: iterumq; eodem remeante nuntio consulebatur: censuit ad unũ omnes interficiẽdos. ¶ Que ubi tam discordia inter se: uelut ex ancipiti oraculo: responsa data sunt: quanq̃ filius ipse in primis iam animum quoq; patris consenuisse in affecto corpore rebatur: tamen consensu omnium uictus est: ut ipsum in cõsilium acciperet. ¶ Nec grauatus senex plaustro in castra ducitur: aduectus: uocatusq; in cõsilium ita ferme loquutus est: ut nihil sententie sue mutaret: causas tantum adduceret. ¶ Priore se consilio: ꝙ optimum duceret: cum potentissimo populo per ingens beneficium perpetuam firmare pacem: amiciciamq;. ¶ Altero cõsilio in multas etates: q̄bus amissis duobus exercitibus: haud facile receptura uires Romana res: bellum differre. ¶ Tertium nullum consiliũ esse. ¶ Cum filius aliq; Principes percontando exquirerent: quid si media uia cõsiliũ caperetur: ut et dimitterentur incolumes: et leges iis iure belli uictis imponerentur? ¶ Ista quidem sentẽtia inquit: ea est: que neq; amicos parat: neq; inimicos tollit. Seruate modo: quos ignominia irritaueritis. Ea est Romana gens: que uicta quiescere nesciat. uiuet semper in pectoribus illoꝝ: quicquid istuc presens necessitas iniunxerit. neq; eos ante multiplices penas expetitas a nobis: quiescere sinet. Neutra sententia accepta Herennius domum aduectus. ¶ Et in castris Romanis: cum frustra multi conatus ad erumpendum capti essent: etiam omniũ rerũ inopia esset. uicti necessitate legatos mittunt: qui primũ pacem peterent equã. Si pacẽ nõ impetrarẽt: ꝓuocarẽt ad pugnam. ¶ Tum Pontius debellatum esse respondit. et quoniam ne uicti quidem: ac capti: fortunam fateri scirent: inermes cum singulis uestimentis sub iugum missurũ. Alias conditiões pacis equas uictis: ac uictoribus fore: si agro Samnitium decederẽt. Colonie abducerentur. suis inde legibus Romanũ: ac Samnitẽ equo federe uicturꝝ. His conditionibus paratum se esse fedus cũ Cõsulibus ferire. Si quid eorũ displiceat: legatos iam redire ad se uetuit. ¶ Hec cũ legatio renuntiaretur: tantus gemitus oĩm subito exortus est: tantaq; mesticia incessit: ut non grauius accepturi uiderentur: si nũtiaretur omnibus: eo loco mortem oppetendam esse. ¶ Cum diu silentium fuisset: nec Consules: aut pro federe: tam turpi: aut contra fedus: tam necessarium: hiscere possẽt. ¶ Tum. L. Lentulus: qui tũ Princeps Legatoꝝ uirtute: atq; honoribus erat. ¶ Patrẽ inquit meum Cõsules sepe audiui memorantem se in Capitolio unũ nõ fuisse autorẽ Senatui: redimende auro a Gallis ciuitatis: quando nec fossa: ualloq; ab ignauissimo ad opera: ac muniendum hoste: clausi essent: et erumpere: si nõ sine periculo magno: tamen sine certa pernicie possent. Quod si illis: ut decurrere: ex Capitolio armatis in hostẽ licuit: quo sepe modo obsessi in obsidentes eruperunt. Ita nobis equo: aut iniquo loco dimicandi tantummodo cum hoste copia esset. Non mihi paterni animi indoles in consilio dando: de esset. Equidem mortem pro patria preclaram esse fateor. Et me uel deuouere ꝓ populo romano legionibusq;: uel in medios me mittere hostes: patus sum. Sed hic patriam uideo. hic quicquid Romanarum legionum est: que nisi pro se ipsis ad mortem ruere uolunt: quid habent: ꝙ morte sua seruent? Tecta urbis dicat

L. Lentuli or[ati]o

aliqs: et menia: et eã turbã. a q̃ urbs incolit̃: immo hercule prodũtur ea magis omnia:
deleto hoc exercitu: non seruant̃. Quis enĩ ea tuebit̃? imbellis uidelicet atq; inermis
multitudo? tã hercule: q̃ a Gallorũ impetu defẽdit. ¶ An a Veiis exercitũ: Camillũq;
ducem implorabunt? Hic omnis spes: opesq; sũt: q̃s seruãdo: patriã seruamus. dedẽdo
ad necẽ: patriam deserimus: ac prodimus. ¶ At feda atq; ignominiosa deditio est. sed
ea caritas patrie ẽ: ut tam ignominia eã q̃ morte nostra: si opus sit: seruemus. Subeat̃
ergo ista: quantacunq; est indignitas: et pariatur necessitati: quã ne dii quidem superant.
¶ Ite Consules: redimite armis ciuitatẽ: quã auro maiores nostri redemerunt. Con/
sules profecti ad Pontium: in colloquium cum de federe uictor agitaret: negarunt
iniussi populi: fedus fieri posse. nec sine Fecialibus: Cerimoniaq; alia sollemni. ¶ Itaq;
non ut uulgo credũt: Claudiusq; etiam scribit: federe pax caudina: sed p̱ sponsionem
facta est. Quid enim aut sponsoribus in federe opus eẽt: aut obsidibus: ubi precatiõe
res transigitur? per quem populum fiat: quo minus legibus dictis: stetur ut eum ita
Iupiter feriat: quemadmodum a Fecialibus porcus feriat̃. ¶ Spoponderũt Cõsules:
Prefecti: Legati: Questores: Tribuni militum: nominaq; omnium qui spopõderunt:
extant. ubi si ex federe acta res esset: preterq̃ duorum Fecialium: non extarent. Et
propter necessariam federis dilationem: obsides etiam sexcẽti eq̃tes imperati: q capite
luerent: si pacto non staretur. ¶ Tempus inde statutũ tradendis obsidibus: exercituq;
inermi mittendo. ¶ Reintegrauit luctum in castris Consulum aduentus. ut uix ab iis
abstinerent manus: quorum temeritate: in eum locum deducti essent: quoꝝ ignauia
fedius inde: q̃ uenissent: abituri. Illis non ducem locorum: non exploratorem fuisse.
beluarum modo cecos in foueam missos: alii alios intueri: cõtemplari arma: mox tra/
denda. et inermes futuras dextras: obnoxiaq; corpora hosti. ¶ Proponere sibimetipsi
ante oculos iugũ hostile: et ludibria uictoris. et uultus superbos. et p̱ armatos inermũ
iter. ¶ Inde fedi agminis miserabilem uiam: per Sotiorum urbes reditum in patriam:
ac parentes: quo sepe ipsi: maioresq; eorum triũphantes uenissent. ¶ Se solos sine uul/
nere: sine ferro: sine acie uictos. sibi non stringere licuisse gladios: nõ manũ cũ hoste
cõferre. sibi nequicq̃ aĩmos datos. ¶ Hec frementibus: hora fatalis ignominie aduenit
omnia tristiora: experiundo factura: q̃ que preceperant animis. ¶ Iam primum cum
singulis uestimentis inermes extra uallum exire iussi. ¶ Et primi traditi obsides: atq; in
custodiam adducti. ¶ Tum a consulibus abire lictores iussi. Paludamẽtaq; detracta:
tantam inter eos: qui pauloante eos execrantes: dedendos lacerandosq; censuerant:
miserationem fecit: ut sue quisq; conditionis oblitus: ab illa deformatione tante ma/
iestatis: uelut a nefando spectaculo auerteret oculos. ¶ Primi Consules prope semi
nudi: sub iugum missi. Tum: ut quisq; gradu proximus erat: ita ignominie obiectus.
Tũ deinceps singule legiones: circũstabant armati: exprobrantes: eludentesq;. gladii
etiam plerisq; intentati: uulnerati quidam: necatiq;: si uultus eorum indignitate rerũ
acrior uictorem offendisset. ita traducti sub iugum: et qđ pene grauius erat: p̱ hostiũ
oculos: cum ex saltu euasissent: ac si uelut ab inferis extracti: tum primũ lucẽ aspicere
uisi sunt. Tamen ipsa lux: ita deforme intuentibus agmen: omni morte tristior fuit.
¶ Itaq; cum ante noctem Capuam peruenire possent: incerti de fide Sotiorum: et qđ
pudor prepediebat: circa uiã haud procul Capua: omniũ egena corpora humi pro/
strauerunt. Quod ubi est Capuam nuntiatum: euicit miseratio iusta Sotioꝝ: sup̱biã
ingenitam Campanis. Confestim insignia sua consulibus: fasces: lictores: arma: equos:
uestimenta commeatus militibus benigne mittunt. ¶ Et uenientibus Capuã cũctus
Senatus populusq; obuiam egressus: iustis omnibus hospitalibus: priuatisq;: et publicis

fungitur officiis: neq; illis sotiorum comitas: uultusq; benigni: et alloquia: non modo sermonem elicere: sed ne ut oculos quidem attollerent: aut consolantes amicos contra intuerentur: efficere poterant. Adeo super merorẽ pudor: quoq; effugere colloquia et cetus hominum cogebat. ¶ Postero die: cum iuuenes nobiles missi a Capua: ut ꝓficiscentes ad finẽ Campanũ ꝓsequerentur: reuertissent: uocatiq; in curiã: ꝑ contãtibus maioribus natu: multo sibi mestiores: et abiectiores animi uisos: referrent: adeo silens ac prope mutum agmen incessisse: tacere indolem illam Romanã: ablatosq; cũ armis animos non reddere salutem: non salutantibus dare responsum: non hiscere queq̃ pre metu potuisse: tanq̃ ferẽtibus adhuc ceruicibus iugum: sub quod emissi essent: habere Samnites uictoriam: non preclaram solum: sed etiam perpetuam. Cepisse enim eos: non Romam: sicut ante Gallos: sed qđ multo bellicosius fuerit: romanam uirtutem: ferociamq;. ¶ Cum hec dicerentur: audirenturq;: et deploratũ pene Romanũ nomẽ in Concilio Sotiorum fidelium esset. Dicitur Offilius Acalauius: Qui Filius clarus genere: factisq;: tum etiam etate uerendus: longe aliter se habere rem dixisse. Silẽtiũ illud obstinatum: fixosq; ĩ terram oculos: et surdas ad omnia solatia aures: et pudorẽ intuende lucis: ingentem molem irarũ: exalto: animi cientis indicia esse: aut Romana se ignorare ingenia: aut silentium illud Samnitibus: flebiles breui clamores: gemitusq; excitaturum. ¶ Caudineq; pacis: aliquanto Samnitibus: q̃ Romanis: tristiorẽ meõriã fore. Quippe suos quenq; eorum animos habiturũ: ubicunq; congressuri sint. Saltus Caudinos non ubiq; Samnitibus fore. ¶ Iam Rome et sua infamis clades erat. obsessos primũ audierunt. ¶ Tristior deinde ignominiose pacis: q̃ periculi nuntius fuit. ¶ Ad famam obsidionis: delectus haberi ceptus erat. Dimissus deĩde auxiliorũ apparatus: postq̃ deditionem tam fede factam acceperunt: extemploq; sine ulla publica autoritate concessum: in omnem formam luctus est. ¶ Taberne circa forum clause. iusticiumq; in foro sua sponte ceptum: prius q̃ indictum. laticlaui: anuli aurei: positi. Pene mestior exercitu ipso: ciuitas esse: nec ducibus solũ: atq; autoribus: spõsoribusq; pacis irasci: sed innoxios etiã milites odisse. et negare urbe: tectisue accipiendos. ¶ Quã concitationem animorum fregit aduentus exercitus: etiam iratis miserabilis. Nõ enĩ tanq̃ in patriam reuertentes: ex insperato incolumes: sed captorum habitu: uultuq; ingressi sero in urbem: ita se in suisquisq; tectis abdiderunt. Ut postero die: atq; insequentibus diebus: nemo eorum forũ: aut publicũ aspicere uellet. ¶ Consules in ꝑuato abditi: nihil ꝓ Magistratu agere: nisi qđ expressum Senatus Consulto est: ut Dictatorem dicerent: Comitiorum causa. Q. Fabiũ Ambustum dixerũt. et. P. Emiliũ Petũ Magistrũ Equitũ. Quibus uitio creatis: suffecti. M. Emilius Pappus Dictator L. Valerius Flaccus Magister Equitum. Nec per eos comitia habita: et qa tedebat. populum omnium Magistratuum eius anni: res ad Interregnum redut. Interregesq; Fabius Maximus. M. Valerius Coruinus. ¶ Is Consules creauit. Q. Publium Philonem: et. L. Papyrium Cursorem iterum: haud dubio consensu ciuitatis: ꝙ nulli ea tempestate Duces clariores essent. ¶ Quo creati sũt die: eo (sic enim placuerat patribus) Magistratum inierunt. sollemnibusq; sanctis perfectis: de pace Caudina retulerunt. et Publius penes quem fasces erant. ¶ Dic. Sp. Postumi inquit. ¶ Qui ubi surrexit eodẽ illo uultu: quo sub iugum missus erat. ¶ Haud sum ignarus inqt Cõsules ignominie: non honoris causa: me primum excitatum: iussumq; dicere: non tanq̃ Senatorẽ: sed tanq̃ reum: tam infelicis belli: q̃ ignominiose pacis. Ego tamen: quando neq; denoxa nostra: neq; de pena retulistis: omissa defensione: que nõ difficillima esset apud haud ignaros fortunarum humanarum: necessitatumq;: sententiam de eo: de quo retulistis:

DICTATOR · Q · FABIUS · AMBUSTUS

cos. Q. p. philo
L. papyrius cursor

Oro Sp. postumij

paucis peragam. Que sententia testis erit mihi: ne an legionibus uestris pepercerim: cum me seu turpi: seu necessaria sponsione obstrinxi: q̃ tamen: quãdo iniussu populi facta est: non tenetur Populus Romanus: nec quicq̃ ex ea preterq̃ corpora nostra debentur Samnitibus. Dedamur Perfeciales: nudi: uinctiq; exoluamus religiõe Populum: si qua obligauimus: ne quid diuini: aut humani obstet: quo minus iustũ: piũq; de integro ineatur bellũ. Interea Cõsules exercitum scribere: armare: educere: placet: nec prius ingredi hostium fines: q̃ omĩa iusta in deditionem nostram perfecta erunt.

Vos dii ĩmortales precor: quesoq; : si uobis non fuit cordi. Sp. Postumiũ. T. Veturiũ Consules: cum Samnitibus prospere bellũ gerere. At uos satis habeatis uidisse nos subiugũ missos: uidisse spõsiõe infami obligatos: uidere nudos uictosq; hostibus deditos omnem iram hostiũ: nostris capitibus excipientes: nouos Cõsules: legiõesq; Romanas: ita cum Samnite gerere bellum uelitis: ut omnia ante nos Consules bella: gesta sunt.

Que ubi dixit: tãta simul ammiratio: miseratioq; uiri incessit homines: ut modo uix crederent illum eũdem esse. Sp. Postumium: qui autor tam fede pacis fuisset. Modo miserarentur: ꝙ uir talis etiam precipuum apud hostes supplicium passurus esset: ob iram diremte pacis: cum omnes laudibus modo prosequentes uirum in sentẽtiam eius pedibus irent. Tẽptata paulisper intercessio est: a. L. Liuio: et. Q. Melio Tribunis Plebis: qui neq; exolui religione Populũ aiebant: deditione sua: nisi omĩa Sãnitibus qualia: apud Caudium fuissent: restituerentur. neq; se pro eo: quod spondendo pacẽ: seruassent exercitum Populi Romani: penam ullam meritos esse: neq; ad extremum: cum sacrosancti essent: dedi hostibus: uiolariue posse. Tũ Postumius: interea dedite inquit profanos nos: quos salua religione potestis. dedetis deĩde: et istos sacrosãctos: cumprimo Magistratu abierint. Sed si me audiatis: prius q̃ dedantur: hic in comitio uirgis cesos: hanc iam ut intercalate pene usuram habeant. Nã q̃d deditione nostra negant exolui religione populũ: id istos magis ne dedantur: q̃ quia ita res se habeat: dicere. Quis adeo iuris Fecialium expers est: qui ignoret? neq; ego inficias eo: Patres Conscripti: tam sponsores: q̃ federa sancta esse: apud eos homines: apud quos iusta diuinas religiones: fides humana colitur. sed iniussu Populi: nego quicq̃ sanciri posse: q̃d Populum teneat: an si eadem superbia: qua sponsionem istã expresserunt nobis: Sãnites coegissent nos uerba legittima: dedentium urbes: nuncupare: deditũ Populum Romanum uos Tribuni diceretis? et hanc urbem: templa delubra: fines: aq̃s: Sãnitiũ esse? omitto deditionẽ: quoniam de sponsione agitur. Quid tandẽ si spopondissemus Vrbem hanc relicturum Populum Romanũ: si incensurum: si Magistratus: si Senatũ: si leges: non habiturum: si sub Regibus futurum. Dii meliora inquis: atqui nõ indignitas rerum sponsionis uinculum leuat. Siquid est in quo obligari Populus possit: in omĩa potest. et ne illud quidem: quod quosdã forsitan moueat: refert. Cõsul: an Dictator: an Pretor: spoponderit: et hoc ipsi etiam Samnites iudicauerũt: quibus non fuit satis Consules spondere: sed Legatos: Questores: Tribunos militum: spondere coegerũt. Nec a me nunc quis q̃ quesiuerit: quid ita spoponderim: cum id nec Consulis ius esset: nec illis spondere pacẽ: que mei nõ erat arbitrii: nec pro uobis: qui nihil mãdaueratis: possem. Nihil ad Caudiũ Patres Conscripti humanis cõsiliis gestũ est. Dii ĩmortales: et uestris: et hostiũ imperatoribus: mentẽ ademerunt. Nec nos in bello satis cauimus. et illi male partam uictoriam: male perdiderũt: dũ uix locis: quibus uicerant credũt: dum quacunq; conditiõe arma uiris: in arma natis: auferre festinant. An si sana mẽs fuisset difficile illis fuit: dum senes ab domo ad cõsultandũ accersunt: mittere Romã legatos: cum Senatu: cum Populo: de pace: et federe agere? tridui iter expeditis erat.

Altera posthumij orõ

Interea in inducijs res fuisset. Donec ab Roma legati: aut uictoriam illis certam: aut pacem afferrent. Ea demum spõsio esset: quã Populi iussu spopondissemus. Sed neq; uos tulissetis: nec nos spopondissemus: nec fas fuit: alium rerum exitum esse: q̃ ut illis uelut somnio letiore: q̃ qđ mentes eoꝝ capere possent: ne quicq̃ eluderent: et nostrũ exercitum: eadem que impedierat fortuna: expediret: uanam uictoriã: uanior irritã faceret pax. Spõsio interponeretur: que neminem preter sponsorẽ obligaret. Quid enim uobiscum patres conscripti: quid cum populo romano actum est? quis uos appellare potest? Quis se a uobis dicere deceptũ? hostis: an ciuis? hosti nihil spopõdistis: quem neminem spondere pro uobis iussistis. Nil ergo uobis: nec uobiscum est: quibus nihil mandastis: nec cum Samnitibus: cum quibus nihil egistis. Samnitibus sponsores nos sumus rei: satis locupletes: in id: quod nostrum est. in id: quod prestare possumus: corpora nostra: et animos: in hec seuiant: in hoc ferrum: in hec iras acuãt. Quod ad Tribunos Plebis attinet: consulite: utrum presens deditio eorum fieri possit: an in diẽ differatur. Nos interim. T. Veturi: uosq; ceteri: uilia hec capita: luende sponsiõis ferамus: et nostro supplicio liberemus Romana arma. ¶ Mouit Patres Conscriptos: tum causa: tum autor: nec ceteros solum: sed Tribunos etiam Plebei: ut se in Senatus dicerẽt fore potestate: magistratu inde se extẽplo abdicauerũt. Traditiq; Fecialibus: cum ceteris Caudium ducendi. hoc facto Senatus Consulto lux quedam affulsisse ciuitati uisa est. ¶ Postumius in ore erat eum laudibus ad celum ferebant. Deuotioni P. Decii Consulis: alijs claris facinoribus equabãt. emersisse ciuitatẽ ex obnoxia pace: illius consilio: et opera: ipsum se cruciatibus: et hostiũ ire offerre. Piacula ꝑ Populo dare Romano. Arma cuncti spectant: et bellũ: quod desiderant: futuꝝ: ut cõgredi: armatis cum Samnite liceat: in ciuitate ira odioq; ardente delectus omnium prope uoluntariorum fuit. Rrescripte ex eodem milite noue legiões. Ductusq; ad Caudiũ exercitus. progressi Feciales: ubi ad portam uenere: uestem detrahi pacis spõsoribus iubent. manus post tergum uinciri. ¶ Cũ apparitor: uerecundia maiestatis postumiũ laxe uinciret. ¶ Quin tu inquit: adduces lorum: ut iusta fiat deditio? ¶ Tum ubi in cetum Samnitium: et ad Tribunal Pontii uẽtum est. A. Cornelius Aruina Fecialis: ita uerba fecit. ¶ Quandoquidem hice homines iniussu Populi Romani: Quiritium: fedus ictum iri spoponderunt: atq; ob eam rem: noxam nocuerunt: ob eam rem: quo Populus Romanus scelere impio sit solutus: hosce homines: uobis dedo. ¶ Hec dicẽte Feciali. Postumius genu femur: quanta maxime potuit ui perculit: et clara uoce ait: se Samnitem ciuem esse. illum Legatum Fecialem: a se contra ius gentium uiolatũ: eo iustius bellum gesturos. ¶ Tum pontius: nec ego istam deditionem accipiã inquit: nec Samnites ratam habebunt. Quin tu. Sp. Postumi: si deos esse censes: aut omnia irrita facis: aut pacto stas? Samniti populo omẽs: quos in potestate habuit: aut pro iis pax debetur. sed quid ego te appello: qui te captũ uictori: cũ q̃ potes fide restituis? ¶ Populum Romanũ appello: quẽ si sponsiõis ad Furculas Caudinas facte penitet: restituat legiones intra saltum: quo septe fuerunt. Nemo quenq̃ deceperit. omnia pro infecto sint. recipiant arma: que pro pactione tradiderũt: redeant in castra sua: quicquid pridie habuerunt: q̃ in colloquium est uentum: habeant. Tum bellum: et fortia consilia placeant. tunc sponsio: et pax repudietur. Ea fortuna: iis locis: quam ante pacis mentionem habuimus: geramus bellum. Nec Populus Romanus Cõsulũ sponsionem: nec nos fidem Populi Romani accusemus. ¶ Nunq̃ ne causa defiẽt cur uicti pacto non stetis? obsides Porsene: dedistis furto eos subduxistis. ¶ Auro ciuitatẽ a Gallis redemistis inter accipiẽdum aurum cesi sunt. Pacem nobiscum pepigistis: ut

Dedunt postumum et colliga Samnitibus

Pontij Samnitis oratio ad senatum

legiones uobis captas restitueremus: eam pacem irritã facitis: et semper aliquã fraudi speciem iuris imponitis. Non probat Populus Romanus ignominiosa pace legiones seruatas. pacem sibi habeat: legiones captas uictori restituat. Hoc fide: hoc federibus: hoc fecialibus cerimoniis dignum erat: ut quidem tu q̃d petisti: per pactionẽ habeas: tot ciues incolumes: ego pacem: quam hosti tibi remittendo pactus sum: nõ habeã? Hoc tu. A. Corneli: hoc uos Feciales iuris gentibus dicitis? Ego uero istos: quos dedi simulatis: nec accipio: nec dedi arbitror: nec moror: quo minus in ciuitatem Oblitam sponsione commissa: iratis omnibus diis: quorum eluditur numen: redeant. Gerat̃ bellũ: quãdo. Sp. Postumius modo legatum Fecialem genu perculit: ita dii credẽt Sãnitẽ ciuem Postumium: non ciuem Romanum esse: et a Samnite Romanum Legatum uiolatum. eo uobis iustum in nos factum esse bellũ. hec ludibria religionũ nõ pudere in lucem proferre? et uix pueris dignas ambages: senes: ac Consulares: fallende fidei exquirere. ¶ I lictor deme uincula Romanis: moratus sit nemo: quo minus ubi uisum fuerit abeant. ¶ Et illi quidem forsitan: et publica: sua certe liberata fide ab Caudio: in castra Romana: inuiolati redierunt. ¶ Samnitibus pro superba pace infestissimũ cernentibus renatum bellum: omnia: que deinde uenerunt: non in animis solum: sed prope: in oculis esse. et sero: ac nequicq̃ laudare senis Pontii utraq; consilia. Inter que se media lapsos: uictorie possessionem: pace incerta: mutasse: et benefitii et malefitii occasione amissa: pugnaturos cũ eis: quos potuerint in perpetuũ uel inimicos tollere: uel amicos facere. Adeoq; nullo dũ certamine inclinatis uiribus: post Caudinã pacẽ: animi mutauerant: ut clariorem inter Romanos deditio Postumium: q̃ Pontiũ in/cruenta uictoria inter Samnites faceret: et geri posse bellum Romani pro uictoria certa haberent. Samnites simul rebellasse: et uicisse: crederent Romanũ. ¶ Inter hec Satricani ad Samnites defecerant: et Fregelle Colonia: nec opinato aduentu Sam/nitiũ fuisse: et Satricanos cũ iis satis cõstat nocte occupata ẽ. ¶ Timor inde mutuus utrosq; usq; ad lucem quietos tenuit: lux pugne initium fuit. Quam aliq̃diu equam: et quia pro aris et focis dimicabant: et quia ex tectis adiuuabat imbellis multitudo: tamen Fregellani sustinuerũt. ¶ Fraus deinde rem inclinauit: quod uocẽ audiri pconis passi sunt: incolumem habiturũ qui arma posuisset. ¶ Ea spes remisit a certamĩe aĩmos. et passim arma iactari cepta. ¶ Pertinacior pars armata per auersam portam: erupit. tutiorq; eis audacia fuit: q̃ incautus ad credendum ceteris pauor: quos circũdatos igni: ne quicq̃ deos fideq; inuocantes: Samnites concremauerunt. ¶ Cõsules inter se partiti Prouincias. Papyrius in Apuliam: ad Luceriã pergit: ubi Equites Romani obsides: ad Caudium dati: custodiebantur. ¶ Publius in Samnio substitit: aduersus Caudinas legiones. ¶ Distendit ea res: Samnitium animos: quod nec ad Luceriam ire: ne a tergo in/staret hostis: nec manere: ne Luceria interim amitteretur: satis audebãt. ¶ Optimum uisum est: committere rem fortune: et transigere cum Publio certamẽ. Itaq; in aciẽ copias ducunt: aduersus quos Publius Cõsul cum dimicaturus esset: pus ad loquẽdos milites ratus: Contionẽ aduocari iussit. ¶ Ceterũ sicut ingenti alacritate: ad Pretoriũ concursum est: ita pre clamore poscentium pugnam: nulla adhortatio imperatoris audita est. Suus cuiq; animus memor ignominie: adhortator aderat. Vadunt igitur in preliũ urgentes signiferos: et ne mora in concursu pilis emittendis: stringẽdisq; inde gladiis esset: Pila uelut dato: ad id signo: abiiciunt. Strictisq; gladiis cursu in hostem feruntur: nihil illic Imperatorie artis ordinibus aut subsidiis locandis fuit. Omnia ira militaris prope uesano ordine egit. itaq; non fusi modo hostes sunt: sed ne castris quidẽ suis fugam impedire ausi: Apuliam dissipati petiere. ¶ Luceriam tamen: coacto rursus

in unum agmine est peruentum. ¶ Romanos ira eadem: que per mediã hostiũ aciem tulerat: et in castra pertulit. Ibi plus q̃ in acie sãguinis ac cedis factum: predeq; pars maior ira corrupta. ¶ Exercitus alter: cũ Papyrio consule: locis maritimis puenerat Arpos. per omnia pacata: Samnitium magis iniuriis et odio: q̃ beneficio ullo Populi Romani. Nam Samnites ea tempestate in montibus uicatim habitantes: campestria et maritima loca: cõtemptu molliore cultorꝝ: atq; ut euenit fere locis simili genere: ipsi montani: atq; agrestes depopulabãtur. ¶ Que regio si fida Samnitibus fuisset: aut peruenire Arpos exercitus romanus nequisset: aut interiecta inter Romam et Arpos penuria rerum omnium exclusos a commeatibus absumpsisset. ¶ Tũ quoq; profectos inde ad Luceriam: iuxta obsidentes: obsessosq;: inopia uexauit: oĩa ab Arpis Romanis suppeditabantur. Ceterꝝ adeo exigue: ut militi occupato stationibus: uigiliisq;: et opere: eques folliculis in castra ab arpis frumentũ ueheret. Interdũ occursu hostiũ cogeret̃ abiecto ab equo frumento: pugnare. et obsessis prius q̃ alter Consul uictore exercitu aduenit: et commeatus ex montibus Samnitium inuecti erant: et auxilia intro missa. ¶ Artiora omnia aduentus Publii fecit: qui obsidione delegata in curam College: uacuus per agros cuncta infesta commeatibus hostium fecerat. ¶ Itaq; cum spes nulla esset diutius obsessos inopiam laturos: coacti. Samnites: qui ad Luceriam castra babebant: undiq; contractis uiribus: signa cũ Papyrio conferre. ¶ Per id tẽpus: parantibus utrisq; se ad prelium: Legati Tarentini interueniunt: denuntiantes Samnitibus Romanisq;: ut bellum omitterent: per utros stetisset: quo minus discederetur ab armis: aduersus eos: se pro alteris pugnaturos. ¶ Ea legatione Papyrius audita: p̃inde ac motus dictis eorum: cum Collega se communicaturum respõdit: accitoq; eo: cum tempus omne in apparatu consumpsisset: colloquutus de re baud dubia: signum pugne proposuit. Agentibus diuina: bumanaq;: que assolent: cum acie dimicandum est: consulibus. Tarentini Legati occursare responsum expectantes: q̇bus Papyrius ait. ¶ Auspicia secunda esse Tarentini Pullarius nuntiat. Litatũ preterea ẽ egregie autoribus diis: ut uidetis: ad rem agendam proficiscimur. ¶ Signum inde ferri iussit: et copias eduxit: uanissimam increpans gentem: que suarum impotens rerum: pre domesticis seditionibus: discordiisq; aliis: modum pacis: ac belli facere: equum censeret. ¶ Samnites ex parte altera: cum omnem curam belli remisissent: quia: aut pacem uere cupiebant: aut expediebat simulare: ut Tarentinos sibi conciliarent. Cũ instructos repente ad pugnam Romanos cõspexissent: uociferari se in autoritate Tarẽtinorũ manere. Nec descẽdere in aciem: nec extra uallũ arma ferre: decretos: potius q̇d cũq; casus ferat: passuros: q̃ ut spreuisse pacis autores Tarentinos uideantur. ¶ Accipere se omen Consules aiunt: et eam precari mẽtem hostibus: ut ne uallũ quidẽ defendant: ipsi inter se partitis copiis succedunt hostium munimentis. et simul undiq; adorti: cũ pars fossas explerent: pars uellerent uallum: atq; in fossas proruerent: nec uirtus mõ insita: sed ira etiam exulceratos ignominia stimularet animos: castra inuasere. et pro se quisq; non bec Furculas nec Caudium: nec saltus inuios esse: ubi errorẽ fraus sup̃be uicisset: sed Romanã uirtutem: quam: nec uallũ: nec fosse arcerẽt: memorantes. Cedũt pariter resistẽtes: fusosq; inermes: atq; armatos: seruos: liberos: puberes: ĩpuberes. hoĩes: iumentaq;: nec ullũ superfuisset animal: ni Consules receptui signũ dedissent: auidosq; cedis milites: e castris hostium imperio: ac minis expulissent. ¶ Itaq; apud infensos: ob interpellatam dulcedinem ire: cõfestim oratio habita est. ut doceretur miles: minime cuiq̃ militum Consules odio cessisse: aut cessuros: quin duces: sicut belli: ita insatiabilis supplicii futuros fuisse: ni respectus equitũ sexcentorũ: qui Lucerie obsides tenerent̃:

prepedisset animos? ne desperata uenia hostes cecos: in supplicia eorũ ageret: perdere prius: q̃ perire optantes. ¶ Laudare ea milites. letariq; obuiam itum ire sue esse: fateri omnia patienda: prius q̃ perderetur salus tot Principũ Romane iuuentutis. ¶ Dimissa contione: consiliũ habitũ: omnibus ne copiis Luceriã premerẽt. An altero exercitu: et duce: Apuli circa gens: dubie ad id uoluntatis: tentarentur. ¶ Publius Consul ad peragrandam profectus Apuliam: aliquot expeditione una populos: aut ui: subegit: aut conditionibus in sotietatẽ accepit. ¶ Papyrio quoq;: q obsessor lucerie restiterat: breui ad spem: euentus respondit. Nam insessis omnibus uiis: per quas commeatus ex Samnio subuehebatur: fame domiti Samnites: qui Lucerie in p̃sidio erãt: Legatos misere ad Consulem Romanum: ut receptis equitibus: qui causa belli essent: absisteret obsidione. ¶ His Papyrius ita respondit: debuisse eos Pontium Herennii filium: quo autore Romanos sub iugum misissent: cõsulere: quid uictis patiendũ censeret. Ceterũ quoniam ab hostibus in se equa statui: q̃ in se ipsi ferre maluerint: nuntiare Luceriã iussit arma: sarcinas: iumenta: multitudinẽ omnem imbellem intra menia relĩquerẽt: militem se cum singulis uestimẽtis sub iugum missurum: ulciscentem illatam: nõ nouã inferentem iniuriam. ¶ Nihil recusatum. Septem milia militũ sub iugũ missa. Predaq; ingens lucerie capta: receptis omnibus signis: armisq;: que ad Caudium amiserant et q̃ õnia superabat gaudia: eq̃tibus recuperatis: quos pignore pacis custodiẽdos Luceriã Samnites dederant. ¶ Haud ferme alia mutatione subita rerum: clarior uictoria Po/puli Romani est: siquidem etiam: quod quibusdam in annalibus inuenitur Pontius Herennii filius: Samnitium Imperator: ut expiaret consulum ignominiam: sub iugũ cum ceteris est missus. Ceterum id minus miror obscurum esse de hostiũ duce dedito: missoq; sub iugum id magis mirabile est: ambigi. L. ne Cornelius Dictator: cum. L. Papyrio Cursore Magistro equitum: eas res ad Caudiũ: atq; inde Luceriã gesserit. Vltorq; unicus Romane ignominie: haud sciam: an iustissimo triumpho adeã etatẽ: secundum Furium Camillum triumphauerit: an Cõsulis Papyrii precipuum id decus sit. ¶ Sequitur hunc errorem: alius error: Cursor ne Papyrius proximis Comitiis: cũ Q. Aurelio Cerretano iterum: ob rem bene gestam Lucerie continuato Magistratu: Consul tertium creatus sit: an. L. Papyrius Mugilanus: & in cognomine erratum sit. Conuenit iam inde per Consules: reliqua belli perfecta. ¶ Aurelius cum Ferentanis: uno secundo prelio debellauit: urbemq; ipsam: quo se fusa contulerat acies: obsidibus imperatis: in deditionem accepit. ¶ Pari fortuna Consul alter: cum Satricanis: q ciues Romani post Caudinam cladem: ad Samnites defecerant: presidiumq; eorũ in urbẽ acceperant: rem gessit. nã cũ ad menia Satrice admotus esset exercitus: legatisq; missis ad pacem: cum precibus petendam: triste respõsum a Consule redditũ esset: nisi p̃sidio Samnitium interfecto: aut tradito ne ad se remearent. Plus ea uoce: q̃ armis illatis: terroris colonis iniectum. Itaq; subinde cũ exequerent̃ querẽdo a Consule Legati: quo nam se pacto paucos: et infirmos crederet: presidio tã ualido: et armato uim al/laturos? Ab iisdem cõsilium petere iussi: quibus autoribus presidium in urbẽ accepissẽt: discedũt. Egreq; impetrato: ut de ea re cõsuli Senatũ: respõsaq; ad se referri sineret: ad suos redeunt. ¶ Due factiones Senatum distrahebant. Vna cuius principes erant: defectionis a populo romano: autores. Altera fidelium ciuium. Certatum ab utrisq; tamen est: ut ad reconciliandam pacem: Consuli opera nauaretur. ¶ Pars altera tum presidiũ Samnitiũ: quia nihil satis preparati erat ad obsidionem tolerãdam: excussurã proxima nocte: nuntiare Consuli: satis habuit: qua noctis hora: quaq; porta: et quã in uiam aggressurus hostes foret. ¶ Altera: quibus inuitis descitum ad Samnites erat:

eadem nocte portam etiã consulibus aperuerũt. ¶ Ita duplici proditione: et psidiũ Samnitium insessis circa uiã siluestribus locis: nec opinato oppressum est: et ab urbe plena hostiũ clamor sublatus: momẽtoq; unius hore Samnis cesus: Satricanus captus. et omnia in potestate Consulis erant. Qui questione habita: quorum opa defectio esset facta: quos sontes comperit: uirgis cesos: securi pcussit. Presidioq; ualido ĩposito: arma Satricanis ademit. ¶ Inde ad Triumphum decessisse Romam Papyriũ Cursorẽ scribunt: qui eo duce Luceriam receptam: Samnitesq; sub iugum missos: autores sũt.

Satricum capta · Samnites caesi

¶ Et fuit uir haud dubie dignus omni bellica laude: nõ animi solum uigore: sed etiã corporis uiribus: excellens. Precipua pedum pernicitas inerat: que cognomen etiam dedit: uictoremq; cursu omniũ etatis sue fuisse: ferũt: et seu uiriũ ui: seu exercitatiõe multa: cibi uiniq; eũdem capacissimum: nec cum ullo asperiorem: quia ipse inuicti ad laborem corporis esset: fuisse militiam pediti pariter: equitiq;. ¶ Equites etiã aliquãdo ausos ab eo petere: ut sibi pro re bene gesta: laxaret aliqd laboris: quibus ille: ne nihil remissum dicatis: remitto inquit: ne utiq; dorsum demulceatis: cũ ex equis descẽdetis. Et uis erat in eo uiro Imperii ingens: pariter in socios: ciuesq;. ¶ Prenestinus Pretor: per timorem segnius ex subsidiis suos duxerat in primam aciem: quẽ cum inambulans ante tabernaculum: uocari iussisset: lictorem expedire securim iussit. Ad quam uocẽ exanimi stante Prenestino: age dum lictor: excide radicem hanc inquit: incõmodã ambulantibus: perfusumq; ultimi supplicii metu: multa dicta: dimisit.

CVRSORIS PAPYRII LAVDES

¶ Haud dubie illa etate: qua nulla uirtutũ feracior: fuit: nemo unus erat uir: quo magis innixa res Romana staret: quin eum parem destinant: animis magno Alexãdro ducẽ: si arma Asia perdomita: in Europam uertisset. ¶ Nihil minus quesitũ: a principio huius opis uideri potest: q̃ ut plus iusto ab rerum ordine declinarem. uarietatibusq; distĩguẽdo opere: et legentibus uelut diuerticula amena: et requiem animo meo quererẽ: tamen tanti regis: ac ducis mentio: quibus sepe tacitis cogitationibus uolutauit animum: ea se uocat in medium: ut querere libeat: qui nã euẽtus Romanis rebus: si cũ Alexãdro foret bellatum: futurus fuerit. ¶ Plurimum in bello pollere uidentur: militum copia: et uirtus: ingenia imperatorum: Fortuna per omnia humana: maxime in res bellicas: potens. Ea et singula intuẽti: et uniuersa: sicut ab aliis Regibus: gẽtibusq;: ita ab hoc quoq; facile prestant: inuictum Romanum Imperium. ¶ Iam primum: ut ordiar ab Ducibus comparandis: haud equidem abnuo egregium ducem fuisse Alexandrum: sed clariorem eum: tamen facit: q unus fuit: q adolescens in incremento rerũ: nõ dũ alteram fortunam expertus decessit: ut alios Reges claros: ducesq; omittam magna exempla casuum humanorum: Cyrum: quem maxime greci laudibus celebrant: quid nisi longa uita: sicut magnum modo Pompeium: uertẽti prebuit fortune. ne recẽseã Duces Romanos: nec omnes omnium etatum: sed ipsos eos: cum quibus Consulibus: aut Dictatoribus Alexandro fuit bellandum. M. Valerium Coruinum. C. Claudiũ M. Rutilium Claudium Sulpitium. T. Mallium Torquatum. Q. Publiũ Philonẽ L. Papyrium Cursorem. Q. Fabium Maximũ. Duos Decios. L. Volumniũ. Maniũ Curium. ¶ Deinceps ingentes secuntur uiri: Si Punicum Romano preuertisset bellũ: Seniorq; in Italiam traiecisset: horũ in quolibet: tũ indoles eadem: que in Alexãdro erat animi: ingeniiq;: tũ disciplina militaris iam inde ab initiis Vrbis tradita p manus: in artis perpetuis preceptis ordinate modum uenerat. Ita Reges gesserant bella: ita deinde exactores regum: Iunii: Valeriiq;. Ita deinceps Fabii: Quintii: Cornelii. Ita Furius Camillus: quem iuuenes duo quibus cum Alexandro dimicandum erat: senem uiderant. ¶ Militaria opera pugnando obeunti Alexandro. nã ea quoq; haud minus

Nõ
DE MAGNO · ALEXANDRO · SI CV RO^ts BELLA · GESSISSET ·

clarũ eũ faciunt cessisset uidelicet in acie oblatus par Manlius Torq̃tus: aut Valerius Coruinus: insignes ante milites: ꝗ duces? Cessissent Decii deuotis corporibus in hostem ruentes. cessisset Papyrius Cursor: illo corporis robore: illo aĩmi? uictus esset Consiliis iuuenis unius ne singulos nominem: Senatus ille: quẽ qui ex Regibus constare dixit. Vnus ueram speciem Romani Senatus cepit. Id uero erat periculum: ne sollertius: ꝗ quis unus ex iis: quos nominaui: castris locum caperet: cõmeatus expediret: ab insidiis precaueret: tempus pugne eligeret: aciem instrueret: subsidiis firmaret. Non iam cum Dario rem esse dixisset: quem mulierum ac spadonum agmen trahentem: inter purpuram atq; aurum ornatum fortune sue apparatibus: predam uerius: ꝗ hostem. Nihil aliud: ꝗ bene ausus uana contemnere: incruentus deuicit. Longe alius Italie: ꝗ Indie per quã temulento agmine comesabundus incessit: uisus illi habitus eẽt. Saltus Apulie: ac mõtes Lucanos cernenti: et uestigia recẽtia domestice cladis: ubi auũculus eius nuper Epiri Rex Alexander absumptus erat. Et loquimur de Alexandro: non dũ merso secundis rebus: quaꝝ nemo intolerantior fuit: q si ex habitu noue fortune: nouiq; ut ita dicam: ingenii: quod sibi uictor induerat: spectetur: Dario magis similis: ꝗ Alexandro: in Italiam uenisset: et exercitum Macedonie oblitum: degenerantẽq; iam in Persaꝝ mores: adduxisset. Referre in tanto Rege piget superbã mutationẽ uestis: et dessideratas humi iacentium adulationes: etiam uictis Macedonibus graues: ne dum uictoribus: et feda supplicia: et inter uinũ & epulas cedes amicoꝝ: et uanitatẽ ementiẽde stirpis. Quid si uini amor in dies fieret acrior? Quid si trux ac preferuida ira? Nec quicꝗ dubium inter Scriptores refero: nulla ne hec damna Imperatoriis uirtutibus ducimus? Id uero periculum erat: quod leuissimi ex Grecis: qui Parthorũ quoq;: contra nomen Romanum glorie fauent: dictitare solẽt: ne maiestatẽ nomĩs Alexandri: quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse: sustinere non potuerit Populus Romanus: et aduersus quem Athenis in ciuitate fracta Macedonum armis: cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas: cõcionari libere ausi sint homines: id quod ex monumentis orationum patet aduersus eum: nemo ex tot proceribus Romanis uocem liberam missurus fuerit? Quantalibet magnitudo hominis concipiatẽ animo: unius tamen ea magnitudo hominis erit. Collecta paulo plus decẽ annorum felicitate: quam qui eo extollunt: ꝙ Populus Romanus: et si nullo bello: multis tamen preliis uictus sit: Alexandro nullius pugne nõ secũda fortuna fuerit: Non intelligit: se hominis res gestas et eius iuuenis: cum Populi iam octingẽtesimũ bellantis annũ: rebus conferre: miremur si cũ ex hac parte secula plura numerẽtur: ꝗ ex illa anni: plus in tam longo spatio: ꝗ in etate. xiii. annorum fortuna uariauerit. Quin tu hominis: cum homine: et Ducis: cum Duce: fortunam: cum fortuna: cõfers? Quot Romanos Duces nominem: qbus nũꝗ aduersa fortuna pugne fuit? Paginas in annalibus: Magistratuum: fastisq; percurrere licet: Cõsulum Dictatorumq; quorũ nec uirtutis: nec fortune ullo die Populum Romanum penituit. Et quo sint mirabiliores: ꝗ Alexãder: aut quisꝗ alius Rex: denos uicenosq; dies quidam Dictaturam: nemo plus ꝗ annum Consulatum gessit. A Tribunis Plebis delectus impediti sũt. Post tempus ad bella ierunt: ante tempus comitiorum causa reuocati sunt: in ipso conatu rerum circumegit se annus. College nunc temeritas: nunc prauitas: impedimento aut damno fuit. Male gestis rebus alterius successum est. Tyronẽ: aut mala disciplina institutum: exercitum acceperunt. At hercule Reges non liberi solum impedimentis omnibus: sed domini rerum temporumq; trahunt consiliis cũcta: non sequunẽ. Ergo inuictus Alexãder: cum inuictis Ducibus bella gessisset: et eadem fortune pignora in

discrimen detulisset: immo etiā eo plus periculi subisset: ꝙ Macedōes unū Alexādrū habuissent: multis casibus non solum obnoxium: sed etiam offerentem se. Romani multi fuissent Alexandro: uel gloria: uel rerum magnitudine pares: quoꝝ suo quisq; fato: sine publico discrimine uiueret: moreretur q; ¶ Restat ut copie copiis cōparent: uel numero: uel militum genere: uel multitudine auxiliorum. Censebantur eius etatis lustris ducena quinquagena milia capitū. Itaq; in omni defectione Sotioꝝ Latini nominis: urbano prope delectu decem scribebantur legiones: quaterni quiniq; ex/ercitus sepe per eos ānos: in Etruria: in Vmbria: Gallis hostibus adiunctis: in Sānio: in Lucanis gerebatur bellum. Latium deinde omne: cum Sabinis: et Volscis: et Eqs et omni Campania: et parte Vmbrie: Etrurieq;: et Picentibus: et Marsis: Pelignisq;: ac Vestinis: atq; Apulis: adiunctaq; omnis ora Grecorum inferi maris: Athuris Ne/apolí: et Cumas: et íde Antio: atq; ostia: Tenus: Sānites: aut Sotios ualidos Romāis aut fractos bello: inuenisset hostes. Ipse traiecisset mare cum ueteranis Macedonibus: nō plus trigita milibus hominum: et quattuor milibus equitum maxime Thessaloꝝ. Hoc enī roboris erat: Persas: Indos: aliasq; si adiunxisset gētes: impedimentū maius: q̄ auxilium: traheret ¶ Adde: ꝙ Romāis ad manū domi supplementū eēt Alexādro: ꝙ postea Annibali accidit: alieno ī agro bellāti: exercitus consenuisset. Arma: clipeus: sarisseq; illis id est haste. Romano scutum maius corpori tegumentum: et pilum haud paulo q̄ hasta uehementius: ictū missumq; telū. Statarius uterq; miles ordines seruāś. ¶ Sed illa Phalanx ímobilis unius generis. Romana acies distinctior ex pluribus partibus constans: facilis partienti quacunq; opus esset facilis iungenti. Iam in opere quis par Romano miles? quis ad tolerandum laborem melior? ¶ Vno prelio uictus Alexander: bello uictus eēt: Romanum quem Caudium: quem Canne: nō fregerūt: que fregisset acies? Ne ille sepe: etiam si prima prospere euenissent: Persas: et Indos: et imbellem Asiam quesisset: et cum feminis sibi bellum fuisse dixisset: qđ Epiri Regē Alexandrum mortifero uulnere ictum: dixisse ferūt. Sortem belloꝝ in Asia gestorū ab hoc ipso iuuene: cum sua conferentem. ¶ Equidem per annos quattuor et uigiti: primo Punico bello: classibus certatum cum Penis recordor: uix etatem Alexandri suffecturam fuisse reor: ad unum bellum ¶ Et forsitā cum et federibus uetustis iūcta res Punica Romane esset: et timor par aduersus cōmunem hostem duas potētissimas armis: utrisq; urbes armaret: et simul Punico: Romanoq; obrutus bello esset. ¶ Non quidem Alexandro Duce: nec integris Macedonū rebus: sed experti tn̄ sunt Romāi Macedonem hostem: aduersus Antiochum: Philippum: et Persen: non modo cum clade ulla: sed ne cum periculo quidē suo. ¶ Absit inuidia uerbo et ciuilia bella sileāt: nunq̄ ab equite hoste: nunq̄ a pedite: nunq̄ aperta acie: nunq̄ equis utiq;: nunq̄ iniqs nostris locis laborauimus. Equitem: sagittas: saltus impeditos: auia commeatibus loca: grauis armis miles timere potest. ¶ Mille acies grauiores: q̄ Macedonū: atq; Alexādri: auertit: auertetq;: modo sit perpetuus huius: qua uiuimus: pacis amor: et ciuilis cura concordie. Inde. L. Flaccus: et. L. Plautius Venox Cōsules facti ¶ Eo anno a fre/quentibus Samnitium populis de federe renouando Legati: cū Senatum humi strati mouissent: reiecti ad populum: haud q̄q̄ tam efficaces habebāt preces. itaq; de federe negatum. Inducie biēnii: cum ꝑ aliquot dies fatigassent singulos precibus: impetrate. Et ex Apulia Theanēses: Canusiniq;: populatiōibus fessi obsidibus. L. Plautio Cō/suli datis: in deditionem uenerunt. ¶ Eodem anno primum prefecti Capuam creari cepti: Legibus ab. L. Furio Pretore datis: cū utrunq; ipsi ꝓ remedio egris rebus: dis/cordia ítestina: petissēt. et due Rome addite tribus. Vfētina et Falerina. ¶ Inclinatis

COS. L. Flaccus
L. plautius venox

DVE TRIBVS ADDITE VETERIBUS

ſemel in Apulia rebuſ Theateſ quoq; Apuli: ad nouoſ Conſuleſ. C. Iunium Bubulcū Q. Emilium Barbulam feduſ petitum uenerunt: paciſ per omnem Apuliā p̄ſtande Populo Romano autoreſ: id audacter ſpondendo: impetrauerunt: ut feduſ daret̄. neq; ut equo tamen federe: ſed in ditiōe populi Romani eſſent. ¶ Apulia perdomita: nam Florento quoq; ualido oppido Iuniuſ potituſ erat: in Lucanoſ bellū porrectū. inde repētino aduentu Emilii Conſuliſ Nerulum ui captum. ¶ Et poſtq̄ reſ Capue ſtabilitaſ: Romana diſciplina: fama per Sotioſ uulgauit: Antiatibuſ quoq;: q ſe ſine legibuſ certiſ: ſine magiſtratibuſ: agere querebantur: dati ab ſenatu ad iura ſtatuēda ipſiuſ Colonie patroni. Nec arma modo: ſed iura etiam Romana late pollebāt. C. Iuniuſ Bubulcuſ: et. Q. Emiliuſ Barbula Conſuleſ exitu anni non Conſulibuſ a ſe creatiſ. Sp. Nautio: et. M. Popilio: ceterum Dictatori. L. Emilio: Legioneſ tradi/derunt. ¶ Iſ cum. L. Fuluio Magiſtro Equitum Satriculam oppugnare adortuſ: rebellandi cauſam Samnitibuſ dedit. ¶ Duplex inde terror illatuſ Romaniſ. ¶ Hinc Samniſ magno exercitu coacto: ad eximendoſ obſidione Sotioſ: haud ꝓcul caſtriſ Romanorum caſtra poſuit. ¶ Hinc Satricani magno cū tumultu patefactiſ repēte portiſ: in ſtationeſ hoſtium incurrerunt. Inde parſ utraq; ſpe alieni magiſ auxilii: q̄ uiribuſ freta ſuiſ: iuſto mox prelio inito Romanoſ urgent. et q̄q̄ ancepſ dimicatio erat: tamen utrinq; tutam aciem Dictator habuit: quia locum haud facilem ad cir/cumueniendum cepit: et diuerſa ſtatuit ſigna. Infeſtior tamē in erumpenteſ inceſſit: nec magno certamine intra menia compulit. Tum totā aciem in Sāniteſ obuertit. Ibi pluſ certamiſ: uictoria: ſicut ſera: ita nec dubia: nec uaria: fuit. Fuſi in caſtra Sā/niteſ: extinctiſ nocte ignibuſ tacito agmine abeunt: et ſpe abiecta Satricule tuēde: Poſtiam Philiſtiam: Sotioſ Romanoꝝ: ut parē dolorē hoſti redderent: circūſidūt. ¶ Anno circumacto bellum deincepſ ab Dictatore. Q. Fabio geſtū: Cōſuleſ noui: ſicut ſuperioreſ: Rome manſerunt: Fabiuſ ad accipiendum ab Emilio exercitū ad Satriculam cum ſupplemento uenit. Neq; enim Samniteſ ad Philiſtiam manſerāt: ſed acitiſ ab domo nouiſ militibuſ: multitudine freti: caſtra eodem quo ante loco poſuerunt: laceſſenteſq; ꝑlio Romanoſ: auertere ab obſidiōe conabant̄. Eo intētiuſ Dictator in menia hoſtium uerſuſ: id bellum tanti ducere qd̄ urbem oppugnabat. ſecurior ab Samnitibuſ agere ſtationibuſ modo oppoſitiſ: ne qua in caſtra uiſ fieret: eo ferotiuſ adequitare Samniteſ uallo: neq; otium pati et cum iam prope in portiſ caſtrorum eſſet hoſtiſ: nihil conſulto Dictatore: magiſter equitum. Q. Auliuſ Cer/retanuſ magno tumultu cum omnibuſ turmiſ equitum euectuſ ſummouit hoſtem: cum in minime pertinaci genere pugne: ſic fortuna exercuit opeſ: ut inſigniſ utrinq; cladeſ: et clara ipſorum ederet funera. prior Samnitiū imperator egre patienſ: q̄ tam ferociter adequitaſſet: inde ſe fundi: fugariq;: orando hortandoq; eq̄teſ: ꝑliū iterauit. In quem inſignem: inter ſuoſ ciētem pugnam: Magiſter Equitū Romanuſ: infeſta cuſpide: ita permiſit equum: ut uno ictu exanimem equo precipitaret: nec: ut fit: ad Ducíſ caſum perculſa magiſ: q̄ irritata eſt multitudo omniſ. Qui circa erant in Auliū temere inuectum per hoſtium turmaſ: tela coniecerūt. Fratriq; precipuū decuſ ulti Samnitium imperatoriſ: dederunt. Iſ Victorem detractū ex equo: Magiſtꝝ eq̄tū: plenuſ meroriſ: atq; ire trucidauit: nec multum abfuit quin corpore etiam: quia inter hoſtileſ ceciderat turmaſ: Samniteſ potirentur. Sed extemplo ad pedeſ deſcenſum ab Romaniſ eſt. Coactiq; idē Samniteſ facere: et repentina acieſ circa corꝑa Ducū pedeſtre prelium iniit: quo haud dubie ſuperat Romanuſ: recuperatūq; Aulii corpuſ mixta cum dolore leticia uictoreſ: in caſtra referunt. Samniteſ duce amiſſo: et per

Cos: C. Iuniuſ Bubulcuſ. Q. Emiliuſ Barbula.

Cos. Sp. nautiuſ M. popiliuſ.

DICTATOR · L · EMILIVS.

DICTATOR · Q · FABIVS.

Acri bellū: i q̄ imperator Samnitū et magr eqtū rō cadit.

equestre certamen temptatis uiribus omissa Satricula: quam nequicq̃ defẽdi rebant: ad Philistie obsidionẽ redeunt. Intraq; paucos dies Satricula Romanus ꝑ deditionẽ Philistia per uim Samnis: potitur. ¶ Mutata inde belli sedes ẽ. ad Soram e Samnio: apuliaq; traducte legiões. Sora ad Sãnites defecerat: ĩterfectis colonis Romanoꝝ. Quo cum prior Romanus exercitus: ad ulciscendam ciuium necem: recuperandamq; Coloniam: magnis itineribus peruenisset: sparsi per uias speculatores: sequi legiones Samnitium: nec iam procul abesse: cum alii super alios nũtiarent: obuiam itũ hosti: atq; ad Lautulas ancipiti prelio dimicatum est: non cedes: non fuga alterius partis: sed nox incertos: uicti uictores ne essent: diremit. ¶ Inuenio apud quosdam aduersã eam pugnam Romanis fuisse: atq; in ea cecidisse. Q. Aulium Magistrum Equitum. ¶ Suffectus in locum Aulii Claudius Fabius Magister equitum: cum exercitu nouo ab Roma aduenit: et per premissos nuntios consulto Dictatore: ubi subsisteret: quo ue tempore: et qua ex parte hostem aggrederetur. Subsistit occultus ad omnia satis exploratis consiliis. ¶ Dictator cũ per aliquot dies post pugnã continuisset suos ĩtra uallũ: obsessi magis: q̃ obsidentis mõ: signũ repẽte pugne ꝓposuit. et efficacius ratus ad accẽdendos uiroꝝ fortiũ animos: nullã alibi: q̃ in semetipo: cuiq̃ relictam spem: de Magistro equitum: nouoq; exercitu militem celauit: et tanq̃ nulla: nisi in erup/tionẽ spes eẽt. ¶ Locis inqt ãgustis milites dep̃hensi: nisi quã uictoria patefecerimus uiam: nullam habemus: statiua nostra munimento satis tuta sunt: sed inopia eadem infesta: nam et circa omnia defecerunt: unde subuehi commeatus poterant: et si omẽs iuuare uelint iniqua loca sunt. Itaq; non frustrabor ego uos: castra hic relinquẽdo: in que infecta uictoria: sicut pristino die: uos recipiatis: armis munimenta: non mu/nimentis arma tuta esse debent. Castra habeant: repetantq; quibus opera ẽ trahere bellũ: nos omniũ rerum respectum preterq̃ uictorie nobis abscidamus: ferte signa in hostem: ubi extra uallum cesserit agmen: castra quibus imperatum est: incedãt. Dãna nostra milites: omnium circa: qui defecerunt: populorum preda sarcientur. ¶ Ea orõe Dictatoris: que necessitatis ultime index erat: milites accẽsi uadũt in hostẽ: et respcũs ipse ardentium castrorum: q̃q̃ proximis tantum (ita enim iusserat Dictator) ignis est subditus: haud paruum irritamentũ fuit. Itaq; uelut uecordes illati: signa ꝑmo ĩpetu hostium turbant: et in tempore postq̃ ardentia procul uidit castra: Magister Eqtũ id conuenerat signum: hostium terga inuadit. Ita circunuenti Samnites: qua potest quisq; fugam: per diuersa petunt. ¶ Ingens multitudo in unum metu conglobata: ac semetipsam turba impediens in medio cesa. ¶ Castra hostium capta: direptaq; quorum preda bonustum militem: in Romana castra Dictator reducit: haud q̃q̃ tã uictoria letum: q̃ ꝙ preter exiguam deformatam incendio partem. Cetera contra spem salua inuenit. ¶ Ad Soram inde reditum. nouiq; Consules. M. Petilius Claudius Sulpitiũ: exercitum ab dictatore Fabio accipiunt: magna parte ueterum militum dimissa: nouisq; cohortibus in supplemẽtum adductis. Ceterum cum propter difficilem urbis situm: nec oppugnandi satis certa ratio iniretur: et aut tempore lõginqua: aut p̃cepsi periculo uictoria esset: Soranus trassfuga clam ex oppido profectus: cũ ad uigiles Romanos penetrasset: duci se extemplo ad Consules iubet: deductusq; traditurũ urbẽ promittit. Visus inde cum: quonammodo id prestaturus esset: percontantes doceret: haud uana afferre: perpulit: prope adiuncta menibus Romana castra: ut sexmilia ab oppido remouerentur: fore ut minus intente in custodiam urbis diurne stationes: ac nocturne uigilie essẽt. ¶ Ipse in sequẽti nocte sub oppido siluestribus locis: cobor/tibus insidere iussis: decem milites delectos secum per ardua: ac prope inuia in arcem

Dictatoris oõ ad milites

Samnites uicti: castra spoliant.

COS. M. petilius.
claudius sulpitius.

ducit: pluribus q̃ pro numero uirorũ missilibus telis Eo collatis ad hoc saxa erant: et temere iacentia: ut fit in aspretis: et de industria etiam: quo locus tutior esset: ab oppidanis congesta. ubi cum constituisset Romanos: semitamq; angustam: et arduam erectam ex oppido in arcem ostendisset. ¶ Hoc quidem ascensu inqt uel tres armati quanlibet multitudinem arcuerint. Vos et decem numero: et qđ plus est Romani: Romanorũq; fortissimi uiri estis: et locus pro uobis: et nox erit: que oĩa ex ĩcerto maiora territis ostentat. ¶ Ego iam terrore omnia implebo. uos autem arcem intenti tenete. ¶ Decurrit inde: quanto maxĩe poterat cũ tumultu ad arma: et proh uestrã fidem ciues clamitans: arx ab hostibus capta est. defendite. ite. hec incedens Principũ foribus: hec obuiis: hec excurrentibus in publicum pauidis increpat. Acceptũ ab uno pauorem plures per urbem ferunt. Trepidi Magistratus: missis ad arcem exploratoribus: cũ tela: et armatos tenere arcem multiplicato numero audirent: auertũt aĩmos a spe recuperande arcis. fuga cuncta complentur. porteq; a semisomnis: ac maxima parte inermibus refringuntur. quaꝝ per unam presidiũ Romanũ clamore excitatũ irrumpit: et concursantes per uiã pauidos cedit. ¶ Iam Sora capta erat: cũ Cõsules prima luce aduenere: et quos reliquos fortuna ex nocturna cede ac fuga fecerat in deditionem accipiunt. Ex his. ccxxv. qui omniũ consensu destinabantur: et infãde Colonoꝝ cedis: et defectionis autores uinctos Romã deducunt. Ceterã multitudinẽ incolumem presidio imposito Sore relinquit: omnes qui Romã deducti erant: uirgis in foro cesi: ac securi percussi: summo gaudio plebis: cuius maxĩe intererat tutã ubiq; que passim in Colonias mitteretur: multitudinem esse. ¶ Consules ab Sora profecti in agros atq; urbes Ausonum bellum intulerunt: mota nanq; omnia aduẽtu Samnitiũ: cum apud Lautulas dimicatũ esset: fuerant. coniurationesq; circa Campaniã passim facte. Nec Capua ipsa crimine caruit. quin Romam quoq;: et ad Principũ quosdã inquirendos: uentum est. Ceterum Ausonum gens proditione urbium: sicut Sora: in potestatem uenit. Ausona et Nũtumne et Vestina urbes erant: ex quibus Prĩcipes iuuentutis duodecim numero: in proditione urbium suarum coniurati: ad Consules ueniunt: docent suos iampridem exoptantes Sãnitium aduẽtum: simul ad Lautulas pugnatum audierunt: pro uictis Romanos habuisse. iuuentute et armis Samnites iuuisse: fugatis inde Samnitibus incerta pace agere: nec claudentes portas Romanis: ne arcessant bellum: obstinatos claudere: si exercitus admoueatur. In ea fluctuatiõe animorum opprimi incautos posse. His autoribus mota propius castra: missiq; eodẽ tempore circa tria oppida: milites: partim armati: qui occulti propinqua menibus insiderent loca: partim togati: tectis ueste gladiis: qui sub lucem apertis portis urbes ingrederẽtur. ab iis simul custodes trucidari cepti. simul datum signum armatis: ut ex insidiis concurrerent. Ita porte occupate triaq; oppida eadem hora: eodemq; cõsilio capta: sed qa absentibus Ducibus impetus est factus: nullus modus cedibus fuit: deletaq; ausonũ gens: uix certo defectiõis crimĩe: pinde: ac si interneciuo bello certasset.

¶ Eodem anno prodito hostibus Romano presidio Luceria Samnitiũ facta. nec diu proditoribus impunita res fuit. haud procul inde exercitus Romanus erat: cuius primo impetu urbs sita in plano capitur. Lucerini ac Samnites ad internitionem cesi: eoq; ira processit: ut Rome cum de Colonis mittendis Luceriã consuleret Senatus: multi delendam urbem censerẽt: preter odium: quod execrabile in his captos erat: lõginquitas quoq; abhorrere a relegãdis tam procul ab domo ciuibus inter tã infestas gentes: cogebat. uicit tamen sententia: ut mitterentur Coloni. Duo milia et qngenti missi. ¶ Eodẽ anno: cũ oĩa infida Romanis essent: Capue quoq; occulte Principũ

DICTATOR CLAUDIUS MENENIUS

coniurationes facte de quibus cum ad Senatum relatum esset: haud quaq̃ neglecta res est. questiões decrete: Dictatorẽq; questionibus exercendis dici placuit. Claudius Menenius dictus. ¶ Is M. Follium Magistrum Equitũ dixit. ¶ Ingens erat magis/tratus eius terror. Itaq; siue timor: seu cõsciẽtie uis: Calabios: Obuium Nouiumq;: ea capita coniurationis fuerant: prius q̃ nominarent̃ apud dictatorẽ: mors: haud dubie ab ipsis consciita: iudicio subtraxit. Deinde: ut questioni Campane materia decessit: uersa Romam: interpetrando res: non nominatim: qui Capue: sed in uniuersum qui us q̃ coissent: coniurassent ue aduersus Romanum populum: queri Senatum iussisse: et coitiones bonorum adipiscendorũ causa: factas: aduersus Rem. Pu. esse. Latiorq; et re: et personis questio fieri: haud abnuente Dictatore: sine fine ulla questionis sue ius eẽ. Postulabant̃ ergo nobiles hoĩes: appellãtibusq; Tribunos nemo erat auxilio: quin nomina reciperentur. Inde nobilitas: nec modo in quos crimen intendebat̃: sed uniuersi simul negare nobiliũ id crimen esse: quibus si nulla obstetur fraude: pateat: uia ad honorẽ. sed hoĩm nouoꝝ: ipsos adeo Dictatorẽ: Magistꝝq; Eqtũ reos magis: q̃ questores idoneos eius crimĩs esse. intellecturosq; ita id eẽ: simul Magistratu abis/sent.

DICTATORIS MENENII ORO

¶ Tũ. n. uero Menenius iã fame magis: q̃ Impii memor ꝑgressus in Contiõe: ita fecit uerba. ¶ Et si omĩs anteacte uite uos conscios habeo Quirites: et hic ipse honos delatus ad me: testis est innocẽtie mee: neq; enim: qđ sepe alias: qa ita tpa postulabãt rei. pu. qui bello clarissimus esset: sed qui maxĩe procul ab his contiõibus uitã egisset: Dictator deligendus exercendis questionibus fuit. Sed quoniã quidã nobiles hoĩes qua de causa uos existimare: q̃ me pro magistratu quicq̃ incompertum dicere: melius est. primũ: ipsas expugnare questiones omĩ ope adnisi sunt. deinde: postq̃ ad id parũ potentes erant: ne causam dicerent: in presidia aduersariorum: appellationẽ: et Tri/bunitium auxilium: Patricii confugerunt. postremo repulsi inde: adeo omĩa tutiora: q̃ ut innocentiã suã purgarent: uisa in nos irruerunt. et priuatis Dictatorẽ poscere reum: uerecundie non fuit. ut omnes dii hominesq; sciãt ab illis etiam: que nõ possint temptari: ne rationem uite reddant: me obuiam ire crimini: et offerre me inimicis reũ: Dictatura abdico. uos queso Consules: si uobis datum ab Senatu negotium fuerit: in me primũ & hunc M. Folliũ questiones exerceatis. ut appareat innocẽtia nostra nos: non Maiestate honoris tutos a criminibus istis esse. ¶ Abdicat se inde Dictatura et post eum confestim Follius magisterio equitum: primiq; apud Consules (iis enim ab senatu mandata res est) rei facti: aduersus nobilium testimonia egregie absoluũt. ¶ Publius etiã Philo multiplicatis sũmis honoribus: post res tot domi: belloq; gestas: ceterum inuisus nobilitati: dixit causam absolutusq; est. ¶ Nec diutius ut fit: q̃ dum recens erat: questio per clara nomina reorũ uiguit. Inde labi cepit: ad uiliora capita donec factionibus: coitionibusq;: aduersus quas comparata erat: oppressa est. ¶ Earũ fama rerum: magis tamen spe Campane defectionis: in quã coniuratũ erat: Sãnites in Apuliam uersos: rursus ad Caudium reuocauit: ut inde ex propinquo: si qui motus occasionem aperirent: Capuam Romanis eriperent. ¶ Eo Consules cum ualido ex/ercitu uenerunt: et primo circa saltus: cum utrinq; ad hostem iniqua uia esset: cõtati castrametatiq; sunt. ¶ Deinde Samnites per aperta loca breui circuitu in loca plana: Campanos Campos: agmen dimittunt. Ibiq; primum castra in conspectu hostibus data: deinde leuibus preliis equitum: se pius q̃ peditum: utrinq; periculum factum: nec aut euentus eorũ Romanũ: aut more: qua trahebãt bellũ: penetebat. ¶ Sãnitiũ contra Ducibus: et carpi quottidie paruis damnis: et senescere dilatione belli uires sue uidebantur. Itaq; in aciem procedunt: equitibus in cornua diuisis: quibus ꝓceptũ erat:

intentiores ad respectũ castrorũ: ne qua eo uis fieret: cũ ad preliũ staret: aciem pediti tutã fore. ¶ Cõsules: Sulpitius in dextro: Petilius in leuo cornu cõsistũt: dextra pars: qua et Sãnites raris ordinibus: aut ad circuneũdos hostes: aut ne ipsi circũuenirent: constiterant: latius patefacta stetit. sinistris preterq̃ ꝙ cõfertiores steterant: repẽtino consilio Petilii consulis: addite uires: q subsidiarias cohortes: que integre ad longioris pugne casus reseruabantur: in primã aciem extemplo emisit. uniuersisq; hostem ꝑmo impetu uiribus impulit. Commota pedestri acie Samnitiũ eques in pugnã succedit. In hunc transuerso agmine: inter duas acies: se inferentẽ: Romanus eqtatus cõcitat equos. signaq; et ordines peditum: atq; equitũ confundit. donec uniuersam ab ea pte auertit aciem. In eo cornu: non Petilius solus: sed Sulpitius etiam hortator affuerat: auectus ab suis non dum conserentibus manus: ad clamorem ab sinistra parte prius exortum. Vnde haud dubiam uictoriam cernens: cum ad suum cornu tenderet cum mille ducentis uiris dissimilem ibi fortunam inuenit. Romanos loco pulsos: uictorẽ hostem signa in perculsos inferentem. Ceterum omnia mutauit repente Consulis ad/uentus. Nam et conspectu Ducis refectus militũ est animus. et maius q̃ pro numero auxilium aduenerat mille fortes uiri: et partis alterius uictoria audita: mox uisa etiã prelium restituit: tota deinde iam uincere acie Romanus. et omisso certamine cedi capiq; Samnites nisi qui Maleuentũ: cui nunc urbi Beneuentũ nomen est: ꝑfugerũt. ¶ Ad triginta milia cesa: aut capta Samnitiũ: proditũ memorie est. ¶ Cõsules egregia uictoria parta: protinus inde ad Bouianum oppugnandum: legiones ducunt. ¶ Ibiq; hyberna egerũt: donec ab nouis Cõsulibus. L. Papyrio Cursore. C. Iunio Bubulco: iterum nominatus Dictator Claudius Petilius cum. M. Follio Magistro equitum: exercitum accepit. Is cum audisset arcem Fregellanam ab Samnitibus captã: omisso Bouiano: ad Fregellas pergit. unde nocturna Sãnitiũ fuga: sine certamine: receptis Fregellis: presidioq; ualido imposito: in Campaniam reditũ: maxime ad Nolã armis repetendam. eo se intra menia: sub aduentum Dictatoris: et Samnitium omnis mul/titudo: et Nolani Agrestes contulerant. Dictator urbis situ circũspecto: quo aptior aditus: ad menia esset: omnia edificia (et frequenter ibi habitatur) circuniecta muris incendit. Nec ita multo post: siue a Petilio dictatore: siue ab. C. Iunio consule (nam utrũq; traditur) Nola est capta. Qui capte decus Nole ad Consulẽ trahunt: adiciũt Atinam: et Calatiam: ab eodem captas. Petilium autem: pestilentia orta: claui figẽdi causa: Dictatorem dictum: Suessa: et Pontia: eodem anno Colonie deducte sunt. Suessa Auruncorum fuerat. Volsci Pontias: insulam sitam in conspectu littoris sui: incoluerunt: Minturnam: et Cassinum ut deducerentur Colonie Senatus Consultũ factum est. Sextriumuiros creauere: ac misere Colonorũ q̃ttuor milia. ¶ Insequẽtes Consules. M. Valerius. P. Decius: profligato fere Samnitũ bello: prius q̃ ea cura de/cederet Patribus Romanis: Etrusci belli fama exorta est. nec erat ea tẽpestate gẽs alia: cuius secundum Gallicos tumultus: arma terribiliora essent. Tum propinquitate agri: tum multitudine hominum ¶ Itaq; altero Consule: in Samnio reliquias belli persequẽte. P. Decius qui grauiter eger Rome restiterat autore Senatu: Dictatorẽ C. Iunium Bubulcũ dixit. Is: prout rei magnitudo postulabat: omẽs iuniores sacramẽto adigit: arma: queq; alia res poscit: sũma industria parat: nec tantis apparatibus elatus: de inferẽdo bello agitat. qeturus haud dubie: nisi ultro arma Etrusci inferrẽt. Eadẽ in comparãdo: cohibẽdoq; bello cõsilia: et apud Etruscos: fuere neutri finibus egressi. ¶ Et censura clara eo anno. Ap. Claudii: & Claudii Plautii fuit: memorie tñ felicioris ad posteros: nomẽ Appii: quod et uiam muniuit: et aquã in urbem duxit. Eaq; unius

BENEVẼTV PRIVS MALEVẼTV DICTV.

cos. l. papyrius cursor
C. Junius Bubulcus

DICTATOR CLAVDIVS PETILIVS.

Nola capitur

CASSINV.

cos. M. valerius
P. Decius

DICTATOR C. IVNIVS BVBVLCVS.

CLAVVS FIGẼDVS.

POTITIA GES ASSVPTIS SEVIS AD SACRA HERCVLIS PERIT

APPIVS CLAVDIVS LVMINIBVS CAPITVR

SAMNITES PSIDIV RO INTERFICIVNT

perfecit: quia ob infamem: atq; inuidiosam Senatus lectionem: uerecundia uictus collega: magistratu se abdicauerat. Appius iam deinde antiquitus insitam ptinaciã familie gerendo: solus Censuram obtinuit. Eodem Appio autore Potitia gens: cuius ad aram Maximam Herculis familiare sacerdotium fuerat: seruos publicos: misterii delegandi causa: sollemnia eius sacri docuerat. Traditur inde: dictu mirabile: et quod dimouẽdis statu suo sacris religionem afferre facile posset: cum duodecim familie ea tempestate Potitiorum essent: puberes ad triginta: omnes intra annum cum stirpe extinctos: nec nomẽ tantum Potitiorum interisse: sed Censorem etiã Appiũ meõri deum ira: post aliquot annos luminibus captum. Itaq; Cõsules: qui eũ annũ sequuti sunt. C. Iunius Bubulcus tertium: et. Q. Emilius Barbula iterum: initio anni: questi apud populum: deformatum ordinem: praua lectiõe Senatus: qua potiores aliquot. lectis preteriti essent. Negauerunt eam lectionem se. que sine recti: prauiq; discrimĩe ad gratiam: ac libidinem facta esset: obseruaturos: et Senatum extemplo citauerũt eo ordine: quo ante Censores. Ap. Claudium: et Claudium Plautium fuerat. Et duo imperia eo anno dari cepta: per Populum utraq;: pertinentia ad rem militarẽ: unum ut Tribuni militum senideni in quattuor legiones a populo crearentur: que antea: p q̃ paucis suffragio Populi relictis locis Dictatorum et Consulum ferme fuerant be/nefitia. Tulere eam rogationum Tribuni Plebei. L. Atilius: Claudius Martius. Alterum ut duumuiros nauales classis ordinãde reficiendeq; causa: idem Populus iuberet. lator huius Plebisciti fuit. M. Decius Tribunus Plebis. Eiusdẽ anni rẽ dictu paruam preterirem: ni ad religionẽ esset uisa ptinere. Tibicinesq; probibiti apximis Censoribus erãt: in ede Iouis uesci: q traditum antiquitus erat: egre passi: Tybur uno agmine abierunt. adeo ut nemo in urbe esset: q sacrificiis precineret. Eius rei religio tenuit Senatũ. Legatosq; Tybur miserunt: ut darent operam: ut hi hoĩes Romãis restituerentur. Tyburtini benigne polliciti: primum accitos eos in curiam hortati sunt ut reuerterentur Romam. post q̃ perpelli nequibant: consilio haud abhorrẽte ab ingeniis hominum: eos aggrediuntur: die festo alii alios per speciem celebrandarũ cantu epularum causa inuitãt: et uino: cuius audũ ferme genus est: oneratos sopiũt. atq; ita in plaustra uinctos coniciunt: ac Romam deportant. Nec prius sensere: q̃ plaustris in foro relictis: plenos crapule eos lux oppssit. Tũc cõcursus Populi factus: impetratoq; ut manerent: datum ut triduum quot annis ornati: cum cantu: atq; hac: que nunc sollemnis est licentia: per urbem uagarentur. Restitutumq; in ede uescẽdi ius iis: qui sacris precinerent. Hec inter duorum ingentium bellorum curã gerebãt. Consules inter se prouincias partiti: Iunio Samnites: Emilio nouũ bellum Etruria sorte euenit. In Samnio Cluuiani presidium Romanũ: quia nequiuerat ui capi: ob/sessum fame: in deditionem acceperant Samnites. uerberibus: fedũ in modũ laceratos: occiderant deditos. huic infensus crudelitati Iunius: nihil antiquius oppugnatione Cluuiana ratus: quo die aggressus est menia: ui cepit. atq; omnes puberes interfecit. Inde uictor exercitus: Bouianum ductus: caput hoc erat Pentrorum Samnitium: longe ditissimum: : atq; opulentissimum: armis: uirisq;. Ibi quia haud tantum irarum erat: spe prede milites accensi oppido potiuntur: minus itaq; seuitum in hostes ẽ: prede plus pene: q̃ ex omni Samnio unq̃ egestũ. benigneq; omnis militi concessa. et postq̃ prepotentem armis Romanum: nec acies subsistere ulle: nec castra: nec urbes poterãt: omnium Principum in Samnio eo cure sunt intente: ut insidiis quereretur locus: siq̃ licentia populãdo effusus exercitus excipi ac circũueniri posset. Trasfuge agrestes et captiui quidam: pars consilio: pars forte oblati: congruentia ad Consulẽ afferẽtes:

que et uera erant: pecoris uim ingentem in saltum auium compulsam esse: ꝑpulerūt: ut predatum eo expedite ducerentur legiones. Ibi ingens hostium exercitus itinera occultus insederat. et postq̃ intrasse Romanos uidit saltū: repēte adortus cū clamore ac tumultu inuadit. et primo noua res trepidationem fecit: dū arma capiūt: sarcinas congerunt in mediū. Deinde postq̃ ut quisq; liberauerat se onere: aptaueratq; armis: ad signa undiq; coibant: et notis ordinibus in ueteri disciplina militie. Iā sine ꝑcepto ullius sua sponte struebatur acies. Consul ad ancipitem maxime pugnam aduectus: desilit ex equo: et Iouem: Martemq;: atq; alios testatur deos: se nullam suam gloriā inde: sed predam militi querentem: in eum locum deuenisse. neq; in se aliud: q̃ nimiam ditandi ex hoste militis curam: reprehendi posse. ab eo se de decore: nullam rem aliā: q̃ uirtutem militum uindicaturam. Conniterentur modo uno aīmo inuadere hostē: uictum acie: castris exutū: nudatū urbibus: ultimam spem furto insidiarū tēptantē. et loco: non armis fretum: sed quem esse iam uirtuti Romane inexpugnabilem locū? Fregellana arx: Soranaq;: et ubicūq; iniquo successū erat loco: commemorabatur.

Iis accensus miles omnium immemor difficultatū uadit aduersus imminentē hostiū aciem. Ibi paululum laboris fuit: dum in aduersum cliuum erigitur agmen. Ceterū postq̃ prima signa planiciem summā ceperūt: sensitq; acies equo se iam institisse loco: uersus extemplo ē terror in insidiatores. easdemq; latebras: q̄bus se paulo ante tex/erant: palati atq; inermes fuga repetebant: Sed loca difficilia hosti quesita: ipsos tū sua fraude impediebant. Itaq; ergo perpaucis effugium patuit. Cesa ad uiginti milia hominum. uictorq; romanus ad oblatam ab hoste predam pecorum discurrit.

Dum hec geruntur in Samnio: iam oīs Etrurie populi preter Arretinos: ad arma ierāt. ab oppugnādo Sutrio. Que urbs Socia Romanis: uelut claustra Etrurie erat: ingens orsi bellum. Eo alter Consul Emilius cum exercitu: ad liberandos obsidione socios uenit. Aduenientibus Romanis Sutrini commeatus benigne in castra: ante urbem posita aduexere. Etrusci diem primum consultando maturarent: traherēt: ne bellū: traduxerunt. Postero die: ubi celeriora: q̃ tutiora consilia magis placuere Ducibus: sole orto signum pugne propositum est. armatiq; in aciem procedunt. Quod postq̃ Consuli nuntiatum est: extēplo tesseram dari iubet: ut prandeat miles: firmatisq; cibo uiribus arma capiat. Dicto paret: Cōsul ubi armatos: paratosq; uidit: signa extra uallum proferri iussit: et haud procul hoste instruxit aciem. Aliq̃diu utriq; intēti steterūt: expectantes ut ab aduersariis clamor: et pugna inciperet. Et prius sol me/ridie se inclinauit: q̃ telum hinc: aut illinc emissum est. Inde ne infecta re abiretur: clamor ab Etruscis oritur: concinuntq; tube et signa inferūtur: nec segnius Romāis pugna initur: concurrunt infensis animis: numero hostis: uirtute Romanus superat. Anceps prelium multos utrinq;: et fortissimū quenq; absumit: nec prius inclinata res est: q̃ secunda acies Romana ad prima signa fessis integri successerūt. Etrusci (quia nullis recentibus subsidiis fulta prima acies fuit) ante signa: circaq;: omnes ceciderunt: nullo unq̃ ꝑlio fuge minus: nec plus cedis fuisset: ni obstinatos mori Tuscos nox tex/isset. ita ut uictores: prius q̃ uicti: pugnandi finem facerent. Post occasum solis signū receptui datum est: nocte ab utroq; in castra reditum: nec deinde quicq̃ eo anno rei memorie digne apud Sutrium gestum est. Quia et ex hostium exercitu: prima tota acies deleta uno prelio fuerat: subsidiariis modo relictis: uix quod satis eēt ad castroꝝ presidium: et apud Romanos tantum uulnerum fuit: ut plures post prelium saucii decesserint: q̃ ceciderant in acie. Q. Fabius insequentis anni Consul: bellū ad Sutriū excepit. Collega Fabio Claudius Martius Rutilius datus est. Ceterum et Fabius

APPIVS·CLAVDVS· CESVRA· SE ABDICARE RECVSAT·

supplementum ab Roma adduxit: et nouus exercitus domo accitus Etruscis uenit: permulti iam anni erant: cũ inter Patricios Magistratus: Tribunosq; nulla certamĩa fuerant. Cum ex ea familia: que uelut fatalis cum Tribunis: ac Plebe erat: certamen oritur. Ap. Claudius Censor: circunactis decem et octo mensibus: qđ Emilia lege finitum Censure spatiũ temporis erat: cũ Claudius Plautius Collega eius magistratu se abdicasset: nulla ui compelli: ut adicaret potuit. P. Sempronius erat Tribunus Plebis: qui finiende Censure intra legittimũ tempus actionẽ susceperat: nõ popularẽ magis q̃ iustam: nec in uulgus: q̃ optimo cuiq; gratiorem. Is cũ identidem legẽ Emiliã recitaret: autoremq; eius Mamercum Emilium Dictatorem laudibus ferret: qui qn/quennalem ante Censuram: et longinquitate potestatẽ dominantẽ: intra sex mẽsiũ et anni coegisset spatium. Dic agedum inquit. Ap. Claudi quid nam facturus fueris: si eo tempore quo Claudius Furius: et. M. Geganius Censores fuerũt: Cẽsor fuisses?

Negare Appius interrogationem Tribuni magnopere ad causam pertinere suam. Nam et si tenuerit lex Emilia eos Censores: quorum in Magistratu lata esset: quia post illos Censores creatos: eam legem populus iussisset. Quodq; postremum iussisset: id ius: ratumq; esset: nõ tamen aut se: aut eorum quenq̃: qui post eã legem latã creati Censores essent: teneri ea lege potuisse: hec sine ullius assensu: cauillante Appio. Et hic est inquit Quirites illius Appii progenies: qui Decemuir in annum creatus: altero anno se ipse creauit tertio: nec ab se: nec ab ullo creatus: priuatus fasces et Imperium obtinuit. nec ante continuando abstitit Magistratu: q̃ obruerent eum male parta male gesta male retenta: imperia. hec est eadem familia Quirites cuius ui: atq; ĩiuriis compulsi extorres patria sacrum montem cepistis. hec aduersus quam Tribunitium auxilium uobis comparastis. hec propter quam: duo exercitus Auentinum insedistis. hec que funebris leges: hec que agrarias semper impugnauit. hec connubia Patrũ et Plebis ĩterrupit: hec Plebi ad Curules Magistratus iter obsepsit: hoc ẽ nomẽ multo: q̃ Tarquiniorum infestius uestre libertati. Ita ne tandem. Ap. Claudi: cũ cẽtesimus iam annus sit ab Mamerco Emilio Dictatore: tot Censores fuerint nobilissimi: for/tissimiq; uiri: nemo eoꝝ duodecĩ tabulas legit? Nemo id ius eẽ: qđ postremo populus iussisset: scit? immo uero omnes sciuerunt. ideo Emilie potius legi paruerunt: q̃ illi antique. qua primum Censores creati erant: quia hanc postremum iusserat populus: quia ubi due contrarie leges sunt: semper antique obrogat noua. An hoc dicis Appi: non teneri Emilia lege populũ? an Populũ teneri: te unũ extra legem esse? Tenuit Emilia lex: uiolentos illos Censores Claudium Furium: et. M. Geganium: quicquid iste Magistratus in Re. Pu. male facere posset: indicarunt: cum ira finite potestatis: Mamercum Emilium: Principem etatis sue belli domiq;: erarium fecerunt. Tenuit Deinceps omnes Censores intra centũ amicorũ spatium tenet. Cl. Plautium Collegã tuum: iisdem auspiciis: eodem iure creatum. an hunc: non ut qui optimo iure Censor creatus eẽt: Populus creauit? tu unus eximius es in quo hoc precipuum: ac singulare ualeat: quem tu Regem sacrificiorum crees: amplexus Regni nomen: ut qui optimo iure Rex rome creatus sit: creatum se dicet? Quem semestri Dictatura: quem Inter/regno quinq; diebus: contentum fore putes? quem claui figendi: aut ludorum causa Dictatorem audacter crees? Quam isti stolidos ac socordes uideri creditis eos: q ĩtra uicesimum diem: ingentibus rebus gestis Dictatura se abdicauerũt? aut q uitio creati abierunt Magistratu? Quid ego antiq̃ repetã? nup intra decẽ annos. C. Menenius Dictator: quia cum questiones seuerius: q̃ quibusdã potentibus tutũ erat: exerceret: contagio eius quo querebat: ipsi criminis obiectata ab inimicis est. ut priuatus obuiã

P Sempronij tr. pl. oro ɔ Appiũ claudiũ

iret crimini: Dictatura ſe abdicauit. Nolo ego iſtã in te modeſtiã: nec degeneraueris
a familia imperioſiſſima et ſupbiſſima: nõ die: nõ hora citius: q̃ neceſſe ẽ: Magiſtratu
abieris. modo ne excedas finitũ tẽpus: ſatis eſt: aut diẽ: aut menſem Cenſure aducere:
Triennium inquit: et ſex mẽſes: ultra q̃ licet Emilia lege: Cenſuram geram: et ſolus?
hoc quidem iam Regno ſimile eſt: an Collegam ſubrogabis? quem ne inde mortui
quidem locum: ſubrogari fas ẽ? penitet enim: ꝙ antiquiſſimum ſollemne: et ſolum ab
ipſo: cui fit: inſtitutũ deo: ab nobiliſſimis antiſtitibus eius ſacri: ad ſeruorũ miniſteriũ
religioſus Cenſor deduxiſti. gens antiquior originibus urbis huius: hoſpitio deorum
immortalium ſancta: propter te: ac tuam Cẽſuram: intra annum ab ſtirpe extĩcta
eſt. niſi uniuerſam Rem Publicã eo nefario obſtrinxeris: qđ ominari etiã reformidat
animus. Vrbs eo luſtro capta eſt: quo de mortuo Collega. C. Iulio Cẽſore. L. Pa/
pyrius Curſor: ne abiret magiſtratu. M. Corneliũ Malugineſẽ Collegã ſubrogauit.
Et quanto modeſtior illius cupiditas fuit: q̃ tua Appi. nec ſolus: nec ultra finitũ lege
tempus. L. Papyrius Cenſuram geſſit: tamen neminem inuenit: qui ſe poſtea autorẽ
ſequeretur. omnes deinceps Cẽſores: poſt mortem college: ſe Magiſtratu abdicarũt.
Te: nec ꝙ dies exit Cenſure: nec ꝙ collega Magiſtratu abiit: nec lex: nec pudor co/
ercet: uirtutem: in ſuperbia: audaciam: in contemptum deoꝝ: hominumq; ponis. Ego
te. Ap. Claudi pro iſtius Magiſtratus maieſtate ac uerecũdia quem geſſiſti: nõ modo
manu uiolatum: ſed ne uerbo quidem inclementiora a me appellatum uellem: ſed et
hec que adhuc egi: peruicacia tua: et ſuperbia coegit me loq. et niſi Emilie legi pa/
rueris: in uincula duci iubebo. neq; cum ita comparatum a maioribus ſit: ut Comitiis
Cenſoriis: niſi duo confecerint legitima ſuffragia: non renunciato altero: Comitia
differantur. Ego te: qui ſolus Cenſor creari non poſſis: ſolum Cenſuram gerere: non
patiar. ¶ Hec taliaq; cum dixiſſet: prehendi Cenſorem: et in uincula duci iuſſit. ¶ Ap/
probantibus ſex tribunis actionem College: Tres appellati Appio auxilio fuerunt.
ſummaq; inuidia omnium ordinum ſolus Cenſuram geſſit. ¶ Dũ ea Rome gerunt̃.
iam Sutrium ab Etruſcis obſidebatur: Conſuliq; Fabio: in iis montibus ducenti: ad
ferendam opem ſociis: temptandaſq; munitiones: ſi qua poſſet: acies hoſtiũ inſtructa
occurrit. Quorum ingentem multitudinem cum oſtenderet ſubiecta late planicies:
Conſul ut loco paucitatem ſuorũ adiuuaret: flectit paululũ in cliuos agmẽ. Aſpreta
erãt ſtrata ſaxis: inde ſigna in hoſtem obuertit. Etruſci omniũ: preter q̃ multitudinis
ſue: qua ſola freti erant: immemores: preliũ ineũt: adeo raptim: et auide: ut abiectis
miſſilibus: quo celerius manus cõferrẽt: ſtringerẽt gladios uadẽtes in hoſtẽ. Romãus
contra nunc tela: nunc ſaxa: quibus eos affatim locus ipſe armabat: ingerere. Igitur
ſcuta galeeq; icta: cum etiam quos non uulnerauerant: turbarent: neq; ſubire erat
facile: ad propiorem pugnam: neq; miſſilia habebant: quibus eminus rem gererent:
ſtãtes: et expoſitos ad ictus cum iam ſatis nihil tegeret: quoſdam etiã pedẽ referẽtes:
fluctuanteſq;: et inſtabilẽ aciem: redintegrato clamore: ſtrictis gladiis haſtati: et pri/
cipes inuadunt. Impetũ enim non tulerũt Etruſci. uerſiſq; ſignis pugne: fuga effuſa
caſtra repetunt. Sed equites Romani preuecti per obliqua campi: cum ſe fugiẽtibus
obtuliſſent: omiſſo ad caſtra itinere: mõtes petũt. Inde inermi pene agmine: ac uex/
ato uulneribus: in ſiluam Ciminiã penetratũ. ¶ Romanus multis milibus Etruſcoꝝ
ceſis: duo de quadraginta ſignis militaribus captis: caſtris etiã hoſtiũ: cũ preda ingenti
potitur. Tum de perſequendo hoſte agitari ceptum. Silua erat Ciminia magis tum
inuia atq; horrenda: q̃ nuper fuere germanici ſaltus. nulli ad eam diem: ne mercatorũ
quidem adita. ea intrare haud fere quiſq̃: preter Ducem ipſum audebat: aliis omnibus

Aſpreta

Etruſci uiſi ad Sutriũ a Q. Fabio conſule

SILVA CIMINIA

cladis Caudine: non dum memoria aboleuerat: tum ex iis: qui aderant: Cōsulis fratrē M. Fabium Cesonem. Alii Caium Claudium quidam matre eadem: qua Consulem: genitum: tradunt: speculatum se iturum professum breuiq; omnia certa allaturum. Cere educatus: apud hospites Etruscis litteris eruditus erat: linguamq; Etruscā probe nouerat. Habeo autores: uulgo tū Romanos pueros: sicut nunc Grecis: ita Etruscis litteris erudiri solitos. Sed propius est uero: precipuum aliquid fuisse in eo: qui se tam audaci simulatione hostibus immiscuerit: seruus ei dicitur comes unus fuisse nutritus una: eoq; haud ignarus lingue eiusdem. Nec quicq̃ aliud proficiscentes q̃ summatī re/gionis: que intranda erat: naturam: ac nomina principum in populis accepere: nequa inter colloqa: īsigni nota hesitātes: dep̄hendi possēt. iere pastorali habitu: agrestibus telis gesisq; binis: armati. ¶Sed neq; commertium lingue: nec uestis armoꝝ ue habitus: sic eos texit: q̃ q̄ abhorrebat a fide quenq̄ externū Ciminios saltus intraturū. Vsq; ad Camertes Vmbros penetrasse dicuntur. Ibi qui essent: fateri Romanum ausum: introductumq; in Senatum: Consulis uerbis egisse de Societate amicitiaq; atq; inde comi hospitio acceptum: nuntiare Romanis iussum commeatū exercitui dieꝝ .xxx. presto fore: si ea loca intrasset. Iuuētutemq; Camertium Vmbrorum in armis paratā imperio futuram. ¶Hec cum relata Consuli essent: impedimentis p̄ma uigilia p̄missis: legionibus post impedimenta ire iussis: ip̄e substitit: cum eqtatu: et luce orta postero die obequitauit statiōibus hostium: que extra saltum disposite erant. et cum satis diu tenuisset hostem: in castra se se recepit. Portaq; altera egressus: ante noctem agmen assequitur. ¶Postero die luce prima iuga Ciminii montis tenebat. Inde contēplatus opulentia Etrurie arua milites emittit: Ingēti iā abacta p̄da. Tumultuarie agrestiū Etruscorum cohortes repente a principibus eius regionis cōcitate: Romāis occurrūt adeo incomposite: ut uindices predarum: prope ipsi prede fuerint. ¶Cesis fugatisq; iis: late depopulato agro: Victor Romanus opulētusq; rerum omnium copia: ī castra redit. ¶Eo forte .v. Legati: cū duobus Tribunis Plebis uenerant: denūtiatū Fabio: Senatus uerbis: ne saltum Ciminium transiret. ¶Letati serius se: q̃ ut impedire bellum possent: uenisse: nuntii uictorie Romam reuertuntur. hac expeditiōe Cōsulis motū latius erat: q̃ profligatum bellum. uastationem. nanq; sub Ciminii montis radicibus iacens ora senserat. concitaueratq; in dignatiōe nō Etrurie mō populos: sed Vmbrie finitima. Itaq; quantus nunq̃ antea exercitus: ad Sutrium uenit. Neq; e siluis tm̄mō promota castra: sed etiam auiditate dimicādi: q̃primū in campos delata acies. deīde instructa: primo suo stare loco: relicto hostium ad instruendum cōtra spatio. deīde postq̃ detractare hostem sensere pugnam ad uallum subeunt. ¶Vbi postq̃ stationes quoq; receptas intra munimenta sensere: clamor repente circa Duces ortus: ut eo sibi e castris cibaria eius diei deferri iuberent: māsuros se sub armis: et aut nocte: aut certe luce prima castra hostiū inuasuros. ¶Nihilo qetior Romanus exercitus imp̄io Ducis continet. ¶Decima erat fere diei hora: cū cibū capere Consul milites iubet. ¶Precipit: ut in armis sint: quacunq; diei noctis ue hora signū dederit. ¶Paucis milites alloqtur Samnitium bellum extollit: et leuat Etruscos: nec hostem hosti: nec multitudinem multitudini ait comparādam esse. Preterea telum aliud occultum scituros in tēpore. Interea taceri opus esse. ¶His ambagibus prodi simulabat hostes: quo animus militum multitudine territus: restitueretur. et q̄: sine munimento constiterant. Verisimilius erat: quod simulabatur. ¶Curati cibo: corpora: quieti dant: et q̄rta fere uigilia: sine tumultu excitati: arma capiunt: dolabre calonibus diuiduntur: ad uallū proruendū. fossasq; implendas. ¶Intra munimenta instruitur acies: delecte cohortes ad portarū

CAMERTES VMBRI

VMBRIA

exitus collocantur. Dato deinde signo paulo ante lucem: qd̄ estiuis noctibus sopite
maxime quietis tempus est: prorupto uallo. erupit acies. stratos passim inuadit hostes.
alios immobiles: alios semisomnes: in cubilibus suis maximā partē. Ad arma trepidātes
cedes oppressit: paucis armandi: se datum spatium est: eos ipsos non signum certū: nō
ducem sequentes: fundit Romanus: fugatosq; persequitur. ad castra: ad siluas: diuersi
tendebant. silue tutius dedere refugium. nam castra in campis sita: eodē die capiunt.
aurum argentumq; iussum referri ad Consulem. cetera preda militis fuit: ¶ Cesa: aut
capta eo die: hostium: milia ad sexaginta. ¶ Eam tam claram pugnam trans Ciminiā
siluam: ad Perusiam pugnatam: quidā autores sunt. metuq; in magno ciuitatē fuisse;
ne interclusus exercitus tā in festo saltu cohortis undiq; Tuscis: umbrisq; opp̄meretē.
Sed ubicunq; pugnatum est: res romana superior fuit. Itaq; a Perusia: et Crotone:
et Arretio: que ferme capita Etrurie populorum: ea tempestate erant: Legati pacē:
fedusq; ab Romanis petentes inducias in triginta annos impetrauerunt. ¶ Dum hec
in Etruria gerūtur: Consul alter. C. Martius Rutilius: Alifas de Sānitibus ui cepit.
Multa alia castella: uicique: aut deleta hostiliter: aut integra in potestatem uenere:
¶ Per idem tempus: et classis Romana. A. P. Cornelio: quem senatus maritime ore
prefecerat: in campania acta: cum appulsa Pompeios esset: socii inde nauales: ad po/
pulandum agrum Nucerinum profecti: proximis raptim uastatis: unū reditus tutus
ad naues esset: dulcedine: ut fit: prede longius ꝓgressi: exciuere hostes. palatis pagros
nemo obuius fuit: cum occidione occidi possent: redeuntes agmīe incauto: haud ꝓcul
nauibus assequuti agrestes: exuerunt prede. partem etiam occiderunt. Que superfuit
cedi trepida multitudo: ad naues compulsa est. ¶ Profectio. Q. Fabii trans Ciminiā
siluam: quantum rome terrorem fecerat: tam letam famam in Samnium ad hostes
tulerat. Interclusum Romanum exercitū obsideri: cladisq; imaginē Furculas Cau/
dinas memorabant. Eadem temeritate auidam ulteriorum semper gentem: in saltus
inuios deductam: septam non hostium magis armis: q̄ locorum iniquitatibus: esse. Iā
gaudium inuidia quadā miscebatur: ꝙ belli Romani decus: ab Samnitibus fortuna
ad Etruscos auertisset. Itaq; armis uirisq; ad obterendum Claudium Martiū Cōsulē
concurrunt. ¶ Protinus inde Etruriam: per Marsos: ac Sabinos: petituri: si Martius
dimicandi potestatem non faciat. obuius iis Consul fuit: Dimicatum prelio utrinq;
atroci: atq; incerto euentu est. et cum anceps cedes fuisset: aduerse tamen rei fama in
Romanos uertit: ob amissos quosdam equestris ordinis: Tribunosq; militū: atq; unū
Legatum: et ꝙ insigne maxime fuit: Cōsulis ipsius uulnus. Ob hec etiā aucta fama:
et ut solet: ingens terror Patres inuasit: Dictatoremq; dici placebat. Nec qn Cursor
Papyrius diceretur: in quo tum summa rei bellice ponebatur. dubiū cuiq̄ erat. Sed
nec in Samnium nuncium perferri omnibus infestis: tuto posse: nec uiuere Martium
Consulem satis fidebant. ¶ Alter Consul Fabius infestus priuatim Papyrio erat. Que
ne ira obstaret bono publico: Legatos ex Consularium numero mittendos ad eum
Senatus censuit: qui sua quoq; eum: non publica solum autoritate monerent: ut me/
moriam simultatum Patrie remitteret. ¶ Profecti Legati ad Fabium Consulē: cum
Senatus Consultum tradidissent: adiecissentq; orationē conuenientē mandatis: Cōsul
demissis in terram oculis: tacitus: ab incertis qd nā esset acturus: Legatis recessit. nocte
deinde silentio: ut mos est. L. Papyrium Dictatorem dixit: cui cū obanimū egregie
uictum: Legati gratias agerent: obstinatum silentium obtinuit: ac sine responso: ac
mentione facti sui: Legatos dimisit: ut appareret insignem dolorem: ingēti cōprimi
animo. ¶ Papyrius. D. Iunium Bubulcum: Magistrum equitum dixit: atq; ei legem

Etrusci fugant

PERUSIA
CROTO
ARRETIU

ROMANA·CLASSIS

Rō. a Sanitibus uicunt.

DICTATOR·L·PAPYRIUS·

FAVCIA CVRIA ABOMINÃDA

Curiatam: de imperio ferenti: triste omen diẽ diffidit: ꝙ Faucia curia fuit. Pricipiũ: duabus insignis cladibus: capte urbis: et Caudine pacis: ꝙ utroq; anno eiusdem Curie fuerat principium. ¶ Macer Licinius tertia etiam clade: que ad Cremeram accepta ẽ: abominandam eam Curiam facit. ¶ Dictator postero die: auspitiis repetitis: pertulit legem: et profectus cum legionibus: ad terrorem traducti siluam Ciminiã: exercitus nuper scriptis: ad Longulã peruenit. Acceptisq; a Martio cõsule ueteribus militibus: in aciem copias eduxit. Nec hostes detractare uisi pugnã. Instructos deĩde: arma/tosq;: cum ab neutris prelium inciperetur nox oppressit. Quieti aliquandiu: nec suis diffidentes uiribus: nec hostem spernentes: statiua in propinquo habuere. Nã et cũ Vmbrorum exercitu acie depugnatum est: fusi tamen magis q̃ cesi hostes: qa ceptã acriter non tolerarunt pugnam: et ad Vadimonis lacũ Etrusci lege sacrata: coacto exercitu: cum uir uirum legisset: q̃tis nunq̃ alias ante simul copiis: simul animis dimi/carunt. Tantoq; irarum certamine gesta res est: ut ab neutra parte emissa sint tella. Gladiis pugna cepit et acerrime commissa ipso certamine aliq̃diu anceps fuit: accẽsa est: ut non cum Etruscis totiens uictis: sed cum aliqua noua gente uideret̃ dimicatio esse. nihil ab ulla parte mouet̃ fuge: cadunt antesignani: et ne nudent̃ pugnatoribus signa: fit ex secũda ꝑma acies. ab ultimis deinde subsidiis cietur miles. adeoq; ad ultimũ laboris ac periculi uentum est: ut equites Romani omissis equis: ad proximos peditũ per arma ꝑ corpora euaserit. Ea uelut noua inter fessos exorta acies: turbauit signa Etruscorum. ¶ Sequuta deinde impetum eorum: utcunq; affecta fuerat: cetera mul/titudo: tandem perrumpit ordines hostium. Tunc uinci pertinacia cepta: et auerti manipuli quidã. et ut semel dedere terga: etiam certiorẽ capessere fugam. ¶ Ille ꝑmũ dies fortuna ueteri abundantes Etruscorum fregit opes. ¶ Cesum in acie qđ roboris fuit. ¶ Castra eo impetu capta direptaq;. ¶ Pari subinde periculi glorieq; euentu bellũ in Sãnitibus erat: q preter ceteros belli apparatus: ut acies sua fulgeret nouis armorũ insignibus fecerũt. Duo exercitus erãt: scuta alterius auro: alterius argẽto celauerũt. Forma erat scuti. summum latius qua pectus: atq; humeri teguntur. Fastigio equali ad imum cuneatior mobilitatis causa. spongia pectori tegumentum: et sinistrũ crus ocrea tectum. galee cristate: que speciem magnitudini corporum adderent: tunice auratis militibus uersicolores. argentatis lintee candide. His dextrum cornu datũ: illi in sinistro consistunt. ¶ Notus iam Romanis apparatus insignium armorum fuerat: doctiq; a ducibus erant: horridum militem esse debere: non celatum auro: argẽtoq;: sed ferro: et animis fretum. quippe illam predam uerius q̃ arma esse. nitẽtia ante rem: deformia inter sanguinem: et uulnera: uirtutẽ esse militis decus: et omnia illa uictoriã sequi: et ditem hostem: q̃uis pauperis: uictoris: premium eẽ. ¶ His Cursor uocibus in/stinctos milites in prelium ducit: dextero ipse cornu cõsistit: sinistro ꝑfecit Magistꝝ equitum. ¶ Simul est concursum: ingens fuit cum hoste certamen. non segnius inter Dictatorem: et Magistrum equitum: ab utra parte uictoria inciperet. ¶ Prior forte Iunius commouit hostem leuo: dextrum cornu: sacratos: more Samnitium milites. eoq; candida ueste: et paribus cãdore armis insignes. eos se Orco mactare Iunius dic/titãs: cum intulissent signa turbauit ordines. et haud dubie impulit aciem. ¶ Quod ubi sẽsit Dictator: ab leuo ne cornu uictoria ĩcipiet inqt. et dextrũ cornu: Dictatoris acies: alienam pugnam sequetur: non partem maximam uictorie trahet? Concitat milites. ¶ Nec peditum uirtuti equites: aut Legatorum studia: ducibus cedunt. M. Valerius a dextro. P. Decius a leuo cornu ambo Consulares: ad equites in cornibus positos: uehuntur: adhortatiq; eos ut partem secum capesserent decoris: intransuersa

PVLCHER SAMNITIV̄ APPARATVS

latera hostium incurrunt. Is nouus terror additus: cum ex utraq; parte circūuasisset aciem: et ad terrorem hostium legiones Romane redintegrato clamore intulissent gradum: tum fuga ab Samnitibus cepta. Iam strage hominum: armorūq; insigniū campi repleri. Ac primo pauidos Samnites castra sua accepere. Deinde: ne ea quidē retenta. captis: direptisq; ante noctem iniectus ignis. Dictator ex Senatus Cōsulto triumphauit: cuius Triumpho longe maximam speciem captiua arma prebuere. tm̄ magnificentie uisum in iis: ut aurata scuta dominis argētariorū: ad forum ornādū: diuiderentur. Inde natum initium dicitur fori ornandi ab Edilibus cum Tense ducerentur. Et Romani quidem ad honorem deum insignibus armis hostium usi sunt. Campani ab superbia et odio Samnitium gladiatores: quod spectaculū inter epulas erat: eo ornatu armarunt. Samnitiumq; nomine appellarunt. Eodē anno cum reliquiis Etruscoꝝ: ad Perusiam: que ipsa induciaꝝ fidem ruperat: Fabius cōsul nec dubia: nec difficili uictoria dimicat. Ipsū oppidum (nā ad menia uictor accessit) cepisset: ni Legati dedentes urbem exissent. Presidio Perusie imposito: Legatōibus Etrurie amiciciam petētibus: pre se Romam: ad Senatum missis: Cōsul prestātiore etiam: ꝗ Dictator uictoria Triumphans urbem est inuectus. Quin etiā deuictoꝝ Samnitium decus: magna ex parte: ad legatos. P. Decium: et. M. Valeriū est uersū: quos Populus proximis Comitiis ingenti consensu: Consulem alterū: alterū Pretorē declarauit. Fabio ob egregie perdomitam Etruriā: cōtinuatꝰ Consulatus. Decio Collega datur. Valerius Pretor q̄rtū creatus. Consules partiti prouincias. Etruria Decio: Samnium Fabio euenit: profectus ad Miceriam: Alifates iam tum pacē pe/tentes: ꝗ uti ea cū daretꝰ: noluissent: aspernatus: oppugnādo subegit. Cū Sānitibus acie dimicatum. Haud magno certamine hostes uicti. Neq; eius pugne memoria tradita foret: ni Marsi eo primum prelio cum Romanis bellassent: sequuti marsorū defectionem Peligni eandem fortunam habuerunt. Decio quoq; alteri Consuli: secunda belli fortuna erat. Tarquiniensem metu subegerat: frumentum exercitui prebere: atq; inducias in. xl. annos petere. Vulsiniensium castella aliquot: ui cepit. quedam ex iis diruit: ne receptaculo hostibus essent. Circunferendoq; passim bello tm̄ terrorem sui fecit: ut nomen omne Etruscum fedus a Consule peteret. Ac de eo q̄dē nihil impetratum. Inducie annue date: stipendium exercitui romano ab hoste in eū annum pensum. Et bine tunice in militē exacte. ea merces induciarū fuit. Trā/quillas res iā Etruscis turbauit repētina defectio Vmbroꝝ: gentis integre a cladibus belli: nisi ꝗ transitū exercitus ager senserat. Ii cōcitata om̄i iuuētute sua: et magna parte Etruscorum ad rebellionem compulsa: tantum exercitum fecerant: ut relicto post se in Etruria Decio: ad oppugnandam inde Romam ituros: magnifice de se: ac contemptim de Romanis loquentes: iactarent. Quod inceptū eorū ubi ad Deciū Consulē perlatū est: ad urbē ex Etruria magnis itineribus ꝑgit. In agro Pipiniēsi: ad famam intentus hostium: cōsedit. Nec rome spernebatur Vmbrorum bellum. et ipse mine metum fecerant: expertis a Gallica clade: ꝗ in tutam urbem incolerent. Itaq; Legati ad Fabium Consulem missi sunt: ut si quid laxamenti a bello Sānitiū esset: in Vmbriam propere exercitū duceret. Dicto paruit Consul: magnisq; itine/ribus ad Meuaniam: ubi tum copie Vmbrorum erant: perrexit. Repens aduentus Consulis: quem procul umbria in Samnio bello alio occupatum crediderant: ita ex/terruit Vmbros: ut alii recedendū ad urbes munitas: quidā bellū omittēdū censerēt. Plaga una: Materinā ipsi appellāt: nō continuit modo ceteros in armis: sed cōfesti ad certamen egit: castra uallantem Fabium adorti sunt. Quos ubi effusos ruere in

SAMNITES VICTI

PERVSIA OBSESSA SE DEDIT RO[manis]

COS. Fabius continuatus et P. Decius

VMBRI RO[manis] BELLV INFERVT

munimēta Consul uidit: reuocatos milites ab opere: prout loci natura tempusq; pa/
tiebatur: ita instruxit: cohortatusq; predicatione uera: qua in Tuscis: qua in Samnio
partorum decorum exiguam Appendicē Etrusci belli cōficere iubet. et uocis impie
penas expetere: qua se Vrbem Romanam oppugnaturos minati sunt. ¶ Hec tanta
sunt alacritate militum audita: ut clamor sua sponte ortus: loquentē interpellauerit
Ducem. Ante imperium deinde: concentu tubarum: ac cornuū cursu effuso in hostē
feruntur: non tanq̄ in uiros aut armatos incurrunt: mirabilia dictu signa p̄mo eripi
cepta signiferis: deinde ipsi signiferi trahi ad Consulem: armatiq; milites ex acie in aciē
transferri. et sicubi est certamē: scutis magis: q̄ gladiis gerunt̄ res umbonibus: incussaq;
ala sternunt hostes. plus capitur hoim: q̄ ceditur: atq; una uox ponere arma iubētiū
per totā fertur aciem. Itaq; inter ipsum certamē: facta deditio est a p̄mis autoribus
belli. Postero: in sequentibusq; diebus: et ceteri Vmbrorum populi deduntur. Ocri/
culani sponsione in amiciciā accepti. ¶ Fabius aliene sortis uictor belli i suā p̄uinciā
exercitū reduxit. Itaq; ei ob res tam feliciter gestas: sicut priore anno Populus con/
tinuauerat Consulatum. Ita Senatus in sequentem annum: quo. Ap. Claudius. L.
Volumnius Consules fuerunt: prorogauit: maxime Appio aduersante imperium.
¶ Appium Censorem petisse Cōsulatū: Comitiaq; eius ab. L. Furio Tribuno Plebis
interpellata: donec se Censura abdicauit. In quibusdam annalibus inuenio. ¶ Creatus
Consul: cum College: nouum bellum: Salentini hostes decernerentur. Rome mā sit:
ut Vrbanis artibus opes augeret: quando belli decus penes alios esset. ¶ Volumnium
Prouintie: haud penituit: multa secunda prelia fecit: aliquot urbes hostium ui cepit.
prede erat largitor: et benignitatem per se gratam: comitate adiuuabat: militemq; iis
artibus fecerat: et periculi: et laboris auidum. Q. Fabius Proconsul ad urbē Alifas:
cū Samnitiū exercitu signis collatis cōfligit. ¶ Minime ambigua res fuit: fusi hostes:
atq; in castra compulsi. nec castra forent retenta: ni exiguum superfuisset diei. ante
noctem tn̄ sunt circunsessa et nocte custodita: ne q̄s labi posset. Postero die uixdum
luce certa: deditio fieri cepta. et pacti qui Samnitium forent: ut cū singulis uestimētis
emitterentur. ¶ Ii omnes sub iugum missi. ¶ Sociis Samnitium nihil cautū. ad q̄ttuor
milia sub corona uenere. ¶ Qui se ciuem Hernicū dixerat: seorsum ī custodia hītus:
Eos omnes Fabius romam ad Senatum misit. et cum quesitum esset: delectu: an uo/
luntarii: pro Sānitibus aduersus Romanos bellassent: p Latinos populos custodiēdi
dantur. ¶ Iussiq; eam integram rem noui Cōsules. P. Cornelius Aruina. Q. Martius
Tremulus. (Ii enim iam creati erant) ad Senatū referre. ¶ Id egre passi Hernici Con/
cilium populorum omnium habentibus Anagninis: in Cyrco: quem maritimū uocāt:
preter Alatrinatem: Ferentinatemq;: et Verulanum: omnes Hernici nomīs: Populo
Romano bellū indixerunt. ¶ In Samnio quoq; (quia decesserat inde Fabius) noui
motus exorti. Calacia: et Sora: presidiaq; que in iis Romana erant: expugnata: et in
captiuo𝔷 corpora militum fede seuitum. ¶ Itaq; eo. P. Cornelius cum exercitu missus.
¶ Martio noui hostes (Iam enim anagninis hernicisq; aliis: bellum iussum erat) decer/
nuntur. ¶ Primo ita omnia opportuna loca hostes inter Cōsulū castra īterceperūt:
ut peruadere expeditus nuntius non posset: perq; aliquot dies incerti rerum omnium:
suspensiq; de statu alterius: uterq; Consul ageret. Romamq; is metus manaret: adeo
ut omnes iuniores sacramento adigerentur: atq; ad subita rerū: duo iusti scriberentur
exercitus. ¶ Ceterum hernicū bellū nequaq̄ pro presenti terrore: ac uetustate gētis:
glorie fuit: nihil usq̄ dictu dignum ausi: trinis castris intra paucos dies exuti: triginta
dierum inducias ita: ut ad Senatum Romam Legatos mitterent. Pacti sūt bimestri

Appendix

VMBRI · VICTI · DEDVT · SE · SE

SĀNITES · SVB IVGV̄ · MISSI ·

COS · P. cornelius Aruina · Q. Martius tremulus

stipendio:frumentoq;:et singulis in militem tunicis. ¶Ab Senatu ad Martiũ reiecti: cui Senatus Consultum premissum de Hernicis erat. Isq; gentem in deditionẽ accepit. ¶Et in Samnio alter Consul superior uiribus:locis impeditior erat. Omnia itinera obsepserant hostes. saltusq; peruios ceperant:ne qua subuehi commeatus possent:neq; eos:cum cottidie signa in aciem consul proferret:elicere ad certamen poterat: satisq; apparebat:neq; Samnitem certamen presens. Nec Romanũ dilationẽ belli laturꝰ. ¶Aduentus Martii qui Hernicis subactis maturauit college uenire auxilio:moram certaminis hosti exemit. Nã:ut q ne alteri quidẽ exercitui se ad certamẽ credidissent pares:coniungi utiq; passi duos Consulares exercitus:nihil crederent super esse spei. Aduenientem in composito agmine Martium aggrediũtur. raptim collate sarcine in medium:et prout tempus patiebatur instructa acies. clamor primũ in statiua platus: deinde conspectus pulуis tumultũ apud alterꝝ Cõsulem in castris fecit. Isq; cõfestim: arma capere iussis:raptimq; eductis in aciem militibus: transuersam hostium atq; alio certamine occupatam:inuadit:clamitans: summum flagitium fore:si alterũ exercitũ utriusq; uictorie cõpotem sinerẽt fieri:nec ad se sui belli uindicarent decus. q̃ impetũ dederat:perrumpit:aciemq; per mediam in castra hostiũ tendit:et uacua defẽsoribus capit:atq; incẽdit. Que ubi flagrantia Martianus miles cõspexit:et hostes respex/ere:tum passim fuga cepta Samnitium fieri. Sed oĩa obtinet cedes:nec in ullã ptẽ: tutum perfugium est. ¶Iam. xxx. milibus hostium cesis:signum receptui Consules dederant:colligebantq; in unum copias inuicem inter se gratantes:cum repente uise procul hostium noue cohortes: que in supplementum scripte fuerant. Integrauere cedem:in quas nec iussu Consulũ:nec signo accepto:uictores uadũt:malo tyrocinio imbuendum Samnitem clamitantes. Indulgent Consules legionũ ardori:ut qui pbe scirent nouum militem hostium inter perculsos fuga ueteranos ne temptando quidẽ satis certamini fore: nec eos opinio fefellit:omnes Samnitium copie ueteres:noueq; montes proximos fuga capiunt:eo et Romana erigit' acies. Nec quicq̃ satis tuti loci uictis est:et de iugis que ceperant:funduntur. Iamq; una uoce omnes pacẽ petebãt. ¶Tum trium mensium frumento imperato:et annuo stipendio:ac singulis in militẽ tunicis:ad Senatum pacis oratores missi. ¶Cornelius in Samnio relictus. ¶Martius de Hernicis triumphans in urbem redit. ¶Statuaq; equestris in foro decreta ẽ. Que ante templum castoris posita est. Hernicorum tribus populis Alatrinati: Verulano: Ferentinati:quia maluerunt:q̃ ciuitatem:sue leges reddite:connubiumq; inter ipsos qđ aliq̃diu soli Hernicorum habuerũt:permissum. ¶Anagninis quiq; arma Romãis intulerant ciuitas:sine suffragii latione data. Concilia connubiaq; adempta:et Ma/gistratibus preterq̃ sacroꝝ curatione interdictum. ¶Eodem anno edes salutis a. C. Iunio Bubulco Censore locata est: quam consul bello Samnitium uouerat:ab eodẽ Collegaq; eius. M. Valerio Maximo uiet p agros publica impensa facte. et cũ Car/thaginensibus eodem anno fedus tertiũ renouatũ. Legatisq; eoꝝ:qui ad id uenerant: comitis munera missa. Dictatorem idem annus habuit. P. Corneliũ Scipionem cum Magistro equitũ. P. Decio Mure:ab iis:propter que creati erant:comitia Cõsularia habita:quia neuter Consulũ potuerant bello abesse. ¶Creati Consules. L. Postumius T. Minutius. ¶Hos Cõsules Piso. Q. Fabio et. P. Decio suggerit:biennio excẽpto: quo Claudium Volunniumq;:et Cornelium cũ Martio Consules factos tradidimus. memorie ne fugerit:in Annalibus digerendis:an consulto binos Consules falsos ratus transcenderit:incertum est. ¶Eodem ãno in campum Stellatem agri Campani Sã/nitium incursiones facte. Itaq; ambo Consules in Samnium missi:cũ diuersas regiões

Samites uincunt

Cũ Carthaginesib; fedus renouatum III

Cos. L. postumius
T. Minutius

q.2

Triferhum

Trifernũ Postumius: Bouianũ Minutius petissent. Postumii prius ductu ad Trifernũ pugnatum. Alii haud dubie Samnites uictos: ac trigita milia inde hominum capta tradunt. alii marte equo discessum: et Postumiũ metũ simulãtem nocturno itinere clam in montes copias adduxisse. hostes sequutos: duo milia inde locis munitis et ipos cõsedisse. Consul ut statiua tuta copiosaq; et ita erant: petisse uideretur. Postq̃ et munimentis castra firmauit: et omni apparatu rerum utiliũ instruxit: relicto firmo presidio uigilia tertia: qua duci proxime potest: expeditas legiões ad Collegã: & ipm aduersus alios sedentem: ducit. Ibi autore Postumio Minutius cum hostibus signa confert. et cum anceps prelium in multum diei processisset: integris legionibus defessã iam aciem hostium improuiso inuadit. Itaq; cum lassitudo: ac uulnera: fugam quoq; prepedissent: occisi hostes. signa unum et triginta capta: atq; inde ad castra Postumii perrectum. Ibi duo uictores exercitus perculsum: iam fama hostem adorti: fundũt: fugantq; signa militaria: sex et uiginti capta. et Imperator Samnitiũ Statius Cellius: multiq; alii mortales: & castra utraq; capta: & Bouianum: ubi postero die ceptum op/pugnari: breui capitur: magnaq; gloria rerũ gestaꝝ Consules triũpharũt. Minutiũ consulem: cum uulnere graui relatum in castra mortuum quidã autores sunt: et. L. Fuluium in locum eius suffectum: et ab eo cum ad exercitum Minutii missus esset: Bouianũ captũ. Eodẽ ãno: Sora: Arpinũ Cessenia recepta ab Sãnitibus. Herculis magnũ simulacꝝ ĩ Capitolio positũ dedicatũq;. P. Sulpitio Auerriõe. P. Sẽpronio Sopho Cõsulibus: Sãnites seu finẽ: seu dilationẽ belli querẽtes: Legatos de pace Ro/mam misere. Quibus suppliciter agẽtibus: responsũ est: nisi sepe bellũ parantes pacem petissent Samnites. oratiõe ultro citroq; habita de pace transigi potuisse: nũc quãdo uerba uana ad id locorum fuerint: rebus standum esse. P. Sempronium Consulem cum exercitu breui in Samnio fore. Eum: ad bellum: pacem ue inclinent animi: falli non posse: comperta omnia senatui relaturum. decedentem in Samnio Cõsulẽ legati sequerentur. Eo anno cum pacatum Samniũ: exercitus Romanus benigne ꝓbito commeatu: peragrasset: fedus antiquũ Samnitibus redditũ. Ad Equos inde hostes: ceterum per multos ãnos sub specie in fide pacis quietos. uersa arma Romana: quod incolumi Hernico nomine: misitauerant simul cũ iis Samniti auxilia: et post Her/nicos subactos: uniuersa ꝓpe gẽs sine dissimulatiõe cõsilii publici: ad hostes desciuerat et postq̃ icto Rome cũ Samnitibus federe feciales uenerãt res repetitũ: tẽptationẽ aiebant esse: ut terrore incusso belli: Romanos se fieri paterentur. Quod quãtopere optandum foret: Hernicos docuisse: cum quibus licuerit suas leges Romane ciuitati preoptauerint: quibus legendi quid mallent: copia non fuerit: pro pena necessariam ciuitatem fore. Ob hec uulgo in Conciliis iactata: Populus Romanus bellum fieri Equis iussit: cõsulesq; ambo ad nouum profecti bellum: q̃ttuor milia a castris hostiũ consederunt. Equorum exercitus: ut qui suo nomine per multos annos imbelles egissent: tumultuario similis: sine Ducibus certis: sine imperio: trepidare. Alii exeundũ in aciẽ: alii castra tuẽda: censent. Mouet plerosq; uastatio futura agroꝝ: ac deiceps cum leuibus presidiis urbium relictarũ excidia. Itaq; postq̃ inter multas sentẽtias: una que omissa cura communium: ad respectũ suarũ quenq; rerũ auertisset: audita: ut prima uigilia diuersi: e castris: ad deportanda omnia: tuendasq; menibus in urbes abirent: cũcti eã sententiam ingenti assensu accepere palatis hostibus per agros: ꝓma luce Romani signis prolatis in acie consistunt: et ubi nemo obuius ibat: pleno gradu: ad castra hostium tendunt. Ceterum postq̃ nec statiões pro portis: nec quẽq̃ in uallo nec fremitũ consuetũ castrorũ animaduerterunt: insolito silentio moti: metu ĩsidiaꝝ

Samn[illegible] uincit

COHS · P. Sulpitius Auerrio · P. Sempronius Sophus

subsistunt. Transgressi deinde uallum: cum deserta omnia inuenissent: pergunt. hostē
uestigiis sequi. Sed uestigia in omnes eque ferentia partes: ut in delapsis passim: ꝑmo
errorem faciebant. Postq̃ per exploratores compertis hostium consiliis: ad singulas
urbes circunferendo bello: unum et triginta oppida: intra dies quinquaginta omnia
oppugnando: ceperunt: quorum pleraq̃ diruta: atq̃ incensa. nomenq̃ Equorū ꝓpe
ad internetionem deletum: de Equis triumphatum. exemploq̃ eorum clades fuit: ut
Marrucini: Marsi: Peligni: Ferentini: mitterent Romam Oratores: pacis petende:
amicitieq̃. iis populis fedus petētibus datū. Eo anno. C. Flauius. Cn. Filius Scriba:
patre Libertino. humili fortuna ortus: Ceterum callidus uir: et facundus: Edilis Cu/
rulis fuit. Inuenio in quibusdā annalibus cū appareret Edilibus. fieriq̃ se ꝓ Tribu
Edilē uideret: neq̃ eius accipi nomen: quod scriptū faceret: tabulā posuisse: et iurasse
se scriptum non facturum: quem aliquāto antea desisse scriptū facere arguit. Macer
Licinius: Tribunatu ante gesto: Triumuiratibusq̃ nocturno altero: altero: colonie
deducende. Ceterum id: quod haud discrepat. contumacia aduersus contemnentes
humilitatē suā nobiles certauit. Ciuile ius repositū in penetralibus Pontificū euul/
gauit: fastosq̃ circa forum in albo ꝓposuit: ut qñ lege agi posset: sciretur. Edem
Cōcordie in area Vulcani sūma iuidia nobiliū dedicauit. Coactusq̃ cōsensu populi
Cornelius Barbatus Pōtifex Maximus uerba pre ire: cū more maiorū negaret: nisi
Consulē: aut Impatorē posse templū dedicare. Itaq̃ ex autoritate Senatus latū ad
Populū est: ne qs templum aram ue iniussu Senatus: aut Tribunorū Plebis partis
maioris: dedicaret. Haud memorabilē rē ꝑ se: nisi documētū sit: aduersus superbiam
nobiliū Plebeie libertatis referā. Ad Collegā egꝝ uisendi causa: Flauius cū ueīsset
cōsensuq̃ nobiliū adolescētiū: q̃ ibi assidebāt: assurrectū ei nō eēt: Curulē afferri sellā
eo iussit: ac sede honoris sui anxios inuidia īimicos spectauit. Ceterꝝ Flauiū dixerat
Edilē forensis factio. Ap. Claudii Censura uires nacta: q̃ Senatū ꝑmus libertinorum
filiis lectis inqnauerat. & postea q̃̃ eā lectionē nemo ratā habuit: nec ī Curia adeptus
erat: q̃s petierat opes urbanas: humilibus ꝑ oīs tribus diuisis: forꝝ et campū corrupit.
Tantumq̃ Flauii Comitia īdignitatis habuerūt: ut pleriq̃ nobiliū aureos anulos:
et phaleras deponerēt. Ex eo tpe in duas ꝑtes discessit ciuitas: aliud īteger: Populus
fautor et cultor bonoꝝ. aliud Forēsis factio tenebat: donec. Q. Fabius: et. P. Decius
Cēsores facti. Fabius simul cōcordie causa: simul ne humillimoꝝ ī manu Comitia
eēnt: omnē Forensē turbā: excretā: ī q̃ttuor Tribus cōiecit urbanasq̃ eas appellauit.
Adeoq̃ eā rē acceptā gratis aīmis ferunt: ut Maximi cognomē: qđ tot uictoriis nō
pepererat: hac ordinū tempatiōe pareret. Ab eodem institutū dicit: ut eqtes idibus
quintilibus transueherentur. liber decimus

L. Genutio. Ser. Cornelio Cōsulibus. Ab externis ferme bellis Ociū
fuit. Soram atq̃ Albam Colonie deducte. Albam in Equos sex
milia Colonorū scripta. Sora agri Volsci fuerat: sed possederāt
Samnites. Eo quattuor milia hominū missa. Eodē āno Arpi/
natibus Trebulanisq̃ ciuitas data. Frusinates tertia parte agri
damnati: qꝑ Hernicos ab eis sollicitatos: comptū: capitaq̃ cōiura/
rationis eius: questione ab Consulibus ex Senatus Cōsulto habita
uirgis cesi: ac securi percussi. Tamen ne prorsus imbellem gererēt annum: parua ex/
peditio in Vmbria facta est: qꝑ nuntiabatur: ex spelūca quadā: excursiōes armatoꝝ
in agros fieri. In eā speluncā penetratum cum signis ē: et ex ea: loco obscuro multa

EQVI · DEVICTI ·

Nō egregiū cōsulis plebei factū.

Q. Fabius cēsor omnem forēsē turbā ī iiii tribus coniecit ... maximus appellatus.

cōs. L. Genutius. Ser. cornelius.

VMBRI · I SPECV · CŌBVSTI

Cos. M. Liuius / Q. Emilius

uulnera accepta: maximeq; lapidum ictu. donec altero eius specus ore: nam peruius erat: inuēto: utreq; fauces congestis lignis accense. Ita intus fumo: ac pauore ad duo milia armatoꝝ: ruentia nouissime in ipsas flāmas: dū euadere tēptant: absūpta. M. Liuio: et. Q. Emilio cōsulibus redītegratū Eqtū bellū: Coloniā Equi egre patiētes: uelut arcē suis finibus impositā: sūma ui expugnare adorti: ab ipsis Colonis pellūtur. ¶ Ceterū tm̄ Rome terrorē fecerūt: quia uix credibile erat tā affectis rebus: solos ꝑ se Equos ad bellū cobortos: ut tumultus eius causa Dictator diceret. C. Iunius Bubulcus: cū. M. Titinio Magistro equitū profectus: primo congressu equos subegit: ac die octauo triūphans in urbē cū redisset: edē Salutis: quā Cōsul uouerat: Cēsor locauerat. Dictator dedicauit. ¶ Eodē āno classis Grecoꝝ Cleonymo: duce Lacedemōio ad Italie littora appulsa: Thurios urbē in Salētinis cepit. ¶ Aduersus hūc hostē: Cōsul Emilius missus ꝑlio uno fugatum compulit in naues. ¶ Thurie reddite ueteri cultori Salentinoq; agro pax parta. C. Iuniū Bubulcū dictatorē missum in Salentinos in quibusdā annalibus inuenio. et Cleonymū: prius ꝗ cōfligendū eēt cū Romāis: Italia excessisse. ¶ Circunuectus inde Brūdusii ꝓmontoriū: medioq; sinu Hadriatico uētis latus: cū leua importuosa Italie littora: dextra Illyrici: Liburniq; et Istri gētes fere et magna ex parte latrocinius maritimis infames: terrerēt: penitus ad littora Venetoꝝ peruenit: expositis paucis: q loca explorarēt: cū audisset tenue ita ꝓtentū littus esse: ꝙ egressis stagna ab tergo sint irrigua estibus maritimis: agros haud ꝓcul proximos campestres cerni. Vlteriora colles uideri eē. ostiū pre alti fluminis: quo circūagi naues in stationem tutā uidissent: meduacuus amnis erat: eo inuectū classem subire flumīe aduerso iussit. Grauissimas nauium sarcinas nō ꝑtulit alueus fluuii. in leuiora nauigia transgressa multitudo armatorū: ad frequentes agros tribus maritimis Patauinorū uicis colentibus eā oram: ꝑuenit. Ibi egressi leui ꝑsidio nauibus relicto: uicos ui expugnant: inflāmant tecta hoīm: pecudūq; predas agūt: et dulcedine ꝑdandi longius usq; a nauibus ꝓcedūt. ¶ Hec ubi Patauiū sunt nūtiata (semꝑ aūt eos in armis accole Galli habebāt) in duas ꝑtes iuuētutem diuidūt. altera in regionē: ꝗ effusa populatio nuntiabatᷓ: altera ne cui predonū obuia fieret: altero itinere ad stationē nauiū milia autē. xiiii. ab oppido aberāt ducta. ¶ In naues ignaris custodibus interēptis repētinus impetus factus territiq; naute coguntᷓ naues ī alteram ripā amnis traiicere: et ī terra prosperꝝ eque in palatos ꝑdatores preliū fuerat. Refugientibusq; ad stationē Grecis Veneti obsistūt. Ita in medio circūuenti: ꝑs capti: classē indicāt: Regēq; Cleonymū tria milia abesse. ¶ Ibi captiuis ꝓximo uico in custodiā datis: ꝑs fluuiatiles naues ad supanda uada stagnorū apte: planis alueis fabricatas: ꝑs captiua nauigia armatis cōplēt. ꝓfectiq; ad classē: īmobiles naues: et loca ignota: plusꝗ hostē timētes: circūuadūt. ¶ Fugiētes in altū: ac nusꝗ repugnātes: usq; ad ostiū amnis ꝑsequuti: captis qbusdam incensisq; nauibus hostiū: ꝗs trepidatio inuada intulerat: uictores reuertuntᷓ. ¶ Cleonymus uix quīta ꝑte nauiū incolumi: nulla regiōe maris Hadriatici: ꝑspere addita discessit. ¶ Rostra nauiū spoliaq; grecoꝝ in ede Iunōis ueteri fixa multi supsunt: qui uiderunt. ¶ Patauii monumentū naualis pugne: eo die quo pugnatū est. quot amnis sollēni certamīe nauiū: in oppidi medio exercetᷓ. ¶ Eodē anno Rome cū Vestinis petētibus amiciciā: ictū est fedus. ¶ Multiplex deīde exortus terror. Etruriā rebellare: ab Arretinorū seditionibus motu orto nūtiabatᷓ. ubi Liciniū genus prepotens diuitiaꝝ: inuidia pelli armis ceptū. ¶ Simul Marsorū agrū ui tueri: in quem Colonia Carseoli deducta erat ꝗttuor milibus hominum scriptis. ¶ Itaq; ꝓpter eos tumultus dictus. M. Valerius Maximus Dictator: Magistrū equitū sibi legit. M. Emilium

PATAVIVM

DICTATOR · M · VALERIVS MAX

Paulum: id magis credo: q̃. Q. Fabiũ: ea etate: atq; eis honoribus Valerio subiectũ. ¶ Ceterũ ex Maximi cõmuni cognomine ortũ errorẽ: haud abnuam. ¶ Profectus Dictator cũ exercitu: ꝑlio uno Marsos fudit. Cõpulsis deĩde ĩ urbes munitas Milioniã: Plestinã ac Fresiliã intra paucos dies cepit. ¶ Et ꝑte agri multatis Marsis fedus restituit. ¶ Tũ in Etruscos uersũ bellũ. ¶ Cũ Dictator auspicioꝝ repetũdorũ causa: ꝓfectus Romã eẽt: Magister equitũ pabulatũ egressus ex ĩsidiis circũuenitẽ: signisq; aliquot amissis: feda militũ cede: ac fuga: in castra ẽ cõpulsus. ¶ Qui terror: nõ eo tm̃ a Fabio abhorret: ꝙ siq̃ alia ꝑte cognomẽ suũ eq̃uit. tũ maxĩe bellicis laudibus: sed etiã ꝙ memor Papyriane seuicie: nũq̃ ut Dictatoris in iussu dimicaret: adduci potuisset. ¶ Nũciata ea clades Romã maiorẽ q̃ res erat: terrorẽ exciuit. nam ut exercitu deleto ita iusticiũ indictũ: custodie ĩ portis: uigilie uicatĩ: exacte: arma: tela: ĩ muros cõgesta. oĩbus iunioribus sacramẽto adactis: Dictator ad exercitũ missus: oĩa spe tranq̃lliora: et cõposita Magistri eq̃tũ cura: castra in tutiorẽ locũ redacta. cohortes que signa amiserant: extra uallũ sine tentoriis destitutas: inuenit. exercitum auidum pugne quo maturius ignominia aboleret. Itaq; cõfestĩ ĩde ĩ agꝝ Russellanũ castra ꝓmouit. Eo et hostes sequuti: q̃q̃ ex benegesta re sũmã in apto certamĩe uiriũ spem habebãt: tñ insidiis quoq;: q̃s feliciter expti erant: hostẽ tẽptãt. ¶ Tecta semiruta: uici ꝑ uastationẽ agroꝝ destituti: haud ꝓcul castris romanoꝝ aberãt: ibi abditis armatis: pecus in cõspectu ꝑsidii Romani: cui ꝑerat. C. Fuluius Legatus: ꝓpulsũ. ¶ Ad quam illecebram: cũ cõmouerẽt nemo ab Romana statiõe pastoꝝ unus ꝓgressus sub ipas munitiões: inclamat alios: contanter: ab ruinis uici pecus ꝓpellẽtes: q̃d cessarent: cum ꝑ media castra Romana tuto agere possent? ¶ Hec cũ Legato Cerites q̃dam interꝑtarent: et ꝑ omnes militũ manipulos ingens esset indignatio: nec tñ in iussi mouere auderẽt: iubet peritos lĩgue: attẽdere aĩmũ: pastoꝝ sermo: agresti an urbano ꝓpior esset? Cũ referrẽt: sonũ lingue: et corpoꝝ habitũ: et nitorẽ: cultiora q̃ pastoralia eẽ. Ite igitẽ dicite inq̃t: detegãt neq̃cq̃ cõditas insidias: oĩa scire Romanũ: nec magis iã capi dolo: q̃ armis uinci posse. ¶ Hec ubi audita sũt: et ad eos: q cõsederant in insidiis ꝑlata: cõsurrectũ repẽte ex latebris ẽ: et inpatentẽ: ad cõspectũ undiq; campũ ꝓlata signa. ¶ Visa Legato maior acies: q̃ que ab suo ꝑsidio sustineri posset: itaq; propere ad Dictatorẽ auxilia accitũ mittit: Interea ipe impetũ hostiũ sustinet: nũtio allato Dictator signa ferri: ac sequi armatos iubet: sed celeriora ꝓpe oĩa imperio erant. ¶ Rapta extẽplo signa. armaq; et uix ab ĩpetu et cursu tenebãt. ¶ Cũ ira ab accepta nuꝑ clade stimulabat: tũ cõcitatior accedẽs clamor ab increscẽte certamine. urgent. Itaq; alii alios. hortantẽq; signiferos: ut ocius eant. ¶ Quo magis festinãtes uidet Dictator: eo impẽsius retentat agmẽ: ac sensim incedere iubet. ¶ Etrusci cõtra principio exciti pugne oĩbus copiis aderant. et super alios alii nũtiãt Dictatori: oĩs legiões Etruscorũ capessisse pugnã: neq; iã ab suis resisti posse. ¶ Et ipse cernit ex superiore loco: in quãto discrimĩe ꝑsidiũ esset. Ceteꝝ satis fretus eẽ etiã nũc tolerãdo certamini legatũ: nec se ꝓcul abesse periculi uindicẽ: q̃ maxime uult fatigari hostẽ: ut integris adoriatẽ uiribus fessos. q̃q̃ lente ꝓcedũt: iã tñ ad impetũ capiẽdũ: equiti utiq; modicũ erat spatiũ. ¶ Prima incedebãt signa legionũ: ne q̃d occultũ: aut repentinum hostis timeret. Sed reliquerat interualla ĩter ordines peditũ: q̃ satis lato spatio equi ꝑmitti possẽt. ¶ Pariter sustulit clamorẽ acies: et emissus eques libero cursu in hostẽ ĩuehitẽ. in cõpositisq; aduersus equestrẽ ꝓcellã subitũ pauorẽ effundit. ¶ Itaq; ut ꝓpe serum auxiliũ pene circũuentis: ita uniuersa req̃es data ẽ. Integri accepere pugnã: nec ipsa lõga: aut anceps fuit. fusi hostes: castra repetũt: inferẽtibusq; iã signa Romãis cedũt.

Etrusci ro. fugant cũ cede

Dictator etruscos uincit

9X

et in ultima castroꝝ pte cõglobant̃. Herẽt fugiẽtes in angustiis portarũ: ps magna uallũ: aggereq̃ cõscẽdũt. si aut ex supiore loco tueri se: aut supare aliq̃: et euadere posset. ¶ Forte quodã loco male dẽsatus agger põdere supra stantiũ ĩ fossã pcubuit. Atq̃ euab: cũ deos pandere uiã fuge cõclamassent: plures inermes: q̃ armati euadunt. ¶ Hoc p̃lio fracte iterũ Etruscorũ uires: et pacto annuo stipendio: et duũ mensium frumẽto: pmissũ ab Dictatore ut de pace Legatos mitterẽt Romam. pax negata. Inducie biennii date. Dictator triũphans in urbẽ rediit. ¶ Habeo autores sine ullo meõrabili p̃lio: pacatã ab Dictatore Etruriã eẽ. seditiõibus tm̃ Arretinoꝝ cõpositis: et Licinio genere cũ Plebe in gratiã reducto. ¶ Consulem ex Dictatura factũ. M. Valeriũ: nõ petentẽ: atq̃ adeo absentẽ etiã creatũ credidere quidã. et p Interregẽ ea comitia facta. ¶ Id unũ nõ ambigit̃: cõsulatum cũ Apuleio Pansa gessisse. M. Valerio: et. Q. Apuleio Cõsulibus: satis pacate res foris fuere. ¶ Etruscũ aduersa belli res: et inducie qetũ tenebãt. ¶ Sãnites multorum annorũ cladibus domitũ: haud dum federis noui penitebat. ¶ Rome quoq̃ plebẽ qetã: et exoneratã: deducta ĩ Colonias multitudo p̃stabat. ¶ Tamẽ ne undiq̃ tranqlle res essent: certamẽ inceptũ inter Primores ciuitatis Patritios: Plebeiosq̃: ab Tribunis Plebis. Q. et. Cn. Oguiniis: q ũdiq̃ criminandorũ Patrũ apud Plebẽ occasiõibus quesitis: postq̃ alia frustra tẽptata erãt: eã actionẽ susceperũt: q̃ non infimã Plebẽ accenderẽt: sed ipsa capita Plebis: Cõsulares Triumphalesq̃ Plebeios: quoꝝ honoribus nihil: pter Sacerdotia: que nondum pmiscua erant: deesset. ¶ Rogationẽ quoq̃ pmulgarũt: ut cũ q̃ttuor Pontifices ea tẽpestate essent: placeretq̃ augeri Sacerdotum numerũ: q̃ttuor Pontifices: quinq̃ Augures: de Plebe om̃s adlegerẽtur. ¶ Queãdmodũ ad q̃ttuor Augurũ numerũ: nisi morte duoꝝ: id redigi Collegiũ potuerit: nõ inuenio. cũ ĩter Augures cõstet imparẽ numerũ debere esse. ut tres antique tribus Ramnenses: Titienses: Luceres: suũ queq̃ Augurẽ habeãt. aut si pluribus fuit opus: pari ĩter se numero Sacerdotes multiplicẽt: sicut multiplicati sunt: cũ ad q̃ttuor qnq̃ adiecti nouẽ numerũ: ut terni in singulas essent: expleuerũt. ¶ Ceteꝝ qa de Plebe adlegebant̃: iuxta eã rẽ egre passi Patres: q̃ cũ secundũ Cõsulatũ uulgari uiderẽt: simulabãt ad deos id: magis q̃ ad se pertinere: ipsos uisuros ne sacra sua polluant̃. id se optare tm̃ ne qua in Rẽ. Pu. clades ueniat. ¶ Minus aũt tetendere: assueti iam tali genere certaminũ uinci. et cernebãt aduersarios: non id q̃d olim uix sperauerit: affectãtes magnos honores: sed om̃ia: in quoꝝ spem dubiã erat certatũ: tñ adeptos: multiplices Cõsulatus: Censurasq̃: et Triũphos. ¶ Certatũ tñ suadenda dissuadẽdaq̃ lege: inter. Ap. Claudiũ maxĩe ferũt: et ĩter. P. Deciũ Murẽ. ¶ Qui cũ eadẽ ferme de iure Patrũ: ac Plebis: que p lege Licinia quõdã: cõtraq̃ eã dicta erãt: cum Plebeius Cõsulatus rogabat̃: disseruisset: retulisse dicitur Decius parentis sui speciẽ. Qualẽ tũ multi: qui in Contione erant: uiderãt: incinctũ Gabino cultu: sup telũ stantẽ: quo se habitu: p populo ac legionibus romanis deuouisset. ¶ Tũ. P. Deciũ Cõsulẽ purũ: piumq̃ diis ĩmortalibus uisũ eque: ac si. T. Mãlius Collega eius deuoueret̃. Eundẽ. P. Deciũ q sacra publica Populi Romani faceret: legi rite nõ potuisse? id eẽ periculũ: ne suas preces minus audirent dii: q̃. Ap. Claudii. Castius eũ sacra puata facere: et religiosius deos colere: q̃ se: quẽ penitere uotorũ que pro Re. Pu. nũcupauerit. Tot Cõsules Plebei: tot Dictatores: aut ad exercitus eũtes aut inter ipsa bella? numerarent̃ Duces eorũ annoꝝ: qbus Plebeiorũ ductu: et auspicio res geri cepte sunt. numerarent̃ Triũphi: iã ne nobilitatis quidẽ sue Plebeios penitere: pro certo habere: si q̃d repens bellũ oriat̃: nõ plus spei fore Senatui: Populoq̃ Romão in Patritiis q̃ in Plebeiis ducibus. Quod cũ ita se habeat: cui deoꝝ: hoim

Cos. M. valerius
Q. apuleius

P. Decij muris oro ꝯ appiũ de augurati plebi communicando et pontificatu

ue indignũ uideri: pót inqt: eos uiros: quos uos sellis Curulibus: toga pretexta: tunica
palmata: et toga picta: & corona Triumphali: laureaq; honoraritis: quorum domos:
spoliis hostiũ affixis: insignes inter alias feceritis: Pontificalia atq; Auguralia ĩsignia
attigere indignos dicere? Qui Iouis optimi Maximi ornatu decoratus: curru aurato
p urbẽ uectus in Capitoliũ ascẽderit: is conspiciat̃ cũ lituo capite uelato uictimam
cedet. Auguriũ ue ex arce capiet. cuius imaginis titulo Cõsulatus Censuraq; et Triũ/
phus equo aío leget̃: si Auguratũ: aut Põtificatũ adieceritis: nõ substinebũt legẽtiũ
oculi? equidẽ pace dixeri deũ: eos nos iã Populi Romani benefitio esse spero: q Sa/
cerdotiis nõ minus reddã dignatione nostra honores: q̃ accepimus: et deoꝝ magis: q̃
nostra causa expectamus: ut quos ꝑuatim colimus: publice colamus. Quid aũt ego sic
adbuc egi: tanq̃ integra sit causa Patritiorũ de Sacerdotiis: et nõ nos iã in possessiõe
unius ãplissimi simus Sacerdotii. Decẽuiros sacris faciũdis carminũ sibylle: ac fatorũ
Populi huius interp̃tes: ãtistites eosdẽ Apollinaris sacri: cerimõiaꝝq; aliaꝝ Plebeios
uidemus. Nec ut tũ Patritiis ulla iniuria facta ẽ: cũ duũuiris sacris faciũdis adiectus
est propter Plebeios numerus. et nũc tribunus uir fortis: ac strenuus qnq; Augurũ
loca q̃ttuor Pontificũ adiecit: in que Plebeii noĩnent̃: non ut uos Appi uestro loco
pellant: sed ut adiuuẽt uos hoĩes Plebeii diuinis quoq; rebus ꝓcurãdis: sicut in ceteris
humanis: p p̃te uirili adiuuãt. Noli erubescere Appi: Collegã in Sacerdotio habere:
quẽ in Censura: quẽ in Cõsulatu: Collegã habere potuisti. cuius tã Dictatoris Ma/
gister eqtũ: q̃ Magistri eqtũ Dictator esse potes. ¶ Sabinũ aduenã Principẽ nobili/
tatis uestre. seu. Ap. Clausũ: seu. Ap. Claudiũ mauultis: illi antiq Patritii ĩ suũ numeꝝ
acceperũt: ne fastidieris nos in Sacerdotiũ numerum accipe. Multa nobiscum decora
afferimus: ĩmo oĩa eadẽ: que uos supbos fecerũt. ¶ Sestius ꝑmus de Plebe Cõsul est
factus. ¶ Claudius Licinius Stolo ꝑmus Magister eqtũ. C. Martius Rutilius ꝑmus
et Dictator: et Censor. Q. Publius Philo ꝑmus Pretor. ¶ Semp ista audita sũt eadẽ
penes uos auspicia esse: uos solos gẽtes habere: uos solos iustũ Impiũ et auspiciũ domi
militieq;. Eque adhuc Plebeiũ ꝓsperũ et patritiũ fuit: porroq; erit: quinnunq̃ fãdo
audistis: Patritios ꝑmo eẽ factos: nõ de celo demissos? sed q patrẽ ciere auũq; possent:
id est nihil ultra: q̃ ingenuos. Consulẽ iã patrẽ ciere possum. Auumq; iã poterit filius
meus: nihil est aliud in re Quirites: nisi ut oĩa negata adipiscamur. Certamẽ tantũ
Patritii petũt: neq; curant: quẽ euentũ certaminũ habeãt. Ego hãc legẽ: qđ bonum
faustũ felixq; sit uobis: ac Rei. Pu. uti rogas: subeũdam censeo. ¶ Vocare tribus ex
templo Populus iubebat: apparebatq; accipi legẽ. ¶ Ille tñ dies ẽ intercessiõe sublatus.
Postero die deterritis Tribunis: ingenti consensu accepta ẽ. ¶ Põtifices creant̃ suasor
legis. P. Decius Mus. P Sẽpronius Sophus: Claudius Martius Rutilius. M. Liuius
Denter. ¶ Quinq; Augures itẽ de Plebe: Claudius Genutius. Pelius Petus. M. Minu/
tius: fesus. ¶ Claudius Martius. T. Publius. ¶ Ita octo Pontificum nouem Augurum
numerus factus. ¶ Eodẽ anno Martius Valerius Consul de ꝓuocatione legẽ tulit:
diligentius sanctã. ¶ Tertio ea tũ post Reges exactos lata est. semp a familia eadem
causã renouãde sepius haud aliã fuisse reor: q̃ q plus paucoꝝ opes: q̃ libertas Plebis
poterant. ¶ Portia tamen lex sola ꝓ tergo ciuium lata uidet̃: q ea graui pena: siquis
uerberasset necasset ue ciuẽ Romanũ: sanxit. ¶ Valeria lex eũ: q prouocasset: uirgis
cedi: securiq; necari: uetuisset: Siqs aduersus ea fecisset: nihil ultra: q̃ improbe factum:
adiecit. Id qa tũ pudor hoĩm erat: uisũ credo uinculũ satis ualidũ legis. nũc uix seruo
ita minet̃ qsq̃. ¶ Bellũ ab eodẽ Cõsule haudq̃q̃ meõrabile: aduersus rebellãtes equos
cũ ꝑter aĩmos feroces: nihil ex ãtiq̃ fortuna haberẽt: gestũ ẽ. ¶ Alter Cõsul Apuleius

Dignatio

NEQVINV· VBI· NVNC· EST· NARNIA·

in Vmbria Nequum: oppidū circumsedit: locus erat arduus: atq; in pte una pceps ubi nunc Narnia sita ē: nec ui: nec munimento capi poterat. Itaq; eam infectā rem. M. Fuluius Petus. T. Mālius Torq̄tus noui Cōsules acceperūt. In eū ānū cū Fabium Consulē nō petentē omēs dicerent: Centurie ipsū autorem fuisse Macer Licinius: ac Tubero tradūt: differendi sibi Cōsulatus in bellicosiorē annū. Eo āno maiori se usui Rei. Pu. fore urbano gesto Magistratu. Ita nec dissimulātē q̄d mallet: nec petentē tñ: Edilē Curulē cum. L. Papyrio Cursore factū. Id ne p certo ponerē uetustior Annaliū autor piso effecit. Qui eo anno Ediles Curules fuisse tradit. Cl. Domitium Cn. F. Caluinū. Et. Sp. Caruiliū. Q. F. Maximū. Id credo cognomen errorem in Ediles fecisse: sequutāq; fabulā mixtā ex Edilitiis et Cōsularibus Comitiis: cōueientē errori. Et lustrū eo anno cōditū a. P. Sulpitio: Sex Auerriōe Cēsoribus: Tribusq; addite due Aniensis et Terētina. Hec Rome gesta. Ceteꝝ ad Nequū oppidū cū segni obsidiōe tēpus tereret: duo ex oppidāis: quoꝝ erāt edificia iūcta muro: specu facto: ad statioēs Romanas: itinere occulto puenitūt. Inde ad Cōsulē deducti: p/sidiū armatū se intra menia & muros accepturos cōfirmāt. Nec Aspnanda res uisa: neq; incaute credēda. Cū altero eoꝝ nam alter obses retentus) duo exploratores p cuniculū missi. p quos satis compta re: trecēti armati transfuga duce: in urbē igressi: nocte portā: que pxīa erat: ceperūt. Qua refracta: Cōsul exercitusq; Romanus sine certamine urbē inuasere. Ita Nequū in ditionem populi Romani uenit. Colonia eo aduersus Vmbros missa: a Nare flumīe. Narnia appellata. Exercitus cū magna pda Romā reductus. Eodē anno ab Etruscis aduersus inducias paratū bellū. Sed eos alia molientes Galloꝝ ingēs exercitus fines igressus: paulisp a pposito auertit. Pe/cunia deīde: q̄ multū poterant: freti. Socios ex hostibus facere Gallos conant: ut eo adiūcto exercitu cū Romāis bellarēt. De societate haud abnuūt Barbari: de mer/cede agit̄. q̄ pacta acceptaq;: cū parata cetera ad bellū essent: seqq; Etruscus iuberet: inficias eūt mercedē se belli Romāis inferēdi pactos: qcq̄d acceperit: accepisse: ne agꝝ Etruscū uastarēt: armisq; lacesserēt cultores. militaturos tñ se si utiq; Etrusci uelint. sed nulla alia mercede: q̄ ut in ptē agri accipiant̄. tandemq; aliq̄ sede certa cōsistant. Multa de eo cōcilia populorū Etrurie habita. nec pfici q̄cq̄ potuit nō tā q̄a immi/nui agꝝ: q̄ q̄a accolas sibi q̄sq; adiūgere tā efferate gētis hoīes horrebat. Ita dimissi galli pecuniā ingentē sine labore ac piculo paratā retulerūt. Rome terrorē pbuit fama Gallici tumultus ad bellū Etruscū adiecti. Eo minus cantanter Fedus ictū cū Picenti populo ē. T. Mālio Cōsuli Etruria puintia sorte euenit: q dū uix ingressus hostiū fines: cū exerceret̄ inter eq̄tes: ab rapido cursu circūagēdo equo effusus extē/plo: prope expirauit. Tertius ab eo casu dies finis uite Cōsuli fuit. Quo uelut omine belli: accepto deos pro se cōmisisse bellū meōrantes Etrusci: sustulere aīmos. Rome cū desiderio uiri: tū icōmoditate tpis: tristis nūtius fuit. ut Patres: ab iubēdo Dicta/tore: Cōsulis subrogandi comitia ex sententia principum habita: deterruerint. M. Valeriū Cōsulē omēs sentētie Cēturieq; dixere: quē Senatus Dictatorē dici iussurus fuerat. Tum extēplo in Etruriā ad legiones pficisci iussit: aduentus eius compressit Etruscos: adeo ut nemo extra munimēta egredi auderet. timorq; obsidiōi similis eēt: neq; illos nouus Consul uastādis agris: urendisq; tectis: cū passim nō uille solū: sed fre/quentes quoq; uici incendiis fumarent: ad certamē elicere potuit. Cum hoc segnius bellū opinione esset: alterius belli: q̄d multis inuicē cladibus haud immerito terribile erat: fama: Picentiū sociorū nouorū inditio: exorta est. Sānites arma: et rebellionē spectare: seq; ab iis sollicitatos esse. Picētibus gratie acte: et magna ps cure Patribus

COS. M. Fuluius petus. T. Manlius torquatus.

NARNIA· A NARE· FLVMINE·

T. Manlius consul equo lapsus moritur

M. valerius consul fit.

ab etruria in Sānitesuersa ē. Caritas etiā annone sollicitā ciuitatē habuit. uentūq; ad inopie ultimū foret: ut scripsere: q̄bus Edilē fuisse eo anno Fabiū Maximū placet: ni eius uiri cura: q̄lis in bellicis rebus multis tēpestatibus fuerat: talis domi tū ī annōe dispēsatiōe: p̄parando: ac conuehēdo frumento fuisset. ¶ Eo anno: nec traditē causa: Interregnū initum. Interreges fuere. Ap. Claudius. dein. P. Sulpitius. ¶ Is Comitia Consularia habuit creauit. L. Corneliū Scipionē et. C. Fuluiū Cōsules. ¶ Pricipio huius anni oratores Lucanoꝝ ad nouos Consules uenerūt. questū: qa cōditionibus p̄licere se nequerit ad societatē armorū Sānites: infesto exercitu ingressos fines suos uastare. belloq; ad bellū cogere: Lucano populo satis supq; erratum quondā. nunc ita obstinatos animos esse: ut om̄ia ferre: ac pati tolerabilius ducant: q̄ ut unq̄ postea nomē Romanū uiolent. Orare Patres: ut et Lucanos in fidem accipiāt. et uim atq; iniuriā abse Sānitiū arceant. Se q̄q̄ bello cum Sānitibus suscepto: necessaria iam facta aduersus Romāos fides sit: tn̄ obsides dare paratos eē. ¶ Breuis cōsultatio Senatus ad unū om̄s iungēdū fedus cū Lucanis resq; petēdas ab Sānitibus cēsent. ¶ Benigne rn̄sū Lucanis. Ictūq; fedus. ¶ Feciales missi q Sānitē decedere agro sociorū: ac deducere exercitū finibus Lucanis iuberent. ¶ Quibus obuiā missi ab Sānitibus: q denūciarēt: siquod adissent in Sānio Cōciliū: haud inuiolatos abituros. ¶ Hec postq̄ audita sūt Rome: bellū Sānitibus et Patres censuerūt: et Populus iussit. ¶ Cōsules inter se prouincias partiti sūt. ¶ Scipioni Etruria. ¶ Fuluio Sānites obuenerūt. ¶ Diuersi: ad suū qsq; bellū: p̄ficiscūtur. ¶ Scipione segne bellū et simile p̄oris anni militie expectanti: hostes ad Volaterras: instructo agmīe occurrūt. ¶ Pugnatū maiore p̄te diei magna utrinq; cede. nox incertis: q̄ data uictoria esset interuenit. ¶ Lux insequēs uictorem uictūq; ostendit. Nā Etrusci silētio noctis castra reliquerūt. ¶ Romanus egressus in aciē ubi p̄fectiōe hostiū cōcessā uictoriā uidet. Progressus ad castra: uacuis cū plurima p̄da: nā et statiua trepide deserta fuerant: potit̄. inde in Faliscū agrum copiis reductis. cū impedimenta falerius cum modico p̄sidio reliquisset: expedito agmine ad populādos hostium fines intendit. Omnia ferro igniq; uastant̄. Prede undiq; acte: nec solū modo uastū hosti relictum: sed castellis etiā uicisq; illatus ignis: urbibus oppugnādis tempatū: in q̄s timor Etruscos cōpulerat. ¶ Cn. Fuluii cōsulis clara pugna in Sānio: ad Bouianū: haudq̄q̄ ambigue uictorie fuit. ¶ Bouianū inde aggressus. nec ita multo post Aufidenā ui cepit. ¶ Eodē anno Carseolos: Colonia in agꝝ Eqcoloꝝ deducta. ¶ Fuluius cōsul de Sānitibus triūphauit. Cū comitia cōsularia instarent: fama exorta Etruscos: Sānitesq; ingētes cōscribere exercitus. palā omnibus Conciliis uexari Principes Etruscorū: q̄ nō Gallos q̄cūq; conditiōe traxerit ad bellū. Increpare Magistratus Sānitiū: qd̄ exercitū aduersus Lucanū hostē cōparatū obiecerit Romanis. Itaq; suis sociorūq; uiribus consurgere hostes ad bellū. et haudq̄q̄ pari defungendū esse certamine. ¶ Hic terror: cū illustres uiri cōsulatū peterēt: omēs in. Q. Fabiū Maximū: p̄mo nō petentē: deīde ut inclinata studia uidit: etiam recusantem: cōuertit. ¶ Quid se iā senē: ac p̄functū laboribus: laborumq; p̄miis sollicitarēt? Neq; corp̄is nec aīmi uigorē remanere eūdem: et fortunā ipsam uereri ne cui deoꝝ nimia iā in se: et cōstantior q̄ uelint humane res uideat̄. et se glorie senioꝝ succreuisse: et ad suā gloriā cōsurgētes alios: letū aspicere: nec honores magnos fortissimis uiris Rome nec honoribus deesse fortes uiros. ¶ Acuebat hac moderatiōe tā iusta: studia. que uerecūdia legū restinguēda ratus: legē recitari iussit: q̄ intra decē annos eundē Cōsulem refici nō liceret. uix pro strepitu audita lex est. Tribuniq; Plebis nihil id īpedimēti futurū aiebant. se ad Populū laturos: uti legibus soluerēt. et ille quidē in recusando

pstabat. ¶ Quid ergo attinet leges ferri rogitās: qbus p eosdē q tulissent: fraus fieret?
Iā regi leges: nō regere. ¶ Populus nihilōminus suffragia ībat. et ut queq; ītro uocata
erat Centuria: Consulē haud dubie Fabiū dicebat. ¶ Tum demū consensu ciuitatis
uictus ¶ Dei approbent ingt qđ agitis. acturiq; estis Quirites. ¶ Ceterū qm̄ in me: qđ
uos uultis facturi estis: in Collega sit mee apud uos gratie locus. P. Deciū exptū mihi
concordi Collegio uiꝝ: uobis dignū: dignū parente suo: queso mecū Consulē facite.
¶ Iusta suffragatio uisa. om̄s que supererant Centurie. Q. Fabiū. P. Deciū Cōsules
dixere. ¶ Eo anno plerisq; dies dicta ab Edilibus qa plusq̄ φ lege finitum erat: agri
possiderent. nec qsq̄ ferme est purgatus. uinculūq; ingens īmodice cupiditatis iniectū
est. ¶ Cōsules noui. Q. Fabius maximus q̄rtū et. P. decius mus tertiū: cū interse agi/
tarent: uti alter Sānites hostes: alter Etruscos deligeret: quanteq; in hāc: aut in illā
Prouintiā copie satis essent: et itē ad utrū bellū Dux idoneus magis esset: ab Sutrio:
et Nepete: et Faleriis Legati autores concilia Etrurie populoꝝ: de petenda pace:
haberi: totā belli molem in Sāniū auerterūt. ¶ Profecti Cōsules quo expeditiores
commeatus essent: et incertior hostis: q̄ uenturum bellum foret: Fabius per Soranū:
Decius per Sidicinum agrum: in Samnium legiones ducunt. ubi in hostiū fines uen/
tum est: uterq; populabūdus effuso agmine incedit. explorant tn̄ latius: q̄ populant̄.
¶ Igitur non fefellere ad trifernum hostes: in occulta ualle instructi: quā ingressos
Romanos: ex superiori loco adoriri parabant. ¶ Fabius impedimētis in locum tutū
remotis: presidioq; modico imposito: premonitis militibus adesse certamen: quadrato
agmine ad p̄dictas hostiū latebras succedit. ¶ Sānites desperantes īprouiso tumultu:
quādo in aptū semel discrimē euasura esset res: et ipsi acie iusta maluerūt cōcurrere.
Itaq; in equū descendūt: ac fortune se maiore aīmo: q̄ spe cōmittūt. ¶ Ceterū siue qa
ex omniū Sānitiū populis qđcūq; roboris fuerat: cōtraxerant: seu qa discrimē sūme
rerū augebat aīmos: aliq̄tū quoq; apta pugna p̄buerunt terroris. ¶ Fabius ubi nulla
ex pte hostē loco moueri uidet. M. Fuluiū et. L. Valeriū Tribunos militū: cū qbus
ad p̄mā aciē procurrerat: ire ad eqtes iubet: et adhortari: ut siq̄do unq̄ equestri ope
adiutā Rē. Pu. meminerint: illo die adnitant̄: ut ordinis eius gloriā inuictā prestent.
peditū certamine immobilē hostē restare. omnē reliquā spem in impetu esse equitū.
Et ipsos noīatim iuuenes pari comitate: nūc laudibus: nūc ꝓmissis onerat. ¶ Ceteꝝ qñ
nec ea quoq; tēptata uis ꝓficeret: consilio grassandum: si nihil uires iuuarēt: ratus. Sci/
pionē Legatū Hastatos p̄me legiōis subtrahere ex acie: et ad mōtes ꝓxīos: q̄ posset
occultissime: circūducere iubet. Inde ascensu abdito a cōspectu: erigere in mōtes ag/
men auersoq; hosti ab tergo se ostēdere. ¶ Eqtes Ducibus Tribunis haud multoplus
hostibus: q̄ suis ex improuiso ante signa euecti p̄buerūt tumultus. aduersus īcitatas
turmas stetit īmota Sānitiū acies. nec pte ulla pelli: aut prūpi potuit. et postq̄ irritū
inceptū erat: recepti post signa p̄lio excesserūt. ¶ Creuit ex eo hostium animus: nec
sustinere frōs p̄ma tā longū certamē: increscenteq; fiducia sui uí potuisset: ni secūda
acies iussu Cōsulis in p̄mū successisset. Ibi integre uires sistūt inuehentē se iā Sānitē.
et tpe improuisa ex montibus signa: clamorq; sublatus: non uero tm̄ metu terruere
Samnitiū aīmos: nā et Fabius Deciū Collegā appropīq̄re exclamauit et pro se qsq;
miles adesse alteꝝ Cōsulē: adesse legiōes gaudio alacres fremūt. ¶ Errorq; utilis Ro/
manis oblatus. Fuge formidinisq; Sānites impleuit: maximeq; terroris: ne ab altero
exercitu integro intactoq; fessi opp̄merent̄. et qa passim in fugā dissipati sūt: minor
cedes: q̄ ꝓ tanta uictoria fuit. Tria milia: et. cccc. cesi. capti trecēti ferme et trigīta.
signa militaria capta tria: et uiginti. ¶ Sānitibus Apuli se ante preliū coniunxissent.

Cos. Q. Fabius max. iiii. P. Decius Mus iii.

Samnites astutia ī fugā uisi a max.

ni. P. Decius Consul iis ad maleuentũ castra obiecisset. extractosq; deĩde ad certamẽ fudisset. Ibi quoq; plus fuge fuit q̃ cedis. Duo milia Apulorũ cesa. ¶ Spretoq; eo hoste Decius in Sãniũ legiões duxit. ¶ Ibi duo Cõsulares exercitus diuersis uagati ptibus: oĩa spatio qnq; mensiũ euastarũt. ¶ Quadraginta et qnq; loca in Samnio fuere in qbus Decii castra fuerũt. ¶ Alterius cõsulis sex et octoginta. nec ualli tm̃ ac fossarũ uestigia relicta: sed multo illis insigniora monumenta: uastitatis circa: regionũq; depopulatarũ. ¶ Fabius etiã urbẽ Gimetram cepit. Ibi capta armatorũ duo milia. cccc. cesi ferme pugnãtes a q̃drĩgẽtis trigĩta. ¶ Inde Comitiorũ causa Romã ꝓfecturus: maturauit eã rẽ agere. cũ pmo uocatiQ. Fabiũ Cõsulẽ dicerẽt omnes Cẽturie. Ap. Claudius Cõsularis: candidatus: uir acer: et ambitiosus: nõ sui magis honoris causa: q̃ ut Patritii recuparẽt duo Cõsularia loca: tũ suis: tũ totius nobilitatis uiribus ĩcubuit ut se cũ. Q. Fabio Consulem dicerẽt. ¶ Fabius pmo de se eadẽ fere que pore anno dicẽdo abnuere. circũstare sellã omnis nobilitas. orare. ut ex ceno Plebeio Cõsulatũ extraheret. maiestatẽq; pstinã tũ honori: tũ Patritiis gẽtibus redderet. ¶ Fabius media orõe studia hoĩm sedauit. Facturũ enĩ se fuisse dixit: ut duorũ Patritiorũ noĩna recipet si aliũ q̃ se Cõsulẽ fieri uideret. nũc se sui roẽm Comitiis: cum contra legẽ sit: pessimo exẽplo nõ habiturũ. ¶ Ita. L. Volumius de plebe: cũ. Ap. Claudio Consul ẽ factus. pore item Cõsulatu ĩter se cõparati. ¶ Nobilitas obiectare Fabio: fugisse eũ Ap. Claudiũ Collegã: eloquẽtia ciuilibusq; artibus haud dubie pstantẽ. ¶ Comitiis pfectis ueteres Cõsules iussi bellũ in Sãnio gerere: ꝓrogato in sex menses impio. Itaq; in sequenti quoq; anno. L. Volũnio et. Ap. Claudio Cõsulibus. P. Decius q Consul in Sãnio relictus a collega fuerat. ¶ Procõsul idẽ: populari nõ destitit agros. Donec Sãnitiũ exercitũ: nusq̃ se pl̃io cõmittentẽ: postremo expulit finibus. ¶ Etruriã pulsi petierũt. et qđ legatiõibus neq̃cq̃ sepe tẽptauerãt id se tanto agmĩe armatorũ: mixtis terrore pcibus: acturos efficacius rati: postulauerũt Principũ Etrurie Cõciliũ. Quo coacto. ¶ Per quot ãnos ꝓ libertate dimicẽt cũ Romanis: exponũt: oĩa exptos eẽ: si suis met ipsorũ uiribus tolerare tantã molẽ belli possent: tẽptasse etiã: haud magni momenti finitimarũ gentiũ auxilia. petisse pacẽ a Populo Romano: cũ bellũ tolerare non possent: rebellasse q pax seruientibus grauior: q̃ liberis bellũ esset. unam sibi spem reliquã in Etruscis restare. scire gentẽ Italie opulentissimã: armis: uiris: pecunia: eẽ. habere accolas Gallos inter ferrũ: et arma natos: feroces tũ suopte ĩgenio: tũ aduersus Romanũ populũ: quẽ captũ a se auroq; redemptum: haud uana iactantes: meõrent. nihil abesse: si sit aĩmus Etruscis: q Porsene quondam: maioribusq; eorum fuerit. Quin Romanos oĩi agro cis Tyberim pulsos dimicare pro salute sua: nõ de intolerando Italie Regno cogant. Sãnitem illis exercitũ: paratũ: instructũ armis: stipendio: uenisse. cõfestim sequuturos: uel si ad ipsam Romanã urbẽ oppugnandã: ducant. ¶ Hec eos in Etruria iactantes: molientesq;: bellũ domi Romanũ urebat. Nã P. Decius: ubi cõperit p exploratores ꝓfectũ Sãnitiũ exercitũ: aduocato consilio. Quid p agros inqt uagamur uicatim circũferẽtes bellũ. qn urbes: ac menia aggredimur? Nullus iã exercitus Sãnio psidet. cessere finibus. ac sibi met ipi exsiliũ cõsciuere ¶ Approbantibus cunctis ad Murgantiã ualidã urbẽ oppugnandã ducit. Tantusq; ardor militũ fuit: et caritate ducis: et spe maioris: q̃ ex agrestibus populatõibus: pde: ut uno die ui atq; armis urbẽ caperent. Ibi duo milia samnitiũ et centũ pugnantes circũuenti captiq;. et alia pda ingens capta ẽ. ¶ Que ne impedimentis grauibus agmẽ oneraret conuocari milites Decius iubet. ¶ Haccine inqt uictoria sola: aut hac preda contenti estis futuri? Si uultis uos pro uirtute spes gerere: omnes Samnitium urbes:

fortuneq; in urbibus derelicte: uestre sunt: qñ legiones eorũ tot plus fusas: postremo finibus expulistis: uẽdite ista. et illicite lucro mercatorẽ: ut seq̃tur agmẽ. Ego subĩde suggeram: que uẽdatis. Ad Romuleã urbẽ hic eamus: ubi uos labor haud maior: p̃da maior manet. ¶ Diuendita p̃da ultro adhortantes Imp̃atorẽ ad Romuleam p̱gunt.

Plura Samnitũ oppida expugnat.

Ibi quoq; sine ope: sine tormẽtis: simul admota sunt signa: nulla ui deterriti a muris: q̃ cuiq; p̱ximũ fuit scalis rapti admotis in menia euasere. captũ oppidũ: ac direptũ ẽ. Ad duo milia et trecẽti occisi. et sex milia hominũ capta. et miles ingẽti p̃da potitus. quã uendere sicut p̃orem coactus: Ferentinũ inde: q̃q̃ nihil q̱etis dabat: tñ summa alacritate ductus. Ceterũ ibi plus laboris: ac p̱iculi fuit. et defensa sũma ui menia sũt. et locus munimẽto erat naturaq; tutus. Sed euicit oĩa assuetus prede miles. ¶ Ad tria milia hostiũ circa muros cesa. preda militis fuit. ¶ Huius oppugnataꝝ urbiũ decoris pars maior in q̱busdã annalibus ad Maximũ trahit. ¶ Murgantiã ab Decio: a Fabio Ferentinũ: Romuleãq; oppugnatas tradũt. ¶ Sunt q̱ nouorũ Consulũ hãc gloriã faciant. ¶ Quidã non amborũ: sed alterius. P. Volumnii. ei Sãniũ p̱uinciã euenisse. ¶ Dũ ea ĩ Sãnio: cuiuscũq; ductu: auspitioq;: gererent: Romanis iterim in Etruria bellũ ingens multis ex gentibus cõcitur. ¶ Cuius autor Gelius egnatius ex Sãnitibus erat. ¶ Tusci fere oĩs cõsciuerãt bellũ. ¶ Traxerat cõtagio p̱xios Vmbrie populos. ¶ Et Gallica auxilia mercede sollicitabãtur. omnis multitudo ad castra Samnitium cõueniebat. ¶ Qui tumultus repens postq̃ Romã p̱latus est: Cũ iã. L. Volumnius Consul cũ legione secũda ac tertia: sotiorũq; milibus. xv. p̱fectus in Samnium esset Ap. Claudiũ p̃mo quoq; t̃pe in Etruriam ire placuit. Due Romane legiões sequute p̃ma et q̃rta et sotiorũ duodecim milia. ¶ Castra haud procul ab hoste posita. ceteꝝ magis eo p̱fectũ est: q̱ mature uentũ erat: ut quosdã spectantes iam arma Etrurie populos: metus Romani nomĩs cõprimeret: q̃ q̱ ductu Cõsulis q̱cq̃ ibi satis scite: aut fortunate gestũ sit. ¶ Multa p̃lia locis et t̃pibus iniquis cõmissa. spesq; ĩ dies grauiorẽ hostẽ faciebat. ¶ Et iã p̱pe erat: ut nec Duci milites: nec militibus Dux satis fideret. ¶ Litteras ad Collegã arcessendũ ex Sãnio missas in trinis annalibus inuenio. ¶ Piget tñ incertũ ponere: cũ ea ipsa inter Cõsules populi romani iã iterum eodem honore fũgẽtes: disceptatio fuerit: Appio abnuẽte missas: Volũnio affirmãte: Appii se litteris accitũ. ¶ Iam Volũnius in Sãnio tria castella ceperat: in q̱bus ad tria milia hostium cesa erant. Dimidiũ fere eius captũ. ¶ Et Lucanorũ seditiões a Plebeis et egẽtibus ducibus ortas: sũma Optimatiũ uolũtate: p̱. Q. Fabiũ Procõsulẽ missũ eo cũ ueteri exercitu: cõpresse erãt. ¶ Decio populãdos hostiũ agros relinq̱t. Ipse cum suis copiis in Etruriã ad Collegã p̱git: quẽ aduenientẽ leti oĩs accepere. ¶ Appiũ ex cõsciẽtia sua credo animũ habuisse haud immerito iratũ: si nihil scripserat illiberali et ingrato animo: si eguerat ope dissimulantẽ. uix enĩ salute mutua reddita: cũ obuiã egressus esset. ¶ Satin salue inquit. L. Volumni ut sese in Sãnio res habent? que te causa: ut Prouintia tua excederes: induxit? ¶ Volũnius in Sãnio res p̱speras eẽ ait. ¶ Litteris eius accitũ uenisse. ¶ Que si false fuerint: nec usus sui sit in Etruria: extẽplo conuersis signis abiturũ. ¶ Tu uero abeas inq̱t: nec te q̱sq̃ morat̃. et enĩ minime cõsentaneũ est: cũ bello tuo forsitan uix sufficias. hic te ad opẽ ferendã aliis: gloriari uenisse. ¶ Bene hercules uerteret dicere Volũnius: malle frustra op̃am insumptã: q̃ q̱cq̃ incidisse: cur non satis esset Etrurie unus Cõsularis exercitus. ¶ Digredientẽ iã Consulem: Legati Tribuniq; ex Appiano exercitu circũsistũt. ¶ Pars Imp̃atorẽ suũ orare: ne College auxiliũ: q̱d acciendum ultro fuerit: sua sponte oblatũ sperneret. ¶ Plures abeunti Volũnio obsistere. atq; obtestari ne prauo cũ Collega certamine: R. ẽ. Pu. p̱dat. Siq̃

Volũnius cõsul ex Sãnio ĩ etruriã ad appiũ collegam uadit cũ alio exercitu.

clades incidisset: desertori magis: q̃ deserto: noxie fore. Eo rẽ adductam ut omnis rei bene: aut secus geste: in Etruria: decus dedecusq;: ad. L. Volũniũ delegẽt. ¶ Neminẽ quesituꝝ: que uerba Appii: sed que fortuna exercitus: fuerit. Dimitti ab Appio eum: sed ab Re. Pu. et ab exercitu retineri. experiretẽ mõ uolũtatẽ militũ. ¶ Hec monẽdo: obtestandoq;: ꝓpe restitãtes Cõsules in contionẽ ꝑtraxerunt. ¶ Ibi orões longiores habite: in eandẽ ferme sententiã: in quã inter paucos certatũ uerbis fuerat. ¶ Et cum Volũnius causa sup̃ior: ne infacũdus quidẽ aduersus eximiã eloquẽtiã College uisus esset: cauillãsq; Appius: sibi acceptum referre diceret debere: ꝙ ex muto: atq; elingui facũdũ etiã Cõsulẽ haberent: ꝑore Cõsulatu: ꝑmis utiq; mẽsibus: hiscere neq̃sse: nunc iã populares orões serere. ¶ Quã mallẽ inqt Volũnius: tu a me strenue facere: q̃ ego abs te scite loq: didicissem. ¶ Postremo cõditionẽ ferre: que decretura sit: nõ Orator: (neq;. n. id desiderare Rẽ. Pu.) sed Imꝑator uter sit melior. ¶ Etruriã et Samniũ Prouincias esse: utram mallet eligeret. suo exercitu: se ĩ Etruria: uel in Sãnio rẽ gestuꝝ. ¶ Tum militũ clamor ortus: ut simul ãbo bellũ Etruscũ susciperent. ¶ Quo aĩaduerso cõsensu Volũnius: qm̃ in College inqt uolũtate interp̃tãda erraui: nõ cõmittã: ut qd uos uelitis: obscurũ sit: manere an abire me uelitis: clamore significate? ¶ Tum uero tãtus est clamor exortus: ut hostẽ ex castris exciret. ¶ Armis arreptis in aciem descendunt. et Volũnius signa canere ac uexilla efferri e castris iussit. ¶ Appiũ addubitasse ferũt: cernentẽ seu pugnãte seu qeto se: fore College uictoriã. deĩde ueritum: ne sue quoq; legiões Volũniũ sequerentẽ. et ipsũ flagitantibus suis signũ dedisse. ¶ Ab neutra ꝑte satis cõmode instructi fuerũt. ¶ Nã et Sãnitiũ dux Gelius Egnatius cũ cohortibus pabulatum paucis ierat: suoq; impetu magis milites: q̃ cuius q̃ ductu: aut Imꝑio: pugnã capessebant. ¶ Et Romani exercitus nec ꝑiter ambo ducti: nec satis tꝑis ad instruendũ fuit. ¶ Prius cõcurrit Volũnius: q̃ Appius ad hostẽ ꝑueniret. Itaq; sorte ineq̃li cõcursũ est: et uelut sorte q̃dam mutante assuetos inter se hostes: Etrusci Volũnio: Sãnites parũ ꝑ cõtati (q̃a dux aberat) Appio occurrere. ¶ Dicitẽ Appius in medio pugne discrimĩe: ita ut inter ꝑ̃ma signa manibus ad celũ sublatis cõspiceretur: ita ꝑ̃catus esse: Bellona si hodie nobis uictoriã das. Ast hic ego tibi templũ uoueo. hec precatus uelut instigante dea: et ipse College: et exercitus uirtutem adequauit Ducis. ¶ Imꝑatoria oꝑa exequitẽ. ¶ Et milites: ne ab altera ꝑte ꝑ̃us uictoria incipiat: annitunt. ergo fundũt: fugantq; hostes: maiorẽ molem haud facile sustinentes: q̃ cũ: qua manus cõserere cõsueti fuerãt: urgendo cedẽtes: insequendoq; effusos compulere ad castra. ¶ Ibi interuentu Gelii: cohortiũq; Samnitiarũ paulisꝑ recruduit pugna. ¶ Iis quoq; mox fusis: iã a uictoribus castra oppugnabantẽ. ¶ Et cũ Volũnius ipse porte signa inferret: Appius Bellonã uictricem identidẽ celebrãs: accẽderat militũ animos. ꝑ uallũ ꝑ fossas irruperũt. castra capta direptaq;: preda ingens ꝑta. et militi concessa est. ¶ Septẽ milia ac trecẽti hostiũ cesi. ¶ Duo milia: et centũ uiginti capti. ¶ Dũ ãbo Consules: omnisq; Romana uis in Etruscũ bellum magis inclinat: in Samnio noui exercitus exorti: ad populandos Imꝑii Romani fines per V[illegible]nos: in campaniam: falernũq; agrũ transcendũt: ingentesq; predas faciũt. ¶ Volũniũ magnis itineribus in Samniũ redeuntẽ (Iã. n. fabio Decioq; ꝓrogati imꝑii finis aderat) Fama de Sãnitiũ exercitu populatiõibusq; Campani: agri: ad tuendos sotios conuertit: ut in Calenum uenit: et ipse cernit recentia cladis uestigia. et Caleni narrant tantũ iam prede hostes trahere ut uix explicare agmẽ possint. ¶ Itaq; iã ꝓ palã duces loqui eũdũ in Sãniũ esse: ut relicta ibi preda inexpeditionẽ redeant. nec tam oneratũ agmẽ dimicationi committant. ¶ Ea q̃q̃ similia ueris erant: certius tñ exploranda ratus: dimittit equites

Etrusci et Samnites cedunt

qui uagos predatores in agros palantes excipiant: ex qbus in quirendo cognoscit ad Vulturnũ flumen sedere hostẽ. Inde tertia uigilia motus iter i Sãniũ ẽẽ. ¶ His satis exploratis: ꝓfectus tanto interuallo ab hostibus cõsedit: ut nec aduentus suus ꝓpin/quitate nimia nosci posset: et egredientẽ e castris hostẽ opp̄meret. ¶ Aliq̃to añ lucẽ ad castra accessit: gnarosq; Osce lĩgue exploratũ: qd agat̃ mittit. Intermixti hosti/bus: qđ facile erat: in nocturna trepidatiõe: cognoscunt in frequẽtia armatis signa egressa predam: predeq; custodes exire ignobile agmẽ: et sua quenq; molientẽ: nullo inter alios cõsensu: nec satis certo Impio. ¶ Tẽpus aggrediendi aptissimũ uisum est et iã lux appetebat. Itaq; signa canere iussit. agmenq; hostiũ aggredit̃. ¶ Samnites p̄da impediti infrequentes armati: ps addere gradũ: ac pre se agere p̄dam: ps stare: incerti: utrũ ꝓgredi: an regredi in castra tutius foret. ¶ Inter cõtationẽ opp̄munt̃. ¶ Et Ro/mani iã transcenderãt uallũ: cedesq; ac tumultus erat in castris. ¶ Samnitiũ agmen preterq̃ hostili tumultu: captiuorũ etiã repẽtina defectione turbatũ erat. qui parti ipsi soluti: uinctos soluebãt. partim arma in sarcinis deligata rapiebant. tumultumq; prelio ipso terribiliorem intermixti agmini prebebant. ¶ Memorandum deinde edi/dere facinus. Nam Staium Minatium Ducem adeuntem ordines: hortantemq; in/uadunt. dissipatis inde equitibus: qui cum eo aderant: ipsum circunsistunt. insidentẽq; equo captum ad Consulem Romanum rapiunt. ¶ Reuocata eo tumultu prima signa Samnitium. preliumq; integratum est. nec diutius sustineri potuit. ¶ Cesa ad sex milia hominũ. duo milia et quingenti capti. in eis Tribuni militũ quattuor: signa militaria trigĩta. et qđ letissimũ uictoribus fuit: captiuoꝝ recepta milia septẽ: &. cccc. preda ingens sotiorum. ¶ Accitiq; edicto domini ad res suas noscendas. recipiendasq; prestituta die. Quarũ rerũ nõ extitit dominus: militi concesse: coactiq; uẽdere p̄dã: ne alibi q̃ in armis animũ haberent. ¶ Magnũ ea populatio Campani agri tumultũ Rome prebuerat. ¶ Et p eos forte dies ex Etruria allatũ erat: post deductum inde Volũnianũ exercitũ Etruriam concitã in arma: et Gelium Egnatium Samnitium Ducem: et Vmbros ad defectionẽ uocari et Gallos precio ingenti sollicitari. ¶ His nuntiis Senatus conterritus iusticium indici: delectum omnis generis hominũ haberi: iussit. nec ingenui modo: aut iuniores sacramento adacti: sed seniorũ etiam cohortes facte. ¶ Libertiniq; centuriate: et defendende Vrbis consilia agitabantur. Sũmeq; rerũ Pretor. P. Sempronius preerat. Ceterum parte cure exonerarunt Senatum. L. Volumnii Consulis littere: quibus cesos: fusosq; populatores Campanie: cognitũ est. Itaq; et supplicationes ob rem bene gestam Consulis nomine decernunt. Iusticium remittunt: qđ fuerat dies decemetocto. Supplicatioq; perleta fuit. ¶ Tum de p̄sidio regionis depopulate a Samnitibus agitari ceptũ. Itaq; placuit ut due Colonie circa Vestinum: et Falernum deducerentur. ¶ Vna ad ostiũ Liris fluuii: que Nũturne appellata. ¶ Altera in saltu Vestino Falernum contingente agrũ: ubi Synope dicit̃ Greca urbs fuisse. Sin Vessa deinde a Romanis Colonis appellata. Tribunis Plebis negotium datum est: ut Plebeis cito iuberetur. P. Sempronius Pretor Triumuiros in ea loca: Colonis deducendis creare. ¶ Nec qui nomina darent facile inuenie bant̃: quia in stationem se prope perpetuam infeste regionis: non in agros mitti rebantur. ¶ Ab eis auertit curis Senatum Etrurie ingrauescens bellum. et crebre littere Appii monentis: ne regõnis eius motũ negligerẽt. Quattuor gentes cõferre arma. Etruscos. Samnites. Vmbros. Gallos. Iam castra bifariam facta esse: qa unus locus capetantã multitudinem non posset. ¶ Ob hec etiam appetebat tempus Comitiorum causa. L. Volumnius Consul Romam reuocatus. Qui priusq̃ ad suffragiũ Centurias uocaret.

Sãnites cũ magna strage cedunt

+

Sinuessa

in contione adhortato

In contionem aduocato populo: multa de magnitudine belli Etrusci disseruit. Iam tum cum ipse ibi cum Collega rem pariter gesserit: fuisse tantū bellum: ut nec Duce uno: nec exercitu geri potuerit. ¶ Accessisse postea Vmbros: et ingentem exercitum Gallorum. ¶ Aduersus quattuor populos et duces: Consules illo die deligi meminissēt se: nisi confideret eum consensu Populi Romani consulem declaratum iri: qui haud dubie tum primus omnium ductor habetur: Dictatorem fuisse extemplo dicturum. ¶ Nemini dubium erat: quin. Q. Fabius omnium cōsensu destinaretur. eūq; et pre/rogatiue: et primo uocate omnes Centurie Consulem cum. L. Volumnio dicebant. ¶ Fabii oratio fuit q̄lis biennio ante. ¶ Deinde ut uincebatᷓ cōsensu: uersa postremo ad Collegam. P. Deciū poscendū. Id senectuti sue adminiculū fore. Cēsura: duobusq; Consulatibus simul gestis: expertum se nihil concordi Collegio firmius ad Rem. Pu. tuendam esse. nouo Imperii socio uix iā assuescere senilem animū posse. Cū moribus notis facilius se cōmunicaturū consilia. ¶ Subscripsit orationi eius Consul: tū meritis P. Decii laudibus: tum qđ ex concordia Consulum bona queq;: ex discordia mala: in administratione rerū militarium euenirent. memorando q̄ prope ultimū discrimē: suis et College certaminibus nuper uentum foret. ¶ Admonendo Decium Fabiumq; ut uno animo: una mente uiuerent. ¶ Esse p̄terea uiros natos: militie factis magnos: ad uerboꝝ lingueq; certamina rudes. ea ingenia Consularia esse. ¶ Callidos sollertesq; iuris: atq; eloquentie consultos: qualis. Ap. Claudius eēt: urbi ac foro p̄sides habēdos. pretoresq; ad reddenda iura creandos esse. ¶ His agendis dies est consumptus. ¶ Pos/tridie ad prescriptum Consulis: et Consularia et Pretoria comitia habita. ¶ Cōsules creati. Q. Fabius et. P. Decius. Ap Claudius Pretor: om̄s absētes. ¶ Et. L. Volūnio ex Senatus Consulto: et Scito Plebis prorogatum in annū Imperiū est. ¶ Eo anno prodigia multa fuerunt: quoꝝ auerruncandorū cā supplicatiōes in biduū. Senatus decreuit. ¶ Publice uinum ac thus prebitum: supplicatū iere frequētes uiri: femineq;. Insignē supplicationē fecit certamen in sacello Pudicicie Patritie que in foro Boario est: ad edem rotundam Herculis: inter Matronas ortum. ¶ Virginiam Auli filiam: Patritiam Plebeio nuptam. L. Volūnio Consuli: Matrone qđ e patribus enupsisset: sacris arcuerant. ¶ Breuis altercatio inde ex iracūdia muliebri in cōtētionē animorū exarsit: cum se Virginia et Patritiam: et Pudicam: in Patritie Pudicicie templū in/gressam: et uni nuptam: ad quem uirgo deducta sit. nec se uiri honorum ue eius: ac rerum gestarū penitere. uero gloriaretur. ¶ Facto deinde egregio magnifica uerba adauxit. In uico lōgo: ubi habitabat: ex parte ediū: qđ satis esset loci modico sacello: exclusit. arāq; ibi posuit. et conuocatis Plebeis Matronis: conquesta iniuriā Patri/ciarū. ¶ Hanc ego aram inqt Pudicicie Plebeie dedico. uosq; hortor: ut qđ certamē uirtutis uiros in hac ciuitate tenet: hoc pudicicie inter matronas sit. detisq; operam: ut hec ara: q̄ illa siquid potest a sāctioribus: et castioribus coli dicatur. ¶ Eodē ferme ritu: et hec ara: quo illa antiqor culta est. ut nulla: nisi spectate Pudicicie Matrona: et que uni nupta fuisset: ius sacrificandi haberet. ¶ Vulgata deīde religio a Pollutis. nec Matronis solū: sed omnis ordinis feminis. ¶ Postremo in obliuionē uenit. ¶ Eodē anno. Cn. &. Q. Ogulnii Ediles Curules aliquot feneratoribus diē dixerunt: quorū bonis multatis: ex eo: qđ in publicū redactū: enea in capitolio limina et triū mēsaꝝ argentea uasa in cella Iouis: Iouemq; in culmine cū quadrigis. ¶ Ad ficū Ruminalē simulacra infantium conditorum Vrbis: sub uberibus lupe deposuerunt. ¶ Semitamq; saxo quadrato a Capena porta: ad Martis edē strauerunt. & ab Edilibus Plebeis. L. Aelio Peto: et. C. Fuluio Curuo: ex multaticia pecunia: quam exegerunt pecuariis

COS. Q. Fabius Max^us
P. Decius Mus.

ARA PVDICITIE PLEBEIE.

damnatis: ludi facti. ¶ Patereq; auree ad Cereris edē posite. Q. inde Fabius qntū: et. P. Decius quartum Consulatum ineunt: tribus Consulatibus: Censuraq; Collegę: nec gloria magis rerum: que ingens erat: q̄ concordia inter se clari. ¶ Que ne ꝑpetua esset: ordinum magis: q̄ ipsorum inter se certamen interuenisse reor. ¶ Patritiis ten/dentibus: ut Fabius Etruriā extra ordinem Prouītiam haberet. ¶ Plebeis autoribus Decio ut ad sortē reuocaret. ¶ Fuit certe cōtentio in Senatu. ¶ Et postq̄ ibi Fabius plus poterat: reuocata res ad Populum est. ¶ In Cōtionem: ut inter militares uiros: et factis potius q̄ dictis freros: pauca uerba habita. ¶ Fabius quā arborē cōseruisset: sub ea legere alium fructum indignum esse dicere. se aperuisse Ciminiā siluam. uiāq; per deuios saltus Romāo bello fecisse. Quid se id etatis sollicitassent: si alio duce bellū gesturi essent? Nimirum aduersariū se non: sotium Imperii legisse. sensim exprobrat. et inuidisse Decium: concordibus Collegiis tribus. Postremo se tendere nihil ultra: q̄ ut si dignum Prouintia ducerent in eam mitterent. in Senatus arbitrio se fuisse. et in potestate Populi futurum. P. Decius Senatus iniuriā querebatur. quoad potuerit Patres annisos: ne Plebeis additus ad magnos honores esset. Postq̄ ipsa uirtus pui/cerit ne in ullo genere hominum inhonorata esset: queri quemadmodum irrita sint: non suffragia modo Populi: sed arbitria etiam fortune: et in paucorum potestatem uertantur. Omnes ante se Consules sortitos Prouintias esse. nūc extra sortē Fabio Senatum Prouītiam dare. Si honoris eius causa ita eum de se: deq; Re. Pu. meritū esse: ut faueant. Q. Fabii glorie: que modo: non sua contumelia splendeat. Cui autē dubium esse: ubi unum bellum sit asperum ac difficile: cum id alteri extra sortē man/detur. ¶ Quin alter Consul pro super uacuo: atq; inutili habeatur? gloriari Fabium rebus in Etruria gestis. uelle et. P. Decium gloriari. et forsitan quem ille obrutū ignē reliquerit: ita ut totiens nouum ex improuiso incendium daret: eum se extincturum. Postremo se Collegę honores: premiaq; concessurū uerecūdia etatis eius. maiestatisq;: cum periculum cum dimicatio proposita sit: neq; cedere sua sponte: nec cessurum. et si nihil aliud ex eo certamine tulerit: illud certe laturum: ut qđ Populi sit: Populus iu/beat potius: q̄ Patres gratificentur. Iouem Optimum Maximum deosq; īmortales se precari: ut ita sortem equam sibi cum Collega dent: si eandem uirtutē: felicitatēq; in bello amministrando daturi sint. Certe et id natura equum: et exemplo utile esse: et ad famam Populi Romani pertinere: eos Consules esse: quorum utrolibet bellum Etruscum geri recte possit. ¶ Fabius nihil aliud precatus Populum: q̄ ut: priusq̄ in/trouocarentur ad suffragium Tribus. Ap. Claudii Pretoris allatas ex Etruria lrās audirent. Comitia habuit. nec minore Populi consensu: q̄ Senatus Prouintia Etrurie extra sortem Fabio decreta est. Concursus inde ad Consules factus omnium ferme iuniorum. et pro se quisq; nomina dabant: tanta cupido erat sub eo duce stipendia faciendi. Qua circumfusus turba. ¶ Quattuor milia inquit peditū: et sexcētos eqtes dumtaxat scribere in animo est hodierno: et crastino die: qui nomina dederitis mecū ducam. maiori mihi cure est: ut omnes locupletes reducā: q̄ ut multis rem geram mili/tibus. ¶ Profectus apto exercitu: et eo plus fiducie: ac spei gerente: ꝙ non desiderata multitudo erat: ad oppidum Abarnam (haud procul hostes erant) ad castra Appii Pretoris pergit. ¶ Paucis citra milibus lignatores ei cum presidio occurrunt: qui ut lic/tores ꝓgredi uiderunt: Fabiūq; esse Consulem accepere: leti atq; alacres diis populoq; Romano grates agunt: ꝙ eum sibi Imperatorem misissent. ¶ Circunfusi deinde cum Consulem salutarent: querit Fabius: quo pergerent. Respondentibusq; lignatū se ire. ¶ Ain tandē inqt? nū castra uallata nō habetis: ad hoc cū succlamatū eēt ¶ Duplici

quidem uallo et fossa: et tamen in ingenti metu esse. ¶ Habetis igitur inquit affatim lignorum redite: et uellite uallū. ¶ Redeunt in castra. terroremq; ibi uellentes uallū: et iis: qui in castra remanserant militibus: et ipsi Appio fecerunt. ¶ Tum pro se quisq; alii alius dicere: Consulis se. Q. Fabii facere iussu. ¶ Postero inde die castra mota. et Appius Pretor Romam dimissus. Inde nusq̄ statiua Romanis fuere. ¶ Negabat utile esse uno loco sedere exercitum. itineribus et mutatione locorum nobiliorem: ac salubriorem esse. fiebant autem itinera quando fieri sinebat hyems haud dum exacta. ¶ Vere inde primo relicta secunda legione ad Clusium: qd̄ Camarsolim appellabāt: prepositoq; castris. L. Scipione Propretore: Romam ipse ad consultandū de bello rediit: siue ipse sponte sua: quia bellum ei maius in conspectu erat: q̄q̄tum esse fame crediderat: siue Senatus Consulto accitus. ¶ Nam in utrunq; autores sunt. Ab. Ap Claudio Pretore retractum: quidam uideri uolunt. ¶ Cum in Senatū et apud Populū id: quod per litteras assidue fecerat: terrorē belli Etrusci augeret. nō suffecturū Ducem unum: nec exercitum aduersus quattuor populos. periculosum eē: siue iū̄cti unum premant: siue diuersi gerant bellum: ne ad omnia simul adire: et obire unus nō possit: duas seibi legiones Romanas reliquisse: et minus quinq; milia peditū equitumq; cum Fabio uenisse: sibi placere. P. Decium Consulē. Primo quoq; tēpore in Etruriā ad Collegam proficisci. L. Volumnio Samnium prouintiam dari. si Consul malit in suam Prouintiam ire: Volumnium in Etruriam ad Consulem cum exercitu iusto Consulari proficisci. ¶ Cum magnam partem moueret oratio Pretoris. P. Decium censuisse ferunt: ut omnia integra ac libera. Q. Fabio seruarentur. Donec et ipse: si p̄ commodum Rei: Pu. posset Romam uenisset: uel aliquem ex Legatis misisset: a quo disceret Senatus quantum in Etruria belli esset. quantisq; administrandum copiis: et per quot Duces: esset. ¶ Fabius ut Romā rediit: et in Senatu: et productus ad Populum mediam orationem habuit: ut nec augere: nec minuere uideretur belli famā: magisq; in altero assumendo duce: Aliorum indulgere timori: q̄ suo: aut Rei. Publi. periculo: consulere. Ceterum si sibi adiutorem belli: sociumq; imperii darent: quo nam modo se obliuisci. P. Decii Consulis per tot Collegia experti posse? neminē omnium secum coniungi malle: et copiarum sibi satis. cum. P. Decio nunq̄ nimium hostiū fore. ¶ Si collega quid aliud malit: at sibi. L. Volumnium darent adiutorem. ¶ Omnium rerum arbitrium et a Populo: et a Senatu: et ab ipso Collega: Fabio permissum ē. ¶ Et cum Decius se in Samnium: uel in Etruriam proficisci paratum esse ostēdisset: tanta leticia: et gratulatio fuit: ut preciperetur uictoria animis: Triumphusq;: non bellum: decretum Cōsulibus uideretur. ¶ Inuenio apud quosdam extemplo Cōsulatu inito profectos in Etruriam Fabium: Deciumq; sine ulla mentione sortis p̄uītiarū: certaminumq; inter Collegas que exposui. ¶ Sunt quibus: nec hec quidem certamina exponere satis fuerit: adiecerint et Appii criminatiōes de Fabio absente ad Populū. et pertinaciam aduersus presentem. Consulem: Pretoris contentionemq; aliam inter Collegas: tendente Decio: ut sue quisq; Prouintie sortē tueret. ¶ Constare res incipit ex eo tempore: quo profecti ambo Consules: ad bellū sunt. Ceterum anteq̄ Cōsules in Etruriam uenirent. Senones Galli multitudine ingenti: ad Clusium uenerunt. legionem Romanam. castraq; oppugnaturi. ¶ Scipio: qui castris preerat loco adiuuandam paucitatem suorum militum ratus: in colle qui inter urbem et castra erat: aciem erexit. ¶ Sed ut in re subita: parū explorato itinere: ad iugum perrexit: quod hostes ceperant: parte alia aggressi. Ita cesa ab tergo legio: atq; in medio: cum hostis undiq; urgeret circumuenta. ¶ Deletam quoq; ibi legionem: ita ut nūtius nō supeēēt

CLVSIV. CAMARSOLIS. DICTV.

GALLI. SENONES. LEGIONĒ. VNĀ
RO^am^. AD. CLVSIV̄. CEDV̄T.

quidam autores sunt: nec ante ad Consules: qui iam haud procul a Clusio aberant:
famam eius cladis perlatã: q̃ in conspectu fuere Galloꝝ equites: pectoribus equoꝝ
suspensa gestantes capita et lãceis infixa. ouantesq; moris sui carmĩe: Sũt q Vmbros
fuisse: non Gallos tradant: nec tantum cladis acceptum. et circũuentis Pabulatoribus
cum. L. Manlio Torquato Legato: Scipionem Propretorem subsidium e castris tu-
lisse: uictoresq; Vmbros redintegrato prelio uictos: captiuosq; eis: ac predam ad
emptam. ¶ Similius uero est: Gallo hoste: q̃ Vmbro eam cladem acceptam. ¶ Quod
cum sepe alias: tum eo anno Gallici tumultus precipuus terror ciuitatem tenuit.
Itaq; preter q̃ ꝙ ambo Consules profecti ad bellum erant: cum quattuor legiõibus:
et magno equitatu Romano: Campanisq; mille equitibus: delectis ad id bellũ missis:
et Sotiorum nominisq; Latini maiore exercitu: q̃ Romani: alii duo exercitus: haud
ꝓcul Vrbe Etrurie oppositi. unus in Falisco: alter in Vaticano agro. Cn. Fuluius
et. L. Postumius Megillus Pretores ambo: statiua in eis locis habere iussi. ¶ Cõsules
ad hostes transgresso Appennino in agrum Sentinatem peruenerunt. Ibi quattuor
milia ferme interuallo castra posita. Inter hostes deinde consulationes habite. atq;
ita conuenit: ut ne unis castris miscerentur omnes. ne ue in aciem descenderẽt simul.
Samnitibus Galli: Etruscis Vmbri adiecti. dies indicta pugne Samnitibus Gallisq;
delegata pugna. Inter ipsum certamen Etrusci Vmbriq; iussi castra Romana op-
pugnare ¶ Hec cõsilia turbarũt transfuge Clusini tres: clam nocte ad Fabiũ Cõsulẽ
transgressi: qui editis hostium cõsiliis: dimissi cum donis: ut subinde: ut queq; res noua
decreta esset: exploratam perferrẽt ¶ Consules Fuluio: ut ex Falisco: Postumio: ut
ex Vaticano exercitũ ad Clusiũ admoueant: summaq; ui fines hostiũ depopulẽtur:
scribunt. ¶ Huius populationis fama Etruscos ex agro Sentinate ad suos fines tu-
endos mouit. ¶ Instare inde Consules: ut absentibus iis: pugnarẽt. ꝑ biduũ lacessiere
prelio hostem. biduo nihil dignum dictu actũ pauci utrinq; cecidere. magisq; irritati
ad iustum certamen animi: q̃ ad discrimen summa rerum adducta: tertio die descẽsũ
in campum omnibus copiis est. ¶ Cum instructe acies starent cerua fugiens lupum e
mõtibus acta: per Cãpos inter duas acies decurrit. Inde diuerse fere: cerua ad Gallos:
Lupus ad Romanos cursum deflexit ¶ Lupo data inter ordines uia. Ceruã Galli
cõfixere. ¶ Tum ex Antesignanis Romanus miles. Illac fuga inquit et cedes uertit:
ubi sacram Diane feram iacentem uidetis. ¶ Hinc uictor Martius Lupus integer &
intactus gentis nos Martie: et conditoris nostri admonuit. Dextro cornu Galli. Si-
nistro Samnites constiterunt. Aduersus Samnites Fabius primam ac tertiã legionẽ
pro dextro cornu ¶ Aduersus Gallos pro sinistro Decius quintam et sextã ĩstruxit.
¶ Secunda et quarta: cum. L. Volumnio Proconsule in Samnio gerebat bellum.
¶ Primo concursu adeo equis iuribus gesta res est: ut si affuissent Etrusci: & Vmbri:
aut in acie: aut in castris quocunq; se inclinassent: accipienda clades fuerit. Ceterũ q̃q̃
communis adhuc Mars belli erat: nec dum discrimen fortuna fecerat: q̃ datura uires
esset: haudquaq̃ similis pugna in dextro: leuoq; cornu erat. ¶ Romani apud Fabium
arcebant magis: q̃ inferebãt pugnã. Extrahebaturq; in q̃ maxime serũ diei certamẽ:
quia ita persuasum erat Duci: et Samnites: et Gallos primo impetu feroces esse: quos
sustineri satis sit: longiore certamine sensim residere Samnitium animos. ¶ Gallorũ
quidem etiam corpora: intolerantissima laboris: atq; estus: fluere. Primaq; eoꝝ prelia
plus q̃ uirorum: postrema: minus q̃ feminarũ esse. In id tẽpus igit̃ quo uinci solebat
hostis: q̃ integerrimas uires militi seruabat. Ferocior Decius et etate: et uigore animi
q̃tuncunq; uirium habuit certamĩe primo effudit. et quia lentior uidebat̃ pedestris

LVPVS: ET CERVA

P̄MA GALLOꝝ P̄LIA: PLVS Q̃ VIROꝝ
POSTREMA MINVS Q̃ FEMINARꝝ

pugna: equitatum in pugnam cõcitat: et ipse fortissime iuuenũ turme immixtus: orat proceres iuuentutis. ut secum in hostem impetum faciant. duplicem illorum gloriam fore: si ab leuo cornu: et ab equite uictoria icipiat. ¶ Bis auertere Gallicum equitatũ. Iterum longius euectos: et iam intermedia equitum agmina prelium cientes: nouũ pugne conterruit genus. ¶ Essedis: carrisq; superstans armatus hostis: ingenti sonitu equorum: rotarũq; aduenit. et insolitos eius tumultus Romanoꝝ conterruit equos. ¶ Ita uictorẽ equitatũ uelut lymphaticus pauor dissipat. Sternit inde equos ruẽtes: uirosq; improuida fuga. turbata etiam hinc signa legionum. multiq; impetu equoꝝ: ac uehiculorum raptoꝝ per agmen obtriti Antesignani. Et insequuta: simul territos hostes uidit: Gallica acies: nullum spatiũ respirandi recipiendiq; se dedit. ¶ Vociferare Decius quo fugerẽt: quã ue in fuga spem haberent? obsistere cedẽtibus: ac reuocare fusos: deĩde ut nulla ui perculsos sustinere poterat: patrem. P. Decium nomine com/pellans. ¶ Quid ultra moror inquit? familiare fatum datum hoc nostro generi est: ut luendis periculis publicis piacula simus. Iam ego mecũ legiones hostiũ mactãdas Telluri ac diis manibus dabo. ¶ Hec loquutus. M. Liuiũ pontificem: quẽ descẽdens in aciem digredi uetuerat ab se: preire iussit uerba: quibus se legionesq; hostium pro exercitu Populi Romani Quiritiũ deuoueret. deuotus inde eadẽ precatione: eodẽq; habitu: quo pater Decius ad Veserim bello Latino se iusserat deuoueri. ¶ Cũ secũdũ sollemnes precatiões adiecisset pre se agere sese formidinẽ: ac fugã: cedemq; ac cruorẽ celestium: infernorum iras contracturum: funeribus diris: signa: tela: arma: hostium: locumq; eũdem sue pestis et Gallorũ: ac Samnitiũ fore: hec execratus: in se: hostesq;: qua confertissimam cernebat Galloꝝ aciem: concitat equum. inferensq; se ipe ĩfestis telis interfectus est. ¶ Vix humane inde opis uideri pugna potuit. ¶ Romani duce a/misso: que res terrori alias esse solet: sistere fugam. Ac nouã de integro uelle ĩstaurare pugnam. ¶ Galli: et maxime globus circunstans Consulis corpus: uelut alienata mẽte uana in cassum iactare tela. Torpere quidam nec pugne meminisse. nec fuge. At ex parte altera Pontifex Liuius: cui lictores decius tradiderat: iusseratq; Propretore eẽ: uociferari: uicisse Romanos: defunctos Consulis fato. Gallos Samnitesq; Telluris Matris: ac deorum Manium esse. rapere ad se: ac uocare Decium deuotã secum aciẽ. furiaꝝq; ac formidinis plena omnia ad hostes esse. ¶ Superueniut deinde his restitu/entibus pugnã: Cornelius Scipio: et. C. Martius cũ subsidiis ex nouissima acie: iussuq; Fabii Consulis ad presidiũ College missi. Ibi auditẽ. P. Decii euentus. ingẽs hortamẽ ad omnia pro Re. Pu. audenda. Itaq; cũ galli structis ante se scutis conferti starẽt: nec facilis pede collato uideretur pugna: iussu Legatorum collecta humi pila: que strata inter duas acies iacebant: atq; intestudinem hostium coniecta. Quibus plerisq; in scuta uerutis in corpora ipsa fixis: sternitur cuneus: ita ut magna pars ĩtegris cor/poribus attoniti cõciderent. ¶ Hec in sinistro cornu Romanoꝝ fortuna uariauerat. ¶ Fabius in dextro cornu primo: ut ante dictum est: contando extraxerat diem. Deĩde postq̃ nec clamor hostium: nec impetus: nec tela missa eadẽ uim habere uisa: Prefectis equitum iussis ad latus samnitiũ circũducere alas: ut signo dato ĩ trãsuersos quanto maximo possent impetu incurrerent. Sensim suos signa inferre iussit. et cõ/mouere hostem. Postq̃ non resisti uidit: et haud dubiam lassitudinẽ esse. Tũ collectis omnibus subsidiis: que ad id tempus reseruauerat: et legiones concitauit: et signum ad inuadendos hostes equitibus dedit. ¶ Nec sustinuerunt Sãnites impetũ: preterq; aciẽ ipsam Gallorũ: relictis in dimicatione sotiis: ad castra effuso cursu ferebantẽ. ¶ Galli testudine facta conferti stabant. ¶ Tum Fabius audita morte college campanorũ

DECIVS FILIVS DEVOVETVR BELLO GALLICO

Q. FABIO MAX. COSVLE · XXIII · HOSTIV CESA · CAPTA VIII ·

alam quingentos fere equites: excedere iubet acie: et circumuectos: a tergo: gallicam inuadere aciem. ¶ Tertie deinde legionis subsequi Principes. et qua turbatum agmen hostium uiderent: impetu equitũ instare. ac territos cedere ¶ Ipse edẽ Ioui Victori spoliaq; hostiũ cũ uouisset: ad castra Samnitium perrexit: quo multitudo omnis cõ/sternata angebatur sub ipso uallo: quia tantam multitudinem porte non recepere. Temptata ab exclusis turba suorum pugna est ¶ Ibi Gelius Imperator Samnitium cecidit ¶ Compulsi deinde intra uallum Samnites paruoq; certamine capta castra. & Galli a tergo circumuenti ¶ Cesa eo die hostium · xxiiii. milia octo capta. ¶ Nec in/cruenta uictoria fuit. Nam ex. P. Decii exercitu cesa septẽ milia. ¶ Ex Fabii mille ac trecenti. ¶ Fabius dimissis ad querendum college corpus spolia hostium coniecta in aceruum Ioui Victori cremauit. Consulis corpus eo die: quia obrutũ sup stratis Gallorum cumulis erat: inueniri non potuit. Postero die inuentum relatũq; est cũ multis militum lachrymis ¶ Intermissa inde omnium aliarũ rerũ cura. Fabius College funus omni honore: laudibusq; meritis celebrat. ¶ Et in Etruria per eos dies ab. Cn. Fuluio prospere res ex sententia gesta. et preter ingentem illatam populationibus agrorum hosti cladem: pugnatum etiam egregie est ¶ Perusinorumq; et Clusinorũ cesa amplius milia tria · et signa militaria ad uiginti capta. ¶ Samnitiũ agmen cum p Pelignum agrum fugeret: circumuentum a Pelignis est. Ex milibus quinq; ad mille cesi. ¶ Magna eius diei: quo in Sentinati agro bellatum: fama est: etiam uero stanti. ¶ Sed superiecere quidam augendo fidem: qui in hostium exercitu peditum milia quadraginta: & trecentum triginta. equitum sex: et quadraginta mille carpentorum scripsere fuisse. ¶ Scilicet cum Vmbris: Tuscisq;: quos et ipsos pugne affuisse. ¶ Et ut Romanorum quoq; augerent copias. L. Volumniũ Proconsulem Ducẽ Cõsulibus exercitum q; eius legionibus Consulum adiciunt. ¶ In pluribus annalibus duorũ ea Consulum proprie uictoria est. ¶ Volumnius in Samnio interim res gerit. ¶ Sam/nitiumq; exercitum in Tifernum montem compulsum: non deterritus iniquitate loci: fundit: fugatq;. ¶ Fabius deciano exercitu relicto: in Etrurie presidio: suis legi/onibus deductis ad Vrbem de Gallis Etruscisq;: ac Sãnitibus: triumphauit. Milites triumphantẽ sequuti sunt. ¶ Celebrata in conditis carminibus militaribus: nõ magis uictoria. Q. Fabii: q̃ preclara mors. P. Decii est. excitataq; memoria parẽtis equata euẽtu publico: priuatoq; filii laudibus. ¶ Data ex preda militibus eris octogeni bini: sagaq; et tunice premia illa tempestate militie haudquaq̃ spernẽda ¶ His itaq; rebus gestis: nec in Samnitibus adhuc: nec in Etruria pax erat. ¶ Nam et Perusinis auto/ribus post deductum ab Consule exercitum rebellatum fuerat. ¶ Et Sãnites p̃datũ in agrũ Vestinum: formianumq;: et partem aliam in Eserunicũquoq; que Vulturno adiacet flumini: descẽdere. Aduersus eos. Ap. Claudius Pretor cũ exercitu Deciano missus. ¶ Fabius in Etruria: rebellante denuo: q̃ttuor milia et q̃ngentos Perusinorũ occidit. Cepit ad mille septingentos q̃draginta: qui redempti singuli eris trecẽtis decẽ. ¶ Preda alia omnis militibus concessa. ¶ Samnitium legiones cum partim: Appius Pretor: partim. L. Volumnius Proconsul sequeretur: in agrũ stellatem cõuenerũt. ¶ Ibi ad Samnium omnes considunt. ¶ Et Appius Volumniusq; castra coniungunt. pugnatum infestissimis animis: hinc ira stimulante aduersus rebellantes totiens. Illinc ab ultima iam dimicantibus spe. Cesa ergo Samnitium. xvi · milia trecenti. capta duo milia septingenti ¶ Felix annus bellicis rebus: pestilẽtia grauis: prodigiisq; sollicitus. Nam et terram multifariam pluuisse: et in exercitu. Ap. Claudii plerosq; fulmĩe ictos nunciatum est. ¶ Libriq; ob hec aditi. Eo anno. Q. Fabius Gurges Consulis filius

Perusini et clusini cesi

Perusini iterum superant

TERRA PLVIT ·

sex et XL annis cum Samnitibus pugnatum

aliquot Matronas ad populũ stupri dãnatas pecunia multauit: ex quo multaticio ere Veneris edem que prope Cyrcum est faciẽdam curauit. ¶ Supersunt etiam nũc Samnitium bella: que continua per quartum iam uolumen annũq; sextum et qua/dragesimũ .A. M. Valerio. A. Cornelio Cõsulibus: qui primi Samnio arma itulerũt. Agimus. et ne tot annorũ cladem utriusq; gentis: laboresq; actos nunc referam: qbus nequiuerunt tamen dura illa pectora uinci. Proximo anno Samnites in Sentinati agro: Pelignis ad Tifernum stellantibus campis suis: ipsi legionibus mixti alienis: ab quattuor exercitibus q̃ttuor ducibus Romanis cesi fuerant. ¶ Imperatorẽ clarissimũ gentis sue amiserant: socios belli Etruscos: Umbros: Gallos in eadẽ fortuna uidebãt: qua ipsi erant: nec suis: nec externis uiribus iam stare poterant: tamen bello nõ ab/stinebant: adeo ne infeliciter quidem defense libertatis tedebat: et uinci: quam non temptare uictoriam: malebant. qui nam sit ille: quem pigeat longinquitatis bellorũ scribẽdo: legẽdoq; que gerentes nõ fatigauerunt. Q. Fabiũ. P. Deciũ. L. Postu/mius Megellus. et. M. Attilius Regulus Consules sequuti sunt. Samnium ambobus decreta Prouintia est. quia tres scriptos hostium exercitus uno Etruriam: altero po/pulationem Campanie repeti: tertium tuendis parari finibus: fama erat. ¶ Postumiũ ualitudo aduersa Rome tenuit. Attilius extemplo profectus ut in Samnio hostes: ita enim placuerat patribus: non dum egressos: opprimeret: uelut ex composito ibi obuium habuere hostem. ubi et intrare: nedum uastare ipsi Samnitium agrum pro/hiberentur et regredi inde in pacata: sotiorumq;. Po. Ro. fines. Samnites ꝓhiberẽt. cũ castra castris collata essent: qđ uix Romanus totiens uictor auderet: ausi Sãnites sunt (tantum desperatio ultima temeritatis facit) castra Romana oppugnare. et q̃q̃ non uenit ad finem tam audax inceptũ: tamen haud omnino uanũ fuit. ¶ Nebula erat ad multum diei densa. adeo ut lucis usum eriperet. non prospectu modo extra uallum adempto: sed propinquo etiam congredientium inter se cõspectu. hac uelut latebra insidiarum freti samnites uix dum satis certa luce: et eam ipsam premente ca/ligine: ad statiõẽ Romanã: i portam segniter agentẽ uigilias ꝑueniũt. ¶ Improuiso oppressis nec animi satis ad resistẽdum: nec uirium fuit. Ab tergo castroꝝ Decumana porta impetus factus. Itaq; captum Questorium. Questorq; ibi. L. Opimius Pansa occisus. conclamatum inde ad arma. ¶ Consul tumultu excitus cohortes duas sotioꝝ Lucanam: Suessanamq; que proxime forte erant: tueri Pretoriũ iubet. manipulos legionum Principali uia inducit. uix dũ satis armis aptatis in ordines eũt: et clamore: magis q̃ oculis hostem noscunt. nec quãtus numerus sit estimari potest. ¶ Cedũt ꝑmo incerti fortune sue: et hostem introrsum in media castra accipiunt. Inde cum Consul uociferaretur expulsi ne extra uallũ: castra deinde sua oppugnaturi essent: rogitans: clamore sublato conixi primo resistunt: deinde inferunt pedem. urgentq; & ipulsos semel terrore eodem agunt: quo ceperunt: expellunt extra portam: uallumq; inde pergere ac prosequi (qa turbida lux metũ circa insidiaꝝ faciebat) non ausi: liberatis castris contenti: receperunt se intra uallũ: trecentis ferme hostiũ occisis. Romanoꝝ statiões prime uigilumq;: et eorum qui circa Questorium oppressi periere ad. ccxxx. Animos inde Samnitibus non infelix audacia auxit. et non mõ ꝑferre inde castra Romanum: sed ne pabulari quidem per agros suos patiebantur. ¶ Retro in pacatũ Soranum agrum pabulatores ibant. ¶ Quarum rerum fama tumultuosior etiam: q̃ res erant: perlata Romam: coegit. L. Postumium Consulem uix dũ ualidũ ꝑficisci ex Urbe: prius tñ: q̃ exiret: militibus edicto Soram iussis cõuenire. Ipse edẽ uictorie: quam Edilis Curulis ex multaticia pecunia faciendam curauerat: dedicauit. Ita ad

Cos L. postumius megellus / M. Attilius Regulus

Nebula

r 7

exercitum profectus ab Sora in Samnium ad castra College perrexit. ¶ Inde postq̄ Samnites diffisi duobus exercitibus resisti posse: recesserunt: diuersi Consules ad uas/tandos agros urbesq; oppugnandas: discedunt. ¶ Postumius Miloniam oppugnare adortus. Vi primo: atq; impetu. deinde postq̄ ea parum procedebant: ope ac uineis demum iniunctis muro cepit. ibi capta iam urbe: ab hora quarta usq; ad octauā fere horam: omnibus partibus diu incerto euentu pugnatū est. Postremo potitur oppido Romanus. ¶ Samnitium cesi tria milia trecenti. capti quattuor milia: ac trecēti: ꝓter predam aliam. ¶ Inde Ferentinum ducte legiones: unde oppidani cū om̄ibus rebus: que ferri: agiq; potuerunt: nocte per auersam portam silentio excesserunt. ¶ Igitur simul aduenit Cōsul: primo ita compositus: instructusq; menibus successit: tanq̄ idē: qđ ad Miloniam fuerat: certaminis foret. ¶ Deinde ut silentium uastū in urbe: nec arma: nec uiros: in turribus: ac muris uidit: auidum inuadendi deserta menia militem detinet: ne quam occultam in fraudē incautus rueret. ¶ Duas turmas sotiorū noīnis Latini circum equitare menia atq; explorare omnia: iubet: equites portam unam: al/teramq; eadem regione in propinquo patentes conspiciūt. itineribusq; iis nocturne hostiū fuge uestigia. ¶ Adeqtāt deinde sensim portis. urbēq; ex tuto rectis itineribus per uiam conspiciunt: et Consuli referunt excessum urbe. solitudine haud dubia id perspicuum esse: et recentibus uestigiis ac strage rerum: in trepidatione nocturna re/lictarum passim. ¶ His auditis Consul ad eam partem urbis: quam adierant equites: circunducit agmen: constitutisq; haud procul porta signis: qui q; equites iubet ītrare urbem. et modicum spatium progressos: tris manere eodem loco: si tuta uideāt. duos explorata ad se referre. Qui ubi redierunt: retuleruntq; eo se ꝑgressos: unde ī om̄is partes circunspectus esset: longe lateq; silentium: ac solitudinem uidisse. Extemplo Consul cohortes expeditas in urbem eduxit. Ceteros interim castra cōmunire iussit. Ingressi milites refractis foribus: paucos graues etate: aut inualidos inueniunt: relic/taq: que migratu difficilia essent. ea direpta. et cogniti ex captiuis est cōmuni cōsilio aliquot circa urbes conscisse fugam. suos prima uigilia profectos. credere eandem in aliis urbibus solitudinem inuenturos. ¶ Dictis captiuorū fides extitit. desertis oppidis Consul potitus. ¶ Alteri consuli. M. Attilio nequaq̄ tam facile bellum fuit. Cum ad Luceriam duceret legiones: quam oppugnari ab Sānitibus audierat: ad finē Lucerinū ei hostis obuius fuit. Ibi ira uires equauit. prelium uarium: et āceps fuit. tristius tamē euentu romanis. et qa insueti erant uinci. et ꝙ digredientes magis: q̄ in ipso certamīe senserunt: quantum in sua parte plus uulnerū ac cedis fuisset. Itaq; is terror ī castris ortus: qui si pugnantes cepisset insignis accepta clades foret. Tum quoq; sollicita nox fuit: iam inuasurum castra Samnitem credentibus: aut prima luce cum uictoribus conserendas manus. minus cladis. Ceterꝫ non plus animorum ad hostes erat: ubi p̄mū illuxit: abire sine certamine cupiunt. Sed uia una: et ea ipsa preter hostes erat: qua ingressi prebuere speciem: recta tendentium ad castra oppugnanda. Consul arma capere milites iubet. et sequi se extra uallum. Legatis: Tribunis: Prefectis sotiorum imperat. Quod apud quenq; facto opus est. ¶ Omnes affirmant: se quidem omnia facturos. sed militum iacere animos tota nocte inter uulnera et gemitus moriētium uigilatum eē. Si ante lucem ad castra uentū foret: tantū pauoris fuisse: ut relicturi signa fuerint: nunc pudore a fuga cōtineri. alioquin pro uictis esse. Que ubi Cōsul accepit sibi met circūeūdos: alloquēdosq; milites ratus: ut ad quosq; uenerat contātes arma capere increpabat. Quid cessarent tergiuersarenturq; hostem in castra uēturꝫ: nisi illi extra castra exissent: et ꝓ tentoriis suis pugnaturos: si ꝓ uallo nollēt. Armatis

ac dimicantibus dubiam uictoriam esse. qui nudus: atq; inermis hostem maneat: aut
mortem: aut seruitutem patiendā. hec iurganti increpantiq; respondebant: cōfectos
se pugna hesterna: nec uirium quicq̃: nec sanguinis super esse: maiorem multitudinē
hostium apparere: q̃ pridie fuerit. Inter hec appropinquabat agmen. etiam breuiore
interuallo certiora intuentes: uallum secum portare Samnitem affirmant. nec dubiū
esse: quin castra circunuallaturi sint. ¶ Tunc enimuero Consul indignum facinus eē
uociferari: tantam contumeliam ignominiamq; ab ignauissimo accipi hoste. etiamne
circumsedebimur inquit in castris: ut fame potius per ignominiam: q̃ ferro: si necesse
est: per uirtutem moriamur? Dii bene uerterent: facerentq;: qđ se dignum quisq; du/
cerent: Consulem. M. Attilium uel solum: si nemo alius seq̃tur: iturū aduersus hostes.
casurumq; inter signa Samnitium potius: q̃ circumuallari castra Romana uideat.
¶ Dicta Consulis Legati: Tribuniq; omnes turme equitum: et Centuriones primoꝝ
ordinum approbauere. ¶ Tum pudore uictus miles segniter e castris egredit̄. longo
agmine: nec continenti: mesti ac prope uicti procedunt aduersus hostē. Nec spe: nec
animo certiorem. itaq; simul cōspecta sunt Romana signa: extēplo a pmo Sānitiū
agmine ad nouissimum fremitus perfertur: exire: id quod timuerunt: ad impediēdum
iter Romanos. nullam inde ne fuge quidam patere uiam. Illo loco: aut cadendum
esse: aut stratis hostibus per corpora eorum euadendū. ¶ In medio sarcinas cōiciūt:
armati suis quisq; ordinibus instruunt aciem. Iam exiguū inter duas acies erat spatiū
et stabant expectantes: dum ab hostibus prius clamor inciperet. neutris animus est
ad pugnandum. ¶ Diuersi integri atq; intacti abissent: ni cedenti instaturum alterum
timuissent: sua spōte inter īuitos tergiuersantesq; signis pugna clamore incerto: atq;
impari cepit. nec uestigio quis q̃ mouebatur. ¶ Tum Consul Romanus: ut rē exci/
taret: equitum paucas turmas: extra ordinem immisit. Quorum cū pleriq; delapsi ex
equis essent: et alii turbati: et ab Samnitium acie ad opprimendos eos: qui ceciderāt:
et ad suos tuendos ab Romanis procursum est. Inde paululum irritata pugna ē. sed
aliquanto et impigre magis: et plures concurrerant Samnites. et turbatus eques sua
ipse subsidia: territis eq̃s: proculcauit. ¶ Hinc fuga cepta: totā auertit aciē Romanā.
¶ Iamq; interga fugientium Samnites pugnabāt. Cum Consul equo preuectus ad
portam castrorum: ac statione equitum ibi opposita: edictoq;: ut quicunq; ad uallū
tenderet: siue ille Romanus: siue Samnis esset: pro hoste haberent. Hec ipsa minitans
obstitit profuse tendentibus suis in castra. ¶ Quo pergis inquit miles: et hic arma: et
uiros inuenies. nec uiuo cōsule tuo: nisi uictor castra ītrabis. proinde elige cum ciue:
an hoste pugnare malis. ¶ Hec dicente Consule: eq̃tes infestis cuspidibus circūfundūt̄
ac pedites in pugnam redire iubent. ¶ Non uirtus solū Consulis: sed fors etiā adiuuit
ꝙ non institerunt Samnites: spatiumq; circumagendi signa uertendiq; aciē a castris
in hostem fuit. Tum alii alios hortari ut repeterent pugnam ¶ Centuriones ab sig/
niferis rapta signa inferre: et ostendere suis paucos: et ordinibus incompositis effuse
uenire hostes. ¶ Inter hec Cōsul manus ad celū adtollens uoce clara: ita ut exaudiret̄:
templū Ioui Statori uouet: si cōstitisset a fuga Romana acies. redintegratoq; plio:
cecidisset uicissetq; legiones Samnitium. omnes undiq; adnisi ad restituendā pugnam
duces: milites: peditum: equitumq; uis. Numen etiam deoꝝ respexisse nomē Romanū
uisum. adeo facile inclinata res: repulsiq; a castris hostes: mox et iam redacti ad eum
locum: in quo commissa pugna erat ¶ Ibi obiacēte sarcinarū cumulo quas coniecerāt
in medium: hesere impediti. deinde ne diriperentur res orbem armatorum sarcinas
circundant. Tum uero eos a fronte urgere pedites: ab tergo circunuecti equites. Ita

INTERAMNA

in medio cesi. captiq; ¶ Captiuorum numerus fuit septem milia ac.ccc. qui omnes nudi subiugum missi ¶ Cesos retulere ad quattuor milia octingentos. Ne Romanis quidem leta uictoria fuit. ¶ Recensente Consule biduo acceptam cladem amissorum militum numerus relatus: septem milia ac trecenti. ¶ Dum hec in Apulia gerebant: altero exercitu Samnites Interamnã Coloniã Romanã: que uia latina est: occupare conati urbem non tenuerunt. Agros depopulati: cum predam aliam inde mixtã ho/minum atq; pecudum colonosq; captos agerent: in uictorem incidunt Consulem: ab Luceria redeuntẽ. nec predam solum ãmittunt: sed ipsi longo atq; impedito agmine incompositi ceduntur. ¶ Consul Interamnam edicto dominis ad res suas noscendas recipiendasq; reuocatis: & exercitu ibi relicto: Comitiorũ causa Romã est ꝓfectus. Cui de Triumpho agenti negatus honos: & ob amissa tot milia militũ: & ꝙ captiuos sine pactione sub iugum misisset. ¶ Consul alter Postumius: quia in Sãnitibus materia belli deerat: in Etruriam traducto exercitu primum peruastauerat Volsiniensem agrum. deinde tum egressis ad tuendos fines haud procul menibus ipsorũ depugnat. Duo milia Etruscorum cesi. ceteros propinquitas urbis tutata est. ¶ In Rosellanum autem agrum exercitus traductus. Ibi non agri tantum uastati: sed oppidum etiam expugnatum. capta amplius duo milia hominum. Minus duo milia circa muros cesa. Pax tamen clarior maiorq; ꝗ̃ bellum in Etrutria eo anno parta ẽ. ¶ Tres ualidissime urbes Etrurie capte: Vulsine: Perusia: Arretium: pacem petiere. & uestimentis militum frumentoq; pacti cũ Consule: ut mitti Romã oratores liceret: Inducias in undecim annos impetrauerunt. ¶ Multa presens quingentum milium eris in singulas ciuitates imposita. ¶ Ob hasce res gestas Consul: cum Triumphũ ab senatu: moris magis causa: ꝗ̃ spe impetrandi petisset: uideretq; alios: ꝙ tardius ab Vrbe exisset: alios qđ iniussu Senatus ex Samnio in Etruriã transisset: partim suos inimicos: parti College amicos: ad solatium equate repulse sibi quoq; negare Triumphum. ¶ Non ita inquit Patres conscripti uestre maiestatis meminero: ut me Consulẽ esse obliuiscar. eodẽ iure Imꝑii quo bella gessi: bellis feliciter gestis Samnio: atq; Etruria sub actis: uictoria & pace parta: triumphabo ¶ Ita Senatũ reliquit. inde inter Tribunos Plebis cõtentio orta est: pars intercessuros ne nouo exemplo triũpharet: aiebant. pars auxilio se aduersus collegas triumphanti futuros. Iactata res est. ad Populum. uocatusq; eo Consul: cũ .L. Oratium. M. Valerium Consules. C. Martium Rutilium nuper: patrem eius: qui tũc Censor esset: non ex autoritate Senatus: sed iussu Populi triũphasse diceret: adiciebat se quoq; laturum fuisse ad Populum: ni sciret mancipia nobiliũ Tribunos Plebis legem impedituros. uoluntatẽ sibi: ac fauorem: cõsentientis populi: ꝑ omnibus iussus esse ac futuram. ¶ Postero die auxilio Tribunorũ Plebis aduersus trium inter/cessionem: vii tribunorum: & consensu Senatus: celebrante Populo diem triũphauit. Et huius anni parum constans memoria est. ¶ Postumiũ autor est Claudius in Sam/nio: captis aliquot urbibus in Apuliam fusum: fugatumq;. sautium ipsum cum paucis Luceriã cõpulsum. Ab Attilio in Etruria res gestas. eumq; triũphasse. ¶ Fabius ãbos Consules in Samnio: & ad Luceriã res gessisse scribit. traductũq; in Etruriã exercitũ. sed ab utro Consule nõ adiecit. & ad Luceriam utriq; multos occisos. in eaq; pugna Iouis Statoris edem uotã: ut Romulus ante uouerat. Sed fanum tantũ id est locũ templo effatus fuerat. Ceterum hoc demũ ãno ut edem etiã fieri Senatus iuberet: bis eiusdem uoti damnata Res Publica in religionem uenit. ¶ Sequitur hunc annũ & Consul insignis. L. Papyrius Cursor: tã paterna gloria: ꝗ̃ sua. & bellũ ingens: uicto/riaq; quantã de Samnitibus nemo ad eam diem: preter. L. Papyrium patrem consulis

PERUSIA

pepererat. & forte eodem conatu: apparatuq; omni opulentia insigniũ armoꝝ: bellũ adornauerant. & deorum etiam adhibuerant opes: ritu quodam sacramẽti uetusto: uelut initiatis militibus: delectu per omne Samnium habito noua lege. ut qui iunioꝝ non uenisset ad Imperatorem: quiq; abisset iniussu: caput Ioui sacratum erat. Tum exercitus omnis Aquiloniam est inductus ad sexaginta milia militum: qđ roboris in Samnio erat: cõuenerunt. ¶ Ibi medius fere castris locus est cõseptus cratibus: pluteisq; linteis contectus. patens ducentos maxime pedes in omnes pariter partes. ¶ Ibi ex libro uetere linteo lecto sacrificatũ: Sacerdote. A. Paccio quodã: homine magno natu: q se id sacrũ petere affirmabat: ex uetusta Samnitiũ religiõe: qua quondã usi maiores eoꝝ fuissent: cum adimende Etruscis Capue clandestinũ cepissẽt consiliũ. Sacrificio perfecto: per uiatorem Imperator acciri iubebat nobilissimũ quenq; genere: factisq;. Singuli introducebantur. ¶ Erat tum alius apparatus sacri: qui perfũdere religione animũ posset. ¶ Tum in loco circa omni contecto are in medio: uictimeq; circa cese: & circũstantes centuriones strictis gladiis. ¶ Admouebant altaribus magis: ut uictima q̃ ut sacri participes. adigebanturq; iureiurando: que uisa: auditaq; in eo loco essent: nõ enunciaturos. Dein iurare cogebant: Diro quodam carmine: in execrationẽ capitis: familieq;: & stirpis: cõposito: nisi isset in prelium: quo Imperatores duxissent. & si aut ipse ex acie fugisset: aut si quem fugientem uidisset: non extemplo occidisset. Id p̃mo quidam abnuentes iuraturos se: obtruncati circa altaria sunt: iacentes deinde inter stragem uictimarũ: documento ceteris fuere: ne abnuerent. Primoribus Samnitium ea testatione obstrictis: decem nominatis ab Imperatore eis dictum. Vt uir uirum legerent: donec sexdecim milium numerũ confecissent. ea legio linteata ab integumento cõsepti quo sacrata nobilitas erat: appellata ẽ. his arma insignia data. & cristates galee: ut inter ceteros eminerent. ¶ Paulo plus uiginti miliũ: alius exercitus fuit: nec corporum specie: nec gloria belli: nec apparatu: linteate legioni dispar. hic hominũ numerus: quod roboris erat: ad Aquiloniam consedit: Consules profecti ab urbe: p̃or Sp. Caruilius: cui ueteres legiones: quas. M. Attilius superioris anni cõsul in agro Interamnati reliquerat: decrete erant. cum eis in Samnium profectus: dum hostes opati superstitionibus concilia secreta agunt: Amiternũ oppidum de Samnitibus ui cepit: Cesa ibi milia hominum duo ferme: atq; octingenti. Capta quattuor milia ducenti septuaginta. ¶ Papyrius nouo exercitu (ita decretum erat) scripto: Duroniam urbem expugnauit: minus q̃ collega cepit hominum. plus aliquanto occidit: preda opulenta utrobiq; est parta. ¶ Inde peruagati Samniũ Consules: maxime depopulato atinate agro. Caruilius ad Cominium: Papyrius ad Aquiloniam: ubi summa rei Samnitium erat: peruenit. Ibi aliquãdiu: nec cessatũ ab armis est: nec nauiter pugnatũ. lacessendo quietos: resistentibus cedendo: cõminando magis q̃ inferendo pugnã dies absumebatᷣ. qđ cum inciperetᷣ: remittereturq;: omniũ rerum: etiam paruarũ euentus: proferebatᷣ in dies. ¶ Altera Romana castra: que uiginti milium spatio aberãt: & absentis College cõsilia omnibus gerẽdis intererãt rebus. Intẽtiorq; Caruilius: quo maiore discrimine res uertebatᷣ: in Aquiloniã: q̃ ad Cominiũ: quod obsidebat. L. Papyrius: iam p̃ omĩa ad dimicãdũ satis paratus: nuntiũ eo ad Collegã mittit: sibi in animo eẽ postero die: si per auspicia liceret: confligere cum hoste. opus esse & illũ: quanta maxima ui posset Cominium oppugnare: ne quid laxamenti sit Samnitibus: ad subsidia Aquiloniam mittenda. diem ad proficiscendũ nuntius habuit: nocte rediit. Approbare Collegam cõsulta referens. ¶ Papyrius nũtio misso: extẽplo cõtionẽ habuit. Multa de uniuerso genere belli: multa de p̃senti hostiũ apparatu uana magis specie q̃ efficaci ad euentũ

Samnitũ nouũ sacrificiũ genus apparatus ad bellũ

Cos. L. papyrius cursor filius Sp. caruilius

papyrii adhortatio ad milites

disseruit ¶ Non.n. cristas uulnera facere: & perpicta atq; aurata scuta transire Ro/
manum pilum. & candore tunicarum fulgentem aciem: ubi res ferro geratᷓ: cruentari.
Auream olim atq; argenteã Samnitiũ aciem a parẽte suo occidione occisã. Spoliaq;
ea honestiora uictori hosti: q̃m ipsis arma fuisse. Datum hoc nomini familieq; suæ: ut
aduersus maximos conatus Samnitiũ opponerentᷓ Duces. spoliaq; ea referrent: que
insignia etiam publicis locis. decorandis essent deos immortales adesse propter totiens
petita federa: totiens rupta. tum siqua cõiectura mentis diuine sit: nulli unq̃ exercitui
fuisse infestiores: q̃ qui nefando sacro mixta hominũ pecudũq; cede respersus: ancipiti
deum ire deuotus: hinc federum cum Romanis ictorum: testes deos: hinc iurisiurandi
aduersus federa suscepti: execrationes horrens: inuitus iurauerit: oderit sacramentũ:
uno tempore: deos: ciues: hostis: metuat. ¶ Hec comperta perfugarũ indiciis: cum apud
infensos iam sua sponte milites disseruisset: simul diuinæ humaneq; spei pleni clamore
consentienti pugnã poscunt ¶ Poenitet in posterũ diem dilatũ certamen. morã diei
noctisq; oderunt. ¶ Tertia uigilia noctis iã relatis litteris a Collega Papyrius silẽtio
surgit. & pullariũ in auspiciũ mittit. ¶ Nullum erat genus hominũ in castris intactũ
cupiditate pugne. Summi: infimiq; eque intẽti erant. dux militũ: miles ducis ardorẽ
spectabat. ¶ Is ardor omniũ etiam ad eos qui auspicio intererant: peruenit. nam cum
pulli non pascerentᷓ: pullarius auspicium mentiri ausus: tripudium sollistimum consuli
nuntiauit ¶ Consul letus auspiciũ egregiũ esse: & deis autoribus rẽ gesturos ꝓnuntiat.
Signumq; pugne proponit. ¶ Exeunti iam in aciẽ nuntiat profuga: uiginti cohortes
Sãnitiũ. Quadragenarie ferme erãt: Cominiũ ꝑfectas. Quod ne ignoraret Collega:
extẽplo nuntiũ mittit. Ipse signa ocius ꝓferre iubet. subsidiaq; suis queq; locis: & ꝓfec/
tos subsidiis attribuerat ¶ Dextro cornu. L. Volumniũ: Sinistro. L. Scipionẽ: eqtibus
Legatos alios. C. Cediciũ: & Treboniũ prefecit. Sp. Nautiũ mulos detractis clitellis
cum cohortibus alariis in tumulum conspectũ propere circũducere iubet. Atq; inde
inter ipsã dimicationẽ: quanto maxime posset motu: pulueres ostendere. ¶ Dum his
intentus Imperator erat: altercatio inter pullarios orta de auspicio eius diei: exaudi/
taq; ab equitibus Romanis: qui rem haud spernandam rati: Sp. Papyrio: fratris filio
Cõsulis: ãbigi de auspicio: renũtiauerũt ¶ Iuuenis añ doctrinã: deos spernentẽ: natus:
rẽ inquisitã: neqd incompertũ deferret: ad Consulẽ detulit. Cui ille. Tu quidẽ macte
uirtute: diligentiaq; esto. Ceterũ qui auspicio adest: siquid falsi nũtiat: in semetipsum
religionẽ recepit. mihi quidẽ tripudiũ nũtiatũ Po. Ro. exercituiq; egregiũ auspiciũ
est ¶ Centurionibus deinde imperauit: ut Pullarios inter prima signa constituerent.
promouent & Samnites signa. insequitur acies ornata. armataq; ut hostium quoq;
magnificum spectaculũ esset ¶ Prius q̃ clamor tolleretur: cõcurreturq; emisso temere
pilo: ictus Pullarius ante signa cecidit. ¶ Quod ubi cõsuli nuntiatũ est. Dii in prelio
sunt. inquit habet poenã noxiũ caput ¶ Ante Consulẽ hec dicentẽ coruus uoce clara
occinuit. Quo letus augurio Cousul: affirmans nunq̃ humanis rebus magis presentes
affuisse deos: signa canere: & clamorem tolli: iussit ¶ Prelium cõmissum atrox. ceterũ
longe disparibus animis. Romanos ira: spes: ardor: certaminis: auidos hostiũ sanguinis:
in preliũ rapit. Samnitiũ magnã partem necessitas: ac religio inuitos magis resistere:
q̃ inferre pugnam cogit. nec sustinuissent primũ Clamorẽ: atq; impetũ Romanorũ ꝑ
aliquot iã annos uinci assueti: ni potẽtior alius metus insidẽs pectoribus: a fuga reti/
neret. Quippe ĩ oculis erat omĩs ille occulti paratus sacri. & armati Sacerdotes: & ꝓmis/
cua hominũ pecudũq; strages. & respse fãdo nefãdoq; sãguine are: & dira execratio: ac
furiale carmẽ: detestãde familie: stirpiq; cõpositũ. his uinculis fuge obstricti stabant.

Egregiũ consules dictũ ꝑ auspicio sibi falso nũtiato

CORVI· AVGVRIV· BONVM·

Ciuem magis ꝗ hostem timentes. ¶ Instare Romanus a cornu utroq;: a media acie. & cedere: deoꝝ hominũq; attonitos metu. repugnatur segniter: ut ab iis: quos timor moraretur a fuga. ¶ Iam prope ad signa cedes peruenerat: cũ ex transuerso puluis: uelut ingentis agminis incessu motus apparuit. ¶ Sp. Nautius: Octauium Metium quidam eum tradunt: Dux alaribus cohortibus erat: puluerem maiorem: ꝗ pro nu/mero excitabant. Insidentes mulis calones frondosos ramos per terram trahebant: arma signaq; per turbidã lucem in primo apparebant. post altior: densiorq; puluis equitum: speciem cogentium agmen dabat. ¶ Fefellitq; non Samnites modo: sed etiã Romanos. & Consul affirmauit errorem. clamitans inter prima signa: ita ut uox etiam ad hostes accederet: Captum Cominiũ. uictorem Collegã adesse. an niterent̃ uincere: prius ꝗ gloria alterius exercitus fieret. ¶ Hec insidens equo. inde Tribunis Centurionibusq; imperat: ut uiam equitibus patefaciant. Ipse Trebonio Ceditioq; predixerat: ut ubi se cuspidem erectam quatientem uidissent: quanta maxima ui possent: concitarent æquites in hostem. Ad nutum omnia: ut ex ante prepa/rato fiunt: panduntur inter ordines uie. prouolat eques: atq; infestis cuspidibus in medium agmen hostium ruit. prumpitq; ordines quacunq; impetum dedit. Instant Volumnius: & Scipio. & perculsos sternunt. Tum iam deorum hominumq; uicta ui: funduntur linteate cohortes. pariter iurati: iniuratiq; fugiunt. nec quenꝗ preter hostes metuunt. ¶ Peditum agmen: qđ superfuit pugne in castra: ad Aquiloniam compulsum est. ¶ Nobilitas equitesq; Bouianũ profugerunt. ¶ Equites eques sequit̃. Peditem pedes. ac diuersa cornua dextrum ad castra Samnitium: leuum ad urbem tendit. ¶ Prior aliquanto Volumnius castra cepit. ¶ Ad urbem Scipioni maiore resistitur ui: nõ quia plus animi uictis est: sed melius muri: ꝗ uallum: armatos arcẽt: inde lapidibus propulsant hostem. ¶ Scipio nisi in primo pauore: prius ꝗ colligerent̃ animi: trãsacta res eẽt: lentiorẽ fore munite orbis oppugnationẽ ratus: Interrogat milites: satin equo animo paterentur ab altero cornu: castra capta esse: se uictores pelli a portis urbis? ¶ Reclamantibus uniuersis: primus ipse: scuto super caput elato: pergit ad portam. Sequuti alii: testudine facta in urbem prumpunt: deturbatisq; Samnitibus: qui circa portã erant: muros occupauere. penetrare interiora urbis: quia pauci admodũ erant: nõ audent: hec primo ignorare Consul. & intentus recipiẽdo exercitui esse: iam enim preceps in occasum sol erat: & appetens nox periculosa: et suspecta omnia: & iam uictoribus faciebat: progressus longius ab dextera castra capta uidet. ab leua clamorem in urbe: mixtum pugnantium: ac pauentiũ fremitu esse: & tum forte certamen ad portam erat: Euectus deinde equo propius: ut suos in muris uidet: nec iam integri quicꝗ esse: quin temeritate paucorũ magne rei parta occasio esset: acciri quas receperat copias: signaq; in urbẽ ferri: iussit. Ingressi ex pte proxima: quia nox appropinquabat: quieuere. nocte oppidũ ab hostibus desertũ. Cesa illo die ad Aquiloniam Samnitium milia. xxx. ccc. xl. capta quattuor milia viii. & lxx. signa miliaria. xc. vii. ¶ Ceterum illud memorie traditur: non ferme aliũ Ducem letiorem in acie uisum: seu suopte ingenio: seu fiducia benegerende rei. ¶ Ab eodem robore animi: neq; controuerso auspicio reuocari a piculo potuit: & in ipso discrimine quo templa diis immortalibus uoueri mos erat: uouerat Ioui Victori: si legiones hostium fudisset: poculum mulsi: prius ꝗ temetum biberet: sese facturum. Id uotum diis cordi fuit. & auspicia in bonũ uerterũt. ¶ Eadem fortuna ab altero cõsule ad Cominiũ gesta res. ¶ Prima luce ad menia omnibus copiis admotis coro/na cinxit urbem: Subsidiaq; firma: ne qua eruptio fieret: portis opposuit. ¶ Iam

Ingens victoria papyrii de Sãnitibꝫ

Suopte

signum dantem eum nuntius College trepidus: de uiginti cohortium aduentu: &
ab impetu moratus est: & partem copiarum reuocare instructam: intentamq; ad
oppugnandum coegit. D. Brutum Sceuam Legatum: cum legione prima & ui/
ginti cohortibus alariis: equitatuq; ire aduersus subsidium hostiũ iussit. Quocunq;
loco fuisset obuius obsisteret: ac moraretur. manũq; si forte ita res posceret: con/
ferret. modo ne ad Cominiũ ee copie admoueri possent. Ipse scalas ferri ad muros
ab omni parte urbis: iussit. ac testudine ad portas successit. simul ut refringebantur
porte: & uis undiq; ĩ muros fiebat: Samnites: sicut anteq̃ in muris uiderẽt armatos:
satis animi habuerunt: ad probibendos urbis aditu hostes: Ita postq̃ iam non ex
interuallo: atq; missilibus: sed cominus gerebãtur res: Et quia egre successerant ex
plano in muros: loco: quem magis timuerant: uicto: facile in hostem imparem: ex
equo pugnabant: relictis turribus: murisq; in forum om̃es compulsi: paulisper inde
temptauerunt. extremam pugne fortunam. ¶ Deinde abiectis armis ad .xi milia
hominũ & trecenti in fidẽ consulis uenerũt. ¶ Cesa ad quattuor milia. ac. ccc. lxxx.
¶ Sic ad Cominiũ. ¶ Sic ad Aquiloniã gesta res. ¶ In medio inter duas urbes spatio
ubi tertia expectata erat pugna: hostes non inuenti. ¶ Septem milia passuum cum
abessent a Cominio: reuocati ab suis: neutri prelio occurrerũt. ¶ Primis ferme tene/
bris: cum in conspectu iam castra ad Aquiloniam habuissent: Clamor eos utrinq;
par accidens: sustinuit. deinde regione castrorum: que incensa ab Romanis erant:
Flamma late fusa certioris cladis inditio: ꝑgredi longius probibuit. ¶ Eo ipso loco
prope temere: sub armis strati: passim inquietum omne tempus noctis: expectando:
timendoq; lucem egere. ¶ Prima luce incerti quam in partem tenderent iter: repẽte
in fugam consternunt: cõspecti ab equitibus: qui egressos nocte ab oppido Sam/
nites prosequuti: uiderant multitudinẽ: nõ uallo: non stationibus firmatã. cõspecta
& ex muris Aquilonie ea multitudo erat. iamq; etiã legionarie cohortes sequebantͣ.
Ceterum nec pedes fugientes persequi potuit. ab equite nouissimi agminis ducenti
ferme & octoginta interfecti. Arma multa pauidi ac signa militaria duo: & uigĩti
reliquere. alio agmine incolumi: ut ex tanta trepidatione: Bouianum peruentum
est. ¶ Leticiam utriusq; exercitus Romani auxit: & ab altera parte feliciter gesta
res. uterq; ex alterius sententia Consul captum oppidum diripiendum militi dedit
Ex haustis deinde tectis ignem iniecit. ¶ Eodemq; die Aquilonia & Cominiũ de/
flagrauere. ¶ Et Consules cum gratulatione mutua legionum: suaq;: castra con/
iunxere. ¶ In cõspectu duorum exercituum: & Caruilius suos pro cuisq; merito:
laudauit. donauitq; ¶ Et papyrius apud quẽ multiplex in acie: circa castra: circa
urbem fuerat certamen. Sp. Nautium. Sp. Papyrium fratris filium: & quattuor
Centuriones coronis donauit. ¶ Nautiũ propter expeditionẽ: quia magni agminis
modo terruerat hostes. ¶ Iuuenemq; Papyrium propter nauatam cum equitatu:
& in prelio operam: & nocte quia fugam infestam Samnitibus ad Aquiloniã clam
egressis: fecit. ¶ Centuriones milites q; quia primi portã: murũq; Aquilonie ceperant.
¶ Equites omnes ob insignem multis locis operam: corniculis: armillisq; argenteis
donat. ¶ Consiliũ inde habitũ: cum iam tẽpus esset deducendi ab Samnio exercitus
aut utriusq;: aut certe alterius: optimum uisum: quo magis fracte res Samnitium
essent. eo ꝑtinacius & infestius: agere cetera: & persequi. ut perdomitũ Samniũ inse/
quentibus consulibus tradi posset quando iam nullus esset hostium exercitus: qui
signis collatis dimicaturus uideretur. Vnum super esse belli genus: urbium oppug/
nationes: quarum per excidia: militẽ locupletare preda: & hostem pro aris ac focis

dimicantẽ conficere possent. ¶ Itaq; litteris missis ad Senatũ Populũq; Romanũ: de rebus ab se gestis: diuersi Papyrius ad Sepinum: Caruilius ad Volanam oppug/nandam legiones ducũt. ¶ Littere Consulũ ingenti leticia & in Curia: & in cõtione audite. & quadridui supplicatione publicum gaudium priuatis studiis celebratum est. ¶ Neq; Populo Romano magna solum: sed per opportuna etiã uictoria fuit: quia per idem forte tempus rebellasse Etruscos allatum est. Subibat cogitatio ani/mum: Quonam modo tolerabilis futura Etruria fuisset: si quid in Samnio aduersi uenisset. que coniuratione Samnitium erecta: quoniam ambo Consules: omnisq; Romana uis uersa in Samnium esset: Occupationem Populi Romani: pro occa/sione rebellandi habuisset. ¶ Legationes Sotioꝝ a. M. Attilio Pretore in Senatũ introducte. ¶ Querebantur uri: & uastari agros a finitimis Etruscis. ꝙ desciscere a populo Romano nollent. obtestabanturq; Patres Consultos. ut se a ui: atq; iniuria communium hostium tutarentur. ¶ Responsum Legatis cure Senatui futurum: ne sotios fidei sue peniteret. ¶ Etruscorum propediem eandem fortunam: quam Sam/nitium: fore. segnius tamen: quod ad Etruriã attinebat: acta res esset: ni Faliscos: quoq; qui per multos annos in amicicia fuerãt: allatũ foret: arma Etruscis iũxisse. Huius propinquitas populi acuit curam patribus: ut Feciales mittendos ad res repetendas censerent. ¶ Quibus non redditis: ex autoritate Patrum: iussuq; Populi bellum Faliscis indictũ est. ¶ Iussiq; Consules sortiri uter ex Samnio in Etruriam cum exercitu transiret. ¶ Iam Caruilius uolanam & Palumbinũ: & Herculaneum: ex Samnitibus ceperat. ¶ Volanam intra paucos dies. ¶ Palumbinum eodem quo ad muros accessit. ¶ Ad Herculaneum bis etiam signis collatis: ancipiti prelio: & cũ maiore sua: q̃ hostiũ iactura: dimicauit. castris deiñ positis: menibus hostẽ inclusit. oppugnatum oppidum: captumq; in his tribus urbibus capta aut cesa ad decem milia hominum. ita ut pauore admodum caperentur plures. ¶ Sortientibus pro/uintias Consulibus Etruria Caruilio euenit. secundũ uota militũ: qui uim frigoris iam in Samnio patiebantur. ¶ Papyrio ad Sapinum maior uis hostiũ restitit. sepe in acie: sepe in agmine: sepe circa urbem aduersus eruptiones hostium: pugnatum. neq; obsidio: neq; bellum: ex equo erat. non enim muris magis se Samnites: q̃ armis: ac uiris menia tutabantur. tandem pugnando in obsidionem iustam coegit hostes. obsidendoq; ui atq; operibus urbem expugnauit. Itaq; ab ira plus cedis editũ. capta urbe: septem milia. cccc. cesi. capta minus tria milia hominũ. preda que plurima fuit: Congestis Samnitium rebus in urbes paucas: militi concessa est. ¶ Niues iam omnia expleuerant. Nec habitari extra tecta poterat. Itaq; Consul de Samnio exercitũ eduxit. ¶ Venienti Romam Triumphus omnium consensu: est delatus. Trium/phauit in magistratu insigni: ut illorum tempoꝝ habitus erat: Triumpho. pedites equitesq; insignes donis transiere: ac transuectis: multe ciuice corone: uallaresq; ac murales: conspecte. Inspectata spolia Samnitium: & decorem ac pulchritudinem paternis spoliis: que nota publicorum frequenti ornatu locoꝝ erant: cõparabant. ¶ Nobiles aliquot captiui dari suis: patrũ q; factis: ducti. eris grauis transuecta uicies centum mille: & triginta tria milia: Id enim redactũ ex captiuis dicebatur: Argẽti quod captum ex urbibus erat ad trecenta. xxx. milia omne es argentũq; in erariũ conditum. militibus nihil datum ex preda est. ¶ Auctaq; inuidia est ea: ad Plebem: ꝙ tributum etiam in stipendium militum collatum est. Cum si spreta gloria fuisset: captiue pecunie in erarium illate: & militi tum dari ex preda: & stipẽdium militare prestari potuisset. ¶ Edem Quirini dedicauit. quam in ipsa dimicatione uotam: apud

PALVMBINVM.

neminem autorem ueterem inuenio. neq; herculeſ tam exiguo tempore perficere potuiſſet. ab Dictatore patre uotam. filiuſ Conſul dedicauit: exornauitq; hoſtiū ſpoliiſ: quorum tanta multitudo fuit: ut non templum tantū: forumq; ornaretur: ſed lociſ etiam coloniiſq; finitimiſ: ad templorum locorumq; publicorum ornatum: diuiderentur. A Triumpho exercitum: in agrum Veſtinū: quia regio ea infeſta ab ſamnitibuſ erat: Hybernatū duxit. ¶ Inter hec Caruiliuſ Conſul in etruriam primum Troilum oppugnare adortuſ trecentoſ ſeptuaginta ditiſſimoſ: pecunia grandi pactoſ: ut abire inde liceret: dimiſit. ceteram multitudinē: oppidūq; ipſum ui cepit. Inde quinq; caſtella: lociſſita munitiſ: expugnauit. ceſa ibi hoſtium duo milia: quadringenti. minuſ duo milia capti. ¶ Et Faliſciſ pacem petētibuſ annuaſ induciaſ dedit: Pactuſ centum milia grauiſ eriſ. & ſtipendium eiuſ anni militibuſ. ¶ Hiſ rebuſ actiſ: ad Triumphum deceſſit: ut minuſ clarū de Samnitibuſ: q̄ College Triumphuſ fuerat: Ita cumulo Etruſci belli eq̄to. eriſ grauiſ tulit in erariū trecēta nonagīta milia. de reliquo ere edē Fortiſ Fortune de manubiiſ faciendā locauit. prope edem eiuſ dee ab Rege Seruio Tullio dedicatam. & militibuſ ex preda cen/tenoſ binoſ aſſeſ & alterum tantum Centurionibuſ: atq; equitibuſ: malignitate col/lege gratiuſ accipientibuſ munuſ: diuiſit. fauor Conſuliſ tutatuſ ad populū eſt. L. poſtumium legatū eiuſ: qui dicta die a. M. Scantio tribuno plebiſ. fugerat in le/gationem: ut fama ferebat: Populi iudicium. Iactariq; magiſ: q̄ peragi accuſatio eiuſ poterat. ¶ Exacto iam anno: noui Tribuni Plebiſ Magiſtratum inierant. uſq; ipſiſ: quia uitio creati erant: duoſ poſt dieſ alii ſuffecti. Luſtrum conditum eo anno ē: a. P. Cornelio Aruina. C. Martio Rutulio Cēſoribuſ. Cenſa capitū milia cc. lii. ccc. xxi. ¶ Cenſoreſ uiceſimiſexti: a primiſ Cenſoribuſ luſtrum undeuiceſimū fuit. ¶ Eodem anno coronati primum ob reſ bello bene geſtaſ Ludoſ Romanoſ ſpectauerunt. ¶ Palmeq; tum primum tranſlato e Grecia more: uictoribuſ date. ¶ Eodem anno ab Edilibuſ Curulibuſ qui eoſ ludoſ fecerunt damnatiſ aliquot pecuariiſ: uia a Martiſ; ſilice ad Bouillaſ perſtrata eſt. ¶ Comitia Conſularia. L. Papyriuſ habuit. creauit Conſuleſ. Q. Fabium Maximi Filium Gurgitē. Iuniū Brutum Sceuam. ¶ Ipſe Papyriuſ Pretor Factuſ. ¶ Multiſ rebuſ letuſ annuſ uix ad ſolatium uniuſ mali peſtilentie urentiſ ſimul urbem: atq; agroſ: ſuffecit. portētoq; iam ſimiliſ cladeſ erat. & libri aditi: qui nam finiſ: aut quod remedium eiuſ mali ab diiſ daretur. ¶ Inuentum in libriſ Eſculapium ab Epidauro. Romam arceſſendum: neq; eo anno quia bello occupati Conſuleſ erant: quicq̄ de ea re actum preter q̄ q; unum diem Eſculapio ſupplicatio habita eſt.

cēsus cc lii. ccc xxi.

cos. Q. Fabius max. filius Iunius Brutus Sceua.

ESCVLAPIVS. AB. EPIDAVRO. ROMA. ARCESSENDVS.

in parte opus

IN parte operis mei licet prefari mihi: quod in principio sūme totius ꝓfessi sunt pleriq; rerū scriptores: bellum maxime memorabile oīum: que unquā gesta sunt: me scripturū. Quod Annibale duce: Carthaginenses cū Populo Romano gessere: Nā neq; ualidiores opibus ulle inter se Ciuitates: gētesq; contulerūt arma: Neq; his ipsis tantū unq̄ uirium: aut roboris fuit: et haud ignotas belli artes inter se: Sed expertas primo punico cōserebant bello: et adeo uaria belli fortuna: ancepsq; Mars fuit: ut propius periculo fuerint: qui uicerent: Odiis etiā prope maioribus certarūt: q̄ uiribus: Romanis indignātibus: q; uictoribus uicti ultro inferrēt arma: Poenisq; q; superbe auareq; crederent imperitatum uictis esse. Fama etiā est Annibalē annorꝫ ferme nouē: pueriliter blandientē patri Hamilcari: ut duceretur in Hispaniam: cum perfecto Africo bello: exercitum eo traiecturus: sacrificaret: altaribus admotum: tactis sacris: iureiurando adactum: se cumprimum posset: hostem fore Populi Romani. Angebāt ingentis spiritus uirum: Sicilia Sardiniaq; amisse. Nam et Siciliam nimis celeri desperatione concessam. et Sardiniā inter motum Africe fraude Romanorum: stipendio etiam superimposito interceptam. ¶ His anxius curis ita se Africo bello: quod fuit sub recētem Romanam pacem per. v. annos: ita deinde nouem annis in Hispania augendo Punico Imperio gessit: ut appareret maius eum: q̄ quod gereret agitare in animo bellum. et si diutius uixisset Hamilcare duce Poenos arma Italie inlaturos fuisse. qui Annibalis ductu intulerūt. Mors Hamilcaris peropportuna: et pueritia Annibalis distulerunt bellū. ¶ Medius Hasdrubal inter patrem et filium octo ferme annos Imperium obtinuit: Flore etatis uti ferunt: primo Hamilcari cōciliatus. ¶ Gener inde ob aliā indolem profecto animi adscitus. et qa gener erat factiōis Barchine: opibus que apud milites plebemq; plus q̄ modice erant: haud sane uoluntate principum in Imperio positus. is plura consilio q̄ ui gerens: auspitiis Regulorum magis: cōciliandisq; per amiciciam principū nouis gentibus q̄ bello: aut armis Rem Carthaginensem auxit: ¶ Ceterum nihilo ei pax tutior fuit. Barbarus eum qdam ob iram palā interfecti ab eo domini obtruncauit. cōprehensusq; a circunstantibus: haud alio q̄ si euasisset uultu: tormētis quoq; cum laceraretur eo fuit habitu oris: ut superante leticia dolores: ridentis etiam spem prebuerit: Cum hoc Hasdrubale qa mire artis in sollicitandis gentibus: impioq; iungendis suo fuerat: fedus renouauerat Po. Ro. ut finis utriusq; imperii esset amnis Hiberus. Saguntinisq; medius inter imperia duorum populorum libertas seruaretur. ¶ In Hasdrubalis locū haud dubia res fuit: qn prerogatiuā militarem: qua extemplo iuuenis Annibal intra Pretorium delatus: Imperatorq; ingenti omniū clamore atq; assensu appellatus erat: Fauor etiam plebis sequebatur. ¶ Hunc uix dum puberem: Hasdrubal ad se accersierat: Actaq; res: in Senatu etiam fuerat: Barchinis nitētibus ut assuesceret militie Annibal. atq; in paternas succederet opes. Hanno alterius factionis princeps: et æquum postulare uidetur inquit: Hasdrubal: et ego tamen non censeo quod petit: tribuendum: ¶ Cum admiratione tam ancipitis sententie in se oēs conuertisset: ¶ Florem etatis inquit Hasdrubal: quem ipse patri Annibalis fruēdum prebuit: Iusto iure eum a filio repeti censet: Nos tamen minime decet iuuentutem nostram: pro militari rudimento assuefacere libidini Pretorum. An hoc timemus ut Hamilcaris filius nimis sero imperia immodica: et regni spem uideat? Et cuius Regis genero hereditarii sint relicti exercitus nostri: eius filio parum mature seruiamus:

Annibal iurat se hostē futurꝫ pº rº.

Prerogatiua

Oro Hannonis

Ego istum iuuenem domi tenendum sub legibus: sub magistratibus: docendū uiuere æquo iure cū ceteris censeo: ne quandoq; paruus hic ignis incendiū ingens exuscitet. ¶ Pauci ac ferme optimus quisq; Hannoni assentiebantur: Sed ut plerūq; fit: maior pars meliorem uicit. ¶ Missus Annibal in Hispaniam: primo statim aduentu omnem exercitum in se cōuertit. Hamilcharem uiuentem redditū sibi ueteres milites credere. eundem uigorem in uultu: uimq; in oculis: habitū oris: liniamentaq; intueri: Deinde breui effecit: ut pater in se minimū momentū ad fauorem conciliandū esset: Nunq ingenium idem ad res diuersissimas: parendum atq; imperandum habilius fuit: Itaq; haud facile discerneres utrum Imperatori: aut exercitui carior esset: neq; Hasdrubal alium quenq̄ preficere malle: ubi quid fortiter ac strenue agendum eēt. neq; milites alio duce plus cōfidere aut audere: plurimum audacie ad pericula capessenda: plurimum consilii inter ipa pericula erat. Nullo labore aut corpus fatigari: aut aīmus uinci poterat: Caloris ac frigoris patientia par. cibi potionisq; desiderio naturali: non uoluntate modus finitus: uigiliarū somniq; nec die nec nocte discriminata tempora. Id quod gerendis rebus superesset: quieti datus. Ea neq; molli strato. neq; silentio accersita. Multi sepe militari sagulo opertū humi iacentem: inter custodias stationesq; militum conspexerunt. Vestitus nihil inter equales excellens. arma atq; equi conspiciebantur. equitū peditūq; idem longe primus erat: Princeps preliū inibat: Vltimus cōserto prelio excedebat. ¶ Has tantas uiri uirtutes ingentia uitia eq̄bant: Inhūana crudelitas. perfidia plus q̄ punica. Nihil ueri: nihil sancti: nullius dei metus: nullum iusiurandum: nulla religio: ¶ Cum hac indole uirtutum ac uitiorū triennio sub Hasdrubale Imperatore militauit. nulla re que agenda audendaq; magno futuro duci esset: pretermissa. ¶ Ceterum ex quo die dux est declaratus: uelut Italia ei prouintia decreta: bellumq; romanum mandatum esset: Nihil prolatandum ratus: ne se quoq; ut patrem Hamilcharem: deinde Hasdrubalem cōtantem casus aliquis opprimeret: Saguntinis inferre bellum statuit. quibus expugnandis: quia haud dubie Romana arma mouebātur: In Olcbadū fines: prius ultra Hiberum. ¶ Ea gens in parte magis q̄ in ditione Carthaginensium erat. Induxit exercitū: ut nō petisse Saguntinos: Sed rerum serie finitimis domitis gentibus: iungendoq; tractus ad id bellum uideri posset. ¶ Carthaiam urbem opulētam: caput eius gentis expugnat. diripitq; quo metu perculse minores Ciuitates: stipendio imposito: Imperium acceperunt. uictor exercitus: opulentusq; preda Carthaginem nouam in hiberna est deductus. Ibi large partiēdo predam: preterita cum fide exoluendo: cunctis ciuium suorum sociorūq; animis in se firmatis. Vere primo in Vacceos motum bellum. ¶ Hermādica & Arbacala Carthorū urbes ui capte. Arbacala et uirtute & multitudine oppidanorū diu defensa. ab Hermandica profugi: exsulibus Olcbadū priore estate domite gentis cum se iunxissent: concitant Carpētanos: adortiq; Annibalē regressum ex Vacceis. ꝓcul Tago flumine agmē graue preda turbauere: Annibal prelio abstinuit. castrisq; super ripam positis: cum prima quies silentiūq; ab hostibus fuit: agmen uado traiecit: ualloq; ita ꝓducto: ut locum ad transgrediēdum hostes haberent: Inuadere eos transeūtes statuit. equitibus precepit: ut cū ingressos aquam uiderent: adorirentur: Peditum agmen in ripa elephantes quadraginta disponit. ¶ Carpenthanorum cum appendicibus Olcbadum Vacceorumq; centumilia fuere. Inuicta acies si æquo dimicaretur campo. Itaq; et ingenio feroces: et multitudine freti: et qđ metu cessisse credebant hostem: id morari uictoriam rati: ꝙ interesset amnis: Clamore sublato passim sine ullius Imperio: qua cuiq; proximum erat: in amnem ruunt. Et ex parte altera ripe: uis ingens equitū in

flumine ommissa. medioq; alueo haud quaq̃ pari certamine concursum. Quippe ubi pedes instabilis: ac uix uado fidens: uel inermi eqte: equo temere acto puerti posset.
¶ Eques corpore armisq; liber: equo uel p medios gurgites stabili: cominus eminusq; rem gereret: Pars magna flumine absumpta. qdam uerticoso amni delati in hostes. ab elephantis obtriti sunt: Postremi quibus ingressus in suam ripam tutior fuit: ex uaria trepidatione. cũ in unum colligerent: priusq̃ tanto pauore reciperẽt animos: Annibal agmine q̃drato amnen ingressus fugam ex ripa fecit: Vastatisq; agris: intra paucos dies Carpenthanos quoq; in deditionem accepit. ¶ Et iam oĩa trans Hiberũ preter Saguntinos: Carthaginensium erant. ¶ Cum Saguntinis bellum nõdum erat: Ceterum belli causa: certamina cum finitimis serebãtur: maxime Tardentanis. qbus cũ adesset idem qui litis erat sator: nec certamen iuris: sed uim queri appareret: legati a Sagũtinis Romam missi auxilium ad bellum iam haud dubie imminens: orantes. Consules tunc Rome erant. P. Cornelius Scipio: et. T. Sempronius Longus: qui cũ Legatis in Senatum introductis: de Repub. retulissent: Placuissetq; mitti legatos in Hispaniam: ad res sotiorum inspiciẽdas: quibus si uideretur digna causa & Annibali denuntiarent: ut a Sagũtinis sotiis Populi Ro. abstineret: et Carthaginẽ in Africam traicerent. ac sotiorũ Populi Ro. querimonias deferrent: hac legatione decreta: nec dum missa: omnium spe celerius Saguntum oppugnari allatum est. tunc delata ex integro res ad Senatum: et alii ad Prouintias Consulibus Hispaniam atq; Africam decernentes: terra mariq; rem gerendã censebant. Alii totũ in Hispaniam Annibalẽq; intendebant bellum. Erant qui non temere mouendam rem tantam: expectandosq; ex hispania Legatos censerent: Hec sententia que tutissima uidebatᷣ: uicit. Legatiq; eo maturius missi. P. Valerius Flaccus: et. Q. Fabius Pamphilus Sagũtum ad Annibalem atq; inde Carthaginem: si non absisteretur bello: ad ducem ipm in poenam foederis rupti deposcendum. ¶ Dum ea Romani parant: cõsultantq;: Iam Sagũtum firma ui oppugnabatur. Ciuitas ea longe opulẽtissima ultra Hiberũ fuit sita passus mille ferme a mari. Oriundi a Zacyntho Insula dicuntur. Mixtiq; etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis. Ceterum in tantas breui creuerant opes: seu maritimis: seu terrestribus fructibus: seu multitudinis incremento: seu sanctitate discipline: qua fidem sotialem: usq; ad perniciem coluerũt. Annibal infesto exercitu ingressus fines: peruastatis passim agris: urbem tripartito aggreditur. Angulus muri erat in planiorẽ patentioremq; q̃ cetera circa uallem uergens aduersus eum uineas agere instituit: per quas aries menibus admoueri posset. Sed ut locus procul muros satis æquus agendis uineis fuit: ita haudquaq̃ prospere: postq̃ ad effectum uentum est operis: ceptis succedebat: et turris ingens imminebat. et murus: ut in suspecto loco supra cetere modum altitudinis emunitus erat. Et iuuentus delecta ubi plurimũ periculi ac laboris ostendebatur: Ibi ui maiore obsistebant. ac primo missilibus submouere hostem. nec quicq̃ satis tutũ munientibus pati. Deinde iam non ꝓ menibus modo: atq; turri tela micare: sed ad erũpendum etiã in statiões. operaq; hostiũ animus erat. Quibus tumultuariis certaminibus: haud ferme plures Sagũtini cadebãt: q̃ Poeni. Vt uero Annibal ipse dũ murũ incautius subit: aduersum femur tragula grauiter ictus cecidit: tanta circa fuga atq; trepidatio fuit: ut non multum abesset: quin opera ac uinee desererẽtur: obsidio deinde p paucos dies magis q̃ oppugnatio fuit. Dum uulnus ducis curaretur: per quod tempus ut quies certaminũ erat: Ita ab apparatu operum: ac munitionum nihil cessatum. Itaq; acrius deintegro obortum est bellum. pluribusq; partibus: uix accipientibus quibusdam opera locis: uinee capte agi. admoueriq; aries. Abundabat

C. L^ta milia hominum Annibalis

Falarica saguntinorum telum

Hannonis oratio

multitudine hominum Poenus. ad cẽtum enim quinquaginta milia habuisse in armis creditur. Oppidani ad omnia tuenda obeundaq; multimoda arte detineri cepti sunt: et nõ sufficiebant. Iam enim feriebãtur arietibus muri. quassate quoq; multe partes erant: Vna continentibus ruinis nudauerat urbem. Tres deinceps turres: quantũq; inter eas muri erat: cum fragore ingenti prociderant. captũq; oppidum ea ruina crediderant Poeni. Qua uelut si pariter utrosq; murus texisset: ita utrinq; in pugnam procursum ẽ. Nihil tumultuarie pugne simile erat: quales in oppugnatiõibus urbiũ per occasionem partis alterius conseri solent. Sed iuncte acies uelut patenti campo: inter ruinas muri tectaq; urbis modico distantia interuallo constiterant. Hinc spes hinc desperatio aĩmos irritat. poeno cepisse iam se urbem: si paululum adnitatur credente. Saguntinis pro nudata menibus patria: corpora opponentibus. nec ullo pedẽ referẽte: ne relicto a se loco hostem immitteret. Itaq; quo acrius: et confertim magis utrinq; pugnabatur: eo plures uulnerabantur. Nulloq; inter arma corporaq; uano intercidente telo. Falarica erat Saguntinis missile telum. hastile abiegneo. et cetero tereti: preterq̃ ad extremum unde ferrum extabat. Id sicut in pilo quadratũ stuppa circunligabant: linebantq; pice. Ferrum autem tres in longum habebat pedes. ut cũ armis transfigere corpus posset. Sed id maxime etiã si hesisset in scuto: nec penetrasset in corpus: pauorem faciebat. quod cũ medium accensum mitteretur. conceptũq; ipso motu multo maiorem ignem ferret: arma omitti cogebat. nudumq; militem ad insequentes ictus prebebat. Cum ergo diu anceps fuisset certamẽ: et Sagũtinis: q̃a preter spem resisterent: creuissent animi: Poenus quia non uicisset: pro uicto esset: Clamorẽ repente oppidani tollunt. hostemq; in ruinas muri expellunt. Inde in peditum trepidantemq; exturbant. Postremo fusum fugatumq; in castra redigunt. Interim a Roma Legatos uenisse nunciatum est. quibus obuiam ad mare missi ab Annibale: qui dicerent: nec tuto eos aditurosi inter tot tam effrenatarum gentium arma: Nec Annibali in tanto discrimine rerum opere esse: legationes audire. Apparebat nõ admissos protinus Carthaginem ituros. Litteras igitur nuntiosq; ad principes factionis Barchine premittit: ut preparent suorum animos: nequid pars altera gratificari pro Romanis posset: Itaq; preterq̃ q̃ admissi: auditiq; nõ sunt: ea quoq; uana atq; irrita legatio fuit: Hanno unus aduerso Senatu causam federis rupti magno silentio ꝓpter autoritatem suam: cum assensu audiẽtium egit. ¶ Per deos federum arbitros ac testes monuisse: predixisse: ne Hamilcharis progeniẽ ad exercitũ promitterent: nõ manes: non stirpem eius cõquiescere uiri: nec unq̃ donec sanguinis nominisq; Barchini quisq̃ superstit: quietura Romana federa. Iuuenem flagrantem cupidine regni: uiamq; unã ad id cernentem: si ex bellis bella serendo succinctus armis legionibusq; uiuat: uelut materiam igni prebentes: ad exercitus misistis: Aluistis ergo hoc incendium: quo nũc ardetis. Saguntum uestri circũsedent exercitus. Vnde arcentur federe. mox Carthaginem circunsedebunt Romane legiones. ducibus dis iisdem: Per quos priore bello rupta federa sunt ulti. Vtrum hostem an uos: an fortunã utriusq; populi ignoratis. Legatos a sotiis: et pro sotiis uenientes: Bonus Imperator uester in castra nõ admisit. Ius gentium sustulit. Hi tamẽ unde ne hostium quidem legati arcẽtur: pulsi ad uos ueniunt. res ex federe repetũtur. publica fraus absit. autorem culpe: et reum criminis deposcũt. quo leuius agunt: segnius incipiũt: Eo cũ ceperint uereor: ne ꝑseuerantius seuiant. Egades insulas: erycemq; ante oculos proponite. que terra mariq; per q̃ttuor et uiginti ãnos passi sitis: nec puer hic dixerat. Sed pater ipe Hamilchar: Mars alter ut isti uolunt. Sed Tarento: tum in Italia non abstinueramus ex federe: sicut nunc

Sagunto non abstinemus. Vicerũt ergo dii hoiesq;. et id de quo uerbis ambigebat: uter populus fedus rupisset: Euentus belli uelut æquus iudex: unde ius stabat ei uic/ toriam dedit. Carthagini nunc Annibal uineas turresq; admouit. Carthaginis menia quatit ariete: Sagunti ruine: falsus utinam uatessim: nostris capitibus incident. Sus/ ceptũq; cum Saguntinis bellũ habendum cũ Romanis est. Dedemus ergo Annibalẽ: dicet aliquis: scio meam leuem eẽ in eo autoritatem propter paternas inimicicias. Sed et Hamilcharem eo periisse letatus sum: quod si ille uiueret: bellũ iam cum Romãis haberemus. et hunc iuuenem tanquã furiam: facemq; huius belli odi ac detestor. nec dedendũ solum id piaculũ rupti federis: sed si nemo deposcat deuehẽdum in ultimas maris: terrarũq; oras ablegandumq; eo: unde nec ad nos nomẽ famaq; eius accedere: neq; sollicitare quiete ciuitatis statum possit. Ego autẽ ita censeo: legatos extemplo Romã mittendos: qui Senatui satisfaciant. alios qui Annibali nũtient: ut exercitũ a Sagũto abducat: Ipmq; Annibalem ex foedere Romanis dedant. Tertiam lega/ tionem ad res Sagũtinas reddendas decerno. ¶ Cum Hanno perorasset: nemini oĩm certare oratione: cũ eo necesse fuit: adeo p̃pe oĩus senatus Annibalis erat. infestiusq; loquutum arguebant Hannonem: q̃ Flaccum Valerium Legatum Romanum.
Responsum inde Romanis Legatis est: Bellum ortum a Sagũtinis nõ ab Annibale esse. Populũ Romanũ iniuste facere: si Saguntinos uetustissime Carthaginensium sotietati preponat. ¶ Dum Romani tempus terunt legationibus mittendis: Annibal quia fessum militem preliis operibusq; habebat: paucorum iis dierum quietem dedit: Stationibus ad custodiam uinearũ aliorumq; operũ dispositis: Interim animos eoꝝ: nunc ira in hostes stimulando: nunc spe premiorum accendit. ut uero pro contione predam capte urbis edixit militum fore: Adeo accensi oĩs sunt: ut si extemplo signũ datum esset: nulla ui resisti uideretur posse. Sagũtini ut a preliis quietẽ habuerant: nec lacessentes: nec lacessiti per aliquot dies: ita nõ nocte: non die unquã cessauerant ab opere: ut nouum murũ ab ea parte qua patefactum oppidũ ruinis erat: reficerẽt. Inde oppugnatio eos aliquanto atrotior: q̃ ante adorta est. nec qua primũ: aut po/ tissimũ parte ferrent opem: cũ omnia uariis clamoribus streperẽt: satis scire poterant. Ipse Annibal: qua turris mobilis oĩa munimenta urbis superans altitudine agebat: hortator aderat. que cum admota catapultis: balistisq; per oĩa tabulata dispositis: muros custodibus nudasset: Tum Annibal occasionem ratus: quingẽtos ferme Afros cum dolabris ad subruendum ab imo murum mittit. Nec erat difficile opus. q̃ cemẽta non calce durata erant: sed interlita luto: structure antique genere. Itaq; antequã cederetur: ruebat. perq; patentia ruinis agmina armatorũ in urbem uadebant. Locũ quoq; editũ capiunt. Collatisq; eo catapultis balistisq;: ut castellũ in ipsa urbe uelut arcem imminentem haberent: muro circundant: Et Saguntini murum interiorem a nondum capta urbis parte ducunt. Vtrinq; summa ui & muniunt: et pugnant: Sed interiora tuendo: minorem in diem urbem Saguntini faciunt. Simul crescit inopia oĩm: longa obsidiõe. et minuitur expectatio externe opis. Cum tam p̃cul Romani unica spes: circa oĩa hostiũ essent. paulisp tamẽ affectos animos recreauit repẽtina profectio Annibalis in Oretanos Carpentanosq;: q duo populi delectus acerbitate consternati: retentis cõquisitoribus: metum defectionis cum prebuissent: oppressi ce/ leritate Annibalis omiserunt mota arma. Nec Sagũti oppugnatio segnior erat: Ma/ harbale Himilconis filio: quẽ prefecerat Annibal: ita impigre rem agente ut ducem abesse: nec ciues: nec hostes sentirent. Is et p̃lia aliquot secũda fecit: et tribus arietibus aliquantulum muri discussit. Strataq; omnia recentibus ruinis aduenienti Annibali

Responsio contra legatos ro.

ostēd it: Itaq; ad ipsam arcem extemplo ductus exercitus. atroxq; preliũ: cũ multoꝝ utrinq; cede initum. et pars arcis capta est. Tentata deinde per duos exigua pacis spes Alconem Saguntum: et Alorcum Hispaniam. Alcon inconscius Saguntinis: precibus aliquid moturum ratus: cum ad Annibalem noctu transisset: Postq̃ nihil lachryme mouebant: conditionesq; tristes: ut ab irato uictore ferebãtur: transfuga ab oratore factus: apud hostem mansit. moriturum affirmans: qui sub conditiõibus his de pace ageret. ¶ Postulabatur autem: redderent res Turdetanis: traditoq; omni auro atq; argento: egressi urbe: cũ singulis uestimentis ibi hebitarent: ubi Poenus iussisset. Has pacis leges abnuente Alcone accepturos Saguntinos: Alorcus uinci animos: ubi alia uincantur: affirmans: se pacis eius interpretem fore pollicetur. ¶ Erat autẽ tum miles Annibalis. ceterum publice Saguntinis amicus atq; hospes. ¶ Tradito palam telo cus/todibus hostiũ transgressus: munimenta ad Pretorem Saguntinũ. et ipse ita uidebat: est deductus: Quo cũ extemplo concursus hoĩm omnis generis esset factus: submota cetera multitudine: Senatus a Lorco datus est. Cuius talis oratio fuit. ¶ Si ciuis ipse Alcon sicuti ad pacem petendam ad Annibalem uenit: Ita pacis conditiones ab An/nibale ad uos retulisset: supuacaneũ hoc mihi fuisset iter: quo nec Orator Annibalis: nec transfuga ad uos uenissem: cum uero ille aut uestra: aut sua culpa manserit apud hostem. si metum simulauit: sua: uestra: si periculum est ad uos uerum referẽtibus: ego ne ignoraretis esse aliquas: et salutis & pacis uobis conditiones: pro uetusto hospitio: quod mihi uobiscũ est: ad uos ueni: Vestra aũt causa me nec ullius alterius loqui: que loquor apud uos: uel ea fides sit: ꝙ neq; dum uestris uiribus restitistis: neq; dũ auxilia a Romanis sperastis: pacis unquã apud uos mentionem feci. Postq̃ nec a Romanis uobis ulla spes est: nec uestra iam aut arma uos aut menia satis defendunt: pacẽ affero ad uos: magis necessariũm q̃ æquã: cuius ita aliqua spes est: si eam queãdmodũ uictor fert Annibal: sic uos ut uicti audiatis. Si non id quod amittitur: in damno cum oĩa uictoris sint: Sed quicquid relinquitur: pro munere habituri estis. Vrbẽ uobis quã ex magna iam parte dirutam: captam fere totam habet: adimit. agros relinquit. locũ assignaturus: In quo nouum oppidum edificetis. Aurum argentumq; omne publicũ et priuatum ad se iubet deferri. coniugum uestraq; corpora: ac liberorum uestrorũ seruat inuiolata: si inermes cũ binis uestimentis a Sagunto uelitis exire. ¶ Hec uictor hostis imperat: Hec quanq̃ sint grauia atq; acerba: fortuna uestra uobis suadet. eqdẽ haud despero: cum oĩum potestas ei a uobis facta sit: aliquid ex his rebus remissurũ. Sed hec patiẽda censeo: potius q̃ trucidari corpa uestra: rapi trahiq; ante ora uestra coniuges: ac liberos: belli iure sinatis. ¶ Ad hec audienda cũ circunfusa paulatim mul/titudine: permixtũ Senatui esset populi conciliũ: Repente primores secessione facta: prius q̃ responsum daretur argentum: aurumq; oĩe ex publico: priuatoq; in forum collatum: in ignem ad id raptim factum conicientes: eodem pleriq; semetipsos preci/pitauerũt. ¶ Cum ex eo pauor ac trepidatio totam urbem peruasisset: Alius insuper tumultus ex arce auditur. ¶ Turris diu quassata prociderat. perq; ruinã eius cohors: Poenoꝝ impetu facto: cũ signũ Imperator dedisset: nudatam statiõibus: custodiisq; solitis: hostium esse urbem: nõ contandum: In tali occasione ratus Annibal: totis ui/ribus aggressus: urbẽ momento cepit signo dato: ut oĩes puberes: interficerent. quod Imperium crudele ceterum prope necessarium cognitum in ipso euẽtu est. Cui enim parci potuit ex iis: qui aut inclusi cum coniugibus: ac liberis domos super seipsos con/cremauerunt? aut armati nullum nullum ante finem pugne q̃ morientes fecerunt? ¶ Captum oppidum cum ingenti preda: q̃q̃ pleraq; a dominis de industria corrupta

Oratio Lorci

Capitur Saguntus

erant: & incedibus uix ullũ discrimen etatis ira fecerat: & captiui militũ preda fuerãt: tamen ex precio rerum uenditarum: aliquantum pecunie redactum esse constat: & multam preciosam supellectilem: uestemq; missam Carthaginẽ: octauo mẽse ꝙ ceptũ oppugnari. captũ Saguntũ: qdã scripsere. inde Carthaginẽ Nouam in hybernia Annibalem concessisse. Quinto deinde mense: ꝙ ab Carthagine profectus sit: in Italiam peruenisse. que si ita sunt: fieri non potuit: ut. P. Cornelius. T. Sempronius Consules fuerint: ad quos in principio oppugnationis legati Saguntini missi sunt: & qui in suo Magistratu cum Annibale alter ad Ticinum amnem: ambo aliquãto post ad Trebiã pugnauerint: aut omnia breuiora aliquanto fuere: aut Sagũtum: principio anmi: quo. P. Cornelius. T. Sempronius. Consules fuerũt: non ceptũ oppugnari: sed captũ est: nam excessisse pugna ad Trebiam. T. Sẽpronius i annum. M. Seruilii: &. C. Flãminii: non potest: quia Flamminius Arimini consulatum iniit creatus. T. Sempronio Consule: q post pugnam ad Trebiã: ad creandos consules: Romam cum uenisset: comitiis perfectis: ad exercitum in hyberna rediit. Sub idem fere tempus: & Legati qui redierant a Carthagine romam: retulerunt omnia hostilia esse: & Sagunti excidium nũtiatum est: tantusq; meror misericordiaq; peremptoꝝ sotiorum indigne: & pudor non lati auxilii: & ira in Carthaginensẽ: metusq; de summa rerum cepit: uelut si iam ad portas hostis esset: ut tot uno tempore motibus aĩmi turbati trepidarent. magis ꝙ consulerent. Nanq; neq; hostem acriorem: bellicosioremq; secum congressum: nec Rẽ Romanam tam desidem: unꝙ fuisse atq; imbellem ¶ Sardos Corsosq; & Histros: atq; Illyricos lacessisse magis ꝙ exercuisse romana arma: & cũ Gallis tumultuatũ magis ꝙ belligeratum: penum hostem ueteranum: trium & uiginti annorum militia durissima: inter Hispanas gentes semper uictorem primum Hamilchare: deinde Hasdrubale: nunc Annibale duce acerrimo assuetũ: recentem ab excidio opulentissime urbis: Hiberum transire trahere secum tot excitos Hispanorum populos conciturum: auidas semper armorum Gallicas gentes cum orbe terrarum bellum gerendum in Italia: ac pro menibus Romanis esse. Nominate iam antea Consulibus prouintie erant. Tum sortiri iussi. Cornelio Hispania Sempronio Africa cum Sicilia euenit ¶ Sex in eum annum decrete legiones: & sotiorum: quantum ipsis uideretur. & classis: quanta parari posset: quattuor & uiginti peditum Romanoꝝ milia sũt scripta & octingenti eqtes naues cc. xx. quinqueremus: celoces uiginti deducte latum inde ad Populum: uellẽt: iuberent: populo Carthaginensi bellum indici: eiusq; belli causa: supplicatio per orbẽ habita: atq; adorati dii: ut bene: ac feliciter euenirent: quod bellum Populus Romãus iussisset: inter consules ita copie diuise. Sempronio date legiones due: ea ꝙterna milia erant peditum: & tricenti equites: & sotiorum sedecim milia peditum: equites mille octingenti naues longe. clx. celoces duodecim. cum his terrestribus maritimisq; copiis. T. Sempronius missus in Siciliam: ita in Africam transmissurus: si ad arcendũ Italia Penum Consul alter satis esset: Cornelio minus copiaꝝ datũs: qa. L. Manlius Pretor & ipse cum haud inualido presidio mittebatur. nauium maxime Cornelio numerus diminutus. lxv. quinqueremes date: neq; enim mari uenturum aut ea parte belli dimicaturum hostem putabant. & due Romane legiones: cum suo iusto equitatu: & quattuordecim milibus sotiorum peditũ: equitibus sexcentis duas legiones Romanas: & quadringẽtos quinquaginta sotiorum peditum: mille equites sotios. dc. Romanos Gallia prouintia eodem uersa in punicũ bellum habuit. His ita comparatis: ut oĩa iusta ante bellum fierent: legatos maioresnatu. Q. Fabium. M. Liuium. L. Emiliũ. C. Liciniũ. Q. Bebium in Africã mittunt ad percontandos Carthaginenses: publico

belligeratum

. CONS.

APPARATVS BELLI CON CAR.

LEGATI Ro. ad car.

ne consilio Annibal Sagūtum oppugnasset? & si id quod facturi uidebant: faterēt: ac defenderent: publico consilio factum: ut indicerent populo Carthaginensi bellum. Romani postq̄ Carthaginem uenerunt: cum Senatus datus esset: & Q. Fabius nihil ultra q̄ unum: qđ mandatum erat: percontatus esset. Tum ex Carthaginensibus unus precepsi: uestra Romani inquit: & prior legatio fuit cum Annibalem: tanq̄ suo cōsilio Saguntum oppugnantem: deposcebatis. Ceterum hec legatio uerbis adhuc lenior: re asperior: tunc enim Annibal: & insimulabatur: & deposcebatur: nunc a nobis & con/fessio culpe exprimitur: & ut a cōfessis res extemplo repetuntur: ego autē nō publico priuato ue consilio Saguntum oppidum oppugnatum sit: querendum censeant. Sed utrum iure an iniuria: nostra enim hec questio: atq; animaduersio: in ciuem nostrum est: nostro an suo fecerit arbitrio: uobiscum una disceptatio est: licueritne per fedus fieri: itaq; quoniam discerni placet: qd publico consilio: quid sua sponte imperatores faciant: nobis nobiscum fedus est: a Luctatio Consule ictum: in quo cauetur utro/runq; sotiis nihil de Saguntinis: nec dum enim erant sotii uestri. Cautum est: at enim federe quod cum Hasdrubale ictum est Saguntini excipiuntur. aduersus qđ nihil ego dicturus sum: nisi quod a uobis didici: uos enim. C. Luctatius Consul primo no/biscum fedus icit: quia neq; autoritate Patrum nec Populi iussu ictum erat: negastis uos eo teneri: itaq; aliud de integro fedus publico consilio ictum est: si uos non tenēt uestra federa: nisi ex autoritate: aut iussu uestro icta: nec nos quidem Hasdrubalis fedus quod nobis inscius icit obligare potuit. Proinde omittite Sagunti atq; Hiberi mentionem facere: & qđ diu parturit animus uester: aliquando pariat. Tū Romāus sinu ex toga facto: hic inquit uobis bellū & pacem portamus. Vtrum placet: sumite. Sub hanc uocem: haud minus ferociter: daret utrum uellet: succlamatum est. Et cū is sinu iterum effuso bellum dare dixisset: accipere se omnes responderunt: & quibus acciperent animis: hisdem se gesturos. hec directa percontatio: ac denuntiatio belli: magis ex dignitate Populi Romani uisa est: q̄ de federum iure uerbis disceptare: cum ante: tum maxime Sagunto excisa. Nam si uerborum disceptationis res esset: q̄ fedus Hasdrubalis cum Luctatii priore federe permutatum est: comparandum non erat: cū in Luctatii federe diserte additū eēt. ita id ratū fore: si populus cēsuisset: in Has/drubalis federe: nec exceptum tale quicq̄ fuerit: & tot annorum silentio: ita uiuo eo comprobatum sit fedus: ut ne mortuo quidem autore quicq̄ mutaretur. Quanq̄ etsi priore federe staretur: satis cautum erat Saguntinis: sotiis utroruinq; exceptis. Nam neq; additum erat his qui tunc essēt: nec ne qui postea assumerētur: & cum assumere nouos liceret sotios: quis equum cēseret: aut ob nulla quenq̄ merita in amicitiā recipi aut receptos in fidem non defendi? tantum ne Carthaginensiū sotii aut sollicitarēt ad defectionem: aut sua sponte desciscentes reciperētur. Legati Romani a Cartha/gine: sicutis Rome imperatum erat: in hispaniam ut adirent ciuitates ut in sotietatem pellicerent: aut auerterent a penis traiecerunt: ad Bargusios primū peruenere a qbus benigne excepti: quia reddebat imperii Punici: multos trans Hiberū populos ad cu/pidinem noue fortune erexerunt. ad Voltianos inde est uentum: quorum celebre per hispaniā respōsum: ceteros populos a sotietate Romana auertit. Ita enim max/imus natu ex iis in consilio respondit. Que uerecundia est: uos Romani postulare: ut uestram Carthaginensium preponamus amicicie? cum qui id fecerunt Saguntinos: crudelius q̄ Penus hostis perdidit: uos sotii prodideritis: ibi queratis sotios censeo: ubi Saguntina clades ignota est: hispanis populis sicut lugubre ita insigne documētum Sagunti ruine erunt: ne quis fidei Romane aut sotietati: confidat: inde extemplo

abire finibus uolcianorum iussi: a nullo deinde Concilio Hispanie benigniora uerba tulere: itaq; ne quicq̃ peragrata Hispania in Galliã transeũt: in his noua terribilisq; species uisa est: q armati: ita mos gentis erat: in Conciliũ uenerũt: cũ uerbis extollẽtes uirtutem gloriamq; Populi Romani: ac magnitudinem imperii: petissent: ne Poeno bellum Italie inferenti: per agros urbesq; suas transitum darent. Tantus cum fremitu risus dicitur ortus: ut uix a Magistratibus maioribusq; natu iuuẽtus sedaretur: adeo stolida impudensq; postulatio uisa est: censere ne in Italiam transmittant Galli bellum: ipsos id auertere in se: agrosq; suos pro alienis populandos obiicere. Sedato tandem fremitu: responsum legatis est: neq; Romanorum in se meritũ esse: neq; Carthaginensium iniuriam: ob que aut pro Romanis: aut aduersus penos sumant arma. Contra: audire sese gentis sue homines agris finibusq; Italie pelli a Populo Romano stipendiumq; facere: & cetera indigna pati. Eadẽ ferme in ceteris Gallie Cõciliis dicta auditaq;: nec hospitale quicq̃: pacatum ue satis prius auditum: q̃ Massiliam uenerũt. ibi omnia a sotiis inquisita cum cura ac fide cognita: preoccupatos iam ab Annibale Gallorum animos esse: sed ne illi quidem ipsi satis mitem gentẽ fore. adeo ferocia: atq; indomita ingenia esse: ni subinde auro: cuius auidissima gens est: principum animi cõcilientur. Ita peragratis Hispanie & Gallie populis Legati Romam redeunt: haud ita multo post q̃ Consules in prouincias profecti erant: ciuitatem omnẽ in expectationem belli erectam inuenerunt: satis cõstante fama: iam Hiberum Penos transisse: Annibal Sagunto capto. Carthaginem Nouã in hybernia concesserat: ibiq; auditis que Rome queq; Carthagine acta: decretaq; forent: se non ducem solum: sed causam esse belli: partitis diuisisq; reliquiis prede: nihil differẽdũ ratus: Hispani generis milites cõuocat. Credo ego uos inquit sotii: & ipsos cernere: pacatis omnibus Hispanie populis: aut finiendam uobis militiam: exercitusq; dimittendos esse: aut in alias terras transferendum bellum: ita enim he gentes: non pacis solum: sed etiam uictorie bonis florebũt: si ex aliis gentibus predam: & gloriã queremus: itaq; cum lõginqua a domo instet militia: incertumq; sit quando domos nostras: & quecumq; ibi sunt cara: uisuri sitis: siquis uestrum suos uisere uult: commeamdo: primo uere edico adsitis: ut diis bene iuuantibus bellum ingentis glorie: predeq; futurum incipiamus. Omnibus fere uisendi domos oblata ultro potestas grata erat: & iam desyderantibus suos & longius in futurũ prouidentibus: desiderium. per totum tempus hyemis quies: inter labores aut iam exhaustos: aut mox exhauriendos renouauit corpora animosq; ad omnia de integro patienda: uere primo ad edictum conuenere: Annibal cũ recensuisset omniũ auxilia gentium: Gadis profectus Herculi uota exsoluit. nouisq; se obligat uotis: si cetera ꝓspera euenissent: inde partiens curas: simul inferendi atq; arcendi belli: ne dum ipse terrestri: per Hispãiam Galliasq;: itinere Italiã peteret: nuda apertaq; Romanis Africa: ab Sicilia esset: ualido presidio eã firmare statuit: pro eo supplemẽtum ipse ex Africa maxime iaculatorũ leuiũ armis petiit: ut Afri in Hispania: Hispani in Africa: melior ꝓcul a domo futurus uterq; miles uelut mutuis pignoribus obligati: stipẽdia facerẽt. Tredecim milia: octingentos quinquaginta pedites cetratos misit in Africam: & funditores baleares octingentos septuaginta equites mixtos ex multis gentibus mille: & has copias partim Carthagini presidio esse: partim distribui per africã iubet. Simul conquisitoribus in ciuitates missis quattuor milia descripta delecte iuuentutis: ꝓsidiũ eosdem: & obsides Carthaginem duci iubet: neq; Hispaniam negligendam ratus atq; ideo: haud minus q̃ haud ignarus erat: circuitã a Romãis eam legatis ad sollicitãdos principum aĩmos Hasdrubali fratri uiro impigro eam prouĩtiam destinat: firmatq;

cum Africiſ maxime preſidiiſ peditum afrorum.xi.milibuſ octingentiſ quinquaginta
liguribuſ:tricentiſ balearibuſ:ad hec peditum auxilia additi equiteſ: Libyi:phoeniceſ:
mixtum Punicum afriſ genuſ tricenti & numide Mauriq; accole: Oceani: ad mille
octingentoſ:& parua Vergetum manuſ:ex Hiſpāia ducenti equiteſ & ne quod ter/
reſtriſ deeſſet auxilii genuſ:elephāti.xiiii.claſſiſ preterea parata ad tuendā maritimā
oram:qa qua parte belli uicerant:ea tum quoq; rem geſturoſ Romāoſ credi poterat
quinquaginta quinqueremeſ quadriremeſ due:triremeſ quinq;:ſed apte inſtructeq;
remigio trigīta & due quinqueremeſ erāt:& triremeſ quinq; a Gadibuſ Carthaginē
ad Hyberna exercituſ rediit:atq; inde profectuſ:preter omiſſam urbem ad Hiberꝶ
maritimam oram ducit. Ibi fama eſt:inquiete uiſum ab eo iuuenem:diuina ſpecie:q
ſe a Ioue diceret:ducem in Italiam Annibali miſſum.proinde ſequeretur:neq; uſꝗ a
ſe deflecteret oculoſ.pauidum primo nuſꝗ circunſpiciētem aut reſpiciētē ſe ſequutū
deinde cura bumani ingenii:cum quid nam id eſſet qđ reſpicere uetituſ eſſet:agitaret
animo:temperare oculiſ nequiuiſſe. Tum uidiſſe poſt ſe ſerpētem mira magnitudine:
cum ingenti arborum: ac uirgultorum ſtrage ferri:ac poſt inſequi:cum fragore celi
nimbum:eum que moleſ ea:quid ue prodigii eſſet: querentem:audiuiſſe uaſtitatem.
Italie eſſe. Hoc uiſu letuſ tripartito Hiberum copiaſ traiecit. premiſſiſ qui Gallorum
animoſ:qua traducenduſ exercituſ erat:doniſ conciliarent.alpiumq; tranſituſ ſpecu/
larentur.nonaginta milia peditū duodecim milia equitū Hiberꝶ traduxit:ilergeteſ
inde Bargutoſq; & Auſetanoſ: & Aquitaneam: que ſubiecta eſt Pyreneiſ montibuſ
ſubegit:oreq; huic omni prefecit Hannonē:ut fauceſ que Hiſpaniaſ Galliiſ iungūt:
in poteſtate eſſent.x.milia peditum Hannoni ad preſidium obtinēde regioniſ data:
& mille equiteſ.poſtꝗ per Pyreneum ſaltum traduci exercituſ ceptuſ eſt:rumorq; ꝑ
Barbaroſ manauit certior:de bello Romano:tria milia inde Carpetanorum peditū
iter auerterunt. Conſtabat non tam bello motoſ:ꝗm longinquitate uie:inſuperabili
Alpium tranſitu:Annibal quia reuocare:aut retinere eoſ anceps erat:ne ceterorum
etiam feroceſ animi irritarentur:ſupra ſeptem milia hominum domoſ remiſit. Quoſ &
ipſe grauari militia ſenſerat. Carpetanoſ quoq; a ſe dimiſſoſ adſimulanſ:inde ne mora
atq; otium animoſ ſollicitarent:cum reliquiſ copiiſ Pyreneum tranſgreditꝰ:& ad op/
pidum Illiberum caſtra locat. Galli quanꝗ Italie bellum inferri audiebant:tamē qa
ui ſubactoſ:Tranſpyreneoſ Hiſpanoſ fama erat:ꝑſidiaq; ualida impoſita:metu ſer/
uitutiſ ad arma conſternati Ruſcinonem:aliquot populi cōueniunt. qđ ubi Annibali
nūtiatum eſt:moram magiſ:ꝗ bellum timenſ. Oratoreſ ad Reguloſ eorū miſit:colloq
ſemetipſum uelle cum iiſ:& uel illi propiuſ Illiberi accederent:uel ſe Ruſcinonem ꝓ/
ceſſurum:ut ex propinquo congreſſuſ facilior eſſet:nam & accepturum eoſ in caſtra
ſua ſe letum: nec cunctanter ſe ipſum ad eoſ uenturum:hoſpitem enim ſe Gallie non
hoſtem adueniſſe:nec ſtricturum ante gladiū:ſi per Galloſ liceat:ꝗ in Italiā ueniſſet:
& per nuntioſ quidem hec:ut uero Reguli Gallorum caſtriſ ad Illiberum extemplo
motiſ:haud grauate ad Penum uenerunt:capti doniſ cum bona pace exercitum per
fineſ ſuoſ preter Ruſcinonem oppidum tranſmiſerunt in Italiam:interim nihil ultra
ꝗ Hiberum tranſiſſe Annibalem a Maſſilienſium legatiſ Romam perlatum erat:cū
perinde ac ſi Alpeſ iam tranſiſſet Boii ſollicitatiſ Inſubribuſ defecerunt.neq; tam ob
uetereſ imperii iraſ:ꝗ ꝙ nuper circa Padum Placētiam Cremonamq; coloniaſ in agꝶ
Gallicum deductaſ egre patiebantur. Itaq; armiſ repente arreptiſ:in eum ipſū agrū
impetu facto:tantum terroriſ ac tumultuſ fecerūt:ut non agreſtiſ modo multitudo:
ſed ipſi Triūuiri Romani qui ad agrū uenerant aſſignandū:diffiſi Placentie menibuſ

Viſio Annibalis in quiete

Boii
Inſubres
Padus
Placentia
Cremona

Mutinam confugerint. C. Luctatius. A. Seruilius. M. Annius. Luctatii nomẽ haud dubium est. pro. A. Seruilio: &. M. Annio. Q. Acilium: &. C. Herennium habẽt qdã Annales. Alii. P. Cornelium Asinam: &. C. Papyrium Nasonem. Id quoq; dubium ẽ: legati ad expostulãdum missi ad Boios uiolati sint: incertum an in Triumuiros agꝝ metantes impetus sit factus. Mutine cum obsiderentur: & gens ad oppugnandarum urbiũ artes rudis pigerrima eadem ad militaria opera: segnis intactis assideret muris: simulari ceptum de pace agi. euocatiq; ab Gallorum principibus legati ad colloquiũ non contra ius modo gentium: sed uiolata etiam que data in id tempus fide erat: cõ-prebenduntur negantibus Gallis nisi obsides sibi redderentur: eos se dimissuros. ¶ Cũ hec de Legatis nuntiata essent: & Mutina presidiumq; in periculo esse. L. Manlius imperator ira accensus effusum agmen ad Mutinam ducit. Silue tunc circa uiã erãt plerisq; incultis. Ibi inexplorato profectus: i insidias ꝓcipitatus: multa cũ cede suorũ egre in apertos campos emersit. Ibi castra communita. & quia Gallis ad tentanda ea defuit spes: refecti sunt militum animi: q̃q̃ cecidisse satis constabat. Iter deinde de in-tegro ceptum. nec dum per impatentia loca ducebatur agmen: cum apparuit hostis ubi rursus silue intrate: tum postremos adorti cum magna trepidatione: ac pauore omnium octingentos milites occiderũt. Sex signa ademere. Finis & Gallis territãdi & pauendi Romanis fuit: ut ex saltu inuio: atq; impedito euasere. Inde apertis locis facile tutantes agmen Romani Cannetum uicum propinquũ Pado contendere. Ibi se munimento ad tempus. commeatibusq; fluminis: & Brixianorum Galloꝝ auxilio aduersus crescentem in dies multitudinem hostium tutabantur. Qui tumultus repens: postq̃ est Romam perlatus: & Punicũ insuper Gallico bello auctum patres ꝑcepere. C. Attilium Pretorem cum una legione Romana & quinq; milibus sociorũ: delectu nouo a Consule conscriptis: auxilium ferre Manlio iubent. Qui sine ullo certamine. Abscesserant enim hostes. Cannetum peruenit. &. P. Cornelius in locum eius que missa cum Pretore fuerat: transcripta legione noua: profectus ab urbe. lx. longis nauibus: preter oram Etrurie Ligurumq; & inde Saluium montis: peruenit Massiliam: & ad proximum hostium Rhodani. Pluribus enim diuisus amnis in mare decurrit. Castra locat uix dum satis credens Annibalem superasse Pyrineos montis. Quem ut de Rho-dani quoq; transitu agitare animaduertit: incertus quonã ei loco occurreret: nec dũ satis refectis ab iactatiõe maritima militibus. trecentos interim delectos equites: du-cibus Massiliensibus: & auxiliaribus Gallis ad exploranda omnia: uisendosq; ex tuto hostes: premittit. ¶ Annibal ceteris metu pacatis: aut pretio: iam i Vulgaꝝ ꝑuenerat agrum: gentis ualide. Colunt autem circa utranq; ripam Rhodani. & diffisi citeriore agro arceri Penum posse: ut flumen pro munimento haberent: omnibus ferme suis trans Rhodanum traiectis: ulteriorem ripam amnis obtinebant. Ceteros accolas flu-minis Annibal: & eos ipsos qui ipsas sedes tenuerant: simul perlicit donis ad naues ũdiq; contrahendas. fabricandasq;. Simul & ipsi Traici exercitum: leuariq; q̃primũ regionẽ suam tanta hominum urgente turba cupiebant. Itaq; ingens coacta uis nauium est lintriumq;: temere ad uicinalem usum paratarũ. Nouasq; alias primum Galli incho-antes cauabant ex singulis arboribus: deinde & ipsi milites: simul copia materie: simul facilitate operis inducti: alueos informes: nihil dũmodo innare aque: & capere onera possent: curantes: raptim faciebant. quibus se: suaq; transueherẽt. Iamq; omnibus satis paratis ad traiitiendum: timebant ex aduerso hostis. omnem ripam equites uiriq; ob-tinentes. quos ut auerteret: Hannonem Hamilcaris filium uigilia prima noctis cũ parte copiaꝝ: maxime Hispãis: aduerso flumine ire: iter unius diei iubet: & ubi ꝑmo

possit: q̃ occultissime traiecto amni circũducere agmen: ut cũ facto opus sit: adoriaẽ
a tergo hostem. ad id dati duces Galli educunt inde milia quinq; & .xx. ferme supra
parue insule circunfusum amnem latiorem ubi diuidebatur: eoq; minus alto Alueo
transitum ostendere: ibi raptim cesa materia: ratesq; fabricate: in quibus uiriq; & alia
onera traicerentur. Hispani sine ulla mole in utres uestimentis coniectis ipsi ceteris
superpositis incubantes: flumen transnatauere: & alius exercitus ratibus iunctis trã/
uectus castris prope flumen positis nocturno itinere atq; operis labore fessus: quiete
unius diei reficitur. intento duce ad Consilium opportune exequendum. Postero die
profecti ex loco prodito fumo significãte transisse: & haud procul abesse: quod ubi
accepit Annibal: ne tempori deesset: dat signum ad traiciendum: iam paratas aptasq;
habebat pedes lintres: eques fere propter equos nantes: nauium agmen ad excipiẽdũ
aduersi impetum fluminis: parte superiore transmittens Tranquillitatem infra tra/
iicentibus lintribus prebebat: equorũ pars magna nantes loris a puppibus trahebanẽ:
ꝑter eos: quos instructos frenatosq;: ut extẽplo egresso in ripã eq̃ti usui essent: impo/
suerũt in naues: Galli occursãt in ripã: cũ uariis ullulatibus: cãtuq; moris sui: q̃tiẽtes
scuta sup capita: uibrãtesq; dexteris tela: q̃nq̃ & ex aduerso terrebat tãta uis nauiũ:
cũ ingenti sono flumĩs: & clamore uario nautaꝝ militũ: & q nitebanẽ ꝑrumpe im/
petũ fluminis & q ex altera ripa traiitiẽtes suos hortabanẽ. Iam satis pauẽtes aduerso
tumultu terribilior a tergo adhortus clamor castris ab Hannõe captis: mox & ipse
aderat: ãcepsq; terror circũstabat & e nauibus tanta uis armatoꝝ in terrã euadẽs. & a
tergo ĩprouisa ꝑmebat acies. Galli postq̃ uim facere conati sũt: ultro pellebanẽ: quã
ꝑte reuisũ maxime iter ꝑrumpunt: trepidiq; in uicos passim suos diffugiunt: Annibal
ceteris copiis: ꝑ otiũ traiectis: spernens iam Gallicos tumultus castra locat: elephãtoꝝ
traiciendorum uaria consilia fuisse credo. certe uariata memoria est acte rei quidã:
congregatis ad ripam elephantis: traducunt ferocissimum ex iis: irritatum: a rectore
suo: cum refugientem in aquam nantem: sequeretur: traxisse gregẽ: ut quenq; timẽ/
tem altitudinem destitueret uado: impetu ipso fluminis in alteram ripã rapiente. Ce/
terum magis constat ratibus traiectos: id ut tutius consilium ante rem foret: ita acta
re ad fidem pronius est: ratem unam. cc. longam pedes. l. latam: a terra in amnẽ por/
rexerunt: quã ut secunda aqua deferetur pluribus retinaculis ualidis parte superiore
ripe redigata pontis in modum: humo coniecta constrauerant: ut belue audacter:
uelut per solum ingrederentur. Altera ratis eque lata: longa pedes. c. ad traiciendum
flumen apta: huic copulata est: ut cum elephanti per stabilem ratem: tanq̃ uiam ꝑ/
gredientibus feminis acti: ubi in minorẽ applicatã transgressi sũt: extemplo resolutis
quibus leuiter annexa erat uinculis ab actuariis aliquot nauibus ad alterã ꝑtrahitur.
Ita primis expositis: alii deĩde repetiti: ac traiecti sunt: nihil sane trepidabanẽ: donec
continenti: uelut ponte: agerẽtur: primis erat pauor: cum soluta a ceteris rate: in altũ
raperentur: ibi urgentes inter se: cedentibus extremis ab aqua: trepidationẽ aliquãtũ
edebant: donec quietem ipse timor circunspicientibus aquam fecisset. Excidere etiã
seuientes quidam: in flumen. Sed pondere ipso stabiles: deiectis rectoribus: querendis
pedetentim uadis: in terram euasere. ¶ Dum elephanti traiciuntur: interim Annibal
Numidas equites quingentos ad castra Romana miserat. Speculatum: ubi: & quãte
copie essent: & quid pararent. huic ale equitũ: missi: ut ante dictũ est: ab hostio Rho/
dani trecenti Romãorum equites occurrũt: preliũ atrotius: q̃ pro numero pugnãtiũ
editur: nam preter multa uulnera: cedes etiam: prope par utrinq; fuit: fugaq; & pauor
Numidarum: Romanis: iam admodum fessis: uictoriam dedit. Victores ad. c. lx. nec

Materia f.

Refinor

Elephantoꝝ transuectio ultra Rhodanum.

Roꝝ: et penoꝝ exploratores obuij facti simul dimicant.

oēs Romani: sed pars Galloꝝ: uicti amplius ducentis ceciderunt. Hoc principium
simulq; omen belli: ut summe rerum prosperum euentum: ita haud sane incruentam
ancipitisq; certaminis uictoriam Romanis portendit. Re ita gesta: ad utrunq; ducē
sui redierunt: nec Scipionis stare sententia poterat: nisi ut ex consiliis ceptisq; hostis:
& ipse conatus caperet: & Annibalem incertum: utrum ceptum in Italiam intēderet
iter: an cum eo: qui primus se obtulisset Romãus exercitus: manus consereret: auertit
p[re]ns certamen
a presenti certamine Boiorum Legatio Reguliq; Matali aduentus: qui se duces iti/
nerum: socios periculi fore affirmãtes integro bello. nus ꝗ ante libatis uiribus Italiã:
aggrediendam censent. Multitudo timebat quidem hostē non dum oblitterata me/
moria superioris belli: sed magis iter immensũ: alpesq; rē fama utiq; inexptis horrēdã
metuebat. Itaq; Annibal postꝗ ipsi sententia stetit pergere ire atq; Italiam petere:
aduocata contione uarie militum uersat animos: castigando: adhortandoq;. Mirari
Oro Annibalis ad suos de alpibus transcendis
se: quisnam pectora semper impauida repēs terror inuiserit. per tot annos Vincētis
eos stipendia facere: neq; ante Hispania excessisse: ꝗ omnes gentes & terras eas: quas
duo diuersa maria amplectantur: Carthaginensium essent: indignatos deinde ꝙ q/
cunq; Sagũtum obsedissent: uelut ob noxã sibi dedi: postularet Populus Romãus
Hiberum traiecisse: ad delendum nomen Romanorum: liberandumq; orbem terraꝝ.
tum nemini uisum id longum: cum ab occasu solis: ad exortus intenderent iter: nunc
postꝗ maiorem partem itineris emensam cernant. Pyreneũ saltum inter ferocissimas
gentes superatum: Rhodanum tantum amnem tot milibus Gallorum prohibētibus:
domita etiã ipsius fluminis ui: traiectũ: in conspectu alpes habeant: quarum alterum
latus Italie sit: in ipsis portis hostiũ fatigatos subsistere: Quid aliud alpes eē credētes:
ꝗ montium altitudines? fingerent altiores Pyreneis iugis nullas profecto terras celũ
contingere: nec inexuperabiles humano generi esse. Alpes quidem habitari: coli gig/
nere: atq; alere animãtes. per uias paucis esse exercitibus: eos ipsos quos cernãt legatos
nõ pennis sublime elatos: alpes transgressos: nec maiores quidem eorum indigenas: sed
aduenas Italie cultores has ipsas alpes ingentibus sepe agminibus: cum liberis: ac con/
iugibus migrantium modo tuto transmisisse. Militi quidem armato: nihil secum ꝑter
instrumenta belli portanti: quid inuiũ: aut inexuperabile est? Saguntũ ut caperet.
Quid per octo menses periculi. Quid laboris exhaustum est? Romam orbis terraꝝ
caput petentibus: quicꝗ adeo asperum atq; arduum uideri quod inceptum moretur?
cepisse quōdam Gallos ea que adiri posse Penus desperet. Proinde aut cederēt aĩmo
atq; uirtute genti: per eos dies totiens ab se uicte: aut itineris finem sperent campum
interiacentem Tyberi: ac menibus Romanis. His exhortationibus incitatos corpora
curare: atq; ad iter se parare iubet. Postero die profectus aduersa ripa Rhodãi me/
diteranea Gallie petit: non qa rectior ad alpes uia esset: sed quantũ a mari recessisset:
minus obuiam fore Romãum credens: cum quo: prius ꝗ in Italiam uentum foret: nõ
erat in animo manus conserere. Quartis castris ad insidam peruenit: ubi Arar Rho/
danusq; amnis: diuersis ex alpibus decurrentes agri aliquantulum amplexi confluunt
Arar
Rhodanus
in unum. medius campis insule nomen inditum. Accolunt prope Allobroges gens iam
ALLOBROGES.
inde: nulla Gallica gente opibus aut fama inferior. Tũ discors erat. Regni certamīe
ambigebant fratres. maior: & qui prius imperitarat Braneus nomine: minore a fratre:
& cetu iuniorum: qui iure minus: ui plus poterat: pellebat̃ huius seditiōis peroppor/
tuna disceptatio: cum ad Annibalem deiecta esset: arbiter Regni factus: quod erat
Senatus Principumq; sententia: futurum. Imperium maiori restituit: ob id meritum
Infamis
commeatu: copiaq; rerum omniũ: & uestis est adiutus: quod infames frigoribus alpes

preparare cógebant. Sedatis certaminibus Allobrogum: cum iam alpes peteret: non recta regione iter instituit: sed ad leuã in Tricastinos flexit: inde per extremam orã Vocótiorũ agri tetendit in Trigorios: haud usq̃ impedita uia: priusq̃ ad Druentiam flumen peruenit. Is & ipse alpinus amnis: lóge omnium Gallie fluminũ difficillimus transitu est. Nam cum aque uim uebat ingentem: non tamen nauium patiens est: qa nullis coercitus ripis: pluribus simul: neq; iisdẽ alueis fluens: noua semper uada: nouosq; gurgites: & ob eadem pediti quoq; incerta uia est. Ad hec saxa glareosa uoluens nihil stabile: nec tutum ingredienti prebet: & tum forte hymbribus auctus ingentẽ trans/gredientibus tumultũ fecit: cũ sup cetera trepidatiõe ipsi sua: atq; incertis clamoribus turbarentur. P. Cornelius Consul: triduo fere: postq̃m Annibal ab ripa Rhodani mouit: quadrato agmine: ad castra hostium uenerat: nullam dimicandi moram fac/turus. Ceterum ubi deserta munimenta: nec facile se tantum progressos assequutuꝝ uidet ad mare: ac naues rediit. Tutius faciliusq; ita descendenti ab alpibus Annibali occursurus: ne tamen nuda auxiliis Romanis Hispania esset. quã Prouinciã sortitus erat. Gn. Scipionem fratrem: cum maxima parte copiarum: aduersus Hasdrubalem misit: non ad tutandos tantummodo ueteres sotios: conciliandosq; nouos: sed etiam ad pellendum Hispania Hasdrubalem. ipse cum admodum exiguis copiis Genuam repetit: eo circa Padum erat exercitus Italiã defensurus. Annibal ab Druentia cã/pestri maxime itinere: cum bona pace ad alpes incolentium ea loca Galloꝝ puenit. Tum quanq̃ fama prius: que quidem incerta: in maius uero ferri solet: percepta res erat: tamen ex propinquo uisa mõtium altitudo: niuesq; celo prope immixte: tecta informia: imposita rupibus: pecora: iumẽtaq; torrida frigore: homines intonsi: & in/culti: animalia: inanimaliaq; omnia rigentia gelu: cetera uisu q̃ dictu fediora: terrorẽ renouare. Erigentibus in primos agmen cliuos apparuerunt imminentes tumulos insidentes montani. Qui si ualles occultiores insedissẽt: cohorti impugnam repẽte in/gentem fugam: stragẽq; dedissent. Annibal consistere signa iubet: Gallisq; aduisẽda loca premissis: postq̃ comperit transitum ea non esse: castra inter confragosa omnia: preruptaq; q̃ extentissima potest ualle locat. Tũ per eosdẽ Gallos haud sane multũ lingua moribusq; abhorrẽtes: cum se immiscuissent: colloquiis montanorum: edoctos inter diu tantum obsideri saltum: nocte in sua quenq; dilabi tecta: luce prima subiit tumulos: ut ex aperto: atq; inter diu uim per ãgustias facturus: die deinde simulãdo aliud: q̃ quod parabatur: consumpto cum eodem quo constiterant loco: castra cõ/munisset. Vbi primũ digressos tumulis montanos: laxatasq; sensit custodias: pluribus ignibus: q̃ pro numero manentium in speciem factis: impedimẽtisq; cum eqte relictis & maxima parte peditum: ipse cum expeditis: acerrimo quoq; uiro: raptim ãgustias euadit. Iisq; ipsis tumulis: quos hostes tenuerãt: cõsedit. Prima deinde luce castra mota & agmen reliquum incedere cepit. Iam montani signo dato: ex castellis: ad stationẽ solitam conueniebant: cum repente conspiciunt alios arce occupata sua super caput imminentis: alios uia transire hostes: utraq; simul obiecta res oculis: animis immobiles parumper eos defixit. Deinde ut trepidationem in angustiis: suoq; ipso tumultu An/nibalis misceri agmen uidere: equis maxime consternatis: quibus quicquid adiecissẽt ipsi terroris satis ad perniciem fore rati: peruersis rupibus: iuxta inuia: ac deuia assueti decurrũt. Tum uero simul ab hostibus: simul ab iniquitate locoꝝ Peni oppugna/bantur: plusq; inter ipsos sibi: cuiq; tendẽti: ut periculo prius euaderet: q̃ cũ hostibus certaminis erat. Equi maxime infestum agmen faciebant. qui & clamoribus dissonis: quos nemora etiã repercusseq; ualles augebant territi: trepidabant: & icti forte aut

Druentia flu.

Glareosis

P. CORNELIUS CONS.

Genua

Annibal alpes transit.

uulnerati: adeo consternati sunt ut stragem ingentem simul hominum ac sarcinarũ
omnis generis facerẽt. multosq; turba: cum pcipites dirupteq; utrinq; angustie essent:
in immensum altitudinis deiecit quosdam: & armatos. inde ruine maxime mõ iumẽta
cum oneribus deuoluebant. Que quãq̃ feda uisu erant: stetit parumper tamẽ An/
nibal: ac suos continuit: ne tumultũ ac trepidationẽ augeret. Deinde postq̃ interrũpi
agmen uidit: periculumq; esse exutum impedimẽtis exercitũn equicq̃ incolumẽ tra/
duxisse: decurrit ex superiore loco. Et cum impetu ipso fudisset hostem: eqs tumultũ
auxit. Sed is tumultus momento temporis: postq̃ liberata itinera montanorũ erant:
sedatur: nec per otium modo: sed prope silẽtio mox omnes traducti: castellum inde
quod caput eius regionis erat: uicosq; circumiectos capit. & captiuo: ac pecoribus per
triduum exercitum aluit. Et quia nec mõtanis primo perculsis: nec loco magnopere
impediebantur: aliquantulum eo triduo uie confecit. Peruentum inde ad frequentẽ
cultoribus alium: ut inter montana: populum: ibi non bello aperto: sed suis artibus:
fraude: deinde insidiis: est prope circunuentus. Magno natu pncipes Castellorum
oratores ad Penum ueniũt: alienis malis utili exemplo: doctos memorantes amiciciã
malle: q̃ uim experiri Penorum: itaq; obedienter imperata facturos: commeatũ iti/
nerisq; duces & ad fidem promissorum obsides acciperet Annibal nec temere credẽdo:
nec aspernando: ne repudiati aperte hostes fierent: benigne cum respondisset: obsi/
dibus: quos dabant acceptis: & commeatu quem in uia ipsi detulerant: usus: nequaquã
ut inter pacatos sic composito agmine duces eorum sequitur. Primum agmẽ elephãti:
& equites erant: ipse post cum robore peditum circunspectans sollicitus omnia ince/
debat: ubi in angustiorem uiam: ex parte altera subiectã iugo insuper imminẽti uẽtũ
est: undiq; ex insidiis Barbari a fronte: & a tergo coorti: cominus eminusq; petunt:
saxa ingentia in agmen deuoluunt: maxima a tergo uis hominum urgebat: in eos
uersa peditum acies: haud dubium fecit: quin nisi firmata extrema agmina fuissent:
ingens in eo saltu accipienda clades fuerit. Tunc quoq; ad extremum periculi ac ppe
perniciem uentum est. Nam dũ cõtaretur Annibal dimittere in angustias agmen: qa
non ut ipse equitibus psidio erat: ita peditibus quicq̃ ab tergo auxilii reliquerat: oc/
cursantes per obliqua mõtani erupto medio: uiã insedere. Noxq; una Annibali sine
eqtibus ac impedimẽtis acta est. Postero die: iam segnius intercursantibus Barbaris
iuncte copie. saltusq; haud sine clade maiore tamen iumẽtorum: q̃ hominũ pernitie
superatus. inde montani pautiores iam: & latrocinii magis q̃ belli more concursabant
modo in primum: modo in nouissimũ agmen: ut cuiq; aut locus opportunitatẽ daret
aut progressi moratiue aliquam occasionem fecissent. Elephanti sicut precipites: per
arctas uias magna mora agebantur: ita tutũ ab hostibus: quacunq; incederent: quia
insuetis adeundi propius metus erat: agmen precedebant. Nono die in iugum alpium
peruentum est: per inuia pleraq;. & terrores: quos aut ducentium fraus aut ubi fides
iis non esset: temere: inite ualles: a coniectantibus iter faciebant. Biduum in iugis
statiua habita: fessisq; labore: ac pugnando: quies data militibus: iumentaq; aliquot:
que prolapsa in rupibus erant: sequẽdo uestigia agminis in castra peruenere. Fessis
tedio tot malorum: niuis etiam casus occidente iam sidere Vergiliarum ingentẽ ter/
rorem adiecit. per omnia niue completa. Cum signis prima luce motis: segniter agmẽ
incederet: pigriciaq; & desperatio: in omniũ uultu emineret: pregressus signa Annibal
in promontorio quodam: unde longe ac late prospectus erat: cõsistere iussis mili/
tibus. Italiã ostentat. subiectosq; Alpinis montibus Circunpadanos cãpos: meniaq;
eos tum transcendere: non Italie modo: sed etiam Urbis Rome. Cetera plana, pcliua

Ingens transeundi difficultas

Insidie Annibali instructe in alpibus

fore: uno: aut sũmo altero ꝑlio: arcẽ & caput Italie in manu habituros. ¶ Procedere inde agmen cepit: iam nihil: ne hostibus quidem: preter parua furta: per occasionem tentantibus: ceterum iter multo q̃ ut in ascensu fuerat: ut pleraq; alpiũ ab Italia sicut breuiora ita arrectiora sunt: difficillius fuit. Omnis enim ferme uia: preceps: ãgusta: lubrica erat: ut neq; sustinere se a lapsu possent: nec siqui paululum titubassẽt: herere afflictis uestigio suo: aliiq; super alios: & iumenta & homines occiderent. ¶ Ventum deinde ad multo angustiorem rupem. atq; ita rectis ac si is: ut agere expeditus miles tentabũdus manibusq; retinẽs uirgulta: ac stirpes circa eminẽtes: demittere sese posset. Natura locus iam ante preceps: recenti terre lapsu impeditus: in mirandam admodũ ille altitudinem abruptus erat. ibi ueluti cum ad finem uie equites constitissent: mirãti Annibali: que res moraretur agmen: nuntiatur rupem inuiam esse. Digressus deinde ipse ad locũ uisẽdum: haud dubia res uisa: quin per inuia circa nec trita anteaquãuis longo ambitu circunduceret agmen: Ea uero uia insuperabilis fuit. Nam cum super ueterem niuẽ intactam: noua modice altitudinis eẽt: molli: nec peralte: facile pedes ingredientium insistebãt. Vt uero tot hominum: iumentorumq; incessu dilapsa est: per nudam infra glatiem fluentemq; labem liquescentis niuis ingrediebantur. Tetra ibi luctatio erat: ut a lubrica glatie non recipiente uestigium: & in prono citius pede se fallente: ut seu manibus in assurgendo: seu genu se adiuuissent: ipsis amminiculis ꝓ/lapsi si iterum corruissent: nec stirpes circa radices ue: ad quas pede: aut manu quis q̃m eniti posset: erant. itaq; in leui tantum glatie: tabidaq; niue: uolutabantur iumenta: secabantur interdum etiam. Tam infirmam ingredientia niuem: & prolapsa iactãdis grauius in continendo ungulis: penitus perfringebant: ut pleraq; uelut pedica capta hererent: indura & alta concreta glatie. ¶ Tandem nequicq̃ iumentis atq; hominibus fatigatis: castra in iugo posita. Egerrime ad id ipsum loco purgato: tantum niuis fo/diendum: atq; egerendum fuit: inde ad rupem minuendam: per quam uia una esse poterat: milites ducti: cum cedẽdum esset saxum: arboribus circa immanibus deiectis detruncatisq; struem ingentem lignorum faciunt: eamq; cũ & uis uenti apta faciẽdo igni coborta esset: succẽdunt: ardentiaq; saxa infuso aceto putrefaciunt. Ita torridã incendio rupem ferro pãdunt: molliunq; anfractibus modicis cliuos: ut non iumẽta solum: sed elephanti etiam deduci possent. ¶ Quatriduum super rupem consumptum. iumenta prope fame absumebant. Nuda. n. fere cacumina sunt: & siquid est pabuli obruunt niues. inferiora uallis apricos quosdam colles habẽt. riuosq; prope siluas. etiã humano cultu digniora loca: ibi iumenta in pabulum missa: & quies muniendo fessis hominibus: data triduo. ¶ Inde ad planum descensum est: etiam locis mollioribus: & accolarum ingeniis. ¶ Hoc maxime modo peruentum est in Italiam. Quinto mense a Carthagine noua: ut qdã autores sunt. Quinto decimo die alpibus supatis. ¶ Quãte copie transgresso in Italiã Annibali fuerint: nequaq̃ inter autores cõstat: q plurimũ cẽtum milia peditum: uiginti equitum fuisse scribunt: q minimũ uiginti milia peditũ sex eqtum. L. Cinius alimetius. q captũ se ab Annibale scribit: maxime autor mo/ueret me: nisi confunderet numerum Gallis Liguribusq; additis. cum his scribit. lxxx milia peditum. x. equitum adducta in italiam. magis affluxisse uerisimillimum est. & ita quidam autores sũt. ¶ Ex ipso aũt audiuisse Annibale: postq̃ Rhodanũ transierũt . xxxvi. milia hominum: ingentemq; numerum equorum: & aliorum iumentorum amisisse in Taurinis que Gallis proxima gens erat: in Italiam digresso. ¶ Id cum inter omẽs cõstet: eo magis miror ambigi: q̃ nam alpes transierit. & uulgo credere Penino atq; inde nomẽ: & iugo alpium inditum. ¶ Transgressum Celius: per Cremonis iugũ

Titubo

Et montem fregit aceto

Taurini

Peninũ iugum unde dictũ

dicit transisse: qui ābo saltus eū: nō in Taurinos: sed per saltos montanos: ad Libuos
Gallos deduxissent. ¶ Nec uerisimile est: ea tum ad Galliam potuisse itinera: utiq; cū
que ad Penninum fuerunt: obsepta gentibus. Semigermanis fuissent: neq; Hercule
montibus his: siquem forte id mouet: a transitu Penorū nullo sed uno: uel acri incola
iugi eius norint nomē inditum. sed ab eo quem in summo sacratum uertice: Penninū
montani appellant. ¶ Per opportune ad principia rerum Taurinis proxime genti:
aduersus i Subres motum bellum erat: sed armare exercitum Annibal: ut parti alteri
auxilio esset: in reficiendo: maxime sentientem contracta ante mala: non poterat:
otium & enim ex labore: copia: ex īopia: cultus: ex illuuie tabeq;: suqalida & prope
efferata corpora: uarie mouebant. ¶ Ea. P. Cornelio Consuli causa fuit: cum Pisas
nauibus uenisset: exercitu a Mālio Attilioq; accepto Tyrone: & in nouis ignominiis
trepido: ad Padum festinādi ut cum hoste non dum refecto: manum consereret. Sed
cum Placentiam Consul uenit: iam ex statiuis mouerat Annibal. Taurinorumq;
unam urbē: caput gentis eius: quia uolentis in amiciciā nō ueniebat: ui expugnauit.
iunxisset sibi: non metu solum: sed etiam uoluntate: Gallos accolas Padi: ni eos cir/
cunspectantes defectionis tempus: subito aduentus Consulis oppressisset: & Annibal
mouit ex Taurinis incertus que pars sequenda esset: Gallos presentem se sequuturos
ratus. ¶ Iā prope in conspectu erant exercitus: conuenerantq; duces: sicut uterq; inter
se non dum satis noti: ita iam imbutus uterq; quadam admiratiōe alterius. Nā An/
nibalis & apud Romanos iam ante Sagunti excidium: celeberrimum nomen erat &
Scipiōem Annibal: eo ipso: qđ aduersus se dux potissimū lectus esset: prestantē uirū
credebat. & auxerant iter se opinionē. ¶ Scipio quod relictus in Gallia obuius fuerat
in Italiam transgresso Annibali: & conatu tam audaci traiciendaꝝ Alpiū: & effectu
occupauit. Tamē Scipio Padum traiecit: & ad Ticinum amnem motis castris: pus q̄
educeret in aciem: adhortandorum militum causa: talem orationē exorsus est. ¶ Si
eum exercitum milites educerem in aciem: quem in Gallia mecum habui supersedissē
loqui apud uos. Quid enim adhortari referret: aut eos equites: qui equitatum. hostiū:
ad Rhodanum flumen uicissent: aut has legiones: cum quibus fugientem hunc ipsum
hostem sequutus confessionem cedentis ac detractātis certamen: pro uictoria habui:
nunc quia ille exercitus Hispanie prouintie scriptus: ibi cum fratre. Cn. Scipiōe meis
auspitiis rem gerit: ubi eum gerere. Senatus Populusq; Romanus uoluit: ego ut Cō/
sulē ducē aduersus Annibalē: ac Penos haberetis: ipse huic uolūtario certamī obtuli:
nouo Imperatori apud nouos milites pauca uerba facienda sunt: ne genus belli: neue
hostem ignoretis: cum iis est uobis milites pugnandum: quos terra: mariq; priore bello
uicistis: a quibus stipendium per. xx. annos exigistis: a quibus capta belli pmia Siciliā
ac Sardiniā habetis. Erit igitur in hoc certamē is uobis illisq; animus: qui uictoribus
& uictis esse solet. ¶ Nec nunc illi quia audēt: sed quia necesse est: pugnaturi sunt: nisi
creditis qui exercitu īcolumi pugnam detractauere eos duabus partibus peditū equi/
tumq; in transitu Alpium amissis: q plures pene perierint: q̄ supersint plus spei nactos
esse: at enim pauci quidem sunt: sed ingentes animis: corporibusq; quorum robora: ac
uires sustinere uis ulla uix possit: effigies immo umbre hominum: fame: frigore: il/
luuie: squalore enecti: cōtusi ac debilitati inter saxa rupesq;. Ad hec perusti artus niue
rigentes nerui: membra torrida gelu: quassata fractaq; arma: claudi: ac debiles equi:
cum hoc eqte: cum hoc pedite pugnaturi estis: reliquias extremas hostiū non hostes
habebitis. Ac nihil magis uereor: ne ante q̄ uos cū hoste pugnaueritis: Annibalē Alpes
uicisse uideātur: sed ita forsitan decuit: cum federum ruptore Duce: ac Populo: deos

Pise

SCIPIO

Oro Scipionis

ipsos: sine ulla humana ope committere ac profligare bellum: nos autem qui secundú deos uiolati sumus: commissum ac profligatum conficere. Nó uereor ne quis me hoc uestri adhortandi causa magnifice loqui existimet: ipsum aliter animo affectú esse. licuit in Hispaniam Prouinciam meam quo iam profectus eram cum exercitu meo ubi fratrem consilii participem ac periculi sotium haberem: & Hasdrubalem potius q̃ Annibalem hostem: & minorē haud dubie molem belli: tamē cum preterueherer na/uibus Gallie oram: ad famã huius hostis in terrã egressus: p̃misso eq̃tatu: ad Rhodanú moui castra. Equestri prelio: qua parte copiarum conserendi manum fortuna data est: hostem fudi. peditum agmen: quod in modum fugientium raptim agebatur quia assequi terra nó poteram: neq; regressus ad naues erat: q̃nta maxime celeritate potui: tanto maris terrarumq; circuitu in radicibus Alpium obuius fui. huic timendo hosti: utrum cum declinarem certamē: improuisus uideor incidisse. an occurrere in uestigiis eius: lacessere: ac trahere ad decernendum? experiri iuuat. Vtrum alios certe repente Carthaginenses per uiginti annos terra ediderit: an iidem sint: qui ad Gades pugnauere ĩsulas: & quos ab Eryce duo de uicenis denariis estimatos emistis. Et utrum An/nibal hic sit: emulus itinerũ Herculis ut ipse fert: an uectigalis stipẽdiariusq; & seruus Populi Romani a patre relictus. Quem nisi Saguntinum scelus agitaret: respiceret profecto: si nó patriam uictam: domum certe: patremq; & federa Hamilcaris scripta manu. Qui iussus a Cósule nostro presidium deduxit ab Eryce: qui graues impositas uictis Carthaginensibus leges: fremens: merensq; accepit. Qui decedere Sicilia: q sti/pendium Populo Romano dare pactus est: itaq; uos ego milites: non eo solum aĩmo quo aduersus alios hostes soletis: pugnare uelim: sed cum indignatione quadam: atq; ira: uelut si seruos uideatis uestros: arma repente contra uos ferentes. licuit si uoluisse/mus: ad Erycem clausos ultimo supplicio humanorum fame interficere. licuit classem uictricem in Africam traiicere: atq; intra paucos dies: sine ullo certamĩe Carthaginē delere. ueniam dedimus precantibus. emisimusq; ex obsidiõe. pacem cú uictis fecimus: Tutele nostre deinde duximus: cú Africo bello urgerentur. pro his impartitis furiosú iuuenem sequentes oppugnatum patriam nostram ueniunt. Atq; utinam pro decore nobis hoc tantum & non p̱ salute: esset certamen. Non de possessione Sicilie ac Sar/dinie de quibus quondam agebatur: sed pro Italia uobis est pugnandú. Nec est alius a tergo exercitus: qui nisi nos uincimus: hosti obsistat. nec Alpes alie sunt: quas dum superat: comparari noua possint presidia: hic est obstãdum milites: uelut si ante Ro/mana menia pugnemus. unusquisq; se non corpus suú: sed Coniugē ac liberos paruos: armis protegere putet. Nec domesticas solum agitet curas: sed identidem hoc animo reputet: nostras nunc intueri manus Senatum Populumq; Romanum: qualis nostra uis: uirtusq; fuerit: talem deinde fortunã illius Vrbis: ac Romani Imperii fore. Hec apud Romanos Consul. Annibal rebus prius: q̃m uerbis: adhortandos milites ratus: circundato ad spectaculum exercitu: captiuos mõtanos uinctos in medio cõstituit: armisq; gallicis: ante pedes eorum proiectis: interrogare interpretem iussit: quis si uin/culis leuaretur: armaq; & equum uictor acciperet: decertare ferro uellet: cum ad unú omnes ferrum: pugnamq; poscerent: & deiecta esset in id sors: se quisq; eum optabat: quem fortuna in id certamē eligeret. Et cuius sors exciderat: alacer inter gratulãtes gaudio exultãs: cum sui moris tripudiis: arma raptim capiebat. Vbi uero dimicarẽt: is habitus animorú: non inter eiusdem mõ cõditionis homines erat. sed etiã inter spec/tantes uulgo: ut non uincentium magis: q̃ bene morientium fortuna laudaretur: dú sic aliquot spectatis paribus affectos dimisisset: contione inde aduocata: ita apud eos

magnifice

Annibal ex altera parte cum

loquutus fertur. ¶ Si quem animum in aliene sortis exemplo: pauloante habuistis: eundē mox in estimāda fortūa uestra habueritis: uicimus milites: neq;. n. spectaculū modo illud: sed quedā ueluti imago uestre cōditionis erat. ac nescio: an maiora uin/ cula: maioresq; necessitates uobis: q̃ captiuis uestris fortuna circumdederit. Dextera: leuaq; duo maria claudunt: nullam ne ad effugium quidem nauem habentibus. circa Padus amnis: maior ac uiolētior Rhodano: a tergo Alpes urgēt: uix integris uobis: ac uigentibus transiet: hic uobis uincendum aut moriendum milites est: ubi primum hosti occurristis: & eadem fortuna que necessitatem pugnandi imposuit: p̄mia uobis ea uictoribus ꝓponit: q̄bus ampliora homines ne a dis quidē immortalibus optare solent. Si Siciliam tantum ac Sardiniam parentibus nostris ereptas: nostra uirtute recuperaturi essemus: satis tamen ampla precia essent. Quicquid Romāi tot Triūphis partum congestūq; possidēt: id omne cum ipsis dominis: nostrum futurum est. in hāc tam optimam mercedem: agite cum dis bene iuuantibus: arma capite: satis adhuc in uastis Lusitanie Celtiberieq; collibus: pecora cōsectando: nullū emolumentū laboꝝ periculorumq; uestrorum uidistis. Tempus est opulēta uos ac ditia stipendia facere: & magna opere precia mereri. Tantum itineris per tot montes fluminaq; & tot ar/ matas gentes emensos. hic uobis terminum laboꝝ fortuna dedit. hic dignam mercedē emeritis stipendiis dabit: nec q̃ magni nominis bellū est: tam difficilē existimaueritis uictoriam fore. Sepe & contemptus hostis cruentū certamē edidit: & inclyti Populi Regesq; perleui momento uicti sunt. Vnde dempto hoc uno fulgore nominis Ro/ mani: quid est: quod illi uobis comparandi sint? ut uiginti annorum militiam uestrā: cum illa uirtute: cum illa fortūa: taceā ab Herculis colunnis: ab Oceano: terminisq; ultimis terrarum: per tot ferocissimos Hispanie & Gallie populos uincentes: huc per/ uenistis. pugnabitis cū exercitu tyrōe hac ipsa estate ceso: uicto: circumsesso a Gallis: ignoto adhuc Duci suo ignorantiq; Ducem: an me in pretorio patris clarissimi Im/ peratoris probe notum: certe educatum domitorē Hispanie Gallieq; uictorē eundē non Alpinarum modo gentium: sed ipsarum q̄d multo maius est Alpium: cū semestri hoc conferam Duce? desertore exercitus sui. Cui si q̄s dēptis signis: Penos Romanosq; hodie ostendat ignoraturum: certū habeo: utrius exercitus sit Consul. non ego illud parui existimo milites: q̄d nemo uestrum est cuius non ante oculos ipse sepe militare aliquod ediderim facimus: cui non idē ego uirtutis spectator: ac testis notata tempo/ ribus locisq; referre sua possim decora. Tum laudastis me milites: donastis. alūnus ꝓus omnium uestrum: q̃ imperator: procedā acie: aduersus ignotos inter se: ignorantesq; quocunq; circumtuli oculos: plena omnia uideo animorū ac roboris. ueteranū peditē generosissimarum gentium equites: frenatos: & infrenatos: uos sotios fidelissimos: for/ tissimosq;. uos Carthaginēses: cum ob patriam: cum ob iram iustissimam pugnaturos: inferimus bellū: infestisq; signis descendimus: in Italiā tanto audatius fortiusq; pug/ naturi: q̄nto maior spes: maiorq; animus inferentis est uim: q̃ arcentis. Accēdit ꝑterea aīmos: & stimulat dolor: iniuria: īdignitas ad suppliciū depoposcere me Ducē ꝑmum deinde uos omnes: qui Saguntū oppugnassetis: deditos ultimis cruciatibus affecturi fuere. crudelissima: ac superbissima gēs: sua omnia: suiq; arbitrii facere: cum q̄bus bellū cum quibus pacem habeamus: se modum imponere equum censet. Circūscribit inclu/ ditq; nos terminis montium fluminumq;: quos ne excedamus: neq; eos quos statuit terminos: obseruat. Ne transieris Hibeꝝ: ne quid rei tibi sit cum Saguntinis. ad Hi/ berum est Saguntū nus q̃ e uestigio mouearis. parum est quod ueterrimas ꝓuintias nostras Siciliam ac Sardiniam adimit etiam Hispaniam: si inde cessero: in Africam

Oro Annibalis.

Effugium

Lusitania Celtiberia

Confero

Maior est animus inferentis uim q̃ arcentis

transcendet. Transcēdisse autem dico: duos Cōsules huius anni: unū in Africā alterū in Hispaniam misere. Nihil usq̄ nobis relictum est: nisi quod armis uindicauerimus: illis timidis & ignauis licet esse: qui respectum habentq; suus ager: q sua terra. p tuta ac pacata itinera fugientes: accipient. Vobis necesse est fortibus uiris esse: & omnibus inter uictoriam: mortemue certa desperatione abruptis: aut uincere: aut si fortuna dubitabit in prelio potius q̄ in fuga mortem oppetere. ¶ Si hoc bene fixum omnibus destinatumq; in animo est: iterum dicam: uicistis: nullum contemptu ad uincendum: homini: a diis immortalibus acrius telum datū est. ¶ His adhortationibus: cū utrinq; ad certamen accensi militum animi essent Romāi ponte Ticinum iungunt: tutādiq; pontis causa Castellū super imponunt. Penis opere occupatis hostibus: Mabarbalē cū ala Numidarū eqtibus qngentis: ad depopulandos sociorū Populi Romani agros mittit. Gallis parci q̄ maxime iubet: Principumq; animos sollicitare ad defectiōem: ponte perfecto traductus Romāus exercitus in agrum Insubriū qnq; milia passuū a Vico tumulis consedit ibi Annibal castra habebat. Reuocatoq; propere Mabarbale atq; equitibus cum instare certamen: cerneret: nihil unq̄ satis dictum: monitūq; ad cohortandos milites ratus. uocatis ad Contionē certa premia pronūtiat: in quorū spem pugnarent. agrū sese daturū in Italia esse Africa Hispania: ubi quisq; uelit in numem: ipsi qui accepisset: liberisq;. qui pecuniam q̄m agrum malluisset: ei se argento satisfacturum: qui sociorum ciues Carthaginēses fieri uellent: potestatem facturum. Qui domos redire mallēt daturum se operam ne cuius suorum popularium mutatā secum fortunam esse uellent: seruis quoq; dominos prosequutis libertatem proponit. binaq; pro his mancipia dominis se redditurum. Eaq; ut rata scirēt fore: agnum leua manu: dextra scilicem retinēs: si falleret: Iouem ceterosq; precatus deos: ita se mactarent: quemadmodum ipse agnum mactasset: & secundum precatiōem caput pecudis saxo elisit. ¶ Tum uero: uelut diis autoribus: omnes in spem suam quisq; acceptis: id more: q non dum pugnarent. ad potiēda sperata rati: preliū uno animo & una uoce poscunt. ¶ Apud Romanos haud q̄q̄ tanta alacritas erat: super cetera recentibus etiā territos prodigiis: nam & lupus intrauerat castra laniatisq; obuiis: ipse intactus euaserat. Examen apum: arbore in pretorio imminente consederat. ¶ Quibus procuratis Scipio cum equitatu iaculatoribusq; expeditis: profectus ad castra hostium: ex loco propinquo copias quante: & cuius generis essent: speculandas: obuius fit Annibali: & ipsi cum eqtibus ad exploranda circa loca progresso. Neutri alteros pmo cernebāt. Densior deinde incessu tot hominum: equorumq; oriens puluis: signum ppinqntium hostium fuit. ¶ Constitit utrunq; agmen & prelio sese expediebant. ¶ Scipio iaculatores & Gallos equites in frōte locat. Romanos sociorūq; qd roboris fuit: in subsidiis. ¶ Annibal frenatos equites ī mediū accipit. Cornua Numidis firmat. uix dū clamore sublato: iaculatores fugere inter subsidia: ad secundam aciem. Inde equitum certamen erat aliquandiu anceps. Deinde quia turbabant equos pedites intermixti: multis labētibus ex equis: aut desilientibus: ubi suos premi circunuentos uidissent: iam magna ex parte anceps pugna erat. donec numide qui in Cornibus erant: circunuenti paululū a tergo se ostendere. Is pauor perculit Romanos. auxitq; pauorē Consulis uulnus: periculumq; intercursu tum primum pubescentis filii: pulsatum. hic erat iuuenis: penes quem perfecti huiusce belli: laus est. Africanus ob egregiam uictoriam de Annibale & de Penis appellatus. ¶ Fuga tamen effusa iaculatorum maxime fuit: quos primos numide inuaserunt. Alius confertus equitatus. Consulē in medio acceptum: nō armis modo: sed etiam corporibus suis: protegens: in castra nusq̄ trepide: neq; effuse cedēdo

Respectus

Mortē oppete

Destinatū

Ticinū

Maharbal suos pollicitationibus maxime confirmat

PRODIGIA Lupi et examinis apum

CONFLICTUS SCIPIONIS et Annibalis

reduxit

reduxit. ¶ Seruati Consulis decus: Celius ad seruū natione Ligurem delegat: malim
equidem de filio uerum esse: quod & plures tradidere autores. secundum fama obti/
nuit. ¶ Hoc primū cum Annibale preliū fuit quo facile apparuit: & eqtatu meliorē
Penum esse: & ob id campos patentes: quales sunt inter Padum Alpesq; bello gerēdo
Romanis aptos non esse. Itaq; proxima nocte iussis militibus uasa silentio colligere:
castra ab Ticino mota. festinatumq; ad Padum est. ut ratibus: quibus iūxerat flumē:
non dum resolutis: sine tumultu: atq; insectatione hostis: copias traiceret. ¶ Prius
Placentiam peruenere: q̄m satis sciret Annibal ab Ticino profectos. Tamen aliquot
moratoꝝ: in citeriore ripa segniter ratem soluentes: cepit. transire non potuit pontē:
ut extrema resoluta erant: tota rate in secundam aquam labente. ¶ Celius autor est:
Magonem: cum equitatu & Hispāis peditibus flumen extemplo transnatasse: ipsum
Annibalem per superiora Padi uada: exercitum traduxisse: Elephantis in ordinē: ad
sustinēdum impetum fluminis: oppositis: ea periti amnis eius uix fecerint. Nāq; eqtes
armis equisq; saluis: tantam uim fluminis superasse: nō uerisimile est: ut iam Hispāos
omnis inflati transuexerint utres. sed multorum dierum circuitu Padi uada petenda
fuerint: q̄ exercitus grauis impedimētis: traduci posset. ¶ Posteriores apud me autores
sunt: qui biduo uix locum rate iungēdo flumini: inuentū tradunt. Eo cum Magōe
equites Hispanoꝝ expeditos premissos. ¶ Dum Annibal circa flumen Legatiōibus
Gallorum audiendis: moratus traicit grauius peditum agmen: interim Mago eqtesq;
ab transitu fluminis: diei unius itinere: Placentiā ad hostes cōtendūt: Annibal paucis
post diebus sex milia a Placētia Castra communiuit: & postero die in cōspectu ho/
stiū acie directa: potestatē pugne fecit. ¶ Insequenti nocte cedes in castris Romāis:
tumultu tamen: q̄ re maior: ab auxiliaribus Gallis facta est. Ad duo milia peditū: &
ducenti equites uigilibus ad portas trucidatis: ad Annibalem transfugiunt. ¶ Quos
Penus benigne alloquutus: & spe ingentium donorum accensos. in ciuitates quenq;
suas ad sollicitādum animos popularium: misit. ¶ Scipio cedem tam signū defectiōis
omnium Gallorum esse ratus: contactosq; eo scelere uelut iniecta: rabie: ad arma
ituros: quanq̄ grauis adhuc uulnere erat: tamen q̄rta uigilia noctis insequētis: tacito
agmīe profectus: ad Trebiā fluuiū: in loca altiora locosq; impeditiores equitis: castra
mouet. ¶ Minus q̄ ad Ticinum fefellit. missisq; Annibal primū Numidis deinde omī
equitatu: turbasset utiq; nouissimū agmen: ni auiditate prede in uacua Romana ca/
stra diuertissent. Ibi dum perscrutantes loca omnia castrorū: nullo satis digno more
precio: tempus terunt: emissus est hostis de manibus. Et cum iam transgressos Trebiā
Romanos: metantesq; castra conspexissent: paucos moratoꝝ occiderunt circa flumē
interceptos. ¶ Scipio nec uexationem uulneris in uia iactantis: ultra patiens: & Col/
legam (iam enim reuocatum ex Sicilia audierat) ratus expectandum: locum q ppe
flumen tutissimus statiuis est uisus: delectum cōmuniuit. ¶ Nec procul inde Annibal
cum consedisset: quantum uictoria equestri elatus: tantum anxius inopia: que per
hostium agros euntem: nusq̄ preparatis commeatibus: maior in dies excipiebat. Ad
Clastidium Vicum: quo magnum frumenti numerum cōgesserant Romani: mittit.
Ibi cum uim pararēt: spes fracta proditionis: nec sane magno precio nummis aureis
quadringentis datis. P. Brundusino Prefecto presidii corrupto: traditur Annibali
Clastidium id borreum fuit Penis: sedentibus ad Trebiam. ¶ In captiuos ex tradito ꝑ/
sidio: ut fama clementie in principio rerum colligeretur: nihil seuitum est. ¶ Cum ad
Trebiā terrestre cōstitisset bellum: interim circa Siciliā Insulasq; Italie imminētes:
& a Sempronio Consule: & ante aduentum eius terra mariq; res geste. Vigintiq;

Aufugiunt Rō. placentiā

Trebia flu.

Clastidiū frumēto plenū Annibali traditur ꝑ ꝓditionem.

Classis carthaginensium ad deuastādā Siciliam oramque Italie missa

HIERO SIRACVSANORVM REX.

remes cum mille armatis: ad depopulandam oram Italie a Carthaginensibus misse: nouem Liparas: octo: ad Insulas Vulcani: tenuerūt. tres infretum auertit estus. ¶ Ad eas conspectas a Messana duodecim naues ab Hierone Rege Syracusanorum misse: qui tum forte Messane erat: Consulē Romanū opperiens: nullo repugnante captas naues Messanam in portum deduxerūt. Cognitum ex captiuis preter uiginti naues: cuius ipsi classis essent in Italiam missas: quinque & triginta alias quinque remes Siciliam petere ad sollicitandos ueteres sotios: Libybei occupandi precipuā curam eē. credere eadem tempestate: q̄ ipsi disiecti forēt: eam quoque: classem ad Egadis Insulā deiectā. ¶ Hec sicut audita erant: Rex Messane Emilio pretori cuius Sicilia erat prouintia: prescribit: monetque Libybeum firmo tenere presidio. Extemplo & circa Pretorem a ciuitate missi Legati Tribunique q suos ad curam custodie intenderent: ante omnia Libybeum teneri ad apparatum belli. Edicto proposito: ut sotii naualesx. dierum cocta Cibaria ad naues deferrent: & ubi signū datum esset: nequid morā conscendēdi faceret: perque omnē oram: qui erāt exspeculis cōspicerent aduentantē hostiū classē: Simul itaque: quanquā de industria morati cursum nauium erant Carthaginenses: ut ante lucem accederent Libybeum: presensum tamen est: quia & luna pernox erat: & sublatis armamentis ueniebant. extemplo datum est signum e speculis: & in oppido ad arma conclamatum est: & in naues conscensum: pars militū in muris portarumque stationibus: pars in nauibus erant: & Carthaginenses quia rē fore haud cū imparatis cernebant: usque ad lucem: portu se abstinuerunt. demendis armamentis eo tempore: aptādaque ad pugnā classe absumpto. ubi illuxit: recepere classem in altum: ut spatiū pugne esset: exitumque liberum e portu naues hostiū haberent. Nec Romani detrac/tauere pugnā: & memoria circa ea ipsa loca gestarum rerum freti: & militū multitudine: ac uirtute. ubi in altum: euecti sunt. Romanos conserere pugnam: & ex propinquo uires conferre: uelle. Contra eludere Penus: & arte: nō ui rem gerere: nauiū: q̄ uirorū: aut armorum: malle certamen facere. Nam ut sotiis naualibus affatim instructam classem. ita in opem milite habebant: & sic ubi conserta manus esset: haudquaquam par numerus armatorum ex ea pugnabat. Quod ubi animaduersum est: & Romāis multitudo sua auxit animum. & paucitas illis minuit: extemplo septem naues Punice circunuente: fugā cetere ceperūt. Mille &. dcc. fuere in nauibus capte milites: nauteque: in iis tres nobiles Carthaginēsium. classis Romana incolumis: una tantum perforata naui: sed ea quoque ipsa reduce: in portum rediit. ¶ Secundum hanc pugnam: nō dū gnaris eis: qui Messane erant. L. Sempronius Consul: Messanam uenit. & fretum in/tranti Rex Hiero classem ornatā obuiā duxit. Transgressusque ex Regia in Pretoriā nauem gratulatus sospitem cum exercitu & nauibus aduenisse: precatusque prosperum ac felicem in Siciliam transitum: statum deinde Insule: & Carthaginensium conata exposuit: pollicitusque est: ut quo animo priore bello Populum Romanum iuuenis adiuuisset: eo senem adiuturum: frumenta: uestimentaque e Legionibus Consulis: sotiisque naualibus gratis prebiturum: grande periculum Libybeorū: Maritimisque ciuitatibus esse: quibusdam uolentibus nouas res fore: ob hoc Consuli: nihil contandum uisum: quin Libybeū: classe peteret. Et Rex Regiaque classis una profecti: nauigantes inde: pugnatum ad Libybeum: fusasque & captas hostiū naues accepere. A Libybeo Cō/sul: Hierone cum classe Regia dimisso: relictoque Pretore ad tuendam Sicilie oram: ipse in Insulam Melitā: que a Carthaginensibus tenebatur: traiecit. Aduenienti Ha/milchar Gisgonis filius prefectus presidii: cum paulominus duobus milibus militum oppidumque cum insula traditur: inde post paucos dies reditū Libybeum. captiuique &

Cibaria

De industria

pernox luna

Armamentum

ubi illuxit.

Vincuntur peni nauali prelio in Sicilia

L. SEMPRONIVS CONS.

a Cōsule & a Pretore: preter insignes nobilitate uiros: sub corona uenierunt. ¶ Postq̃ ab ea parte: satis tutam Siciliam censebat Cōsul: ad Insulas Vulcani: quia fama erat stare ibi Punicam classem traiecit: nec quisq̃ hostium circa eas Insulas inuentus: iam forte transmiserant: ad uastandam Italie oram. depopulatoq; Vibonem si agro urbē etiam terrebant. Repetenti Siciliam Consuli: excursio hostium in agꝝ Vibonēsem facta nuntiatꝰ: littereq; a Senatu de transitu in Italiā Annibalis: & ut primo quoq; tempore College ferret auxilium misse: traduntur. multis simul anxius curis exercitū extemplo in naues impositum: Ariminū supero mari misit. Sex Pompōio Legato: cum uigintiqnq; longis nauibus Vibonensem agrū: maritimamq; oram Italie tuē/dam attribuit. M. Emilio Pretori quinquaginta nauium classem expleuit. ¶ Ipse compositis Sicilie rebus decem nauium classe oram Italie legens: Ariminum ꝑuenit: inde cum exercitu suo ꝓfectus ad Trebiā flumen College cōiungitur. ¶ Iam ambo Consules: & quicquid Romanorum uirium erat Annibali oppositum: aut illis copiis defendi posse Romanum Imperium: aut spem nullam aliam esse: satis declarabatur. Tamen Consul alter: equestri prelio uno: & uulnere suo minutus: trahi rem malebat. Recētis animi alter: eoq; ferocior: nullam dilationē patiebatur. Quod inter Trebiā Padumq; agri est: Galli tum incolebant. inde duorum prepotentium populorum certamine: per ambiguum fauorem: haud dubie gratiā uictoris spectātes. id Romāi nequid modo mouerent: equo satis: Penus periniquo animo ferebat: a Gallis accitū se uenisse ad liberandum eos: dictitans. ¶ Ob eam iram: simul ut preda militē aleret: duo milia peditum: & mille equites: Numidas plerosq; mixtos: quosdam & Gallos po/pulari omnem deinceps agrum: usq; ad Padi ripas iussit. ¶ Egentes ope Galli: cū ad id dubiis seruassent animos: coacti ab autoribus iniurie: ad uīdices futuros: declinant. Legatisq; ad Consulem missis: auxilium Romāorum terre: ob nimiam cultorū fidē in Romanos laboranti: orant. ¶ Cornelio nec causa: nec tempus agende rei placebat: suspectaq; ei gens erat: tum ob infida multa facinora. Tumq; ut alia uetustate obso/leuissent: ob recentem Boiorum perfidiam. ¶ Sempronius contra Continendis in fide sotiis: maximū uinculum esse: primosq; q̨ coissent ope defēsos: censebat: tum Collega cunctante: equitatum suum: mille peditum iaculatoribus ferme admixtis: ad defen/dendum Gallicum agrum trans Trebiā mittit. Ii sparsos & in compositos: oneratosq; preda plerosq; cum inopinantes: inuasissent: ingentem terrorem cedemq;: ac fugam usq; ad castra statiōesq; hostium fecere: unde multitudine effusa pulsi: rursus subsidio suorum: prelium restituere. ¶ Varia inde pugna sequentes: quacunq;: ad extremum equassent certamen: maior tamē hostium Romanis fama uictorie fuit. ¶ Ceterum nemini omnium maior iustiorq; q̃ ipsi Consuli uideri. gaudio efferri. Qua parte co/piaꝝ alter Cōsul uictus foret: ea se uicisse. Restitutos ac refectos militū aīmos: nec quenq̃ esse: preter Collegam qui dilatam dimicationem uellet. Eum animo magis q̃ corpore egrū: memoria uulneris aciem ac tela horrere: sed nō eē cū egro senescēdū. Quid enim ultra differri: ac teri tempus? quem tertium Consulem? Quem alium ex/ercitum: expectari? castra Carthaginensium in Italia ac prope in conspectu Vrbis esse. non Siciliam ac Sardiniam uictis ademptas: nec cis Hiberum: Hispaniā peti: sed solo patrio terraq; in qua geniti forent: pelli Romanos. ¶ Quantum ingemiscant inquit patres nostri circa menia Carthaginis bellare soliti: si uideant nos: progeniem suā duos Consules Consularesq; exercitus: in media Italia pauentes: intra castra: Pe/num: quod inter Alpes a Penninumq; agri sit: sue dationis fecisse? ¶ Hec assidens egro College: hec ī Pretorio prope cōcionabūdus agere. ¶ Stimulabat: & tēpus ꝓpinquū

vigintiqnq; Ariminum

Coniunguntur duo cons. contra Annibalem

Fugantur peni in castra a ro.

Collocat annibal milites in insidiis et cibo igni oleoq; reficit

Comitiorum: ne in nouos Consules bellum differeretur: & occasio in se unũ uertende glorie: dũ ager Collega erat. Itaq; nequicq̃ dissentiente Cornelio parari ad ꝑpinquũ certamen milites iubet. ¶ Annibal cum qd optimum: foret hosti. cerneret: uix ullam spem babebat temere: atq; improuide quicq̃m Consules acturos. Sed cum alterius i/genium: fama prius: deinde re cognitũ: percitum ac ferox sciret esse: ferociusq; factũ ex prospero cum predatoribus suis certamine crederet: adesse gerende rei fortunam haud diffidebat. Cuius ne quod premitteret tempus: sollicitusq; & intentus erat: dum Tyro hostium esset miles: dum meliorem ex ducibus inutilẽ uulnus faceret: dũ Gal/lorum animi uigerent: quorum ingentem multitudinem sciebat segnius sequuturam quanto longius a domo traberentur. Cũ ob hec taliaq;: speraret propinquũ certamẽ: & facere: si cessaretur: cuperet: speculatoresq; Galli: ad ea exploranda: que uellet: tu/tiores: quia in utrisq; castris militabant: paratos pugne esse Romanos retulissent: locũ insidiis circunspectare Penos cepit. ¶ Erat ĩ medio riuus: utrinq; peraltis: clausus ripis: & circa obsitus palustribus herbis: & quibus inculta ferme uestiuntur: uirgultis: uepri/busq;. Quem ubi: ad equites quoq; tegendos: satis latebrosum locũ: circunuectus ipse oculis perlustrauit. ¶ Hic erit locus: Magoni fratri ait: quem teneas. Delige centenos uiros ex omni equite: ac pedite: cum quibus ad me uigilia prima uenias. Nunc corpa curare tempus ẽ: ita preconiũ missum. ¶ Mox cum delictis Mago aderat. ¶ Robora uirorum cerno inquit Annibal: sed ut & numero etiam non animis modo ualeatis: singulis uobis nouenos ex turmis manipulisq; uestris similes: eligite. Mago locũ mon/strabit quem insideatis. hostem cecum ad has belli artes: habetis. ¶ Ita mille equitibus Magoni: mille peditibus dimissis: Annibal prima luce Numidas equites transgressos: Trebiã flumen obequitare iubet: hostium portis. iaculandoq; in stationes: elicere ad pugnam hostem: iniecto deinde certamine: cedendo sensim: citra flumen pertrabere. ¶ Hec mandata: Numidis. Ceteris peditum ducibus equitũq; preceptum ut prãdere omnes iuberent. armatos deinde in stratisq; equis signũ expectare. ¶ Sempronius ad tumultum Numidarum: primum omnem equitatum: ferox ea parte uirium: deinde sex milia peditum: postremo: omnes copias: ad destinatum locum iam ante Consilio: auidus certaminis eduxit. ¶ Erat forte brume tempus: & niualis dies in locis Alpibus a Pẽninoq; interiectis: propinquitate etiam fluminum: ac paludum pregelidis. ad hec raptim eductis hominibus: atq; equis: non capto ante cibo: non ope ulla ad arcendũ frigus adhibita: nihil caloris inerat. & quicqd aure fluminis appropinquabat: afflabat acrior frigoris uis. ut uero refugiẽtes Numidas insequentes aquã ingressi sunt: & erat pectoribus tenus: aucta nocturno hymbri: tum utiq; egressis rigere omnibus corpa: ut uix armorum tenendorum potentia esset: & simul procedẽte iam die: fame etiam deficere. ¶ Annibalis interim miles ignibus ante tẽtoria factis: oleoq; per manipulos: ut mollirent artus: misso: & cibo per otiũ capto: ubi trangressos flumen: nuntiatum est hostis: alacer animis: corporibusq; arma capit. in aciemq; procedit. ¶ Baleares locat ante signa: leuem armaturam: octo ferme milia hominum: deinde grauiorem armis peditem. Quod uirium: quod roboris erat: in cornibus circunfudit. decem milia eqtũ & a cornibus in utranq; parte diuersos elephantos: statuit. ¶ Consul effusos sequentes equites cum ab resistentibus subito Numidis incauti exciperent: signo receptui dato reuocatos: circundedit peditibus. Duo & uiginti milia Romana erant. sotium nomĩs latini. xx.: auxilia Peumanoꝝ: ea sola in fide Gallica mãserat. gẽs his copiis cõcursũ est. prelium A balearibus ortum est. Quibus cum maiore robore Legiões obsisterẽt: deducte propere ĩ cornua leuis armature sunt. Que res efficit: ut eqtatus Romãus

pconium

extemplo urgeretur. Nam cũ uix iam per se resisterent decem milibus equitũ q̃ttuor
milia: & fessi Romãi: plerisq; integris Penis: obruti sunt insuper: uelut nube iaculoꝝ:
A balearibus coniecta: ad hoc elephanti eminentes ab extremis cornibus: eqs maxime
non uisu modo: sed odore insolito territis: fugam late faciebãt: pedestris pugna: par
animis magis q̃ uiribus erat: quas recẽtes Penus: pauloante curatis corporibus: in pliũ
attulerat. contra seuina fessaq; corpora Romanis & rigentia gelu torpebant. Resti/
tissent tamen animis: si cum pedite solum foret pugnatum: sed & Baleares pulso eqte
iaculabantur in latera: & elephãti iam in mediã peditũ aciem sese tulerant: & Mago
Numideq; simul latebris eoꝝ improuida preter lata acies est: exorti a tergo: ingentẽ
tumultum: ac terrorem fecere. Tamen in tot circunstantibus malis: mansit aliquãdiu
inmota acies: maxime preter spem omnium aduersus elephãtos: eos pedites ad ip sum
locati: uerutis coniectis: & auertere: & insequuti auersos: sub caudis: q̃ maxime molli
cute uulnera accipiunt: fodiebant. Trepidãtisq; prope iã in suos cõsternatos media
acie inextremam: ad sinistrum cornu: aduersus Gallos auxiliares agi iussit Annibal.
extemplo haud dubiam fecere fugam additus quoq; nouus terror Romanis ut fusa
auxilia sua uiderunt. itaq; cum iam in orbem utrinq; pugnarent: decem milia ferme
hominum: cum alii euadere nequiuissent: media afrorũ acie: que Gallicis auxiliis fir/
mata erat: cum ĩgẽti cede hostiũ perrupere. Et cũ neq; in castra reditus esset: flumine
interdusis: neq; pre hymbri satis decernere possent: qua suis opem ferrent: Placentiam
recto itinere perrexere. Plures deinde in omnes partis eruptiones facte. & q flumẽ
petiere: aut gurgitibus absumpti sunt: aut inter contatiõem ingrediendi: ab hostibus
oppressi. Qui passim per agros fuga sparsi erant: uestigia cedentis sequentes agminis:
Placentiam contendere. Aliis timor hostiũ audatiã ingredi flumen fecit. transgressiq;
in castra peruenere: hymber niue mixtus: & intoleranda uis frigoris & hoĩes multos
& iumenta & elephantos prope omnis consumpsit. Finis insequendi hostis Poenis
flumen Trebia fuit: & ita torpentes gelu: in castra rediere: ut uix letitiam uictorie
sentirent. Itaq; nocte insequenti: cũ presidium Romanorum castrorum: & quod
reliquum ex magna parte militum erat: ratibus Trebiam traiicerẽt: aut nihil sensere
Peni: obstrepescente pluuia: aut quia iam moueri pre lassitudine nequibant: ac uul/
neribus: sese sentire dissimularũt. Quietisq; Penis: tacito agmine a Scipione Consule
exercitus Placentiam est perductus. Inde Pado traiectus Cremonam: ne duorum
exercitum Hybernis una Colonia premeretur. Romam tãtus terror ex hac clade
perlatus est: ut iam ad urbem Romam crederent infestis signis hostem uenturũ nec
quicq̃ spei aut auxilia esse: qua portis: menibusq; uim arcerẽt: uno Consule ad Ticinũ
uicto. altero ex Sicilia reuocato: duobus Cõsulibus: duobus Cõsularibus exercitibus
uictis: quos alios Duces: quas alias Legiones esse: que accerserentur? ita territis Sem/
pronius Consul aduenit ingenti periculo: per effusos passim ad predandum hostium
equites: audatia magis q̃ Consilio: aut spe fallendi: resistendi ue: si non falleret: trans/
gressus. Id quod unum maxime in presentia desiderabatur: Comitiis Consularibus
habitis: in Hyberna rediit. Creati Consules. Cn. Seruilius & C. Flaminius. Ceterum
ne Hyberna quidem Romanis quieta erant. nauigantibus passim Numidis eqtibus.
eq; his impeditiora erant Celtiberis: Lusitanisq;: omnes igitur clausi undiq; cõmeatus
erant: nisi quos Pado naues subueherent. Emporium prope Placentiam fuit & ope
ualido & magno munitum presidio. Eius castelli oppugnandi spe: cum equitibus
ac leui armatura profectus Annibal: cum plurimum in celando incepto ad effectum
spei habuisset: nocte adortus nõ fefellit uigiles. Tantus repente clamor est sublatus:

ut Placẽtie quoq; audiret. Itaq; sub lucem cum equitatu Consul aderat: iussis q̃drato
agmine Legionibus sequi. Equestre prelium interim cõmissum: in quo quia Annibal
saucius pugne excessit: pauore hostibus iniecto: defensũ egregie presidiũ est. ¶ Pau/
corum dierum quiete sumpta: & uix dum satis percurato uulnere: inde ad Vicunuias
ire pergit oppugnandas. Id emporium a Romanis Gallico bello fuerat munitũ: inde
locũ frequentauerant accole mixti undiq; ex finitimis populis: & tũc populationũ
terror eo plerosq; ex agris cõpulerat ¶ Huius generis multitudo: fama impigre defẽsi
ad Placentiam presidii: accensa: armis arreptis obuiã Annibali procedit: magis agmĩe
q̃ acie. in uia cõcurrerunt. Et cũ ex altera parte: nihil p̃ter inconditã turbam esset: in
altera: & dux militi: & duci miles fidens: ad triginta quinq; milia hominum: a paucis
fusa: postero die deditiõe facta presidium: intra menia accepere. iussiq; arma tradere:
cũ dicto paruissent: signum repente uictoribus datur: ut tanq̃ ui captam urbem di/
riperẽt. ¶ Neq; ulla que ĩ tali re memorabilis scribẽtibus uideri solet p̃termissa clades
est: adeo omnis libidinis crudelitatisq; in humane superbie editum in miseros est exẽ/
plum. ¶ He fuerunt Hyberne expeditiões Annibalis. ¶ Haud longis inde tẽporibus
dum intolerabilia frigora erant: quies militi data est: & ad prima ac dubia signa ueris
profectus ex Hybernis: in Etruriã ducit. eam quoq; gentem sicut Gallos: Liguresq;
aut ui: aut uoluntate adiuncturus. ¶ Transeuntem a Penninum: adeo atrox tem/
pestas adorta ẽ: ut Alpium feritatem prope superauerit. Vento mixtus Hymber: cũ
ferret in ip̃a hora prima: q̃a aut arma omittenda erant: aut contra enitentes: uertice
intorti affligebãtur: consistere. Deinde cum iam spiritum includeret: nec reciprocare
animam sineret: a uersi a uento: parumper consedere: tum uero ingenti sono celum
strepere: & inter horrendos fragores micare ignes: capti auribus & oculis metu oẽs
torpere. ¶ Tãdem effuso Hymbre: cum eo magis accensa uis uenti esset: ipso illo quo
deprehensi erant loco castra ponere necessarium uisũ est. Id uero laboris de integro
initiũ fuit. Nam nec explicare quicq̃: nec statuere poterant: nec quod statutũ eẽt:
manebat: omnia perscindente uento: & rapiẽte: & mox aqua: leuato uento: cũ super
gelida montium cacumina cõcreta esset: tantum niuose grandinis deiecit: ut oĩbus
omissis procumberent homines: tegminibus suis magis obruti: q̃ tecti. Tantaq; uis fri/
goris insequuta est: ut ex illa miserabili hominum iumentorumq; strage: cum se q̃sq;
attollere: ac leuare uellet: diu neq̃ret: q̃a torpentibus rigore neruis: uix flectere artus
poterant. deinde ut tandẽ agitando sese mouere: ac recipere aĩmos: & raris locis ignis
fieri est ceptus: ad alienam opem quisq; inops tendere. Biduum: eo loco uelut obsessi
mansere. multi homines: multa iumenta: elephanti quoq; ex iis: qui prelio ad Trebiã
facto superfuerant: septem absumpti ¶ Digressus a Pennino retro ad Placentiã castra
mouit: & ad decem milia progressus consedit. Postero die. xii. milia peditum: quinq;
equitum aduersus hostem ducit. ¶ Nec Sempronius Consul: iam enim redierat: ab
Roma: detrectauit certamẽ: atq; eo die tria milia passuum inter bina castra fuere.
Postero die ingentibus animis: uario euentu pugnatum est: primo cõcursu adeo res
Romana superior fuit: ut nõ acie uinceret solum: sed perculsos hostes in castra per/
sequerentur: mox castra quoq; oppugnarent ¶ Annibal paucis propugnatoribus in
uallo: portisq; positis: ceteros consertos in media ualle recepit. Intentosq; signum ad
erumpendum spectare iubet. ¶ Iã nona ferme diei hora erat: cum Romanus nequicq̃
fatigato milite: postq̃ nulla spes erat potiundi castris: signũ receptui dedit. Quod ubi
Annibal accepit: laxatamq; pugnam & recessum a castris uidit: extemplo equitibus
dextra leuaq; emissis ĩ hostem: ipse cum peditum robore: de iis castris erupit. ¶ Pugna

Ingens tempestas exorta Annibali in transitu Apennini

SEMPRONIUS CONS. iterum cum Annibale pugnat

raro magis ulla ea: & cum utriusq; partis pernicie clarior fuisset: si extendi ea dies in longum spatium quiuisset. nox accensum ingentibus animis prelium diremit itaq; acrior concursus fuit: q̃ cedes: & sicut equata ferme pugna erat: ita clade pari discessũ est: ab utraq; parte sexcentis plus peditibus: & dimidiũ eius equitũ cecidit: Sed maior Romanis: q̃ pro numero: iactura fuit: qa equestris ordinis aliquot: & Tribuni militũ quinq;: & Prefecti sotiorum tres: sunt interfecti. ¶ Secũdum eam pugnam Annibal in Ligures. Sempronius: Lucam concessit. ¶ Venĩeti in Ligures Annibali: p insidias intercepti duo Questores Romani. C. Fuluius: &. L. Lucretius: cũ duobus Tribũis militum & quinq; equestris ordinis Senatorum ferme liberis: quo magis ratam fore cum his pacem sotietatemq; crederet: traduntur. ¶ Dum hec in Italia gerunt̃. Cn. Scipio in Hispãiam cum classe: & exercitu missus: cum ab hostio Rhodani pfectus: Pyreneosq; montes circũuectus tempis appulisset classem: exposito ubi exercitu: or/sus: a Letanis usq; ad Hiberum flumen: partim renouandis sotietatibus: partim nouis instituẽdis: Romane ditionis fecit: inde cõciliata clementie fama: non ad maritimos mõ populos: sed in mediterraneis quoq;: ac montanis: ad ferotiores iam gentes ualuit. Nec pax modo apud eos: sed sotietas etiam armorum parata est: ualideq; aliquot auxiliorum cohortes ex iis cõscripte sũt. ¶ Hanno noniscis Hiberum in prouintiam erat. eum reliquerat Annibal ad regionis eius presidium. Itaq; prius q̃ alienarentur omnia: obuiam eundum ratus: castris in conspectu hostium positis: in aciem eduxit. ¶ Nec Romano differendum certamen uisum. ¶ Quippe qui sciret cum Hannone & Hasdrubale sibi dimicandum esse: malletq; aduersus singulos separatim: q̃m aduersus duos simul rem gerere. nec magni certaminis ea dimicatio fuit. Sex milia hostiũ cesa: duo capta cum presidio castrorũ. Nam & castra expugnata sunt: & ipse dux militũ cum aliquot presidiis capitur: & Scissum propinquum castris oppidum: expugnat̃. Ceterum preda oppidi parui preci rerum fuit: supellex Barbarica ac uilium manci/piorum. ¶ Castra militem ditauere: nõ eiusmodo exercitus qui uictus erat: sed & eius qui cum Annibale in Italia militabat: omĩbus fere caris rebus: ne grauia impedimẽta ferẽtibus essent: circa Pyreneum relictis. ¶ Prius q̃ certa huius cladis fama accederet. Transgressus Hiberum: Hasdrubal cum octo milibus peditum: mille equitum: tanq̃ ad primum aduentum Romanorum occursurus: post q̃ perditas res ammissaq; castra accepit: iter ad mare conuertit. ¶ Haud procul Tarracone: classicos milites: naualesq; sotios: uagos palantisq; per agros: quod ferme fit: ut secunde res creent negligentiam: equite passim dimisso: cum magna cede maiore fuga: ad naues compellit. ¶ Nec diu/tius circa ea loca morari ausus: ne a Scipione opprimeret̃: trans Hiberum sese recepit. & Scipio raptim ad famam nouorum hostium agmine acto: cũ in pauco pfectos paululum animaduertisset: presidio Tarracone modico relicto: emporium cum classe redit: uix dum disgresso eo: Hasdrubal aderat: & Ilergetum populo: q obsides Sci/pioni dederat: ad defectionem impulso: cum eorum ipsorum iuuentute agros fideliũ Romanis sotioꝝ uastat. ¶ Excito deinde Scipiõe Hibernis Terracone Stoicis Hi/berum rursus cedit. ¶ Agros Scipio relictos ab autore defectionis: & Ilergetiã gentẽ cum infesto exercitu inuasisset: compulsis omĩbus Atanagiam urbem: que caput eius populi erat: circunsedit: intraq; dies paucos pluribus q̃ ante obsidibus imperatis Iler/getes: pecunia etiam multatos inde ius ditionemq; recepit. Inde in Ausetanos prope Hibeꝝ sotios & ipsos Penorum: procedit. atq; urbe eorum obsessa Lacetãos: auxiliũ finitimis ferentes: nocte haud procul iam urbem cum intrare uellẽt: excepit insidiis. Cesa ad duodecim milia. exuti pene omnes armis: domos palantes passim per agros

diffugere. ¶ Nec obsessos alia ulla res: q̃ iniqua oppugnãtibus hyems: tutabat. xxx. dies obsidio fuit: p quos raro unq̃ nix minus q̃ttuor pedes alta iacuit: adeoq; pluteos: ac uineas Romanorum operuerat: ut ea sola ignibus aliquotiens coniectis ab hoste etiam tutamentum fuerit. Postremo cum Amusitus princeps eorum ad Hasdrubalẽ profugisset. xx. argenti talentis pacti deduntur. ¶ Tarraconem in Hyberna reditũ est. ¶ Rome aut circa Vrbem multa ea hyeme pdigia facta: aut quod euenire solet motis semel in religione animis: multa nuntiata: & credita temere sunt. in q̃s ingenuũ infantem semestrem in foro Olitorio triũphum clamasse: & Foro Boario bouẽ in tertiam contignationem sua spõte scandisse: atq; inde tumultu habitatorum territũ sese deiecisse: & nauium speciem de celo affulsisse: & edem Spei que est in Foro Oli/torio fulmine ictam: & Lauinii hostiam se commouisse: & coruũ in edem Iunonis deuolasse: atq; in ipso puluinario cõsedisse: & in agro Amiternino multis locis hoĩm specie procul candida ueste uisos: nec tamen illos cõgressos. & in Piceno lapidibus plu/uisse: & Cere Sortes extenuate: & in Gallia lupum uigili gladium e uagina raptum abstulisse. ¶ Ob cetera prodigia libros adire Decẽ uiri iussi sunt: quod autẽ lapidibus pluuisset in Piceno: Nouemdiale sacrum edictum: & subĩde aliis procurandis prope tota ciuitas operata fuit. ¶ Iam primum omnium urbs lustrata est: hostieq; maiores quibus edictum est diis cese: & donum ex auri pondo. xl. Lauinium: Iunõi portatũ est: & signum eneum Matrone Iunoni in Auentino edificauerunt. & lectisternium Cere ubi Sortes extenuate erant: imperatũ. & supplicatio fortũe in Algido: Rome quoq; & Lectisterniũ iuuentuti: & supplicatio ed adem Herculi: nominatim. deinde uniuerso populo: circa omnia puluinaria indicta: & genio maiores hostie cese. V. &. C. Attilius Seranus Pretor uota suscipere iussus: si in. x. annos. R. P. eodem stetisset loco. ¶ Hec procurata uotarumq; ex libris Sibyllinis: magna ex parte leuauerant animum religione. ¶ Consulũ designatorum alter Flaminius: cui ee legiões: que Pla/centie hybernabant sorte euenerant: edictum & litteras ad Consulem misit: ut is ex/ercitu s idibus Martiis Arimini esset in castris. ¶ Huic in Prouintia Cõsulatum inire Consilium erat: memori ueterũ certaminũ cum Patribus. que. Tri. Ple. & que postea Consul: prius de Consulatu: qui abrogabatur: deinde triũpho: habuerat: inuisus etiam Senatui ob nouam legem: quam iniq;. Q. Claudius Tribunus Pl. aduersus Senatũ uno: patrum adiuuante. C. Flaminio: tulerat: ne quis Senator: q ue Senatoris pater fuisset: maritimam nauem: que plus q̃ trecentarũ amphorarum esset: haberet: id satis habitum: ad fructus ex agris uectandos. Questus omnis Patribus indecorus uisus est. Res per summam contentionem acta: inuidiã apud nobilitatem suasori legis: Fla/aminio fauorem apud plebem: alterumq; inde Cõsulatum peperit. ¶ Ob hoc ratus auspitus emendis: Latinarumq; Feriarum mora: & Consularibus aliis impedimentis: retẽturos se in urbe simulato itinere: priuatus clam in prouintiam abiit. ¶ Ea res ubi palam facta est: nouam insuper iram infestis iam patribus mouit. ¶ Nõ cum Senatu modo: sed cum diis immortalibus. C Flaminium bellum gerere: Consulem ante in/auspicato factum reuocantibus ex ipsa acie diis: atq; hominibus: non paruisse. ne nũc conscientias Pretorum & Capitolium & solemnem uotorum nuncupationẽ fugisse: ne die initi magistratus Iouis: oĩe templũ adiret. nec Senatũ inuisus & sibi ipsi uni ĩ/uisum: uideret. Consuleretq;. ne Latinas indiceret: Iouiq; Latiali sollemne sacrum in monte faceret: ne auspicato profectus in Capitolium ad uota nuncupanda: palu/datus inde ad puintiã iret: lixe mõ: sine ĩsignibus: sine lictoribus: pfectus clã: furtim haud aliter: q̃m si exsilii causa solum uertisset: magis pro maiestate uidelicet Imperii

Arimini q̃ Rome magistratum initurum: & in diuersorio hospitali: q̃m apud penates suos: pretextam sumptuꝝ. reuocandū uniuersi: retrahendūq; censuerunt. & cogendū omnibus prius presentem in deos boı̃esq; fungi officiis: q̃ ad exercitū & in Prouintiã iret. In eam Legatiõem: Legatos. n. mitti placuit. Q. Terentius: & M. Antistius ꝑfecti: nihilo magis eū mouere: q̃ priori Consulatu littere mouerant a Senatu misse: paucos post dies magistratum init immolãtiq; ei: uitulus iam ictus: e manibus sacrificantium: cum sese proripuisset: multos circũstantes cruore respersit. Fuga ꝑcul etiã maior apud ignaros quid trepidaret: & Concursatio fuit. id a plerisq; in omen magni terroris acceptum: legionibus inde duabus a Sempronio prioris anni Cõsule: duabus a. C. Attilio acceptis Pretore in Etruriam per Apennini tramites exercitus duci est ceptus.

Vitulus ictus e sacrificantium manibus aufugit

liber secundus

IAm uero appetebat. cum Annibal ex Hibernis mouit. & nequicq̃m ante conatus transcendere Apenninum: intolerandis frigoribus: & cum ingenti periculo moratus ac metu. Galli quos prede populationumq; conciuerat spes: postq̃ pro eo: ut ipsi ex alieno agro raperent: agerentq;: suas terras sedem belli esse: premiq; utriusq; partis exercituum uiderunt Hibernis: uerterunt retro Annibalem ab Romanis odia petitusq; est sepe principũ insidiis ipsorumq; inter se fraude: eadẽ leuitate: qua consenserant. cõsensu indicantium seruatus erat. & mutando nunc uestem: nunc tegumenta capitis: errore etiam sese ab insidiis munierat. Ceterũ hic quoq; ei timor causa fuit maturius mouẽdi ex Hibernis. Per idem tempus. Cn. Seruilius Rome idibus Martiis magistratũ init Ibi cum de. R. e. P. retulisset: redintegrata in. C. Flamiũ inuidia est. duos se Consules creasse: unum habere. Quod enim illi iustum Imperium: quod auspicium esset Magistratus: id a domo: publicis: ꝑuatisq; penatibus: Latinis feriis actis: sacrificio in mõte perfecto: uotis rite in Capitolio nuncupatis secum ferre: nec priuatum auspicia sequi: nec sine auspiciis profectum: in externo ea: solo noua: atq; integra concipere posse.

Annibal gallorum insidias sepe petitus et mutatione habitus frustratus

Augebant metũ ꝓdigia simul ex multis locis nuntiata. In Sicilia militibus aliquot spicula. In Sardinia autem in muro circunuenti uigilias equiti Scipionem: quem manu tenuerat: arsisse. Et littora crebris ignibus uulsisse. Et scuta duo sanguinem sudasse. Et milites quosdam ictos fulminibus. Et solis orbem minui uisum Et ꝑneste ardentes lapides celo cecidisse. Et Arpis palmas ĩ celo uisas. Pugnantẽq; cum luna solẽ. Et Capene duas interdiu lunas ortas. & aq̃s Cerete sanguine mixtas fluxisse. Fontemq; ipsum Herculis cruentis manasse sparsum maculis. Et Antii metentibus cruẽtas in orbẽ spicas cecidisse. Et Falerius celũ findi uisum: uelut magno hiatu: quaq; patuerit ingens lumen effulsisse. Sortes sua sponte attenuatas unamq; excidisse ita scriptam: Mauors telum suum concutit. Et ꝑ idẽ tempus Rome signũ Martis Appia uia ad simulacra luporum: sudasse. Et caput speciem celi ardentis fuisse: luneq; inter hymbrem cadentis. Inde minoribus etiam dictu prodigiis fides habita. Capras lanatas quibusdam factas. Et gallinam in marem. Gallum in feminam sese uertisse. His sicut erant nũtiata: expositis: autoribusq; in Curiam introductis: Cõsul de religiõe Patres cõsuluit. Decretũ est: ut ea ꝓdigia: partim maioribus hostiis: partim lactẽtibus ꝓcurarẽtur: & uti supplicatio ꝑ triduũ ad oĩa puluinaria haberet. Cetera: cũ Decemuiri libros inspexissent: ut ita fierẽt. quẽadmodũ cordi eẽ diuinis carminibus prefarentur. Id decemuirorum monitu decretum est. Ioui primũ donum fulmen aureum pondo quinquaginta fieret. Iunoni Mineruęq; ex argẽto

MAXIMA PRODIGIA

cordi esse

daretur:& Iunoni Regine in Auētino Iunoniq; Sospite Lauinii maioribus hostiis sacrificaretur. Matroneq; pecunia collata: quantum conferre cuiq; commodum eēt: donum Iunoni Regine in Auentinū ferrent. lectisterniūq; fieret: qn ut Libertine & ipse unde Feronie donum daretur: pecuniā pro facultatibus suis conferrent. ¶ Hec ubi facta Decemuiri Ardee in foro: maioribus hostiis sacrificarunt. postremo: liberi decimo iam mense. ad edem Saturni Rome immolatū est: lectisterniumq; imperatū. & eum lectū Senatores strauerunt: & Conuiuiū publicum: ac per urbē Saturnalia: die ac nocte clamatum: populusq; eum diem festum habere: ac seruare in perpetuū iussus. ¶ Dum Consul placandis Rome dis: trabendoq; delectu dat operam: Annibal profectus ex Hybernis: quia iam Flaminiū Cōsulem Aretium peruenisse fama erat: cum aliud lōgius: ceterum commodius ostenderet iter: propiorem uiam per paludē petit. qua Fluuins Arnus per eos dies solito magis inundauerat. Hispanos & Afros: & omne quod ueterani erat robur exercitus: admixtis ipsorū impedimentis: nec ubi cō/sistere coactis: necessaria ad usus deessent: primos ire iussit: sequi Gallos: ut id agminis medium esset nouissimos ire equites: Magonem inde cum expeditis Numidis cogere agmen: maxime Gallos si tedio laboris longeq; uie: ut est mollis ad talia gens: dilabe/rentur: aut subsisterent: cohibentem ¶ Primi qua modo preirent duces: per prealtas fluuii: ac ꝓfundas uoragines: hausti pene limo: immergentesq; se: tamen signa seque/bantur ¶ Galli: neq; sustinere se prolapsi neq; assurgere ex uoraginibus poterāt: aut corpora animis: aut animos spe: sustinebant. Alii: fessa egre trahentes membra: alii ubi semel uictis tedio animos ꝓcubuissent: inter iumenta & ipsa iacētia passim morientes. ¶ Maximeq; omnium uigilie conficiebant. per quatriduum iā & tres noctes tolerate: cū oīa obtinentibus aquis nihil ubi in sicco fessa sternerēt corpora: inueniri posset: cumulatis in aquas sarcinis insuper incumbebant. ¶ Iumētorum itinere toto prostra/torum: passim aceruī: tantum qđ extaret aqua: querētibus ad quietem parui tēporis necessarium cubile dabant. ¶ Ipse Annibal eger: oculis: exuerna primum intemperie: uariante calores: frigoraq: elephāto: qui unus superfuerat. quod altius ex aqua ex/staret: uectus: uigiliis tamen: & nocturno humore: palustriq; celo grauante caput: & quia medendi: nec locus nec tempus erat altero oculo capitur ¶ Multis hominibus: iumentisq; fede amissis: cum tandem de paludibus emersisset. ubi primum in sicco po/tuit castra locat: certūq; per premissos exploratores habuit: exercitū Romanū circa Arretii menia esse: Consulis deinde Cōsilia: atq; animum & situm regionum: itineraq; & copias: atq; commeatus expediendos: & cetera que cognoscenda in re erant: sūma omnia cum cura inquirendo: exequebať ¶ Regio erat in primis Italie fertilis: etru/sci campi. Qui Fesulas inter Arretiumq; iacent: frumenti: ac pecoris: & omnium copia rerum opulenti. Consul ferox a Cōsulatu priore: & non modo legum aut Patrum maiestatis: sed ne deorum quidem satis metuens. hanc insitam ingenio eius temeritatē fortūa ꝓspero ciuilibus bellicisq; rebus successu: aluerat: itaq; satis apparebat nec deos nec homines Consulentem: ferociter omnia ac pre propere acturum. Quoq; pronior esset in uitia sua: agitare eum: atq; irritare Penus parat. & leua relicto hoste: Fesulas petens: Etrurie agros predatum profectus: quantam maximam uastitatem potest: cedibus: incendiisq; Consuli procul ostēdit: Flaminius qui nec quieto quidem hoste ipse quieturus erat: tū uero postq̄ res sociorū: ante oculos prope suos ferri agiq; uidit: suum id dedecus ratus: per mediam iam Italiam uagari Penum: atq; obsistēte nullo: ad ipsa Romana menia oppugnanda ire: ceteris oībus in Cōsilio salutaria magis q̄ speciosa suadentibus: Collegam expectandum: ut coniunctis exercitibus communi

animo Consilioq; rem gererent: interim equitatu: auxiliisq; leuium armorum: ab effusa predandi licentia hostem cohibendum: proponens iratus se ex consilio proripuit. signumq; simul itineris: pugneq; ¶ Quinimo Arretii ante menia sedeamus inquit. hic enim patria: & penates sunt. Annibal emissus e manibus perpopuletur Italiã: uastãdoq; & urendo omnia ad Romana menia perueniat: nec ante nos hinc mouerimus: q̃ sicut olim Camillum ab Veiis. C. Flaminium ab Arretio Patres acciuerint. ¶ Hec simul increpans: cum ocius signa conuelli iuberet. & ipse in equum insiluisset: equus repente corruit: Consulemq; lapsum super caput effudit. ¶ Territis omnibus qui circa erant uelut fedo omine incipiende rei: insuper nuntiatur: signum omni ui moliente signifero conuelli nequire. ¶ Conuersus ad nũtium. ¶ Num litteras quoq; inquit a Senatu affers. Que me rem gerere uetant? Abi: nuntia signum effodiant: si ad conuellendum manus pre metu obtorpuerint. Incedere inde agmẽ cepit. ¶ Primoribus super: q̃ quod dissenserant a Consilio territis: etiã duplici prodigio: milite in uulgus leto ferocia Ducis: cum spem magis ipsam: q̃ causam spei intueretur. ¶ Annibal quod agri ẽ inter Cortonã urbem Transhimenumq; lacum omni clade belli peruastat. quo magis iram hosti: ad uindicandas iniurias sociorum acuat. ¶ Et iam peruenerant ad loca insidiis nata: ubi maxime montes Cortonenses Transimenus subit: uia tamen interest per angusta: uel ad ipsum de industria relicto spatio. deinde paulo latior patescit campus. inde colles: assurgunt. ibi castra in aperto locat: ubi ipse cum Afris modo: Hispanisq; consideret. Baleares: ceteramq; leuem armaturam post montes circũducit: equites ad ipsas fauces saltus tumulis apte tegentibus: locat: ut ubi intrassent Romani: obiecto equitatu: clausa omnia lacu: ac montibus essent. ¶ Flaminius cum pridie solis occasu: ad lacũ peruenisset: in explorato: postero die: uix dũ satis certa luce ãgustiis superatis: postq̃ in patentiorem campum pandi agmẽ cepit: id tantũ hostium: quod ex aduerso erat aspexit. a tergo: ac super caput detecte insidie. ¶ Penus ubi id: quod petierat: clausũ lacu montibusq;: & circunfusum suis copiis habuit hostẽ: signũ omibus dat inuadẽdi. ¶ Qui ubi qua cuiq; proximum fuit: decurrere: eo magis Romanis subita atq; improuisa res fuit: quod orta ex lacu nebula campo q̃ montibus densior sederat: agminaq; hostiũ ex pluribus uallibus: ipa inter se satis cõspecte: eoq; magis: pariter decurrerũt. ¶ Romanus clamore prius undiq; orto: q̃ satis cerneret: se circunuentũ esse sensit: & ante in frontem lateraq; pugnare ceptum est: q̃ satis strueretur acies: aut expediri arma: stringi q; gladii possent. ¶ Consul perculsis omnibus: ipse satis: ut in trepida re impauidus: turbatos ordines uertẽtes se quoq; ad dissonos clamores instruit: ut tempus locusq; patitur & quacũq; potest adhortatur: ac stare: & pugnare iubet. Nec enim inde uotis aut imploratione deum: sed ui: ac uirtute euadendum esse. per medias acies ferro uiã fieri: & quo timoris minus fit: eo minus ferme periculi esse. ¶ Ceterum pre strepitu ac tumultu: nec Cõsilium nec Imperium accipi poterat. ¶ Tantumq; aberat: ut sua signa: atq; ordinem & locum nosceret: ut uix ad arma capiẽda: aptandaq; pugne cõpeteret animus. opprimerenturq; quidam onerati magis his: q̃ tecti. Et erat in tanta caligine maior usus aurium q̃ oculorum. ad gemitus uulnerum ictusq; corporum: aut armorum & mixto strepentium pauentiumq; clamore circunferebant ora oculosq;. Alii fugiẽtes: pugnantium globo illati herebant: alios redeũtes in pugnam: auertebat fugiẽtiũ agmen. ¶ Deinde ubi in omnis partes nequicq̃ impetus facti: & ab lateribus montes: ac lacus a frõte: & a tergo hostium acies claudebat: apparuitq; nullã nisi in dextera: ferroq; salutis spem esse. Tum sibi unusqisq; dux adhortatorq; factus ad rem gerendã & noua de integro pugna exorta est. Nõ illa ordinata: per principes: hastatosq; ac

triarios: nec ut pro signis antesignanus: post signa: alia pugnaret acies nec ut in sua
legione miles: aut coborte aut manipulo esset. sors conglobabat: & animus suus cuiq;
ante: aut post pugnandi ordinem dabat. Tantusq; fuit ardor animo℞: adeo intẽtus
pugne animus: ut cum terremotus: qui multarũ urbiũ Italie magnas partes ꝓstrauit:
auertitq; cursu rapido amnes: mare fluminibus inuexit: montes lapsu ingenti ꝓruit:
nemo pugnãtium senserit. ¶ Tres ferme boras pugnatum est: & ubiq; atrociter: circa
Consulem tamen acrior infestiorq; pugna est. Eum & robora uirorum sequebãtur.
& ipse quacũq; in parte premi ad laborẽ senserat suos: impigre ferebat opẽ: insignisq;
armis & bostem summa ui petebat: & tuebatᷓ suos ciues: donec insuper eques Ducario
nomen erat: faciemq; noscitans. ¶ Consul inquit bic est: popularibus suis: qui legiões
nostras cecidit: agrosq; & urbem est depopulatus: iam ego banc uictimam manibus
peremptorum fede ciuium dabo: subditisq; calcaribus equo: per confertissimã bostiũ
turbã: impetũ facit: obtruncatoq; prius armigero: qui se infesto uenienti obiecerat:
Consulem lancea transfixit. Spoliare cupientẽ: triarii obiectis scutis arcuere: magne
partis fuga inde primum cepit: & iam nec lacus: nec montes obstabant pauori: ꝑ omĩa
arta preruptaq; uelut ceci euadunt. armaq; & uiri super aliũ alii precipitantᷓ ¶ Pars
magna ubi locus fuge deest: per prima uada paludis in aquam progressi: quoad ca-
pitibus bumerisq; extare possunt: sese immergunt. Fuere quos inconsultus pauor nãdo
etiam capessere fugam impulerit. Que ubi immẽsa: ac sine spe erat: aut deficiẽtibus
animis bauriebantᷓ gurgitibus: aut ubi nequicq̃ festinauerant: retro egerrime terrã
repetebant: atq; ibi ab ingressis aquam bostium equitibus passim trucidabantᷓ ¶ Sex
milia ferme primi agminis per aduersos Hostis eruptione impigre facta: ignari om-
nium: que post se agerentur: ex saltu euasere. Et cum in tumulo quodam constitissẽt:
clamorem modo ac sonum armorum audientes: que fortuna pugne eẽt: nec ꝑspicere
pre caligine poterant: neq; scire. ¶ Inclinata ad iniqua: re cum calescẽte sole depulsa
nebula apperuisset diem: tum liquida iam luce montes campiq; perditas res stratamq;
ostendere fede Romanam aciem: itaq; ne in conspectos procul immitteretur eques:
sublatis partim signis: q̃ citatissimo poterant agmine: sese abripuerunt. ¶ Postero die
cum super cetera extrema fames etiã instaret: fidem dãte Mabarbale: qui cũ om̃ibus
equestribus copiis nocte consequutus erat: si arma tradidissent: abire cum singulis ue-
stimentis passurum: sese dediderunt. Que Punica religione seruata est fides ab Anni-
bale: atq; in uincula omnes coniecti. ¶ Hec est nobilis ad Transimenum pugna atq;
intra paucas memorata Populi Romani clades Quindecim milia Romano℞ in acie
cesa sũt. Decem milia sparsa fuga: per omnem Etruriam: diuersis itineribus Romam
petiere. ¶ Mille & q̃ngenti bostiũ in acie: multi postea utrinq; ex uulneribus periere.
¶ Multiplex cedes utrinq; facta traditur ab aliis: ego preterq̃ ꝙ nibil baustum ex
uano uelim: quo nimis inclinant ferme scribẽtium animi: Fabium equalem tempo-
ribus buiusce belli potissimum autorẽ babui. ¶ Annibal captiuo℞ q̃ Latini nominis
essẽt: sine precio dimissis: Romãis in uincula datis: segregata ex bostiũ Coaceruato℞
tumulis corpora eorum: cum sepeliri iussisset: Flaminii quoq; corpus funeris causa:
magna cum cura inquisitum: non inuenit. ¶ Rome ad primum nuntium cladis eius:
cum ingenti terrore ac tumultu concursus in forũ populi est factus. ¶ Matrone uage
peruicos: que repens clades allata. Queue fortuna esset exercitus: obuios ꝑcontantᷓ:
& cum frequentis contionis modo: turba in Comitium & curiam uersa: magistratus
uocaret: tandem baud multo ante solis occasum. M. Pompõius Pretor: pugna inq̃t
magna uicti sumus. & quanq̃ nibil certius ex eo auditũ ẽ: tamen alius ab alio impleti

rumoribus: domos referunt. Consulē cū magna parte copiaꝝ cesum. superesse paucos: aut fuga passim per Etruriam sparsos: aut captos ab hoste. ¶ Quot casus exercitus uicti fuerant: tot i curas dispartiti eorum animi erant: quorū propinqui sub. C. Flaminio Cōsule meruerant: ignorantium que cuiusq; suorum fortuna esset: nec quis q̄ satis certū habet: qd aut speret: aut timeat. ¶ Postero die: ac deinceps aliquot diebus: ad portas maior mulierum prope q̄ uirorum multitudo fuit: aut suorū aliquē: aut nuntiū de iis operiens: circunfundebantq; obuiis sciscitātes: neq; auelli undiq; a notis: prius q̄ ordine omnia inquisissent poterant. ¶ Inde uarios uultus digredientium ab nuntiis cerneres: ut cuiq; aut leta: aut tristia nuntiabant. gratulātisq; aut cōsolantis redeuntibus domos circunfusos. ¶ Feminarum precipue: & gaudia: insignia erant: & luctus. unam in ipsa porta: sospite filio repetente oblato: in conspectu eius expirasse ferunt. Alteram cui mors filii falso nuntiata erat: mestam sedentem domi: ad primū conspectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatam. ¶ Senatum: Pretores per dies aliquot ab ortu usq; ad occidentē solem: in Curiam retinēt. Consultantes quonā Duce: aut quibus copiis resisti uictoribus Penis posset. ¶ Prius q̄m satis certa Consilia essent: repens alia nuntiatur clades. quattuor milia equitum cum. C. Centonio ꝓ Pretore missa ad Collegam: a Seruilio Cōsule in Vmbria: quo post pugnam ad Transimenū auditā: auerterant iter: ab Annibale circunuenta. ¶ Eius rei fama uarie hoīes affecit: pars occupatis maiore egritudine animis leuem ex comparatione priorū: ducebant recentem equitum iacturam. pars non id quod acciderat: per se estimare: sed ut in affecto corpore: q̄uis leuis causa: magis q̄ ualido grauior sentiretur: ita tū egre & affecte ciuitati: quodcunq; aduersi inciderit: non rerum magnitudine: sed uiribus extenuatis: que nihil quod aggrauaret. pati possent estimandum esse. ¶ Itaq; ad remedium iam diu desideratum: nec adhibitum: Dictatorē dicendum ciuitas cōfugit: & quia & Cōsul aberat: a quo uno dici posse uidebatur: nec per occupatā armis Punicis Italiam facile erat aut nuntiū: aut litteras mitti: nec Dictatorē Populus creare poterat: quod nunq̄ ante eam diem factum erat: Dictatorem Populus creauit. Q. Fabium Maximum & Magistrum equitū. M. Rufum Minutium. Hisq; negotiū ab Senatu datum ut muros turresq; Vrbis firmarent. & presidia disponerent: quibus locis uideretur: pontesq; rescinderent fluminum: ac cum penatibus pro Vrbe dimicādum esse quādo Italiā tueri nequissent. ¶ Annibal interim recto itinere: ꝑ Vmbriā usq; ad Spoletū uenit. inde cum perpopulato agro: Vrbem adortus eēt oppugnare: cum magna cede suorum repulsus: & cōiectans ex unius Colonie: haud nimis ꝓspere tentate uiribus: quanta moles Romane Vrbis esset: in agrū Picenum auertit iter: nō copia solum omnis generis frugū abundantem: sed refertum preda: quam effuse auideq; gentes rapiebant. ibi per dies aliquot statiua habita: refectusq; miles Hybernis itineribus: ac palustri uia: prelioq; magis ad euētum secundo: q̄ leui ac facili affectus: ubi satis quieti datum preda ac populationibus: magis q̄ otio: aut requie gaudētibus ꝑfectus: Preputianū Adrianū agrū Marsos inde Marruciosq; & Pelignos deuastat.

Circaq; Arpos: & Luceriam proximam Apulie Regiōem. Cn. Seruilius Consul leuibus preliis cum Gallis actis: & uno oppido ignobili expugnato: postq̄ de Collega & exercitus cede audiuit: iam menibus patrie metuēs: ne abesset in discrimine extremo ad Vrbem iter intēdit. Q. Fabius Maximus dictator iterum: quo die Mgiastratū iniit: uocato Senatu: a diis orsus: cum edocuisset patres plus negligentia cerimoniaꝝ: auspiciorū temeritate: atq; inscitia peccatū a. C. Flaminio Consule esse queq; piacula ire deum essēt: ipsos deos Consulendos esse: peruicit: ut quod non ferme decernitē: nisi

cũ tetra ꝓdigia nuntiata sunt: Decẽuiri libros Sibyllinos adire iuberent: q inspectis fatalibus libris: retulerunt Patribus: quod eius belli causa uotum Marti foret: id non rite factum: de integro: atq; amplius faciendum esse: & Ioui ludos Magnos & edes Veneri Erycine ac dee Menti: uouendas esse: & supplicationem lectisterniũq; ha/bendum. & Versacrum uouendum: si bellatum prospere esset: Resq; Publica in eodẽ: quo erat ante bellum statu permãsisset. ¶ Senatus qm̃ Fabiũ belli cura occupatura esset. M. Emilium Pretorem ex Collegio: pontificum sententia: omnia ea ut mature fiant: curare iubet. his. S. C. perfectis. L. Cornelius Lentulus Pontifex Maximus cõsulente Collegio Pretorum: omnium: primum populum cõsulendum de Veresacro censet: iniussu populi uoueri nõ posse. ¶ Rogatus in hec uerba Populus: uelitis iube/atis ne hoc sic fieri: si res Populi Romani quiritium Romanorum: ad quinquennium proximum: sicut uelim: eam saluam seruauerit: hisce duellis: datum donũ dicit Popu/lus Romanus quiritiũ: quod duellũ Populo Ramão cum Carthaginensi est: queq; duella: cũ Gallis sũt: qui as Alpes sunt: qđ uer attulerit exsuillo: ouillo: caprino grege queq; prophana erunt Ioui fieri: ex qua die Senatus Populusq; iusserit. Qui faciet: quin uolet: quaq; lege uolet: facito: quo modo faxit probe factũ esto: si id moritur: quod fieri oportebit: prophanũ esto: neq; scelus esto: siquis rumpet occidet. ue insciẽs: ne fraus esto siquis clepsit ne Populo scelus esto: neue cui cleptũ erit: si atro die faxit: insciẽs: probe factum esto: si nocte sine luce: si seruus: siue liber faxit: ꝓbe factũ esto si ante id ea Senatus Populusq; iusserit fieri: ac faxit: eo Populus solutus liber esto. ¶ Eiusdẽ rei causa ludi Magni uoti eris. ccxxxiii. milibus triẽte: preterea bubus: Ioui ccc. multis aliis diuitiis: bubus albis atq; ceteris hostiis. ¶ Votis rite nuncupatis suppli/catio edicta: supplicatumq; cum coniugibus regum: ac liberis: non urbana multitudo tantũ: sed agrestium & quos in aliq̃ sua fortuna: publica quoq; cõtingebat. ¶ Curatũ lectisternium & per triduum habitum Decemuiris sacrorum curãtibus: & puluinaria in conspectu fuere ¶ Ioui: & Iunõi unũ ¶ Alterum Neptumio & Minerue. ¶ Ter/tiũ Marti ac Veneri. ¶ Quartũ Appollini ac Diane. ¶ Quintũ Vulcano ac Veste. ¶ Sextũ Mercurio & Cereri. ¶ Tũ edes uote Veneri Erycine: edemq; Fabius Max. Dictatator uouit: qa ita ex fatalibus libris edictũ erat ut iis uoueret: cuius maximũ Imperium in ciuitate esset. Marti edem Atilius Pretor uouit. ¶ Ita rebus diuinis peractis: tum de bello req; p ¶ Dictator retulit: q̃bus quotue legiõibus uictori hosti obuiam eundum esset: Patres censerent ¶ Decretum ut a. Cn. Seruilio. Consules ex/ercitum acciperet. Scriberet preterea ex ciuibus sotiisq; quantum equitum: ac peditũ uideretur: cetera omnia ageret faceretq;: ut e Re Publica duceret. ¶ Fabius duas legi/ones se adiecturum ad Seruilianũ exercitũ dixit. his per Magistrum eqtum scriptis Tybur diem ad conueniendum edixit. ¶ Edictoq; proposito: ut quibus oppida cas/tellaq; immunita essent: ut in loca tuta cõmigrarent. ex agris quoq; uie demigrarent: omnes regionis eius: qua Annibal iturus esset. tectis prius incẽsis ac frugibus corruptis ne cuius rei copia esset: ipse uia Flaminia profectus obuiam Consuli exercituiq;: cũ ad Tyberim circa Octiculum prospexisset agmẽ: Cõsulemq; cum equitibus ad seꝓ/gredientem: uiatorem misit: qui Consuli nuntiaret: ut sine lictoribus ad Dictatorẽ ueniret. Qui cum dicto paruisset: congressusq; eorum: ingentem speciem Dictature apud sotios: ciuesq; uetustate iã ꝓpe oblitos eius imperii: fecisset: littere ab urbe allate sunt: naues onerarias commeatum ab Hostia in Hispaniam ad exercitum portãtes a Classe Punica circa portum Consanum captas esse. itaq; extemplo Consul Hostiã proficisci iussus: nauibus que ad urbem Romanã aut Hostie essent: cõpletis: milite ac

MOS ROGANDI POPULUM

Tybur

Ocriculum

URBS ROMANA

naualibus sotiis: persequi hostium classem: ac littora Italie tutari. ¶ Magna uis hoim conscripta Rome erat. Libertini etiã quibus liberi essent: ita etas militaris inde uerba iurauerant: ex hoc urbano exercitu: qui minores qnq; & triginta annis erant in na/uibus impositi. Alii ut urbi persiderent: relicti. ¶ Dictator exercitu Cõsulis accepto a Fuluio Flacco Legato: per agrum Sabinum Tybur: quo die ad conueniendum edixerat nouis militibus uenit. inde Preneste. ac uersis itineribus in uiam Latinam est regressus. unde itineribus summa cum cura exploratis: ad hostem ducit. Nullo loco nisi quãtum necessitas cogeret: fortune se cõmissurus. ¶ Quo primum die: haud ꝓcul Arpis in conspectu hostium posuit castra nulla mora facta quin Penus educeret in aciem: copiamq; pugnandi faceret. ¶ Sed ubi qeta omnia apud hostes nec castra ullo tumultu mota uidet: quid tandẽ increpans: quos Martios animos Romãis: de bella/tumq;: & concessum: qui propalanda uirtute: ac gloria essent: in castra rediit. Ceterꝝ tacita cura animũ incensus ꝙ cum Duce: haud quaq̃ Flaminio Semprونioq; simili: futura sibi res esset: ac tum demum edocti malis: Romani parem Annibali Ducem quesissent: & prudentiam quidem nõ uim Dictatoris: extemplo timuit. constãtiamq; eius haud dum expertus agitare: ac temptare animum: mouendo crebro castra: po/pulandoq; in oculis eius agros sotioꝝ: cepit: & modo cito agmine e cõspectu abibat: modo repẽte in aliquo flexu ui: si excipere digressum in equum posset: occultus ob/sistebat. ¶ Fabius per loca alta agmen ducebat: modico ab hoste intreuallo: ut neq; omitteret eum: neq; congrederetur. castris nisi quantum usus cogeret: tenebat' miles. pabulum & ligna nec pauci petebant. nec passim. Equitum: leuisq; armature statio: composita instructaq; in subitos tumultus: & suo militi tuta omnia: & infesta effusis hostium populatoribus prebebat: neq; uniuerso periculo summa rerum cõmittebat' & parua momenta leuium certaminum: ex tuto ceptorum: finitimorum receptu: as/suefaciebant territum pristinis cladibus militem minus iam tandem: aut uirtutis aut fortune penitere sue. ¶ Sed non Annibalem magis infestũ tam sanis cõsiliis habebat: q̃ Magistrum equitum: qui nihil aliud q̃ ꝙ non imparabat: more ad rem publicam precipitandam habebat. ferox rapidusq; in Consiliis: ac lingua immodicus: ꝑmo inter paucos: deinde propalam in uulgus pro contatore segnẽ: pro cauto: timidũ ad fingẽs: uicina uirtutibus uitia compellebat: premẽdorum superiorum: malis que pessima ars nimis prosperis multoꝝ successibus creuit: sese extollebat. ¶ Annibal ex Arpis in Sã/nium transit. Beneuentanum depopulatis agrum: Telesiam urbem capit: irritat etiã de industria Ducem: si forte accẽsum tot in dignitatibus: cladibusq; sotiorum: detra/here ad equum certamẽ possit. ¶ Inter multitudinem sotiorum Italici generis: qui ad Transimenum capti ab Annibale: dimissiq; fuerant: tres campani equites erãt: multis iam illecti donis: promissisq; Annibalis ad conciliandos popularium animos. hi nunti/antes: si in Campaniam exercitum admouisset: caput ponende copiam fore. ¶ Cũ res maior q̃ autores essent: dubium Annibalem alteriusq; fidentem: ac diffidentem: tamẽ ut Campanos ex Samnio peteret: mouerunt. Monitos ut etiam atq; etiam promissa rebus confirmarent: iussosq; cum popularibus: & aliquibus Principum redire ad se di/misit. ipse imperat Duci: ut se in agrum Casinatem ducat: Edoctus a peritis regiõum si eum saltum circuisset exercitum Romanum ad opem ferendam sotiis interclusurũ. ¶ Sed Punicum abhorrens ab Latino nomẽ: Casilinum pro Casino Ducem accipere fecit: auersusq; ab itinere: per Alifanum: Calatinumq; & Calenum agrum: in Campũ Stellatẽ descendit. ubi cum mõtibus fluminibusq; clausam regionem circunspexisset: uocatum ducem percontatur: ubi terrarum esset: cum is Casilini eo die mansurũ esse:

Annibal pugnandi potestatẽ facit Dictatori: et ipse recusat.

Dictator ꝑ montes et loca alta exercitũ ducit et omĩa prudenter agit

Italicus carũ

Annibal in campaniã mouet trium capti uorũ equitũ campanoꝝ suasu

Annibal ductorem suum qui casilinum eum pro casino duxerat uirgis cesum in cruce sustulit.

dixisset: cum demum cognitus est error: & Casinū lōge inde alia regione esse: uirgisq; ceso duce: & ad reliquorū terrorem in cruce sublato: castris communitis Mabarbalē cū equitibus in agrū Falernū predatū dimisit: usq; ad aquas Simiessanas populacio ea peruenit. ¶ Ingentem cladem: fugam tamen: terrorēq; latius Numide fecerūt: nec tamen terror: cum omnia bello flagrarent fide socios dimouit: uidelicet quia iusto & moderato regebantur imperio. nec abnuebāt: quod unū uinculū fidei est: melioribus parere: ut uero ad Vulturnum flumē castra sunt posita: exurebaturq; amenissimus Italie ager: uilleq; passim incendiis fumabant: per iuga massici montis Fabio ducēte prope de integro est orta seditio: ac duces seditionis accensi quidā. fuerat enī silentiū per paucos dies: quia cum celerius solito ductum agmē fuisset: festinari ad pꝛohibendā populationibus Campaniam crediderant. ut uero in extrema iuga Massici montis uentum est: hostesq; sub oculis erant: Falerni agri Colonoꝝq; Sinuesse tecta urētes: nec ulla erat mentio pugne. ¶ Spectatumne huc inquit Minutius ad rem fruendam oculis: sociorum cedes: & incēdia uenimus? Nec si nullius alterius nos: nec ciuiū quidē horum pudet. ¶ Quos in Sinuessam Colonos patres nostri miserunt: ut ab Samnite hoste tuta hec ora esset: quā non uicinus Samnis urit: sed Penus aduena: ab extremis orbis terrarum terminis: nostra cunctatione & socordia iam huc progressus. Tantū prohdolor degeneramus: a parentibus nostris: ut preterꝗ ꝙ per oram illi suam Punicas uagari classes dedecus esse imperii sui duxerint: eam nos nunc plenam Numidarū hostium: ac Maurorum iam factam uideamus. Qui modo Saguntum oppugnari indignando non homines tantum: sed federa: & deos ciebamus: tendentem ad menia Romane Colonie Annibalem leti spectamus? fumus ex incendiis uillarum agrorūq; in oculos atq; ora uenit. Strepunt aures clamoribus plorantium sociorum: sepius nos ꝗ deorum inuocantium opem. Nos hic pecoꝝ more: per estiuos saltus: deuiosq; calles exercitū ducimus: conditi nubibus siluisq;. Si hoc mō peragrando Cacumina saltusq; Furius recipe urbē a Gallis uoluisset: quo hic nouus Camillus nobis Dictator unicus in rebus affectis quesitus: Italiam ab Annibale recuperare parat Gallorū Roma esset: ꝗ uereor: ne sic cunctantibus nobis: Annibali: ac penis totiēs seruauerint maiores nostri. Sed uir: ac uere Romanus: quo die Dictatorem eum ex autoritate Patrum iussuq; Populi dictum: Veios allatus est nuntius cum esset satis altum Ianiculum ubi sedens prospectaret hostem: descēdit in equum: atq; illo ipso die: media in Vrbe: que nunc Busta Gallorum sunt: & postero die citra Gabios cecidit Gallorum legiones. Quid post multos annos cum ad furculas Caudinas ab Samnite hoste subiugū missi sumus. Vtrum tandem. L. Papyrius Cursor iuga Samnii perlustrando an Luceriam premens obsidēdo: & lacessendo uictorem hostem: depulsum ab Romanis ceruicibus iugum superbo Samniti imposuit? modo Consuli Luctatio: que alia res: ꝗ celeritas uictoriam dedit: ꝙ postero die: ꝗ hostem uidit: classem grauē commeatibus: impeditā suo & ipsam instrumento: atq; apparatu: oppressit: Stultitia est: sedendo: aut notis: debellari credere posse: armari copias oportet: & deducēdas in equum: ut uir cū uiro congrediaris: audendo agendoq; res Romana creuit: non his segnibus Cōsiliis: que timidi cauta uocant. ¶ Hec uelut Cōcionanti Minutio circunfundebāt. Tribunoꝝ equitumq; Romanorum multitudo & ad aures quoq; militum dicta ferocie uoluebantur: ac si militaris suffragii esset res: haud dubie ferebant: Minutium Fabio duci prelaturos. ¶ Fabius pariter inter suos haud minus ꝗ in hostes intentus: prius ab aliis inuictum animum prestans quanquam probe scit: non in castris modo suis: sed iā etiā Rome suam cunctationem infamem esse: obstinatus tamen eodem Consilio & tenore

Falernus ager

Vulturnus flu.

Massicus mons

Sinuessa

Sinuessa

Minutii oro contra segnitie Q. Max.

estatis reliquũ extraxit: ut Annibal destitutus ab spe appetiti certaminis: iã Hybernis
locum spectaret. quia ea regio presentis erat copie non perpetue: arbusta: uineeq;:
& conciliata omnia: magis amenis q̃ necessariis fructibus. Hac p exploratores relata
fama Fabio: cum satis sciret per easdem angustias quibus intrauerat Falernũ agrum
rediturum: Gallicanũ montem & Casilinũ occupat modicis presidiis. Que urbs Vul/
turno flumĩe dirempta: Falernum a Cãpano agro diuidit: ipse iugis iisdem exercitũ
reducit: misso exploratum: cum. cccc. equitibus sotiorum. L. Hostilio Mancino: qui
ex turba iuuenũ audientiũ sepe ferociter cõtionantẽ Magistrum equitũ ꝓgressus:
primo exploratoris modo: ut ex tuto exploraret hostem: ubi uagos per uias passim
Numidas per occasionem: etiam paucos occidit: extemplo occupatus certamine est
animus: exciderunt q; precepta Dictatoris. Qui quantum tuto posset progressũ: ꝓus
recipere sese iusserat: q̃ in conspectũ hostiũ ueniret? Numide alii atq; alii occursãtes
refugientesq; ad castra prope ipsum cum fatigatione equorum atq; hominum per/
traxere. ¶ Inde Cartalo Penes quem summa equestris Imperii erat: concitatis equis
inuectus: cum prius q̃ ad cõiectum teli ueniret: auertisset hostem: quinq; milia con/
tinenti cursu sequutus est fugientes. ¶ Mãcinus postq̃ nec hostem desistere sequi nec
spem uidit fugiẽdi esse: cohortatus suos: in prelium redit: omni parte uirium impar:
itaq; ipse: & delecti equitum circunuenti occiduntur: ceteri effuso rursus cursu Cales
primum: inde prope inuiis Callibus: ad Dictatorem refugerunt. ¶ Eo forte die Mi/
nutius se coniunxerat Fabio missus ad firmandum presidio saltum: qui sup Tarracinã
in arctas coactus fauces: imminet mari: ne immunito Appie limite: Penus ꝑuenire in
agrum Romanum posset. Cõiunctis exercitibus Dictator: ac Magister eqtũ castra
in uiã deferunt: qua Annibal ducturus erat: duo inde milia hostes aberant. Postero
die Peni: quod uie inter bina castra erat: agmine compleuere. Cum Romani sub ipo
constitissent uallo: haud dubie eqore loco: successit tamen Penus cum expeditis eqti/
bus: atq; ad lacessendum hostem: raptim & procursando: recipiendoq; sese pugnauere
restitit suo loco Romana acies. lenta pugna: & ex Dictatoris magis q̃ Annibalis fuit
uolũtate. ¶ Inclusus inde uideri Annibal. & ad Casilinum obsessus cum Capua & Sã/
nium: & tantum a tergo diuitum sotiorum Romanis commeatus subueheret: Penus
contra intra fortune minas: saxa: ac Linterne arenas stagnaq; perhorrida situ: Hy/
bernaturus esset. ¶ Nec Annibalem fefellit: suis se artibus peti. Itaq; cum per Casilinũ
euadere non posset: petendumq; montes: & iugum Callicule superandũ esset: necubi
Romanus inclusum uallibus agmen aggrederetur: ludibrium oculoꝝ specie terribile
ad frustrãdum hostem: commentus principio noctis furtim succedere ad montes sta/
tuit. ¶ Fallacis consilii talis apparatus fuit. faces undiq; ex agris collecte fascesq; uir/
garum: atq; arida sarmenta: preligantur cornibus boum: quos domitos indomitosq;
multos inter ceteram agrestem predam agebat. ¶ Ad duo milia ferme boum effecta
Hasdrubaliq; negotiũ datũ: ut primis tenebris noctis id armentum accẽsis cornibus
ad mõtes ageret: maxime si posset super saltus ab hoste insessos. Primis tenebris silẽtio
mota castra. boues aliquanto ante signa acti: ubi ad radices montiũ: uiasq; angustas
uentum est: signum extemplo datur: ut accensis cornibus armẽta in aduersos cõcitentẽ
montes: & metus ipse relucentis flame ex capite: calorq; iam ad uiuum adimaq; cor/
nuum adueniens uelut stimulatos furore: agebat boues. Quo repente discursu: haud
secus q̃ siluis montibusq; accensis: omnia circunuirgulta ardere carptim correpta: que
ratio excitãs flamam: hominum passim discurrentiũ speciem prebabat. q ad trãsitus
saltus insidendos locati erant: ubi in summis montibus: ac super se quosdam ignes

Casilinũ oppidũ

Tarracina

Capua
Samnium

conspexerunt: circunuento sse esse rati: presidio excessere: qua ingens emicabat flama uelut tutissimum iter: petentes summa montiũ iuga: tum in quosdam boues palatos a suis gregibus inciderũt: & primo tum procul cernerent: ueluti flammas spirantium miraculo attoniti: constiterunt: deinde ut humana apparuit fraus: tum uero insidias rati esse: cũ multo maximoq; strepitu cõcitant se in fugam: leuiq; arma ture hostiũ incurrere. ¶ Ceterũ nox equato timore neutros pugnam incipientes: ad lucẽ tenuit. ¶ Interea toto agmine Annibal traducto per saltum: & quibusdam in ipso saltu hostium oppressis: in agro Alifano posuit castra. ¶ Hũc tumultum sensit Fabius: ceterꝝ & insidias esse ratus: a nocturno utiq; abhorrens certamine: suos munimento tenuit. luce prima sub iugo montis preliũ fuit: quo interclusam a suis leuem armaturã: facile: et enim numero aliquantulum prestabant: Romani superassent: nisi Hispanorum cohors: ad id ipsum remissa ab Annibale: peruenisset: Ea assuetior mõtibus: & ad cõcursandũ iter saxa rupesq; aptior: ac leuior: tũ uelocitate corpoꝝ: tũ armoꝝ habitu cãpestrẽ hostẽ grauẽ armis: statariũq; pugne genere facile elusit. ¶ Ita haud q̃q̃ pari: certamine digressi: Hispani fere omnes incolumes Romani aliquot suis amissis in castra contenderũt. Fabius quoq; mouit castra. transgressusq; saltum super Alifas loco alto ac munito consedit. Tum per Samnium Romam se petere simulans Annibal: usq; in Pelignos populabũdus rediit. ¶ Fabius medius ĩtra hostiũ agmẽ: Vrbẽq; Romã iugis ducebat: nec absistens: nec congrediens. ¶ Ex Pelignis Penus flexit iter: retroq; Apuliam repetẽs: Glerenum peruenit ad Vrbẽ metu: q̃a collapsa pars menium erat: a suis desertam. ¶ Dictator in Larinate agro castra communiit. inde sacrorum circa Romam reuocatus non Imperio modo: sed Consilio etiam ac prope precibus agẽs. cum Magistro equitum: ut plus Consilio q̃ fortune confidat: & se potius ducem q̃m Sempronium Flaminiumq; imitetur: ne nihil actum censeret: exacta prope estate per ludificationem hostis: mora quoq; plus interdum quippe q̃ mouendo atq; agẽdo proficere. haud paruam rem esse a totiens uictore hoste uinci desisse: & a continuis cladibus respirasse. ¶ Hoc nequicq̃ premonito Magistro equitũ: Romam est ꝓfectus. ¶ Principio estatis quo hec gerebantur: in Hispania quoq; terra mariq; ceptũ bellũ ẽ. Hasdrubal ad eum nauium numerũ: quem a fratre instructum paratũq; accepat decem adiecit. ¶ Quadraginta nauium classem Himilconi tradit: atq; ita Carthagine profectus nauibus: prope terram: exercitũ in littore ducebat: paratus cõfligere: quacunq; parte copiarum hostis occurrisset. ¶ Cn. Scipioni postq̃ mouisse ex Hybernis hostem audiuit: primo idem Consilii fuit. deinde minus terra: propter ingentem famã nouorum auxiliorum: concurrere ausus: delecto milite: in naues imposito: quinq; & triginta nauium classe ire obuiam hosti pergit. ¶ Altero a Tarracone die ad stationẽ xx. milia passuum distantem ab ostio peruenit amnis Hiberi: inde due Massiliensiũ speculatorie misse: retulerunt: classem Punicam stare in ostio fluminis. castraq; in ripa posita. itaq; ut improuidos icautosq; uniuerso simul effuso terrore opprimeret: sublatis anchoris ad hostem uadit. ¶ Multas & locis altis positas turres Hispania habet:. Quibus & speculis: & propugnaculis: aduersus latrones utuntur. Inde ꝑmo cõspectis hostium nauibus datum signum Hasdrubali est: tumultusq; prius in terra & castris q̃ ad mare & ad naues est ortus: nõdum aut pulsu remorũ: strepituq; alio nautico exaudito: aut aperientibus classem: ꝓmontoriis: cũ repẽte alius sup aliũ ab Hasdrubale missus: quietos uagosq; in littore: in temptoriis suis: nihil minus q̃ hostem: aut preliũ eo die expectantes: conscendere naues propere: atq; arma capere iubet: classẽ Romanam iam haud procul a portu eẽ. ¶ Hoc equites dimissi passim imperabant. Mox

Conferunt manus: et ro aliqt redũt
Simulat Annibal se romã petere
DICTATOR Romã reuocatus magro eqtũ inhibet ne cũ hoste concurrat
HISPANIE RES GESTE
Hasdrubal

Hasdrubal ipse cũ omni exercitu aderat: uarioq; omnia: tumultu strepunt: ruẽtibus in naues simul remigibus militibusq; fugientium magis e terra: q̃ in pugnam euntium modo. ¶ Vix dum omnes conscẽderant: cũ alii resolutis loris ut anchoram euellerẽt: alii nequid teneat anchora: lora incidũt. raptimq; omnia pre ꝑpere agendo: militũ apparatu: nautica ministeria impediuntur: trepidatione nautarum capere: & aptare arma miles ꝓhibebatur. ¶ Et iam Romanus nõ appropinq̃bat modo: sed direxerat etiam in pugnã naues: itaq; non ab hoste & prelio magis Peni: q̃ suo metipsi tumultu turbabantur: & temptata uerius pugna: q̃ inita in fugam auerterunt classem. & cum auersi ad suos lato agmine & tam multis simul uenientibus haud sane intrabiles essent: in littus passim naues egerũt: atq; alii uadis alii sicco littore excepti partim armati: partim inermes: ad instructam per littus aciem suorum perfugere. ¶ Due tamẽ ꝑmo cõcursu capte erant Punice naues: quattuor suppresse. Romani q̃q̃ terra hostiũ erat armatamq; aciem toto pretentã in littore cernebant. haud cõtanter tamẽ insequuti trepidam hostium classem: naues omnes: que non aut perfregerant proras littore il/lisas aut carinas fixerant uadis: religatas pupibus in altum extraxere: ad qnq; &. xx. naues ex. xxx. cepere. Neq; id pulcherrimũ eius uictorie fuit: sed ꝙ una leui pugna toto eius ore mari potiti erant: itaq; ad Onustam classe: profecti: ascensu: a nauibus in terram facto cũ urbem ui cepissent: captamq; diripuissẽt: Carthaginẽ inde petũt: atq; omnem agrum circa depopulati: postremo tecta quoq; coniuncta muro: por/tisq; incenderũt. inde iã preda grauis ad Longunticã peruenit classis. Vbi uis magna sparti fuit ad rem nauticam collecta ab Hasdrubale. quod satis inusum fuit sublato: ceterum omne incensum est: nec continentis modo per retas oras preteruecta: sed in Ebusium insulam transmissum. ubi Vrbe: que caput insule ẽ: biduum nequicq̃ sũmo labore oppugnata: ubi in spem irritam frustrari tempus aĩmaduersum est: ad popu/lationem agri uersi: direptis aliquot: incensisq; uicis: maiore q̃m ex continenti preda parata: cum in naues sese recepissent: ex Balearibus insulis Legati pacem petentes: ad Scipionem uenerunt. inde flexa retro classis. reditumq;: in citeriora prouincie: quo omnium populorum: qui Hiberum incolunt: multorum & ultime Hispanie Legati concurrerunt. ¶ Sed qui uere ditionis Imperiiq; Romani facti sunt: obsidibus datis amplius populi fuerunt: centum uiginti. ¶ Igitur terrestribus quoq; copiis satis fidens: Romanus usq; ad saltum Castulonensem est progressus. ¶ Hasdrubal in Lusitaniam ac propius Oceanum concessit. ¶ Quietum inde fore uidebatur reliqum estatis tẽpus: fuissetq; per Penum hostem: sed preterq̃ quod ipsoꝝ Hispanorum inquieta: auidaq; in nouas res: sunt ingenia: Mãdonius uir nobilis: qui antea Ilergetũ Regulus fuerat: postq̃ Romani a saltu recessere ad maritimam oram concitis popularibus: in agrum pacatum Romanorum sotiorum ad populandum uenere. ¶ Aduersus eos tribus mi/libus cum expeditis auxiliis a Scipione missis: leui certamine: ut tumultuariam manũ fudere. multis occisis: quibusdam captis: magna pars armis exuta. ¶ Hic tñ tumultus cedentem ad Oceanum Hasdrubalem: cis Hiberum ad sotios tutandos retraxit. ¶ Castra Punica in agro Lergauonensiũ: castra Romana: ad Nouã Classem erant. cum fama repens alio uertit bellum. ¶ Celtiberi principes: qui regiõis sue Legatos: ob/sidesq; dederant Romanis: nuntio misso a Scipione exciti: arma capiunt. Prouintiãq; Carthaginensium ualido exercitu inuadũt: tria oppida ui expugnant: inde cũ ipo Hasdrubale duobus preliis egregie pugnantes. xv. milia hostium occiderunt: q̃ttuor milia cum multis militaribus signis capiunt. ¶ Hoc statu reꝝ in Hispania. P. Scipio in Prouintiam uenit: prorogato post Consulatũ imperio a Senatu: missus cũ. xxx.

ꝑꝑere

.CH. Scipio Hasdrubalem bello nauali uicit: carthaginẽ q[illegible] [illegible] omnia depopulat.

.C.XX ppli pacẽ a Scipione petierũt et dediderunt

Duobus ꝑliis res romana superior

P. CN. SCIPIONI. IMPERIU prorogat.

CH. et p. Sciponos Saguntū ꝑuenit ad recuperandos hispanie obsides ab Annibale traditos in Tarco custos

lōgis nauibus & octo milibus militum magnoq; cōmeatu adiecto. Ea classis ingēs
agmine onerariaꝝ ꝓcul uisa: cū magna leticia ciuium sociorūq; portum Tarraconis
exalto tenuit: ibi milite exposito ꝓfectus Scipio fratri coniungit: ac deinde cōmūi
animo consilioq; gerebant bellum. Occupatis igitur Carthaginensibus Celtiberico
bello: haud contanter Hiberum: transgrediuntur. nec ullo uiso hoste Saguntum
pergunt ire: q; ibi obsides totius hispanie traditos ab Annibale: fama erat: modico in
arce custodiri ꝑsidio. id unū pignus inclinatos: ab Romana societate omniū Hispāie
populoꝝ animos morabatur: ne saguine liberorum suorum culpa defectiōis lueret.
Eo uinculo Hispaniam uir unus sollertia magis: q̃ fideli Consilio: exoluit. Dux
erat Sagunti nobilis Hispanus: fidus ante Penis tum (qualia pleraq; sunt Barbarorū
ingenia) cum fortuna mutauerat fidem. ceterum transfugam: sine magne rei ꝑditiōe
uenientem ad hostes: nihil aliud q̃ unum uile atq; infame corpus esse ratus: id agebat:
ut q̃maximum emolumentum ueluti nouis sotiis esse: circunspectis igitur omnibus
que fortuna potestatis eius poterat facere: obsidibus potissimum tradendis: animū ad-
iecit: eam unā rē maxime ratus cōciliaturam Romāis principum Hispanie amiciciā.
Sed cū iniussu Bostaris ꝑfecti sciret nihil obsidū custodes facturos esse: Bostarē ipm
arte aggreditur. castra extra urbem in ipso littore habebat Bostar: ut aditum inter-
cluderet ex portu Romanis: ibi eum in secretum abductum uelut ignorantē: monet
in quo statu sit res: metum continuisse ad eam diem Hispanorum animos: quia ꝓcul
Romani abessent: nunc cis Hiberum castra Romana esse: arcem tutam perfugiumq;
nouas uolentibus res: itaq; quos metus non teneat: benefitio & gratia deuinciēdos eē.
Miranti Bostari percontantiq;: quod nam id subitum tante rei donum possit esse.
Obsides inquit in ciuitates remitte. id priuatim parentibus: quorum maximū nomē
in ciuitatibus est: suis & publice populis gratū erit: uult sibi quisq; credi & habita fides
ipsamplerunq; obligat fidem. ministerium restituendorum domos obsidum mihi met
deposco: ipse ut opera quoq; impēsa Consilium adiuuem meum: & rei suapte natura
grate quantam insuper gratiam possim adiciam. Homini non ad cetera Punica in-
genia: callido: ut persuasit: nocte clam ꝓgressus: ad hostiū stationes: conuentis q̄busdā
auxiliaribus Hispanis & ab iis ad Scipionē perductus: quid afferret: exprimit: fide ac-
cepta: dataq;: ac loco & tempore cōstituto: obsides tradendos Saguntum redit. Diē
insequentem absumpsit cum Bostare: mandatis ad rem gerēdam: accipiendis dimissus.
cum se nocte iturum: ut custodias hostium falleret: constituisset: ad compositam cū
iis horam: excitatis custodibus puerorum profectus ueluti ignarus: in preparatas: sua
fraude insidias ducit. In castra Romana perducti: cetera omnia de reddendis obsi-
dibus: sicut cū Bostare constitutū erat acta: per eundē ordinem quasi Carthaginēsiū
nomine: sic ageretur. Maior aliquanto Romanorum gratia fuit: in re pari: q̃ q̃nta
futura Carthaginensiū fuerat. Illos enī graues superbosq; in rebus secundis exptos
fortuna & timor mitigasse uideri poterat. Romāus primo aduētu incognitus ante:
a re clementi liberaliq; initium fecerat. Et Abelox uir prudēs haud frustra uidebat
sotios mutasse. Itaq; ingenti consensu ad defectionē omnes spectare. armaq; extēplo
mota forent: ni hyems: que Romanos quoq; & Carthaginenses concedere in tecta
coegit: interuenisset. Hec in Hispāia quoq; secūda estate Punici belli: gesta. Cū
in Italia paululum interualli cladibus Romanis: sollers cōtatio Fabii fecisset: que ut
Annibalem non mediocri sollicitum cura habebat: tādem eum militie magistrum de-
legisse Romanos cernentem: qui bellum ratione non fortuna: gereret: ita contēpta
erat inter ciues armatos pariter togatosq;: utiq;: postq̃ absēte eo: temeritate Magistri

Bostar

Infamis

Ministerium

Abelox

RES ITALICE

equitum leto ut prius dixerim q̃ prospero euentu pugnatũ. fuerat. Accesserant due res ad augendã inuidiam: Dictatoris: una fraude: ac dolo: Annibalis: quod quom A: ꝑfugis ei mõstratus ager Dictatoris esset: om̃ibus circa solo equatis: ab eo uno ferrũ: ignemq;: & uim omnem hostium abstineri iussit: ut occulti alicuius pacti ea merces uideri posset. Altera ipsius facto: primo forsitan dubio quia non expectata in eo Senatus autoritas est: ad extremam haud ambigue in maximam laudem uerso: in ꝑmutandis captiuis: q̃ sicut primo punico bello factum erat: conuenerat inter Duces Romanos: Penũq;: ut que pars plus reciperet: q̃ daret: argenti põdo bina: & selibras in milite prestaret. cc. xlvii. cum plures Romãus: q̃ Penus recepisset: argẽtumq; pro eis debitum: sepe iactata in Senatu re: quoniam nõ Consuluisset Patres: tardius rogaretur: inuiolatum ab hoste agrum: misso Romam filio: uẽdidit. fidemq; publicam impendio priuato exoluit. Annibal pro Gerionis menibus: cuius urbis capte: atq; incẽse a se in usum horreorum: pauca reliquerat tecta: statiua habebat: inde frumẽtatum duas exercitus partes mittebat: cum tertia ipse expedita in statiõe erat: simul castris presidio: & circũspectans necunde impetus in frumẽtatores fieret. Romanus tunc exercitus in agro Larinati erat. preerat Minutius Magister equitum. ꝓfecto sicut ante dictum est ad Vrbem Dictatore. Ceterum castra que in monte alto ac tuto loco posita fuerunt: iam in planũ deferunt̃. agitabanturq; pro ingenio Ducis Consilia callidiora: ut impetus aut in frumentatores palatos: aut in castra relicta: cũ leui manu: presidioq;: fieret. Nec Annibalem fefellit: cum duce mutatã esse belli rationem: & ferotius q̃ Consultius rem hostes gesturos. Ipse autem: quod minime quis crederet: cum hostis propius esset: tertiam partem militum frumentatum: duabus retentis in castris: dimisit: deinde castra ipsa propius hostem mouit. duo ferme a Geriõe milia: in tumulum hosti conspectum: ut intentum sciret esse ad frumentatores: siqua uis fieret: tutandos. Propior inde ei atq; ipsis immines̃ Romanoꝝ castris tumulus apparuit: ad quem capiendum si luce palam iretur: q̃a haud dubie hostibus: breuiore uia: preuentus esset: nocte clam missi Numide ceperunt: quos tenentis locum contempta paucitate: Romãi postero die cum eiecissent: ipsi eo transferunt castra. Tũ itaq; ut exiguũ spatii uallũ a uallo aberat: & id ipsum tota ꝑpe cõpleuerat Romana acies: simul & per aduersa castra a castris Annibalis eq̃tatus cũ leui armatura emissus in frumentatores late cedẽ: fugãq; hostiũ palatorũ fecit. Nec acie certare Annibal ausus: q̃a tãta paucitate uix castra si oppugnarent̃ tutari poterãt: iãq; artibus Fabii pars exercitus aberat: iã fame sedẽdo & cũtãdo bellum gerebat. receperatq; suos ĩ ꝑora castra: que ꝓ Geriõis menibus erant. iusta quoq; acie: & collatis signis: dimicatũ: q̃dã autores sũt. ꝑmo cõcursu: Penũ usq; ad castra fusũ: inde eruptione facta repẽte uersũ terrorẽ in Romãos. Numerii Decimi Sãnitis deinde aduẽtu preliũ restitutũ hunc Principem genere ac diuitiis: nõ Bouiani mõ unde erat: sed toto Samnio: iussu Dictatoris octo milia peditũ & equites ducentos adducẽtem in castra: ab tergo cum apparuisset Annibali: speciem partis utriusq; tribuisse: noui subsidii. cumq; Fabio ab Roma ueniente: Annibalẽ insidiaꝝ quoq; aliquid timẽtem: recepisse suos. Romanũ insequutũ: adiuuante Samnite: duo castella eo die: expugnasse. sex milia hostiũ cesa: quinq; admodum Romanorum: nuntiatum est. Tamen in tam pari prope clade fama egregie uictorie: cum uanioribus litteris Magistri equitum: Romam perlata: de iis rebus per sepe & in Senatu: & in contione: actũ est: cum leta ciuitate: Dictator unus nihil nec fame nec litteris crederet. Vt uera omnia essent: secunda se magis q̃m aduersa: timere diceret. Tũ. M. Metellus Tribunus Plebis id unũ enĩ uero ferẽdũ

esse negat: non presentem solum Dictatorem obstitisse rei benegerende: sed absentẽ etiam geste obstare: & inducẽdo bello: ac sedulo tempus terere: quo diutius in Ma/gistratu sit. solusq; Rome & in exercitu: imperium habeat: quippe Consulũ alterum in acie cecidisse: alterum specie classis Punice persequende procul ab italia ablegatum: duos Pretores Sicilia: atq; Sardinia: occupatos: quorum neutra hoc tẽpore ꝓuincia Pretore egeat. M. Minutium Magistrum eq̃tum: ne hostem uideret: neq̃ d Rei. P. gereret: prope in custodiam habitũ. itaq; hercule non Samnium modo quo iã tanq̃ trans Hiberum agro Penis concessum sit: & Campanũ Calenumq; & Falernũ ꝑua/statos esse sedente Casilini Dictatore: & legionibus Populi Romãi agrũ suũ tutãte. exercitum cupientem pugnare: & Magistrum equitum clausos prope intra uallum retentos: tanq̃ hostibus captiuis arma adempta. tandem ut abscesserit inde Dictator: ut obsidione liberatos: extra uallum egressos: fudisse: ac fugasse hostes: quas ob res si antiquus aĩmus Plebi Romane esset: audacter se laturum fuisse: de Fabii Imperio. Nunc modicam rogationẽ ꝓmulgaturũ de eq̃ãdo Magistri equitũ: & Dictatoris iure: nec tamen ne ita quidem prius dimittendum ad exercitum. Q. Fabium: q̃ Cõ/sulem in locum. C. Flaminii suffecisset. Dictator cõtionibus se abstinuit: in actiõe minime popularis: nec inde Senatu quidem satis equis auribus audiebatur. hũc cum hostem extolleret uerbis: biennii q; clades per temeritatem atq; inscientiam Ducum acceptas referret: Magistroq; equitum: ꝙ contra dictum suum pugnasset: rationem diceret reddendam esse: si penes se summa Imperii: Consiliiq; sit: propediem effecturũ: ut sciant homines bono Imperatori: haud magni fortunam momenti esse: mentem rationemq; dominari se seuo tempore: & sine ignominia seruasse exercitum: q̃ multa milia hoĩm occidisse ducere maiorẽ gloriam esse. Huius generis orationibus frustra habitis & Consule creato. M. Attilio Regulo: ne presens de iure Imperii dimicaret: pridie q̃ rogationis ferende dies adesset: nocte ad exercitum abiit. Luce orta: cum Plebis Concilium esset: magis tacita inuidia Dictatoris: fauorq; Magistri equitum: animos uersabat: q̃ satis audebant homines ad suadendũ: quod uulgo placebat: ꝓdire & fauore superante: autoritas tamen deerat rogationi. Vnus inuentus est Suasor legis. C. Terentius Varro: qui priore anno Pretor fuerat: loco non humili solum: sed etiam sordido ortus: Patrem lanium fuisse ferunt: ipsum institorẽ Mercis filioq; hoc ipso in seruili eius artis ministerio usum: is iuuenis utũ ex eo genere questus pecunia a patre relicta: animum ad spem liberalioris fortune iecit: togaq; & forum placuere proclamando pro sordidis hominibus: carisq; aduersum rem & famam bonorũ primũ in notitiam populi: deinde ad honorem: ꝑuenit. Questura quoq; & duabus Edilitati/bus Plebeia: & Curuli: postremo & Pretura perfunctus iam ad Consulatus spem cum attolleret aĩmos: haud parum callide: auram fauorabilis populi ex Dictatoria inui/dia petit. Sicq; Plebis unus gratiam tulit. Omnes eam rogationem: quiq; Rome qq; in exercitu erant: atqui atq; inqui: preter ipsum Dictatorem: in contumeliã eius latã acceperunt: ipse qua grauitate animi criminãtes se: ad multitudinẽ inimicos tulerat: eadem & populi in se seuientem iniuriam tulit. acceptisq; in ipso itinere litteris: sicut de equato Imperio: satis fidens: haudquaq̃ cum Imperii iure artem imperandi eq̃tam cunq; inuicto a ciuibus hostibusq; animo ad exercitum rediit. Minutius uero cũ iam ante uix tolerabilis fuisset: secũdis rebus ac fauore uulgi: tum utiq; immodice im/modesteq; nõ Annibale magis uicto a se q̃ Fabio gloriari: illum in rebus aspis unicũ ac parem Ducem quesitum Annibali. maiorem minori Dictatorem Magistro eq̃tũ quod nulla memoria habeat annalium iussu populi equatum in eadem ciuitate: in q̃

In tanti

Magistri equitū uirgas: ac secures Dictatoris: tremere: atq; horrere: soliti sūt: in tantū suam felicitatē uirtutemq; enituisse. Ergo sequuturū se fortunā suam: si Dictatoris contatio in segnicie deorum hominumq; iuditio damnata perstaret ¶ Itaq; quo die primum congressus est cum Fabio statuēdum primū omnium esse ait: quēadmodū Imperio adequato utantur: se optimum ducere: aut diebus alternis: aut si maiora in/ terualla placerent: partitis temporibus alterius summum ius: Imperiumq; esse: ut par hosti non solum Consilio: sed uiribus etiam esset. si quam occasionem rei gerende ha/ buisset. Q. Fabio haud q̄q̄ id placere. omnia enim fortunam habituram: quecunq; temeritas college habuisset: sibi communicatum cum alio: non ademptum Imperium esse. Itaq; se nunq̄ uolentem parte qua posset rerum consilio gerendarum: cessurum: nec se tempora: aut dies Imperii: cum eo exercitus diuisurum: suisq; Consiliis: quoniā omnia non liceret: que posset seruaturū ¶ Ita obtinuit ut legiones: sicut Consulibus mos esset: inter se diuiderēt. ¶ Prima & quarta Minutio ¶ Secunda & tertia Fabio euenerunt. ¶ Item equites pari numero sotiumq;: & Latini nominis auxilium di/ uiserūt ¶ Castris se quoq; separari Magister equitū uoluit ¶ Duplex inde Annibali gaudium fuit: neq; enim quicq̄ eorum: que apud hostes gerebantur: eum fallebat: & profugis multa indicantibus & per suos explorantem. Nam & liberam Minutii te/ meritatem se suo mō captuꝝ: & sollertie Fabii dimidiū uirium decessisse ¶ Tumulus erat inter castra Minutii & Penorum: qui eum occupasset: haud dubie iniquiorē erat hosti locum facturus. eum non tam capere sine certamine uolebat Annibal: quanq̄ id operepretium erat: in causam certaminis cum Minutio quem semper occursurum ad obsistendum satis sciebat: & contra iturum ¶ Ager omnis medius erat prima specie inutilis insidiatori: quia nō modo siluestre quicq̄: sed ne uepribus quidem uestitum: habebat: re ipsa natus detegendis insidiis: eo magis: ꝙ in nuda ualle nulla talis fraus timeri poterat. & erant in anfractibus caue rupes: ut quedā earum ducētos armatos possent capere: in has latebras: quot quēq; locum apte insidere poterant: quinq; milia conduntur peditum: equitūq;. nec ubi tn̄ aut motus: alicuius temere egressi: aut fulgor armorum fraudem in ualle tam aperta detegeret: missis paucis ꝓma luce: ad capiēdū quem antediximus tumulum auertit oculos hostium ¶ Primo statim conspectu cō/ tempta paucitas ac sibi quisq; deposcere pellendos inde hostis Ad locum capiendum Dux ipse inter stolidissimos ferocissimosq; ad arma uocat: & uanis animis & minis in/ crepat hostem ¶ Principio leuē armaturam dimittit: deinde conferto agmine mittit equites. Postremo cū omnibus subsidia quoq; itura mitti iubet. instructisq; legiōibus procedit ¶ Et Annibal laborantibus suis: alia atq; alia: crescente certamine: mittens auxilia peditum: equitumq;: iam iustam explicuerat aciem: ac totis utrinq; uiribus certabatur ¶ Prima leuis armatura Romanoꝝ: preoccupatū inferiore loco succedēs tumulum: pulsa: detrusaq;: terrorem in succedentē intulit equitem. & ad signa legionū refugit. peditū acies inter perculsos impauida sola erat: uidebatq;: si iusta: aut recta pugna esset: haudquaq̄ impar futura: tantum animoꝝ fecerat prospere ante paucos dies res gesta: sed exorti repente insidiatores eum tumultū terrorēq; ī latera utrinq;: abtergoq; incursantes fecerunt: ut nec animus ad pugnam: neq; ad fugam cuiq̄ spes superesset ¶ Tunc Fabius primo clamore pauentium audito: deinde conspecta ꝓcul turbata acie ita est inqt: non celerius q̄ timui: deprehendit fortuna temeritatē: Fa/ bio equatus Imperio Annibalem & uirtute: & fortuna superiorem uidet: sed aliud iurgandi: succensendiq; tempus erit: nūc signa extra: uallum profecte uictoriā hosti extorqueamus. confessionem erroris ciuibus. ¶ Iam magna ex parte alus cesis: alus

Diuidunt exercitū equites Dict. et mag. eq. et sua quisque castra locat separatim

Conflictus Annibalis cū Minutio et Dictatoris aduentu eius liberatio

Dictatoris uerba

circunspectantibus fugam: Fabiana se acies repente: uelut celo demissa: ad auxilium ostendit. Itaq; prius q̃ ad coniectum teli ueniret: aut manum consereret: suos a fuga effusa & a feroci pugna hostis continuit: q solutis ordinibus uage dissipati erãt: ũdiq; confugerunt ad integram aciem. qui pluresſimul terga dederant: conuersi in hostem uoluentesq; orbem: nunc sensim referre pedem: nunc conglobati restare: ac iam ꝑpe una acies facta erat: uicti atq; integri exercitus: inferebantq; signa in hostem cum Penus receptui cecinit: palam ferente Annibale: ab se Minutium: se a Fabio uictum ¶ Itaq; per uariã fortunam diei maiore parte exacta: cum in castris reditum esset: Minutius conuocatis militibus ¶ Sepe ego inquit audiui milites: eũ primũ esse uirũ: qui ipse consulat: quid in re sit. secundum eum: qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere: nec alteri parere scit: eum extremi ingenii esse: nobis quoniam prima aĩmi: ingeniiq; negata sors est: secundam ac mediam teneamus: & dum imperare discimus: parere prudẽti in animum inducamus. castra cum Fabio iungamus. ad pretoriũ eius signa cum tulerimus: ubi ego eũ parẽtem appellauero: quod beneficio eius erga nos: ac maiestate eius dignum est: uos milites eos: quorũ uos modo arma dextereq; texe/runt patronos salutabitis. & si nihil aliud: gratorum certe nobis animorũ gloriã dies hec dederit ¶ Signo dato conclamatur inde ut colligãtur uasa ¶ Profecti agmine incedentes ad Dictatoris castra: in admirationem & ipsum: & omnes qui circa erant: conuerterunt: ut cõstituta sunt ante tribunal signa: progressus ante alios Magister equitum cum patrem Fabium appellasset: circũfusosq; militum eius Patronos totum agmen consalutasset ¶ Parentibus inquit Dictator meis: q̃bus te modo nomine: quo fando possum: ac qua ui: uitam tantum debeo. tibi cum meam salutem: tum omnium horum itaq; Plebiscitum quo oneratus magis: q̃ honoratus sum: primus antiquo: ab/rogoq;. & quod tibi mihiq; quod exercituiq; tuo cõseruato: ac conseruatori: sit felix sub Imperio auspicioq; tuo redeo & signa hec legiõesq; restituo. Tu queso placatus me Magistrum equitum: hos ordinibus suis quenq; teneri iubeas ¶ Tũ dextre inter/iuncte militesq; contione dimissa: a notis ignotisq; benigne atq; hospitaliter inuitati. letusq; dies ex admodum tristi pauloante: ac prope execrabili factus ¶ Rome ut est perlata fama rei geste deinde litteris non magis ipsorum Imperatorum: q̃m uulgo militum: ex utroq; exercitu affirmata: pro se quisq; Maximũ laudibus in celũ ferre. ¶ Par gloria apud Annibalem: hostisq; Penos erat: ac tum demum sẽtire cũ Romãis: atq; Italia bellum esse. nã biennio antea adeo & duces Romanos: & milites spreue/rant: ut uix cũ eadem gente bellũ esse crederẽt: cuius terribilem eam famã apatribus accepissent ¶ Annibalem quoq; ex acie redeuntem dixisse ferunt: tandem eam nubẽ: que sederet in iugis montium: sollicitatam: procelle hymbrem dedisse. ¶ Dum hec ge/runt͛ in Italia. Cn. Seruilius Geminus Consul: cũ classe nauiũ circunuertit Sardinie & Corsice oram: & obsidibus utrinq; acceptis: in Africam transmisit. & prius q̃ in con/tinentem descensiones faceret: Menia insula uastata: & ab incolentibus circa eam: ne & ipsorum ureretur: diriperetur q; ager. x. talentis argenti acceptis: ad littora Africe accessit. copiasq; exposuit: inde ad populãdũ agrũ ducti milites: naualesq; socii iuxta effusi: ac si insulas cultoꝝ egentis predarent͛: itaq; in insidias temere illati: cũ a frequẽ/tibus palantes & locorũ ignari: circunuenirent͛: cum multa cede: ac feda fuga: retro ad naues cõpulsi sunt. Ad mille hoĩm: cũ his Sẽprõio Bleso Questore amisso: classis a littoribus hostium plenis: trepide soluta in Siciliã cursum tenuit: traditaq; Libybei tota Atilio Pretori ut a legato eius. P. Sura Romam reduceretur ¶ Ipse ꝑ Siciliam pedibus ꝑfectus: freto in Italiã traiecit. ¶ Litterisq; Fabii accitus: & ipse & Collega

Minutii pulcherrima et breuis oro

Altera eiusdem oro

Annibal de Max

Tandẽ eã nubẽ q̃ sedet i iugis montiũ sollicitatã ꝓcelle hymbrẽ dedisse

CN. SERUILIUS GEMINUS COS. male i africa pugnat. reducta i Sicliã classe pedester i italiam redit

Terribil

eius. M. Attilius: ut exercitū a se: exacto iā ꝓpe semestri Imperio acciperet. ¶ Omniū prope Annales Fabium Dictatorē aduersus Annibalem rē gessisse: tradunt. Celius etiam eum primum a Populo creatum Dictatorem scribit. Sed & Celium & ceteros fugit uni Consuli. Cn. ¶ Seruilio: qui tūc procul in Gallia prouintia aberat: ius fuisse dicendi Dictatoris. Quam moram quia expectare ciuitas: iam territa non poterat: eo decursum est: ut a populo crearetur: qui Prodictatore esset: res inde gestas: gloriamq; insignem ducis & augende titulū imaginis posteris ut Dictator Prodictatore diceretē: facile obtinuisse. ¶ Adeoq; inopia est coactus Annibal: ut nisi tū fuge speciē abeundo timuisset: Galliam repetiturus fuerit: nulla relicta spe alendi exercitus: in eis locis: si insequentes Consules eisdem artibus bellū gererent. ¶ Consules. M. Attilius Fabiāus Geminus Seruilius Musitanus exercitu accepto: hybernaculis mature cōmunitis: tum autumni erat tempus: Fabii artibus: cum sūma inter se concordia: bellū gesserunt. ¶ Frumentatum exeunti Annibali diuersis locis opportune aderant: carpentes agmen: palatosq; excipientes. ¶ In casum uniuerse dimicationis: quā omnibus artibus petebat hostis: non ueniebant. ¶ Cum ad Gerionem iam hyeme impendēte constitisset bellum: Neapolitani Legati Romam uenere: ab iis quadraginta patere auree magni ponderis in curiā illate atq; ita uerba facta: ut dicerent. ¶ Scire se Romani Populi erarium bello exhauriri: & cum iuxta pro urbibus agrisq; sotiorum: ac pro capite: atq; arce Italie Vrbe Romana: atq; Imperio geratur: equum censuisse: Neapolitanos quod auri sibi: cum ad ipsorum ornatum tum ad subsidium fortune a maioribus relictum foret: eo iuuare Populum Romanū siquam opem in sese crederent: eodem studio fuisse oblaturos. gratū sibi Patres Romanos Populūq; factuꝝ si omnes res Neapolitanorum suas dixissent: dignosq; iudicauerint: a quibus donum animo ac uolūtate eoꝝ q libenter darent: q̄ re maius: ampliusq;: acciperent. ¶ Legatis gratie acte: pro munificentia curaq;. ¶ Patera que ponderis minimi fuit: accepta. Per eosdem dies: spectator Carthaginensis: qui per biēnium fefellerat Rome deprehensus: precisis manibus: dimittitur. ¶ Et serui quinq; & uiginti in crucem acti: quod ī campo martio cōiurassent. indici data libertas: & eris grauis. xx. milia. ¶ Legati: & ad Philippum Macedonū Regem missi: ad deposcendū Demetrium Pharium: qui bello uictus ad eum fugisset: & alii in Ligures: ad expostulādū: ꝙ Penum opibus: auxilisq; suis iuuissent: simul ad uisendum ex propinquo: que in Bois atq; insubribus gererent. ¶ Ad Pineum quoq; Regem in Illyrios Legati missi: ad stipendium per eos dies accipiendum. ¶ Adeo & si bellum esset ingens in ceruicibus nullius usq̄ terrarum: rei cura Romanos ne lōginqua quidem effugiebat: in religionē etiam uenit edem cōcordie quam per seditionem militarem biennio ante. L. Manlius Pretor in Gallia uouisset: locatam: ad id tempus nō esse: itaq; Duumuiri ad eam rem creati ab Emilio Pretore urbis. Cn. Pupius & Ceso Quintius Flaminius edem in arcem faciendam locauerūt. ¶ Ab eodem Pretore ex. S. C. littere ad Consules misse: ut si iis uideretur: alter eorum ad Consules creādos Romam ueniret. se in eam diem: qua iussissent: comitia dictuꝝ. ¶ Ad hec a Consulibus rescriptum: sine detrimento Rei P. abscedi non posse ab hoste: itaq; per inter Regem comitia habenda esse potius: q̄ Consulum alter a bello uocaretur. ¶ Patribus rectius uisum est Dictatorem a Consule dici comitiorum habēdoꝝ causa. dictus. L. Veturius Philo. M. Pomponium: Mathonem Magistrum equitū dixit: his uitio creatis: iussisq; die q̄rtodecimo se magistratu abdicare: ad inter Regnū res redit. Consulibus propagatum in annum imperiū: inter Reges proditi a patribus Cn. Claudius: Appii Filius Cēto: inde. P. Cornelius Asina: ī eius inter Regno comitia

Functus dictatura MAXIMUS

CONS·

Legati neapolitani romā pateras aureas senatui ferūt ad sustinēdū bellū

Speculator carthaginēsis et v ac xx servi multati

Interrex comitia haberet

·L· VETURIUS PHILO DICTATOR ad dicendos cons.

INTERREGES CREATI

habita: magno certamine Plebis: ac Patrum. C. Terentio Varrone: quem sui generis hominem plebs insectatione principum popularibusq; artibus conciliatum: ab. Q. Fabii opibus: ex Dictatorio Imperio concussi: aliena inuidia splendentem: uulgus etiam extrahere ad Consulatum nitebatur. ¶ Partes summa ope obstabant: ne se in/sectando sibi equari assuescerent homines. ¶ Bebius Herennius Tri. Pl. Cognatus. C. Terentii criminando: non Senatũ modo: sed etiam augures: ꝙ Dictatorẽ ꝓhibuissẽt comitia perficere: per inuidiam eorum: fauorem candidato suo conciliabat. ¶ Ab ho/minibus nobilibus: per multos annos bellũ querentibus: Annibalẽ in Italiã adductũ: ab iisdem cum debellari possit: fraude id bellum trahi. cũ quattuor militũ legiõibus uniuersis pugnari posset: apparuisse eo ꝙ. M. Minutius absente Fabio: ꝓspere pug/nasset. duas legiones hosti ab eodem obiectas: deinde ex ipsa cede ereptas: ut pater patronosq; appellaretur: qui prius uincere prohibuisset Romanos: q̃ uinci. Consules deinde Fabianis artibus: cum debellari posset: bellum traxisse: id fedus inter omnes nobiles ictum: nec finem ante belli habituros: q̃ Consulẽ uere plebeiũ: id est hominẽ nouum fecissent. Nam Plebeios nobiles iam eisdem: initiatos esse sacris. & contemnere Plebem: ex quo contemni desierint a Patribus cepisse: cui non id appareret: id actũ: & quesitum eẽ: ut Interregnũ iniretur: ut in Patrum potestate comitia eẽnt: id Cõ/sules ambos ad exercitum morando quesisse: id postea: quia inuitis iis Dictator esset dictus: comitiorũ causam expugnatam esse: ut uitiosus Dictator per Augures fieret: Abhorrere igitur Interregnum eos. Consulatum unum certe Plebis Romane esse: Populum liberum habiturum: ac daturũ ei: qui magis uincere: q̃ diu imperare: malit. ¶ Cum his orationibus accensa Plebes esset: Tribus patritiis petentibus. P. Cornelio Merenda. L. Mãlio Volsone. M. Emilio Lepido: duobus nobilibus iã familiaribus Plebei. C. Attilio Serrano: & Acilio Peto. Quorũ alter Pontifex: alter Augur erat. C. Terentius Consul unus creatur. aut in manu eius essent comitia rogando College. Tum cum experta esset nobilitas: parũ fuisse uirium in cõpetitoribus eius. L. Emi/lius Paulus: qui cum. M. Lelio Consul fuerat: & damnatione College: & sua: prope ambustus euaserat: infestus Plebei diu: ac multum recusans ad petitionem compulsus iuris: proximo comitiali die: concedentibus omnibus: qui cum Varrone certauerant: parte magis in aduersa: q̃ Collega datur Consuli. ¶ Ante Pretoriana comitia habita creati. M. Pomponius Matho: &. P. Furius Pphilo. ¶ Rome urbana sors iuridicum Pomponio inter ciues Romanos: & peregrinos euenit. ¶ Additi duo Pretores. M. Claudius Marcellus in Siciliam. L. Postumius Albinius in Galliam. omnes absentes. creati sunt: nec quis q̃ eorum: preter Terentium Consulẽ erat: cui iam antea mãdatus honos non fuisset: preteritis aliquot fortibus ac strenuis uiris: qa in tali tẽpore nullus nouus Magistratus uidebatur dandus. ¶ Exercitus quoq; multiplicati sunt. ¶ Quãte autem peditum: equitũq; addite sint copie adeo ita numero & genere copiaꝝ uariãt autores: ut uix quicq̃ satis certum affirmare ausim decem milia nouorũ militum alii scripta in supplementum: alii nouas quattuor legiones: quinq; legionibus additas: ut nouem legionibus rem gererent: numero quoq; peditum: equitumq; legiões auctas milibus peditum: & centenis equitibus in singulas adiectis: ut quina milia peditũ: ter/centi equites essent: sotiiq; ut duplicem numerum equitum darent: pedites equarent. ¶ Septem & octoginta quinq; milia armatorũ: &. cc. in castris Romanis: cũ pugnatũ esset ad cãnas: quidam autores sunt. ¶ Illud haudquaq̃ discrepat: maiore conatu atq; impetu rem actam: q̃ prioribus annis: quia spem posse uinci hostem: Dictator pre/buerat. Ceteꝝ prius q̃ signa noue legiões ab Vrbe mouerent Decẽuiri libros adire:

L. Emilius paulus & C. Terentius varo CONS

varo

ac inspicere iussi: propter territos uulgo homines nouis prodigiis. Nam & Rome in Auētino: & Aricie nunciatū erat: sub idem tempus: lapidibus pluuisse: & multo cruore signa in Sabinis: Cedis: aquas e fōte calidas manasse: id quidem & qđ sepius acciderat: magis terrebat: & in uia Fornicata: que ad campū erat aliquot homines de celo tacti exanimatiq; fuerant. ¶ Ea ꝓdigia ex libris ꝓcurata. ¶ Legati a Pesto: pateras aureas Romam attulere. iis sicut Neapolitanis gratie acte: aurum non acceptum. ¶ Per eosdem dies ab Hierone classis hostiam cum magno apparatu accessit. legati Syracusani in Senatum introducti: nuntiarunt cedem C. Flaminii exercitusq; allatam adeo affecisse Regem Hieronem: ut nulla sui ꝓpria: regniq; sui clade moueri magis potuerit. itaq; quanǭ probe sciat magnitudinem Populi Romani admirabiliorem: prope aduersis rebus: q̄ secundis esse: missa tamen a se omnia: quibus a bonis fidelibusq; sotiis bella iuuari soleant: que ne accipe abministrat: magnopere per se publice orare iam omnium primum omnis causa: uictoriam auream pondo. ccc. xx. afferre sese. acciperent eam. tenerentq; & haberent propriam: & perpetuam: aduexisse etiā trecēti milia modiorum tritici: ducenta hordei: ne commeatus deessent. & quantum preterea opus esset: quo iussissent: subuecturos. milite: atq; eqte scire nisi Romani Latiniq; nominis nō uti Populum Romanum leuium armatorum auxilia etiam externa uidisse in castris Romanis: itaq; misisse mille sagittariorum ac funditorum aptam manum: aduersus funditores: ac Mauros: pugnacesq; alias gentes. ¶ Ad ea dona consiliū quoq; addebant: ut Pretor cui Sicilia Prouintia esset: classē in Africa traiceret: ut & hostes in terra sua bellum haberēt. minusq; laxamenti daretur iis: ad auxilia Annibali submittenda. ¶ Ab Senatu ita responsum Regi est. ¶ Virum bonum egregiumq; sotium Hieronem esse: atq; uno tenore: ex quo in amiciciam Populi Romani uenerit: fidē tenuisse. ac rem Romanam omni tempore omni loco munifice adiuuisse: id perinde ac deberet pergratum Populo Romano esse. ¶ Aurum: & a ciuitatibus quibusdam allatum non accepisse: Populum Romanum gratia Regis uictoriam omenq; accipere. sedemq; ei se diue dare dicareue Capitolium: templum Iouis Optimi Maximi in ea arce urbis Romane: sacratam: uolentem: propitiamq; firmā ac stabilem fore Populo Romano. ¶ Funditores sagittariiq; & frumentum traditum Cōsulibus. quinqremes ad nauium classem: que cum. M. Octacilio Propretore in Sicilia erat: quinq; & uigintí addite: permissumq; est: ut si e Re Publica. censeret esse: in Africam traiceret. Delectu perfecto: Cōsules: paucos morati dies: dum sotii: a nomine latino uenirent. ¶ Milites tūc quod nunǭ antea factum erat: iureiurando a Tribunis militum adacti iussu Consulum conuenturos: neq; iniussu: abituros: nam ad eam diem: nihil preter sacramentum fuerat: & ubi ad Decuriatum & Centuriatū cōuenissent: sua uolūtate ipsi inter se equites decuriati: centuriati pedites coniurabant: sese fuge atq; formidinis causa non abituros: neq; ex ordine recessuros: nisi teli sumēdi: aut petendi: aut hostis ferīedi: aut ciuis seruādi cā: id ex uolūtario inter ipsos federe: a Tribunis ad legittimā iurisiurandi adactionem translatum. ¶ Contiones prius q̄ ab urbe signa mouerentur: Cōsulis Varronis multe ac feroces fuerunt: denuntiantes bellum arcessitum in Italiā a nobilibus mansurumq; in uisceribus Rei P. Si plures Fabios imperatores haberet. Se quo die hostem uidisset. perfecturum. ¶ Collega eius pauli: una pridie q̄ ex urbe proficiscerentur: cōtio fuit uerior: q̄ gratior Populo: q̄ nihil inclemēter: in Varronē dictum: nisi id modo. ¶ Mirari se quo modo quis dux: prius q̄ aut suum: aut hostium exercitum: locorum situm: naturam regiōis: nosset: iā nunc locatus in urbe: sciret: que sibi agēda armato forent. & diem quoq; predicere posset: qua cū hoste signis collatis

esset dimicaturus. se que consilia: magis res dent hominibus: q̃ homines rebus: ea ante tempus immatura non precepturum: optare ut que caute. atq; consulte gesta essent: satis prospere euenirent. Temeritatẽ preter q̃ ꝙ stulta sit: infelicem etiã ad id locoꝝ fuisse. ¶ Eum sua spõte apparebat: tuta celeribus consiliis prepositurum: & quo id cõ/stantius perseueraret: Fabius Maximus sic eum proficiscentem alloquutus fertur.

Q. Fabij max. oro

Si aut Collegam: id quod mallem tui similem. L. Emili haberes: aut tu Collegae tui similis esses: superuacanea esset oratio mea: nam & duo boni Consules: etiã me tacẽte omnia e Re P. fide uestra faceretis. & mali nec mea uerba auribus uestris: nec cõsilia animis: reciperetis. Nunc & Collegam tuum & te talem uirũ intuẽti mihi: tecũ oĩs oratio est: quem uideo nequicq̃ & uirum bonum: & ciuẽ fore: si altera parte claudicet Res P. malis consiliis: idem & bonis: iuris & potestatis erit. Erras enim. L. Paule si tibi minus certaminis cum. C. Terẽtio: q̃ cũ Annibale futurum: censes. nescio an infestior hic aduersarius q̃ ille hostis: maneat: & cum illo in acie tãtum: cũ hoc oĩbus locis: ac temporibus: certaturus es: & aduersus Annibalẽ legiõesq; eius: tuis eqtibus ac peditibus pugnandum tibi sit: Varro dux tuis militibus te sit oppugnaturus. oĩi etiam tibi cã adsit. C. Flaminii memoria: tum ille Consul demum: & in Prouintia & ad exercitũ cepit furere. hic prius q̃ peteret Consulatũ deinde in petendo Consulatu: nũc quoq; Consul: prius q̃ castra uideat: aut hostem: insanit. & qui tãtas iam nũc procellas: ꝓlia: atq; acies: inter togatos ciet: quid inter armatam iuuentutem censes futurum? & ubi extemplo uerba res sequitur. Atqui si hic: qđ facturum se denuntiat: extemplo pug/nauerit: aut ego rem militarem: belli hoc genus: hostẽ hũc ignoro: aut nobilior alius Transimeno locus nostris cladibus erit. Nec gloriandi tempus aduersus unum est: ut ego contemnendo potius q̃ appetẽdo gloriam: modũ excesserim: sed ita res se habet: una ratio belli gerendi aduersus Annibalem est: quã ego gessi: nec euentus docet hoc: stultorum iste magister est. sed eadem ratio: que fuit futura: que donec res eadẽ ma/nebũt: immutabilis erit. in Italia bellum gerimus: in sede ac solo nostro: omnia circa plena ciuium: ac sotiorum sunt. armis: uiris: equis: commeatibus iuuant: iuuabũtq; id iam fidei documentum in aduersis rebus nostris dederunt. meliores: prudentiores: cõ/stantiores nos tempus diesq; facit: Annibal contra in aliena: in hostili est terra: inter omnia inimica: infestaq; procul a domo: procul a patria. neq; illi terra: neq; mari est pax: nulle eum urbes accipiunt: nulla menia: nihil usq̃ sui uidet: in diem rapto uiuit: partem uix tertiam eius exercitus habet: quo Hiberũ amnem traiecit: plures fames: q̃ ferrum absumpsit. nec his paucis iam uictũ suppeditat. dubitas ergo quin eũ sedẽdo superaturi simus: qui senescit in dies? non commeatus: non supplementũ: nõ pecuniã habet: q̃ diu pro Gerionis castelli Apulie inopis: tanq̃ pro Carthaginis menibus pug/natum ẽ? Sed ne aduersus te quidem ego gloriabor. P. Seruilius atq; Acilius ꝓximi Consules: uide quemadmodum eum ludificati sunt: hec una salutis est uia. L. Paule: quam difficilem infestamq; ciues magis q̃ hostes facient. Idem enim tui quod hostium milites uolunt. idem Varro Consul Romãus: quod Annibal Penus Imperator cupit. duobus ducibus unus resistat oportet. resistes autem: aduersus famã rumoresq; hoĩm si satis firmus steteris. Si te neq; Collegae uana gloria: neq; tua falsa infamia mouerit. A ueritate laborare nimis ius sepe aiunt extingui nunq̃. Gloriã q spreuerit: uerã ha/bebit: sine timidum: pro cauto: tardum: pro considerato: imbellem: pro perito belli: uocente Malo te sapiens hostis metuat: q̃ stulti ciues laudent: oĩa audentẽ cõtẽnet Annibal. Nil temere agentem: metuet: nec ego ut nihil agatur: sed ut agentẽ te ratio ducat: non fortuna. tue potestatis semper: tuaq; omnia sint: armatus: intẽtusq; sis neq;

occasioni tui desis: neq; suam occasionē hosti des: omnia non properanti clara certaq; erūt. festinatio improuida ē & ceca. ¶ Aduersus ea oratio Cōsulis haud sane leta fuit. magis fatentis: ea que diceret: uera: q̃ facilia actu: esse: Dictatori: Magistrum equitū intolerabilem fuisse. Quid consuli aduersum Collegam seditiosum: ac temerariū uirū: atq; autoritatis fore? se populare incendium priore consulatu: semiustum effugisse. optare: ut omnia prospere euenirent. At siquid aduersi caderet: hostiū se telis potius: q̃ suffragiis iratoꝝ ciuiū caput obiectuꝝ. ¶ Ab hoc sermōe profectū paulum tradūt: prosequentibus primoribus Patrum. ¶ Plebiū Consulem sua Plebs prosequuta turba q̃ dignitate conspectior. ¶ Vt in castra uenere: permixto nouo exercitu: ac uetere castris bifariam factis: ut noua minora essent: propius Annibali: in ueteribus maior pars: & omne robur uirium esset: tum anni prioris Consulem. M. Acilium etatem excusantem Romam miserunt. Geminium Seruiliū in minoribus castris legiōi Romāe: & sociū peditū equitumq; duobus milibus preficiunt. ¶ Annibal quanq̃ parte dimidia auctas hostium copias cernebat: tamen aduentu Consulum mire gaudere: non solū enim nihil ex raptis in diem commeatibus superabat: sed ne unde raperet qdem quicq̃ reliquerat: omni undiq; frumēto: postq̃ ager parum tutus erat: in urbes munitas cōuecto: ut uix decem dierum: quod compertum postea est. Frumentum superesset. Hispanorumq; ob inopiam: transitio parata fuerit: si maturitas temporū expectata foret. ¶ Ceterū temeritati consulis ac ꝑpropero ingenio materiam etiā fortuna dedit: q̄ in prohibendis predatoribus: tumultuario prelio ac procursu: magis militum: q̃ ex preparato: aut iussu Imperatorum orto: haudquaq̃ par Penis dimicatio fuit. ad. M. &.cc. cesis non plus Romanorum sociorumq;.c. occisis: ceterum uictoribus effuse sequētibus: metu insidiarum abstitit: Paulus Cōsul: cuius eo die: nā alternis imperitabāt: imperiū erat: Varrōe indignāte ac uociferāte: emissū hostē e manibus. debellariq; in cessatum foret: potuisse. ¶ Annibal id damnum haud egerrime pati: qn potius credere: uelut in escatam temeritatem ferocioris consulis. ac nouorum militum esse: itaq; locū & tēpus insidiis aptum se habere ratus: nocte proxima: nihil preter arma secū ferētis milites ducens: castra plena omnis fortune publice: priuateq; reliquit: transq; ꝓximos montes leua pedites instructos cōdit: dextra equites: impedimēta per cornu in mediū agmē traducit: ut diripiēdis uelut desertis fuga dominorum: castris occupatum impeditumq; hostem opprimeret. ¶ Crebri relicti in castris ignes: ut fides fieret: dū ipse longius spatium fuga preciperet: falsa imagine castrorum sicut Fabium priore āno frustratus fuerat: in locis tenere Cōsules uoluisse. ¶ Vbi illuxit subducte primo stationes deinde propius adeuntibus insolitum silentiū: admirationē fecit. iam satis cōpta solitudine in castris: concursus fit ad pretoria Consulum: nuntiantium fugam hostiū adeo trepidam: ut tabernaculis stantibus castra reliquerint. quoq; fuga obscurior eēt: crebros etiam: relictos ignes. ¶ Clamor inde ortus: ut signa proferri iuberent. ducerētq; ad persequendos hostes. ac protinus castra diripienda. ¶ Et Consul alter: uelut unus turbe militaris erat. ¶ Paulus etiam atq; etiam dicere prouidendum precauendūq; eē. postremo cum aliter: neq; seditionem: neq; ducem seditiōis sustinere posse: a Mauriū M. Statilium Prefectum cum turma Lucanorū exploratum misit: q ubi ad eqtauit portis subsistere extra munimenta ceteris iubet: ipse cum duobus equitibus: uallum intrauit. speculatusq; omnia: cum cura: renuntiat insidias profecto esse. ignes in parte castroꝝ: que uergāt in hostem relictos: tabernacula aperta: & omnia cara in ꝓmptu relicta: argentum quibusdam in locis temere per uias obiectum ad predam uidisse. Que ad detinendos a cupiditate animos nuntiata erant: ea accenderunt: & clamore

Annibalis prudentia

frustratus

sublato a militibus nisi signū detur sine ducibus ituros: haudquaq̄ defuit: nā extēplo Varro signū dedit proficiscēdi. Paulus cū ei sua sponte cōtanti: pulli quoq; auspitio non addixissent: nuntiari iam efferenti porta signa College iussit. ¶ Quod quanquā Varro egre est passus: Flaminii tñ recens casus Claudiiq; Cōsulis primo punico bello memorata naualis clades religiōem animo incussit. ¶ Dii prope ipsi eo die magis dis/ tulere: q̄ prohibuere imminentē pestem Romanis. nam forte ita euenit: ut cū referri signa in castra iuberi Consuli milites nō parerent: Serui duo Formiani unus: alter Sidicini equitis: qui Seruilio: atq; Acilio Cōsulibus inter pabulatores excepti a Nu/ midis fuerant: profugerent eo die: ad dominos. qui deducti ad Consules denuntiant omnē exercitū Annibalis trans proximos mōtes sedere ī insidiis. ¶ Horū opportunus aduentus Consules Imperii potentes fecit: cum ambitio alterius suam primum apud eos praua indulgentia maiestatem soluisset. ¶ Annibal postq̄ motos magis in cōsulte Romanos: q̄m ad ultimum temere euectos uidit: nequicq̄ detecta fraude: in castra: redit. ibi plures dies propter inopiam frumenti: manere nequibat: nouaq; consilia in dies: non apud milites solum: mixtos ex colluuiōe omnium gentium: sed etiam apud ipsum ducem oriebantur: nam cum initio fremitus: deinde aperta uociferatio fuisset: exposcentium stipēdium debitum: querentiūq; annonam primo: postremo famē: & mercennarios milites: maxime Hispani generis: de traditione cepisse consilium: fama esset: ipse etiam Annibal interdum de fuga in Galliam dicitur agitasse: ita ut relicto peditatu omī: cū equitatu se proriperet. ¶ Cum hec consilia: atq; hic habitus animorū eēt in castris: mouere inde statuit in calidiora: atq; eo maturiora messibus Apulie loca simul quo longius ab hoste recessisset: transfugia impeditiora leuibus ingeniis essent. Profectus est nocte ignibus similiter factis: tabernaculisq; paucis relictis: in speciem: ut insidiarum par priori metus contineret Romanos: sed per eundem Lucanū Sta/ tilium omnibus ultra castra transq; montes exploratis: cum relatum esset: uisum ꝑcul hostium agmen tum die sequenti eius insequendi consilia agitari cepta: cum utriusq; Consulis eadem que semper ante fuisset sententia. ¶ Ceterum: Varroni fere omnes: Paulo nemo preter Seruilium prioris anni Consulem assentirent: maioris partis sen/ tentia ad nobilitandas clade Romana Cannas: urgente fato profecti sunt. ¶ Prope eum uicum Annibal castra posuerat: auersa a Vulturno uento. qui campis torridis siccitate: nubes pulueris uehit. id cum ipsis castris percommodum fuit: tum salutare p̄/ cipue futurum erat: cum aciem dirigerent: ipsi auersi: terga tantum afflante uento in occecatum puluere effuso hostem: pugnaturi. ¶ Cōsules satis exploratis itineribus se/ quentes Penum: ut uentum ad Cannas est: ubi in conspectu Penum habebant: bina castra communiunt: eodem ferme interuallo quo ad Gerionē: sicut ante: copiis diuisis. ¶ Aufidus amnis utrisq; castris affluēs: aditum aq̄toribus: ex sua cuiusq; opportūitate: haud sine certamine: dabat: ex minoribus tamē castris: que posita Transaufidū erant liberius aquabantur Romani. quia ripa ulterior nullum habebat hostium presidium. ¶ Annibal spem nactus loci ad equestrem pugnam: qua parte uirium inuictus erat: facturus copiam pugnandi Consulibus dirigit aciem. lacessitq; Numidaꝝ ꝑcursatiōe: hostes. ¶ Inde rursus sollicitari seditione militari: ac discordia consulum: Romana castra: cum Paulus Emilius Sempronii & Flaminii temeritatē: Varroni: Varro spe/ ciosum timidis ac segnibus ducibus exemplū Fabii obiiceret: testaretq; deos & hoīes: hic nullam penes se culpam esse: ꝙ Annibal uelut suam cepisset Italiam: se constrictū a Collega teneri: ferrum atq; arma iratis & pugnare cupiētibus adimi milibus. ¶ Ille siqd proiectis: ac ꝓditis ad in consultam atq; improuidā pugnam legiōibus accideret:

Detecta Annibalis fraus [illegible]

Tabernaculi

CANNE

Aufidus amnis

aquor

Magna inter consules dissensio de confligendo cū Annibale

se omnis culpe exortem: omnis tamen euentus participẽ fore diceret: uideret ut qbus lingua prompta ac temeraria eẽt: eq; in pugnã uigerẽt manus. ¶ Dũ altercatiõibus magis: q̃ consilus tempus teritur: Annibal ex acie quam ad multum diei tenuerat in/structã: cũ inde castra ceteris reciperet copias: Numidas ad inuadẽdos ex minoribus castris Romanorum aquatores trans flumen mittit. Quam inconditam turbam cum uix dum in ripa egressi: clamore ac tumultu fugassent: in stationem quoq; pro uallo locatam: atq; ipsas prope portas euecti sunt. id uero in dignum uisum a tumultuario auxilio: iã etiã castra Romana terreri: ut ea modo una causa: ne extemplo transirẽt flumen: dirigerentq; aciem: tenuerit Romanos: ꝙ summa Imperii eo die penes Paulũ fuerit: itaq; Varro postero die: cuius sors eius diei imperii erat: nihil cõsulto Collega: propositum signum dedit: instructisq; copiis flumen transiuit: sequente Paulo. Quia magis non probare q̃ non adiuuare consiliũ: poterat. ¶ Transgressi flumen: eas quoq; quas in castris minoribus habuerant copias: suis adiungunt: atq; ita instructa acie in dextro cornu: id erat flumini ꝓpius. ¶ Romanos eqtes locant: deinde pedites. ¶ Leuũ cornu extremi equites sociorum: intra pedites: ad mediũ: iuncti legionibus Romãis: tenuerũt iaculatores. ex ceteris leuium armorum auxiliis: prima acies facta Cõsules cornua tenẽt. ¶ Terentius leuum: Emilius Dextrum. Geminio Seruilio media pugna tuenda data. ¶ Annibal luce prima Balearibus leuiq; armatura premissa transgressus flumẽ: ut quosq; traduxerat: ita in acie locabat. Gallos Hispanosq; equites ꝓpe ripã leuo in cornu: aduersus Romanum equitatum. dextrum cornu Numidis equitibus datum. media acie peditibus firmata: ita ut Afroꝝ utraq; cornua essẽt interponerẽt his medii Galli atq; Hispani. Afros: Romanam magna ex parte crederes aciem: ita armati erant armis: & ad Trebiam: ceterum magna ex parte ad Transimenum captis. Gallis Hispanisq; scuta eiusdem forme fere erant. dispares ac dissimiles gladii. Gallis prelongi ac sine mucronibus: Hispano punctim magis q̃ cesi assueto petere hostem: breuitate habiles: & cum mucronibus. Ante cetris armati. is gentium harum habitus tum magnitudine corporum: tum specie terribilis erat: Galli super umblicum erant nudi. Hispani linteis ꝑtextis purpura tunicis: candore miro fulgentibus: cõstiterant. ¶ Numerum om̃ium: qui tum peditum equitũq; in acie stetere: illum ferũt. uidelicet Quadraginta peditum milia decem equitum. ¶ Duces omnibus preerant sinistrum Hasdrubal: dextrum regebat Mabarbal. mediam aciẽ Annibal ipse: cũ fratre Ma/gone tenuit solus seu de industria ita locatus: seu ꝙ forte ita stando per opportune utriq; parti obliquus erat. ¶ Romanis in meridiem: penis in septentrionẽ uersis: uẽtus quem Vulturnum incole regionis uocant: aduersus Romanos cohortus: multo pul/uere in ipsa ora uoluendo: prospectum ademit. clamore sublato procursum auxiliis & pugna leuibus primum armis commissa: deinde equitum. Gallorum Hispanorũq; leuum cornu cũ dextro Romano concurrit: minime equestris more pugne. frõtibus enim aduersis concurrendum erat: quia nullo circa ad euagandũ relicto spatio: hinc amnis: hinc peditum acies claudebant. indirectũ utrinq; nitẽtes: stantibus ac cõsertis: postremo turbatis equis uir uirum amplexus detrahebat equo: pedestre magna iam ex parte certamen factum erat. acrius tamen: q̃ diutius: pugnatum: pulsiq; Romani equites terga uertunt. sub equestris finem certaminis cohorta est peditũ pugna. ꝑmo & uiribus & animis pares cõstabant ordines Gallis Hispanisq;. Tandem Romani diu ac sepe consilio agitabant qua fronte acieq; densa impellerent hostium cuneũ nimis tenuem: eoq; parum ualidum: a cetera prominente acie. impulsis deinde: ac trepide re/ferentibus pedem insistere: ac tenore uno per preceps pauore fugientium agmen: in

medium primum aciem illati: postremo nullo resistēte: ad subsidia afroꝝ puenerũt: qui utrinq; reductis alis constiterant: mediuq; Galli: Hispaniq; steterunt aliquantum prominente acie. qui cuneus ut pulsus equauit frontem primum: deinde nitēdo etiam signũ in medio dedit: Afri circa iam cornua ui fecerant. irruentibusq; incaute in me/ diũ Romanis: circundedere alas. mox cornua extendendo: clausere & a tergo hostes. hinc Romani defuncti nequicq̃ prelio uno: omissis Gallis: hispanisq;: quorum terga ceciderant: etiam aduersus Afros pugnam ineunt: non tantum eo iniquam · q̄ inclusi aduersus circunfusos: sed etiam q̄ fessi cum recentibus: pugnabant. iam & in sinistro cornu Romano ubi sotiorum equites aduersus Numidas steterant. consertũ: preliũ erat: segne primo: & a Punica ceptũ fraude ¶ Quingenti ferme milites Numide: p̃ter consueta arma: telaq; gladios occultos sub loricis habentes: specie transfugarũ cum ab suis parmas post terga habentes adequitassent: repente ex eq̄s desiliunt: parmisq; & ia/ culis ante pedes hostium proiectis: i mediã aciem accepti: ductiq; ad ultimos: cõsidere a tergo iubentur: ac dum prelium ab omni parte cõseritur: quieti manserũt. ¶ Postq̃ omnium oculos: animosq; occupauerat certamẽ: tum arreptis scutis: que passim inter aceruos cesorum corporum strata erant: uersam adoriũtur Romanã aciem: tergaq; ferientes ac poplites cedẽtes stragem ingentem dederunt. ac maiorẽ aliquãto pauorẽ ac tumultũ fecerunt ¶ Cum alibi terror ac fuga: alibi pertinax in mala iam spe p̄liũ eẽt: Hasdrubal qui ea parte preerat subductos: ex media acie Numidas: quia segnis eoꝝ cum aduersis pugna erat: ad persequendos passim fugientes mittit. Hispanos: & Gallos pedites Afris iam prope fessis: cede magis: q̃m pugna adiungit ¶ Parte altera pugne Paulus q̃ꝗ̃ primo statim prelio funda grauiter ictus fuerat: tamen & occurrit sepe cum cõsertis Annibali: & aliquot locis preliũ restituit: protegentibus eũ eq̄tibus Romanis: o missis postremo equiquis a Cõsulem ad regẽdum equum uires deficiebãt: cum denuntianti cuidam iussisse Consulem ad pedes descendere equites: dixisse Anni/ balem ferunt: q̃ mallem uinctos mihi traderent equites. Tum pedestre prelium: quale iam haud dubia hostium uictoria fuit: cum uicti mori mallent: q̃ fugere: uictores: morantibus uictoriam irati: trucidarent: quos pellere non poterant: pepulerũt tamẽ iam paucos superatos. & labore ac uulneribus fessos. inde dissipati omnes sunt. equosq; ad fugam qui poterant repetebant. ¶ Cn. Lentulus. Tri. militum cum preteruehẽs equo sedentem in saxo cruore oppletum Consulem uidisset. L. Emili inquit. Quem unum insontem culpe cladis hodierne dii respicere debent: cape hunc equum: dum & tibi uirium aliquid superest. comes ego te tollere possum: ac protegere: ne funestam hanc pugnam morte Consulis feceris: etiam sine hoc lacbrymarum satis: luctusq; est. ¶ Ad ea Cõsul: tu quidẽ. Cn. Corneli macte uirtute esto: sed caue frustra miserando: exiguum tempus e manibus hostium euadẽdi: absumas. Abi: nuntia publice patribus urbem Romanam muniant. ac prius q̃ hostis uictor adueniat: presidiis firment. p̄ua/ timq;. Q. Fabio Emiliũ preceptoꝝ eius memorem extitisse: & uixisse: & ad huc mori. & tu me in hac strage militum meorum patere expirare ne ut reus intercam. causaq; Consulatus accusator College existam: ut alieno crimine innocẽtiam meam p̄tegã. ¶ Hec exigentem prius turba fugientium ciuium deinde hostes oppressere Consulẽ: ignorantes quis esset. obrueruntq; telis. ¶ Lentulum in tumulum abripuit equus: tũ inde effuse fugiunt. Septem milia hominum in minora castra: decem in maiora: duo ferme in uicum ipsum Cannas perfugerunt: qui extemplo a Cartalone: atq; eq̄tibus: nullo munimento tegente uicum: circunuenti sunt ¶ Consul alter seu forte: seu cõsilio nulli fugiẽtium infestus agmini: cum quinquaginta fere equitibus Venusiam p̄fugit:

quadraginta milia peditum: duo milia septingẽti eqtes: & tanta ppe ciuiũ sotiorũq; pars: prope cesi dicuntur. in his ambo Consulum Questores. L. Acilius: & L. Furius Bibaculus. & xxi. de tri. mili. Consulares quidam. & Edilitii. inter eos Cn. Seruilius: & C. Minutius Numatius qui Magister equum pore anno aliquot diebus ante: fuerat. lxxx. preterea Senatores: aut qui eos magistratus gessissent: unde in Senatum legi deberentur: cum sua uolũtate milites facti essent. ¶ Capta eo prelio tria milia peditũ. & equites trecenti dicunẽ. ¶ Hec est pugna: Canensi clade: nobilitata: par cetera Al/liẽsi utq; illa iis que post pugnam accidere: leuior: quia ab hoste cessatũ est: sic strage exercitus grauior: fediorq; fuit fuga. nanq; ad Alliam fuga sicut urbem prodidit: ita exercitum seruauit: ad Cannas fugientem Consulem uix quinquaginta sequuti sunt alterius moriẽtis prope totus exercitus fugit. ¶ Binis in castris: cũ multitudo semiermis sine ducibus esset: nuntium qui maioribus preerant: mittũt: dum prelio deinde ex le/ticia epulis fatigatos: quies nocturna hostes premeret: ut ad se transirẽt. uno agmine Cãmisium abituros esse. ¶ Eam sententiam alii totam aspernari: cur enim illos: q ad se arcessant: ipsos non uenire? cum eque coniungi possent: quia uidelicet plena hostiũ omnia in medio essent: & aliorum q̃ sua periculo corpora tanto mallent obiicere. Aliis uero tam sententia displicere: q̃ animus deesse. P. Sempronius Tuditanus Tri. militũ ¶ Capi ergo mauultis iqt: ab auarissimo & crudelissimo hoste: estimariq; capita uestra: & exquiri precio ab interrogantibus: Romanus ciuis sis: an Latinus sotius: ut ex tua contumelia & miseria: alteri honos queratur: non tibi nõ uos quidẽ. L. Emilii qui se bene mori: q̃ turpiter uiuere maluit: & tot fortissimorum uirorum: qui circa eũ cumulati iacent: similes estis: sed anteq̃ opprimat lux: maioraq; hostium agmina ob/sepiant iter: per hos: qui inordinati atq; incompositi obstrepunt: porta erumpamus: ferroq; atq; audacia: iter fiat: quanuis per consertos hostes: cuneo quidem hoc: lassũ atq; solutum agmẽ: ut si nihil obstet: transibimus. itaq; ite mecum qui & uos metipsos: & Rem P. saluam uultis. ¶ Hec ubi dicta dedit: stringit gladium: cuneoq; facto per medios uadit hostes: & cum in latus dextrum quod patebat: Numide iacularentur: translatis in dextram partem scutis: in maiora castra ad tria milia & sexcẽtos euase/runt: atq; inde protinus alio magno agmine: adiuncto Cannusiũ incolumes pueniũt. ¶ Hec apud uictos magis impetu aĩmorum quem ingeniũ suum: cuiq; aut sors dabat: q̃ ex consilio ipsorum: aut imperio cuius q̃ agebantur. ¶ Annibali uictori cum ceteri circunfusi gratularentur: suaderentq;: ut tanto perfunctus bello: diei quod reliquum eẽt: noctisq; insequentis: quietẽ & ipse sibi sumeret: & fessis daret militibus: Mabarbal prefectus equitum minime cessandum ratus: immo: ut quid hac pugna sit actũ scias: die quinto inquit uictor in Capitolio epulaberis. sequere cũ equite: ut prius te uenisse: q̃ uenturum sciant. ¶ Precedant Annibal inquit inimici: leta res est. sed uia maior q̃ ut eam statim capere animo possim: itaq; uoluntatem se laudare Mabarbalis ait: ad consilium prensandum: temporis opus esse. ¶ Tum Mabarbal: non omnia eidem dii dedere. Vincere scis Annibal: uictoria uti nescis. ¶ Mora eius diei satis creditur saluti fuisse urbi: atq; imperio. ¶ Postero die: ubi primũ illuxit ad spolia legẽda fedaq; etiã hostibus: spectandam stragem: insistunt: iacebant tot Romanorum milia: pedites: & equites passim: ut quem cuiq; sors aut pugna iunxerat: aut fuga. assurgentes quidam ex strage: media cruenti: quos stricta matutino tẽpore: excitauerant uulnera: ab ho/ste oppressi sunt: quosdam & iacentis uiuos: succisis feminibus poplitibusq; inuenerunt nudantes ceruicem: iugulumq; & reliquum sanguinem inuitantes haurire. ¶ Inuenti sunt quidam: mersis in effosam terram capitibus: quos sibi ipsos fecisse foueas: obruẽtes

[Marginalia: MAHARBAL … VINCERE SCIS ANNIBAL · VICTORIA uti nescis.]

ora subiecta: supq; humo: iniecta interclusisse spiritũ apparebat. ¶ Precipue cõuertit omnes subtractus Numida: mortuo super incumbẽti Romano uiuus: naso auribusq; laceratis: cum manibus ad capiendum telum inutilibus in rabiem ira uersus: laniãdo dẽtibus hostem expirasset. ¶ Spoliis ad nutũ delectis: Annibal ad minora ducit castra oppugnanda: & omnium primum brachio fluminis obiecto: eos excludit. ¶ Ceterũ ab omnibus labore: uigiliis: uulneribus: etiam fessis: maturior ipsorum spe deditio est facta. pacti ut arma: atq; equos traderent: in capita Romana tricenis nummis: quadrigatis: in sotios ducenis: in seruos centenis: & eo precio psoluto: cum singulis abirẽt uestimentis: in castra hostis acceperunt: traditiq; in custodiam omnes sunt: sed seorsũ ciues: sotiiq;. ¶ Dum ibi tempus teritur: interea cum ex maioribus castris: quibus satis uirium: aut animi fuit ad quattuor milia hominũ &. cc. equites: alii agmĩe: alii palati passim per agros: quod haud minus tutum erat: Cannusium perfugissent: castra ipsa a Sautiis: & timidis: eadem conditione: qua altera: tradita hosti. ¶ Preda ingẽs parata est: & preter equos uirosq;: & si quid argẽti: quod plurimum in faleris equorum erat: nam ad uescendum facto: per exiguo utiq; militantes utebantur: omnis cetera preda diripienda data est. ¶ Tum sepeliendi causa in unum corpora suorum conferri iussit. ¶ Ad octo milia dicũtur fuisse: fortissimorum uirorum. ¶ Consulem Romanũ conquisitum sepultumq; quidam autores sunt. ¶ Eos qui Cannusium perfugerant: mulier Paula nõie Busa genere: clara diuitiis: menibus tantũ: tectisq; a Cannusinis acceptos frumento ueste uiatico etiam iuuit. Pro qua ei munificẽtia postea bello perfecto a Senatu honores habiti sunt. ¶ Ceterum cum ibi Tribuni militũ q̃ttuor essent: Fabius Maximus de legione prima cuius pater priore anno Dictator fuerat. & de legione secunda. L. Publius Bibulus: &. P. Cornelius Scipio: & de legiõe tertia. Ap. Claudius Pulcher: qui proxime Edilis fuerat: omnium consensu ad. P. Scipionem admodum adolescentem: & ad. Ap. Claudium summa Imperii delata est: quibus consultãtibus inter paucos de summa rerum: nuntiat. P. Furius Philus Consularis uiri filius: neq̃q̃ eos consultare: perditam spem fore: destitutam: comploratamq; Rem esse Publicam. Nobiles iuuenes quosdam: quorum principẽ. L. Cecilium Metellum: mare ac naues spectare: ut deserta Italia: ad Regum aliquem transfugiat. ¶ Quod malum: preterq̃ q̃d atrox super tot clades: etiam nouũ: cum stupore ac miraculo torpidos defixisset: & qui aderant Concilium aduocandum de eo censerent. ¶ Negat Concilii rem esse Scipio: iuuenis fatalis dux huiusce belli. ¶ Audendum: atq; agendum: non cõsultandũ esse: in tanto malo ait. ¶ Pergit deinde ire: sequentibus paucis: in hospicium Metelli. ¶ Et cum Concilium ibi iuuenũ: de quibus allatum erat: inuenisset: stricto sup capita consultantium gladio. Ex mei animi sententia inquit iuro: ut ego Rem P. nõ deserã: neq; alium ciuem Romãum deserere patiar: si sciens fallo: tum me Iuppiter Optime: Maxime: domum: familiã: remq; meã pessimus leo afficiat. ¶ In hec uerba. L. Cecili iures: expostulo: ceteriq; qui adestis. qui non iurauerit: in se hunc gladium strictum esse sciat. ¶ Haud secus pauidi: q̃ si uictorem Annibalem cernerent: iurant omnes. custodiendosq; se metipsos contra Annibalẽ: Scipioni tradunt. ¶ Eo tempore quo hec Cannusii agebantur: Venusiam ad Cõsulem: ad q̃ttuor milia peditum equitumq; qui sparsi fuga per agros fuerãt: peruenere. ¶ Eos omnes Venusini per familias benigne accipiẽdos: curandosq; cum diuisissent: in singulos eqtes togas: & tunicas: & q̃drigatos nummos quinos uicenos: & peditibus denos: & arma: quibus deerant: dederũt. ceteraq; publice ac priuatim hospitaliter facta: certatũq; ne A muliere Cannusina populus Venusinus officiis uinceretur. ¶ Sed in se grauius honus hu̾ic multitudo faciebat. &

Iam ad decem milia hominum erant. Appiusq; & Scipio postq̃m incolumem esse alterum Consulem acceperunt: nuntium extemplo mittunt: quante secum peditum: equitũq; copie essent. sciscitatũq; simul utz Venusiam adduci exercitum: an manere iuberet Cannusii. Varro ipse copias Cannusium traduxit. Et iam aliqua species consularis exercitus erat: menibusq; secreti: & si nõ armis: ab hoste uidebant defẽsuri. Romam: ne has quidem reliquias superesse ciuium: sotiorumq;: sed occidione occisũ cum duobus exercitibus Consules deletasq; omnes copias: allatum fuerat. Nunq̃m salua urbe: tantum pauoris: tumultusq; intra menia Romana fuit. itaq; succumbam oneri: neq; aggrediar narrare: que differendo minora uero facio. Cõsule exercituq; ad Transimenum priore anno amisso: non uulnus super uulnus: sed multiplex clades: cum duobus Consulibus Consulares exercitus amissi: nuntiabantur. nec ullã iã castra Romana: nec Ducem: nec militem esse. Annibalis Apuliam & Samnium esse: ac iam prope totam Italiam factam. nulla profecto alia gens tanta mole cladis: nõ obruta esset. Comparem cladem Adegatis insulas Carthginensium prelio nauali acceptam: qua fracti Sicilia: ac Sardinia cessere? hic uectigales: ac stipẽdiarios fieri se passi sũt? aut pugnam aduersam in Africam: cui postea Annibal succubuit? nulla ex parte cõparande sunt: nisi q̧ minore animo late sunt. P. Furius Philo: & M. Pomponius Pretores: Senatum in Curiam Hostiliã uocauerunt: ut de Urbis custodia cõsulerẽt: neq; enim dubitabant deletis exercitibus: hostem ad oppugnandam Romã: quod unum opus belli restaret: uenturũ. Cum malis sicut ingentibus: ita ignotis: nec cõsilium quidem satis expedirent: obstreperetq;: clamor lamentantium mulierum: & nõdum palã facti: uiui: mortuiq;: & per omnes pene domos complorantes promiscue. Tum Fabius Maximus censuit equites expeditos: & Appia: & Latina uia mittendos: qui obuiam eũtes pcontarẽtur aliquos pfectos ex fuga passim dissipatos: forte referant: que fortuna Consulum atq; exercituũ sit. & siquid dii immortales miseri Imperii reliquum Romano nomini fecerint: ubi ee copie sint: quo se Annibal post prelium contulerit. qd paret? qd agat? acturusq; sit? hec exploranda. noscendaq; p impigros iuuenes esse. Illud per patres ipsos agendum: quoniam Magistratuum parum sit: ut tumultum: ac trepidationem in urbe tollant: matronasq; publico arceant: cõtineriq; intra suum quanq; limen cogant: comploratus familiarum coerceant. silentium per urbem faciant. Nuntios rerum omnium ad Pretores deducendos curent: sue quisq; fortune domi autorem expectet. Custodes preterea ad portas ponant: q phibeant quenq̃ egredi urbem. cogantq; homines: nullam nisi urbe salua: ac menibus salutem sperare: ubi continerit tumultus recte tum in curiam patres reuocãdos. consulendũq; de urbis: custodia esse. Cum in hanc sententiã pedibus omnes issent: summotaq; foro magistratus turba: patres diuersi: ad sedandos tumultus discessissent: tum demũ littere a Terentio Consule allate sunt. L. Emilium Consulem: exercitumq; cesum: euasũq; se esse: reliqas tãte cladis uelut ex naufragio colligẽtem: ad. x. milia militũ ferme esse: incõpositorum: inordinatozq;. Sed Annibalem nũc sedere ad Cannas: in captiuoz precii: predaq; alia: nec uictoris animo: nec magni ducis more metiẽtẽ. Tũ priuate quoq; per domos clades uulgate sunt: adeo q; totã Urbem compleuit luctus. ut sacrũ aniuersarium Cereris intermissum sit: quia nec lugentibus id facere est fas: nec ulla in illa tẽpestate matrona luctus expers fuerat. Itaq; ne ob eandẽ causam: alia quoq; sacra publica desererentur. S. C. diebus triginta luctus est finitus. Ceterum cum sedato urbis tumultu reuocati in Curiam patres essent: alie in super ex Sicilia littere allate sunt. A. T. Octacilio Propretore: Regnum Hierõis classe Punica uastari: cui

Pretores Senatũ in curiã hostiliã uocat

Fabij maxi consiliũ.

Lre ex Sicilia Regnũ hieronis a classe punica uastari.

cum opem imploranti ferre uellent: nunciatum iis est: aliam classem ad Egadis insulã stare: paratam instructãq; ubi se uerso ad tuendam Siracusanam oram Peni sesissẽt: Lilybeum extemplo: Prouintiãq; aliam Romanam aggrederentur: itaq; classe opus esse: si Regẽ sotiũ Siciliãq; tueri uellent. ¶ Litteris cõsulis ꝑtorisq; lectis. Ap. Claudiũ: qui classi ad Hostiam stãti preesset: Cannusium ad exercitum mittendum: scribẽdũq; Consuli: ut cum Pretori exercitum tradidisset: primo quoq; tempore: quantum per commodũ Rei Pu. fieri posset: Romam ueniret. ¶ Territi etiam super tantas clades: tum ceteris prodigiis: tum ꝙ due Vestales eo ãno: Opimia: atq; Floronia stupri cõ/ perte. et altera sub terrã ut mos ẽ: ad portã Collinã: necata fuerat: altera sibimetipsa mortẽ cõsciuerat. L. Cãtilius Scriba Põtificis: quos nũc minores Põtifices appellãt: q cũ Florõia stuprũ fecerat: a Põtifice maximo eo usq; uirgis in Cõmitio cesus erat: ut inter uerbera expiraret: hoc nefas: cũ inter tot: ut fit: clades: in ꝓdigiũ uersũ esset: Decemuiri libros adire iussi sũt. ¶ Et Fabius Pictor Delphos ad oraculũ missus: sciscitatũ: qbus ꝑcibus: suplicationibusq;: deos possẽt placare: & quenam futura finis tãtis cladibus foret. ¶ Interim ex Fatalibus libris sacrificia aliquot extraordinaria facta: inter que gallus & gallina Grecus & Greca in foro Boario sub terra uiui demissi sũt: in locum saxo consectum: ibi ante hostiis humanis: minime romano sacro: imbutũ. ¶ Placatis satis ut rebantur: de deis: M. Claudius Marcellus ab Hostia: milites: quos in classem scriptos habebat: romam: ut Vrbi presidio essent: mittit: ipse legione classis: ea tertia legio erat: cũ Tri. mili. Theanũ Sidicinum premissa: classe tradita. P. Furio College: paucos post dies Cannusium magnis itineribus contendit. ¶ Dictator ex autoritate Patrũ dictus Iunius: &. T. Sempronius Magister equitum: delectu edic/ to: iuniores ab annis. xvii. & quosdã pretextatos scribunt. ¶ Quattuor ex his legiões: & mille equites effecti. item ad sotios Latinumq; nomen. ad milites ex formula ac/ cipiendos mittunt. arma: tela: alia: parari iubent. ¶ Et hostium spolia uetera detrahũt templis: porticibusq;. ¶ Et aliam formam noui delectus: inopia liberorum capitũ: ac necessitas dedit. ¶ Octo milia: iuuenum ualidorũ: ex seruitiis: prius sciscitãtes singulos: uellent ne militare: empta: publice armauerunt. ¶ Hic miles magis placuit: cum precio minore redimi captiuos copia fieret. ¶ Nanq; Annibal secundum tam prosperam ad Cannas pugnam: uictoris magis: q̃ bellũ gerentis: intentus curis: cũ captiuis ꝓductis separatisq; sotiis: sicut ante ad Trebiam: Transimenumq; lacum: benigne alloquutus: sine precio dimisisset: Romanos quoq; uocatos: quod nunq̃ alias antea: miti satis ser/ mone alloquitur. ¶ Non internitiõe ciuium: sibi esse cũ Romanis bellũ: de dignitate atq; Imperio certare: & patres uirtuti Romane cessisse: & se id adniti: ut inuicẽ simul felicitati: & uirtuti cedatur: itaq; redimendi se captiuis copiam facere precium fore in capita: equiti qngenos quadrigatos nummos: tricenos pediti: seruo centum. ¶ Quanq̃ aliquantum adiiciebat: equitibus ad id preciũ quod pepigerant: dedentes se: leti tamẽ quancunq; conditionem paciscẽdi: acceperunt. ¶ Placuit suffragio eorum decẽ elegi: qui Romam ad Senatum irent: nec pignus aliud fidei acceptum: q̃ ut iurarent: se re/ dituros. ¶ Missus cũ his Carthago nobilis Carthaginensis: q si forte ad pacẽ inclinarẽt animos: conditionem ferret. Cum egressi castris essent: unus ex iis minime Romani ingenii homo: uelut aliquid oblitus: iurisiurãdi soluẽdi causa: cum in castra redisset: ante noctem comites assequitur. ¶ Vbi eos Romam uenire nuntiatum est: Carthalõi obuiam lictor missus: q Dictatoris uerbis nũtiaret: ut ante noctẽ excederet finibus Romanis. ¶ Legatis captiuorum Senatus ab Dictatore datus est. Quorum ꝑnceps M. Iunius. P. C. inqt: nemo uestrũ ignorat nulli unq̃ ciuitati uiliores fuisse captiuos

q̃ nostre: ceterũ: nisi nobis plus iusto: nostra placet causa: nõ alii unq̃ minus negligẽdi
uobis: q̃ nos: in hostium potestatem uenerunt. non. n. in aciẽ per timorem arma tra-
didimus: sed cum prope ad noctem: superstantes tumulis cesorum corporum: preliũ
extraxissemus: in castra recepimus nos. diei reliquũ ac noctem insequentẽ fessi labore:
ac uulneribus uallum sumus tutati: postero die circunfessi ab exercitu uictore: aqua
arcemur. nec ulla alia iam per cõfertos hostes erumpendi spes erat: nec esse nefas du-
ceremus: quinq̃ginta milibus hominum ex acie trucidatis nostra: aliquẽ ex Cannensi
pugna Romanum militem restare: tunc demum pacti precium: quo redempti dimit-
teremur: arma in quibus nihil iam auxilii erat: hosti tradidimus. ¶ Maiores nostros
quoq; acceperamus se a Gallis auro redemisse: & patres nostros asperrimos illos ad cõ-
ditionem pacis: Legatos tamen ad captiuorum redimendorum gratiam Tarentum
misisse. itaq; in Italia cum Gallis: & ad Heracleam cum Pyrrho: utraq; nõ tam clade
infamis: q̃ pauore & fuga: pugna fuit. Cannenses campos acerui Romanoꝝ corpoꝝ
tegunt: nec supsumus pugne nisi ĩ quibus trucidãdis: ferrum & uires: hosti defecerũt.
¶ Sunt etiam de nostris quidam: qui nec in acie quidẽ refugerunt: sed presidio castris
relicti: cum castra traderentur: in potestatem hostium uenerũt. Haud equidẽ ullius
ciuis: aut commilitonis fortune: aut conditioni inuideo. Nec premendo aliũ me: ex-
tulisse uelim uideri: ne illi quidem nisi uelocitatis pedum: & cursus: aliquot premium
est: qui pleriq; inermes ex acie fugiẽtes: nõ prius q̃ Venusie: aut Cannusii cõstiterũt:
se nobis merito pretulerunt: gloriatiq; sunt inde se: plus q̃ in nobis presidii Rei P. esse.
¶ Sed illis: ut bonis & fortibus uiris utemini: & nobis iam promptioribus pro patria: ꝙ
benefitio uestro redempti atq; in patriam restituti fuerimus. ¶ Delectum ex omni
etate & fortuna habetis: octo milia armari seruoꝝ audio: nõ minor numerus noster
est: nec maiori precio redimi possumus: q̃ hi emuntur: nam si conferam nos cum illis:
iniuriam Romano nomini faciam. illud etiam in tali consilio uobis animaduertendũ
P. C. censeam: si tam duriores esse uelitis: qđ nullo nostro merito faciatis: cui nos hosti
relicturi sitis. ¶ Pyrrho uidelicet: q nos hospitũ numero habuit captiuos? an Barbaro
ac Peno: q utrum auarior: an crudelior sit: uix estimari potest. ¶ Si uideatis cathenas
squalorem: deformitatemq; ciuium uestrorum: non minus profecto uos ea species
moueat: q̃ si ex altera parte cernatis stratas Cannensibus cãpis legiões uestras. intueri
potestis sollicitudinem: & lachrymas in uestibulo curie stantium cognatorũ nostroꝝ
expectantiumq; respõsum uestrum? cum ii pro nobis: proq; iis: qui absunt ita suspẽsi
ac solliciti sunt: quem cẽsetis animum ipsorum esse: quoꝝ in discrimine uita: libertasq;
est: si medius fidius ipse in nos mitis Annibal: cõtra naturam suam: esse uelit: nihil tamẽ
nobis uita opus esse censeamus: cũ indigni: ut a nobis redimeremur: uisi sumus. ¶ Re-
diere Romam quõdam remissi a Pyrrho sine precio capti: sed rediere cum Legatis
primoribus ciuitatis: ad redimẽdos sese missis. Redeam ego in patriam trecẽtis nũmis:
nunc estimatus ciuis. ¶ Suum quisq; habet animum. P. C. Scio in discrimine eẽ uitam
corpusq; meum. magis me fame periculum mouet: ne a uobis damnati: ac repulsi abe-
amus. neq; enim uos homines precio pepercisse credent. ¶ Vbi is finem fecit: extemplo
ab ea turba: que ĩ Comitio erat: clamor flebilis ẽ sublatus: manusq;: ad Curiã tẽdebãt
orãtes: ut sibi liberos: fratres: cognatos redderẽt. ¶ Feminas quoq; metus: ac necessitas:
turbe huic uirorum in foro immiscuerat. ¶ Senatus summotis arbitris: consuli ceptos:
ibi cum sententiis uariaretur: & alii redimendos de publico: alii nullam publicã impẽsã
faciendam: nec prohibendos ex priuato redimi: si quibus argẽtum in presentia deeẽt
dandam ex erario pecuniam mutuam: prediis: predibusq; cauendum populo cẽserẽt.

T. Manlij Torq̃ti oro de nõ redimẽdis captiuis

¶Tũ. T. Manlius torquatus: prisce ac nimis dure: ut plerisq; uidebatur: seueritatis:
interrogatus sententiam: ita loquutus fertur. ¶Si tantũmodo postulassent Legati
pro iis: qui in hostium potestate sunt: ut redimerentur: ullius sine insectatione eorũ:
breui sententiã peregissem: quid enim aliud q̃ admonendi essetis: ut morem traditum
a Patribus: necessario: ad rem militarẽ exemplo seruaretis? Nũc aũt cũ ꝓpe gloriati
sint: q̄ se hostibus dediderint: preferriq; non captis modo in acie ab hostibus: sed etiã
iis: qui Venusiam Cannusiumq; peruenerunt: atq; ipsi. C. Terentio Consuli equum
censuerint: nihil nos eorum. P. C. que illic acta sunt ignorare patiar. ¶Atq; utinã hec
que apud uos acturus sum: Cannusii apud ipsum exercitum: agerem. optimũ testem
ignauie cuiusq;: & uirtutis. ¶Aut unus hic saltem adesset. P. C. Semprõius: quem si isti
Ducem sequuti essent milites: hodie in castris Romãis: non captiui: in hostium po-
testate essent: & cum fessis pugnando hostibus: tũ uictoria letis: & ipsis plerisq; regressis
in castra sua: noctem ad erumpendum liberam habuissent: & septa armatorum hoĩm
erũpere etiã inter confertos homines potuissent. ¶Neq; per se ipsi hoc facere: conati
sunt: neq; aliũ sequi uoluerunt. ¶Nocte prope tota. P. Sempronius Tuditanus non
destitit ammonere: adhortariq; eos: dum paucitas hostium circa castra: dum quies: ac
silentium esset: dum nox inceptum tegeret: se Ducem sequerẽtur: ante lucem ꝑuenire
in tuta loca: in sociorum urbes posse. ¶Sicut auorum memoria. P. Decius. Tri. mili.
in Samnio: sicut nobis adolescẽtibus priori Punico bello Calpburnius Flamma: tre-
centis uoluntariis: cum ad tumulum eos capiẽdum situm inter medios hostes duceret:
dixit. ¶Moriamur milites: & morte nostra eripiamus ex obsidione circuentas legiões.
¶Si hoc nec. P. Sempronius diceret: nec uiros quidem: nec Romanos uos duceret. Si
nemo tante uirtutis existeret comes: uiam nõ ad gloriam magis: q̃ ad salutẽ ferentẽ
demonstraret: Ducem se in patriam: ad parentes: ad coniuges: ac liberos facit: ut ser-
uemini. deest uobis animus. ¶Quid si moriendũ pro patria eẽt: faceretis? quinq̃ginta
milia ciuium sociorumq; circa uos eo ipso die cesa iacent: si tot exempla uirtutis non
mouent: nihil unquam mouebit. si tanta clades uobis uilem uitam non fecit: nulla
faciet: & liberi: atq; incolumes desiderate patriam immo desiderate dum patria est: dũ
ciues eius estis. sero nunc desideratis: deminuti capite. abalienati iure ciuiũ. serui Car-
thaginensiũ facti: ꝑcio redituri estis eo: ũde ignauia: ac neq̃tia abistis? P. Sẽproniũ
ciuem nostrum non audistis: arma capere. ac se iubentem sequi. ¶Annibalem paulo
post audistis: castra prodi: & arma tradi: iubentem. ¶Quam ego ignauiam istorum
accuso? cum scelus possim accusare? non enim modo sequi recusarunt benemonentẽ:
sed obsistere ac retinere conati sũt: instrictis gladiis uiri fortissimi iertis submouissẽt.
¶Prius inq̃. P. Sempronio per ciuiũ agmen: q̃ per hostium fuit erumpẽdũ hos ciues
patria desideret. ¶Quorum si ceteri similes fuissẽt: neminem hodie ex iis: qui ad Cãnas
pugnauerunt: ciuem haberet. ¶Ex milibus septem armatorum sexcenti extiterunt:
qui erumpere auderent. q̄ in patriam liberi atq; armati redirent. neq; iis sexcẽta milia
hostium obstitere. q̃ tutum iter duaꝝ ꝓpe legionũ: agmini futurum censetis fuisse?
haberetis hodie uiginti milia armatorum Cannusii fortia fidelia. P. C. ¶Nunc autem
quẽadmodum hi boni: fidelesq;: nam fortes ne ipsi quidem dixerint: ciues: esse possũt:
nisi quis credere potest fuisse: q̄ erumpentibus: quin erumperent: obsistere conati sint
aut non inuidere eos. ¶Tum incolumitati: tum glorie illorum: per uirtutem parte:
cum sibi timorem: ignauiamq; seruitutis ignominiose causam esse sciãt? maluerũt in
temptoriis latentes simul lucem: atq; hostem expectare: cum silentio noctis erũpendi
occasio esset. ¶Ad erumpendum e castris defuit animus: ad tutanda fortiter castra

Temptoria

animũ habuerũt. Dies ac noctes aliquot obsessi: armati se ipsi tutati uallo sũt: tandẽ ultima ausi: passiq; : cum omnia subsidia uite desunt: affectisq; fame: uiribus: arma iã substinere neqrent: necessitatibus magis humãis: ꝗ armis uicti sunt. ¶ Orto sole hostis ad uallum accessit. ante secundam horam: nullam fortunam certaminis experti: tradiderunt arma. ac se ipsos. ¶ Hec uobis ipsoꝝ per biduum militia fuit. ¶ Cum acie stare ac pugnare decuerit: tum in castra refugerunt. ¶ Cum ꝓ uallo pugnãdum erat: castra tradiderunt: neq; in acie: neq; in castris utiles. ¶ Quos redimam: cum erumpere castris oportet: contamini. ac manetis. ¶ Cum manere: & castra tutari armis: necesse est: & castra: & arma: & uos ipsos traditis hosti. ¶ Ego nõ magis istos redimẽdos. P. C. cẽseo: ꝗ illos dedendos Annibali: qui per medios hostis e castris eruperunt: ac per summam uirtutem se patrie restituerunt. ¶ Postꝗ̃ Manlius dixit: quanquã patrum quoq; plerosq; captiui cognatione attingebant: preter exemplũ ciuitatis: minime in captiuos iam inde antiquitus indulgẽtis: pecunie quoq; summa homines mouit. qua nec erariũ exhaurire: magna iam summa erogata in seruos ad militiã emendos: armandosq; : nec Annibalem: maxime huiusce rei: ut fama erat: egentem: locuplettari uolebãt. ¶ Cũ triste responsum: non redimi captiuos: redditum esset. nouusq; super ueterem luctus: iactura ciuium: adiectus esset: cum magnis fletibus questibusq; ad portam Legatos prosequuti sunt. ¶ Vnus ex iis domum abiit: ꝙ fallaci reditu in castra: iureiurando se exoluisset. ¶ Quod ubi innotuit: relatumq; est ad Senatum: omnes censuerũt comprehendendum: & custodibus publice datis: deducendum ad Annibalem. ¶ Est & alia de captiuis fama. x. primos uenisse: de eis cum dubitatum in Senatu esset: admitterentur in Vrbem: nec ne: ita admissos esse: ne tamẽ iis Senatus daretur. ¶ Morantibus deinde lõgius omniũ spe. alios insuper tres legatos uenisse. L. Scribonium: & C. Calphurniũ & L. Manlium. ¶ Tum demũ ab cognato Scribonii. Tri. Pl. de redimendis captiuis relatum esse. ¶ Nec censuisse redimendos Senatum: & nouos legatos tres ad Annibalẽ reuertisse decem ueteres remansisse: quod per causam recognoscẽdi nomina captiuoꝝ: ad Annibalem ex itinere regressi: religione exoluissent sese. ¶ De iis dedendis magna contentione: actum in Senatũ esse: uictosq; paucis sententiis: qui dedendos cẽsuerint. ¶ Ceterum proximis Censoribus adeo omnibus notis ignominiisq; confectos esse: ut quidam eorum mortẽ sibi ipsi conciuerint. Ceteri: nõ foro solum: omni deinde uita: sed prope luce: ac publico caruerint. ¶ Mirari magis adeo discrepare inter autores: ꝗ quid ueri sit: discernere queas. ¶ Quanto ante maior hec clades: supioribus cladibus fuerit: uel ea res inditio est: qui sotiorum ad eam diem firmi steterant: tum laborare ceperũt: nulla profecto alia de re: ꝗ̃m ꝙ desperare ceperant de imperio. ¶ Defecere autem ad Penos hi populi: Atellani: Calatini: Hirpini: Apulorũ pars: Samnites ꝑter Pennos. Brutii omnes: Lucani: preter hos Surrẽtini: & Grecorum omnis ferme ora: Tarentini: Metapontini. Crotonenses: Locriq; : & Cisalpini omẽs Galli. ¶ Nec tamẽ he clades: defectionesq; sotiorum mouerunt: ut paucis unꝗ̃ mentio apud Romanos fieret. Neq; ante Consulis Romani aduentum: nec postꝗ̃m is rediit. ¶ Renouauitq; memoriam accepte cladis. ¶ Quo in tempore ipso: adeo magno animo ciuitas fuit: ut Consuli Varroni: ex tanta clade: cuius ipse maxima causa fuisset: redeunti: & obuiã itum frequenter ab omnibus ordinibus sit: & gratie acte quod de Re Publica non desperasset. Qui si Carthaginensium Ductor fuisset: nihil recusandum supplicii foret.

ultima

Legati captiuorum sine spe dimissi

Consuli varroni ĩ urbẽ redeunti p̃p̃li obuiam itũ ẽ et gratie acte q de re pu non desperasset.

HAnnibal post Cannẽsem pugnã: castra capta ac direpta: cõfestim ex Apulia in Samnium mouerat. accitus in Hirpinos a Statio: pollicente: se Consam traditurum. ¶ Cõsanus erat Trebius nobilis inter suos. sed premebat eum Consanorum factio: familie p gra/tiam Romanorum: potentis. ¶ Post famam Cannensis pugne uulgatumq; crebris sermõibus: aduentum Annibalis: cũ Consam Vrbem excessisset: sine certamine tradita Vrbs Peno: presidiũq; acceptum est. ¶ Ibi preda omni: atq; impedimentis relictis: exercitu partito: Magonẽ regionis eius urbes: aut deficientes a Romanis accipere: aut detractantes: cogere ad defectionem: iubet: ipse per agrum Campanum: mare inferum petit. oppugnaturus Neapolim: ut urbem Maritimam haberet. ¶ Vbi fines Neapolitanorum intrauit: Numidas partim in insidiis: & plereq; caue sunt uie: sinusq; occulti: quacunq; arte po/terat: disponit. alios pre se actam predam ex agris ostẽtantis: obequitare portis iussit: in quos quia: nec multi & incompositi uidebãtur: cum turma equitum erupisset: a ce/dentibus: Consulto tracta in insidias: ac circunuenta est: nec euasisset quisq̃ in mare propinquum: & haud procul littore naues piscatorie plereq; conspecte peritis nandi dedissent effugium. aliquot tñ eo prelio nobiles iuuenes cesi sũt. inter quos & Egeas prefectus equitum: intemperantius cedentes sequutus cecidit. ¶ Ab urbe oppugnãda Penum abstinuere conspecta menia: haudquaquam prompta oppugnanti. ¶ Inde Capuam flectit iter: luxuriantem longa felicitate: ac indulgentia fortune. maxime tamen inter corrupta omnia licentia plebis: sine mõ libertatem exercentis. ¶ Senatũ & sibi: & Plebi: obnoxium fecerat Pacuuius Calanius nobilis idẽ ac popularis homo: ceterum malis artibus nactus opes. is cũ eo forte anno. quo res male gesta ad Transi/menum est: in summo magistratu esset: iam diu infestam Senatui Plebem ratus: per occasionem nouãdi res: magnũ ausuram facinus: ut si in ea loca: Annibal cũ exercitu uictore uenisset: trucidato Senatu traderet Capuam Penis: improbus homo: sed nõ ad extremum perditus: cum mallet incolumi: q̃ euersa Re Pu. dominari: nullã autem incolumem esse: orbatam Publico Consilio: crederet: rationem iniit: qua & Senatum seruaret: & obnoxium sibi: ac Plebi faceret. ¶ Vocato Senatu: cum sibi defectionis a Romanis Consilium placiturum: nullo modo: nisi necessarium fuisset: prefatus eẽt: quippe q liberos: ex Appii Claudii filia haberet: filiam Romã nuptu Liuio dedisset: ceterum maiorem multo rem: magisq; timendam instare: non enim per defectionem ad tollendum ex ciuitate Senatum: Plebẽ spectare: sed per cedem Senatus: uacuam Rem P. tradere Annibali: ac Penis uelle. eo se piculo posse liberare eos: si permittant sibi: & certaminum: in Re. P. obliti: credant. ¶ Cum omnes uicti metu permitterent. Claudam in curia uos inquit: & tanq̃ & ipse cogitati facinoris particeps: approbãdo consilia: quibus nequicq̃ aduersarer: uiam saluti uestre inueniam: in hoc fidem quam uultis ipsi: accipite. ¶ Fide data: egressus Claudi Curiam iubet. presidiũq; in uestibulo reliquit: nequis adire Curiam in iussu suo: neue inde egredi possit. ¶ Tunc uocato ad Contionem populo: quod sepe inquit optastis Campani: ut supplicii sumendi uobis ex improbo: ac detestabili Senatu potestas esset: eam nunc non per tumultum ex/pugnantes domos singulorum quas presidiis clientum: seruorumq; tuentur: cũ summo uestro periculo: sed tutam habetis: ac liberam. Clausos omnes in curiam accipite: solos inermes: nec quicq̃m raptim: aut forte temere egeritis. de singulorum capite uobis ius sententie dicende faciam: ut quas quis emeritus est: penas pendat. Sed ante omnia: ita uos ire indulgere oportet: ut potiorem ira salutem: atq; utilitatem uestram habeatis.

Et. n. hos ut opinor: odistis Senatores. nā Senatū oīo non habere: nō uultis. quippe
aut Rex qđ abominandū: aut qđ unū libere ciuitatis cōsiliū est. Senatus habendus
est. itaqȝ due res simul agēde sūt uobis: ut & ueterē Senatū tollatis: & nouū coaptetis.
citari singulos Senatores iubebo: de quorū capite uos consulā. qđ de quoqȝ cēsueritis:
fiet: sed ꝑus in eius locū uirum fortem: ac strenuū nouum Senatorē coaptabitis: q̃ de
noxio suppliciū sumat. ¶ Inde cōsedit: & nominibus in urnā cōiectis: citari: qđ ꝑmū
sorte nomē excidit: ipsumqȝ e Curia ꝑduci iussit. ¶ Vbi auditū est nomen: malū & im/
probū: ꝓ se quisqȝ clamare: & supplicio dignū. ¶ Tū Pacuuius: uideo: que sentētia de
hoc sit data: eiicitur pro malo: ac improbo: bonum Senatorem: & iustum: eligite.
Primo silentiū erat: inopia potioris subiiciundi. ¶ Deinde cum aliqui omissa uerecūdia
quempiam nominassent: multo maior extemplo clamor oriebatur: cū alii negarent.
nosse: alii nunc probra: nunc humilitatem: sordidamqȝ inopiam: & pudēde artis: aut
questus: genus obiicerent. ¶ Hoc multo magis in secundo ac tertio citato Senatore ē
factum: ut ipius penitere homines appareret. Quem autem in eius substituerēt locū:
deesse: quia nec eosdem nominari attinebat: nihil aliud: q̃ ad audienda probra nomi/
natos: & multo humiliores: obscurioresqȝ ceteri erant eis: q primi memorie occurrebāt.
¶ Ita dilabi homines: notissimum quodqȝ malum maxime tolerabile dicētes eē: iuben/
tesqȝ Senatum ex custodia dimitti. ¶ Hoc mō Pacuuius cum obnoxiū uite benfitio
Senatum: multo sibi magis: q̃ Plebi fecisset: sine armis: iā omnibus: concedentibus: do/
minabatur. ¶ Hinc Senatores omissa dignitatis: libertatisqȝ memoria: Plebem affari:
salutare: benigne īuitare: aparatis accipere epulis: eius causas suscipere: ei semꝑ parati
adesse: secundum eam in litem iudices dare: que magis popularis aptiorqȝ in uulgus
fauori conciliando esset. ¶ Iam uero nihil in Senatu actum aliter: q̃ si Plebis ibi esset
Concilium. ¶ Prona semper ciuitas in luxuriam: nō ingeniorum modo uitio: sed af/
fluenti copia: uoluptatum: & illecebris omnis amenitatis maritime: terrestrisqȝ: tū uero
ita obsequio principū: & licētia Plebes lasciuire: ut nec libidini: nec sumptibus modus
esset. ad contemptum legum Magistratuum: Senatusqȝ accessit tum: post Cannensē
cladem: ut cuius aliqua erat uerecundia: Romanum quoqȝ imperium spernerent.
Id modo erat in mora ne id extemplo efficerent: ꝙ connubium uetustum: multas
familias claras: ac potentes Romanis miscuerat: & ꝙ cum militarent: aliquot annos
apud Romanos: maximum uinculum erant: trecenti equites: nobilissimus quisqȝ Cā/
panorum: in presidia Sicularum urbium delecti: a Romāis: ac missi. ¶ Horū parētes:
cognatiqȝ egre peruicerunt: ut legati ad Consulem Romanū mitterentur. missi. ¶ Nō
dum Cannusium profectum: sed Venusie cum paucis: ac semiermibus Consulem in/
uenerunt. quam poterat maxime miserabilem bonis sotiis: superbis atqȝ infidelibus: ut
erant: Campani: spernendum: & auxit rerum suarū: suiqȝ contemptum Consul nimis
detegendo: cladem: nudandoqȝ. ¶ Nam cum Legati egre ferre Senatum populumqȝ
Campanum: aduersi quicq̃m euenisse Romanis nuntiassent: pollicerenturqȝ omnia:
que ad bellum opus essent. ¶ Morē inquit magis loquēdi cum sotiis seruastis Campāi:
iubentes que opus essent ad bellum imperitare: q̃ conuenienter ad presentem fortune
nostre statum loquuti estis. Quid enim nobis ad Cannas relictum est. ut quasi aliqd
habeamus: id quod deest expleri a sotiis uelimus? pedites uobis imperemus: tanq̃ eqtes
habeamus? pecuniam deesse dicimus: tanq̃ ea tātum desit? nihil: ne quod suppleremus
quidem: nobis reliquit fortuna: legiones: equitatus: arma: signa: equi: uiriqȝ: pecunia:
commeatus: aut in acie: aut in ruinis: postero die amissis castris: perierunt. itaqȝ nō ui/
uetis nos in bello oportet Campāi: sed cum Peno bellum ꝓ nobis suscipiatis. ¶ Veniat

in mẽtem: ut trepidos quondã maiores uestros intra menia compulsos nec Samnitẽ modo hostem: sed Sidicinũ pauentes: receptos in fidẽ apud Satriculã: defenderimus. ¶ Ceptum propter uos cum Samnitibus bellum: per centum prope annos uariante fortuna euẽtum: tulerimus. ¶ Adicite ad hec: ꝙ fedus equũ dedimus: ꝙ leges nostras: ꝙ ad extremum id: quod ante Cannensem certe cladẽ maximum fuit: ciuitatẽ nostrã magne parti uestrum dedimus. communicauimusq; uobiscũ. itaq; communẽ uos hãc cladẽ: que accepta est: credere: Campani oportet communem patriam tuendam arbitrari esse: non cum Samnite: aut Etrusco res est: ut cũ a nobis ablatum sit: in Italia tamen imperium maneat. Penus hostis: ne Africe quidem indigena ab ultimis terrarũ oris: freto Oceani: Herculisq; Columnis expertẽ omnis iuris: & conditionis: & lingue prope humane: militem trahit. ¶ Hunc natura immitem: moribusq; ferum: insup dux ipse efferauit: pontibus: ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis: & qđ proloqui etiam piget: uesci humanis corporibus docendo. hos infandis pastos epulis: quos contingere etiã nefas sit: uidere: atq; habere dominos: & ex Africa: & a Carthagine iura petere: & Italiam Numidarum & Maurorum pati Prouintiam esse: cui: nõ genito modo in Italia: detestabile sit? ¶ Pulchrũ erit Campani ꝓlapsum cladeRomanum imperium uestra fide: uestris uiribus retentum: ac recuperatum eẽ. ¶ Triginta milia peditum. quattuor equitum arbitror: ex Campania uos scripsisse. iam pecunie affatim: esse frumentiq;. qui si parem fortune uestre habetis fidem: nec Annibal se uicisse sentiet: nec Romani se uictos esse. ¶ Hac oratione dimissis redeuntibusq; domũ Legatis: unus ex iis: Virius Subius: tempus uenisse ait: quo Campani nõ agrũ solum: a Romanis: quondam per iniuriam ademptum recuperare: sed imperio Italie potiri possint. fedus enim cum Annibale quibus uelint legibus facturos: neq; controuersiã fore: quin ipse confecto bello Annibal uictor in Africã huic decedat. exercitũq; deportet: Italie imperium Campanis relinquatur. hec iurio loquenti assensi omnes: ita renuntiant legationem. uti deletum omnibus uideretur nomen Romanum. ¶ Extemplo Plebes ad defectionem: ac pars maxima Senatus spectare. ¶ Extracta tamẽ autoritatibus Seniorum per paucos dies: est res: postremo uicit sententia plurium: ut iidem Legati: qui ad Consulem Romanum ierant: ad Annibalem mitterentur. Quo prius q̃ iretur: certumq; defectionis cõsilium esset: Romam legatos missos a Cãpanis: in quibusdam annalibus inuenio: postulantes: ut alter Consul Campanus fieret: si rẽ Romanã adiuuari uellent. ¶ Indignatiõe orta summoueri a curia iussos esse: missũq; lictorem: qui ex urbe educeret eos: atq; eo die manere extra fines Romãos iuberet. ¶ Quia nimis compar Latinoꝝ quondam postulatiõi erat: Celiusq; & alii quia haud sine causa ꝓtermiserant Scriprores: ponere pro certo: sum ueritus. ¶ Legati ad Annibalem uenerunt. pacemq;. cum eo his conditionibus fecerunt: ¶ Nequis Imperator: Magistratusue Penorũ ullum ius in ciuem: Campanũ haberet. ¶ Neue ciuis Cãpanus inuitus militaret: munusue faceret. ¶ Vt sue leges: sui magistratus Cãpanis essẽt. ¶ Vt trecentos ex Romanis captiuos Penus daret Campanis: quos ipsi elegissent: cũ quibus equitum Campanorum: qui in Sicilia stipendia facerent: permutatio fieret. ¶ Hec pacta. Illa insuper q̃ que pacta essent: facinora: Campani ediderunt: nam Prefectos sotium: ciuesq; Romanos alios: partim aliquo milicie munere occupatos: pati ꝑuatis negotiis implicitos: Plebs repente omnis comprehensos: uelut custodie causa balneis includi iussit: ubi feruore atq; estu anima interclusa: fedum in modum expirarent. Ea ne fierẽt: neue legatio mitteretur ad Penum: summa ope: Decius Magius uir: cui ad summam autoritatem nihil: preter sanam ciuium mentem: defuit: restiterat. ¶ Vt

Campani cũ his conditionibus ad Annibalem deficiunt

D. Magius capanus solus huic rei frustra obstitit: cuius rẽ annibal capuã [illegible] supplicium de eo petiunt

uero p̄sidium mitti ab Annibale audiuit: Pyrrhi superbā dominationē: miserabilēq; Tarentinorum seruitutem: exempla referens: primo ne reciperetur presidium palam uociferatus est: deinde ut receptū: aut eiiceretur: aut si malū facinus: q a uetustissimis sotiis cōsāguineisq; defecissent: forti ac memorabili facinore purgare uellēt: ut inter/fecto Punico presidio restituerēt se Romanis. hec: neq; enim occulte agebantur: cū relata Annibali essent: qui uocarent Magium ad se se in castra primo misit. ¶ Deīde cum eis ferociter negasset se iturum: nec enim Annibali ius esse in ciuem Campanum: concitatus ira Poenus comprehendi hominē uinctumq; attrahi ad se iussit. ¶ Veritus deinde: nequid inter uim tumultus: atq; excitatione animorum inconsulti certaminis oriretur: ipse premisso nuntio ad Marium Blosium Pretorem Campanū: postero die se Capue futurum: proficiscitur e castris cum modico presidio. ¶ Marius contione ad/uocata edicit: ut frequentes cum coniugibus ac liberis obuiam irent Annibali. ¶ Ab uniuersis id: non obediēter modo: sed enixe fauore etiam uulgi & studio uisendi tot iam uictoriis clarum Imperatorem: factū est. ¶ Decius Magius. nec obuiā egressus est: nec quo timorem aliquem ex conscientia significare posset: priuatim se tenuit. In foro: cum filio: clientibusq; paucis: otiose inambulauit. ¶ Trepidante tota ciuitate: ad excipiendum Penum. uisendumq; ¶ Annibal ingressus urbem: Senatum extēplo postulat: precantibusq; inde primoribus ciuitatis Campanorum: nequid eo die fere gereret: diemq; ut ipse aduentu suo festum letus ac libens celebraret: quanq̃m preceps ingenio in iram erat: tamen nequid in principio negaret: uisendo urbem: magnā diei partem consumpsit. ¶ Diuersatus est apud Munios Celeres: Stenium: Pacuuiumq;: inclytos nobilitate: ac diuitiis. ¶ Eo Pacuuius Calanius: de quo ante dictum ē: p̄nceps factionis eius: que attraxerat rem ad Penos: filium iuuenem adduxit. ¶ Abstractūq; ab se a Decii ait latere: cum quo ferocissime pro Romana sotietate aduersus Punicū fedus steterat: nec eum aut inclinata in partē alteram ciuitas: aut patria maiestas sen/tentia depulerat. ¶ Huic tum pater iuueni Annibalem magis deprecādo: q̃ purgādo: placauit. uictusq; patris precibus lacbrymisq; etiam ad cenam eum: cum patre uocari iussit. cui conuiuio neminem Campanum: preterq̃ hospites: Iubelliumq; Taureā in/signem bello uirum adhibiturus erat. ¶ Ceperunt epulari de die: & conuiuium non ex more Punico: aut militari disciplina esse: sed ut in ciuitate: atq; etiam modo: diu ad uarias omnium uoluptatum illecebras instructum. ¶ Vnus nec dominoꝝ inuitatiōe: nec ipsius interdum Annibalis Calanii filius: Perolla: uinci potuit. ipsi que ualitudinē excusans patri animi quoq; eius mirabilem interturbationē: cum quereret ante solis ferme occasum: patrem Calanium ex cōuiuio egressum: sequutus filius: ubi insecretū: hortus erat posticis edium: peruenerunt. ¶ Consilium inquit affero pater: quo non ueniā solum peccati: quo defecimus: ad Annibalē impetrare: ab Romanis: sed in multo maiore dignitate: & gratia simus Campani: q̃m fuimus unquam. ¶ Cum mirabundus pater: quid nam id esset consilii: quereret: toga reiecta ab humero: latus succinctum gladio nudat. ¶ Iam ego inquit sanguine Annibalis santiam Romanum fedus. Te id prius scire uolui: si forte adeē: dum facinus patratur: malles. ¶ Que ubi uidit: audiuitq; senex uelut si iam agendis. que audiebat: interesset: cum metu. ¶ Per ego: te inq̄t fili: quecunq; iura liberos iungunt parentibus precor: quesoq;: ne ante oculos patris facere & pati: omnia infanda uelis. pauce hore sūt: intra quas iurantes: per quicquid deorū ē dextras dextre iungentes: fidem obstrinximus: ut sacrata fide mansissemus: digressi a colloquio: extemplo in eum armamur iurgius? ab hospitali mensa: ad quam tertius Campanorum adhibitus ab Annibale es: eam ipsam mensam cruentare uis hospitis

Domini inuitatio

Calani filius Annibalem interficere gestit

patris responsio

sanguine Annibalem pater filio meo potui placare. filium Annibali non possum? sed si nihil sancti: non fides: non pietas: non religio: audiantur infanda: si non perniciem nobis cū scelere afferunt. Vnus aggressurus es Annibalem? quid illa turba tot liberorū seruorumq;? Quid in unum intenti omnium oculi. ❡ Quid tot dextre? torpescent ne in amentia illa? uultum ipsius Annibalis: quem armati exercitus tremunt. quē horret Populus Romanus tu substinebis? Talis auxilia desunt: me ipum ferire: corpus meum opponentem pro corpore Annibalis substinebis? Atqui per meum pectus petendus ille tibi atq; transfigendus est: deterreri hic sine te potius: q̃m illic uinci. ualeant preces apud te mee: sicut pro te hodie ualuerunt. ❡ Lachrymantē inde iuuenem cernēs: me/dium complectitur. atq; osculo herens: nō ante precibus abstitit: q̃ peruicit: ut gladiū poneret. fidemq; daret. nihil facturum tale. ❡ Tum iuuenis: ego quidem inquit. quā patrie debeo: pietatem: exoluam patri. tuam doleo uicem. cui ter prodite patrie: su/stinendum crimen est. semel: cum defectionem inisti ab Romanis. iterum cum pacis cum Annibale fuisti autor. Tertium hodie: cum restituende Romanis Capue mora: atq; impedimentum tu es. ❡ O patria: ferrum quo ꝑ te armatus hanc artem defēdere uolebam: hosti minime parcens: quando parens: extorquet: recipe. ❡ Hec cū dixisset: gladiū in publicum: transmaceriam hosti abiecit. & quo minus res suspecta esset: seipe conuiuio reddidit. postero die Senatus frequens datus Annibali. ❡ Vbi ꝓma eius ora/tio perblanda. ac benigna fuit: qua gratias egit Campanis: ꝙ amiciciam suā Romāe sotietati preposuissent. & īter cetera promissa magnifica pollicitus breui caput Italie omni Capuam fore: iuraq; inde cum ceteris: populis Romāum etiam petiturꝫ. ❡ Vnū esse exortem Punice amicicie federisq; secum facti: quem neq; esse Campanum: neq; dici: debere: Magium Decium. eum postulare: ut sibi dedatur. ac se presēte de eo re/feratur Senatusq; Consultum fiant. ❡ Omnes in eam sententiam ierunt: quanquam magne parti & uir indignus ea calamitate: & haud paruo initio minui uidebatur ius libertatis. egressus curia in templo Magistratuum consedit. comprehendiq; Magiū Decium: atq; ante pedes destitutum: causam dicere: iussit. ❡ Qui cum manente ferocia animi: negaret lege federis id cogi posse: tum iniecte cathene: duciq; ante lictorē: in castra est iussus. ❡ Quoad capite aperto est ductus: contionabundus incessit: ad circū/fusam undiq; multitudinem: uociferans: habetis libertatem Campani quam petistis. foro medio: luce clara: uidētibus uobis: nulli Campanorꝫ secundus uinctus ad mortē rapior. ❡ Quid uiolentius capua capta fieret? Ite obuiam Annibali. exornate urbem. diemq; aduentus eius cōsecrate. ut hunc triūphum de ciue uestro spectetis. ❡ Hec eo uociferante: cum moueri uulgus uideretur: reuolutum caput est. ociusq; rapi extra portam iussus est. ❡ Ita in castra perducitur: extemploq; impositus in nauem: & Car/thaginem missus: ne motu alio quoq; capue: ex indignitate rei orto: Senatū quoq; peniteret dediti principis. & legatione missa ad repetendū eum: ne aut negando rē: quam primum peterent: offendendi sibi noui socii: aut tribuendo: Habendus capue esset: seditionis ac turbatum autor. ❡ Nauem Cyrenas detulit tempestas. que tum in ditione Regum erat. ❡ Ibi quom Magius ad statuam Ptolemei Regis cōfugisset: de/portatus a custodibus Alexandriam ad Ptolemeum: dum eum docuisset contra ius federis uinctum se ab Annibale esse: uinculis liberatur. ❡ Permissumq; ut rediret: seu Romā: seu Capuā mallet. ❡ Nec Magius Capuā sibi tutā dicere: & Romā eo tempe: quo inter Romanos: Campanosq; bellum sit: transfuge magis: q̃ hospitis: fore domi/cilium. ❡ Nus q̃ magis malle: q̃ in Regno eius uiuere: quem uindicem atq; autorem habeat libertatis. ❡ Dum hec gerunt. Q. Fabius Pictor Legatus. a Delphis Romā

verba filij

Annibalis uerba i Senatu Capuano

Magius Decius petente annibale ad supplicium ductus hec uerba contionabatur

Idem tempestate ad ptolomeū ductus et liberatus est

redut.respósumq; ex scripto recitauit. diuinaq; i eo erát. qbus quoq; móis supplicaret.
¶Tum si ita facitis Romái: uestre res meliores: fortioresq; erunt. magisq; ex sentẽtia Res P. uestra uobis ꝑcedet. uictoriaq; duelli Populi Romani erit. Phythio Apollini Res P. uestra benegesta: seruataq;: lucris meritis donú mittitote. deq; preda: máubus spoliisq; honorem habetote. ¶Hec ubi ex Greco carmine interpreta recitauit: tum dixit: se oraculo egressum: extemplo his omnibus diuis rem diuinam thure: ac uino: fecisse. iussumq; ab Antistite: sicut coronatus laurea corona. & oraculum adisset: & rẽ diuinam fecisset: ita coronatum nauem ascendere. nec ante deponere eam: q̃ Romã peruenisset. ¶Se quecúq; imperata sint: cú summa religione ac diligentia exequutú coronam rome in aram Apollinis deposuisse. ¶Senatus decreuit: ut he res diuine: supplicationesq; primo quoq; tempore cú cura fierent. ¶Dum hec Rome: atq; Italia gerútur: nuntius uictorie ad Cannas Carthaginem uenerat: Mago Hamilcaris filius. non ex ipsa acie a fratre missus: sed retẽtus aliquot dies in recipiendis ciuitatibus Brutiorum queq; deficiebant. ¶Is cum ei Senatus datus esset: res gestas in Italia a fratre exposuit: cum sex Imperatoribus eum: quorum quattuor Consules: duo Dictator ac Magister Equitum fuerint: cú sex Consularibus exercitibus conflixisse. occidisse supra ducenta milia: supra. l. milia hostium cepisse. ex quattuor Consulibus duos occidisse. ex duobus sautium alterum: alterú toto exercitu amisso: uix cum. l. hominibus effugisse. Magistrú Equitú: qui Cósularis potestatis sit: fusum: fugatúq; Dictatorẽ: quia se in aciem nunq̃ commiserit: unicum haberi Imperatorem. Brutios Apulosq;: partẽ Sannitium: ac Lucanorum: defecisse ad Poenos. Capuam q̄ caput nó Cãpanie mó: sed post afflictã rem Romanã Cannensi pugna Italie sit: Annibali se tradidisse. pro his tot: tantisq; uictoriis rerum sacrum diis immortalibus agi: haberiq;. ¶Ad fidem deinde tam letarum rerum effundi iussit in uestibulo Curie ãnulos aureos. Qui tãtus aceruus fuit: ut metientibus dimidium super tres modios explesse: sint quidam autores. ¶Fama tenuit que ꝓpior uero est: haud plus fuisse modio. ¶Adiecit deinde uerbis: quo maioris cladis inditiú esset: neminem nisi Equitum: atq; eorum ipsorum ꝑmores id gerere insigne. ¶Summa fuit orationis: quo propius spes belli ꝑficiendi sit: eo magis ope iuuandum Annibalem esse. procul enim a domo militiam esse: in media hostium terra magnam uim frumenti peccunieq; absumi: & tot actis: ut hostium exercitus delesset: ita uictoris etiã copias parte aliqua minuisse. ¶Mittendum igit̃ supplementú esse: mittendam in stipendium peccuniam: frumentumq; tam benemeritis de nomine Punico militibus. ¶Secundú hec dicta magonis: letis omnibus: Himilco uir factióis barchine: locum Hannonis increpandi esse ratus. ¶Quid est Hanno inquit: etiã núc penitet belli suscepti aduersus Romanos? iube dedi Annibalem. ueta in tam prosperis rebus: grates diis immortalibus agi. Audiamus Romanú Senatorem: ĩ Carthaginẽsiú Curia. ¶Tum Hanno: tacuissem hodie patres Conscripti: nequid in communi omni gaudio minus letum quid esset: uobis loquerer. Nunc interrogãti Senatori: peniteat ne me adhuc suscepti aduersus Romãos belli? si reticeam: aut superbus: aut obnoxius uidear. quorum alterum est homĩs aliene libertatis obliti. alterum sue. ¶Respondeã inquit Himilconi: non desisse penitere me belli: neq; desiturum esse ante in uictum nostrum Imperatorem incusare: q̃ finitum aliqua tolerabili conditione bellú uidero. nec mihi pacis antique desiderium ulla alia res: q̃ pax noua: finiet. itaq; ista: que mó Mago iactauit Himilconi ceterisq; Annibalis satellitibus: iam leta sunt. ¶Mihi possunt leta esse: quia res bello benegeste: si uolumus fortuna uti: pacem nobis equiorem dabunt. nam si ꝓtermittimus hoc tempus: quo magis dare: q̃ accipere possumus uideri·

Apollinis delphici responsú ro[ᵐⁱˢ]

NARRATIO VICTORIE CANNẼSIS ĩ senatu carthaginẽsi·

Annuli ro[ᵐ] interfectis adempti

Petit a senatu carthã[gⁱⁿᵉⁿˢⁱ]· anĩbal supplemẽtú pecuniã frumẽtum·

Himilconis oratio ĩ Hannonem

Hannonis responsio

pacem: uereor ne hec quoq; letitia luxuriet nobis: ac uana euadat. ¶ Que tamen nūc quoq; qualis est? occidi exercitus hostiū. mittite milites mihi. qd aliud rogares: si esses uictus. ¶ Cepi bina castra: prede uidelicet plena: & commeatuū: frumentū & pecuniā date. ¶ Quid aliud inq̄ si spoliatus: si exutus castris esses: peteres? ¶ Et ne omnia ipse mirer: mihi quoq; quoniam respondi Himilconi: interrogare uis fasq; est. uelim seu Himilco seu Mago respondeat: cum ad internitionem Romani Imperii pugnatum ad Cannas sit: constetq; in defectione totā Italiam esse: primum ecquis Latini nomis populus defecerit ad nos? deinde ecquis homo ex. v. & xxx. Tribubus ad Annibalē transfugerit. ¶ Cum utrunq; Mago negasset. ¶ Hostiū quidem Rome inquit adhuc multum superest. Sed multitudo ea quid animorum: quid ue spei habeat: scire uelim. ¶ Cum id nescire se Mago diceret. ¶ Nihil facilius scitum est inquit. ¶ Ecquos legatos ad Annibalem Romani miserunt de pace? ecquam deniq; mentionem pacis Rome factam esse: allatum ad uos est? ¶ Cum id quoq; negasset. ¶ Bellum igitur tam inquit integrum habemus: q̄ habuimus: q̄ die Annibal in Italiam est ingressus. ¶ Quā uaria uictoria priore Punico bello fuerit: pleriq; : qui meminerimus: supersumus. nunquam terra: mariq; magis ꝓspere res nostre uise sunt: q̄ ante Cōsules Luctatium: & A. Postumiū fuerunt. ¶ Luctatio: & Postumio Cōsulibus deuicti ad Egatis insulas sumus: quod si id q̄d dii omem auertant: nunc quoq; fortuna aliquid uariauerit: tum pacem speratis. cum uincimur: quam nunc: cum uincimus: dat nemo? Ergo si quis Cōsultet: seu de ferenda hostibus pace: seu accipienda: habeo quid sententie dicam. ¶ Sed de iis que Mago postulat: refertis. ¶ Nec uictoribus mitti attinere puto. & frustrantibus nos falsa atq; inani uictoria multo minus censeo mittēda esse. ¶ Haud multos mouit Hannonis oratio nam & simultas cum familia Barchina leuiorem autorem faciebat: & occupati animi presēti letitia: nihil: quo uanius fieret gaudium suum: auribus admittebāt. debellatūq; mox fore: si adniti paululū uoluissent: rebantur. ¶ Itaq; ingēti consensu fit Senatus Consultum: ut Annibali. xl. Numidarum milia: in supplementū mitterentur: & xl. elephanti. & argenti multa talenta. ¶ Dictatorq; cum Magone in Hispaniam premissus est: ad conducēda. xx. milia peditum: quattuor equitum qbus exercitus: qui in Italia: quiq; in Hispania erant: supplerentur. ¶ Ceterum hec: ut in secundis rebus segniter otioseq; gesta sunt. ¶ Romanos preter insitā industriā aīmis fortuna etiam contari prohibeat. Nam nec Consul ulli rei: que per eum agenda eēt: deerat. ¶ Et dictator. M. Iunius rebus diuinis perfectis: latoq; ut solet: ad populum: ut equum ascendere liceret: preter duas Vrbanas legiones: que principio anni a Cōsulibus conscripte fuerant: & seruoꝝ delectum: cohortesq; ex agro Piceno: & Gallico collectas: ad ultimum prope desperate Rei P. auxilium: cum honesta utilibus cedūt: descēdit equo dixitq; ¶ Qui capitalē fraudem ausi: quiq; pecunia iudicati in uinculis essent: qui eorum apud se milites. fierent: eos nox a pecuniaq; se exolui iussurū. ¶ Ea sex milia hominum Gallicis spoliis: que triūpho. C. Flaminii translata erāt: armauit itaq; cum. xxv. milibus armatorum ab urbe proficiscitur. ¶ Annibal Capua recepta: cum iterum Neapolitanorum animos: partim spe: partim metu: nequicq̄ temptasset: in agrum Nolanum: exercitū traducit: & ut non hostiliter statim: qa nō desperabat uoluntariam deditionem: ita: si morarentur spem: nihil eorum que pati: aut timere possent: pretermissurus. ¶ Senatus ac maxime primores eius in sotietate Romana ꝑstare. ¶ Plebs nouarum ut solet rerum auida atq; Annibalis tota esse. metūq; agrorū populationis: & patienda in obsidione multa grauia indignaq; proponere animo. ¶ Neq; autores defectionis deerant: itaq; ubi Senatus: metus accepit: sed si palā cōtra

Dictator Junius equo insidens ppto uolente quom paucissimos milites h[illegible]: os rei capitalis aut pecuniarum iudicatos absolvis cū xxv armatorum ab urbe proficiscit.

Nolana plebs ad Anibalē deficere cupiebat

tenderent: resisti multitudini concitate non posse. clam simulando: dilatationẽ mali inueniunt. placere enim sibi defectionem ad Annibalem simulant. Quibus autem cõditionibus in fedus: amiciciamq; nouam transeant: parum cõstare. ¶ Ita spatio sũpto: Legatos ꝓpere ad Pretorẽ Romanũ Marcellum Claudiũ: qui Casilini cũ exercitu erat: mittunt. docentq; quanto in discrimine sit Nolana res. Agrum Annibalis esse: & Poenorum. urbem extemplo futuram: nisi subueniatur. conciliando plebi Senatũ: ubi uelit: defecturos: senatũ se ne deficere ꝑfestinarẽt: effecisse. Marcellus collaudatis Nolanis: eadem simulatione extrahi rem in suũ aduentũ iussit. ¶ Interim celari: que secum acta essent: spemq; omnẽ auxilii Romani. ¶ Ipse a Casilino Calaciã petit. Inde Vulturno amne traiecto: perq; agrum Saticulanum: Trebeianũq; super Suessulã per montes: Nolam peruenit. Sub aduentum Pretoris Romani Penus agro Nolão excessit. & ad mare proxime Neapolin descendit: cupidus marini oppidi potiundi: quo cursus nauibus tutus ex Affrica esset. ¶ Ceterũ postq̃ Neapolin a Prefecto Romano teneri accepit: M. Iulius Sillanus erat: ab ipsis Neapolitanis accitus: Neapoli quoq; sicut Nola. non admissus: petit Nuceriam. Eam cum aliquandiu circunsedisset: sepe ui: sepe sollicitandis nequicq̃ nunc Plebe: nunc Principibus: fame demum in deditionem accepit. pactus: ut inermes: cum singulis abirent uestimentis. ¶ Deinde: ut q a principio mitis omnibus Italicis: preter Romanos uideri uellet: ꝓmia atq; honores: iis qui remansissent: ac militare uellent secum: proposuit. ¶ Nec ea spes quenq̃ tenuit. ¶ Dilapsi omnes quocunq; hospitia: aut fortuitus animi impetus tulit: per Campanie urbes: maxime Nolam: Neapolinq;. ¶ Cum ferme triginta senatores: ac forte ꝓmus quisq;: Capuã petisset: exclusi inde: ꝙ portas Annibali clauserũt. Cumas se cõtulerũt. Nucerie preda militi data est. urbs direpta atq; incensa. Nolã marcellus: nõ sui magis fiducia presidii. q̃ uoluntate principum tenebat. Plebes timebatur. & ante omnes. L. Bantius quem consensus attemptate defectionis: ac metus a Pretore Romano: nunc ad proditionem patrie: nũc si ea die fortuna defuisset: ad transfugiendũ stimulabat. erat iuuenis acer. & sotiorum ea tempestate nobilissimus eques. Seminecem eum ad Cannas: in aceruo occisorum corporum inuentũ. curatumq; benigne etiam cũ donis Annibal domum remiserat. ¶ Ob eius gratiam meriti rem Nolanam in ius ditioneq; dare uoluerat Peno. ¶ Anxiũq; eum & sollicitum cura nouandi res Pretor cernebat. Ceterum cum aut pena cohibendus esset: aut benefitio conciliandus: sibi asumpsisse q̃ hosti ademisse: fortem ac strenuum maluit sotiũ. accitumq; ad se: benigne appellat. ¶ Multos eũ inuidos inter populares habere: inde existimatu facile eẽ: ꝙ nemo ciuis Nolanus sibi indicauerit: q̃m multa eius egregia facinora militaria essent. Sed qui in Romanis militauerit castris: non posse obscuram eius uirtutem esse. multos sibi q cum eo stipendia fecerint: referre: qui uir esset ille: queq; & quotiens pericula: pro salute ac dignitate Populi Romani adisset. utiq; Cannensi pugna: non prius prelio abstiterit: q̃ prope ex anguis: ruina super incidentium uirorum: equorum: armorumq; sit oppressus. itaq; macte uirtute esto inquit apud me: cui omnis honor atq; omne premiũ erit: & quo frequentius mecum fueris: senties eam rem tibi dignitati: atq; emolumẽto esse. ¶ Letoq; iuueni promissis: equum eximium ex dono dat. ¶ Bigatosq; quingẽtos: Questorem numerare iubet. ¶ Lictoribus imperat: ut se adire: quotiẽs uelit: patiantẽ. ¶ Hac comitate Marcelli ferocis iuuenis animus adeo est mollitus: ut nemo inde sotiorum rem Romanam fortius ac fidelius iuuerit. ¶ Cum Annibal ad portas esset. Nolam enim rursus a Nuceria mouerat castra: Plebes quoq; Nolana de integro ad defectionem spectare. ¶ Marcellus sub aduentu hostium intra muros se recepit. non

castris metuens: sed ne prodende urbis occasionem: nimis multis in eam imminentibus
daret: instrui deinde utrinq; acies: Romãorum cepte pro menibus Nole: Penorum
ante castra sua. prelia hinc parua inter urbem castraq;: & uario euentu: fiebant: qa
duces: nec prohibere paucos temere rogantes: nec signum dare uniuerse pugne: uo/
lebant. in hac comitiaria iam duorum exercituum statione: Principes Nolanorum
nunciant Marcello: nocturna colloquia inter Plebem ac Penos fieri: statutũq; esse:
ut cum Romana acies egressa portis iret: impedimenta eorum ac sarcinas diriperent.
clauderentq; deinde portas: murosq; occuparent: ut potiẽtes rerum suarũ: atq; urbis
Penũ inde pro Romano acciperent. ¶Hec ubi nũtiata sunt Marcello: collaudatis
Marcellus ro. acies instruit
Senatoribus Nolãis: prius q̃ aliquis motus in muris oriretur: fortunam pugne experiri
statuit. Ad tris portas in hostes uersas: tripartito exercitum instruxit. impedimenta
subsequi iussit. calones: lixasq;: & inualidos milites uallum ferre. media porta robora
legionum: & Romanos equites: duabus circa portis: nouos milites: leuemq; armaturã:
ac sotiorum equites statuit. ¶Nolãi muros: portasq; adire ueтiti. subsidiaq; destinata
impedimentis data. ne occupatis prelio legionibus: in ea impetus fieret. ita instructi
intra portas stabant. ¶Annibali sub signis: id quod per aliquot dies fecerat: ad multum
diei in acie stanti: primo miraculo esse: ꝙ nec exercitus Romanus porta egrederetᷓ:
nec armatus quis q̃ in muris esset. ¶Ratus deinde prodita colloqa esse. metuq; resides
factos: partem militũ in castra remittit: iussos propere apparatum omnẽ oppugnãde
urbis: in primam aciem afferre. satis fidens si contantibus instaret: tumultum aliquem
in urbe plebem moturam. moxq; dũ in sua quisq; ministeria discursu trepidat ad ꝑma
signa: succeditq; ad muros acies: patefacta repẽte porta: Marcellus signa canere: cla/
moremq; tolli: ac pedites primum: deinde equites quanto maximo possent impetu: in
hostem erumpere iubet. Satis terroris tumultusq; in aciem mediam intulerunt: cum
duabus circa portis. P. Valerius Flaccus: &. C. Aurelius Legati in cornua hostium
erupere. ¶Addidere clamorem lixe calonesq;: & alia turba custodie impedimentorũ
apposita: ut paucitatẽ maxime spernentibus penis: ingentis repente exercitus speciẽ
Vincunt ro. penos
fecerit. ¶Vix equidem ausim affirmare: quod quidam autores sunt: duo milia: &. ccc.
hostium cesos: non plus uno Romanorꝫ amisisse: siue tanta: siue minor uictoria fuit:
ingens eo die res: ac nescio: an maxima illo bello gesta sit. Nõ uinci enim ab Anni/
bale uincẽtibus difficilius fuit: q̃ postea uincere. ¶Annibal spe potiũde Nole adẽpta:
quom Acerras recessisset: Marcellus extemplo clausis portis: custodibusq; dispositis: ne
quis egrederetᷓ: questionẽ in foro de iis qui clam ĩ colloquiis hostium fuerant: habuit.
Proditores nolani puniti
¶Supra. lxx. damnatos proditionis: securi percussit. bonaq; eorum iussit publica esse.
& summa rerũ Senatui tradita: cum exercitu omni profectus: supra Suessulã castris
positis: consedit. ¶Penus Acerras primum ad uolũtariam deditionem conatus pellicere
postq̃ uidit inde obstinatos: obsidere: atq; oppugnare: parat. ¶Ceterum Acerranis
plus animi: q̃ uirium erat. itaq; desperata tutela urbis: ut circunuallari menia uiderẽt:
prius q̃ continuarentur hostium opera: per intermissa munimenta neglectasq; cus/
todias: silentio noctis dilapsi: per uias inuiaq;: qua quenq; aut consilium: aut terror:
tulit: in urbes Campanie: quas satis certum erat: non mutasse fidem: perfugerunt. An/
Acerre ab incolis deserte a peno direpte incenseque
nibal Acerris direptis: atq; incensis: cum a Casilino Dictatorem Romanum legionesq;
nuntii accipi nuntiassent: ne quis q̃: tam in propinquis hostium castris: Capue quoq;
recurrat: exercitum ad Casilinum ducit. ¶Casilinum eo tempore Prenestini habebant
cum Romanis paucis Latiniq; nominis: quos eodẽ: audita Cannẽsis clades cõtulerat.
hi nõ cõfecto Preneste ad diẽ delectu: serius ꝑfecti domo cũ Casilinũ: ante aduerse

pugne famam: uenissent: & alijs aggregarẽt Romãis sese: sotijsq;: profecti a Casilino: cum satis magno agmine irent: auertit eos retro Casilinum nuncius Cannensis pugne ibi cũ dies aliquos: suspecti Campanis: timentesq;: cauendis ac struẽdis inuicẽ insidijs traduxissẽt: iamq; de capue defectiõe agi: accipiq; Annibalem: satis pro certo habuere interfectis nocte oppidanis partem urbis: que citra Vulturnum est: eo enĩ diuiditur amni occupauere. idq; Presidium Casilini habebant Romani. ¶ Additur & Perusina cohors homines. cccc. & . lx. eodem nuncio: quo Prenestini: paucos ante dies Casilinum compulsi. & satis ferme armatorum: ad tam exigua menia: & flumĩe altera parte cincta tuenda erat. ¶ Penuria frumenti: nimium etiam ut uideretur hominum: efficiebat. Annibal cum iam inde haud procul esset: Getulos cum Prefecto nomine Isasalca: premittit. Ac primo si fiat colloquij copia: uerbis benignis: ad portas aperiendas pre/sidiumq; accipiendũ: perlicere iubet. Sin in pertinatia perstẽt: rem gerere: ac tẽptare si qua parte urbem inuadere possit. ¶ Vbi ad menia accessere: quia silentium erat: soli/tudo uisa: metuq; concessũ. Barbarus ratus: moliri portas: & seras: claustraq; effrigere: parat. Cum patefactis repẽte portis cohortes due: ad id ipsum instructe intus: ingẽti cum tumultu erumpunt. stragem q; hostium faciunt. ¶ Ita primis repulsis: Mabarbal cum maiore robore uirorum missus: nec ipse eruptionẽ cohortiũ sustinuit. ¶ Postremo Annibal castris ante ipsa menia oppositis: paruam urbem paruumq; presidium: sũma ui atq; omibus copijs oppugnare parat. ¶ Ac dum instat lacessitq;: corona undiq; cir/cundatis menibus. aliquot milites: & promptissimum quenq; e muro: turribusq; ictos: amisit. Semel ultro erumpentis: agmine elephantorum opposito: prope interclusit: trepidosq; compulit in urbem satis multis: ut ex tãta paucitate: interfectis: plures ce/cidissent: ni nox prelio interuenisset. ¶ Postero die omnium animi ad oppugnandũ accendunt. ¶ Vtiq; postq̃ corona aurea muralis proposita est: atq; ipse Dux Castelli: plano loco positi: segnem oppugnatiõem: Sagunti expugnatoribus: exprobrabat: Cannarũ Transimeniq; & Trebie singulos monẽs: uniuersosq;: inde uinee quoq; cepte agi: cuniculiq;: nec ad uarios conatus hostium: aut uis ulla: aut ars deerat. ¶ Sotii Ro/manorum ppugnacula aduersus uineas statuere: transuersis cuniculis hostiũ cuniculos excipere: & palam & clam ceptis obuiam ire: donec pudor etiam Annibalẽ ab ĩcepto auertit. ¶ Castrisq; communitis ac presidio modico imposito: ne omissa res uideret: in Hiberna Capuam concessit. ¶ Ibi partem maiorẽ hyemis exercitum in tectis habuit: aduersus oĩa humana mala sepe: ac diu durantem: bonis inexpertum: atq; insuetũ. ¶ Itaq; quos nulla mali uicerat uis perdidere. nimia bona. ac uoluptates immodice. & eo impensius quo auidius ex insolẽtia in eas se immerserant. Somnus enim & uinum: & epule: & scorta: lineaq;: & otium: consuetudine in dies blandius. ita eneruauerunt corpora: animosq;: ut magis deinde uictorie eos: q̃ presentes curarent uires. ¶ Maiusq; id peccatum. ducis apud peritos artium militarium habetur: q̃ q; non ex Cannẽsi acie protinus ad Vrbem Romanam duxisset. Illa enim cunctatio distulisse modo uicto/riam uideri potuit. Hic error uires ademisse ad uincẽdum. ¶ Itaq; hercule uelut si cũ alio exercitu a Capua exiret: nihil us q̃ pristine discipliẽ tenuit. nã & redierũt pleriq; scortis implicati. ¶ Et ubi primũ sub pellibus haberi cepti sunt. uiaq; & alius labor mi/litaris excepit: Tyronum modo corporibus animisq; deficiebant. Et deinde p oĩe estiuorum tempus magna pars sine cõmeatibus ab signis dilabebãtur. neq; alie latebre q̃ Capua: desertoribus erant. ¶ Ceterum mitescẽte iam hyeme: ducto ex Hibernis milite Casilinum redit. Vbi quanq̃m ab oppugnatione cessatum erat: obsidio tamen continuata oppidanos presidiũq; ad ultimũ inopie adduxerat. ¶ Castris Romãis tũc

Perusina cohors

Casilinenses eruptione facta duos penorum ductores superant.

Casilinum fame in obsessum dimisso modico presidio castris dimittit.

Urbs romana

CAPUA PENOS EFFEMINAUIT.

commeatus

Redeunt peni ad obsidionem Casilini

Sēpronius preerat: Dictatore auspitiorum repetendorum causa: profecto Romā. & ipsum cupientem ferre auxilium obsessis Vulturnus amnis inflatus aquis: & preces Nolanorum atq; Acerranorum tenebant: Campanos timētium: si presidiū Romanū abscessisset. ¶ Gracchus adsidens tantum Casilino: quia predictū erat Dictatoris: neq̄d absente eo rei gereret: nihil mouebat. quanq̄: que facile omnem patientiam uincerēt: nuntiabantur a Casilino. nam & precipitasse se quosdam non tolerantes famē con/stabat. & stare inermes in muris: nuda corpora ad missilium telorum ictus prebentes ea egre patiens Gracchus quom neq; pugnam conserere Dictatoris in iussu auderet: pugnandum autem esse: si palam frumentum importare uellet: uideret: neq; clā im/portandi spes esset: ferre ex agris circa undiq; conuecto: cum q̄plura dolia cōplesset: nuntium ad Magistratum Casilinum misit: ut exciperent dolia: que amnis deferret insequenti nocte intentis omnibus in flumen: ac spem ab nuntio Romano factam: dolia medio amni missa defluxerunt. ¶ Equaliter inter omnes frumentum diuisum. Id postero quoq; die ac tertio factum est. nocte & mittebantur: & perueniebant. eo custodias hostiū fallebant. ¶ Hymbribus deinde continuis citatior solito amnis trās/uerso uertice dolia impulit ad ripam: quā hostes seruabāt. ibi herentia inter obnata ripis salicta aspitiuntur. nuntiatūq; Annibali est: & deinde intētiore custodia cautū: ne quid falleret Vulturno ad urbem missū. nuces inde fuse a Romanis castris: quom medio amni ad Casilinum defluerent: cratibus excipiebātur. ¶ Postremo ad id uentū inopie est: ut lora detractasq; scutis pelles: ubi feruida mollissent: aqua mandere co/narentur. nec muribus: alio ue animali abstinerent. & omne herbarū radicūq; genus aggeribus infimis muri eruerent. ¶ Et cum hostes obarassent quicquid herbidi terreni extra murum erat: raparum semē iniecerunt. ut Annibal eo ne usq; dum ea nascant: ad Casilinum sessurus sum? exclamaret. Qui nullam antea pactiōem auribus admi/serat. tum demum secum agi est passus de redemptiōe liberorum capitum. Septūces auri singulos preciū cōuenit. fide accepta sese tradiderūt. donec omne aurū ꝑsolutū est: in uinculis habiti. ¶ Tum remissi Cumas cum fide. ¶ Id uerius est: q̄ ab equite in/abeuntis immisso interfectos. Prenestini maxima pars fuere ex qngentis septuagita qui in presidio fuerunt minus dimidium ferrum famesq; absumpsit. Ceteri incolumes cum Pretore suo Manitio: Scriba is antea fuerat: redierunt. ¶ Statua eius inditio fuit Preneste in foro statuta: loricata: amicta: toga: uelato capite. & tria signa cū titulo lamine enee inscripto. Manitius pro militibus qui Casilini in presidio fuerint uotū uouisse. ¶ Idem titulus tribus signis in edem fortune positis: subiectus. ¶ Casilinum op/pidū redditū Campanis ē. firmatū septingentoꝝ militū de exercitu Annibalis ꝑsidio: ne ubi Penus inde abscessisset: Romani impugnarēt. ¶ Prenestinis militibus Romāus Senatus. duplex stipendium: & quinquennii militie uacationem decreuit. ¶ Ciuitate cum donarentur ob uirtutem: non mutauerūt. ¶ Perusinorum casus obscurior fama est. quia nec ipsorū monumento ullo est illustratus: nec decreto Romanoꝝ. ¶ Eodē tempore Petellinos qui uni ex brutiis manserant in amicicia Romana: non Cartha/ginenses mō: qui regionem obtinebant: sed Brutii quoq; ceteri ob separata a se cōsilia oppugnabant. quibus cum obsistere malis nequirent: Petellini Legatos Romam ad presidium petēdum: miserunt. ¶ Quorum preces lachrymeq;: in questus enim flebiles: cū sibimetipsi consulere iussi sunt: sese in uestibulo curie ꝓfuderunt: ingentē miseri/cordiam Patribus: ac Populo mouerunt. ¶ Consultiq; iterum a. M. Emilio Pretore Patres circunspectis omnibus Imperii uiribus: fateri coacti: nihil iam loginquis sotiis in se presidii esse. redire domum: fideq; ad ultimum expleta consulere sibimetipsos in

presenti fortuna iusserunt. Hec postq̄m renunciata Legatio Petellinis est: tantus
repente meror pauorq; Senatum eorum cepit: ut pars profugiendi: qua q̄sq; posset:
ac deserende urbis: autores essent: pars adiungendi se ceteris Brutiis: ac per eos dedendi
Annibali. Vicit tamen ea pars: que nihil raptim: nec temere agēdum: consulendūq;
deintegro censuit. Relaxata postero die: per minorem trepidationem re tenuerūt
Optimates: ut confectis omnibus ex agris: urbem ac muros firmarent. Per idē fere
tempus littere ex Sicilia Sardiniaq; Romam allate. Priores ex Sicilia Octacilii
Propretoris in Senatu recitate sunt. L. Furiū Pretorem cum classe ex Africa Li/
lybeum uenisse. ipsum grauiter ictum: saucium in discrimine esse uite ultimo. militie
naualibus sotiis: neq; stipendium. neq; frumentum. ad diem dari. neq; unde det: esse.
magnopere suadere: ut q̄primum ea mittantur. sibiq;: si ita uideatur: ex nouis Pre/
toribus successorē mittant. Eadēq; ferme: de stipendio: frumentoq; ab. A. Cornelio
Mammula Propretore ex Sardinia scripta. Respōsum utrisq;: non esse: unde mit/
teretur. Iussiq; ipsi classibus ac exercitibus suis consulerent. Octacilius ad unicum
subsidium Populi Romani Hieronem Legatos cum misisset: in stipendium quantū
argēti opus fuit: & sex mensium frumentū: accepit. Cornelio in Sardinia ciuitates
sotie benigne contulerunt. Et Rome quoq;: propter penuriam argēti: Triumuiri
Mensarii: rogatione Minutii Tr. Pl. facti. L. Emilius qui Consul Censorq; fuerat.
Et. M. Attilius Regulus: qui bis Cousul fuerat. Et. L. Scribonius Libo: qui tum
Tr. Pl. erat. Et Duumuiri creati. M. & C. Attilius edem Cōcordie quā. L. Mālius
Pretor uouerat: dedicauerunt. Et tres Pontifices creati. Q. Cecilius Metellus. Q.
Fabius Maximus. Et. Q. Fuluius Flaccus: in locum. P. Scantinii demortui: & L.
Emilii Pauli: Consulis: & Q. Elii Peti: qui ceciderunt pugna Cannensi. cum cetera:
que continuis cladibus fortuna minuerat: quantum consiliis humanis asseq poterant:
Patres explessent: tandem se quoq;: & sollicitudinē Curie: paucitatemq; conueniētiū
ad Publicum consilium respexerunt. non enim post. L. Emilium: & C. Flamminiū
Censores: Senatus electus fuerat: cum tantum Senatorum aduerse pugne: adhoc sui
quenq; casus: per quinquennium absumpsissent. Cum de ea re. M. Emilius Pretor
Dictatore post Casilinum amissum: pfecto iam ad exercitum: exposcētibus cūctis
retulisset: tum. S. P. Carbilius cum longa oratione: non solum inopiam sed paucitatē
etiam ciuium: ex quibus in Patres legerent conquestus esset: explendi Senatus causa:
& uingendi arctius Latini nominis: cum pro magna re se suadere dixisset. ut ex sin/
gulis populis Latinoꝝ binis Senatoribus: si Patres Romani cēsuissent: ciuitas daret:
atq; in demortuorum locum in Senatum legerentur. Eam sententiam haud equi/
oribus animis: q̄ ipsorum quondam postulatum Latinorum Patres audierunt. & cū
fremitus indignantium tota Curia esset. & precipue Manlius: esse & nunc stirpis eius
uirum diceret: qui quōdam in Capitolio Consul: minatus esset. quem Latinū in curia
uidisset: eum sua manu se interfectuꝝ. Q. Fabius Maximus: nunq̄ alieniore tempe
mentionem factam in Senatu dixit: q̄ inter tam suspensos sotiorū animos: incertāq;
fidem id tantum quod insuper sollicitaret eos: eam unius hominis temerariam uocem:
silentio omniū extinguendam esse. & siquid unq̄ arcani sancti ue ad silendūm Curia
fuerit: id omniū maxime tegendum: occulendum: obliuiscendum: pro non dicto ha/
bendum: esse. Ita eius rei oppressa mētio est. Dictatorem qui Censor ante fuisset:
uetustissimusq; ex iis q uiuerent: Cēsorius esset: creari placuit: qui Senatum legeret.
Acciriq;. C. Terentium ad Dictatorem dicendum: iusserunt. qui eo ex Apulia: re/
licto ibi presidio: cum magnis itineribus Romā redisset: nocte proxima: ut mos erat

Lrē ex Sicilia Sardiniaq; ī felices facte Romā allate

TRIUMVIRI MENSARII FACTI

pro nō dicto hñdū

Duo dictatores eodem tẽpore q̃d antea nunq̃ visum.

M. Fabius Buteo Dictator

M. Fabium Buteonem: ex. S. C. sine Magistro Equitum: Dictatorem in sex menses dixit. ¶ Is ubi cum lictoribus in rostra ascẽdit. ¶ Neq; duos Dictatores tempore uno quod nunq̃ antea factum esset probare se dixit. neq; Dictatorem se sine Magistro Equitum nec Censoriam uim ꝑmissam uni & eidem iterum: nec Dictatori nisi rei gerende causa creato in sex menses: datum Imperium: que immoderata sors: tempus: ac necessitas fecerint: iis se modum impositurum. nam neq; Senatu quenq̃ moturum: ex iis: quos. C. Flãinius. L. Emilius Censores in Senatũ legissent. transcribi tm̃ recitariq; eos iussurum. ne penes unum hominem iudiciũ arbitriumq; de fama ac moribus Senatoris fuerit. & ita in demortuorũ locum subuecturum: ut ordo ordini: non homo homini: prelatus uideretur. ¶ Recitato uetere Senatu: inde primũ in demortuorum locum legit: qui post. L. Emilium. C. Flamminium Censores Curulem Magistratũ cepissent: necdum in Senatu lecti essent. ut quisq; eorũ Senator primus creatus erat. tum legit: qui ediles: Tr. Pretores Questores ue fuerant: tum ex iis qui Magistratus cepissent: qui spolia ex Romano hoste fixa domi haberẽt: aut ciuitatem Romanã accepissent. ita. c. lxxvii. cum ingenti approbatione hominum in Senatũ lectis: ex templo se Magistratu abdicauit. priuatusq; de rostris descendit: lictoribus abire iussis: turbeq; se immiscuit: priuatas agẽtium res. tempus hoc sedulo terens: ne deducendi sui causa Populum de foro abduceret. neq; tamen elanguit cura hominũ ea mora. frequentesq; eum deduxerunt domum. ¶ Consul nocte insequenti ad exercitum rediit: non facto certiore Senatu: ne Comitiorum causa in urbe retineretur. ¶ Postero die cõsultus a. M. Põponio Pretore Senatus: decreuit Dictatori scribendũ: uti si e. Re P. censeret esse: ad Cõsules subrogandos ueniret cum Magistro Equitũ. & Pretore. M. Marcello: ut ex iis presentibus noscere Patres possent: quo statu Res P. eẽt. cõsiliaq; ex rebus caperent. ¶ Qui acciti erant: omnes uenerũt: relictis Legatis: qui legiõibus preessent. ¶ Dictator de se pauca ac modice loquutus: in Magistrum Equitum. T: Sempronium Gracchum magnam partem glorie uertit. Comitia que edixit: quibus L. Postumius. iii. absens: qui tum Galliam Prouintiam obtinebat: &. T. Sempronius Gracchus: qui tum Magister equitũ: & eo occurrerat: Consules crearent. ¶ Pretores inde creati. M. Valerius Leuinus. Ap. Claudius Pulcher: Fuluius Flaccus Q. Mutius. Sceuola. Dictator creatis Magistratibus Theanum in Hiberna ad exercitum rediit relicto Magistro Equitum Rome: qui cum post paucos dies Magistratũ initurus esset: de exercitibus scribendis cõparandisq; in annum: Patres consuleret. ¶ Cũ ee res maxime agerentur: noua clades nuntiata: alia super aliam cumulante in eum ãnum fortuna. L. Postumium Consulem designatum in Gallia: ipsum: atq; exercitũ delectos. ¶ Silua erat uasta: Litanam Galli uocãt: qua exercitum traducturus erat. eius silue dextra leuaq; circa uiã Galli arbores ita inciderant: ut immote starent. momento leui impulse caderẽt. ¶ Legiones duas Romanas habebat Postumius: sotiũq; ab Supero mari tantum conscripserat: ut. xxv. milia armatorum. in agros hostium induxisset. ¶ Galli ora extreme silue cum circunsedissent: ubi intrauit agmen saltum: tum extremas arborum succisarum impellũt: aliam in aliam instabilem per se ac male herentem incidentes: ancipiti strage: arma: uiros: equos: obruerunt: ut uix decẽ hoĩes effugerent. ¶ Nam cum exanimati pleriq; essent: arborũ truncis: fragmẽtisq; ramoꝝ ceteram quoq; multitudinem inopinato malo trepidam: Galli: saltum omnẽ armati circunsidentes: interfecerunt. paucis e tanto numero captis: q fluminis pontẽ petẽtes obsesso ante ab hostibus ponte interclusi sunt. ¶ Ibi Postumius omni ui: ne caperetur: occubuit. spolia corporis: caputq; precisum Boi ouantes templo: quod sanctissimũ est

L. Postumius consul designatus in gallia in silua litana cũ xxv m armatorum noua fraude arborum succisarum occisus

apud eos intulerũt. purgato inde capite: ut mos est iis: caluam auro celauerunt. idq; sacrum uas erat: quo sollemnibus libarent: poculumq; idem Sacerdotis: esse ac templi Antistibus. ¶ Preda quoq; haud minor Gallis: q̃ uictoria fuit. nam & si magna pars animalium: strage silue oppressa erat: tamen cetere res: quia nihil dissipatum fuga est strate per omnem iacentis agminis ordinem: inuente sunt. ¶ Hac nuntiata clade: cum per dies multos in tãto pauore fuisset ciuitas: ut tabernis clausis: uelut nocturna so/litudine per urbem acta: Senatus Edilibus negotium daret: ut urbem circumirent: apeririq; tabernas: & mestitie publice speciem urbi demi iuberẽt. ¶ Tum. T. Sẽpróius Senatum habuit: consolatusq; Patres est. & adhortatus: ne qui Cannẽsi ruine nó suc/cubuissent: ad minores calamitates animos summitterent. ¶ Quod ad Carthaginenses hostes Annibalemq; attinet: ꝓspera modo esset: sicut speraret: fortuna: Gallicũ bellũ & omitti tuto: & differri posse. ultionemq; eam fraudis in deorum ac Populi Romãi potestate fore. ¶ De hoste Peno. exercitibusq; per quos id bellũ gereret cõsultandũ: atq; agitandum. ¶ Ipse primum quid peditum: equitumq;: quid ciuium: quid sotioꝝ: in exercitu esset Dictatoris: disseruit. ¶ Tum Marcellus suarum copiarum summam exposuit. ¶ Quid in Apulia: cum. C. Terẽtio Consule esset: a peritis quesitum est. duo ne Consulares exercitus satis firmati tantum bellum efficerẽt: inibatur ratio. ¶ Itaq; Galliã: q̃q̃ stimulabat iusta ira: omitti eo ãno placuit. ¶ Exercitus Dictatoris Cõsuli decretus ẽ. ¶ De exercitu: eos q ex fuga Cannensi essent: in Sicilie castra duci: atq; ibi militare: donec in Italia bellũ esset: placuit. ¶ Eodem ex Dictatoris legionibus reiici militem: minimi quenq; roboris: nullo prestituto militie tempore: nisi ꝗ stipendiorũ legittimorum esset. ¶ Due legiones urbane. alteri Consuli qui in locum. L. Postumii suffectus esset: decrete sunt. ¶ Eumq; cum primũ saluis auspiciis posset: creari placuit. ¶ Legiones preterea duas primo quoq; tempore ex Sicilia acciti atq; inde Cõsul cui legiones urbane euenissent: militum sumeret: quantum opus esset. C. Terentio Cõ/suli propagari in annum Imperium. neq; de eo exercitu quem ad presidium Apulie haberet: quicq̃ minui. ¶ Dum hec geruntur in Italia: apparanturq;: nihilo segnius in Hispania bellũ erat. sed ad eam diem magis prosperum Romãis. P. & Cn. Scipiões inter se partitis copiis: ut. Cn. terra. P. mari. nauibusq; rem gereret. Hasdrubal Penoꝝ Imperator neutri parti uirium satis fidens: procul ab hoste interuallo ac locis tutis tenebat se: cui multum ac diu obtestanti quattuor milia peditum & quingenti eqtes in supplementũ missi ex Africa sunt. ¶ Tum refecta: tãdem spe: castra propius hostẽ mouit. classemq; & ipse instrui parariq; iubet: ad insulas: maritimamq; oram tutandũ. ¶ In ipso impetu mouendarum deintegro rerum: perculit eum Prefectorum nauiũ transitio: qui post classem ad Hiberum: per pauorẽ desertam: grauiter ícrepiti: nunq̃ deinde satis fidi aut duci: aut Carthaginẽsium rebus: fuerant. ¶ Fecerant ii transfuge motum in Carthesiorum gentem: desciuerantq; iis autoribus urbes aliquot. una etiam ab ipsis ui capta fuerat. ¶ In eã gentem uersum ab Romanis bellum est. infestoq; ex/ercitu Hasdrubal ingressus agrum hostiũ pro capte: ante dies paucos: urbis menibus: Calbum nobilem Carthesiorum Ducem cum ualido exercitu castris se detinentem: aggredi statuit. premissa ergo leui armatura: que eliceret hostis ad pugnam: peditum partem ad depopulãdum per agros passim dimisit: ut palantes exciperent: simul & ad castra tumultus erat. & per agros: fugaq; & cedes. ¶ Deinde undiq; diuersis itineribus cum in castra se recepissent: adeo repente decessit animis pauor: ut nó ad munimẽta modo defendenda: satis animorum esset: sed etiam ad lacessendum hostem prelio. Erumpunt igitur agmine e castris tripudiantes more suo: repẽtinaq; eorum audacia

Ingens ex hoc nũtio Rome pauor

T. Sempronij consolatio

HISPANIE RES

P. et CN. Scipiones

Hasdrubal

terrorem bosti pauloante ultro lacessenti incussit. itaq; & ipe Hasdrubal in collẽ satis
arduum: tutumq; flumine etiam obiecto: tum copias subducit. & premissam leuẽ ar/
maturam: equitesq; palatos eodem recepit. nec aut colli: aut flumini satis fidens: uallo
castra ꝑmuniit ¶ In boc alterno pauore certamina aliquot sunt cõtracta nec Nu/
mida Hispano eques par fuit. nec iaculator Maurus: cetrato uelocitate pari: robore
animi uiriũq; aliquãtum prestanti. ¶ Postq̃ neq; elicere Penũ ad certamẽ: obuersati
castris: poterant: neq; castrorum oppugnatio facilis erat: urbem Ascuam quo finis
bostium ingrediens Hasdrubal frumentum: cõmeatusq; alios conuexerat: ui capiũt.
omniq; circa agro potiunẽ. nec iã aut in agmĩe: aut in castris: ullo imperio cõtineri.
¶ Quã ubi negligentiã: ex re ut fit: benegesta: oriri senserat Hasdrubal: cobortatus
milites: ut palatos: sine signis: bostes aggrederenẽ: degressus colle: ꝑgit ire acie instruc/
ta: ad castra. ¶ Quẽ ut adeẽ tumultuose nuntiare fugientes: ex speculis stationibusq;
attulere: ad arma conclamatum. ¶ Vt quisq; arma ceperat sine signo: sine Imperio
incõpositi: inordinati in preliũ ruunt: iã primi cõseruerant manus: cũ alii cateruatim
currerent: alii nondum e castris exissent: tum primo ipsa audatia terruere bostem.
Deinde rari in conferto sillati: cũ paucitas paꝝ tuta esset: respicere alii alios: & undiq;
pulsi coire: in orbem. & dum corporibus applicantur: armaq; armis iungunt: in arctũ
compulsi: cum uix mouendis armis satis spacii esset: corona militum cincti: ad multũ
diei ceduntur ¶ Exigua pars: eruptione facta: siluas ac mõtes petit: pariq; terrore et
castra sunt deserta. & uniuersa gens postero die in deditiõem uenit. ¶ Nec diu in pa/
cato mansit ¶ Nam subinde ab Carthagine allatum est. ut Hasdrubal primo quoq;
tempore in Italiam exercitũ duceret. que uulgata res per Hispaniã: oĩm fere aĩmos
ad Romanos auertit. itaq; Hasdrubal extemplo litteras Carthaginem mittit: indicãs
quanto fama profectionis sue damno fuisset ¶ Si uero inde pergeret: prius q̃ Hibeꝝ
transiret: Romãorum Hispaniam fore. nam preter q̃ quod nec presidium: nec Ducẽ
baberet: quem relinqueret pro se esse Imperatores Romãos quibus uix equis uiribus
resisti posset. itaq; si ulla Hispanie cura esset: successorem sibi: cum ualido exercitu:
mitterent. cui si omnia prospere euenirent: non tamen ociosam prouintiam fore.
Ne littere q̃q̃ primo admodũ mouerunt Senatum: tamẽ quia Italie cura prior erat:
nibil de Hasdrubale: neq; de copiis eius mutatum est. ¶ Himilco cum exercitu iusto:
& aucta classe: ad retinendam terra: mariq;: ac tuẽdam Hispaniam: est missus. qui ut
pedestres naualesq; copias traiecit: castris cõmunitis: nauibusq; subductis. & uallo cir/
cundatis: cum equitibus delectis: ipse quantum maxime accelerare poterat: ꝑ dubios
infestosq; populos iuxta intẽtus: ad Hasdrubalem peruenit ¶ Cum decreta Senatus
mandataq; exposuisset: atq; edidicisset ipse inuicem: quemadmodũ tractãdum bellũ
in Hispania foret: retro in sua castra rediit. nulla re q̃ celeritate tutior. ꝙ undiq; abi/
erat: anteq̃ populi consentirent. ¶ Hasdrubal: ꝓus q̃ moueret castra: pecunias impat
populis oĩbus sue ditionis. satis gnarus Annibalem transitus quosdã pretio mercatũ
nec auxilia Gallica aliter: q̃m conducta babuisse. inopem tantum iter ingressum: uix
penetraturum ad Alpes fuisse. ¶ Pecuniis igitur exactis: ad Hibeꝝ descendit. decreta
Carthaginensium: & Hasdrubalis iter ubi ad Romãos sunt perlata: omnibus omissis
rebus. ãbo duces: iunctis copiis: ire obuiã ceptis: atq; obsistere: parant: rati si Annibali:
uix per se ipsi tolerando Italie bosti: Hasdrubal Dux: atq; Hispaniensis exercitus eẽt
iunctus: illis Romani finem imperii fore. ¶ His anxii curis ad Hiberum contrabunt
copias. & transito amne cum diu cõsultassent: utrum castra castris conferrẽt: an satis
baberent socius Carthaginensium oppugnandis: morari ab itinere proposito bostem

urbem a propinquo flumine Hiberam appellatam: opulentissimam ea tempestate
regionis eius: oppugnare parant. quod ubi sensit Hasdrubal: pro ope ferenda sotiis:
pergit ipse ire: ad urbem deditam nuper: in fidem Romanorum oppugnandam. ❡ Ita
iam cepta obsidio omissa a Romanis est. & uersum in ipsum Hasdrubalem bellum.
quinq; milium interuallo castra distantia habuere paucos dies: nec sine leuibus p̄liis:
nec ut in aciem exirent. ❡ Tandē uno eodemq; die uelut ex composito utrinq; signū
pugne propositum est. atq; omnibus copiis in campū descensum est. ❡ Triplex stetit
acies Romana. peditum pars ante signa locata. pars post signa accepta. eqtes cornua
cinxere. ❡ Hasdrubal mediā aciem Hispanis firmat. in cornibus dextro Penos locat
leuo Afros. Mercennariorumq; auxilia equitum: Numidas Penorum peditibus: ce/
teros Afros pro cornibus opponit. ❡ Nec omnes Numide in dextro locati cornu: sed
quibus Desultorum in modum binos trahētibus equos: inter acerrimam sepe pugnā:
in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat. tanta uelocitas ipsis: tanq;
docile equorum genus est. Cum hoc modo instructi starent: Imperatorum utriusq;
partis haud ferme dispares spes erant. nam neq; multū quidē. aut numero: aut genere
militum hi aut illi prestabant. ❡ Militibus longe dispar animus. Romanis enim: q̄nq̄
procul a patria pugnarent: facile persuaserant Duces: pro Italia: atq; Vrbe Romana
eos pugnare. itaq; uelut quibus reditus in patriam: eo discrimine pugne uerteretur:
obstinauerant animis: uincere: aut mori. ❡ Minus ptinaces uiros habebat altera acies:
nam maxima pars Hispani erant. qui uinci in Hispania: q̄ uictores in Italiam trahi
malebant. primo igit̄ concursu cum uix pila coniecta essent: media acies retulit pedē.
inferētibusq; sese magno impetu Romanis: terga uertit. ❡ Nihilo segnius in cornibus
prelium fuit. Hinc Penus. Hinc Afer urget. & uelut in circumuentos prelio ancipiti:
pugnāt. ❡ Sed cum in medium tota iam coisset Romana acies: satis uirium: ad dimo/
uēdum hostium cornua habuit. ita duo diuersa prelia erant. utroq; Romani: ut qui
pulsis tandem mediis: & numero: & robore uirorum prestarent: haud dubie superarunt.
❡ Magna uis hominum ibi occisa: & nisi Hispani: uix dum conserto prelio: tā effuse
fugissent: perpauci ex tota superfuissent acie. ❡ Equestris pugna nulla admodū fuit:
quia simul inclinatā aciem mediā Mauri Numideq; uiderūt: extemplo fuga effusa
nuda cornua Elephantis quoq; pre se actis: deseruere. ❡ Et Hasdrubal usq; ad ultimū
euentum pugne moratus: e media cede cum paucis effugit. ❡ Castra Romani cepere.
atq; diripuere. ❡ Ea pugna: siqua dubia in Hispania erant: Romanis adiunxit. Has/
drubaliq;: non modo in Italiā traducendi exercitus: sed ne manendi quidem satis tuto
in Hispania. spem reliquit. ❡ Que postea quam litteris Scipióum Rome sūt uulgata:
non tam uictoria: q̄ prohibito Hasdrubalis in Italiā transitu: letabātur. ❡ Dum hec
in Hispania geruntur: Petellia in Brutiis aliquot post mensibus: q̄ cepta oppugnari
erat: ab Himilcone prefecto Annibalis expugnata est. ❡ Multorumq; sanguine ac
uulneribus ea Penis uictoria stetit. ❡ Nec ulla magis uis obsessos: q̄ fames expugnauit
absumptis enim frugum alimētis: carnisq; omnis generis q̄drupedū: sutrineq; postremo
coriis: herbisq;: & radicibus: & corticibus teneris: strictisq; rubis uescebantur uisceraq;.
nec anteq̄ uires ad standum in muris: ferendaq; arma deerant: expugnati sunt. ❡ Re/
cepta Petellia Penus ad Cōsentiā copias traducit. Quam minus pertinaciter defēsam:
intra paucos dies: in deditionem accepit. ❡ Iisdem ferme diebus & Brutiorū exercitus
Crotonem Grecam urbem circunsedit: opulentam quondam: armis uirisq;. iam adeo
multis magnisq; cladibus afflictam: ut omnis etatis minus uiginti milia ciuiū supessēt.
Itaq; urbe defensoribus uastata: facile potiti sunt hostes. Arx tantum retenta in q̄bus

Vincūt rō. Duces Hasdrubalem et eius castra cepere

ITALIE RES

Petellia capit a penis: q̄ optime defensa tandem fame amissa

Fames

Cosentia capit a penis

Brutii crotonē grecā urbē expugnā[t]

Regini i fide ro. manserunt

inter tumultum capte urbis e media cede quidam effugere. ¶ Et Locrenses desciuere
ad Brutios. Penosq; prodita multitudine a Principibus ¶ Regini tantū mō regionis
eius: & in fide erga Romanos: & potestatis sue ad ultimum manserunt. ¶ In Sicilia
quoq; eadem inclinatio animorum peruenit. & ne domus quidē Hieronis tota ab
defectione abstinuit. nanq; Gelo maximus stirpis: contēpta simul senectute patris:
simul post Cannēsem cladem: Romana sotietate: ad Penos defecit. mouissetq; in Si/
cilia res: nisi mors adeo opportuna: ut patrem quoq; suspitione aspergeret: armantē
eū multitudinē sollicitantēq; sotios: absumpsisset. ¶ Hec eo anno in Italia: in Africa:
in Sicilia: in Hispania: uario euentu acta. ¶ Exitu anni. Q. Fabius Maximus a
Senatu postulauit: ut edem Veneris Ericine: quā Dictator uouisset: dedicari liceret.
¶ Senatus decreuit: ut. T. Sempronius Cōsul designatus: cum in bono inisset: ad Po/
pulum ferret: ut Duūuiros esse iuberēt: edis dedicāde causa ¶ Et. M. Emilio Lepido:
qui bis Consul & Augur fuerat: filii tres. Lucius. Marcus. Quintus. ludos funebres p
triduum: & gladiatorum paria duo & . xx. per triduum in foro dederāt. Ediles Cu/
rules. C. Lectorius & . T. Sempronius Gracchus Consul designatus: qui in Edilitate
Magister Equitum fuerat: ludos Romāos fecerant: qui per triduum instaurati sūt.
¶ Circunacto tertio anno Punici belli. T. Sēpronius Consul idibus martiis Magis/
tratum iniit. Pretoresq; Fuluius Flaccus: qui antea Cōsul: Censorq; fuerat: Vrbanā.
M. Valerius Leuinus Peregrinam sortem in iurisdictione habuit ¶ Ap. Claudius
Pulcher Siciliam. Q. Mutius Sceuola. Sardiniā sortiti sunt. M. Marcello Pro/
consuli Imperium esse Populus iussit: q post Cannensem cladem: unus Romanorū
Imperatoꝝ in Italia prospere rem gessit. ¶ Senatus quo die primum est in Capitolio
consultus: decreuit: ut quo anno duplex tributum imperaretur: simplex confestim
exigeretur: ex quo stipēdium presens omnibus militibus daretur. preterq̄: qui milites
ad Cannas fuissent ¶ Inde de exercitibus ita decretū est. ut duabus legionibus Vrbāis
T. Sempronius Consul Cales ad conueniendum diem ediceret. Inde sex legiones in
castra Claudiana supra Suessulam deducerentur. ¶ Que ibi legiones essent: erat autē
Cannensis maxime exercitus: eas. Ap. Claudius Pulcher Pretor in Siciliam traiiceret.
¶ Queq; in Sicilia essent: Romam deportarētur ¶ Ad exercitū: cui ad conueniēdū
Cales: dies edicta erat. M. Marcellus Claudius missus. isq; iussus in castra Claudiana
deducere Vrbanas legiones. ¶ Ad ueterem exercitum accipiendum: deducendumq; in
Siciliam: Tinetilius Croto Legatus ab. Ap. Claudio est missus. ¶ Taciti pmo expec/
tauerant hoīes: uti Consul comitia College creando: haberet. Deinde ubi ablegatū:
uelut de industria. C. Marcellum uiderunt: quem maxime Consulem in eū annū: ob
egregie in Pretura res gestas creari uolebant: fremitus in Curia est ortus. ¶ Quod ubi
sensit Cōsul. ¶ Vtrūq; inquit. e. Re P. fuit Patres. C. & . M. Claudium ad permutādos
exercitus in Campaniam proficisci: & comitia non prius edici: q̄ is idem confecto qđ
mandatum est negotio: reuertisset: ut uos Consulem: quem tempus Rei P. postularet:
quēq; maxime uultis: haberetis. ¶ Ita de comitiis donec rediit Marcellus: silentiū fuit.
¶ Interea Duumuiri creati sunt. Q. Fabius Maximus. & Attilius Crassus edibus de/
dicandis. ¶ Menti: Attilius. ¶ Fabius Veneri Ericine. ¶ Vtraq; in Capitolio est: canali
uno decrete. ¶ Et de trecentis equitibus Campanis: qui in Sicilia cum fide stipendiis
emeritis Romam uenerant: delatum ad Populum: ut ciues Romani essent ¶ Item uti
municipes Cumani essent: pridie q̄ Populus Campāus a Populo Romano defecisset.
¶ Maxime ut hoc ferret: mouerat: q quoꝝ hoīm essent: scire: seipsi negabat: uetere
patria relicta: in eā in quā redierant: nondū adsciti. ¶ Postq̄ Marcellus ab exercitu

redit: comitia uni Consuli rogando: in locũ. L. Postumii edicuntur. ¶ Creat̃ ingẽti consensu Marcellus: qui ex templo Magistratum acciperet. cui ineunti Consulatũ: cum tenuisset: uocati Augures: uitio creatum uideri: pronũtiauerunt. Volões quoq; Patres ita fama ferebant. q̃ cum primo duo Plebei Consules facti essent: id deis cordi non esse. in locum Marcelli: ubi is se Magistratu abdicauit: suffectus Fabius Maximus. iii. ¶ Mare arsit eo anno. ¶ Ad sinuessam bos equuleum peperit. ¶ Signa lauinii ad iunonis sospite cruore manauere. ¶ Lapidibusq; circa id templũ pluit. ob quẽ hymbrem nouẽdiale: ut assolet sacrũ fuit. ¶ Ceteraq; prodigia cum cura expiata. ¶ Cõsules exercitus inter se diuiserunt. ¶ Fabio exercitus: cui. M. Iunius Dictator prefuerat: euenit. ¶ Sempronio Volones: qui fuerẽt: & sociorũ. xxv. milia. M. Valerio Pretori legiones: que ex Sicilia redissent: decrete. M. Claudius Proconsul ad eum exercitũ: qui supra Suessulam Nole presideret: missus. ¶ Pretores in Siciliã ac Sardiniã p̃fecti. ¶ Consules edixerũt: quotiens Senatum uocassent: uti Senatores: quibusq; in Senatu dicere sentẽtiam liceret: ad portam Capenam cõuenirent. Pretores quorũ iurisdictio erat: tribunalia ad disciplinam publicam posuerunt. eo uadimonia fieri iusserũt. ibiq; eo anno iusdictum est. ¶ Interim Carthaginem unde Mago frater Annibalis. xxii. milia peditũ: & equites mille q̃ngentos elephantos. xl. argenti talenta multa in Italiã transmissurus erat: cum presidio. lx. nauium lõgarum: nuntius defert in Hispania rẽ malegestam. omnesq; ferme eius Prouintie populos ad Romãos defecisse. ¶ Erant q̃ Magonem cum classe ea: copiisq;: omissa Italia: in Hispaniam auerterent. ¶ Cũ Sardinie recipiende repentina spes adfulsit. ¶ Paruum ibi exercitum Romanũ eẽ. ueterẽ Pretorem Inde Cornelium Prouintie peritum decedere. ¶ Nouum expectari. ¶ Ad hoc fessos iam animos Sardorũ esse diuturnitate Imperii. & proximo iis anno acerbe atq; auare imperatum: graui tributo: & collatione: iniqua frumenti oppressos: nihil deesse aliud: q̃ autorem: ad quẽ deficerent. ¶ Hec clandestinata Legatio p Principes missa erat. maxime eã rẽ molliente Harsicora: qui tum autoritate atq; opibus longe primus erat. ¶ His nuntiis prope uno tempore turbati: erectiq;: Magõem cum classe sua: copiisq; in Hispaniam mittunt. ¶ In Sardiniã Hasdrubalẽ cognomento caluũ deligunt Ducem. & tãtum ferme copiarũ: quantũ Magoni decernunt. ¶ Et Rome Consules transactis rebus: que in urbe agende erant: mouebant sese iam ad bellum. T. Sempronius militibus Sinuessam diem ad conueniendum: edixit. & Q. Fabius consulto prius Senatu: ut frumenta omnes ex agris ante kalendas Iulias primas in urbes munitas conueherent: qui non inuexissent: eorum se agrũ populaturũ: seruos sub hasta uenditurum: uillas incensurum: ne Pretoribus quidem qui ad ius dicendum creati erant: uacatio a belli administratione data est. Valerium Pretorem in Apuliã ire placuit: ad exercitum a Terentio accipiendum. cum ex Sicilia legiones uenissent: iis potissimum uti. ad Regionis eius presidiũ Terentianũ mitti: cum aliquo Legatorũ. ¶ Et. xxv. naues. M. Valerio date sunt: quibus oram maritimam inter Brundusium & Tarentum tutari posset. ¶ Par nauiũ numerus. Q. Fuluio Pretori Vrbis decretus: ad suburbana littora tutanda. C. Terẽtio Proconsuli negotiũ datum: ut in Piceno agro conquisitionem militũ haberet. locisq; iis presidio esset. ¶ Et. T. Attilius Crassus: postq̃ edem Mentis in Capitolio dedicauit: in Siciliam cum Imperio: q classi p̃esset: missus. ¶ In hanc dimicationem: duorum opulentissimorum in terris populorũ: omẽs reges gentesq; animos intẽderant. ¶ Inter quos Philippus Rex Macedonũ: eo magis: quo propior Italie: ac mari tantum Ionio discretus erat. ¶ Is ubi primum fama accepit Annibalem Alpes transgressum: ut bello inter Romanos: Penumq; orto: letus

erat. ita utrius populi mallet uictoriam esse: incertis adhuc uiribus fluctuatus animo fuerat. ¶ Postq̃ tertia iã pugna: tertia uictoria cũ Annibale & Penis erat: ad fortunã inclinauit. ¶ Legatosq; ad Annibalem misit: qui uitantes portus Brũdusinum: Tarẽ/tinumq; quia custodiis nauium Romanorũ tenebãtur: ad Lacinie Iunonis templũ in terram egressi sunt. ¶ Inde per Apuliam: petentes Capuam: media in presidia Ro/mana illati sunt. ¶ Deductiq; ad. M. Valerium Leuinum Pretorem circa Numeriam castra habentẽ. ¶ Ibi intrepide Xenophanes Legatiõis Princeps: a Philippo Rege se missum ait. ad amiciciam sotietatemq; iungendam cum Populo Romano: mãdata habere ad Consules: Senatum Populumq; Romanum. ¶ Inter defectiones ueterũ sotiorum: Valerius noua sotietate tam clari Regis letus admodum: hostẽ p hospite comiter accepit. ¶ Dat qui prosequantur: itineraq; cum cura demonstrent. que loca: quosq; saltus: aut hostes: aut Romani teneant. ¶ Xenophanes per presidia Romana in Campaniam: inde: qua proximum fuit: in castra Annibalis peruenit. ¶ Fedusq; cũ eo: atq; amiciciam iungit legibus. his. ¶ Vt Philippus Rex q̃ maxima classe: ducẽtas autem naues uidebatur effecturus: in Italiam traiceret. & uastaret maritimã orã. bellum pro parte sua terra mariq; gereret. ¶ Vbi debellatum esset: Italia omnis: cum ipsa Vrbe Roma Carthaginẽsium: atq; Annibalis esset. ¶ Predaq; omnis Annibali ce/deret. ¶ Perdomita Italia nauigarent in Greciam. bellumq; cum quibus Regibus placereret: gererent. que ciuitates continentisq; insule ad Macedoniam uergunt. ee Philippi: Regniq; eius essent. ¶ In has ferme leges inter Penum Ducem: Legatosq; Macedonum ictum fedus. ¶ Missiq; cum iis: ad Regis ipsius firmandã fidem: Legati: Gisco & Bostar & Mago: eodem ad Iunonis Lacinie templum: ubi nauis occulta in statione erat: perueniunt. Inde profecti: cum iam altum tenerent. conspecti a classe Romana sũt: que presidio erat Calabrie littoribus. Q. Valerius Flaccus Corcyreos ad psequendam trahendãq; nauem cum misisset: primo fugere Regii conati. deinde ubi celeritate uicti: cesserunt: tradunt se Romanis. & ad Prefectum Classis adducti: cum quereret: q: & unde: & quo tenderẽt cursum: Xenophanes pmo: satis iam semel felix mendacium: struere: a Philippo se ad Romanos missum: ad. M. Valerium: ad quem unũ iter fuit: tutũ puenisse. Campaniã superare neqsse: septam hostium psidiis. ¶ Deinde. ut Punicus cultus: habitusq; suspectos Legatos fecit Annibalis: interroga/tosq; sermo prodidit: tum comitibus eorum seductis: ac metu territis: littere quoq; ab Annibale ad Philippum inuẽte: de pace inter Regem Macedonum: Penumq; Ducẽ. ¶ Quibus satis cognitis optimum uisum est: captiuos comitesq; eorum Romam ad Se/natum: aut Consules: ubicunq; essent: q̃ primum deportare. ¶ Ad id celerrime quinq; naues delecte: ac. L. Valerius Antias qui preesset: missus. eiq; mandatum: ut in oĩs naues legatos partim custodiendos diuideret. daretq; operam: ne quod iis colloquium inter se: neue communicatio consilii: esset. ¶ Per idẽ tempus Rome cum. A. Cornelius Mammula: ex Sardinia prouintia decedens: retulisset: qui status rerum in insula eẽt: ad bellum ac defectiõem omnis spectare. Q. Minutiũ qui successisset sibi: grauitate celi: aquarum q; aduenientem exceptum: non tam in periculosum: q̃ longum: morbũ implicitum: diu ad belli uim sustinendam inutilem fore: exercitumq; ibi: ut satis pa/cate Prouintie Presidem eẽ: ita parum bello: quod motum iri uideretur: decreuerũt Patres: ut Fuluius Flaccus quinq; milia peditum equites trecentos: scriberet: eamq; Legionem: primo quoq; tempore in Sardiniam traiciendam curaret. mitteretq; cum Imperio: quem ipsi uideretur: qui rem gereret. quoad Minutius cõualuisset. ¶ Ad eã rem missus est. T. Manlius Torquatus: qui bis Consul: Censorq; fuerat. subegeratq; in

Philippi legati fedus cũ Annibale feriunt

Capti Philippi Annibalisq; legati a ro: et consulibus missi.

Consulatu Sardos. ¶ Sub idem fere tempus & a Carthagine in Sardiniā classis missa
duce Hasdrubale cui Caluo cognomen erat: feda tempestate uexata: ad Baleares
insulas ducitur. ibiq; adeo non armamēta modo: sed etiā aluei nauiū quassati erant:
subducte naues: dum reficiuntur: aliquantum temporis triuerunt. ¶ In Italia: cum
post Cannēsem pugnam. fractis partis alterius uiribus: alterius mollitis animis segnius
bellum esset: Campani per se adorti sunt: Rem Cumanam sue ditionis facere. primo
sollicitantes: ut ab Romanis deficerent. ubi id parum processit: dolū ad capiendos eos
comparant. ¶ Campanis omnibus statutum sacrifitium ad Hamas. eo Senatum Cā/
panum uenturum certiores Cumanos fecerūt. petieruntq; : ut Cumanus eo Senatus
ueniret: ad consultandum communiter: ut eosdem uterq; populus: sotios: hostesq; ha/
beret. ¶ Presidium ibi armatū sese habituros: ne quid ab Romanis noui periculi eēt.
¶ Cumani q̄nq̄ suspecta fraus erat: nihil abnuere. ita tegi fallax consilium posse rati.
interim. T. Semprōius Cōsul Romanus Sinuesse: quo ad conueniendū diē edixerat:
exercitu lustrato: transgressus flumē Vulturnum: circa Linternū castra posuit. ¶ Ibi:
quia otiosa statiua erant: crebro decurrere milites cogebat: ut tyrones: ea maxima
pars uolonum erat: assuessent signa seq. & in acie agnoscere ordines suos. inter que
cōcordie maxīa erat cura duci. itaq; Legatis Tribunisq; p̄ceperat: neq̄ exprobratio
cuiq̄ ueteris fortune discordiā inter ordines sereret. Vetus miles: tyroni: liber: uoloni:
sese exeq̄ri sineret. omnis satis honestos generososq; ducerent: q̄bus arma sua: signaq;
Populus Romanus cōmisisset. Que fortuna coegisset ita fieri: eandem cogere tueri
factum. ¶ Ea non maiore cura precepta a Ducibus sunt: q̄m a militibus obseruata.
Breuiq; tanta cōcordia coaluerant omnium animi: ut prope in obliuionem uenirēt:
q̄ ex conditione quisq; esset miles factus. ¶ Hec agenti Graccho legati Cumani nū/
tiarūt: que a Campanis Legatio paucos ante dies uenisset. & quid iis ipsi respōdissēt.
Triduū post eum diem festum esse: non Senatum solum omnem ibi futurum: sed ca/
stra etiam & exercitum Campanū. ¶ Gracchus iussit Cumanis omnia ex agris in urbē
conuehere. & manere intra muros. ipse pridie q̄ statutum sacrificium Campanis eēt:
Cumas mouet castra. Hame inde tria milia passuum absunt. ¶ Iam Campani eo fre/
quentes ex composito conuenerant. ¶ Nec procul inde in occulto Marius Alfius qui
sūmus magistratus erat Campanis cū. xiiii. milibus militum habebat castra is sacrifitio
apparando & inter id instruende fraudi: aliquanto intentior: q̄ muniendis castris: aut
ulli militari operi fuit. ¶ Triduum sacrificatum ad Hamas. ¶ Nocturnū erat sacrum
ita ut ante mediam noctem compleretur. ¶ Huic Gracchus insidiandū tempori ratus:
custodibus ad portas positis: ne quis enuntiare posset: a sexta ad decimam diei horam
coactis militibus corpora curare: somnoq; operam dare: ut primis tenebris conuenire
ad signum possent: uigilia ferme prima tolli iussit signa. silentiq; profectus agmine: cū
ad Hamas media nocte peruenisset: castra Cāpana: ut in peruigilio: neglecta: simul
omnibus portis inuadit. alios somno stratos: alios perpetrato sacro inermes redeuntes:
obtruncat. hominū eo tumultu nocturno cesa plus duo milia: cū ipso Duce Mario
Alfio. capta sunt signa militaria quattuor & triginta. Gracchus minus. C. militū iac/
tura: castris hostium potitus: Cumas se propere recepit Annibalem metuens: q super
Capuam ad Tifata habebat castra. ¶ Nec eum prouida uiri fefellit opinio. nā simul
Capuā ea clades est nuntiata: ratus Annibal ab re benegesta: insolēter letū exercitū:
Tyronum magna ex parte: seruorumq; : spoliātem: uictos: predasq; agentē: ad Hamas
se inuenturum: citatum agmen preter Capuam rapit. obuiosq; ex fuga Campanorū.
per duo presidia Capuā duci: saucios uehiculis tolli portariq; iubet. ¶ Ipse ad Hamas

Campani soli cumas aggrediunt fraude

T. Sempronius cons.

Consul campanos cedit fugatq(ue)

uacua ab hostibus castra nequicq̃ pter recẽtis uestigia cedis: strataq; passim corpora sotiorum inuenit. ¶ Autores erant quidam: ut protinus inde Cumas traduceret. urbẽq; oppugnaret. ¶ Id q̃q̃ haud modice Annibal cupiebat: ut qa Neapolim nõ potuerat: Cumas saltem maritimam urbem haberet. tamen quia preter arma: nihil secum miles raptim acto agmine: extulerat: retro in castra supra Tifata se recepit. ¶ Inde fatigatus Campanorum precibus: sequenti die cũ omni apparatu oppugnãde urbis: Cumas redit. ¶ Populatoq; agro Cumano mille passus ab urbe castra locat. ¶ Tũ Gracchus magis uerecundia in tali necessitate deserendi sotios: implorantis fidem suã: Populiq; Romani substitit: q̃m satis fidens exercitui. ¶ Nec alter Consul Fabius qui ad Cales castra habebat: Vulturnum traducere audebat exercitum: occupatus pmo auspiciis repetẽdis Rome de inprodigiis: que alia sup alia nũtiabant. expiãtiq; ea: haud facile litari Aruspices respondebant. ¶ He cause cum Fabium tenerent: Sempronius in obsidione erat. & iam operibus oppugnabatur. ¶ Aduersus ligneam ingentem turrem: admotam urbi: aliam turrem ex ipso muro excitauit Consul Romanus aliquanto altiorem: quia muro satis per se alto subiectis ualidis sublicis: pro solo usus erat. Inde primum saxis sudibusq; & ceteris missilibus: propugnatores urbem ac menia tuebant. postremo ubi promoueri adiunctã muro uiderunt turrem: facibus ardentibus: plurimum simul ignem coniecerunt. ¶ Quo incendio trepida armatorum multitudo cũ de turri sese precipitaret: eruptio ex oppido simul duabus portis facta: stationes hostium fudit. fugauitq; in castra. ut eo die obsesso: q̃ obsidenti similior esset Penus. ¶ Ad mille. cccc. Carthaginensium cesi. ¶ Vnde quadraginta uiui capti: qui circa muros: & in stationibus solute ac negligenter agẽtes: cũ nihil minus: q̃ eruptionem timuissent: ex improuiso oppressi sũt. ¶ Gracchus pus: q̃ se hostes: ab repẽtino pauore colligerẽt: receptui signum dedit. ac suos intra muros recepit. ¶ Postero die Annibal: secunda re elatum consulem iusto prelio ratus certaturum: aciẽ inter castra: atq; urbẽ instruxit. ¶ Ceterum postq̃ neminem moueri ab solita custodia urbis uidit: nec committi quicq̃ temerarie spei: ad Tifata redit: infecta re. ¶ Quibus diebus Cume liberate sunt obsidione: iisdem diebus & in Lucanis ad Grumentũ. T. Semprõius: cui Lõgo cognomẽ erat: cum Hannone Peno prospere pugnat. ¶ Supra duo milia hominum occidit. & cc. lxxx. milites amisit. ¶ Signa militaria ad. xli. cepit. ¶ Pulsus finibus Lucanis Hanno: retro in Brutios sese recepit. & ex Hirpinis oppida tria: que a Populo Romão defecerant: ui recepta: per. M. Valerium Pretorem Vercellium: siciliumq; & autores defectionis securi percussi. ¶ Supra mille captiuorum sub hasta uenierũt. ¶ Alia militi preda concessa. exercitusq; Cumas reductus. ¶ Dum hec in Lucanis: atq; in Hirpĩs geruntur: quinq; naues: que Macedonum atq; Penorum captos Legatos Romam portabant: a Supero mari ad Inferum circumuecte prope omnem Italie oram cum preter Cumas uelis ferũtur: neq; hostium: an sotiorum essent: satis sciretur: Gracchus obuiam ex classe sua naues misit. cum percontãdo inuicem: cognitum esset Consulẽ Cumis esse: naues Cumas appulse. ¶ Captiuiq; ad Consulem deducte: & littere date. Consul litteris Philippi atq; Annibalis perlectis: consignata oĩa ad Senatũ: itinere terrestri: misit. ¶ Cum eodem fere die littere: Legatiq; Romam uenissent & pcõtatiõe facta: cum scriptis congruerent: primo grauis cura Patres incessit: cernentes quanta uix tolerantibus Punicum bellum: Macedonici belli moles instaret. ¶ Cui tamẽ: adeo non succubuerunt: ut extemplo agitaretur: quemadmodum ultro inferendo bello: auerterent ab Italia hostem. ¶ Captiuis in uincula conditis: comitibusq; eoꝝ sub hasta uenditis: ad naues. xxv. qbus. P. Valerius Flaccus Prefectus preerat: uiginti paratas

Annibal Cumas obsidet

M. cccc. peni cesi. xl capti. alij dimissa obsidione Tifata repetit.

Hanno penus a T. Sempronio longo uincitur i Lucanis.

philippi Annibalisq oratores ad cõsulẽ Cumas ducti: et ab eo romã ad Senatũ missi.

alias decreuit.

alias decernūt. Hiis comparatis: deductisq; & additis quinq; nauibus: que aduexerāt captiuos Legatos. l. naues ab ostia Tarentum profecte. iussusq; Valerius militibus Varronianis. quibus. L. Appius Legatus Tarēti preerat: in naues impositis. lii. nauiū classe: nō tueri modo Italie oram: sed explorare de Macedonico bello: si congruētia litteris Legatorūq; indiciis: Philippi consilia essent: ut. M. Valerium Pretorē litteris certiorem faceret. isq;. L. Apustio Legato exercitui Preposito Tarētum: ad classem profectus: primo quoq; tempore in Macedoniam transmitteret daretq;: operam: ut Philippum in Regno contineret. Pecunia ad classem tuēdam: bellumq; Macedo/nicum: ei decreta est: que. Ap. Claudio in Siciliam missa erat. ut redderetur Hieroni Regi. & hic per. L. Apustium Legatum Tarētum est deuecta: simul ab Hierone missa ducenta milia modium tritici: & hordei centum. Dum hec Romani parant: agūtq;: ad Philippum captiua nauis: una ex iis que Romā misse erant excursa: fugit. Inde scitū legatos cum litteris captos. itaq; ignarus de iis que cū Annibale Legatis suis conuenissent: queue Legati eius ad se allaturi fuissent: Legationē aliam: cū eisdē mādatis: mittit. Legati ad Annibalem missi Heraclytus cui Scotino cognomē erat. & Crito Boreusetis: & Sositheus Magnes. Hi prospere tulerunt: ac retulerūt man/data. Sed primo se estas circumegit: q̃ mouere: ac moliri quicq̃ Rex posset. Tantū nauis una capta cum Legatis momenti fecit: ad dilationē imminētis Romanis belli. Et circa Capuam transgresso Vulturnum Fabio: post expiata tandem prodigia: ambo Consules rem gerebant. Combulteriam: & Trebulam. & Austiculam urbes: que ad Penum defecerant: Fabius ui cepit. presidiaq; in iis Annibalis: Campani permulti capti. & Nole sicut priore anno: Senatus Romanorum: Plebs Annibalis erat. Con/siliaq; occulta de cede Principum & proditione urbis inibantur. Quibus: ne incepta perficerent: inter Capuam castraq; Annibalis que in Tifatis erant: traducto exercitu Fabius super Vesuuium in castris Claudiāis cōsedit. Inde. M. Marcellum Propre/torem cum iis copiis: quas habebat Nolam in presidium misit. Et in Sardinia res: per. T. Māliū Pretorem administrari capte: que omisse erant postq̃. Q. Minutius Pretor graui morbo est implicitus. Manlius nauibus longis ad Caralis subductis: naualibusq; sotiis armatis: ut terra rem gereret: & a Pretore exercitu accepto: duo et uiginti milia peditum: mille & ducentos equites confecit. Cum his equitum: peditūq; copiis: profectus in agrū hostium: haud pcul ab Harsicora castris castra posuit. Har/sicora forte profectus erat in Pellidos Sardos ad iuuentutē armandam: qua copias augeret. Filius eius nomine Hostis castris preerat. His adolescentia ferox: temere prelio inito fusus: fugatusq;. ad. xxx. milia Sardoꝝ: eo prelio cesa. mille trecēti ferme uiui capti. Alius exercitus primo per agros: siluasq; fuga palatus. dein quo Ducem fugisse fama erat: ad urbem nomine Cornum: caput eius Regionis: confugit. Debel/latūq; eo prelio in Sardinia eēt: ni classis Punica. cū Duce Hasdrubale: que tēpestate deiecta ad Baleares erat: in tempore: ad spem rebellandi aduenisset. Manlius post famam appulse Punice classis se recepit. ea occiso Harsicore data: Peno se iungendi. Hasdrubal: copiis in terram expositis: & classe remissa Carthaginem. duce Harsicora ad sotiorum Populi Romani agrum populandū profectus: Caralis peruenturus erat: ni Manlius obuio exercitu: ab effusa eum populatione continuisset. Primo castra castris modico interuallo sunt obiecta. Deincepsprocursationes: leuiaq; certamía uario euentu: inita. Postremo descēsu. in aciem signis collatis: iusto prelio p q̃ttuor horas pugnatum. Diu pugnam ancipitem Peni: Sardis facile uinci assuetis: fecerūt. postremo & ipsi: cum omnia circa strage ac fuga Sardorum repleta essent: fusi. ceteꝝ

Classis contra philippum instruit a ro.

COHS

Trebula

Nolana plebs ut ad penos deficeret cupit.

confecit

Superant in Sardinia peni

VICTORIA INSIGNIS

T. Octacilius agrū Cartha. uastat et septē penorū naues capit.

Bomilchar supplemētū Anibali ducens ab Appio īpediri nequit

LOCRESES PORTAS RO. CLAUSERUT.

Marcellus multorū ptorū pstum Samnitū agros uastat

Samnitū oro

aliquotiens

terga dantes circunducto cornu: quo pepulerat Sardos inclusit Romanus. ¶ Cedes magis inde: q̄ pugna fuit. ¶ Duodecim milia hostium cesa: Sardorum simul Penorumq;. ¶ Ferme. iii. milia & .cc. capti. ¶ Et signa militaria septem & .xx. ¶ Ante omnia clarā & memorabilem pugnā fecit: Hasdrubal Imꝑator captus. & Hanno: & Mago nobiles Carthaginēses. Mago ex gente Barchino ꝓpinqua cognatiōe Annibali iūctus. Hanno autor rebellionis Sardis: belliq; eius haud dubie concitator. Nec Sardorum duces minus nobilem eam pugnam cladibus suis fecerunt. Nam & filius Harsicore Hostis in acie cecidit. & Harsicora cum paucis equitibus fugiēs. ut super afflictas res necem quoq; filii audiuit: nocte ne cuius q̄ interuētus ceptum impediret: mortem sibi cōsciuit. ¶ Ceteris: urbs Cornus eadem que ante: fuge receptaculum fuit. quā Mālius uictor exercitu aggressus: intra paucos dies recepit. ¶ Deinde alie quoq; ciuitates que ad Harsicoram: Penosq; defecerant: obsidibus datis: dediderunt sese. Quibus stipēdio: frumentoq; imperato: pro cuiusq; aut uiribus: aut delicto: Caralis exercitum reduxit ibi nauibus longis deductis: impositoq;: quē secum adduxerat milite: Romā nauigat. Sardiniamq; perdomitam nuntiat Patribus. & stipendium Questoribus: frumentum Edilibus: captiuosq; Fuluio Pretori tradidit. ¶ Per idem tempus. T. Octacilius Pretor. l. nauiū a Lilybeo classe ī Africā trāsuectus: depopulatusq; agrū Carthaginēsē: cum Sardiniam inde peteret: quo fama erat Hasdrubalē a Balearibus nuꝑ traiecisse: classi Africam repenti occurrit. leuiq; armatura: certamine in alto commisso: septem inde naues: cum sociis naualibus: cepit. ¶ Ceteras metus: haud secus q̄ tempestas: passim disiecit. ¶ Per eosdē forte: dies & Bomilcar cum militibus ad supplemētum Carthagine missis quadragintaq; elephantis: & commeatu: locros accessit. ¶ Quem ut incautū opprimeret. Ap. Claudius: per simulationem Prouintie circuneunde Messanam raptim exercitu ducto: estu secundo Locros traiecit. iam inde Bomilcar ad Hannonem in Brutios profectus erat: & Locrenses portas Romanis clauserunt. ¶ Appius magno conatu: nulla re gesta: Messanam repetit. ¶ Eadem estate Marcellus ab Nola: quā presidio obtinebat crebras excursiones in agrum Hirpinum: & Samnites Caudinos fecit. adeoq; omnia ferro: atq; igni uastauit: ut antiquarum cladiū Sānio memoriā renouaret. ¶ Itaq; extemplo Legati ad Annibalem missi simul ex utraq; gente. Ita Penum alloquuti sunt. ¶ Hostes Populi Romani Annibal fuimus primum per nos ipsi: quoad nostra arma. nostre uires nos tutari poterant. postq̄ iis parum fidebamus: Pyrrbo Regi nos adiunximus. a quo relicti: pacem necessariam accepimus. fuimusq; in ea per annos prope quinquaginta. ad id tempus: quo in Italiam uenisti. tua nos: non magis uirtus: fortūaq;: q̄ unica comitas: ac benignitas: erga ciues nostros: quos captos nobis remisisti: ita cōciliauit tibi: ut te saluo: atq; incolumi amico: non modo Populū Romanum: sed ne deos quidem iratos: si dici fas est: timeremus. At hercule non solum incolumi & uictore: sed presente te cum ploratū prope cōiugum: ac liberorum nostrorum exaudire: & flagrantia tecta posses conspicere: ita sumus aliquotiens hac estate deuastati. Vt. M. Marcellus: nō Annibal: uicisse ad Cannas uideatur. glorieturq; Romā: te ad unum modo ictum uigētem: uelut iaculo emisso: torpere. ¶ Per centum prope annos cum Populo Romano bellum gessimus: nullo externo adiuti: nec Duce: nec exercitu: nisi ꝙ per biennium Pyrrhus nostro magis milite suas auxit uires: q̄ uiribus suis nos defendit. ¶ Non ego secundis rebus nostris gloriabor: duos Consules ac duos Cōsulares exercitus: a nobis sub iugum missos. & si que alia. aut leta: aut mortifera: aut gloriosa: nobis euenerūt. que aspera: aduersaq; tunc acciderunt: minori indignatiōe referre possumus: q̄ que hodie eueniunt. ¶ Magni Dictatores: cum Magistro equitū

binis Cõsularibus exercitibus: ingrediebantur fines nostros: ante explorato: & subsidiis
positis: & sub signis: ad populãdum ducebant. ¶ Nunc prope unius & parui ad tuẽdã
Nolam presidii preda sumus. iam ne manipulatim quidem: sed latronum modo per/
cursant totis finibus nostris: negligentius: q̃ si in Romano agro uagarentur. Causa aũt
hec est: quod neq; tu defendis: & nostra iuuentus: que si domi esset: tutaretur: omnis sub
signis militat tuis. nec te: nec exercitũ tuũ norim: a quo tot Romanas acies fusas: stra/
tasq; esse sciam. & facile esse ducam: opprimere populatores nostros uagos: sine signis:
palatos quo quenq; trahit: q̃uis uana prede spes: Numidarum paucorum illi quidem
preda erũt. presidiumq; missum: nobis & Nole ademeris: si mõ quos ut socios haberes
dignos duxisti: ad id non indignos iudicas: quos in fidẽ receptos tuearis. ¶ Ad ea An/
nibal respondit: omnia simul facere Hirpinos Samnitesq;: & indicare clades suas: &
petere presidium: & queri indefensos se: neglectosq;. ¶ Indicandũ autem fuisse primũ:
deinde petendum presidium postremo ni impetraretur. tum deniq; querendũ frustra
opem imploratam. ¶ Exercitum se non esse in agrum Hirpinum Samnitem ue: ne &
ipse oneri esset. Sed in proxima loca sociorum Populi Romani adducturum. iis po/
pulandis: & militem suum repleturum se: & metu procul ab iis summoturum hostes. ¶ Quod
ad bellum Romanum attineret: si Transimeni q̃ Trebie: si Cannarum q̃ Transimeni
pugna nobilior esset: Cannarũ se quoq; memoriam obscuram: maiore uictoria fac/
turum. Cũ hoc responso muneribusq; amplis Legatos dimisit. ¶ Ipse presidio modico
relicto in Tifatis: profectos cetero exercitu ire Nolam pergit. ¶ Eodem Hanno
ex Brutiis cum supplemẽto Carthagine aduecto: atq; elephantis uenit. ¶ Ibi castris
haud procul positis. longe alia omnia inquirenti comperta sunt: q̃ que a Legatis so/
ciorũ audierat. ¶ Nihil enim Marcellus ita gerebat: ut aut fortune: aut temere hosti
cõmissum dici posset. ¶ Explorato cum firmisq; presidiis tuto receptu: predatũ ierat.
omniaq; uelut aduersus Annibalem presentem: cauta prouisaq; fuerunt. ¶ Tum ubi sensit
hostem aduentare: copias intra menia tenuit: per muros inambulare Senatores No/
lanos iussit. & omnia circa explorare: que apud hostes fierent. ¶ Ex iis Hanno: cum
ad murum successisset: Herẽnium bassum: & Herium Petriũ ad colloqum euocatos:
permissuq; Marcelli egressos: per interpretem alloqtur. ¶ Annibalis uirtutẽ: fortunãq;
extollit. ¶ Populi Romani obtegit senescentẽ cum uiribus maiestatem. Que si paria
essent: ut quondam fuissent: tamen expertis q̃ graue Romanũ Imperium sociis q̃nta
indulgentia Annibalis etiã in captiuos omnis Italici nominis: fuisset: Punicã Romãe
societatem atq; amiciciam: preoptandam esse. ¶ Si ambo Cõsules cum suis exercitibus
ad Nolã essent: tamen non magis pares Annibali futuros: q̃ ad Cãnas fuissent: nedũ
Pretor unus cum paucis & nouis militibus: Nolã tutari possit. ¶ Ipsorũ q̃ Annibalis
interesse capta: an tradita Nola potiretur. potiturum enim ut Capuam Nuceriãq;
potitus esset. sed quid inter Capue Nucerieq; fortunã interesset: ipsos prope in medio
sitos Nolanos scire. ¶ Nolle ominari que capte urbis censura foret. sed potius spõdere:
si Marcellum cum presidio: ac Nolam tradidissent: neminem alium q̃ ipsos: legem q̃m
in societatem: amiciciamq; Annibalis uenirent: dicturos. ¶ Ad ea Herennius Bassus
respondit. ¶ Multos annos iam inter Romanum: Nolanumq; populum amiciciã eẽ:
cuius neutros ad eam diem penitere. & sibi si cum fortuna mutanda fides fuerat: sero
iam esse mutare eam. dedituris se Annibali nõ fuisse accersendum Romanũ presidiũ.
cum iis qui ad se tuendos uenissent: & omnia sibi essẽ consociata: & ad ultimum fore.
¶ Hoc colloquium abstulit spem Annibali: per proditionem recipiende Nole. Itaq;
oppidum corona circundedit: ut simul ab omni parte menia aggrederetur. ¶ Quem

Responsũ Annibalis ad Samnites.

Annibal cũ Hannone Nolã obsidẽ pgunt.

Hannonis uerba ad duos Senatores Nolanos & defensione.

Responsũ eorũ

ut successisse muris Marcellus uidit: instructa intra portam acie: cum magno tumultu erupit. ¶ Aliquot primo impetu perpulsi cesiq; sunt. deinde cõcursu ad pugnã facto. eq̃tisq; uiribus: atrox eẽ cepit pugna. Memorabilisq; inter paucas fuisset: ni ingẽtibus procellis effusus hymber diremisset pugnantes. ¶ Eo die commisso modico certamine atq; irritatis animis: in urbem Romanam: Peni in castra: sese receperunt. ¶ Tamen Penorum prima eruptione perculsi: ceciderunt haud plus q̃ triginta. ¶ Romanorũ nullus. ¶ Hymber continens per noctem totam: usq; ad horã tertiam diei insequẽtis tenuit. ¶ Itaq; q̃q̃ utraq; pars auida certaminis erat: tamen eo die tenuerunt sese munimẽtis. ¶ Tertio die Annibal partem copiarum predatum in agrum Nolanũ misit. ¶ Quod ubi aĩmaduertit Marcellus: extemplo in aciẽ copias eduxit. ¶ Neq; Annibal detractauit. ¶ Mille fere passuum inter urbem erant: castraq;. eo spatio: & sũt omnia campi circa Nolam cucurrerunt. ¶ Clamor ex parte utraq; sublatus proximos ex iis cohortibus: que in agros predatum exierant: ad prelium iam commissum. reuocauit. ¶ Et Nolani aciem Romanam auxerunt. ¶ Quos collaudatos Marcellus in subsidiis stare iubet: & saucios efferre. pugna abstinerent: nisi ab se signum accepissent. ¶ Preliũ erat anceps. & summa ui: & duces hortabant: & milites pugnabant. ¶ Marcellus uictis ante diem tertiũ: fugatisq; ante paucos dies a Cumis: pulsis priore anno a Nola abse Duce: milite alio: instare iubet. non omnes esse in acie: predantes uagari in agro. Sed qui pugnent: marcere Campana luxuria: uino: scortis: omnibusq; lustris: per totam hyemem cõfectos. abisse illã uim: uigoremq;. delapsa esse robora corpoꝝ: animoꝝq;: quibus Pyrenei Alpiumq; superata sint iuga. reliquias illorum uirorum uix arma: membraq; sustinentis pugnare. Capuam Annibali Cannas fuisse. ibi uirtutẽ bellicam ibi militarem disciplinam: ibi preteriti temporis famam: ibi spem futuri: extinctam. Cum hec exprobrando hosti: Marcellus suorum militum animos erigeret: Annibal multo grauioribus probris increpabat. ¶ Arma signaq; eadem se aiebat noscere: que ad Trebiã: Transimenumq;: postremo ad Cannas: uiderit. Habueritq;. militem alium profecto se ĩ hyberna Capuam duxisse. alium inde eduxisse. Legatum Romanũ: & Legiõis unius atq; ale magno certamine uix tolerantis pugnam: quos bine acies Cõsulares nunq̃ sustinuerunt. ¶ Marcellus tyrone milite: ac nolanis subsidiis fultus nos iã iterum lacessit. Vbi ille meus miles est: qui erepto ex equo. C. Flaminio Cõsuli caput abstulit? ubi q. L. Paulũ ad Cãnas occidit? ferrũ non habet? an dextere torpẽt? an qd ꝓdigii est aliud? Qui pauci plures uincere soliti estis: nũc paucis plures uix resistitis. Romã uos expugnaturos si qs duceret: fortes lingua: iactabatis. Et. n. minor res est hic: experiri uim: uirtutẽq; uolo. expugnate Nolam campestrẽ urbem: nõ flumine: non mari septam. Hinc uos ex tam opulenta urbe: preda spoliisq; honustos uel ducã quo uoletis: uel sequar. ¶ Nec bene nec male dicta profuerunt: ad cõfirmandos animos. ¶ Cum omni parte pellerentur Romanisq; crescerent animi: non modo duce solũ adhortante: sed Nolanis etiam per clamorem: fauoris indicem: accendentibus ad ardorem pugne: Terga Peni dederunt. atq; in castra compulsi sunt. Que oppugnare cupientes milites Romanos: Marcellus Nolam reduxit. ¶ Cum magno gaudio: et gratulatione etiam Plebis: que ante inclinatior ad Penos fuerat. ¶ Hostiũ plus mille cesi eo die. ¶ Capti mille. dc. ¶ Et signa militaria uiginti & duo. ¶ Elephãti quattuor ĩ acie occisi. ¶ Romanorum minus mille interfecti. ¶ Posterum diem: induciis datis: sepeliendo uterq; suos: cesos in acie cõsumpserũt. ¶ Spolia hostium Marcellus Vulcão uotũ: cremauit. ¶ Tertio post die: ob iram credo aliquã: aut spem liberalioris militie: mille. cc. lxx. equites mixti Numide Hispaniq; ad Marcellum transfugerũt. ¶ Eorũ

forti:fideliq; opera in eo bello usi sunt sepe Romani. ¶Ager Hispanis in Hispania:
& Numidis i Africa: post bellum uirtutis causa: latus datus est. ¶Annibal ab Nola
remisso in Brutios Annone: cū qbus uenerat copiis: ipse Apulie hyberna petit. circaq;
Arpos consedit. Q. Fabius ut profectum in Apuliam Annibalem audiuit frumēto
a Nola Neapoliq; in ea castra conuecto: que super Suessulam erant: munimētisq;
firmatis: & p̄sidio quod per hiberna: ad tutandū locum satis esset: relicto: ipse Capuā
ꝓpius mouit castra. Agrumq; Campanū ferro: igniq; est depopulatus. donec coacti
sunt Campani nihil admodum uiribus suis fidentes: egredi portis: & castra ante urbē
in aperto conmunire. ¶Sex milia armatorum habebant. peditem imbellem. eqtatu
plus poterant. Itaq; equestribus preliis lacessebant hostem. ¶Inter multos nobiles
equites Campanus acerrimus erat Iubelius cognomine Taurea: ciuis ibidē erat: lōge
omnium Campanorum fortissimus eques adeo ut cum apud Romanos militaret: unus
eū Romanus Claudius Asellus: gloria equestri equaret. Hic Taurea cū diu plustrans
oculis obequitasset hostium turmis: Tandē facto silentio: ubi esset Claudius Asellus:
quesiuit. & quoniā uerbis secum de uirtute ambigere solitus esset: cur non ferro de/
cerneret? daretq; opima spolia uictus. aut uictor caperet? ¶Hec ubi Asello nuntiata
sunt in castra: id modo moratus: ut Consulem percōtaretur: liceret ne extra ordinē:
in prouocātem hostem pugnare? permissu eius: arma extemplo cepit. ꝓuectoq; ante
stationes equo: Tauream nomine compellauit. congrediq;: ubi uellet iussit. ¶Iam
Romam ad spectaculum pugne eius frequentes exierant. & Campani non uallum
modo castrorum: sed menia etiam urbis prospectantes repleuerunt. ¶Cum iam ante
ferocibus dictis rē nobilitassent: infestis hastis cōcitarunt equos. deinde libero spatio
inter se ludificantes: sine uulnere: pugnam extrahebant. ¶Tum Campanus: Romāo
equorum inquit hoc: non equitum: erit certamen: nisi e campo in Cauam hanc uiam
dimittimus. ibi nullo: ad euagandum spatio cominus conserētur manus. ¶Dicto ꝓpe
citius equum in uiam Claudius duxit. ¶Taurea uerbis ferocior: q̄ re: nonne scis inqt
cauterium in fossa? que uox in rusticum inde prouerbium prodita. ¶Claudius cum
ex uia longe perequitasset: nullo obuio hoste: in campum rursus euectus: increpans
ignauiam hostis: cum magno gaudio: & gratulatione uictor in castra redit. ¶Huic
pugne equestri rem eius etatis: cōmunis certe estimatio est: mirabilē adiciunt quidā
annales. cū refugientē ad urbē Taureā Claudius sequeret: patenti hostiū porte in/
uectum: per alteram: stupētibus miraculo hostibus: intactum euasisse. ¶Quieta inde
statiua fuere. ac retro etiam Consul mouit castra: ut sementē Campani facerēt. Nec
ante uiolauit agrū Campanū: q̄ iam alte in segetibus herbe p̄bere pabula poterāt.
¶Id conuexit in Claudiana castra: super Suessulā. ibiq; edificauit hyberna. M. Clau/
dio Proconsuli imperauit: ut retento Nole necessario: ad tuendam urbem: presidio:
ceteros milites dimitteret Romam: ne oneri sotiis: & sumptui Rei Pu. essent. ¶Et. T.
Gracchus a Cumis Luceriā: in Apulia legiones cum duxisset. M. Valerium inde Pre/
torem Brundusium cum eo: quem Lucerie habuerat exertu: misit. tueriq; oram agri
Salentini: & prouidere: qđ ad Philippum bellumq; Macedonicum attineret: iussit.
Exitu estatis eius: qua hec gesta: conscripsimus: littere a Publio & Cneo Scipionibus
uenerunt: quantas: q̄q; prosperas in Hispania res gessissent. sed pecuniā in usis: stipēdiū:
uestimentaq;: & frumentū exercitui: & sotiis naualibus omnia: deesse. ¶Quod ad sti/
pendium attineat: si erarium inops esset: se aliquam rationem inituros: quomodo ab
Hispanis sumant. ¶Cetera utiq; ab Roma mittenda esse. nec aliter aut exercitum: aut
Prouintiam teneri posse. ¶Litteris recitatis: nemo omnium erat: qui nec uera scribi: &

postulari eq̄ faceretur. ¶ Sed occurrebat animis: q̄ntos exercitus terrestres: naualesq; tuerentur. quātaq; noua classis mox paranda esset: si bellum Macedonicū moueret. ¶ Siciliam: ac Sardiniam: que ante bellum uectigales fuissent: uix Presides ꝓuintiarū exercitus alere. ¶ Tributo sumptus suppeditari. eum ipsum tributum conferentium numerum tantis exercitum stragibus: & ad Transimenum lacum: & ad Cannas immi/nutum. qui superessent pauci: si multiplici grauarētur stipendio: alia perituros peste. Itaq; nisi fide staret Res P. opibus non staturam. ¶ Prodeundū in contionē Fuluio Pretori esse. indicandasq; populo publicas necessitates. exbortandosq; q redempturis auxissent patrimōia: ut Rei P. ex qua creuissent: tempus cōmodarent. conducerētq; ex lege prebenda: que ad exercitum Hispaniensem opus essent: ut cum pecunia in erario esset: iis primis solueretur. ¶ Hec Pretor in contione edixit: qua die: uestimēta frumentum: Hispanensi exercitui prebenda: queq; alia opus essent: naualibus sotiis: esset locaturus. ubi ea dies uenit: ad conducendum tres Sotietates aderant hominum: undeuiginti. ¶ Quorum duo postulata fuere. ¶ Vnum uti Tarentum in eo publico esset. ¶ Alterum ut que nauibus imposuissent: ad hostiū pericula tempestatisq;: in pu/blico essent. ¶ Vtroq; īpetrato: cōduxerūt. ¶ Priuataq; pecunia Res P. administrata. ¶ Hi mores: eaq; caritas patrie per omnes ordines: uelut tenore uno: pertinebat. Quemadmodum cōducta omnia magno animo sunt: sic summa fide prebita. ¶ Nec quicq̄ desideratum ac si ex opulento erario: ut quōdam alerentur. ¶ Cū hi cōmeatus uenerūt: Iliturci oppidum ab Hasdrubale: atq; Magone: & Hamilcare Bomilcaris filio: ob defectionem ad Romanos: oppugnabantur. ¶ Inter hec trina castra hostiū: Sciones cum ī urbem sotiorum magno certamine: ac strage obsistentiū ꝑuenissent: frumentum: cuius inopia erat: aduexerunt. ¶ Cohortatiq; oppidanos: ut eodē aīmo menia tutarentur: quo pro se pugnantem Romanum exercitum uidissent: ad castra maxima oppugnanda: quibus Hasdrubal preerat: ducunt. ¶ Eodem & duces: & duo exercitus Carthaginensiū: ibi rem summā agi cernētes: cōuenerunt. ¶ Itaq; eruptiōe e castris: pugnatum est. ¶ Lx. hostium milia eo die in pugna fuerunt. ¶ Sedecim circa Romanis. tamē adeo haud dubia uictoria fuit. ut plures numero: q̄ ipsi erant: Ro/mani hostium occiderint. ¶ Ceperint amplius tria milia hoīm. ¶ Paulo minus equoꝝ. undesexaginta militaria signa: elephantis. v. in prelio occisis. ¶ Ternisq; castris eo die potiti sunt. ¶ Iliturco obsidione liberato: ad Incibili oppugnandum Punici exercitus traducti: suppletis copiis: ex Prouintia: ut que maxime omniū belli auida: modo ꝑda aut merces esset. ¶ Et tum iuuenta abundante: iterum signis collatis: eadem fortuna utriusq; partis pugnatum. ¶ Supra. xii. milia hostium cesa. ¶ Supraq; tria capta. cum signis duobus &. xl. ¶ Nouem elephantis. ¶ Tum uero omnes prope Hispanie populi ad Romāos defecerūt. ¶ Multoq; maiores ea estate: in Hispania: q̄ in Italia res geste.

Liber quartus

Ut ex Campania in Brutios reditum est: Hanno adiutoribus et Ducibus Brutiis: Grecas urbes temptauit: eo facilius in sotietate manentis Romana: ꝙ Brutios: quos & oderant: & metuebant: Carthaginensiū partis factos cernebāt. ¶ Regiū primū tēptatū est. diesq; aliquot ibi: nequicq̄ absumpti. ¶ Itaq; Locrenses fru/mentum: lignaq;: & cetera necessaria usibus: ex agris in urbem rapere. etiam nequid relictum prede hostibus eēt. & in dies maior omnibus portis multitudo effundi. postremo ii modo relicti in

P. et Cn. Scipiones bis penos ingenti cede superant: et oēs fere hispanie ppli ad ro͞os ↄfugiunt.

urbe erant: qui reficerent muros ac portas: telaq; in ꝓpugnacula cõgerere cogebant. ¶In permixtam omniũ etatum: ordinũq; multitudinem: & uagantẽ in agris: magna ex parte inermem: Hamilcar Penus equites emisit. qui uiolare quenq̃ uetiti: tantum ut excluderent ex urbe fuga dissipatos: turmas obiecere. ¶Dux ipse loco superiore castra ponit: unde agros urbemq; possit cõspicere. ¶Bruttiorum cohortem adire muros: atq; uocare Principes Locrensium ad colloquiũ iussit. & pollicentes amiciciam Annibalis: adhortari ad urbem tradendam. ¶Brutiis in colloquio nullius rei primo fides est. ¶Deinde ut Penus apparuit in collibus: & refugientes pauci: aliã omnẽ multitudinem in potestate hostium esse: asserebant: tum metu uicti: consulturos se populum responderunt. ¶Aduocataq; extemplo contione: cum & leuissimus quisq; nouas res: nouamq; sotietatem mallet: & quorum propinqui extra urbem ĩterclusi ab hostibus erant: uelut obsidibus datis: pigneratos haberent animos: pauci magis taciti probarẽt constantem fidem: q̃ probatam tueri auderẽt: haud dubio in speciem consensu: fit ad Penos deditio. ¶L. Attilio Prefecto presidii: quiq; milites cum eo Romani erant clã in portum deductis: atq; impositis in nauibus: ut Regium deueherẽtur. ¶Hamilcarẽ Penosq; ea conditione: ut fedus extemplo equis legibus fieret: in urbem acceperunt. ¶Cuius rei prope nõ seruata fides est deditis: cum Penus dolo dimissum Romanum incursaret. Locrenses profugisse ipsum causarentur. ¶Insequuti etiam equites sunt: siquo casu in freto estus morari: aut deferre naues in terram: possent. ¶Et eos quidem: quos sequebantur: non sunt adepti. alias a Messana traiicientis freto Regium naues: conspexerunt. ¶Milites erant Romani a Claudo Pretore missi: ad obtinendã urbem presidio. itaq; Regio extemplo abscessum est. Locrẽsibus iussu Annibalis: data pax: ut legibus suis liberi uiuerent. ¶Urbs pariter & portus in potestatem Locrẽsiũ esset. Sotietas eo iure staret: ut Penus Locrẽsem: Locrẽsisq; Penũ: pace ac bello iuuaret. Sic a freto Peni reducti: frementibus Brutiis: quia Regium: ac Locros: quas urbes direpturos se destinauerant: intactas reliquissent. ¶Itaq; per seipsi cõscriptis: armatisq; iuuentutis sue milibus. xv. ad Crotonem oppugnandum pergunt ire: Grecã & ipsã urbem: & maritimam. plurimum accessurum opibus: si in ora maris portum: ac urbem menibus ualidam tenuissent: credentes. ¶Ea cura angebat: ꝙ neq; non accersere ad auxilium Penos: satis audebant. nequid: non pro sotiis: egisse: uiderentur. & si Penus rursus: magis arbiter pacis: q̃ adiutor belli: fuisset: ne in libertatem Crotõis: sicut ante Locrorum: frustra pugnaretur. ¶Itaq; optimũ uisum est: ad Annibalem mitti Legatos. cauerique ab eo: ut receptus Croto Brutiorum esset. ¶Annibal cum presentiũ eã consultationem esse respondisset: & ad Hannonem eos reiecisset: ab Hannone nihil certi allatum. nec enim diripi uolebant nobilem atq; opulẽtam urbem. & sperabant: cũ Brutii oppugnarẽt: Penos nec probare: nec iuuare eam oppugnationẽ apparẽt: eo maturius: ad se defecturos. ¶Crotone nec cõsiliũ unũ inter populares: nec uolũtas. erat. ¶Unus uelut morbus inuaserat omnes Italie ciuitates: ut Plebs ab Optimatibus dissentiret. Senatus Romanis faueret: & Plebs ad Penos retraheret. ¶Eam dissensionẽ in urbem nũtiat perfuga quis Brutiis: Aristomachum esse Principẽ plebis: tradẽdeq; autorem urbis. & inuasta urbe lateq; omnibus disiectis menibus partitas stationes: custodiasq; Senatorum ac Plebis esse. quacũq; custodiant homines Plebis: ea patere aditũ. ¶Autore: ac duce perfuga: Brutii corona cinxerunt urbem. acceptiq; a Plebe: ꝑmo impetu locos omnes: preter arcem cepere. ¶Arcem Optimates tenebãt: preperato iã ante ad talẽ casum perfugio. ¶Eodem Aristomachus perfugit: tanq̃ Penis: nõ Brutiis autor urbis tradende fuisset. ¶Urbs Croto murum in circuitu patentem. xii. milia

Locrenses Hamilcari dant[?]

Brutij ope plebis crotonẽ capiunt. optimates arcẽ tenẽtes a brutijs deinde hãnone obsessi tandẽ locrẽsium suasu dimisso crotone in locrẽses [illegible] annibali dediderũt.

INSIGNE TEMPLV IVNONIS in crotone

passuum habuit: ante Pyrrhi aduentum in Italiam. Post uastitatem eo bello factã:
uix pars dimidia habitabatur. Flumẽ: qđ medio oppido fluxerat: extra frequẽtia
tectis loca pter fluebat. & agger pcul eis: que inhabitebant: sex milia aberat. in urbe
nobile templum: ipsa urbe erat nobilius: Lacinie Iunonis: sanctũ omnibus circa po/
pulis. Locus ibi frequẽti silua: & pceris abietis arboribus septus. lata in medio pascua
habuit. ubi omnis generis sacrum dee pascebatur pecus: sine ullo pastore: separatimq;
egressi: cuiusq; generis greges: nocte remeabant ad stabula. Nunq̃m insidiis ferarum:
non fraude uiolati hominum. magni ergo fructus ex eo pecore capti. colũnaq; inde
aurea solida facta: & sacrata est. inclytumq; templum diuitiis etiam: non tantũ sanc/
titate fuit. Ad miracula aliqua adfinguntur plerunq; tam insignibus locis. Fama ẽ
aram eẽ in uestibulo templi: cuius cinerem nullus unq̃ moueat uentus. Et arx Cro/
tonis una parte imminens mari: altera uergente in agrũ: situ tantũ naturali quondã
munita: postea & muro cincta: qua per auersas rupes ab Dionysio Sicilie Tyranno
per dolum fuerat capta. eam tum arcem satis ut uidebatur tutam: Crotoniatũ Op/
timates tenebant: circunsedente cum Brutiis eos etiam Plebe sua. Postremo Brutii:
cum suis uiribus inexpugnabilẽ uiderent arcem: coacti necessitate: Hannonis auxiliũ
implorant. Is conditiõibus ad deditionem compellere Crotoniatas conatus: ut Co/
loniam Brutiorum eo deduci: antiquamq; frequentiam eorum recipere uastam ac
desertam bellis urbem paterentur: omnium neminem preter Aristomachum mouit.
morituros se affirmabant citius: q̃m immixti Brutiis in alienos mores: ritus: legesq;: &
mox linguã uerterentur. Aristomachus unus quando nec suadendo ad deditionẽ:
satis ualebat: nec sicut urbem prodiderat: locum prodẽde arcis inueniebat: transfugit
ad Hannonẽ. Locrenses breui post: Legati: cũ permissu Hannonis arcẽ intrassent:
persuadent: ut traduci se in locros paterentur. nec ultima experiri uellẽt. Iam hoc:
ut sibi liceret: impetrauerant & ab Annibale: missis ad id ipsum tũ Legatis. Ita Cro/
tone excessum est. Deductiq; Crotoniate ad mare: naues cõscendunt. Locros oĩs
multitudo abeunt. In Apulia ne hyems quidem quieta inter Romãos: atq; Anni/
balem erat. Lucerie Sempronius Consul: Annibal haud procul Arpis: hybernabat.

Sempronius consul

Inter eos leuia prelia ex occasione: aut opportunitate huius: aut illius partis: orie/
bãtur. meliorq; eis Romanus: & indies cautior: tutiorq; ab insidiis fiebat. In Sicilia
Romanis omnia mutauerat mors Hierõis. Regnumq; ad Hieronymum nepotem

HIERONIS REGIS MORS. Syracusani

Hieronymus nepos succedit

eius translatum. puerum uix dum libertatem: ne dum dominationem modice laturũ
etatis. id ingenium tutores atq; amici ad precipitandum in omnia uitia acceperunt.
Que ita futura cernetis Hiero: ultima senecta: uoluisse dicitur liberas Syracusas re/
linquere: ne sub dominatu puerili: per ludibrium: bonis artibus partum: firmatumq;
interiret Regnum. Huic consilio eius summa ope obstitere filie: nomen Regium
penes puerum futurum rate: regimen rerũ omniũ penes se: uirosq; suos Andronodoꝝ
& Zoilum qui tutorum primi relinquebantur. Non facile erat: nonagesimum
iam agenti annum: circunsesso dies: noctesq; muliebribus blanditiis: liberare animum:
& cõuertere ad publicam: priuatamq; curam. Itaq; tutores modo quindecim puero
reliquit. quos precatus est moriẽs: ut fidem erga Populum Romanum. l. annos ab se
cultam: inuiolatam: seruarent. Iuuenemq; suis potissimum uestigiis insistere: uellent.
disciplineq; in qua edoctus esset. Post hec mãdata cum expirasset: tutores pdeunt:
testamento prolato: pueroq; in contionem producto: erat autem tunc. xv. ferme:
annoꝝ paucis: qui per Contionẽ ad excitãdos clamores dispositi erant: approbãtibus
testamentum: ceteris: uelut patre amisso: in orba ciuitate omnia timentibus: funus fit

regium magis amore ciuiũ: & caritate: q̃ cura suorũ celebre. ¶ Deinde ceteros autores submouet Andronodorus: iuuenem iam esse dictitans Hieronymum: ac Regni potentem: deponẽdoq; tutelam: ipse qui cum pluribus communis erat: inse unũ omniũ uires conuertit. ¶ Vix quidem ulli bono: moratoq; Regi facilis erat fauor apud Syracusanos: succedẽti tanta caritate Hieronis. uerũ enim uero Hieronymus: uelut suis uitiis: desiderabilẽ efficere uellet auum: primo statim cõspectu omnia: q̃ disparia esset: ostendit. nam qui per tot annos Hieronem: filiumq; eius Gelonem: nec uestis habitu: nec alio ullo insigni differẽtes a ciuibus ceteris uidissent: & aspexere purpurã: ac diadema: ac satellites armatos: quadrigisq; etiam alborum equorũ ex regia procedentem more Dionysii Tyranni. ¶ Hunc tam superbum apparatum: habitumq; conuenientes sequebantur mores contemptus omnium hominum. superbe aures. cõtumeliosa dicta. aditus non alienis modo: sed tutoribus etiam difficilis libidines noue: inhumana crudelitas. itaq; tãtus omnis terror inuaserat: ut quidam ex tutoribus aut morte uoluntaria: aut fuga peruerterent metum suppliciorum. Tres ex iis: qbus solis aditus in domũ familiarior erat: Andronodorus: & Zoilus: generi Hierõis. & Thraso quidam: de aliis quidem rebus haud magnopere audiebantur. Tendendo autẽ: duo ad Carthaginenses: Thraso ad sotietatem Romanam: certamine: ac studiis interdum inse conuertebant animum adolescentium. ¶ Coniuratio in Tyranni caput facta: indicatur per Callonem quendam: equalem Hieronymi: & iam inde a puero in omnia familiara iura assuetum. ¶ Index unũ ex cõiuratis Theodorum: a quo ipe appllatus erat: nominare potuit. qui cõprehensus extẽploq; traditus Andronodoro torquẽdus de se ipse haud contanter fassus: conscios celabat. ¶ Postremo cum omnibus intolerandis patientie humane cruciatibus laceraretur: uictum malis se simulans: auertit a consciis in insontes indicium. ¶ Thrasonem esse autorem consilii mentitur. nec nisi tã potenti Duce: confisos: rem tantã ausuros. ablatere inde eos nominat Tyranni: quorum capita uilissima fingenti inter dolores gemitusq; occurrere. ¶ Maxime animo Tyrãni credibile inditium Thraso nominatus fecit. Itaq; extemplo traditur ad supplicium. Adiectiq; pene: ceteri iuxta insontes. ¶ Consciorum nemo: cum diu sotius consilii torqueretur: aut latuit: aut fugit. Tantum illis in uirtute: ac fide Theodori fuit fiducie. Tantumq; ipsi Teodoro uirium: ad arcana occultanda. ¶ Itaq; quod unum uinculũ cum Romãis sotietatis erat: Thrasone sublato e medio: extemplo haud dubie: ad defectionẽ res spectabat. ¶ Legatiq; ad Annibalem missi: ac remissi ab eo: cũ Annibale nobili adolescẽtulo: Hyppocrates & Epicides nati Carthagĩe: sed oriũdi a Syracusis exsule auo: Peni ipsi materno genere: per hos iuncta sotietas Annibali ac Syracusão Tyranno. Nec inuito Annibale apud Tyrannũ manserunt. ¶ Ap. Claudius Pretor cuius Sicilia Prouintia erat: ubi ea accepit: extemplo Legatos ad Hieronymũ misit. qui cum sese: ad renouandam sotietatem: que cum auo fuisset: uenisse dicerent: per ludibrium auditi: dimissiq; sunt: perquirẽte per iocum Hieronymo. ¶ Que fortuna eis pugne ad Cannas fuisset. uix credibilia enim Legatos Annibalis narrare. uelle quid ueri sit: nuntiari: scireq; ut ex eo utram spem sequatur: consiliũ capiat. ¶ Romani cũ serio Legationes audiri cepissent: redituros se ad eum dicentes esse: monito magis eo: q̃ rogato: ne fidem temere mutaret: proficiscuntur. ¶ Hieronymus Legatos Carthaginem misit: ad fedus: ex sotietate cum Annibale faciendum. ¶ Pacto cõuenit: ut cũ Romanos Sicilia expulissent: id autem breui fore: si naues atq; exercitũ misissent. Himera amnis: qui ferme insulam diuidit: finis regni Syracusani: ac Punici imperii esset.

Aliam deinde inflatus assentationibus eorum: qui eum non Hieronis tantum. Sed

Hieronymi persima nã: et eius cũ Annibale fedus initum

Familiarior

Theodori coniurat factum

oriũdi a Syracusis

Ap. claudius p̃tor legatos ad hiero. mittit: quos illi irrisos romanos exprobrans

Conditio federis Anni. et hie. ut himera amnis finis utriusq; imperii esset.

Pyrrhi etiam Regis materni aui iubebant meminisse: Legationem misit: qua equum
censebat: Siciliam sibi omnem cedi: Italie Imperium proprium queri Carthaginensi
populo ¶ Hanc leuitatem animi: ac iactationem: neq; mirabãtur in iuuene furioso:
neq; arguebant: dummodo auerterent eum ab Romanis. ¶ Sed omnia in eo precipitia
ad exitium fuerunt. nam cum premissis Hippocrate: atq; Epicide cum binis milibus
armatorum ad temptandas urbes: que presidiis tenebantur Romanorum: & ipse in
Leõtinos cum cetero omni exercitu: erant autem ad. xv. milia peditum equitumq;:
ꝓfectus esset: liberas edes coniurati: & omes forte militabãt: imminentes uie anguste:
qua descendere ad forum rex solebat: sumpserunt. ibi cum instructi armatiq; ceteri
transitum expectantes starent: uni ex eis Indigemini fuit nomen: quia custos corpis
erat: partes date sunt: ut cum appropinquaret ianue Rex: per causam aliquã in an/
gustiis sustineret a tergo agmen. ¶ Ita ut conuenerat: factum est: tanq̃ laxaret latũ
pedem ab stricto nodo moratus turbam Indigemines: tantum interualli fecit: ut cũ
in pretereuntem sine armatis Regẽ impetus fieret: confoderetur aliquot prius uul/
neribus: q̃ succurri posset. ¶ Clamore & tumultu audito: i Indigeminẽ: iã haud dubie
obstantem: tela coniciuntur. in que tamen duobus acceptis uulneribus euasit: fuga
satellitum: ut iacentem uidere Regem: facta est. ¶ Interfectores pars in forum in
multitudinẽ letam libertate: pars Syracusas pergunt: ad ꝓoccupanda Andronodori:
Regiorumq; aliorum consilia. ¶ In certo rerum statu. Ap. Claudius bellum oriẽs ex
propinquo cum cerneret: Senatum litteris certiorem fecit: Siciliam Carthaginensi
populo & Annibali cõciliari. ipse aduersus Syracusana consilia Prouinciã: Regniq;
fines: omnia conuertit presidia. ¶ Exitu anni eius. Q. Fabius ex autoritatate Se/
natus: Puteolos: per bellum ceptum frequentari Emporium: communiit. presidiumq;
imposuit. ¶ Inde Romam: Comitiorum causa ueniens in eum: quem primum diem
Comitialẽ habuit: Comitia edixit. atq; ex itinere preter Vrbem in Campũ descẽdit.
eo die cum sors prerogatiue Antesi Iuniorum exisset: eaq;. T. Octacilium. M. Emi/
lium Regulum Consules diceret: tum. Q. Fabius silẽtio facto: tali oratione est usus.
¶ Si aut pacem in Italia: aut bellum cum eo hoste haberemus: in quo negligẽtie: aut
errori locus esset: qui uestris studiis: que in Campum ad mãdandos quibus uelitis ho/
nores: affertis: moram ullam offerret: is mihi parũ meminisse uideret̃ uestre libertatis.
Sed cum in hoc bello: cum hoc hoste: nunquã ab ullo duce: sine ingenti uestra clade
erratum sit: eadem uos cura: qua armati in aciem descẽditis: inire suffragium: ad cre/
andos Consules decet. & sibi sic quenq; dicere: Annibali Imperatori parem Consulem
nomino. ¶ Hoc anno ad Capuam Iubellio Tauree Campano sũmo equiti ꝓuocãti:
summus Romanus eques Asellus Claudius oppositus. ¶ Aduersus Gallum: quondam
prouocantem: in ponte Aniensis Malliũ fidẽtem & animo & uiribus misere maiores
nostri. ¶ Ob eandem causam: ut multis annis post fuisse non negauerim cũ. M. Va/
lerio nõ diffideretur aduersus similiter ꝓuocantem capiẽti gallum arma ad certamẽ.
¶ Quemadmodum pedites equitesq; optamus ut ualidiores: si minus. ut pares hosti
habeamus: ita Duci hostium parem Imperatorem queramus. cum qui est summus in
ciuitate Dux. eum legerimus: tum repente lectus: in annum creatus: aduersus ueterẽ
ac perpetuum Imperatorem comparabitur. nullis neq; temporis: neq; iuris inclusum
angustiis: quominus ita omnia gerat: administretq;: ut tempora postulabunt belli.
nobis autem in apparatu ipso: ac tantũ inchoãtibus res: annus circunagit̃. ¶ Quoniã
quales uiros creare uos Cõsules deceat: satis est dictum: restat ut pauca de eis in quos
prerogatiue fauor inclinauit: dicam. M. Emilius Regulus Flamen est Quirinalis:

Ceditur hieronymus a coniuratis

Prerogatiua

Q. Fabij oratio

quem neq; mittere a sacris: neq; retinere possumus: ut non deum aut belli: deseramus curam. ¶ Octacilius sororis mee filiam uxorem: atq; ex ea liberos habet. Ceterum nõ ea uestra: in me maioresq; meos: merita sunt: ut nõ potiorẽ priuatis necessitudinibus Rem P. habeam. quilibet nautarum: uectorumq; tranquillo mari gubernare potest. ubi seua orta tempestas est: ac turbato mari rapitur uento nauis: tum uiro: & guber/natore opus est. non tranquillo nauigamus: sed iam aliquot procellis submersi pene sumus. itaq; quis ad gubernacula sedeat: summa cura prouidendum: ac precauẽdum: nobis est. ĩ minori re experti. T. Octacili operam tuam sumus. haud sane cur ad ma/iora tibi fidamus: documenti quicq̃ dedisti. ¶ Classem hoc anno: cui tu prefuisti: triũ rerũ causa parauimus: ut Africe oram popularetur: ut tuta nobis Italie littora essent ante omnia ne supplementum cum stipendio: commeatuq; ab Carthagine Annibali transportaretur. ¶ Create Consulem. T. Octaciliũ: non dico si omnia hec: sed si aliqd eorum Rei P. prestitit. ¶ Sin autem te classem obtinente: & uelut placato mari: que/libet Annibali tuta: atq; integra: ab domo uenerunt: si ora Italie infestior hoc anno q̃ Africe fuit: quid dicere potes: cur te potissimum Ducem Annibali hosti opponãt. si Consul esses: Dictatorem dicendum exemplo maiorum nostrorũ censeremus. neq; tu id indignari posses: aliquem in ciuitate Romana: meliorẽ bello haberi: q̃ te. magis nullius interest: q̃ tua. T. Octacili: non imponi ceruicibus tuis onus: sub quo cõcidas. ¶ Ego magnopere suadeo eodem animo: quo si stantibus uobis in aciem armatis re/pente deligendi duo imperatores essent: quoꝝ ductu atq; auspicio dimicaretis: hodie quoq; Consules creetis: quibus sacramenta liberi nostri dicant. ad quorum edictum conueniant. sub quorum tutela: atq; cura militent. lacus Transimenus: & Cãne: triste ad recordationem exemplar: at ad precauendũ simile: utiles documento sunt. ¶ Pre/rogatiua Iunioꝝ ĩ suffragiũ reuocata. ¶ Cum. T. Octacilius ferociter: eũ cõtinuare Consulatum uelle: uociferaretur: atq; obstreperet: Lictores ad eum accedere: Cõsul iussit. & quia in Vrbẽ non inierat: protinus in campũ ex itinere profectus: admonuit cum securibus sibi fasces preferri. ¶ Interim prerogatiua suffragium init. Creati in ea Consules. Q. Fabius Maximus quartum. M. Marcellus tertium. ¶ Eosdem Cõsules cetere Centurie sine uariatione ulla dixerunt. & Pretor unus refectus. Q. Fuluius Flaccus: nonum. ¶ Alii creati. T. Octacilius Crassus iterum. Q. Fabius: Consulis filius: qui tum Edilis Curulis erat. P. Cornelius Lentulus. ¶ Comitiis Pretorũ perfectis. S.C. factum est: ut. Q. Fuluio extra ordinem urbana esset Prouintia. isq; potissimũ: Cõ/sulibus ad bellum profectis: Vrbi preesset. ¶ Aque magne & niues eo anno fuerunt. Tyberisq; agros inundauit cum magna strage tectorum: pecorumq;: & hoĩm pnitie.

¶ Quinto anno secundi Punici belli. Q. Fabius Maximus quartum. M. Claudius Marcellus tertiũ: Consulatũ ineuntes: plus solito conuerterant inse ciuitatis animos: multis enim annis consulum par non fuerat. ¶ Referebant senes: sic. T. Manlium cũ P. Decio: ad bellum Gallicum: sic postea Papyrium & Coruinum aduersus Samnites Brutiosq;: & Lucanum: cum Tarentino populo: Consules declaratos. ¶ Absens Mar/cellus Consul creatus: cũ ad exercitũ esset. ¶ Presenti Fabio: atq; ipso comitia habẽte: Consulatus continuatus. ¶ Tempus ac necessitas belli: ac discrimen summe rerum: fa/ciebant: ne quis: aut in exemplum exquireret: aut suspectum cupiditatis Imperio Consulem haberet. quin laudabant potius magnitudinem animi: ꝙ cum summo Im/peratore esse opus Rei P. sciret: seq; tum haud dubie eẽ minoris inuidiam suam: si qua ex re oriretur: q̃ utilitatem Rei P. fecisset. ¶ Quo die Magistratum inierunt Cõsules: Senatus ĩ Capitolio est habitus. ¶ Decretumq; omniũ primum ut Cõsules sortirentᷣ:

Q. FABIVS MAX. IIII.
M. MARCELLVS III. COHS.
et creati [illegible]

compararentq; inter se uter Censoribus creãdis Comitia haberet: prius q̃ ad exercitũ proficisceretur. ¶ Prorogatum deinde Imperium omnibus: qui ad exercitum erant: iussiq; in Prouinciis manere. T. Gracchus Lucerie ubi cum uolonũ exercitu erat. ¶ Terentius Varro in Agro Piceno. M. Pompõius in Gallico. & Pretoribus p̃oris anni. ¶ Propretor. Q. Minutius obtineret Sardiniam. M. Valerius ad Brũdusium: ore maritime intentus aduersus omnes motus Philippi Macedonum Regis preesset.

C. Cornelio Lentulo Pretori Sicilia decreta Prouincia. T. Octacilio classis eadẽ q̃ aduersus Carthaginenses priore anno habuisset. ¶ Prodigia eo anno multa nuntiata sunt. Que quo magis credebãt simplices ac religiosi hoĩes: eo etiã plura nuntiabãt. ¶ Lauinii in ede intus Sospite Iunõis coruos nidum fecisse. ¶ In Apulia Palmã uiridẽ arsisse. ¶ Mantue stagnum effusum Mintio amni: cruentũ uisum. ¶ Et Calibus cretã. ¶ Et Rome in foro Boario sanguinem pluisse. ¶ Et in uico Istrio fontem sub terra: tanta ui aquã fluxisse: ut serias dolia q; que in eo loco erant: prouoluta: uelut impe/tus torrentis tulerit. ¶ Tactum de celo atrium publicum in Capitolio. ¶ Edẽ in cãpo Vulcani. arcem in Sabinis: publicamq; uiam: murum: ac portam: Gauisiam. ¶ Alia uulgata miracula erant. Hastã Martis Preneste sua sponte promotam. ¶ Bouem in Sicilia locutum. ¶ Infantem in utero matris: in Marrucinis Io triumphe clamasse. Ex muliere Spoleti uirum factum. Hadrie aram in celo: speciesq; hominum circum eam: cum candida ueste uisas esse. ¶ Quin Rome quoq; in ipsa Vrbe: secundum apum examen uisum esse in foro. Quod mirabile est: quia rarum. ¶ Affirmantes quidã: Le/giones se armatas in Ianiculo uidere: concitauerunt ciuitatem ad arma. qui cum in ianiculum iuissent: negarunt quenq̃ ibi preter assuetos: collis eius cultores: apparuisse. ¶ Hec prodigia hostiis maioribus procurata sunt. ex Aruspicum responso. ¶ Et sup/plicatio omnibus diis: quorum puluinaria Rome sint: iniuncta est. ¶ Preparatis que ad pacem deum pertinebant: de Re P. belloq; gerẽdo: & quantum copiarum: & ubi queq; essent: Consules ad Senatum retulerunt. duodeuiginti legionibus bellum geri placuit. ¶ Binas Consules sibi sumere placuit. ¶ Binis Galliam Siciliamq; ac Sardiniam: obtineri. ¶ Duabusq;. Q. Fabium Pretorem Apulie: duabus uolonum. T. Gracchum circa Luceriam preesse. ¶ Singulas. C. Terentio Proconsuli ad Picenum: &. M. Va/lerio ad classem circa Brũdusium. ¶ Et duas Vrbi presidiũ relinqui. ¶ Hic ut numerus legionum compleretur: sex noue legiones erant scribende. ¶ Eas primo quoq; tempe scribere iussi. & classem parare: ut cum eis nauibus: que pro Calabrie littoribus in sta/tione essent. c. l. longarũ nauiũ classis eo anno expleret. ¶ Delectu habito: & nauibus nouis deductis. Q. Fabius Comitia Censoribus creandis habuit. ¶ Creati. M. Attilius Regulus: &. P. Curius Philus. ¶ Cum increbresseret rumor: bellum in Sicilia eẽ. T. Octacilius eo cũ classe proficisci iussus est. ¶ Cũ deessent naute: Consules ex Senatus Consulto edixerunt: ut qui. L. Emilio. C. Flaminio Cẽsoribus: milibus eris. l. ipse aut pater eius census fuisset: usq; ad centũ milia aut cui postea tanta esset facta: nautam unum: cum sex mensium stipendio: daret. ¶ Qui supra centum milia usq; ad. ccc. milia: tris nautas: cum stipendio annuo. ¶ Qui supra trecenta milia usq; ad decies eris: quinq; nautas. ¶ Qui supra decies: septem. ¶ Senatores octo nautas: cum annuo stipendio darẽt. ¶ Ex hoc edicto: dati naute. armati: instructiq; ab dominis cum triginta dierũ coctis cibariis: naues conscẽderunt. ¶ Tum primum est factum: ut classis Romana: sociis naualibus: priuata impẽsa paratis: compleretur. ¶ Hic maior solito apparatus precipue conterruit Campanos: ne ab obsidione Capue: bellum eius anni: Romani inciperent. Itaq; Legatos ad Annibalem oratum: miserunt: ut Capuam exercitum

admoueret. ad eā oppugnādā nouos exercitus scribi Rome. nec ullius urbis defectiōi
magis infensos eorum animos esse. ¶ Id quia tam trepidi nuntiabant: maturandum
Annibal ratus: ne preuenirent. profectus Arpis: ad Tifata in ueteribus castris super
Capuam cōsedit. inde Numidis Hispanisq; ad presidium simul castroꝝ: simul Capue
relictis: cum cetero exercitu ad lacum Auerni: per speciem sacrificādi: re ipsa ut tēp/
taret puteolos: quiq; ibi presidio erant: descēdit ¶ Maximus postq̄ Annibalem Arpis
profectum: & regredi ī Campaniam: allatū est: nec die: nec nocte intermisso itinere
ad exercitum redit. ¶ Et. Ti. Gracchum a Luceria Beneuentum copias admouere.
Q. Fabium Pretorem: is filius Cōsulis erat: Luceriam Graccho succedere iubet. ¶ In
Siciliam eodem tempore duo Pretores ꝓfecti. P. Cornelius ad exercitū: Octacilius:
qui maritime ore: reiq; nauali: preesset. ¶ Et ceteri in suas quisq; Prouintias profecti.
¶ Et quibus prorogatum Imperium erat: easdem quas priore anno: Regiones ob/
tinuerūt. ¶ Ad Annibalē cum ad lacū Auerni esset: quinq; nobiles iuuenes a Tarēto
uenerunt: partim ad Transimenum lacum: partim ad Cannas capti: dimissiq; domos
cum eadem: qua usus comitate aduersus omnes Romanorum sotios Poenus fuerat.
¶ Ii memores benefitiorum eius perpulisse magnam partem se iuuentutis Tarentine
referunt: ut Annibalis amiciciam: ac sotietatem: q̄ Populi Romani mallēt. Legatosq;
ab suis missos: rogare Annibalem: ut exercitum propius Tarentum admoueat. si signa
eius: si castra conspecta a Tarento sint: haud ullam intercessuram moram: quin urbs
dedatur. in potestate iuniorum: Plebem: in manu Plebis: rem Tarentinam esse. ¶ An/
nibal collaudatos eos: boneratosq; ingentibus promissis: domum ad cepta maturanda:
redire iubet: se in tempore affuturum esse. ¶ Hac cum spe dimissi Tarentini. ¶ Ipsum
ingens cupido incesserat: Tarenti potiundi. ¶ Vrbem esse uidebat: tum opulētam: no/
bilemq;: tum maritimam: & in Macedoniam opportune uersam: Regemq; Philippū
hunc portum: si transiret in Italiam: cum Brundusium Romani haberent: petiturū.
¶ Sacro inde perpetrato: ad quod uenerat: & dum ibi moratur: peruastato agro Cu/
mano: usq; ad Miseni promūtoriū: Puteolos repēte agmen cōuertit: ad opprimēdū
presidium Romanum. ¶ Sex milia hominum erant. & locus munimento quoq;: non
modo natura tutus. ¶ Triduum ibi moratus Penus: ab omni parte temptato presidio
deinde ut nihil procedebat: ad populandum agrum Neapolitanū: magis ira: q̄ po/
tiunde urbis spe: processit. ¶ Aduentu eius in propinquum agrum Nolana mota est
Plebs: iam diu auersa a Romanis & infesta Senatui suo. Itaq; Legati ad arcessendū
Annibalem: cum haud dubio promisso tradende urbis: uenerunt. ¶ Preuenit inceptū
eorum Marcellus Consul a Primoribus acitus: die uno Suessulam a Calibus: cum
Vulturnus amnis traicientem moratus esset: contenderat. inde proxima nocte Sex
milia peditum: equitesq;. ccc. qui presidio Senatui essent: Nolam intromisit. & uti a
Consule omnia impigre facta sunt: ad preoccupādam Nolam: ita Annibal tempus
terebat: his iam ante ne quicq̄m temptata re: segnior ad credendum Nolanis factus.
¶ Iisdem diebus: &. Q. Fabius Consul ad Casilinū temptandū: quod presidio Punico
tenebatur: uenit. ¶ Et ad Beneuentum: uelut ex composito: parte altera Hanno ex
Brutiis: cum magna peditum: equitūq; manu: altera. Ti. Gracchus a Luceria accessit.
qui primo oppidum intrauit. Deinde ut Hannonē ferme tria milia ab urbe ad Ca/
lorem fluuiū castra posuisse: & inde agꝝ populari: audiuit: & ipse egressus menibus:
mille ferme passus ab hoste castra locat. Ibi Contionem militum habuit: Legiones
magna ex parte uolonum habebat: qui iam alterum ānum libertatem tacite mereri:
q̄ postulare palam maluerant. ¶ Senserat tn̄ hybernis egrediens murmur in agmine

Anni. puteolos frustra tentat

esse: querentium: nunq̃ ne liberi militaturi essent? ¶ Scripserat q; Senatui: non tam qd desiderarent: q̃ quid meruissent. bona fortiq; opera eorum se ad eam diem usũ: neq; ad exemplum iust: militis quicq̃ eis: preter libertatẽ deesse. ¶ De eo permissum ipsi erat: faceret: quod e Re P. duceret esse. ¶ Itaq; prius q̃ cum hoste manum consereret: pro/ nũtiat tempus uenisse libertatis eis: quam diu sperassent: potiunde. postero die signis collatis: dimicaturũ puro: ac patenti campo. ubi sine ullo insidiarũ metu uera uirtute geri res posset. Qui caput hostis retulisset: eum se extemplo liberum iussurum esse. qui loco cessisset: in eum seruili supplitio animaduersurum. Suam cuiq; fortunã in manu esse. ¶ Libertatis autorem eis non se fore solum: sed Cõsulem. M. Marcellum & uni/ uersos Patres: qui consulti a se: de libertate eorum: sibi permisissent. ¶ Litteras inde Consulis: ac Senatus Consultum recitauit. ¶ Ad que clamor eum ingenti assensu est sublatus: pugnã poscebant: signumq; ut daret extemplo: ferociter instabant. ¶ Grac/ chus prelio in posterum diem pronuntiato: contionem dimisit. ¶ Milites leti: p̃cipue quibus merces nauate in unum diem opere: libertatis futura erat: armis expediẽdis: quod reliquum diei fuit consumpserunt. ¶ Postero die ubi signa ceperũt canere: p̄mi omnium parati: instructiq; ad pretorium conueniunt. ¶ Sole orto Gracchus in aciẽ copias eduxit. ¶ Nec hostes moram dimicandi fecerunt. ¶ Decem & septẽ milia peditũ erant: maxima ex parte Brutii ac Lucani. ¶ Equites. M. cc. inter quos pauci admodũ Italici. Ceteri Numide fere omñes. Mauriq;. ¶ Pugnatũ est acriter & diu. ¶ Quattuor horis neutro inclinata est pugna. ¶ Nec alia magis Romanũ impediebat res: q̃ capita hostium: precia libertati facta. Nam & quiq; impigre hostem occiderant: primum capita egre inter turbam: tumultumq; abscindendo: tempus terebant. ¶ Deinde oc/ cupata dextera: tenendo caput: fortissimus quisq;: pugnator esse desierat. ¶ Quod ubi Tribuni Militum Graccho nuntiauerunt: neminem stantem iam uulnerari hostem: carnificari iacentes. & in dextris militum: pro gladiis: humana capita esse. signũ dari propere iussit: p̄icerent capita: inuaderentq; hostem: claram satis: & insignem uirtutẽ esse: nec dubiam libertatem futuram strenuis uiris. ¶ Tum redintegrata pugna est. Et eques etiã in hostem emissus. ¶ Quibus cum impigre Numide occurrissent: nec segnior equitum: q̃ peditum pugna esset: iterum in dubium adducta res: cum utrinq; Duces: Romanus Brutium Lucanumq; totiens a maioribus suis uictos: subactosq;: Poenus mancipia Romana: & ex ergastulo militem: uerbis obtereret. ¶ Postremo p̄nuntiat Gracchus eẽ nihil q̄ de libertate sperarent: nisi eo die fusi: fugatiq; hostes essent. ¶ Ea demum uox ita animos accendit: atq; renouato clamore uelut alii repẽte facti: tãta ui se in hostem intulerunt: ut sustineri ultra non possent. ¶ Primo Antesignani Pe/ norum: deinde signa perturbata. Postremo tota impulsa acies: inde haud dubie terga data. ruuntq; fugientes in castra: adeo pauidi: trepidiq;: ut ne in portis quidem: aut uallo quisq̃ restiterit: ut prope continenti agmine Romani insequuti: nouũ deinte/ gro prelium: inclusi hostium uallo ediderint. ibi sicut pugna impeditior in angustiis: ita cedes atrotior fuit. & adiuuere captiui: qui rapto inter tumultum ferro cõglobati & a tergo ceciderunt Penos: & fugam impedierunt. itaq; minus duo milia hominum ex tanto exercitu: & ea maior pars equitum: cum ipso Duce effugerunt. alii omnes cesi: aut capti. ¶ Capta & signa duodequadraginta. ¶ Ex uictoribus duo milia ferme cecidere. preda omñis p̄ter quã hoĩm captorũ: militi concessa est. ¶ Et pecus exceptũ est: quod intra dies triginta domini cognouissent. ¶ Cum preda honusti in castra re/ diissent: quattuor milia ferme Volonum militum: qui pugnauerant segnius: nec in castra irruperant: simul metu pene collem haud p̄cul castris ceperunt. ¶ Postero die

Gracchi verba militibus suis libertatem pollicentis

Acerrimus conflictus

Pulcherrima Ro[manorum] victoria

per Tribunos Militū inde deducti: cōtione militū aduocata a Graccho: supueniūt.
Vbi quom Procōsul ueteres milites primum ut prout cuiusq; uirtus: atq; opera in ea
pugna fuerat: militaribus donis donasset: tunc quod ad Volones attineret: omnes
ait malle laudatos a se dignos indignosq;: q̄ quenq̄ eo die castigatū esse. quod bonū:
faustum: felixq; Rei P. ipsisq; esset: omnes eos liberos esse iubet. Ad hanc uocem: cum
clamor ingenti alacritate sublatus esset: ac nunc complexi inter se: gratulantesq;: nūc
manus ad celum tollentes: bona omnia Populo Romano Gracchoq; ipsi precarent.
¶ Tum Gracchus: prius q̄ om̄es iure libertatis equasset: inquit: nemin̄e nota strenui
aut ignaui militis notasse uolui. nunc persoluta iam fide publica: ne discrimen omne
uirtutis: ignauieq; pereat: nomina eorum: qui detractate pugne memores: secessionē
pauloante fecerunt: referri ad me iubebo. citatosq; singulos iureiurando adigam: nisi
quibus morbus causa erit: non aliter q̄ stantes cibum: potūq;: quoad stipendia faciēt:
capturos esse. Hanc multam ita equo animo feretis: si reputabitis: nulla ignauie nota
leuiore uos designari potuisse. ¶ Signum deinde colligendi uasa dedit. militesq; predā
portantes: agentesq;: per lasciuiam ac iocum: ita ludibundi Beneuentum redire: ut ab
epulis celebrem. festumq; diē actis: non ex acie: reuerti uiderent. ¶ Beneuentani om̄es:
turba effusa: cum obuiam ad portas exissent: complecti milites: gratulari: uocare in
hospitium. apparata omnia omnibus in propatulo edium fuerant. ad ea inuitabant:
Gracchumq; orabant: ut epulari permitteret militibus. ¶ Et Gracchus ita permisit: in
publico epularent omnes: ante suas quisq; fores. prolata omnia. pileati aut lana alba
uelatis capitibus: Volones epulati sunt. accubantes alii: aliiq; stantes: qui simul mini-
strabant: uescebanturq;: digna res uisu ad simulacrū celebrati eius diei: Gracchus post
q̄ Romam rediit: pingi iubet in ede Libertatis: quā pater eius in Auentino: ex mul-
tatitia pecunia faciendam curauit: dedicauitq;. ¶ Cum hec ad Beneuentum gerunt:
Annibal depopulatus agrum Neapolitanum: ad Nolam castra mouet. ¶ Quem ubi
aduentare Consul sensit: Pompōio Propretore: cum eo exercitu qui super Suessulā
in castris erat: accito: ire obuiam hosti parat: ne moram dimicandi faceret. ¶ Claudiū
Neronem: cum robore equitū: silentio noctis: per auersam maxime ab hoste portā
emittit. circunuectumq; occulte: subsequi agmen hostium iubet. ut cum ceptū preliū
uideret: a tergo se obiiceret. ¶ Id errore uiarum: an exiguitate temporis Nero exeq
non potuerit: incertum est. absente eo: cum prelium commissum esset: superior qdē:
haud dubie Romanus erat. Sed quia equites non affuere in tempore: ratio cōposite
rei turbata est. ¶ Non ausus inseq cedentes Marcellus: uincentibus suis signū receptui
dedit. plus tamen duo milia hostiū eo die cesa tradūtur. Romanis minus .cccc. ¶ Solis
fere occasu Nero diem: noctemq; nequicq̄ fatigatis equis: hominibusq;: ne uiso quidem
hoste: rediens. adeo grauiter a Consule increpatus: ut per eum stetisse diceret: quo
minus accepta ad Cannas redderetur hosti clades. ¶ Postero die Romanus in aciem
descendit. Penus tacita etiam confessione uictus: castris se tenuit. ¶ Tertio die silentio
noctis: omissa spe Nole potiunde: rei nunq̄ prospere temptate: Tarentū: ad certiorē
spem proditionis: proficiscitur. ¶ Nec minore animo res Romane domi: q̄m militie
gerebantur. Censores uacui ab operum locandorum cura propter inopiam erarii: ad
mores hominum regendos animū aduerterūt. castigandaq; uitia: que uelut diutinis
morbis egra corpora ex sese gignūt: nata bello erāt. ¶ Primum eos citauerūt: q post
Cannensem pugnam: Rem P. deseruisse: Italiaq; excessise uelle: dicebant. ¶ Princeps
eorum. M. Cecilius Metellus qui Questor tum forte erat. Iusso deinde eo: ceterisq;
eiusdē noxe reis causam dicere: cū purgari nequissent pnuntiarunt: uerba orationēq;

eos: aduersus R. P. habuisse: quo cõiuratio deserende Italie causa fieret. ¶ Secundũ eos citati nimis callidi exoluendi iurisiurandi interpretes: qui captiuorum ex itinere regressi clam in castra Annibalis: solutum: quod iurauerant rediturosrebantur. His supioribusq; illis eq dempti: qui publicuũ equum habebãt. Tribuq; moti: erarii omẽs facti. ¶ Neq; Senatu modo: aut equestri ordine regendo. cura se Censorum tenuit: nomina omnium ex iuniorũ tabulis exerpserunt: qui quadriennio non militassent. quibus neq; uacatio iusta militie: neq; morbus cã fuisset. Et ea supra duo milia hoĩm in erarios relata: tribuq; omnes moti. additumq; merci Censorie note: triste Senatus Consultum ut ii omnes: quos Censores notassent: pedibus mererent. mitterenturq; in Siciliam ad Cannensis exercitus reliquias. ¶ Cui generi militum non prius q̃m pulsus Italia omnis hostis esset: finitum stipendiorũ tempus erat. ¶ Cum Censores ob inopiã erarii: se iam locationibus abstinerent: edium sacrarum tuẽdarum. Curuliũq; equorũ prebendorum: ac similium his rerum: conuenere ad eos frequentes: qui haste huius generis assueuerant: hortatiq; Censores: ut omnia perinde agerent: locarentq;: ac si pecunia in erario esset: neminem nisi bello cõfecto ab erario pecuniam petiturũ eẽ. ¶ Conuenere deinde domini eorum: quos. T. Sempronius ad Beneuentũ manu emiserat: arcessitosq; se ab Triumuiris mensariis esse dixerunt: ut precia seruorũ acciperẽt. ceterum non anteq̃ bello confecto. accepturos esse. ¶ Cum hec inclinatio animorum plebis ad sustinendam inopiam erarii fieret: pecunie quoq; pupillares primo: deinde uiduarũ: cepte conferri: nusq̃ eas tutius: sanctiusq; deponere credentibus: q deferebãt q̃ in publicam fidem. inde si quid emptũ: paratumq; pupillis: ac uiduis foret: a Questore perscribebatur. ¶ Manauit ea priuatorum benignitas ex urbe etiam in castra: ut non eques: non centurio stipendiũ acciperent: mercennariũq; increpãtes uocarẽt: qui accepisset. Q. Fabius Consul: ad Casilinum castra habebat: quod duũ milium Campanorum: & septingentorum militum Annibalis tenebatur presidio. ¶ Preerat Statius Metius missus ab. Cn. Magio Attellano: qui eo ãno Medixtuticus erat: seruitiaq; & plebem promiscue armabat: ut castra Romana inuaderet: intẽto Romano Consule ad Casilinum oppugnandum. ¶ Nihil eorum Fabium fefellit. itaq; Nolã ad Collegã mittit: altero exercitu dum Casilinum oppugnaret: opus esse: q Cãpanis opponatur. uel ipe: relicto Nole presidio modico: ueniret: uel si eũ Nola teneret: & necdum secure res ab Annibale essent. Ti. Gracchũ Proconsulẽ a Beneuẽto acciturũ. ¶ Hoc nũtio Marcellus duobus militum milibus Nole in presidio relictis: cũ cetero exercitu Casilinum uenit. Aduentuq; eius Campani iam mouentes sese: quieuerũt. ita a duobus Consulibus Casilinum oppugnari ceptũ. ubi cum multa succedẽtes temere menibus: Romãi milites accipent uulnera: neq; satis inceptis succederet: Fabius omittendam rem paruam: ac iuxta magnis difficilem: abscedendumq; inde censebat: cum res maiores instarent. ¶ Marcellus multa magnis ducibus: sicut non aggredienda: ita semel agressis non dimittenda esse: dicendo: quia magne fame momento in utranq; partem fierẽt: tenuit ne incepto abiretur. ¶ Vinee inde: omniaq; alia operum machinationumq; genera: cum admouerentur: Cãpaniq; Fabium orarent: ut abire Capuã tuto liceret. paucis egressis: Marcellus portam: qua egrediebantur: occupauit. cedesq; promiscue circa portam primo: deinde iruptione facta: etiam in urbe cepta est fieri. ¶ Quinq̃ginta fere p̃mo egressi Campãorum: cũ ad Fabiũ confugissent: presidio eius Capuam peruenerunt. ¶ Casilinum inter colloquia contationemq; petentium fidem: per occasionem captum est. captiuiq; Campanorum: qui ue Annibalis militũ erant: Romam missi. Atq; ibi in carcere inclusi sunt. ¶ Oppidanorum turba. per finitimos

Notati a censoribus in Siciliam missi pedibus meruerunt

Q. Fabius consul Casilini castra habebat

Casilinũ a duobus cons. ro. uix captũ opa potissimũ Mar.

populos:in custodiam diuisa. ¶ Quibus diebus a Casilino:re bene gesta:recessum est:
eis Gracchus in Lucanis aliquot cohortes in ea regione conscriptas:cum Prefecto
Sotiorũ in agros hostium predatum misit. eos effuse palatos Hanno adortus:haud
multo minorẽ:q̃ a Beneuẽto acceperat:reddidit hosti cladem. atq; in Brutios raptim:
ne Gracchus assequeretur:concessit. ¶ Consules:Marcellus retro:unde uenerat:Nolã
redit. ¶ Fabius:in Samnium ad populandos agros:recipiendasq; armis:que defecerãt
urbes:processit. ¶ Claudinus Samnis grauius deuastatus.perusti populatiq; late agri:
prede pecudum:hominumq; acte. oppida ui capta Compulteria. Telesia. Compsa.
Mele. Fuisule.& Orbitanium. ¶ Ex Lucãis:Blande. ¶ Apulorum:Ance oppugnate.
¶ Milia hostium in his urbibus.xxv.capta:aut occisa. ¶ Et recepti perfuge.ccc.lxx.
Quos cum Romam misisset Consul:uirgis in Comitio cesi omnes:ac de saxo deiecti.
¶ Hec a.Q. Fabio intra paucos dies gesta. ¶ Marcellum a gerendis rebus:ualitudo
aduersa Nole tenuit. ¶ Et a Pretore.Q. Fabio:cui circa Luceriam Prouintia erat:
Accua oppidum per eos dies ui captum.statiuaq; ad Ardoneas communita. ¶ Dũ
hec aliis locis ab Romanis geruntur:iam Tarẽtum peruenerat Annibal:cũ maxima
omnium quacunq; ierat clade. ¶ In Tarẽtino demum agro pacatum incedere agmẽ
cepit.nihil ibi uiolatũ.neq; us q̃ uia excessum est.apparebatq; id:nõ modestia militũ
aut Ducis:nisi ad conciliandos Tarentinorum animos fieri. ¶ Ceterum cum prope iã
menibus accessisset:nullo ad cõspectum primi agminis:ut rebatur:motu facto:castra:
ab urbe ferme passus mille:locat. ¶ Tarentum triduo ante q̃ Annibal ad menia acce/
deret:a.M. Valerio Propretore:qui classi ad Brundusium preerat:missus.is priore
iuuentute conscripta:dispositisq; ad omnes portas:circaq; muros:qua res postulabat:
stationibus:die ac nocte plurimum intẽtus:neq; hostibus:neq; dubiis sotiis loci quicq̃
prebuit attemptandum. Sicq; diebus aliquot:ibi frustra consumptis Annibal:cũ eoꝝ
nemo:qui ad lacum Auerni adiissent:aut ipsi uenirent:aut litteras nuntium ue mit/
terent:uana promissa se temere sequutum:cernens:castra inde mouet. Tum quoq;
intacto agro Tarentino:q̃q̃ simulata lenitas nondum profuerat:tamen spe labefac/
tande fidei haud absistens:Salapiam tendit.eoq; frumentum ex agris Metapõtino:
atq; Heradiensi:iã media estas exacta erat:& hybernis placebat locus:comportat.
¶ Predatum inde Numide:Mauriq; per Salentinũ agrũ:proximosq; Apulie saltus:
dimissi:unde cetere prede haud multum:equorum greges maxime abacti.e quibus
ad quattuor milia domanda equitibus diuisa. ¶ Romani cum bellum nequaquam
contemnendum:in Sicilia oriretur:morsq; Tyranni:Duces magis impigros dedisset
Syracusanos:q̃ causam:aut animos mutasset.M.Marcello:alteri Consulum:eã Pro/
uintiam decernunt. ¶ Secundum Hieronymi cedem primo tumultuatũ in Leõtinis:
apud milites fuerat.uociferatumq; ferociter:parentã dum Regi sanguine cõiuratoꝝ
esse.Deinde libertatis restitute dulce auditum nomen:crebro usurpatum:spes facta
ex pecunia Regia largitionis militi:ac fungẽdi potioribus Ducibus:& relata Tyrãni
feda scelera:fedioresq; libidines:adeo mutauere animos:ut insepultum iacere corpus:
pauloante desiderati Regis:paterentur. ¶ Cum ceteri ex coniuratis:ad exercitum ob/
tinendum remãsissent:Theodorus:& Sosis:regiis equis:q̃nto maximo cursu poterãt:
ut ignaros omnium Regios opprimerent:Syracusas contendunt. ¶ Ceterũ ꝑuenerat
non fama solũ:qua nihil in talibus rebus est celerius:sed nuntius etiã ex Regis seruis.
Itaq; Andronodorus:& Insulã:& Arcem:& alia que poterat:queq; opportũa erãt:
presidiis firmarat Hexaphoro Theodorus:& Sosis:post solis occasum obscura luce
inuecti:cum cruenta Regiam uestem:atq; insigne capitis ostentarent:trauecti per

Thincam: simul ad libertatem simul ad arma uocantes: in Acradinam cõuenire iubẽt.
Multitudo: pars procurrit in uias. pars in edium uestibulis stat: pars ex tectis: fene/
strisq; prospectant. & qd rei sit: rogitant. omnia luminibus collucẽt. strepituq; uano
complentur. ¶ Armati locis patentibus congregantur. ¶ Inermes ex olympii Iouis
templo spolia Gallorum: Illyriorumq;: Dona data Hieroni a Populo Romano
fixaq; ab eo: detrahunt. precantes Iouem: ut uolens: propitius prebeat sacra arma ꝑ
patria: pro deum delubris: pro libertate: sese armãtibus. ¶ Hec quoq; multitudo sta/
tionibus: per Principes Regionum Vrbis dispositis adiungitur. In insula: inter cetera
Andronodorus presidiis firmat borrea publica. locus saxo quadrato septus: atq; arcis
in modũ emunitus: capitur a iuuentute. que presidio eius loci attributa erat. mittũtq;
nuntios in Acradinam: borrea frumentumq; in Senatus potestate esse. ¶ Luce ꝑma
populus omnis armatus inermisq; in Acradinam ad Curiam conuenit. ibi ꝓ concordie
ara: que in eo sita loco erat: ex Principibus unus nomine Polyneus: Contionem: &
liberam & moderatã: babuit. Seruitudinis indignitatisq; bomines expertos aduersus
notum malum: irritatos esse. Discordia ciuilis quas importet clades: audisse magis: a
patribus Syracusanos: q̄ ipsos uidisse. Arma ꝙ impigre cepissent: laudare. magis lau/
daturꝭ: si nõ utant̃: nisi ultima necessitate coacti. i ꝑsentia Legatos ad Andronodorꝭ
mitti placere. ut in potestate Senatus ac populi sit. porte insule pateant. reddat ꝑsidiũ
si tutelam alieni Regni: suum Regnum uelit facere: eundem se censere: multo acrius
ab Andronodoro: q̄m ab Hieronymo: repeti libertatem. ¶ Ab bac Contione legati
missi sunt. Senatus baberi inde ceptus est. quod sicut regnante Hierone manserat
publicum consilium: ita post mortem eius: ante eam diem: nulla de re: neq; cõuocati:
neq; consulti fuerant. ¶ Vt uentum ad Andronodorum est: ipsum quidem mouebat
& ciuium consensus: & cum alie occupate urbis partes: tum pars insule: uelut munitis/
sima prodita: atq; alienata a se. ¶ Euocatum eum a Legatis: Damarata uxor: filia
Hieronis: inflata adbuc Regiis animis: ac muliebri spiritu: admonet sepe usurpate
Dionysii Tyranni uocis: qua pedibus tractum: non insidentem equo relinquere Ty/
rannidem dixit debere. facile esse momento: quo quis uelit cedere possessione magne
fortune facere eam. difficile atq; arduum esse: paululũ sumeret spatii ad consultandũ
ab legatis. eo uteretur ad arcessendos ex Leontinis milites: quibus si pecuniam Regiã
pollicitus eẽt: om̃ia in potestate eius futura. ¶ Hec muliebria cõsilia Andronodorus
neq; tota aspernatus est: neq; extemplo accepit: tutiorem ad opes affectandas ratus
esse uiam: si in presentia tempori cessisset. Itaq; Legatos renuntiare iussit: futurum se
in Senatus ac populi potestate. ¶ Postero die: luce prima: patefactis Insule portis:
in forꝭ Acradine uenit. ¶ Ibi in arã: Cõcordie ex q̄ ꝑdie Polyneus contionatus erat.
ascendit orationemq; eam orsus est: qua primum contationis sue ueniam petiuit. Se
enim clausas babuisse portas: non separantẽ suas res a publicis: sed strictis semel gladiis
timentem: quis finis cedibus esset futurus. utrum: quod satis libertatis foret: contenti
nece Tyranni essent: an quicunq; aut propinquitate: aut affinitate: aut aliquibus
ministeriis: Regiam contigissent: aliene culpe rei: trucidarentur. postq̄ animaduertit
eos: qui liberassent patriam: seruare etiam liberatam uelle: atq; consuli in medius. non
dubitasse: quin & corpus suum: & cetera omnia: que sue fidei: tuteleq; essent: quãdo eũ:
qui mandasset: suus furor absumpsisset: patrie restitueret. ¶ Conuersus inde ad inter/
fectores Tyranni: ac nomine appellans Theodorum: ac Sosim. ¶ Facinus inquit
memorabile fecistis. Sed mibi credite incboata uestra gloria: nondum perfecta est:
periculũq; ingens manet: nisi faciẽ concordie consulitis. ne libera efferatur res. ¶ Post

Polynei uerba sapien[ma] ad Syracu[nos]

Damarate hieronis filie et uxoris andronodori uerba ad tyrãnidẽ commendam

Andronodori uerba ad Syrac[nos]

Seruitudo

In ꝑsentia

hanc orationem claues portarum: pecunieq; Regie ante pedes eorum posuit. ¶ Atq;
illo quidem die dimissi ex Contione leti: circa omnia fana deum rogauerunt: cũ cõ/
iugibus ac liberis. ¶ Postero die Comitia Pretoribus creãdis habita. ¶ Creatus in p̃mis
Andronodorus: ceteri magna ex parte interfectores Tyranni. duos etiam absentes:
Sopatrum: ac Deomenẽ fecerũt. ¶ Qui auditis iis: que Syracusis acta erant: pecuniã
Regiam: que in Leontinis erat: Syracusas deuectã: Questoribus ad id ipsum creatis:
tradiderunt. ¶ Et ea: que in Insula erat Acradina tradita est. ¶ Murusq; ea pars: que a
cetera urbe nimis firmo munimento interse piebat Insulam consensu omniũ: deleta
est. ¶ Sequute cetere res hanc inclinationem animorũ ad libertatem. ¶ Hippocrates
& Epicides audita morte Tyranni: quam Hippocrates etiam nuntio interfecto: ce/
lare uoluerat: deserti a militibus: qa id tutissimũ ex presentibus uidebatur: Syracusas
redire: ubi ne suspecti obseruarentur: tanquam nouandi res: aliquam occasionem
querentes: Pretores primum: deinde Senatum: per eos adeunt. ab Annibale se missos
ad Hieronymum tanq̃ amicũ: ac sotiũ: paruisse imperio eius: cuius Imperator suus
uoluerit. uelle ad Annibalem redire. Ceterum cum iter tutũ nõ sit: uagantibus passim
per totam Siciliã Romãis armis: petere: ut presidii dent aliquid: quo locros in Italiã
perducantur. gratiam magnam eos: parua opera: apud Annibalem inituros. ¶ Facile
res impetrata. Abire enim duces regios: cum peritos militie: tum egentes eosdem: atq;
audaces: cupiebãt. ¶ Interim iuuenes militares: & assueti militibus: nũc apud eos ipos:
nunc apud transfugas: quorum pars maxima ex naualibus sotiis Romanorũ erat:
nũc etiam: apud infime Plebis homines: crimina serebant in Senatum. Optimatesq;
& clam moliri eos: atq; struere: ut Syracuse: per speciem: reconciliande: sotietatis in
ditione Romanorum sint. dein factio: & pauci autores federis dominentur. ¶ His
audiendis: credendisq; opportuna multitudo: maior in dies Syracusas confluebat.
Nec Epicidi solum: spem nouandarũ rerum: sed Andronodoro etiam p̃bebat. ¶ Qui
fessus tandem uxoris uocibus: monentis nunc illud esse tempus: occupandi res: dũ tur/
bata omnia noua: atq; incognita libertate essent. dũ regiis stipẽdiis pastus obuersaretũ
miles. dum ab Annibale missi duces: assueti militibus: iuuare possent incepta cũ The/
mistio cui Gelonis filia nupta erat: consotiatam rem: paucos post dies Aristoni cuidã
Tragico autori: cui & alia committere adsueuerat: incaute aperit. ¶ Huic & genus &
fortuna honesta erant. nec ars: quia nihil tale apud grecos pudori ẽ: ea deformabat.
¶ Itaq; fidem potiorem ratus: quam patrie debebat: indiciũ ad Pretores defert. ¶ Qui
ubi rem haud uanam esse: certis indiciis cõpererunt: Cõsultis senioribus & autoritate
eorum presidio ad fores posito: ingressos curiam Themistium atq; Andronodorum
interfecerũt. ¶ Et cũ tumultus ab re in speciem atrocior: causam ignorantibus: ortus
esset: silentio tandem facto: indicem in curiam introduxerũt. Qui cum ordine oĩa
edocuisset. & principium coniurationis factum ab Harmonie Gelonis filie nuptiis:
quibus Themistio iuncta esset: Afrorum: Hispanorumq; auxiliares instructos ad
cedem Pretorum: Principumq; aliorum: bonaq; eorum prede futura interfectoribus
pronuntiatum: iam mercennariorum manum ad suetam im perius Andronodori: pa/
ratam fuisse: ad insulam rursus occupandam: singula deinde: que per quosq; agerẽt:
totamq; uiris armisq; instructam coniurationem ante oculos posuit: & Senatui q̃dẽ
tam iure cesi: q̃ Hieronymus uidebantur: ante Curiam uarie atq; incerte rerum mul/
titudinis clamor erat: quã ferociter minitatem ĩ uestibulo Curie: corpora cõiuratorũ
eo metu compresserunt: ut silentes integram Plebem in contione sequerentur. ¶ So/
patro mandatum a Senatu: & a Collegis ut uerba faceret. ¶ Is tanquã reos agebat:

Syracusani pretores creant.

Hippocrates epicides

Aristo tragicus poeta proditionem q̃ Syracusis agitabatur Senatui aperit.

ante acta uita orsus: quecunq; post Hieronis mortē sceleste: atq; impie facta eēnt: Andronodorum ac Themistiū arguit fecisse. Quid. n. sua sponte fecisse Hieronymū puerum: ac uix dum pubescentē facere potuisse. tutores ac magistratus eius sub aliena inuidia regnasse. Itaq; aut ante Hieronymū: aut certe cum Hieronymo perire eos debuisse. at illos debitos iā morti: destinatosq; alia noua scelera post mortē Tyranni molitos: palam primo: cum clausis Andronodorus insule portis: hereditate regni cre/uerit: queq; procurator tenuerat: pro domino possederit. proditus deinde ab eis: qui in Insula erant: circūsessus ab uniuersa ciuitate: que Acradinam tenuerit: ne quicq̄m palam: atq; aperte petitum Regnum: clam: & dolo affectare conatus sit. ¶ Et bene/ficio quidem: atq; honore potuerit uinci: cum inter liberatores patrie insidiator ipse libertatis creatus esset Pretor. sed animos eis Regios: Regias coniuges fecisse: alteri Hieronis alteri Gelonis filias nuptas. ¶ Sub hanc uocē ex oībus partibus cōtionis: clamor oritur: nullam earum uiuere debere. nec quenq̄ superesse Tyrannoꝝ stirpis. ¶ Hec natura multitudinis est: aut seruit humiliter: aut superbe dominat̄. libertatē: que media est: nec spernere modice: nec habere sciunt. & non ferme desunt irarum indulgentes ministri: qui auidos: atq; intemperantes publicanoꝝ animos: ad sanguinē: & cedes irritent. ¶ Sic extemplo tum Pretores rogationem promulgarunt. acceptaq; pene prius q̄ ꝓmulgata est: ut oīs Regia stirps interficeretur. Missiq; a Pretoribus Demaratam Hieronis: & Harmoniam Gelonis filiam coniuges Andronodori: & Themistii interfecerunt. ¶ Heradia erat filia Hieronis: uxor Sosippi qui legatus ab Hieronymo ad Regem Ptolemeum missus: uoluntarium consciuerat exsilium. ¶ Ea cum ad se quoq; uenire presciisset in sacrarium ad penates confugit: cum duabus filia/bus uirginibus: crinibus resolutis: miserabiliq; alio habitu: & ad ea addidit ꝓces. ¶ Nūc per memoriam Hieronis patris: Gelonisq; fratris: ne se in nouā inuidiā Hieronymi conflagrare sinerent. nihil ex Regno illius: preter exsilium uiri habere: neq; fortunā suam eādem uiuo Hieronymo fuisse: quam sororis. neq; interfecto eo causam ean/dē esse. ¶ Quod si Andronodoro consilia processissent: illa cum uiro fuerit regnatura. sibi cum ceteris seruiendum. si quis Sosippo nunciet interfectum Hieronymum ac liberatas ¶ Syracusas: cui dubium esse: quin extemplo conscensurus sit nauem: atq; in patriam rediturus? quantum spes hominum fallit: in liberata patria coniugem eius: ac liberos de uita dimicare? quid obstantes libertati aut legibus? quod a se cuiquam periculum: a sola ac prope uidua: & puellis in orbitatem degentibus esse? At. n. ꝑiculi qdē nihil a se timeri inuisam tantū Regiā stirpem esse. Ablegarent ergo ꝓcul ab Sy/racusis Siciliaq;: & asportari Alexandriam iuberēt ad uirum uxorem: ad patrē filias. ¶ Auersis auribus animisq; casse ne tempus tereretur: ferrum quosdā expedientes cer/nebat. tum omissis pro se precibus: puellis: ut saltem parcerēt: orare instituit. a qua etate etiam hostes iratos abstinerent. ne Tyrannos ulciscendo: que odissent scelera: ipsi imi/tarentur. ¶ Inter hec abstractam a penetralibus iugulāt. ¶ In uirgines deinde respsas matris cruore: impetum faciunt. que alienata mente simul luctu: metuq;: uelut capte furore: occursu se ex sacrario proripuerunt: ut si effugium patuisset in publicū im/pleture urbem tumultu fuerint. ¶ Tū quoq; haud magno ediū spatio iter medios tot armatos. aliquotiens integro corpore euaserunt. tenentibusq;: cum tot: ac tam ualide eluctande manus essent: sese eripuerunt. tādem uulneribus confecte: cum omnia re/plessent sanguine: exanimes corruerunt. ¶ Cedemq; dese miserabilem: miserabiliorem: casus fecit: ꝙ paulopost nuntius uenit: mutatis repente ad misericordiam animis: ne interficerentur. ¶ Ira demum ex misericordia orta: ꝙ adeo festinatum ad supplicium

neq; locus penitendi: aut regressus ab ira relictus esset. ¶ Itaq; fremere multitudo: & in locũ Andronodori: ac Themistii: nam ambo Pretores fuerũt: Comitia poscere: que nequaquã ex sententia Pretorũ futura essent. ¶ Statutus est comitiis dies. quo nec opinantibus omnibus: unus ex ultima turba: Epicidem nominauit. Tum inde alius Hippocratem. crebriores deinde ee uoces: & cũ haud dubio assensu multitudĩs esse. ¶ Et erat confusa Contio: nõ populari modo: sed militari quoq; turba: magna ex parte etiam perfugis. qui omnia nouare cupiebant: permixtis. ¶ Pretores dissi/mulare primo: & trahendã rẽ esse. ¶ Postremo uicti cõsensu: & seditionẽ metuẽtes: ꝓnuntiant Pretores. ¶ Nec illi statim creati nudare qd uellẽt q̃nquã egre: ferebãt & de induciis dierum decem Legatos isse ad Appiũ Claudium: & impetratis eis: alios qui de federe antiquo renouando agerent: missos. ¶ Ad Murgantiam: tum classem nauium centum Romanus habebat: quo euaderent motus ex cedibus Tyrannorũ orti Syracusis: quo ue eos ageret noua atq; insolita libertas opperiens. ¶ Per eosdẽ dies cum ad Marcellum uenientem in Siciliam Legati Syracusani missi ab Appio essent: auditis conditionibus pacis Marcellus: posse rem conuenire ratus: & ipe Le/gatos Syracusas: qui coram cum Pretoribus: de renouando federe agerent: misit. Etiam ibi nequaq̃m eadem quies: ac tranquillitas erat: postquam Punicam classem accessisse Pachynum: allatum est. ¶ De rapto timore Hippocrates: & Epicides: nunc apud mercennarios milites: nunc apud transfugas: prodi Romanis Syracusas crimi/nabantur. ¶ At uero Appius naues ad hostium portus: quid alie partis hominibus animi accederet: opperiens in statione habere cepit. ¶ Ingens in speciẽ criminibus uanis accesserat fides. ac ꝑmo etiam tumultuose decurrerat multitudo ad ꝓhibẽdos: si in terram egrederentur. ¶ In hac turbatione rerum in contionem uocari placuit. ubi cum alii alio tenderent: nec procul a seditione res esset: Apolinides Principum unus orationem salutarem: ut in tali tempore: habuit. ¶ Nec spem salutis: nec ꝑniciẽ propiorem unq̃ ciuitatum ulli fuisse. Si enim uno animo omnes uel ad Romanos: uel ad Carthaginenses inclinẽt: nullius ciuitatis statum fortunatiorem: gratiorẽue fore. Si alia alio trahat res: non inter Penos Romanosq; bellum atrocius fore: q̃m inter ipsos Syracusanos: cum intra eosdem muros pars unaqueq; suos exercitus: sua arma: suos habitura sit duces. itaq; ut idem omnes sentiant: summa ui agendum esse utra societas sit utilior: longe minoris adeo rem momenti consultatione esse. Sed tñ Hieronis potius: q̃ Hieronymi autoritatem sequendam: in sociis legendis: uel qn/quaginta annis feliciter expertam amiciciã. Nunc incognite: quõdam infideli pre/ferendam. esse etiam momẽti aliquid ad consilium: ꝙ Carthaginensibus ita ꝑnegari possit: ut non utiq; in presentia bellũ cum eis geratur. cum Romanis extemplo: aut pacem: aut bellum habendum. ¶ Quo minus cupiditatis ac studii uisa est oratio ha/bere: plus eo autoritatis habuit. ¶ Adiectum est Pretoribus ac delectis Senatorum: militare etiam consilium: iussi & Duces ordinum Prefectiq; auxiliorum simul cõ/sulere. ¶ Cum sepe acta res eẽt: mediis certaminibus: postremo: quia belli cũ Romãis gerendi ratio nulla apparebat: pacem fieri placuit. mittiq; cum eis Legatos ad rem confirmandam. ¶ Dies haud ita multi intercesserũt: cum ex Leontinis legati ꝓsidiũ finibus suis orantes uenerũt. ¶ Legatio ꝑ opportuna uisa ad multitudinẽ incõditã: ac tumultuosam exonerandam. Ducesq; eius ablegãdos. ¶ Hippocrates Pretor du/cere eo transfugas iussus. ¶ Sequuti multi ex mercennariis auxiliis: quattuor milia armatorum effecerunt. ¶ Et mittentibus & missis ea leta expeditio fuit. nam & illis: qđ iam diu cupiebant: nouandi res occasio data est. & hi sentinam quandã urbis

Hippocrates et epicides pretores

Apolinides Syracusanorum oratio

Leontini auxilium suis finibus a Syracusanis petunt. mittitur hippocrates pretor

rati exhaustam: letabantur. ¶ Ceterum leuauerūt modo in presentia uelut corpus egrum: quo mox in grauiorem morbū reciderent. Hippocrates. n. finitima, puīctie Romane primo furtiuis excursionibus uastare cepit. Deinde: cum ad tuendos soti/orum agros: missum ab Appio presidium esset: omnibus copiis impetum in oppositā stationem cum cede multorum fecit. ¶ Que cū essent nuntiata Marcello: Legatos extemplo Syracusas misit: qui pacis fidem ruptam esse dicerent. nec belli defuturā unquam causam: nisi Hippocrates: atq; Epicides: non ab Syracusis modo: sed tota procul Sicilia ablegarentur. ¶ Epicides ne aut reus criminis absentis fratris presens esset: aut deesset pro parte sua concitando bello: profectus & ipse in Leontinos: qa satis eos aduersus Populum Romanum concitatos cernebat: a uetere etiam ab Sy/racusis cepit. ¶ Nam ita eos pacem pepigisse: ut quicunq; populi sub regibus fuissent: & sue ditionis essent. ¶ Nec iam libertatis contentos esse: nisi etiam regnent: aut do/minentur. Renuntiandum igitur eis esse: Leontinos quoq; equum censere liberos esse: uel ꝙ in solo urbis sue Tyrannus ceciderit: uel ꝙ ibi conclamatum ad libertatē: relictisq; Regiis Ducibus Syracusas sit concursum. ita aut eximendum id de federe esse: aut legem eam federis non accipiēdam. ¶ Facile multitudini persuasum. Lega/tisq; Syracusanorum & de cede stationis Romanorum querētibus: & Hippocratē: atq; Epicidem abire: seu Locros: seu quo alio mallent: dummodo Sicilia cederent: iubentibus: ferociter responsum est. ¶ Neq; mandasse sese Syracusanis: ut pacē pro se cū Romanis facerent. neq; teneri alienis federibus. Hec ad Romāos Syracusāi detulerunt. abnuentes Leontinos in sua potestate esse. itaq; integro secum foedere bellum Romanos cum iis gesturos. neq; sese defuturos ei bello: ita ut in potestatem redacti sue rursus ditionis essent: sicut pax cōuenisset. ¶ Marcellus cū om̄i exercitu profectus in Leontinos: Appio quoq; acito: ut altera parte aggrederetur: tanto ardore militū est usus: ob iram: inter conditiones pacis: interfecte stationis: ut ꝑmo impetu urbem expugnarent. ¶ Hippocrates: atq; Epicides: postquam capi muros: refringiq; portas uiderūt: in arcem sese: cū paucis: recepere. Inde clam nocte Her/besum perfugiūt. ¶ Syracusanis octo milium armatorum agmine profectis domo: ad Milam flumē occurrit nuntius captā urbem esse. Cetera mixta falsa ueris ferēs: cedem promiscuam militum: atq; oppidanorū factam. nec quenq̃ puberē arbitrari superesse. direptam urbem: bona locupletium donata. ¶ Ad nuntium tam atrocem constitit agmen. concitatisq; omnibus: Duces erant tunc Sosis: ac Dinonymius: quid agerent: consultabant. ¶ Erroris speciem haud uanam mendatio prebuerant: uer/berati: ac securi percussi transfuge ad duo milia hominum. ¶ Ceterum Leontinorū: militumq; aliorum: nemo post captam urbem: uiolatus fuerat: suaq; omnia cū eis: nisi que primus tumultus capte urbis absumpserat: restituebantur. ¶ Nec ut Leō/tinos irent: proditos ad cedem cōmilitones querētes: perpelli potuere: nec ut eodē loco certiorem nuntium expectarent. ¶ Cum ad defectionem inclinatos animos cernerent Pretores: sed eum motum haud diuturnum fore: si Duces amentie sublati essent: exercitum ducunt Megara. ¶ Ipsi cum paucis equitibus Herbesum proficis/cuntur: spe: territis omnibus: per proditionem urbis potiūde. ¶ Quod ubi frustra eis fuit inceptum: ui agendum rati: postero die Megaris castra mouent: ut Herbesū omnibus copiis oppugnarent. ¶ Hippocrates: & Epicides: non tam tutum prima specie: q̃ unum: spe undiq; abscisa: consilium esse rati: ut se militibus permitterent: & ad suetis magna ex parte sibi: & tum fama cedis commilitonum accēsis obuiam ag/mini procedunt. ¶ Prima fronte signa: sexcentorum Cretensium erant: ꝙ apud

Megara
Herbesum

Hieronymũ meruerãt sub eis: & Annibalis beneficiũ habebãt: capti ad Trasimenũ inter Romana auxilia: dimissiq;. Quos ubi ex signis armatorum: habituq; cog/nouere Hippocrates atq; Epicides rãos olee: ac uelamẽta alia supplicia porrigẽtes: orare: ut reciperent sese: receptosq; tutarentur. neu proderent Syracusãis: a quibus mox ipsi truncandi Po. Ro. dederẽtur. Enimuero conclamant: bonum ut animũ haberent. omnem se cum illis fortunam subituros. Inter hoc colloquium signa cõ/stiterant. tenebaturq; agmẽ. Necdum que more causa foret: peruenerat ad Duces. Postquam Hippocratem & Epicidem adesse peruaserat rumor: fremitusq; toto agmine erat: haud dubie approbantiũ aduentũ eorum: extemplo Pretores citatis equis ad prima signa perrexerunt. Qui mos ille: que licentiã Cretensium esset: rogitantes: colloquia serendo: cum hoste: in iussuq; Pretorum miscendi eos agmini suo: cõprehendi: iniciq; cathenis iusserũt in Hippocratem. Ad quam uocẽ tãtus ex templo primum a Cretensibus clamor est ortus: deinde exceptus ab aliis: ut fa/cile: si ultra tenderent: appareret eis timendum esse. Solliciti incertiq; rerum suarũ Megaram: unde profecti erant: referri signa iubẽt. nuntiosq; de statu presenti Sy/racusas mittũt. Fraudem quoq; Hippocrates addit: inclinatis ad omnẽ suspitionẽ animis: & Cretensium quibusdã ad itinera insidenda missis: uelut interceptas litteras: quas ipse composuerat: recitat. Pretores Syracusani Marcello: secundũ salutẽ: ut assolet. scriptum erat: Recte eum: atq; ordine fecisse: ꝙ in Leontinis nulli pepercisset. Sed omnium mercennariorum militum: eandem esse causam. nec Sy/racusas quieturas: donec quicquam externorum auxiliorum aut in Urbe: aut in exercitu suo eẽt. itaq; daret operam: ut eos: qui cum suis Pretoribus castra ad Me/garam haberent: in suam potestatem redigeret. ac supplitio eorum liberaret: tandẽ Syracusas. Hec cũ recitata essent: tanto clamore ad arma discursum est: ut Pre/tores inter tumultum pauidi: abequitauerint Syracusas. & ne fuga quidem eorum seditio compressa est. impetusq; in Syracusanos. milites fiebãt. Nec ab ullo tem/peratum foret. ni Epicides atq; Hippocrates ire multitudinis obuiam issent. Non a misericordia: aut humano Consilio: sed ne spem reditius preciderent sibi. & cum ipsos simul milites fidos haberent: simul obsides: tum cognatos quoq; eoꝝ atq; amicos tanto merito primum: deinde pignore: sibi conciliarent. expertiq; q̃ uana: aut leui aura: mobile uulgus esset: militem nacti ex eo numero: qui in Leontinis circunsessi essent: subornant: ut Syracusas perferret nuntium: conuenientem eis: que ad Milã falso nuntiata erant. Autoremq; se exhibendo: & uelut uisa: que dubia erant: narrando: concitaret iras hominum. Huic non apud uulgum modo fides fuit: sed Senatum quoq;: in Curiam introductus: mouit: ut uani quidam homines: palã ferrent perbene detectam in Leontinis esse auariciam: & crudelitatem Romanoꝝ. eadem si intrassent Syracusas: aut fediora etiam: quo maius ibi auaricie premium esset: facturos fuisse. Itaq; claudendas cunctis portas: & custodiendam Urbem: cẽ/sere. Sed non ab eisdem omnes timere: nec eosdem omnis odisse. ad militares Pene omnes partemq; magnam Plebis: in uisum esse nomẽ Romanum. Pretores Op/timatiumq; pauci: quanq̃ inflati uano nuntio erant: tamen ad propius: p̃sentiusq; malum cautiores esse. Etiam ad Hexapylum erant Hippocrates: atq; Epicides. serebanturq; colloquia: per propinquos populariũ: qui in exercitu erant: ut portas aperirent. sinerentq; communem patriam defendi ab impetu Romanorum. iã unis foribus Hexapyli apertis: cepti erant recipi: cum Pretores interuenerunt. & primo: imperio minisq;: deinde autoritate deterrẽdo: postremo: ut oĩa uana erant: obliti

hippo. et epicides supplices se dedunt cretensibus q i pma Syra. pretor erant et benigne excepti bono aio esse iubet.

Hippocratis ingens fraus ad concitandã aĩs militis in pretores inuidiam. et item alia i senatu et Syracusis.

maiestatis: precibus agebant: ne proderent patriam Tyrannorum ante satellitibus: & tum corruptoribus exercitus. ¶ Sed surde adeo oĩm aures concitate multitudĩs erant: q̄ non minore intus ui: q̄ foris porte effringerentur. effractisq; omnibus tuto in Hexapylo agmen receptum est. ¶ Pretores in Acradinam cum iuuentute po/pularium cõfugiunt. ¶ Mercennarii milites: perfugeq;: & quicquid Regiorum militũ Syracusis erat. agmẽ hostium augent. ¶ Ita Acradina quoq; primo impetu capitũ. Pretoresq;: nisi qui inter tumultum effugerunt: omnes interficiuntur. Noxq; ce/dibus finẽ fecit. ¶ Postero die serui ad pilleũ uocati: & carcere uincti emissi: cõfusaq; omnis multitudo Hippocratem atq; Epicidem creant Pretores. ¶ Syracuseq;: cum breue tempus libertas adfulsisset: in antiquam seruitutem reciderunt. ¶ Hec nuntiata cum essent Romanis: ex Leõtinis mota sunt extemplo castra ad Syracusas. & ab Appio Legati per portum missi: forte in quinq;remi: erant. ¶ Premissa quadriremis cum intrasset fauces portus: capitur. ¶ Legati egre effugerunt. ¶ Et iam nõ modo pacis: sed ne belli quidem iura relicta erant. ¶ Tunc Romanus exercitus: ad Olym/pium: Iouis id templũ est: mille & quingentis passibus ab urbe: castra posuit. ¶ Inde quoq; legatos premitti placuit. ¶ Quibus ne intrarent urbem: extra portã Hippo/crates: atq; Epicides obuiam cum suis processerunt. ¶ Romanus orator non bellũ se Syracusanis: sed opẽ auxiliũq; afferre ait: & iis: qui ex media cede elapsi pfugerint ad se: & eis qui metu oppressi: fediorem non exsilio solum: sed etiã morte seruitutẽ patiantur. ¶ Nec cedem nefandam sotiorum inultam Romanos passuros. ¶ Itaq; si eis qui ad se perfugerunt: tutus in patriam reditus pateret: ac cedis autores dedãt: & libertas: legesq; Syracusanis restituantẽ: nihil armis opus eẽ. si ea nõ fiant: q̄cunq; in mora sit: bello persequuturos. ¶ Ad ea Epicides: siqua ad se mandata haberent: responsum eis ait se daturos fuisse. cum in eorum: ad quos uenerint manu: res Sy/racusana esset: tum reuerterentur. Si bello lacessent: ipsa re intellecturos: nequaq̄m idem esse Syracusas ac Leontinos oppugnare. ¶ Ita legatis relictis: portas clausit. Inde terra mariq; simul cepte oppugnari Syracuse. terra: ab Hexapylo: mari: ab Acradina: cuius murus fluctu abluitur. ¶ Et quia sicut Leõtinos terrore ac primo impetu ceperant: non diffidebant: uastam: disiectamq; spatio urbem parte aliqua se inuasuros: omnem apparatum oppugnandarum urbium muris admouerunt. Et habuisset tanto impetu cepta res fortunam: nisi unus homo Syracusis ea tempes/tate fuisset Archimedes. ¶ Is erat unicus spectator celi: syderumq;. mirabilior tamẽ inuentor: ac machinator bellicorum tormentorum: operumq;: qui ea que hostes ingenti mole agerent: ipse perleui momento ludificaretur. ¶ Murum per ineq̄les ductum colles: pleraq; alta: & difficilia aditu: submissa quedã: & que planis uallibus adiri possent. ¶ Vt cuicunq; aptum uisum est loco: ita omni genere tormentorum instruxit. ¶ Acradine murum: qui (ut ante dictum est) mari abluitur: ex quinq;re/mibus Marcellus oppugnabat. ¶ Ex ceteris nauibus sagittarii fũditoresq;: & uelites etiam: quorum telum inhabile ad remittendũ imperitis est: uix quenq̄ sine uulnere consistere in muro patiebantur. ¶ Hi: quia statim missilibus opus est: procul muro tenebant. ¶ Naues iuncte: alie bine: ad quinq;remes: demptis interioribus remis: ut latus lateri applicaretur: cum exteriore ordine remorum: uelut naues agerentur: turres contabulatas: machinamentaq; alia: quatiẽdis muris: portabant. ¶ Aduersus hunc naualem apparatum Archimedes uarie magnitudinis tormẽta in muris dispo/suit. in eas: que pcul erant: nauis: saxa ingenti põdere emittebat. ppiores leuioribus: eoq; magis crebris: petebat telis. ¶ Postremo: ut sui uulnere intacti: tela in hostem

Pretores interficiuntur

CONSUL

Legatorum consulis verba

Oppugnantur Syracuse terra mariq;

Archimedes ingenio suo maximam oppugnationi diremit

ingererent: murum ab imo ad summum: crebris cubitalibus fere: caueis: aperuit.
per que caua: pars sagittis: pars scorpionibus modicis: & occultis: petebant hostem.
¶ Que propius quidē subibant naues: quo interiores ictibus tormentoꝝ essent: in
eas tollendas: e super murum eminentem ferrea manus firme cathene illigata: cum
iniecta prore esset: grauiq; libramento plūbi recelleret ad solum: suspensa prora na/
uem in puppim statuebat. Deinde subito: uelut ex muro remissa: cadētem nauem:
cum ingenti trepidatione nautarū: ita unde affligebant: ut etiam si recta recideret:
aliquantū aque acciperet. ¶ Ita maritima oppugnatio est elusa. omisq; uis ē auersa:
ut totis uiribus terra aggrederentur. ¶ Sed ea quoq; pars. eodem omni apparatu
tormentorum instructa erat: Hieronis impensis: curaq;: per multos annos: Archi/
medis unica arte. ¶ Natura etiā adiuuabat loci: ꝙ saxū: cui īposita muri fūdamēta
sunt: magna parte ita procliue est: ut non solum missa tormenta: sed etiam que pō/
dere suo prouoluta essent: grauiter in hostem inciderēt. Eadē causa: ad subeundū:
arduum aditum: instabilemq; ingressum prebebat. Ita consilio habito: cum omnis
conatus ludibrio esset: absistere oppugnatione: atq; obsidēdo tantum: arcere terra:
mariq; commeatibus hostem: placuit. ¶ Interim Marcellus: cū tertia fere parte ex/
ercitus ad recipiendas urbes ꝓfectus: que in motu reꝝ ad Carthaginenses defecerāt:
Pelorum: atq; Herbesum: dedentibus ipsis: recepit. ¶ Megaram ui captam diruit:
atq; diripuit: ad reliquorum: ac maxime Syracusanorum: timorem. ¶ Per idem fere
tempus & Himilco: qui ad Pachyni promontorium diu classem tenuerat: ad He/
racleam: quam uocant Minoam quinq; & uiginti milia peditum: tria equitum. xii.
elephantos: exposuit. ¶ Nequaquam cum tantis copiis ante tenuerat ad Pachynū
classem. ¶ Sed postquam ab Hippocrate occupate Syracuse erant: profectus Car/
thaginē: aditusq; ibi: & ablegatis Hippocratis: litterisq; Annibalis: qui uenisse tēpus
aiebat: Sicilie per summum decus repetende: & ipse haud uanus presens monitor:
facile perpulerat: ut quante maxime possent: peditum: equitumq; copie in Siciliā
traicerentur. ¶ Adueniens: Heracleam: intra paucos dies: inde: Agrigentum recipit.
aliarumq; ciuitatum: que partis Carthaginensium erant: adeo accense sunt spes: ad
pellendos Sicilia Romanos: ut postremo: etiam qui obsidebātur Syracusis: aīmos
sustulerint. & parte copiarū satis defendi urbem posse rati: ita inter se munera belli
partiti sunt: ut Epicides preesset custodie urbis: Hippocrates Himilconi cōiunctus:
bellum aduersus Consulem Romanum gereret. ¶ Cum decem milibus peditū quin/
gentis eqtibus: nocte per intermissa custodiis loca: profectus: castra circa Accillas
urbem ponebat. ¶ Munientibus superuenit Marcellus: ab Agrigēto iam occupato:
cum frustra eo: preuenire hostē festinans: tetendisset. ¶ Rediens: nihil minus ratus:
ꝙ illo tempore Syracusanum sibi exercitum obuiam fore. Sed tamē metu Himil/
conis: Penorumq;: ut quibus nequaquā eis copiis: quas habebat: par esset: ꝙ poterat
maxime intentus: atq; agmine ad omnes casus cōposito: ibat. ¶ Forte cura: que erat
aduersus Penos preparata: aduersus Siculos usui fuit. Castris ponendis incōpositos:
ac dispersos: nactus eos: & plerosq; inermes: quod peditum fuit: circunuenit. ¶ Eques
leui certamine inito: cum Hippocrate Acras perfugit. ¶ Ea pugna defugientes ab
Romanis: cum cohibuisset Siculos: Marcellus Syracusas redit. & post paucos dies:
Himilco: adiuncto Hippocrate: ad flumen Anatim: octo ferme inde milia: castra
posuit. ¶ Sub idē fere tempus & naues lōge quinq; & quinquaginta Carthaginēsiū:
cum Bomilcare classis Prefecto: in magnum portum Syracusas: ex alto decurrere.
¶ Et Romana itē classis. xxx. quinqremes: Legionē pmam Panormi exposuere.

Megara diruitur a consule

Magna classis penorum

Versumq; ab Italia bellum adeo uterq; populus in Siciliam intentus fuisse: uideri
poterat. Legionem Romanã: que exposita Panormi erat: uenientem Syracusas
prede haud dubie sibi futuram Himilco ratus: uia decipitur. Mediterraneo nanq;
Penus itinere duxit. Legio maritimis locis: classe prosequente: ad Appiũ Claudiũ
Pachynum: cum parte copiarum obuiã progressum: peruenit. Nec diutius Peni
Syracusis morati sunt. Et Bomilcar simul parum fidens nauibus suis: duplici facile
numero classe aduentantibus Romanis: simul inutilem moram cernens: nihil aliud
ab suis: q̃m inopia aggrauari socios: uelis in altum datis: in Africam transmisit. Et
Himilco sequutus nequicquam Marcellum Syracusas: siqua: prius: q̃ maioribus co/
piis iungeretur: occasio pugnandi esset: postquam ea nulla contigerat: tutumq; ad
Syracusas: & munimento: & uiribus hostem cernebat: ne frustra adsidẽdo: expec/
tandoq; obsidionem Sociorum: tempus tereret: castra inde mouit. ut quocũq; uocasset
defectionis ab Romanis spes: admoueret exercitum. ac presens suas res fouentibus:
adderet animos. Murgãtiam primum: prodito. ab ipsis presidio Romão: recepit.

Murgantia a penis capta

ubi frumenti magna uis: cõmeatusq; omnis generis conuecti erant a Romanis.
Ad hanc defectiõem: erecti sunt: & aliarum ciuitatum animi. presidiaq; Romana
aut pellebãtur arcibus: aut prodita per fraudem opprimebantur. Etna in excelso
loco: & prerupto undiq; sita. tum loco inexpugnabilis erat: tum presidium in arce
ualidum: Prefectumq; presidii: haud sane opportunum insidiantibus: habebat. L
Pinarius erat uir: acer: & qui plus in eo: ne posset decipi: q̃ in fidem Siculorum re/

PINARIUS prefectus optimus presidij etne

poneret: & tum intenderant eum ad cauendum omni cura audite tot proditiones:
defectionesq; urbium: & clades presidiorum. Itaq; nocte dieq; iuxta parata: in/
structaq; oĩa custodiis ac uigiliis erant. nec ab armis: aut loco suo miles abscedebat.
Quod ubi Etnẽsium Principes: iam pacti cum Himilcone de proditione p̃sidii:
animaduerterunt: nulli occasioni fraudis Romanum patere: aperte ac propalam
placuerat agendum. urbem arcemq; sue potestatis aiunt debere esse: si liberi: in soci/

Etnensium principum uerba ad eum prefectum.

etatem: non serui: in custodiam: traditi essent Romanis. Itaq; claues portarum reddi
sibi: equum censent. bonis sociis fidem suam maximum uinculum esse. & ita sibi po/
pulum Romanum Senatũq; gratias habiturum: si uolentes: ac non coacti: mãsissent
in amicicia. Ad ea Romanus se in presidio impositum esse dicere ab Imperatore

prefecti responsum

suo. clauesq; portarum: & custodiam arcis ab eo accepisse. que nec suo: nec Etnen/
sium arbitrio haberet: sed eius qui cõmisisset. Presidio decedere: apud Romanos
capitale esse. & nec liberorum etiam suorum causa parentes: sanxisse. Consulem
Marcellũ haud procul esse. Ad eum mitterent Legatos cuius iuris atq; arbitrii eẽt.
Se uero negare illi missuros. testari: si uerbis nihil agerent: uindictam aliquam
libertatis sue quesituros. Tum Pinarius ait illis: si ad Consulem grauarent mittere:
sibi saltem darent populi Concilium: ut sciretur utrum paucorum ea denuntiata:
an uniuerse ciuitatis essent. Consensu in posterum diem contio edicitur. Postq̃
ab eo colloquio in arcem sese recepit: conuocatis militibus. Credo. ego uos audisse
milites inquit: quemadmodum presidia Romana ab Siculis circunuenta: & opp̃ssa

Pinarij oratio ad milites suos

sint: per hos dies. eam uos fraudem deum primo benignitate: deinde uestra ipsi uir/
tute: dies noctesq; perstando: ac peruigilando in armis uitastis. utinam reliquum
tempus nec patiendo infanda: nec faciendo: traduci possit. hec occulta fraude cautio
est: qua quia adhuc minus cuiquam successit: aperte ac propalam claues portarum
reposcunt. Quas simul ut tradiderimus: Carthaginensium extemplo Etna erit. fe/
diusq; hic trucidabimur: q̃ Murgantie presidium interfectum est. Noctem unam

egre ad consultandum sumpsi: q̄ uos certiores periculi instantis facerem. orta luce contionem habituri sunt ad criminandum me concitandumq; in uos populū. Itaq; crastino die: aut uestro aut Etnensium sanguine Etna inundabit. nec p̄occupati peculii. nec occupantes periculi: quicq̄m habebitis. qui prior strinxerit ferrum: eius uictoria erit. intenti ergo omnes armatiq; signum expectabitis. ego in contione ero. & tempus: quoad omnia instructa sunt: loquendo: altercandoq; traham. Cum toga signum dedero: cum undiq; clamore sublato: turbā inuadite. ac sternite om̄ia ferro. & cauete: ne quicquā iis supsit: a quibus aut uis: aut fraus timeri possit. ¶ Vos Ceres mater: ac Proserpina precor: ceteri inferni superniq; dii: qui hanc urbem. hos sacratos lacus: locosq; colitis: ut ita nobis uolētes propitii adsitis: si uitande: non ferende fraudis causa hoc cōsiliu capimus. ¶ Pluribus uos milites hortarer: si cū armatis dimicatio futura esset. inermes incautos ad satietatem trucidabitis. ¶ Et Consulis castra in propinquo sunt: ne quid ab Himilcōe: & Carthaginensibus timeri possit. ¶ Ab hac adhortatione dimissi: corpora curant. ¶ Postero die alii aliis locis ad obsidenda itinera: claudendosq; oppidanis exitus: pars maxima super theatrum: circaq; adsueti. & ante spectaculum contionē consistūt. ¶ Productus ad populum a Magistratibus Prefectus Romanus: cum Consulis de ea re ius: ac potestatem esse: non suam: & pleraq; eadē que pridie p̄us dixisset: primo sensim: ac plures reddere claues: deinde iam una uoce omnes id iuberent: contantiq; ac differenti ferociter minitarentur: nec uiderētur ultra uim dilaturi: cum Prefectus signum toga: ut cōuenerat: dedit. milites q; intēti dudum: ac parati: alii superne in aduersam contionē clamore sublato decurrunt: alii ad exitus theatri conferti obsistunt. ¶ Ceduntur Etnenses. cauea inclusi. coaceruanturq; non cede solum sed etiam fuga: cum alii super aliorum capita ruerent: atq; integri: sauciis: uiui: mortuis incidentes. cumularentur. ¶ Inde passim discurritur. & urbis capte modo: fugaq; & cedes om̄ia tenet: nihilo remissiore militum ira q̄ iure turbam inermem cedebant: q̄m si periculum par: & ardor certaminis eos irritaret. Ita Etna aut malo: aut necessario facinore: retēta. ¶ Marcellus nec factum improbauit. & predam Etnensium militibus concessit. ratus timore deterritos temperaturos proditionibus presidiorum Siculos. ¶ Atq; ea clades: ut urbis in media Sicilia site: clareq;: uel ob insignem munimento naturali locum: uel ob sacrata omnia uestigiis rapte quondam Proserpine: prope uno die: omnem Siciliam peruasit. ¶ Et quia cede infanda rebantur: non hominum tantum: sed etiam deorū sedem uiolatam eē: tum uero qui etiā ante dubii fuerant: defecere ad Penos. ¶ Hippocrates inde Murgantiam: Himilco Agrigentū sese recepit: cū acciti a p̄ditoribus nequicq̄ ad Etnam exercitum admouissent. ¶ Marcellus retro in Leontinos redit. frumentoq; & commeatibus aliis in castra conuectis presidio ibi modico relicto: ad Syracusas obsidēdas uenit. ¶ Inde Appio Claudio Romam ad Consulatū petēdū: misso. T. Quintium Crispinum: in eius locum classi castrisq; prefecit ueteribus. ipse hybernacula quinq; milia passuum Hexapylo: Leontinam uocant: locū communiuit edificauitq;. ¶ Hec in Sicilia: usq; ad principiū hyemis: gesta. ¶ Eadem estate & cum Philippo Rege. quod iam ante susceptū fuerat: motū bellum est. ¶ Legati ab Orico ad. M. Valerium Pretorem uenerunt: presidentem classi: Brundusio: Calabrieq;: circa littoribus. nuntiātes Philippum primū Apollōiam temptasse: leuibus biremibus. c. xx. flumine aduerso. subuectum. deinde: ut ea res tardiore spe fuerit: ad Oricum nocte. exercitum admouisse. eamq; urbem: sitam in plano: neq; menibus: neq; uiris: neq; armis: ualidam primo impetu oppressam esse. Hec nuntiātes orabāt:

Prefectus ro. etnenses trucidat

BELLVM CV̄ PHILIPPO REGE

ut opem ferret. hosteq; haud dubiu Romanis: terra: aut maritimis uiribus: arceret: qui ob nullam aliam causam: nisi q imminerent Italie: peterentur. M. Valerius: presidio loci eius relicto. T. Valerio Legato: cum classe instructa: parataq; & qd longe naues militum capere non poterant: in onerarias impositis: altera die Oricu peruenit. urbemq; eam: leui tenete presidio: q recedens inde reliquerat: Philippus haud magno certamine: recepit. Legati eo ab Apollonia uenerunt: nunciantes in obsidone sese: q deficere ab Romanis nollent: esse. neq; sustinere ultra uim Macedonum posse. nisi presidiu mittatur Romanu: facturos se que uellent pollicitos. Consul delectorum militum trecentos nauibus longis mittit: ad ostium fluminis: cum prefecto sotiu Nemo Crispo: uiro impigro. & perito militie. Is expositis militibus in terram: nauibusq; Oricu retro unde uenerat: ad ceteram classem remissis. milites procul a flumine per uiam. minime ab regiis obsessam: duxit. & nocte: ita ut nemo hostium sentiret: urbe est ingressus. Die insequenti quieuere: du Prefectus iuuentutem Apolloniatu: armaq; & urbis uires: inspiceret. Ubi ea uisa: inspectaq; satis animorum fecere: simulq; ab exploratoribus comperit quata socordia ac neg ligentia apud hostes esset: silentio noctis: ab urbe: sine ullo tumultu egressus: castra hostium adeo neglecta: atq; aperta intrauit: ut satis cостaret prius plus mille hoim uallum intrasse: q quis q sentiret. ac si cede abstinuissent: peruenire ad tabernaculu regium potuisse. Cedes proximorum porte excitauit hostes. Inde tatus terror pauorq; omes occupauit: ut non modo alius quis q arma caperet: aut castris pellere hostem conaretur: sed etiam ipse Rex: sicut somno excitus erat: prope seminudus fugiens: militi quoq; nedum Regi: uix decoro habitu: ad flume nauesq; perfugerit. Eodem & alia turba effusa est: paulo minus tria milia militum i castris aut capta: aut occisa. Plus tamen hominum aliquanto captu q cesum est. Castris direptis: Apolloniate catapultas: balistas: tormentaq; alia: que oppugnande urbi compata erant: ad tuenda menia: si quando similis fortuna uenisset: Apolloniam deuexere. Cetera omnis preda castrorum Romais concessa est. Hec cum Oricum essent nuntiata. M. Valerius classem extemplo ad ostium fluminis duxit: ne nauibus capessere fugam Rex posset. Ita Philippus. neq; terrestri: neq; nauali certamie satis fore parem se fidens: subductis: aut incesis nauibus: terra Macedonia petiit. magna ex parte inermi exercitu: spoliatoq;. Romana classis cu. M. Valerio Orici hybernauit.

HISPANIE RES

Eodem anno in Hispania uarie res geste. Nam prius q Romani amnem Hiberum transirent: ingentes copias Hispanorum Mago & Hasdrubal fuderut. Defecissetq; ab Romanis ulterior Hispania: ni. P. Cornelius: raptim traducto exercitu Hiberum: dubiis sotiorum animis: in tempore aduenisset. primo ad castru altum: locus est in signis cede magni Hamilcaris: castra Romani habuere. Arx erat munita: & conuexerant ante frumentum. Tamen quia circa omnia hostium plena erant: agrumq; Romanum impune incursatum ab equitibus hostiu fuerat: & ad uiginti milia aut Moratorum. aut palantiu per agros interfecta: cessere inde Romani propius pacata loca. & ad montem Victorie castra communiuere. Eo Cn. Scipio: cum omnibus copiis: & Hasdrubal Gisgonis filius: tertius Carthaginesiu dux: cum exercitu iusto aduenit. contraq; castra Romana trans fluuiu omnes cosedere. P. Scipio cum expeditis clam profectus: ad loca circa uisenda: haud fefellit hostes. oppressissentq; eum i patentibus campis: ni tumulum in propinquo cepisset. Ibi quoq; circunsessus aduentu fratris obsidione eximitur. Castulo urbs Hispaie ualida: ac nobilis: & adeo coniuncta sotietate Penis: ut uxor inde Annibali esset: a

Romanis defecit. ¶ Carthaginenses Illiturgum oppugnare adorti: quia presidium ibi Romanum erat: uidebanturq; inopia eum locum maxime expugnaturi ¶ Cn. Cornelius Scipio ut sotiis: presidioq; ferret opem: cum legiõe expedita profectus: inter bina castra: cum magna cede hostium: urbem est ingressus. ¶ Et postero die eruptiõe eque felici pugnauit. supra duodecim milia hominum cesa duobus preliis. plus decem milia capta: cum sex &. xxx. militaribus signis. itaq; ab Illiturgi recessũ est obsidione. ¶ Bigerra inde urbs: sotia & hec Romanorũ erat: a Carthaginẽsibus oppugnari capta erat. eam obsidionem sine certamine aduenienes. Cn. Scipio soluit. ¶ Ad mundam exinde castra Punica mota. & Romani eo consequuti sunt. ¶ Ibi signis collatis pugnatum est per quattuor ferme horas: egregieq; uincentibus Romanis signum receptui est datum: q Cornelii Scipionis femur tragula confixum erat: pauorq; circa eum ceperat milites: ne mortiferum esset uulnus. Ceterum haud dubium fuit: quin: nisi ea mora interuenisset: castra eo die Punica capi potuerint. Iam enim non milites solum: sed elephanti etiam usq; ad uallum acti erant. superq; ipsos nouem & triginta Elephanti pilis confixi. ¶ Hoc prelio ad duodecim milia hominum dicuntur cesa. prope tria milia capta: cum signis militaribus. septem &. I. ¶ Ad Auringen inde urbem Peni recessere. & ut territis instaret: sequutus Romãus. ¶ Ibi iterum Scipio lecticula in aciem: illatus conflixit. Nec dubia uictoria fuit. minus tamẽ dimidio hostium: q̃ antea: quia pauciores superfuerant: qui pugnarẽt: occisum. Sed gens nata instaurandis: reperandisq; bellis: Magone ad conquisitionẽ militum fratre misso breui repleuit exercitum ¶ Animosq; ad temptandũ deintegro certamen fecit. ¶ Alii pleriq; milites: sicut pro parte totiens intra paucos dies uicta: eisdem animis quibus prius: eodemq; euentu pugnauere: plus octo milia hominum cesa. haud multo minus q̃ mille capta. & signa militaria. lviii. & spolia plurima gallica fuere. Annuli aurei: torques: armilleq; magnus numerus: duo etiam insignes reguli gallorum: Moenicapto: & Ciuismaro nomina erant: eo prelio ceciderunt. Octo elephanti capti. tres occisi. ¶ Cum iam res prospere in Hispania essent: uerecundia Romanos tandem cepit: Saguntum oppidum: q causa belli esset octauum iam annum sub hostium potestate esse. itaq; id oppidum ui pulso presidio Punico receperunt. & cultoribus antiquis: quos uis reliquerat belli: restituerunt. & Turdetanos: qui contraxerant eis: cum Carthaginensibus bellũ: in potestatem redactos: sub corona uẽdiderunt: urbemq; eorum deleuere. ¶ Hec in Hispania. Q. Fabio. M. Claudio: consulibus gesta. ¶ Rome cum Tribuni Plebis noui magistratum inissent: extẽplo censoribus. P. Furio &. M. Attilio. Ap. Metello Tribuno Plebis dies dicta: ad populum est. Questorem eum proximo anno adempto equo: tribu mouerant. atq; erarium fecerant: propter coniurationem deserende Italie ad Cannas factam. sed nouorum tribunorum auxilio uetiti ne causam in Magistratu dicerẽt. dimissiq; fuerant. ne Iustrum perficerent: mors probibuit. P. Furii. M. Attilius Magistratu sese abdicauit. Consularia comitia habita a Fabio Maximo Consule creati Consules ambo absentes. Q. Fabius Maximus Consulis filius: &. T. Sẽpronius Gracchus iterum. ¶ Pretores fiunt. M. Attilius: & qui tum Ediles Curules erãt. P. Sempronius Tuditanus: &. Cn. Fuluius Centumalus: &. M. Emilius Lepidus. ¶ Ludos scenicos per quatriduum eo anno primum factos: ab Curulibus Edilibus memorie proditur. ¶ Edilis Tutidanus hic erat: qui ad Cannas: pauore aliis in tanta clade torpentibus: per medios hostes erupit. ¶ Comitiis perfectis ab Augure. Q. Fabio Consule designati Cõsules Romam accersiti Magistratũ inierũt. Senatũq;

de bello: atq; Prouinciis suis Pretorumq; & de exercitibus: quibus quiq; preessent: consuluerunt. Itaq; Prouintie atq; exercitus diuisi. Bellum undecūq; cum An/
nibale Consulibus mandatum. & exercitus: unus: quem ipse Sempronius habuerat. alter: quē Fabius Consul. ee bine erant legiones. M. Emilius Pretor: cuius pegria sors erat: iurisdictionem Attilio College Pretori Vrbano mandarat. ut Luceriam prouiutiam haberet. legionesq; duas: quibus. Q. Fabius. qui tū Cōsul erat: Pretor prefuerat. Pretori Sempronio Prouintia Ariminum. Cn. Fuluio Suesula. cum binis iisdem legionibus euenerunt: ut Fuluius urbanas legiōes: duceret. Tucida/
nus a. M. Pomponio acciperet. Prorogata Imperia: Prouintieq;. M. Claudio Sicilie: finibus eis: quibus Regnum Hieronis fuisset. Lentulo Propretori Pro/
uintia uetus. Octacilio classis. Exercitus nulli abditi noui. M. Valerio Grecia Macedoniaq; cum legione & classe: quam haberet. M. Minutio cū ueteri exercitu due autem legiones erant: Sardinia. C. Terentio legio una: cui iam diu preerat picenum. Scribi preterea due legiones urbane iusse uiginti milia sotiorum. His Ducibus his copiis aduersus multa simul aut mota: aut suspecta bella: munierunt Romanum Imperium. Consules duabus urbanis legionibus scriptis: supplemētoq; in alias lecto: prius q̄ ab urbe mouerent: prodigia procurarunt: que nūtiata erāt. Murus & porte tacte: & Aricie etiam Iouis edes de celo tacta fuerat. & alia ludi/
bria oculorum auriumq; credita pro ueris. Nauium longarum species in flumine Tarracine: que nulle erant: uise. Et in Iouis Vicilini templo: quod in Compsano agro est arma concrepuisse. Et flumen amiterni cruentum fluxisse. His procu/
ratis: ex decreto Pontificum: profecti Consules. Sempronius in Lucanos. In Apuliam Fabius. Pater filio Legatus ad Suessulam in castra uenit. Cū obuiā filius progrederetur: lictoresq; uerecundia maiestatis eius ante irent taciti: preter undecim fastes equo prouectus senex: ut Consul animaduerteret: proximum lic/
torem iussit. Et uti descenderet ex equo: conclamauit. Cum demum desiliens. Experiri inqt uolui fili satin scires Consulem te esse. In ea castra Classius Altinius Arpinas clam nocte: cum tribus seruis uenit: promittēs: si sibi premio foret: se Arpos proditurum esse. Cum eam tunc rem ad consilium retulisset Fabius Altinius pro transfuga uerberandus: necandusq; : uideri: ancipitis animi: cōmunis hostis: qui post Cannēsem cladem: tanq̄ cum fortuna fidem stare oporteret: ad Annibalem disces/
sisset. traxissetq; ad defectionem Arpos. tum postquam res Romana: contra spem: uotaq; eius: uelut resurgeret: turpius uideatur nouam referre proditionem ut pro/
ditis pro Septemuirali iudicio esset. semperq; aliunde sentiret. infidus sotius: uanus hostis. ad Faleriorum. Pyrrhiue proditorem: tertium transfugis documentum eēt. Contra ea Consulis pater Fabius: temporum oblitos homines: in medio ardore belli: tanquam in pace: libera de quoq; arbitrari & agere aiebat. & cum illud potius agendum: atq; eis cogitandum sit: siquo modo fieri possit: ne qui sotii a Popu. Ro. desciscant: & non uocitent. documentum autem dicatur statui oportere: siquis re/
sipiscat: & antiquam sotietatem respiciat. Quod si abire ab Romanis liceat: redire ad eos non liceat: quid dubium esset: quin breui desiderata a sotiis Romana res: fe/
deribus Punicis omnia in Italia iuncta uisura sit. Se tm̄ non eum esse: qui Altinio fidei quicq̄ censeat habendum. sed mediam consequuturum consilii uiam. neq; eum pro hoste: neq; pro sotio ī presentia habitū: libera custodia: haud procul a castris placere: in aliqua fida ciuitate eum seruari: per belli tempus. perpetrato bello: tum cōsultandū utrum defectio prior plus merita sit pene: an hic reditus uenie. Fabio

C. TERETIUS

PRODIGIA

ad sensum est. cathenisq; ligatus: traditur & ipse & comites: & auri satis: q magnum
pódus secū tum attulerat: ei seruari iussum. ¶ Calibus eum interdiu solutū custodes
sequebātur. nocte clausum adseruabant. ¶ Arpis domi primum desiderari querīq;
est ceptus. dein fama per totam urbem uulgata: tumultū pro Principe amisso fecit.
metuq; rerum nouarum excemplo nuntii ad Annibalem missi. Quibus nequaquā
offensus Penus: quia & ipsum: ut ambigue fidei uirum suspectū iam pridē habuit.
& causam nactus erat: tam ditis hominis bona possidendi: uendendiq; ¶ Ceterum ut
ire magis: q̄ auaricie datum crederēt homines: crudelitati quoq; grauitatē addidit.
coniugemq; eius: ac liberos in castra accitos. Questione habita: primum de fuga:
deinde quātum auri argentiq; relictum esset: satis cognitis omnibus: uiuos cōbussit.
¶ Fabius ab Suessula profectus: Arpos primum instituit oppugnare. ubi cum a mille
fere passibus castra posuisset: cōtemplatus ex propinquo situm urbis: meniaq;: que
pars tutissima menibus erat: quia maxime neglectam custodia uidet: ea potissimū
aggredi statuit. ¶ Comparatis omnibus: que ad urbes oppugnandas usui sunt: Cen/
turionum robora ex toto exercitu delegit. ¶ Tribunosq; uiros fortes: eis prefecit. &
milites sexcentos: quantum satis uisum est: attribuit. eosq; ubi quarte uigilie signū
cecinisset: ad eum locū scalas iussit ferre: porta ibi humilis: & angusta erat: uia infre/
quēti: per desertam partem urbis. ¶ Eam portam scalis prius transgressos: ad murū
pgere & ex interiore parte claustra refringere iubet. & tenentes partē urbis: cornu
signum dare: ut cetere copie admouerentur. parata omnia: atq; instructa sese esse
habiturum. ¶ Ea impigre facta. & quod impedimentum agentibus fore uidebatur:
id maxime ad fallendū iuuit. ¶ Hymber a nocte media coortus: custodes uigilesq;
dilapsos ex statiōibus suffugere in tecta coegit. sonituq; largioris procelle strepitū
de molientium portas: exaudiri prohibuit. letitior deinde equaliorq; accedens au/
ribus: magnam partem hominum sopiuit. ¶ Postq̄m portam tenuerunt: cornicines
in uia paribus inter uallis dispositos: canere iubent: ut Consulē excitarent. ¶ Id ubi
factum ex cōposito est: signa efferri iubet Consul. ac pauloante lucem per effrac/
tam portā urbē ingreditē. Tū demū hostes excitati sūt. iam & hymbre cōquiescēte:
& propinqua luce. ¶ Presidium in urbe erat Annibalis quinq; ferme milia armatorū.
& ipsi Arpini tria milia hominum armabant. ¶ Eos primos Peni: ne quid abtergo
fraudis esset: hosti opposuerunt. pugnatum primo in tenebris: angustisq; uiis est:
cum Romani non uias tātum: sed tecta etiam proxima porte occ̈ppassent: ne peti
superne: aut uulnerari: possent. ¶ Cogniti inter se quidam Arpini & Romani. atq;
inde colloquia cepta fieri: percontantibus Romanis quid sibi uellent Arpini? quam
obnoxam Romanorum qđ ob meritum Penorum: pro alienigenis: ac Barbaris:
Italici aduersus ueteres socios Romanos bellum gererent? & uectigalem ac stipē/
diariam Italiam africe facerent. ¶ Arpinis purgantibus ignaros omnium se uenum
a Principibus datos: pene captos: oppressosq; a paucis esse. ¶ Initio orto plures cum
pluribus colloqui. ¶ Postremo Pretor Arpinus ab suis ad Cōsulem deductus: fideq;
data: inter signa: aciesq;: Arpini repente pro Romanis aduersus Carthaginenses
arma uerterūt. ¶ Hispani quoq; paulominus mille homines nihil preterea cum Cō/
sule pacti: q̄ ut sine fraude Punicum emitterēt presidium: ad Cōsulem transtulerūt
signa. ¶ Carthaginensibus porte patefacte: emissiq; cum fide incolumes: Salapiam
ad Annibalem uenerūt. Arpi sine clade ullius preterq̄ unius: ueteris proditoris: noui
perfuge: restituti ab Romanis. ¶ Hispanis duplicia cibaria dari iussa. operaq; eorū
forti: ac fideli: persepe Res Publica usa est. ¶ Cum consulum alter in Apulia: alter:

Combusti ab Annibale liberi uxorque Altini.

Arpi a consule recepti sine ulla cede

C. xii eqtes nobiles campani ad ro. adduct

in Lucãis esset: equites. c. duodecim nobiles Campani: per specië pdandi ex hostiũ
agro: permissu Magistratuum: profecti a capua ad castra Romãorum: que super

Incediũ rome duab; noctib; et uno die

Suessulam erant: uenerunt. stationi militum: qui essent: dixerunt. colloqui sese cum
Pretore uelle. Cn. Fuluius castris preerat. cui ubi nũtiatum est. x. ex eo numero
iussis inermibus deduci ad se: ubi que postularent: audiuit: nihil autẽ aliud petebãt:
q̃ ut capua recepta: bona sibi restituerentur: in fidem omnes accepti. Et ab altero
Pretore Sempronio Tutidano: oppidum Aternum expugnatum. amplius. septua/
ginta hominum capta: & eris argentiq; signati aliquantum. Rome fedũ incendiũ
per duas noctes: ac diem unum: tenuit. Solo equata omnia: inter Salinas: ac portã
Carmentalem: cum Equimelio: Iugularioq; uico. In templo fortune: ac Matris
Matute: & Spei extra portam: lateq; uagãs ignis: sacra profanaq; multa absũpsit.
Eodem anno. P. &. Cn. Cornelii: cum in Hispania res prospere essent: multosq;
& ueteres reciperent socios: & nouos adducerent: in Africam quoq; spem extẽderunt.

HISPANIE RES

Syphax numidarum Rex cũ cn. et p. Scipionibus noie po. ro. amicitiã init

Syphax erat Rex Numidarum: subito Carthaginensibus hostis factus. ad eum
Centuriones tres Legatos miserunt: qui cum eo amiciciam societatemq; facerent.
& pollicerentur: si perseueraret urgere bello Carthaginenses gratam eam rem fore
Senatui: Populoq; Romão: & adnisuros ut in tempore: & bene cumulatã: gratiã
referant. Grata ea Legatio Barbaro fuit. Colloquutusq; cum Legatis de ratiõe
belli gerendi: ut ueterum militum uerba audiuit: q̃ multarum rerum ipse ignarus
esset: ex comperatione tam ordinate discipline animaduertit. Tum primum: ut
pro bonis ac fidelibus sociis facerent: orauit: ut duo Legationem referrent ad Im/
peratores suos: unus apud sese magister rei militaris remaneret. rudem ad pedestria
bella Numidarum gentem esse. equis tantũ habilem. Ita iam inde a principus gẽtis
maiores suos bella gessisse. ita se a pueris insuetum. sed habere hostem pedestri fidẽtẽ

a pueris

marte. cui se equari robore uirium uelit. & sibi pedites cõparando esse: & ad id mul/
titudine hominum Regnũm abundare. Sed armandi: ornandiq;: & instruendi eos:
artem ignorare. omnis: uelut forte congregata: turba sua inscia & temeraria esset.
Facturos se in presentia qd̃ uellet: legati responderunt: fide accepta: ut remitteret
extemplo eum: si Imperatores sui non comprobassent factum. Q. Statorio no/
men fuit: qui ad Regẽ remansit. Cũ duobus Romanis re lata: Numida Legatos
in Hispaniam misit: ad accipiendam fidem ab Imperatoribus Romanis. iisdẽ man/
dauit: ut protinus Numidas q intra portas: seu presidia Carthaginẽsiũ auxiliares
essent: ad transitionẽ perlicerent. Et Statorius ex multa iuuentute Regi pedites
conscripsit. ordinatosq; proxime morem Romanũ instruendo: & decurrẽdo: signa
sequi: & seruare ordines: docuit. & operi: aliisq; iustis militaribus: ita assue fecit: ut
breui Rex non equiti magis fideret: q̃ pediti. Collatisq; equo campo signis: iusto
prelio Carthaginensem hostem superaret. Romanis quoq; in Hispania Legatorum
Regis aduentus magno emolumento fuit. nanq; ad famam eorum transitiones cre/
bre ab Numidis cepte fieri. Ita cum Syphace Romanis iuncta amicicia est.
Quod ubi Carthaginenses acceperũt: extẽplo ad Galam: in parte altera. Numidie:
massulia ea gens uocatur: regnantem: Legatos mittunt. Filium Gala Masanis/
sam habebat septem & decem annos natum. Ceterum iuuenem ea indole: ut iam tũ
appareret: eius regnum opulentius: q̃ quod accepisset: facturum. Legati: quoniã
Syphax se Romanis iunxisset: ut potentior societate eorum aduersus Reges: po/
pulosq; Africe esset: docẽt melius fore: Gale quoq; Carthaginẽsibus iungi q̃primũ:
anteq̃ Syphax in Hispaniã: aut Romani in Africã transeant: opprimi Syphacẽ:

Gala rex carthaginensiũ amicitiã init et filio cũ exercitu eis missto Syphacem cũ magna strage supat

nihil dum preter nomen ex federe Romano habentem: posse. ¶ Facile persuasum Gale: filio deposcente id bellum: ut mitteret exercitũ: qui Carthaginensium legio/nibus coniunctis magno prelio Syphacem deuicit. xxx. milia eo prelio hominum cesa dicũtur. ¶ Syphax cum paucis equitibus in Maurusios ex acie Numidas: ex/tremi prope Oceanum aduersus Gadis colunt: refugit. affluẽtibusq; ad famã eius undiq; Barbaris: ingentis breui copias armauit. ¶ Cum quibus: anteq̃ in Hispaniam: angusto diremptam freto: traiiceret: Masanissa cum uictore exercitu aduenit. Isq; ibi cum Syphace ingẽti gloria: per se: sine ullis Carthaginensiũ opibus: gessit bellũ. ¶ In Hispania nihil memorabile gestum: preterq̃ ꝙ Celtiberum iuuentutẽ eadẽ mercede: quã pacta cum Carthaginensibus erat: Imperatores Romani: ad se per/duxerũt: & nobilissimos Hispãos: supra. ccc. inde in Italiã ad sollicitãdos populares: qui inter auxilia Annibalis erant: miserunt. ¶ Id modo eius anni in Hispania ad memoriam insigne est: ꝙ mercennarium militem in castris neminem anteq̃ tũ Cel/tiberos: Romani habuerunt.

Liber quintus

Dum hec in Africa: atq; in Hispania geruntur: Annibal in agro Tarentino estatem cõsumpsit: spe: per proditionem urbis Ta/rentinorum potiũde. ¶ Ipsorum interim Salentinoꝝ ignobiles urbes ad eum defecerunt. ¶ Eodem tempore in Brutiis ex. xii. populis: qui anno priore ad Penos desciuerant: Consentini & Turini in fidẽ Populi Romani redierunt. ¶ Et plures redissent: ni. C. Pompõius Venietanus p̃fectus Sotium: aliquot p̃speris populatiõibus & in agro Brutio iusti Ducis speciem nactus: tumultuario exercitu coacto: cum Hannone conflixisset. ¶ Magna ibi uis hominũ: sed incondite turbe agrestium: seruorumq; cesa: aut capta est. ¶ Minimumq; iacture fuit: ꝙ prefectus inter ceteros est captus. & tum temerarie pugne autor: & ante Publicanus: omĩbus malis artibus: & Rei Publice & Sotietatibus infidus: dãnosusq;. ¶ Sempronius cõsul in Lucanis multa prelia parua: haud ullum dignũ memoratu fecit. & ignobilia op/pida Lucanoꝝ aliquot expugnauit. ¶ Quo diutius trahebat bellum: & uariabant secunde aduerseq; res: nõ fortunam magis: q̃ animos hominum: tanta religio: & ea magna ex parte externa: ciuitatem incessit: ut aut homines: aut dii repente alii ui/derentur facti. ¶ Nec iam in secreto modo: atq; intra parietes: ab hosteq; temnebãt Romani ritus: sed in publico etiam: ac foro: Capitolioq; mulierum turba erat: nec sacrificantium: nec precantium deos patrio more. ¶ Sacrificuli ac Vates ceperant hominum mentes. quorum numerum auxit rustica plebs ex incultis diutino bello: infestisq; agris: egestate: & metu ĩ urbẽ compulsa. & questus ex alieno errore facilis: quem uelut ex concesse artis usu: exercebant. ¶ Primo secrete honorum indigna/tiones exaudiebantur. Deinde ad Patres etiam: & ad publicam querimoniã accessit res. ¶ Incusati grauiter ab Senatu Ediles: Triumuiriq; capitales qui non prohi/berent: cum emoueri eam multitudinem e foro: ac disiicere apparatus sacrorum: conati essent: haud procul abfuit: quin uiolarent. ¶ Vbi potentius iam esse id malũ apparuit: q̃ ut minores per Magistratus sedaret. M. Emilio Pretori Vrbis negotiũ ab Senatu datum est: ut etiam his religionibus Populũ liberaret. ¶ Is & in contiõe

Prouisu contra sacrificatores suo quoque more

Senatus Consultum recitauit: & edixit: ut quicunq; libros Vaticinos: precationes
ue aut artem sacrificandi cōscriptam haberet: eos libros omnis: litterasq; ad se ante
kalēdas apriles deferret. Neu quis in publico: sacro ue loco: nouo ac externo ritu
sacrificaret. ¶ Et aliquot publici Sacerdotes eo anno mortui sunt. L. Cornelius
Lentulus: Pontifex Maximus ¶ Et. C. Papyrius. C. F. Masso Pontifex. ¶ Et. P.
Furius Pilus Augur ¶ Et. C. Papyrius Lemasso Decemuir sacrorum. ¶ In Lentuli
locum. M. Cornelius Cetegus. ¶ In Papyrii. Cn. Seruilius Cepio: Pontifices suffecti
sūt ¶ Augur creatus. L. Quintius Flaminius. ¶ Decemuir sacrorum. L. Cornelius
Lentulus. ¶ Comitiorum Cōsularium iam appetebat tempus. Sed quia Consules
a Bello intentos auocare non placebat. T. Sempronius Consul Comitiorum
causa Dictatorem dixit. C. Claudium Centonem. ¶ Ab eo Magister Equitum est
dictus. Q. Fuluius Flaccus ¶ Dictator primo Comitiali die creauit Cōsules Ful/
uium Flaccum: Magistrum Equitum. Ap. Claudiū Pulchꝝ: cui Sicilia Prouītia
in Pretura fuerat. ¶ Tum Pretores creati. Cn. Fuluius Flaccus ¶ Claudius Nero.
M. Iulius Syllanus. P. Cornelius Suilla. ¶ Comitiis perfectis Dictator magis/
tratu abiit. ¶ Edilis Curulis: fuit eo anno cum. M. Cornelio Cetego. P. Cornelius
Scipio: cui post Africanus fuit cognomen. ¶ Huic petenti Edilitatem: cum obsi/
sterent Tribuni Plebis: negantes rationem eius habēdam esse: ꝙ nondū ad petendū
legittima etas foret ¶ Si me inquit omnes Quirites Edilem facere uolunt: satis an/
norum habeo. ¶ Tanto inde fauore ad suffragium ferendum in Tribus discursum
ē: ut Tribuni repēte incepto destiterint. ¶ Edilitia largitio hec fuit. Ludi Romāi
pro temporis illius copiis magnifice facti. & diem unum instaurati. Et cōgii olei
in uicos singulos dati. I. Iulius. T. Appullus. ¶ Et. M. Fundanius Ediles Plebei
aliquot Matronas apud populum probri accusarunt. quasdam ex eis damnatas in
exsilium egerunt. ¶ Ludi Plebeii per biduum instaurati. ¶ Et Iouis Epulum fuit
ludorum causa. Q. Fuluius Flaccus. Ap. Claudius tertium: Consulatum ineūt.
¶ Et Pretores prouintias sortiti sunt. P. Cornelius Suilla urbanam: & peregrinam:
que duoꝝ ante sors fuerat ¶ Cn. Fuluius Flaccus: Apuliā ¶ Claudius Nero: Sues/
sulam. M. Iulius Syllanus inter Consules. ¶ Consulibus bellum cum Annibale:
& bine legiones decrete. ¶ Alter a Fabio superioris anni consule. ¶ Alter a Fuluio
Centumalo acciperet ¶ Pretorum Fuluii Flacci: que Lucerie: sub Emilio Pretore.
¶ Neronis Claudii: que in piceno: sub. C. Terētio fuissent: legiones essent. ¶ Supple/
mentum in eas quisq; scriberet si. M. Iunio inter Consules: legiones urbane ꝑoris
anni date. T. Sempronio Gracchο: &. P. Sempronio Tuditano Imperium Pro/
uintieq; Lucani: & Gallie: cum suis exercitibus prorogate ¶ Item. P. Lentulo qua
uetus Prouintia in Sicilia esset. M. Marcello Syracuse: & qua Hieronis Regnū
fuisset. T. Octacilio classis ¶ Grecia. M. Valerio. ¶ Sardinia. Q. Minutio Sceuole.
¶ Hispanie. P. &. Cn. Cornelius ¶ Ad ueteres exercitus due legiones Vrbane a Cō/
sulibus scripte. summaq; trium & uiginti legionum eo anno effecta est. ¶ Delectum
consulum. M. Postumii Pyrgēsis: cum magno prope motu rerum factū: impediit.
¶ Publicanus erat Postumius qui multis annis parem fraude auaritiaq; neminem
in ciuitate habuerat: preter. L. Pomponium Veientanū: quem populantē temere
agros in Lucanis: ductu Hannonis priore anno ceperant Carthaginenses. ¶ Hi
quia publicum periculum erat ea ui tempestatis: in iis que portarētur ad exercitus
& ementiti erant facta naufragia. & ea ipsa que uera nuntiauerant: fraude ipsorū
facta erant: nō casu. ¶ In ueteres ꝗssatas naues paruis & pauci precii rebus īpositis:

cum mersissent eas in alto: exceptis in preparatas scaphas nautis: multiplices fuisse merces ementiebantur. ¶ Ea fraus indicata. M. Emilio Pretori priore anno fuerat. ac per eum ad Senatū delata. ¶ Nec tamen ullo Senatus Consulto notata: quia Patres ordinem Publicanorum in tali tempore offensum nolebant. ¶ Populus seuerior uindex fraudis erat. ¶ Excitatiq; tandē duo Tribuni Plebis. Sp. & L. Caruilius: cum rem inuisam infamemq; cernerent: ducentum milium eris multam. M. Postumio dixerunt. Cuius certande cum dies aduenisset: Conciliumq; tam frequens Plebis adesset: ut multitudinem area Capitolii uix caperet: perorata causa: spes una uidebatur esse: Senatus Consultus Seruilius Casca Tribunus Plebis: qui ꝑpinquus erat: cognatusq; Postumio: prius q̄ ad suffragium Tribus uocarētur: intercessisset. ¶ Testibus datis Tribuni Populum summouerūt. super re illa: que lata est: ut sortirētur: ubi Latini suffragium ferrēt. ¶ Interim Publicani Casce instare: ut Cōcilio diem eximeret. populus reclamare. & forte ĩ cornu primus sedebat Casca. cui simul metus: pudorq; animum uersabat. ¶ Cum in eo parum presidii esset: turbam de rei cā: Publicani per uacuum ui summo occupato loco: in eos irruperunt: uirgantes simul cum Populo: Tribunusq;. Nec procul dimicatione res erat. ¶ Tum Fuluius Cōsul Tribunis. ¶ Videtis ne inquit: uos in ordinem coactos esse? & rem ad seditionem spectare? ni propere dimittitis Populi Concilium. ¶ Plebe dimissa: Senatus uocat̄. ¶ Et Consules referunt de Concilio Plebis turbato ui: atq; audacia publicanorum.

M. Furium Camillum cuius exsilium ruina Vrbis fuerit sequuta: damnari se ab ingratis ciuibus passum esse. ¶ Decemuiros ante eum: quorum legibus ad eam diem uiuerent. ¶ Multos postea Principes ciuitatis iudicium de se: populi passos. ¶ Postumiū Pyrgensem suffragiū Populo per uim extorsisse. Conciliū plebis substulisse. Tribunos in ordinem coegisse. contra Populum Romanum aciem introduxisse. locum occupasse. ut tribunos a plebe ĩtercluderet. tribus ĩ suffragium uocari prohiberet. nihil aliud a cede ac dimicatione homines: nisi patientiam Magistratuum: ꝙ cesserint in presentia furori atq; audacie paucoꝝ: uinciq; se ac Populū Romanū passi sint. & Comitia que reus ui: atq; armis prohibiturus erat: ne cā querentibus dimicationem daretur: uoluntate ipsius: sustulerunt. ¶ Hec cū ab optimo quoq;: ꝑ atrocitate rei acta essent: uimq; eā cōtra R. ē. P. pernitioso exēplo factā: Senatus decerneret: confestim Caruilii Tr. Pl. omissa multe certatione: rei capitalis diē Postumio dixerunt. ac ni uades daret: prehēdi a uiatore: atq; in carcerē duci iusserūt. Postumius uadibus datis: non adfuit. ¶ Tribuni uocauerunt Plebem. que ita sciuit si. M. Postumius ante kalēdas maias non prodisset: citatusq; eo die non respōdisset: neq; excusatus esset: uideri eum in exsilium isse. bonaq; eius uenire. ipsi aqua & igni placere interdici. ¶ Singulos deinde eorum qui turbe: ac tumultus concitatores fuerant: rei capitalis diem dicere: ac uades poscere: ceperunt. ¶ Primo non dantes: deinde & eos: qui dare possent: in carcerem cōiiciebant. ¶ Ciuilis rei periculum uitātes pleriq; in exsilium abierūt. ¶ Hunc Publica fraus Publicanorum: deinde fraudē audacia protegens. exitum habuit. Comitia inde Pontifici Maximo creando: sunt habita. ea Comitia nouus Pontifex. M. Cornelius Cetegus habuit. ¶ Tres ingenti certamine petieruut. Fuluius Flaccus Consul: qui & ante bis Consul: & Censor fuerat. ¶ Et. T. Manlius Torquatus: & ipse duobus Consulatibus: & Censura insignis. ¶ Et Licinius Crassus: qui Edilitatem Curulē petiturus erat: hic senes: honoratosq; iuuenis in eo certamine deuicit. ¶ Ante hunc intra centum annos & uiginti: nemo preter. P. Cornelium Calussam: Pontifex creatus fuerat: qui sella Curuli nō sedisset.

Fuluij cons. verba

¶ Consules cum egre delectũ cõficerent: ꝙ inopia iuniorum: non facile in utrũq;: ut & noue urbane legiones: & supplementum ueteribus scriberetur: sufficiebat: Se/ natus absistere eos incepto uetuit. & Triumuiros binos creari iussit. alteros q ultra: alteros qui citra quinquagesimum lapidem in plateis: forisq;: & in cõciliabulis omnẽ copiam ingenuorum inspicerẽt. & siqui roboris satis ad ferenda arma habere uide/ rentur: etiam si nondum militari etate essent: milites facerent. Tribuni Plebis: si iis uideretur: ad Populum ferrent: ut qui minores septem & decem annis sacramento dixissent iis perinde stipendia procederent: ac si septem & decem annorum: aut ma/ iores: milites facti essent. ¶ Ex hoc Senatus Consulto creati Triumuiri bini qui conquisitionem ingenuorum per agros fecerũt. ¶ Eodem tempore in Sicilia littere. M. Marcelli depostulatis militum: qui cum. P. Lentulo militabant. in Senatu re/ citate sunt. ¶ Cannensis reliquie cladis: iis exercitus erat: relegatus: sicut ante dictũ est: ne ante Punici belli finem in Italiam reportaretur. ¶ Hi permissu Lentuli pri/ mores equitum: Centurionũq;: & robora ex legiõibus peditũ: Legatos in hyberna ad. M. Marcellum miserunt: e quibus unus: potestate dicendi facta. ¶ Consulem te M. Marcelle in Italiam adiissemus cum primum de nobis: & si non iniquum: certe triste Senatus Cõsultum factum est: nisi hoc sperassemus: in Prouintiam nos: morte Regum turbatam: ad graue bellum aduersus Siculos simul Penosq; mitti. & sãgui/ ne nostro: uulneribusq; Magistratui satisfacturos ẽẽ: sicut patrũ memoria q capti a Pyrrho ad Heracleam erant: aduersus Pyrrhum ipsum pugnantes satisfecerunt. q̃q̃: quod ob meritum nostrum succensuistis Patres. C. nobis: ac succensetis? ¶ Ambos mihi Consules: & Senatum intueri uideor: cum te. M. Marcelle intueor. quem si ad Cannas Cõsulem habuissemus: melior & Res Publica & nostra fortuna: eẽt. ¶ Sine queso: prius q̃ de conditione nostra queror: noxam: cuius arguimur: nos purgare. ¶ Si non deum ira: nec fato: cuius lege immobilis rerum humanarum ordo seritũ: sed culpa periimus ad Cannas: cuius tandem ea culpa fuit? militum: an Imperatorum? equidem miles nihil unquã dicam: de Imperatore eo. cui presertim sciam gratias a Senatu actas: ꝙ non desperauerit de Re Publica cui post fugam actam sit per annos omnis prorogatum imperium. Ceteros item ex reliquiis cladis eius: quos Tribunos militũ habuimus: honores petere: & gerere: & Prouintias obtinere: audi/ uimus. An uobis: uestrisq; liberis ignoscitis facile Patres Cõscripti? in hec uilia capita seuitis? & Consuli: primoribusq; aliis ciuitatis fugere: cum spes alia nulla esset: turpe non fuit? milites utiq; morituros in aciem misistis? ¶ Ad alliam prope omnis exer/ citus fugit. ¶ Ad Furculas Caudinas ne expertus quidem certamen: arma tradidit hosti. ut alias pudendas clades exercituum taceam: tamen tantum abfuit ab eo: ut illa ignominia inter exercitus quereretur: ut ea urbs Romana: per eum exercitũ: q ab Allia in Veios transfugerat: recuperaretur. ¶ Et Caudine legiões: que sine armis redierant Romam: armate remisse in Samnium: eundem illum hostem sub iugum miserunt: qui hac sua ignominia letatus fuerat. ¶ Cannensem uero quis q̃ exercitũ fuge: aut pauoris: insimulare potest? ubi plus quinquaginta milia hominũ cecide/ runt? Vnde Cõsul cum equitibus septuaginta fugit? Vnde nemo superest: nisi quẽ hostis cedendo fessus reliquit? ¶ Cum captiuis redẽptio negabatur: Nos uulgo ho/ mines laudabant: ꝙ Rei Publice nos seruassemus. ꝙ ad Consulem Venusiã rediis/ semus. & speciem iusti exercitus fecissemus. ¶ Nunc deteriore conditione sumus: q̃m apud patres nostros fuerant captiui. quippe illis arma tantum: atq; ordo militandi: locusq; in quo tenderent in castris: est mutatus. quem tamen semel nauata Rei Pu.

[Margin: Factũ ut minores xvii annis possent militare]

[Margin: Oro relegatorũ ĩ Sicilia ex clade cannẽsi]

[Margin: Conciliabula]

opera: & uno felici prelio recuperarũt. Nemo eoꝝ relegatus in exsilium est. nemini spes emerendi stipendia est adempta. Hostis deniq; est datus: cum quo dimicantes. aut uitam semel: aut ignominiam: finirẽt. nos: quibus: nisi qđ commisimus: ut quisq̄ ex Cannensi pugna: siue acie miles Romanus superesset: nihil obici potest: non solum a patria procul: Italiaq; sed ab hoste etiam: relegati sumus: ubi senescamus in exsilio. Ne qua spes ne qua occasio abolende ignominie ne qua placande ciuiũ ire ne qua deniq; bene moriendi: sit. neq; ignominie finem: nec uirtutis premiũ pe/timus: modo experiri animum: & uirtutem exercere: liceat. laborem & periculum petimus: ut uirorum: ut militum offitio fungamur. ¶ Bellum in Sicilia iam alterum annum: ingenti dimicatione geritur. urbes alias Penus: alias Romanus expugnat. peditum & equitum acies concurrunt. ¶ Ad Syracusas terra mariq; res geritur. cla/mores pugnantium: crepitumq; armorum exaudimus: desides ipsi & segnes. tanquã nec arma: nec manus habeamus. ¶ Seruorum legionibus. T. Sempronius Consul totiens iam cum hoste signis collatis: pugnauit. opere precium habent libertatem: ciuitatemq;. pro seruis saltem ad hoc bellum emptis: nobis simul congredi cũ hoste liceat. & pugnando querere libertatem. Vis tu mari? uis terra? uis acie? uis urbibus oppugnandis: experiri uirtutem? asperrima queq; ad laborẽ: periculumq; deposci/mus: ut quod ad Cannas faciundum fuit: q̄primum fiat. Quoniam quicq̄d postea uiximus: id omne destinatum ignominie est. ¶ Sub hec dicta ad genua Marcelli ꝓ/cubuerunt. ¶ Marcellus id nec iuris: nec potestatis sue esse dixit. ¶ Senatui scripturũ se omniaq; de sententia Patrum facturũ esse. ¶ He littere ad nouos Consules allate: ac per eos in Senatu recitate sunt. ¶ Consultusq; de his litteris ita decreuit Senatus: militibus: qui ad Cannas commilitones suos pugnantes deseruissent: Senatui nihil uideri Rem Publicam committendam esse. si. M. Claudio Procõsuli aliter uiderẽt: faceret qđ e Re Publica fideq; sua duceret: dum nequis eoꝝ munere uacaret: neue dono militari: uirtutis gracia: donaretur. nõ in Italiã reportaretur: donec hostis in terra Italia esset. ¶ Comitia deinde a Pretore Vrbano de Senatus sententia: Ple/bisq; scito sunt habita: quibus creati sunt Quinqueuiri muris turribusq; reficiendis. & Triumuiri bini. uni sacris conquirendis: donisq; persignandis. ¶ Alteri reficiendis edibus fortune: & Matris Matute intra portam Carmeatalem. sed & Spei extra portam: que priore anno incendio consumpte fuerant. ¶ Tempestates fede fuere. ¶ In Albano monte biduo continenter lapidibus pluuit. ¶ Tacta de celo multa. ¶ Due in Capitolio edes. ¶ Vallum in castris: multis locis supra Suessulam. ¶ Et duo uigiles exanimati. ¶ Murus: turresq; quedam Cumis: non icte modo fulminibus: sed etiam decusse. ¶ Reate saxum ingens uisum uolitare. ¶ Sol rubere solito magis: sanguineoq; similis. ¶ Horum prodigiorum causa diem unum supplicatio fuit. & per aliquot dies Consules rebus diuinis operam dederunt. & per eosdem dies sacrum nouendiale fuit. ¶ Cum Tarentinorum defectio iam diu: & in spe Annibali: & in suspitione Romanis esset: causa forte extrinsecus maturande eius interuenit. ¶ Phi/leas Tarentinus diu iam per speciem legationis Rome cum esset: uir inquieti aĩmi: & minime otium: quo cum diutino senescere uidebatur: patiẽtis: aditum sibi ad ob/sides Tarentinos inuenit. ¶ Custodiebantur in atrio Libertatis: minore cura: quia nec ipsis: nec ciuitati eorum: fallere Romanos: expediebat. ¶ Hos crebris colloquiis sollicitat. corruptis Edituis duobus. qui cum eos primis tenebris custodia eduxisset: ipse comes occulti itineris factus: profugit. ¶ Luce prima: uulgata per urbem fuga est: missiq; qui sequerentur: a Tarracina cõprehensos omnes retraxerunt. ¶ Deducti

Annibal parat se ad capiendu[m] proditione Tarentum

in Comitio: uirgisq; approbante Populo: cesi: de saxo deiciunt. ¶ Huius atrocitas pene: duarum pene nobilissimarum in Italia Grecarum ciuitatum aīmos irritauit: tum publice: tum etiam singulos priuatim: ut quisq; tam fede interemptos: aut pro/pinquitate: aut amicicia: contingebant. ¶ Ex iis tredecim fere nobiles Tarentini coniurauerunt: quorum principes Nico & Philemenus erant. ¶ Ii priusq̄m aliquid mouerent: colloquendum cum Annibale rati: nocte per speciem uenandi: urbem egressi: ad eum proficiscuntur. & cum haud procul castris abessent: ceteri silua ꝓpe uiam sese: occuluerunt. Nico: & Philemenus progressi ad stationes: comprehensiq;: ultro id petentes: ad Annibalem deducti sunt. Qui: cum & causas consilii sui: & quid pararent: exposuissent: collaudati: oneratiq; promissis: iubētur: ut fidē popularibus facerent: predandi causa se urbe egressos: pecora Carthaginensium: que pastum ꝓ/pulsa essent. ad urbē agere. tuto: ac sine certamīe id facturos: ꝓmissum ē. Cōspecta ea preda iuuenum est. minusq; iterum ac sepius id eos audere: miraculo fuit. ¶ Cō/gressi cum Annibale rursus: fide sanxerunt: liberos Tarentinos leges suaq; omnia habituros. Neq; ullum uectigal Poeno pensuros. presidiumue inuitos recepturos. ¶ Prodita presidia Carthagineusium fore. ¶ Hec ubi conuenerunt: tunc uero Phi/lemenus consuetudinem nocte egrediundi: redeundiq; in urbem frequentiorem facere. ¶ Et erat uenandi studio insignis. canesq; & alius apparatus sequebatur. cap/tumq; ferme aliquid: aut ab hoste: ex preparato: allatum reportando donabat: aut Prefecto: aut custodibus portarum. ¶ Nocte maxime commeare: propter metum hostium credebant. ¶ Vbi iam eo consuetudinis adducta res est: ut quocūq; noctis tempore sibilo dedisset signum: porta aperiretur: tempus agende rei Annibali uisū est. Tridui uia aberat. Vbi quo minus mirum esset: uno eodemq; loco statiua eum tam diu habere egrum simulabat. ¶ Romanis quoq;: qui in presidio Tarenti erant: segnis eius mora suspecta esse desierat. ¶ Ceterum postq̄ Tarentum ire constituit: decem milibus peditum: atq; equitum: quos in expeditione: uelocitate corporum: ac leuitate armorum: aptissimos esse ratus est: electis: quarta uigilia noctis signa mouit. premissisq; octoginta ferme Numidis eq̄tibus: precepit: ut discurrerent circa uias. perlustrarentq; omnia oculis: ne quis agrestium procul spectator agminis fal/leret. progressos retraherent. obuios occiderent. ut predonum magis: q̄m exercitus: accolis species esset. ¶ Ipse raptim agmine facto q̄ndecim ferme miliū spatio: castra a Tarento posuit. & ne ibi quidem nuntiato: quo pergerent: tantum conuocatos milites monuit: uia omnes irent. nec diuerti queq̄: aut excedere ordinem: agminis paterentur. & in primis intenti ad imperia accipiēda essent: nequid: nisi ducū iussu: facerent. se in tempore editurum: que uellet agi. ¶ Eadē ferme hora: Tarētū fama peruenerat: Numidas equites paucos: populari agros. terroremq; late agrestibus iniecisse. ¶ Ad quem nuntium nihil ultra motus Prefectus Romanus: q̄ ut partem equitum postero die luce prima iuberet exire ad arcendum populationibus hostē: interea adeo nihil obedienter curatum est: ut contra pro argumento fuerit illa procursatio Numidarum: Annibalem exercitumq; castris non mouisse. ¶ Annibal concubia nocte: motu. ¶ Dux Philemenus erat: cum solito capte uenationis onere. ¶ Ceteri proditores: ea: que composita erant: expectabant. ¶ Conuenerat autem: ut Philemenus portula assueta uenationem inferēs: armatos induceret. ¶ Parte alia portam Temenitida adiret Annibal: ea meditarranea regione orientem specta/bat. aliquantum intra menia includitur. ¶ Cum porte appropinquaret: editus ex composito ignis ab Annibale est. refulsitq;. ¶ Idem redditum ab Nicone signum.

Extincte deinde utrinq; flamme sunt. Annibal silentio ducebat ad portam. Nico ex improuiso ad portas sopitos uigiles in cubilibus suis obtruncat. portamq; aperit. Annibal cum peditum agmine ingreditur. equites subsistere iubet. ut quo res postulet occurrere libero campo possent. Et Philemenus portule parte alia q̄ cōmeare assuerat: appropinquabat. nota uox eius: & familiare iā signum: cum excitasset uigilem: dicentis uix sustinere grandis bestie onus: portula aperiē. inferētes aprum duos iuuenes: sequutus ipse: cum expedito uenatore: uigilem: incautius: miraculo magnitudinis: in eos qui inferebāt uersū: uenabulo traiicit. Ingressi deinde triginta fere armati: ceteros uigiles obtruncant. refringuntq; portam maximam. & agmen sub signis confestim irrupit. Inde cum silentio in forum ducti Annibali sese coniunxerunt. Tum duo milia Gallorum Penus: in tres diuisa partes: p orbē dimittit. Tarentinos: & infra q̄maxime frequētia: occupare iubet. tumultu orto: Romanos passim cedi. oppidanis parci. sed ut fieri id posset: precipit iuuenibus Tarētinorum: ut ubi quem suorum procul uidissent: quiescere: & silere: ac bono aīmo esse: iuberent. Tum tumultus erat. clamorq;: qualis esse in capta urbe solet. sed qd rei esset: nemo satis pro certo scire. Tarentini Romanos ad diripiendam urbem credere. coortos. Romanis seditio aliqua cum fraude uideri ab oppidanis mota. Prefectus primo excitatus tumultu: in portum effugit. Inde acceptus Scapha: in arcem cōfugit. Terrorem: & tuba audita ex theatro faciebat. Nam & Romana erat: a proditoribus ad hoc ipsum preparata. & inscienter a Greco inflata: quis: aut quibus signum daret: incertum efficiebat. Vbi illuxit: & Romanis Punica: & Gallica arma cognita: tum dubitationē exemerunt. & Romanos greci passim cede stratos cernentes ab Annibale captam urbem senserunt. Postq̄ lux certior erat: & Romani qui cedibus superfuerant: in arcem confugerant: cōticescebatq; paulatim tumultus: Tum Annibal Tarentinos sine armis conuocari iubet. Conuenerunt omnes. preterq̄ qui cedentis in arcem Romanos: ad omnem ad eundam simul fortunam persequuti sunt. Ibi Annibal benigne alloquutus Tarentinos: testatusq;: que prestitisset ciuibus eorum: quos ad Transimenum: aut ad Cannas cepisset: simul in dominationem superbam Romanorū inuectus: recipere se in domos suas queq; iussit: & foribus nomen suum inscribere. se domos eas: que inscripte nō essent: signo extemplo dato: diripi iussurum. Si quis in hospitio ciuis Romani (uacuas autem cernebat domos) nomen inscripsisset: eum se pro hoste habiturum. Contione dimissa: cū titulis notate fores: discrimen pacate: ab hostili domo: fecissent: signo dato ad diripienda hospitia Romana passim discursum est. Et fuit prede aliquantum. Postero die ad oppugnandam arcem ducit. quā cū & mari quo in peninsule modum pars maior circūluitur: prealtis rupibus: & ab ipsa urbe muro & fossa ingenti septam uideret: eamq; nec ui: nec operibus expugnabilem esse: ne aut seipsum: cura tuendi Tarentinos: a maioribus rebus moraretur: aut in relictos sine ualido p̄sidio: Tarentinos impetū cum uellent: Romani ex arce facerent: & uallo urbem intersepire statuit ab arce. non sine ulla etiam spe: cum probibentibus opus Romanis manum posse conseri. & si ferotius procurrissent magna cede ita attenuari presidii uires: ut facile per se ipsi Tarentini urbem ab iis tueri possent. Vbi ceptum opus ē: patefacta repente porta in munientes impetum fecerunt Romani. pellique se statio passa est: que pro opere erat: ut successu cresceret audatia: pluresq; & lōgius pulsos persequerentur. Tum signo dato coorti undiq; Peni sunt. quos instructos ad hoc Annibal tenuerat. nec sustinuere impetū Romani. sed ab effusa fuga loci angustie

portula

Captum Tarentū: p̄fectus q̄ et q̄ ro͞ a cede supfuerāt: ī arcem ꝯfugere.

verba Annibalis ad Tarentinos

eos: impeditaq; alia opere iam incepto: alia apparatu operis: morabantur: plurimi in fossam precipitati: occisiq; sunt. plures in fuga: q̃ in pugna. ¶ Inde & opus: nullo p/ hibente: fieri ceptũ. fossa ingens ducta: & uallum intra eam erigitur. modicoq; post interuallo murum etiam eadem regione addere parat: ut uel sine presidio tueri se aduersus Romanos possent. reliquit tamẽ modicum presidium: ut simul interfaciẽdo muro adiuuaret. ¶ Ipse profectus cum ceteris copiis ad Galesum flumẽ: qnq; milia ab urbe abest. posuit castra. ¶ Ex iis statiuis regressus ad inspiciendum opus: quod aliquãtum opinione eius celerius creuerat: spem cepit: etiam arcẽ expugnari posse. Et est nõ altitudine ut cetera: tuta: sed loco plano posita: & ab urbe muro tantũ: ac fossa diuisa. ¶ Cum iam machinationum omni genere: & operibus oppugnaretur: missum a Metaponto presidium: Romanis fecit animum: ut nocte ex improuiso opera hostium inuaderent. alia disiecerunt. alia igni corruperunt. Isq; finis Anni/ bali fuit: ea parte arcem oppugnandi. ¶ Reliqua erat in obsidione spes. nec ea satis efficax: quia arcem tenẽtes: que in peninsula posita imminet faucibus portus: mare liberum habebant. ¶ Vrbs contra exclusa maritimis commeatibus. propiusq; inopiã erant obsidentes: q̃ obsessi. ¶ Annibal conuocatis principibus Tarentinorũ: omẽs presentes difficultates exposuit. neq; arcis tam munite expugnande uiam cernere. neq; in obsidione quicq̃m habere spei: donec mari potiantur hostes. Quod si naues sint: quibus commeatus inuehi prohibeant: extemplo aut abscessuros: aut dedituros se hostes. ¶ Adsentiebantur Tarentini. Ceterum qui consilium afferret: opem quoq; in eam rem afferendo esse censebãt: Punicas enim naues ex Sicilia accitas id posse facere. Suas que sinu exiguo intercluse essent: cum claustra portus hostis haberet: quemadmodum inde in apertum mare euasuras? ¶ Euadent inquit Annibal. multa que impedita natura sunt: consilio expediũtur. urbem enim compositam habetis. plane & satis late uie patent in omnis partes. uia: que in portum per mediam urbẽ ad mare transmissa est: plaustris transuehã naues haud magna mole. & mare nostrũ erit: quo nunc hostes potiuntur. & illinc mari: hinc terra circunsedibimus arcem. immo breui: aut relictam ab hostibus: aut cum ipsis hostibus capiemus. ¶ Hec ora/ tio non spem modo effectus: sed ingẽtem etiã Ducis admirationẽ fecit. ¶ Cõtracta extemplo undiq; plaustra. iunctaq; inter se. & machine ad subducendas naues ad/ mote munitumq; iter: quo faciliora plaustra: minorq; moles: in transitu eẽt: iumenta inde: & homines cõtracti. & opus impigre ceptũ. paucosq; post dies classis instructa atq; parata circunuehitur arcem. & ante ipsum portũ anchoras iacit. ¶ Hunc statũ rerum Annibal Tarenti reliquit. regressus ipse in Hyberna. ¶ Ceterum defectio Tarentinorum: utrum priore anno: an hoc facta sit: in diuersum autores trahũt. plures: propioresq; etate memorie rerum: hoc anno tradunt factam. ¶ Rome Cõ/ sules: Pretoresq; usq; ante diem quinto kalendas maias Latine tenuerunt. ¶ Eo die perpetrato sacro in monte: in suas quisq; proficiscitur Prouintias. ¶ Religio deinde noua obiecta est: ex carminibus Martianis. ¶ Vates hic Martius illustris fuerat. Et cum inquisitio priore anno: ex Senatus Consulto talium librorum fieret: in. M. Emilii Pretoris Vrbis: qui eam rem agebat: manus uenerant. ¶ Is protinus nouo p̃/ tori Suille tradiderat. ¶ Ex huius Martii duobus carminibus: alterius postea est aucta dediti curato: autoritas euentu: alteri quoq;: cuius nondum tempus uenerat: afferebat fidem. ¶ Priore carmine Cannẽsis predicta clades: in hec ferme uerba erat. ¶ Amnem Troiugenam Cannam Romane fuge. nec te alienigine cogant: in cãpo Diomedis cõserere manus. Sed neq; credes tu mihi: donec cõpleris sanguine campũ

Oppugnat arx Tarentina a penis

Prosequitur obsidionem arcis Annibal

CARMEN et prophetia

multaq; milia occisa tua: deferat amnis: in pontum magnum ex terra frugifera: piscibus: atq; auibus: ferisq; que incolunt teras: iis fuat esca caro tua. Nam mihi ita Iupiter fatus est. ¶ Et Diomedis Argiui campos: & Cannā flumen qui militauerāt in iis locis: iuxta: atq; ipsam cladem: agnoscebant. ¶ Tum alterum carmen recitatū: non eo tantum obscurius: quia incertiora futura preteritis sunt: sed perplexius etiā scripture genere. ¶ Hostes Romani si expellere uultis: uomicāq; que gentiū uenit longe: Apollini uouendos censeo ludos: qui quotannis communiter Apollini fiant: cum populus dederit ex publico partem: priuati uti cōferant: pro se: suisq;. iis ludis faciendis preerit Pretor is: qui ius populo Plebeiq; dabit summum: Decemuiri greco ritu hostiis sacra faciāt. Hec si recte faxitis: gaudebitis semper: fietq; res uestra melior. Nam is diuus extinget per duelles uestros qui uestros cāpos pascit placide. ¶ Ad id carmen. explanandum diem unum sumpserunt: postero die Senatus Consultū factum est: ut Decemuiri libros de ludis Apollini. req; diuina facienda: inspicerēt. ¶ Ea cum inspecta relataq; ad Senatum essent: censuerunt Patres: ludos Apollini uouendos. faciendosq;. Et quando ludi facti essent: duodecim milia eris Pretori: ad rem diuinam: & duas hostias maiores dandas. alterum Senatus Consultum factum est: ut Decemuiri: sacra Greco ritu: facerent. iisq; hostiis. ¶ Apollini boue aurato: & capris duabus albis auratis. ¶ Latone femina boue aurata. ¶ Ludos Pretor in cyrco Maximo: cum facturus esset: edixit ut Populus per eos ludos: stipem Apollini: quantum commodum esset: conferret. ¶ Hec est origo ludorum Apollinariū: uictorie: non ualitudinis: ergo ut pleriq; rentur uotoꝝ. ¶ Factosq; Populus spectauit coronatus. ¶ Matrone supplicauere. ¶ Vulgo apertis ianuis in propatulo epulati sunt: celeberq; dies omni cerimoniarum genere fuit. ¶ Cum Annibal circa Tarētū: Consules ambo in Samnio essent: sed circunsessuri Capuam uiderentur: quod malum: diuturne obsidionis esse solet: iam famem Campani sentiebant: quia sementem facere probibuerant eos Romani exercitus. ¶ Itaq; Legatos ad Annibalem miserunt: orantes: ut prius q̄m Consules in agros suos educerent legiones: uieq; omnes hostium presidiis insiderentur: frumentū ex propinquis locis conuehi iuberet Capuam. ¶ Annibal Hannonem ex Brutiis: cum exercitu in Campaniam transire: & dare operam: ut frumenti copia fieret Cāpanis: iussit. ¶ Hanno ex Brutiis ꝑfectus cum exercitu: uitabundus castra hostium: consulesq; qui in Samnio erant: cum Beneuēto iam appropinquaret: triginta passuum milia ab ipsa urbe loco edito castra posuit. Inde ex sotiis circa populis: quod estate comportatum erat: deuehi frumētum in castra iubet: presidiis datis: qui commeatus eos prosequerentur. ¶ Capuam inde nuntium misit: qua die ad accipiendum frumentum presto essent: omni undiq; genere uehiculorum: iumentorumq; ex agris contracto. ¶ Id pro cetera socordia: negligentiaq; a Campanis actum. pauloplus tricenta uehicula iussa: & pauca preterea iumenta. ¶ Ob id castigati sunt ab Hannone: q̄ ne fames quidem: que mutas accenderet bestias: curam eorum stimulare posset. ¶ Alia producta dies ad frumētū maiore apparatu petendum. ¶ Ea omnia: sicut acta erant: cum enuntiata Beneuentanis essent: Legatos decem extemplo ad Consules circa Bouianum: ubi castra Romanorum erant: miserunt. ¶ Qui cum auditis: que ad Capuam agerētur: inter se comparassent: ut alter in Campaniam exercitū duceret. ¶ Fuluius cui ea Prouintia obuenerat: profectus nocte Beneuētum menia est ingressus. ¶ Ex ꝓpinquo agnoscit Hannonem: cum exercitus parte profectum. frumentatum. duo milia plaustrorum inconditam inermemq; aliam turbam aduenisse. per tumultum ac

CARMEN ALTER

Origo ludoꝝ apollinariū

Campanis fame laborantibus et obsidionē timētib; commeatus mittitur a penis

trepidationem omnia agi: castrorumq; formam: & militarem ordinem: immixtis agrestibus iis ex terris sublatum. ¶ His satis compertis: Consul militibus edicit: signa tantum armaq; in proximam expedirēt noctem. castra Punica exppugnanda. Quarta uigilia profecti: sarcinis omībus: impedimentisq; Beneuenti relictis: paulo ante lucem cum ad castra peruenissent: tantum pauoris iniecerunt: ut si in plano castra posita essent: haud dubie primo impetu: capi potuerint. altitudo loci: & mu/nimēta defenderūt. que nulla exparte adiri nisi arduo: ac difficili ascensu poterāt. ¶ Luce prima prelium ingens accensum est. nec uallum modo tutantur Poeni: sed: ut quibus locus tutior esset: deturbant nitentes per ardua hostes. Vicit tamen oīa pertinax uirtus. & aliquot simul partibus ad uallum ac fossas peruentum est. sed cum multis uulneribus: & militum pernitie. ¶ Itaq; conuocatis Tribunis militū Cō/sul: absistendum temerario incepto ait. tutius sibi uideri: reduci eo die exercitum Beneuentum. deinde postero castris se hostium iungi: ne exire inde Campani. neue Hanno regredi posset. ¶ Id quo facilius obtineatur: Collegam quoq; & exercitum se eius acciturum. totumq; eo uersurum bellum. ¶ Hec consilia Ducis: cum iam re/ceptui caneret: clamor militum aspernātium tam segne imperiū: disiecit. ¶ Proxīa porte hostium erat cohors Peligna. Cuius prefectus Vibius ereptum uexillum: transuallum hostium traiecit. execratus inde seq; : & cohortem: si eius uexilli hostes potiti essent: princeps ipse per fossam: uallumq; in castra irrumpit. ¶ Iam intra uallum Peligni pugnabant: cum altera parte Valerio Flacco Tribuno Militum tertie legionis exprobrante Romanis ignauiam: qui sotiis captorum castrorum concederent decus. T. Pedanius Princeps Primus Centurio: cum signifero signum ademisset. ¶ Iam hoc signum: & hic Centurio inquit intra uallum hostium erit. se/quantur qui capi signum ab hoste prohibituri sunt. ¶ Manipulares sui primum transcendentem fossam: deinde legio tota sequuta est. ¶ Iam & Cōsul ad conspectū transgredientium uallū: mutato consilio a reuocando: ad incitandos: hortandosq; uersus milites: ostendere in quanto discrimine: ac periculo: fortissima cohors Soti/orum & ciuium legio esset. Itaq; pro se quisq; omnes per equa atq; iniqua loca. ¶ Cū undiq; tela conicerentur: armaq; & corpora obicerent: peruadunt. irrumpuntq; : multi uulnerati: etiam quos: uires sanguisq; desereret: ut intra uallum hostium ca/derent: nitebantur. ¶ Captaq; momento temporis: uelut in plano sita: castra. nec permunita. Cedes inde: non iam pugna erat: omnibus intra uallum permixtis. ¶ Su/pra sex milia hostium cesa. ¶ Supra septem milia capiuntur: cum frumentatoribus campanis: omniūq; plaustrorum: & iumētorum apparatu. ¶ Capta & alia ingens preda fuit: quam Hanno populabūdus passim cum isset: ex sotiorum Populi Ro/mani agris traxerat. ¶ Inde deiectis hostium castris: Beneuentum reditum est. Predāq; ibi ābo Consules: nā & Ap. Claudius eo post paucos dies uenit. Vendide/runt. diuiseruntq; . ¶ Et donati quorū opera castra hostium capta erant. ante alios Vibius Pelignus & T. Pedanius Princeps tertie legionis. Hanno ab Comino Ce/rito: quo nuntiata clades est castrorum: cum paucis frumentatoribus: quos forte secum habuerat: fuge magis modo: q̄ itineris: in Brutios redit. Et Campani audita sua: suorumq; pariter Sotiorum clade: Legatos ad Annibalem miserunt: qui nun/tiarent duos Consules ad Beneuentum esse. diei iter a Capua tantūmodo ac portis & muris bellum esse. nisi propere subueniat: celerius Capuam: q̄ Arpos in potestatē hostium uenturam. nec Tarentū quidē: non mō arcem: tanti debere esse: ut Capuā. quam Carthagini equare sit solitus: desertam: indefensamq; Populo Romāo tradat.

Egregia uirtute ro[manorum] contra propium consulis capiunt castra hannonis cum magna p[re]da et hostium cede

Campani ambos cons. uicinos metuentes opem ab Annibale petunt.

¶ Annibal cure sibi fore rem Campanam pollicitus: in presentia duo milia equitum cum Legatis mittit: quo p̄sidio agros populatióibus possent prohibere. ¶ Romāis interim: sicut aliarum rerum: arcis Tarentine presidiiq; quod ibi obsideretur: cura esse. C. Seruilius Legatus ex autoritate Patrum a. P. Cornelio Pretore in Etruriam ad frumentum coemendum missus: cum aliquot nauibus onustis: in portum Tarentinum inter custodias hostium peruenit. ¶ Cuius aduētu: qui ante in exigua spe uocati: sepe ad transitionem ab hostibus per colloquia erant: ultro ad transeundum hostem uocabant. sollicitabantq; ¶ Et erat satis ualidū presidium: traductis ad arcem Tarenti tuendam qui Metaponti erant: militibus. Itaq; Metapontini extemplo metu: quo tenebantur: liberati: ad Annibalem defecerunt. ¶ Hoc idem eadem ora maris: & Turini fecerunt. Mouit eos non Tarētinorum magis defectio: Metapōtinorumq;: quibus inclidem ex Achaia oriundi etiam in cognatione iūcti erant: q̄m ira in Romanos: propter obsides nuper interfectos. ¶ Eorum amici cognatiq; litteras ac nuntios ad Hannonem: Magonemq;: qui in propinquo in Brutiis erant: miserunt. ¶ Si exercitum ad menia admouissent: se in potestatem eorum urbem tradituros esse. M. Attinius Thurii cum modico presidio preerat: quem facile elici: ad certamen temere ineundum: rebantur posse. non tam militum: quos perpaucos habebat: fiducia: q̄ iuuentutis Thurine. ¶ Eam ex industria centuriauerat: armaueratq;: ad tales casus. ¶ Diuisis copiis inter se: duces Poeni cum agrum Turinum ingressi essent: Hanno cum peditum agmine infestis signis: ad urbem pergit. ¶ Mago cum equitatu tectus collibus: ad tegendas insidias subsistit oppositis. ¶ Attinius peditum tantum agmine per exploratores comperto: copias in aciem educit: & fraudis intestine: & hostium insidiarum: ignarus. ¶ Pedestre prelium fuit insigne: paucis in prima acie pugnantibus Romanis: Turinis expectantibus magis: q̄m adiuuantibus euentum. ¶ Et Carthaginensium acies de industria pedem referebat: ut ad terga collis: ab equite suo insessi: hostem incautum pertraheret. ¶ Quo ubi uentum est: coorti cum clamore equites propere inconditam Turinorum turbam: nec satis fido animo: unde pugnabat: stantem: extemplo in fugam auerterunt. ¶ Romani: quanq̄ circumuentos hinc pedites: hinc equites urgebant: tamen aliquandiu pugnam traxere. postremo & ipsi terga uertunt: atq; ad urbem fugiunt. ¶ Ibi proditores conglobati: cum popularium agmen patentibus portis accepissent: ibi Romanos fusos ad urbem ferri uiderunt: conclamant: instare Poenum: permixtosq; hostes urbem inuasuros: ni propere portas claudant. Ita exclusos Romanos prebuere hosti ad cedem. ¶ Attinius tamē cum paucis receptus. ¶ Seditio inde paulisp̄ tenuit: cum alii urbem tuendam inde alii cedendum fortune: & tradendam urbem uictoribus: recenserent. Ceterum: ut plerunq;: fortuna & consilia mala uicerunt. Attinio cum suis ad mare: ac naues deducto: magis: quia ipsi ob imperium inse mite ac iustum: consultum nolebant: q̄ respectu Romanorum: Carthaginenses in urbē accipiunt. ¶ Consules a Beneuento: in Campanum agrum legiones ducunt: non ad frumenta modo que iam in hybernis erant: corrumpenda: sed ad Capuam oppugnandam. nobilem se Consulatum: tam opulente urbis excidio: rati facturos. simul & ingens flagitiū imperio dempturos: ꝙ urbi tam propinque tertium annum impunita defectio esset. ¶ Ceterum ne Beneuentum sine presidio esset: & ut ad subita belli: si Annibal: quod facturum haud dubitabant: ad opem ferendam sotiis Capuā uenisset: eqtes eius sustinere possent. T. Gracchū ex Lucanis cum equitatu: ac leui armatura: Beneuentum uenire iubent. legionibus: statiuisq; ad obtinendas

P. Cornelius Pretor classe frumenti aduectos ... in arce Tarentina obsessos ...

Metapontini et Turini ad penos deficiunt.

Consules ad obsidendam capuam ...

res in Lucanis: aliquẽ preficeret. ¶ Graccho priusq̃ ex Lucanis moueret: sacrificãti:
Triste prodigium factum est. ad exta: sacrifitio perpetrato: angues duo ex occul/
to allapsi: edere iecur. conspectiq;: ex oculis repente obierunt. ¶ Id cum Aruspicũ
monitu: sacrifitium instauraretur: atq; intentius exta reserata seruarentur: iterũ:
ac tertio uenisse tradunt: libatoq; iocinere intactos angues abisse. ¶ Cum Aruspi/
ces ad Imperatorem id pertinere prodigium premonuissent: & ab occultis cauendũ
hominibus: consiliisq;. nulla tamen prouidentia fatum imminens moueri potuit.
¶ Flauius Lucanus fuit caput partis eius Lucanorum: cuius pars ad Annibalem
defecisset: qui cum Romanis stabat: & iam anno in Magistratu erat: ab eisdem illis
creatus Pretor. is mutata repente uoluntate: locum gratie apud Poenum querens:
neq; transire ipse: neq; trahere ad defectionem Lucanos satis habuit: nisi Impera/
toris: & eiusdem hospitis: proditi capite: ac sanguine fedus cum hostibus sanxisset. ad
Magonem qui in Brutiis preerat: clam in colloquium uenit. fideq; ab eo accepta: si
Romanum is Imperatorem tradidisset: liberos cum suis legibus uenturos in amici/
ciam Lucanos: deducit Penum: in locum pacis Gracchum adducturus. ¶ Magonẽ
ibi equites: peditesq; armare: & capere eas latebras: ubi ingẽtem numerũ occuleret:
iubet. ¶ Loco satis inspecto: atq; undiq; explorato: dies composita rei gerende est.
¶ Flauius ad Romanum Imperatorem uenit. ¶ Rem se ait magnam inchoasse: ad
quam perficiendam ipsius Gracchi opera opus esset: omnium populorum Pretori/
bus: qui ad Poenum in illo communi Italie motu descissent: persuasisse: ut redirent
in amiciciam Romanorum: quando res quoq; Romana: que prope exitium clade
Cannensi uenisset: in dies melior: atq; auctior fieret. Annibalis uis senesceret. ac p/
pe ad nihilum uenisset. ueteri delicto haud implacabiles fore Romanos. nullã unq̃
gentem magis exorabilem: promptioremq; uenie dande fuisse: quotiens rebellioni
etiam maiorum ignotum suorum? hec abse sint dicta. ¶ Ceterum ab ipso Gracchho
eadem hec audire malle eos: presentisq; contingere dexteram. Id pignus fidei secum
ferre. locum se consiliis edixisse a cõspectu amotum: haud procul a castris Roma/
nis. ibi paucis uerbis transigi rem posse: ut omne nomẽ Lucanũ in fide ac Sotietate
Romana sit. ¶ Gracchus fraudem: & sermoni: & rei: abesse credens: ac similitudine
ueri captus: cum lictoribus: ac turba equitum e castris profectus: duce hospite in
insidias precipitatus. ¶ Hostes subito exorti: &: ne dubia proditio esset: Flauius sis se
adiungit. ¶ Tela undiq; in Gracchũ atq; equites coniiciuntur. ¶ Gracchus ex equo
desilit. idem ceteros facere iubet. hortaturq; ut quod unum reliquum fortuna fece/
rit: id ostenderent uirtute. reliquum autem quid esset: paucis a multitudine: in ualle:
silua: montibusq;: septa circunuentis: preter mortem? id referre: utrum presenti cor/
pore pecorum modo inulti trucidentur: an toto animo a patiendo expectãdoq;
euentu in impetum: atq; iram uerso: agentes: audentesq;: perfusi hostium cruore:
inter expirantium inimicorum cumulata. armaq;: & corpora: caderent. ¶ Lucanũ
proditorem: ac transfugam: omnes peterent. ¶ Qui eam uictimam pre se ad infe/
ros misisset eum decus eximium: egregiumq; solatium sue morti inuenturũ. ¶ Inter
hec dicta: paludamento circum leuum brachium intorto: nam nec scuta quidem
secum extulerant: in hostes impetum fecit. ¶ Maior q̃ pro numero hominũ editur
pugna. ¶ Iaculis maxime aperta corpora Romanorũ: & cum undiq; de altioribus
locis in cauam uallem coniectus esset: transfiguntur. ¶ Gracchũ iam nudatum pre/
sidio: uiuum capere Poeni nituntur. ¶ Ceterum ille conspicatus Lucanum hospitẽ
inter hostes: adeo infestus inuasit: ut parci ei: sine multorum pernitie non posset.

¶ Exanimem eum Mago extemplo ad Annibalem misit: poniq; cum captis simul fascibus ante tribunal Imperatoris iussit. ¶ Hec fera fama est. ¶ Gracchus in Lu/ canis ad campos: qui ueteres uocantur: periit. ¶ Sunt q in agro Beneuentano: ppe Calorem fluuium ostendant. a castris cum lictoribus: ac tribus seruis lauandi causa progressum. Cum forte inter salicta innata ripis: laterent hostes nudum atq; in/ ermem. saxisq; que uoluit amnis: propugnantem: interfectum. ¶ Sunt q Aruspicū monitu: quingētos passus a castris progressum: uti loco puro: ea que ante dicta prodigia sunt: procuraret: ab insidentibus forte locum duabus turmis Numidarū circunuentum: scribāt. adeo nec locus nec ratio mortis in uiro tam claro & insigni constat. ¶ Funeris quoq; Gracchi uaria fama est: alii in castris Romanis sepultum a suis. ¶ Alii ab Annibale: & ea uulgatior fama est: tradunt in uestibulo Punicorū castrorum rogum extructum esse. armatum exercitum decurrisse: cum tripudiis Hispanorum: motibusq; armorum: & corporum: sue cuiq; genti adsuetis: ipso An/ nibale omni rerum uerborumq; honore exequias celebrante. ¶ Hec tradunt qui in Lucanis rei geste autores sunt. ¶ Si illis: qui ad Calorem fluuium interfectum me/ morant: credere uelis: capitis tantum Gracchi hostes potiti sūt. ¶ Eo delato ad An/ nibalem: missus ab eo confestim Carthalo qui in castra Romana: ad. Cn. Corneliū Questorem deferret. is funus Imperatoris in castris: celebrantibus cum exercitu Beneuentanis: fecit. ¶ Cōsules agrum Campanum ingressi: cum passim popularēt: eruptione oppidanorum: & Magonis: cum equitatu: territi: ac trepidi: ad signa milites palatos passim: reuocarūt. & uix dum instructa acie fusi: supra mille & qn/ gentos milites amiserunt. ¶ Inde ingens ferocia superbe suopte ingenio creuit gēti multisq; preliis lacessebant Romanos. sed intentiores ad cauendum Consules una pugna fecerat: ĩcaute atq; incōsulte inita. Restituit iis aĩmos: & illis minuit. Audaciā: parua una res. Sed in bello nihil tam leue est: quod non magne interdum rei mo/ mentum faciat. T. Quintio Crispino: Badius Campanus hospes erat: pfamiliari hospitio iunctus. Creuerat consuetudo: q eger Rome apud Crispinum Badius: ante defectionem Campanam: liberaliter comiterq; curatus fuerat. ¶ Tum Badius progressus ante stationes: que pro porta stabāt: uocari Crispinum iussit. Quod ubi est Crispino nuntiatum: ratus colloquium amicum: ac familiare queri: manente memoria etiam in dissidio publicorum federum: priuati iuris: paulum a ceteris pro/ cessit. ¶ Postq̃m in conspectum uenere. ¶ Prouoco te inquit ad pugnam Crispine Badius. conscendamus equos: submotisq; aliis: uter bello melior sit: decernamus. ¶ Ad ea Crispinus: nec sibi: nec ulli ait hostes deesse: in quibus uirtutem ostendant. se abeo etiam si in acie occurrat: declinaturū: ne hospitali cede dextram uiolet. cōuersusq; abibat. ¶ Enimuero ferotius tum Campanus increpare molliciem: ignauiamq; : & se digna probra in insontem iacere hospitalem. hostem appellans: simulantemq; par/ cere cui sciat parem se non esse. si parum publicis federibus ruptis: dirempta simul & priuata iura esse putet: Badium Campanum. T. Quintio Crispino Romano: palā omnibus: duobus exercitibus audientibus: renuntiare hospitium. nihil sibi cum eo consotiatum: nihil federatum hospiti cum hoste: cuius patriam ac penates publicos. priuatosq; oppugnatum uenisset. Si uir esset: congrederetur. ¶ Diu contantē Cris/ pinum perpulere turmales ne impune insultare Campanū pateretur. ¶ Itaq; tātū moratus: dum Imperatores consuleret: permitterent ne sibi extra ordinem in pro/ uocātem hostem pugnare: permissu eorum: arma cepit. equūq; conscendit. & Badiū nomine compellans: ad pugnam euocauit. ¶ Nulla mora a Campano facta est:

infestis equis concurrere. ¶ Crispinus supra scutum sinistrum humerum Badio hasta
transfixit. super quem delapsum cum uulnere: ex equo desilit: ut pedes iacentem
conficeret. ¶ Badius prius q̃ opprimeretur: parma atq; equo relicto: ad suos aufu/
git. ¶ Crispinus equum armaq; capta. & cruentam cuspidem insignis spoliis ostẽtans:
cum magna laude & gratulatione militum ad Consules est deductus. laudatusq; ibi
magnifice. & donis donatus. ¶ Annibal ex agro Beneuentano castra ad Capuã
cum mouisset: tertio post die: q̃m uenit: copias in aciem eduxit: haud quaq̃ dubius:
q Campanis absente: se paucos ante dies secunda fuisset pugna: quin multo minus
se suumq; totiens uictorem exercitum sustinere Romani possent: ceterum postq̃m
pugnari ceptum est: equitum maxime in cursu: cum iaculis obrueretur: laborabat
Romana acies. donec signum equitibus datum est: ut in hostem admitterẽt equos.
Itaq; equestre prelium erat: cum procul uisus Sẽpronianus exercitus: cui. Cn. Cor/
nelius preerat: utriq; parti: parem metum prebuit: ne hostes noui aduentarent.
Velut ex composito utrinq; signũ receptui datum. reductiq; in castra: prope equo
marte discesserunt. ¶ Plures tamen a Romanis primo in cursu equitum ceciderunt.
¶ Inde Consules ut auerterent Capua Annibalem nocte que sequuta est. diuersi
Fuluius in agrum Cumanum: Claudius in Lucãos abiit. ¶ Postero die cum uacua
castra Romanorũ nuntiatum Annibali esset: & duobus agminibus diuersos abiisse:
incertus primo utrum sequeretur: Appium instituit sequi. Ille circunducto hoste
qua uoluit: alio itinere ad Capuam rediit. ¶ Annibali alia in iis locis benegerende
rei fortuna oblata est. M. Centenius cui fuit cognomen Penula: insignis inter
primi pili Centuriones: & magnitudine corporis: & animi. Is perfunctus militia per
P. Cornelium Suillam Pretorem in Senatum introductus: petit a Patribus: uti sibi
quinq; milia militum darentur: se peritum & hostis: & regionum: breui opere p̃ciũ
facturum. & quibus artibus: ad id locorum: nostri & duces & exercitus capti forẽt:
iis aduersus inuentorem usurum. ¶ Id non promissum magis stolide: q̃ stolide cre/
ditum: tanquã eedem militares: & imperatorie: artes essent. ¶ Data pro quinq; octo
milia militum: pars dimidia ciues: pars socii. & ipse aliquantum uoluntariorũ itinere
in agris consciuit. ac prope dupplicato exercitu: in Lucanos peruenit. ubi Annibal
nequicq̃ sequutus Claudiũ substiterat. ¶ Haud dubia res est. quippe inter Anniba/
lem Ducem: & Centurionem: exercitusq;: alterum uincendo ueteranum: alterum
nouum totum: & magna ex parte etiã tumultuariũ: ac semiermem. ¶ Ut cõspecta
inter se agmina sunt: & neutra pars detractauit pugnam: extemplo instructe acies:
pugnatum tamen ut in nulla pari re: duas amplius horas: concitata. etiam donec
Dux stetisset Romana acie. Postq̃ is: non pro uetere fama solum: sed etiam metu
futuri dedecoris: si sua temeritate contracte cladi superesset: obiectans se hostium
telis decidit: fusa extemplo est Romana acies. sed adeo ne fuge quidem iter patuit:
omnibus uiis ab equite insessis: ut ex tanta multitudine uix decem euaserint. ceteri
passim: alii alia peste absumpti sunt. ¶ Capua a Consulibus iterum summa ui obsi/
deri cepta est. queq; in eam rem opus erant: comportabantur. parabanturq;. ¶ Ca/
silinum frumentum conuectum. ad Vulturni ostium: ubi nunc urbs est: castellum
communitum. Ante Fabius Maximus muniera: presidium impositum. ut & mare
proximum & flumen in potestate essent. ¶ In ea duo maritima castella. frumentum
quod ex Sardania nuper missum erat: quodq; Minutius Pretor ex Etruria coe/
merat: ab Ostia conuectum est: ut exercitui per hyemem copia esset. Ceterum sup
eam cladẽ que in Lucãis accepta erat: Volonũ quoq; exercitus: qui uiuo Graccho

Pugnat cũ Annibale et equo marte discedit ad capuam

P. Cornelius Suilla cũ viij. militũ ab Annibale obtrũcatur

Obsidetur capua

Volonũ exercitus post mortem Gracchi absignis excessit

summa fide stipendia fecerat: uelut exauctoratus morte ducis: ab signis discessit. Annibal nō Capuam neglectam: neq; in tanto discrimine desertos uolebat Socios. sed pspero: ex temeritate unius Romāi Ducis: successu in alterius Ducis exercitusq; opp̄mendi: occasionem imminebat. ¶ Cn. Fuluiū Pretorē Apuli Legati nunciabāt: p̄mo dū urbes q̄sdā Apulo℞: que ad Annibalē desciuissent: oppugnaret: intentius egisse. postea nimio successu: & ipsum: & milites preda impletos: in tantam licentiam socordiāq; effusos: ut nulla disciplina militie esset. ¶ Cum sepe alias tum paucis diebus ante expertus: qualis sub inscio duce exercitus esset: in Apuliam castra mouit. ¶ Circa Herdoneam Romane legiones: & Pretor Fuluius erant. Quo ubi allatū est: hostes aduentare: prope est factum ut iniussu Pretoris: signis conuulsis: in aciē exirent. nec res ulla magis tenuit: q̄ spes haud dubia: suo arbitrio: ubi uellent: acturos. ¶ Nocte sequenti Annibal: cum tumultuatū in castris: & plerosq; ferociter: signum ut daret: institisse duci: ad arma uocātis sciret: haud dubius prospere pugne occasionem dari: tria milia expeditorum militum in uillis circa uepribusq; & siluis disponit: qui signo dato simul omnes e latebris exilirent. ¶ Et Magonē duo ferme milia equitum: qua fugam inclinaturam credebat: omnia itinera insidere iubet. his nocte preparatis prima luce in aciem copias educit. Nec Fuluius est contatus: non tam sua ulla spe: q̄ militum impetu fortuito tractus. Itaq; eadem temeritate: qua processum in aciem est: instruitur ipsa acies: ad libidinem militum forte percurrē/tium: consistentiumq;: quo loco ipsorum tulisset animus. Deinde per libidinem: aut metum deserentium locum. ¶ Prima legio: & sinistra ala primo instructe. & in longitudinem porrecte acies: clamantibus Tribunis nihil introrsus uirium: ac roboris esse. & quacunq; impetum fecissent: hostes perrupturos. ¶ Nihil quod salutare esset: non modo ad animum sed ne ad aures quidem admittebāt. ¶ Et Annibal quidem haudquaq̄ simili exercitu: neq; ita extructo aderat. ergo ne clamorem qdē atq; impetum Romani sustinuere. ¶ Dux stulticia & temeritate Centenio par: animo nequaquā comparandus: ubi rem inclinatam: ac trepidantes suos uidit equo arrepto: cum ducentis ferme equitibus effugit. ¶ Cetera a fronte pulsa: a tergo atq; alis circumuenta acies: eo usq; cesa: ut ex duobus de uiginti milibus hominum: duo milia: haud amplius: euaserint. castris hostes potiti sunt. ¶ He clades: alia super aliā Romam cum essent nūtiate: ingens quidem: & luctus: & pauor: ciuitatem cepit. sed tamen quia Consules: ubi summa rerum esset: ad id locorum prospere gererent: minus his cladibus commouebantur. ¶ Legatos ad Consules mittunt. C. Lectorium. M. Metilium: qui nuntiarent: ut reliquias duorum exercituum cum cura colligerent. darentq; operam: ne per metum: ac desperationem: hosti se dederent. ¶ Id quod post Cannensem accidisset cladem. ¶ Et ut desertores de exercitu Volonum conquirerent. ¶ Idem negotii. P. Cornelio datum: cui & delectus mandatus erat. Isq; per Fora: Cōciliabulaq; edixit: ut cōquisitio Volonum fieret. iiq; ad signa reducerent. ¶ Hec omnia intentissima cura acta. Ap Claudius Consul. D. Iunio ad ostium Vulturni. M. Aurelio Cotta: Puteolis preposito: q ut queq; naues ex Etruria ac Sardinia accessissent: extemplo in castra mitterent frumētum: ipse ad Capuam regressus. Q. Fuluium Collegam inuenit in Casilino: omnia importātem: molientē ad oppugnādam Capuam. ¶ Tum ambo circūsederunt urbem. ¶ Et Claudiū Neronem Pretorē a Suessula. ex Claudianis castris exciuerunt. ¶ Is quoq; modico ibi presidio. ad tenendum locum: relicto: ceteris cū omnibus copiis ad Capuā descēdit. ¶ Ita tria Pretoria circa Capuā erecta. tres exercitus: diuersis partibus: opus agressi:

fossa ualloq; circundare urbẽ parant. Et castella excitant modicis interuallis. Multisq; locis simul: cum ꝓhibentibus opera Campanis eo euentu pugnant: ut pos/tremo portis: muroq; se contineret Campanus. Prius tamen: q̃ hec continuarent opera: Legati ad Annibalem missi: qui quererentur: desertam ab eo Capuam: ac ꝑ/pe redditam Romanis. obtestarenturq; : ut tunc saltem opem non circunsessis mõ: sed etiam circunuallatis: ferret. Consulibus littere a. P. Cornelio Pretore misse: ut prius q̃ clauderent Capuam operibus: potestatem Campanis facerent: ut qui eorũ uellent: exirent ab Capua. suasq; res secum auferrent. Liberos fore: suaq; omnia habituros: qui ante idus martias exissent. Post eam diem: quiq; exissent: quiq; ibi mansissent: hostium futuros numero. Ea pronuntiata Campanis. atq; ita spreta: ut ultro minarentur. dicerentq; contumelias. Annibal ab Herdonia Tarentum duxerat legiones: spe: aut ui: aut dolo: artis Tarentine potiunde. quod: ubi parum processit: ad Brundusium flexit iter: prodi id oppidum ratus. ibi quoq; cum frustra tereretur tempus: Legati Campani ad eum uenerunt: querentes simul orantesq;. Quibus Annibal magnifice respondit: & antea soluisse obsidionem: & nunc aduen/tum suum Consules non laturos. Cum hac spe dimissi Legati: uix regredi Capuã iam duplici fossa ualloq; cinctam: potuerunt. Cum maxime Capua circunual/leretur: Syracusarum quoq; oppugnatio ad finem uenit: preter quã ui: ac uirtute ducis exercitusq; : intestina etiam proditione adiutã. Nanq; Marcellus initio ueris incertus: utrum Agrigentum ad Himilconem & Hippocratem uerteret bellum: an obsidione Syracusas premeret: quanq̃ nec ui capi uidebat posse inexpugnabilem terrestri: ac maritimo situ Urbem. nec fame: quam prope liberi ab Carthagine commeatus alerent: tamen nequid inexpertũ relinqueret: transfugas Syracusanos: erant autem apud Romanos aliqui nobilissimi uiri: inter defectionem ab Romãis: quia ab nouis consilius abhorrebãt: pulsi: colloquiis sue partis temptare animos ho/minum iussit. & fidem dare: si tradite forent Syracuse liberos eos: ac suis legibus uic/turos esse. Non erat colloquii copia: quia multorum animi suspecti: omniũ curã: oculosq; conuerterant: ne quid falleret tale admissum. Seruus unus exsulum: pro transfuga intromissus: in urbem: conuentis paucis: initiũ colloquendi de tali re fecit. Deinde in piscatoria quadam naue: retibus operti: circunuectiq; ita ad castra Ro/mana: collocutiq; cum transfugis: & idẽ sepius eodem modo alii: atq; alii: postremo ad octoginta facti: & cum iam composita omnia ad proditiõem essent: inditio de/lato ad Epicidem: per Attalum quendam indignantem sibi rem creditam non eẽ: necati omnes: & cõcruciati sunt. Alia subinde spes: postq̃ hec uana euaserat: exce/pit. Damnippus quidam Lacedemonius: missus ab Syracusis ad Philippum Regẽ: captus ab Romanis nauibus erat. Huius utiq; redimẽdi: & Epicidi cura erat ingẽs. Nec abnuit Marcellus iam tum Etolorum: cuius gentis Socii Lacedemonii erant: amiciciam affectãtibus Romanis. Ad colloquium de redemptione eius missis: me/dius maxime: atq; utrisq; opportunus locus ad portã Trogillorum: propter turrim quam uocant Galeagram est uisus. Quo cum sepius commearent: unus ex Ro/manis ex propinquo murum contemplatus: numerando lapides estimandoq; ipse secum: qui in fronte paterẽt: simul altitudinem muri: quantũ proxime coniectura poterat: permensus: humilioremq; aliquanto pristina opinione sua: & ceterorum omnium ratus esse: & uel mediocribus scalis superabilem: ad Marcellum rẽ defert. Haud spernẽda res uisa. sed cũ adiri locus: qui ob id ipsum intentius custodiebatᷓ: non posset: occasio querebatur: quam obtulit transfuga: nuntians diem festum

Contemnunt campani consulis conditiones oblatas: circumuallatisq; fossa ope ab An. petunt

SYRACUSANA OBSIDIO

Proditio a ro. frustra tentata

Diane per triduũ agi. & quia alia in obsidione desint: uino largius epulas celebrari. & ab Epicide prebito uniuerse Plebi: & per Tribus ab Principibus diuiso. ¶ Id ubi accepit Marcellus: cum paucis Tribunorum militum colloquutus: electisq; per eos ad rem tantam agendam: audendamq; idoneis Centurionibus militibusq;. & scalis in occulto comparatis: ceteris signum dari iubet: ut mature corpora curarent. quietiq; darent. Nocte in expeditionem eundum esse. inde ubi id temporis uisum: quo die epulatis iam uinoq; satiatis: principiumq; somni esset: signi unius milites ferre scalas iussit. & ad mille ferme milites armati tenui agmine per silẽtium eo deducti. ¶ Ubi sine strepitu: ac tumultu primi euaserunt in murum: sequuti ordine alii: cum priorum audacia dubiis etiam aĩmum faceret: iam mille armatorum ceperant partem. cum cetere admote: pluribusq; scalis in murum euadebãt. signo ab Hexapylo dato. quo: per ingentem solitudinem erat peruentum: quia magna pars in turribus epulati: aut sopiti uino erant: aut semigraues potabant: paucos tamen eorum impressos in cubilibus interfecerunt. ¶ Prope Hexapylon est portula: ea magna ui refringi cepta. Et e muro ex composito tuba datum signum erat. & iam undiq; non furtim: sed ui aperte gerebatur res: quippe ad Epipolas frequentem custodiis locum peruentum erat. terrendiq; magis hostes erant: q̃m fallendi: sicut territi sunt. Nam simul ac tubarum est auditus cantus: clamorq; tenentium muros: partemq; urbis: omnia teneri custodes rati. alii per murum fugere: alii salire de muro: precipitariq; turba pauentium. ¶ Magna pars tamen ignara tanti mali erat. & grauatis omnibus somno uinoq;: & inuaste magnitudinis urbe partium sensu non satis pertinente in omnia. ¶ Sub luce Hexapylo effracto Marcellus omnibus copiis urbẽ ingressus excitauit: conuertitq; omnes ad arma capienda: opemq;: siquam possent: iam capte prope urbi ferendam. ¶ Epicides ab insula: quam ipsi Nason uocant: citato profectus agmine: haud dubius quin paucos per negligentiã custodum transgressos murũ expulsurus foret: occurrentibus pauidis: tumultũ augere eos dictitãs: & maiora ac terribiliora afferre: postq̃m conspexit omnia certa: Epipolas armis completas: lacessito tantum hoste paucis missilibus: retro in Acradinam agmen cõuertit: non tam uim multitudinemq; hostium metuens: q̃ nequa intestina fraus ꝑ occasionem oriretur. clausasq; inter tumultum Acradine: atq; insule inueniret portas. ¶ Marcellus ut menia ingressus ex superioribus locis: urbem ferme omnium illa tempestate pulcherrimam: subiectam oculis uidit: illacbrymasse partim gaudio dicitur: tante perpetrate rei. partim uetusta gloria urbis. ¶ Athenienium classes demerse: & duo ingentes exercitus cum duobus clarissimis Ducibus deleti occurrebant. & tot bella cum Carthaginensibus: tanto cum discrimine gesta. tot ac tam opulẽti Tyranni: Regesq;. preter ceteros Hiero: tum recentissime memorie Rex: tũ ante omnia que uirtus ei: fortunaq; sua dederat: beneficiis in Populum Romanũ insignis. ea cum uniuersa occurrerent animo: subiretq; cogitatio: iam illa momento hore arsura omnia: & ad cineres reditura: prius q̃ signa Acradine admoueret: premittit Syracusanos: qui inter presidia Romana: ut ante dictum est: fuerant: ut alloquio leui perlicerent hostes ad dedendam urbem. ¶ Tenebant Acradine portas: murosq;: transfuge maxime: quibus nulla erat per conditiones uenie spes. ¶ Ii nec adire muros: nec alloqui quenq̃ passi. ¶ Itaq; Marcellus postq̃m inceptum irritum fuit: ad Euryalum signa referri iussit. ¶ Tumulus est in extrema parte urbis uersus a mari: uieq; imminens ferenti in agros: mediterraneaq;: insule percommodus: ad commeatus excipiendos. ¶ Preerat huic arci Philodemus argiuus ab Epicide impositus: ad

In festo diane Syracusanis gule indulgentib(us) Ro. noctu scalis in muru(m) euadunt.

Res apud Syracusas antiquis temporibus gestae: ob quae Marcellus illacrymauit.

quem missus a Marcello Sosis: unus ex interfectoribus Tyranni: cum lōgo sermōe habito: dilatus per frustrationē esset: retulit Marcello: tempus eum ad deliberandū sumpsisse. cum is diem de die differret: dum Hippocrates atq; Himilco admouerent castra legionesq;: haud dubius si in arcem accepisset eos: delere Romanum exercitum inclusum muris posse. Marcellus ut Euryalum neq; tradi: neq; capi uidit posse: inter Neapolin. & Thicam: nomina partium urbis: & instar urbium sunt: posuit castra. timens ne si frequentia intrasset loca: contineri a discursu miles auidus prede non posset. Legati eo ab Thica: & Neapoli cum infulis & uelamentis uenerunt precantes: ut a cedibus & ab incendiis parceretur. De quorum precibus: q̄ postulatis: magis: consilio habito: Marcellus ex omnium sententia militibus edixit: neqs liberum corpus uiolaret. Cetera prede futura. Castraq; pro muro tectis parietum septa. Portis regione platearum patentibus: stationes: presidiaq; disposuit: ne quis in discursu militum impetus in castra fieri posset. Inde signo dato: milites discurrere refractisq; foribus: cum omnia terrore ac tumultu streperent: a cedibus tamē temperatum est. Rapinis nullus ante modus fuit: q̄ omia diuturna felicitate cumulata bona egessere. Inter hec & Philodemus: cum spes auxilii nulla esset: fide accepta: ut inuiolatus ad Epicidem rediret: reducto presidio tradidit Tumulum Romanis. Auersis omnibus ad tumultum ex parte capte urbis: Bomilcar noctem eam nactus: qua propter uim tempestatis stare ad anchoram in salo Romana classis non posset: cum trigintaquinq; nauibus e portu Syracusano profectus: libero mari: uela in altum dedit. quinq; & quinquaginta nauibus Epicide & Syracusis relictis: edoctisq; Carthaginēsibus: in quanto res Syracusana discrimine esset: cū. c. nauibus post paucos dies redit. multis ut fama est donis ex Hieronis gaza ab Epicide donatus. Marcellus Euryalo recepto: presidioq; addito: una cura erat liber: nequa a tergo uis hostium in arcem accepta: inclusos: impeditosq; menibus suos turbaret. Acradinam inde ternis castris per idonea dispositis loca: spe ad inopiam omnium rerum inclusos redacturum se circunsedit. Cum per aliquot dies quiete stationes utrinq; fuissent: repente aduentus Hippocratis: & Himilconis: ut ultro undiq; oppugnarentur Romani: fecit. Nam & Hippocrates castris ad magnum portum communitis: signoq; iis dato: qui Acradinam tenebant: castra uetera Romanorum adortus est: quibus Crispinus preerat. Et Epicides eruptionem in stationes Marcelli fecit. & classis punica littori: quod inter urbem & castra Romana erat: appulsa est: nequid presidii Crispino submitti a Marcello posset. tumultum tamen maiorē hostes prebuerunt: q̄ certamen. Nam & Crispinus Hippocratem non repulit tantum a munimētis: sed insequutus etiam est trepide fugientem. Et Epicidem Marcellus compulit in urbem. Satisq; iam etiam in posterum uidebatur prouisum: ne quid ab repentinis eorum incursionibus periculi foret. Accessit: & pestilentia: cōmune malum: quod facile utrorunq; animos auerteret a belli consiliis. Nam tempe autumni: & locis natura grauibus: multo tamen magis extra urbem: q̄m in urbe intoleranda uis estus: per utraq; castra omniū ferme corpora mouit. & p̄mo temporis ac loci uitio & egri erant: & moriebantur: postea curatio ipsa: & contactus egrorum: uulgabat morbos: ut aut neglecti: desertiq;: qui incidissent: morerentur: aut assidētis curantisq; eadem uis morbi repletos secum traheret. quottidianaq; funera: & mors: ob omnium oculos esset. & undiq; dies noctesq; ploratus audirentur. Postremo ita assuetudine mali efferauerant animos: ut nō modo lachrymis iustoq; cōploratu prosequerentur mortuuos: sed ne efferrent quidem: aut sepelirent. iacerentq; strata

examinata corpora in conspectu: similem quoq; mortem expectantium. mortuiq;
egros: egri ualidos: tum metu: tum tabe: ac pestifero ardore corporum conficerent.
& ut ferro potius morerentur: quidam inuadebant soli hostium stationes. ¶ Multo
tamen maior uis pestis Penorum castra: q̃ Romana: diu circunsedendo Syracusas
cede aquisq; affecerat. magis ex hostium exercitu. ¶ Siculi ut primum uidere: ex
grauitate loci uulgari morbos: in suas qsq; propinquas urbes dilapsi sunt. ¶ At Car/
thaginẽses: quibus nus q̃ receptus erat: cum ipsis Ducibus Hippocrate: atq; Himil/
cone ad inter netionem omnes perierunt. ¶ Marcellus: ut tanta uis ingruebat mali:
adduxerat in urbem suos. infirmaq; corpora: tecta & umbre recreauerant. ¶ Multi
tamen ex Romano exercitu eadem peste absumpti sunt. ¶ Deleto terrestri: puni/
coq; exercitu: Siculi qui Hippocratis milites fuerant: haud magna oppida: ceterum
& situ & munimentis tuta: tria milia alterum ab Syracusis: alterum quindecim ab
ostio: & commeatus a ciuitatibus suis comportabant. & auxilia accersebãt. ¶ Interea
Bomilcar iterum cum classe profectus Carthaginem ita exposita fortuna sociorum:
ut spem faceret: non ipsis modo salutarem opem ferri posse: sed Romanos quoq;
in capta quodammodo urbe capi: perpulit ut onerarias naues q̃plurimas om̃i copia
rerum secum onustas mitterent. classemq; suam augerent. ¶ Igitur centum triginta
nauibus longis & septingentis onerariis profectus a Carthagine: satis prosperos
euentus ad traiciendum in Siciliam habuit. sed iidem uenti superare eum Pachynũ
prohibebant. ¶ Bomilcaris aduẽtus fama primo: deinde preter spem mora cũ gaudiũ
& metum inuicem Romanis: Syracusanisq; prebuisset: Epicides metuens: ne si per/
gerent iidem: q tum tenebant: ab ortu solis flare per dies plures uenti: classis Punica
Africam repeteret: tradita Acradina mercennariorum militum Ducibus: ad Bomil/
carem nauigat: classem in statiõe uersam. in Africam habẽtem: atq; timentẽ nauale
prelium. non tam ꝙ impar uiribus: aut numero nauium esset: quippe etiam plures
habebat: q̃ ꝙ uenti aptiores. Romane: q̃ sue classi flarent: perpulit tandem ut for/
tunam naualis certaminis experiri uellet. ¶ Et Marcellus cum Siculum exercitũ
ex tota insula conciri uideret: & cum ingenti cõmeatu classem Punicam aduẽtare:
ne simul terra: mariq; inclusus urbe hostium urgeretur: quanq̃ impar numero na/
uium erat: prohibere aditu Syracusarum Bomilcarem cõstituit. ¶ Due classes infeste
circa promontorium Pachynum stabant: ubi primum tranquillitas maris in altum
euexisset: concursure. ¶ Itaq; cadente iam euro: qui per dies aliquot seuierat: prior
Bomilcar mouit. cuius prima classis petere altum uisa est: quo facilius superaret ꝓ/
montorium. ¶ Ceterum postq̃m tendere ad se Romanas naues uidit: incertum qua
subita territus re: Bomilcar uela in altum dedit. missisq; nuntiis Heracleã: qui one/
rarias naues retro in Africam repetere iuberent: ipse Siciliam preteruectus: Tarẽtũ
petit. ¶ Epicides tanta repente destitutus spe: ne obsidione magna ex parte capta
urbe rediret: Agrigentum nauigat: expectaturus magis euentum: q̃ inde quicquã
moturus. ¶ Que ubi in castra Siculorum sunt nuntiata: Epicidem Syracusis exces/
sisse: a Carthaginensibus relictam insulam: & ꝓpe iterum Romanis traditã: legatos
de conditionibus dedende urbis: explorata prius per colloquia uoluntate eorum:
qui obsidebantur: ad Marcellum mittunt. ¶ Cum haud discreparet: quin que ubiq;
Regum fuissent: Romanorum essent: Siculis cetera cum libertate: ac legibus suis
seruarentur: euocatis ad colloquium iis: quibus ab Epicide credita res erat: missos se
simul ad Marcellum: simul ab eo ad exercitum Siculorum aiunt: ut una omnium:
qui obsiderentur: quiq; extra obsidionem essent: fortuna esset. neue alteri proprie

sibi pacis cerent quicq̃. ¶ Recepti deinde ab iis: ut necessarios hospitesq; alloquerẽt: expositis que pacta iam cum Marcello haberẽt: oblata spe salutis: perpulere eos: ut secum Prefectos Epicidis Polyclytum: & Philistionem & Epicidem: cui Sydon cognomentum est aggrederentur. ¶ Interfectis iis: & multitudine ad contionem conuocata: & inopiam: qua ipsi inter se fremere occulte soliti erant: conquesti: & quanq̃ tot mala urgerent: negarent fortunam accusandam esse: ꝙ in ipsorum esset potestate: quandiu ea paterentur. Romanis causam oppugnandi Syracusas fuisse caritatem Syracusanorum: non odium: nam ut occupatas res ab satellitibus Anni/ balis: deinde Hieronymi Hippocrate atq; Epicide audierint: tum bellum mouisse: & obsidere urbem cepisse: ut crudeles Tyrannos eius: non ut ipsam urbem expug/ narent. Hippocrate uero interempto: Epicide intercluso ab Syracusis: & prefectis eius occisis: Carthaginensibus omni possessione Sicilie terra mariq; pulsis: quam su/ peresse causam Romanis: cur non perinde: ac si Hiero ipse uiueret: unicus Romãe amicicie cultor: Sic incolumes Syracusas ẽẽ uelint? Itaq; nec urbi: nec hominibus aliud periculum: q̃m ab semetipsis esse si occasionem reconciliandi se Romanis non pretermisissent: eam autem qualis illo momẽto hore sit: nullam deinde fore: si simul liberatas ab impotentibus Tyrannis apparuisset. ¶ Omnium ingẽti assensu oratio audita est. ¶ Pretores tamen prius creari: q̃ Legatos nominari placuit. ¶ Ex ipso/ rum deinde Pretorum numero missi Oratores ad Marcellum. Quorum Princeps. Neq; primo inquit Syracusani a uobis defecimus. Sed Hieronymus: nequaquam tam in uos impius: q̃m in nos. nec postea pacem Tyranni cede compositam: Syra/ cusãus quisquã: sed satellites Regii Hippocrates atq; Epicides: oppressis nobis. hinc metu: hinc fraude: turbauerunt. nec quisquã dicere potest: aliquando nobis liber/ tatis tempus fuisse: quod pacis uobiscum non fuerit. Nunc certe: cede eorum: qui oppressas tenebant Syracusas: cum primum nostri arbitrii esse cepimus: extemplo uenimus ad tradenda arma: ad dedendos nos: urbem: menia. nullam recusandam fortunam que imposita a uobis fuerit. ¶ Gloriam capte nobilissime: pulcherrimeq; urbis Grecarum: dii tibi dederunt Marcelle. Quicquid unq̃ terra: mariq; memoran/ dum gessimus: id tui Triũphi titulo accedit. Fame ne credi uelis quanta urbs abs te capta sit: q̃ posteris quoq; eam spectaculo esse: quo quisq; terra: quisq; mari uenerit. nunc nostra de Atheniensibus: Carthaginensibusq; trophea: nunc tua de nobis os/ tendat. incolumesq; Syracusas familie uestre sub clientela nominis Marcellorum: tutelaq; habendas tradas: ne plus apud uos Hieronymi: q̃ Hieronis: memoria mo/ menti faciat. diutius ille multo amicus fuit: q̃m hic hostis. & illius etiam benefacta presensistis: huius amentia ad pernitiem tantum ipsius ualuit. ¶ Omnia & impetra/ bilia: & tuta erant apud Romanos. ¶ Inter ipsos plus periculi: ac belli erat. ¶ Nanq; transfuge tradi se Romanis rati: mercennariorum quoq; auxilia militum in eundẽ compulere metum. arreptisq; armis Pretores primum obtruncant. Inde ad cedem Syracusanorum discurrunt. Quosq; fors obtulit: irati interfecerunt. atq; omnia que in promptu erant diripuere. ¶ Tum: ne sine Ducibus essent: sex Prefectos cre/ auere: ut tantum Acradine: ac Nasso preessent. ¶ Sedato tãdem tumultu: exequẽ/ tibus sciscitando Mercennariis. ¶ Que acta cum Romanis essent: dilucere: id quod erat: cepit: aliam suam: ac perfugarum causam esse: in tempore Legati ab Marcello redierunt. falsa eos suspitione incitatos memorantes: nec causam expetende pene eorum: ullam Romanis esse. ¶ Erat ex tribus Acradine prefectis Hispanus Meri/ cus nomine. ¶ Ad eum inter comites Legatorum de industria unus ex Hispanorũ

verba dicta i(n) contione Syracusana p(ro) deditione facienda

Oro Syracusanorum oratorum ad Marcellum

Mericus hispanus unus ex prefectis Acradine [illegible] Acradina Marcello dat et [illegible] nasso capiunt

auxiliaribus est missus. qui sine arbitris Mericū nactus: primū quo in statu reliqsset Hispaniam: & nuper inde uenerat: exponit. omnia Romanis ibi obtineri armis. posse cum si opere precium faciat: Principem popularium esse: seu militare cū Ro/manis: seu in patriam reuerti libeat. ¶ Contra si malle obsideri pergat: quam spem esse terra: mariq; clauso? ¶ Motus his Mericus cum Legatos ad Marcellum mitti placuisset: fratrem inter eos misit: qui per eundem illum Hispanum secreto ab aliis: ad Marcellum deductus: cum fidem accepisset: composuissetq; agende rei ordinem: Acradinam redit. ¶ Tum Mericus: ut a suspitione proditionis auerteret omnium animos. ¶ Negat sibi placere Legatos: commeare ultro: citroq;. neq; recipiendum quenq̃: neq; mittendum. Et quo intentius custodie seruentur opportuna loca diui/denda Prefectis esse: ut sue qsq; partis tutande reus sit. ¶ Omnes assensi sunt. ¶ Par/tibus diuidendis: ipsi regio euenit ab Arethusa fonte: usq; ad ostium magni portus. id ut scirent Romani: fecit. Itaq; Marcellus nocte nauem onerariam cum armatis remulco quadriremis trahi ad Acradinam iussit. exponiq; milites regione porte que prope fontem Arthetusam est. Hoc cum quarta uigilia factum esset: expositosq; milites porta: ut conuenerat: recepisset Mericus: luce prima Marcellus omnibus copiis menia Acradine aggreditur. ita ut non eos solum: qui Acradinam tenebant in se converteret. Sed ab Nasso etiam agmina armatorum concurrerent: relictis stationibus suis: ad uim: & impetum Romanorum arcendum. In hoc tumultu ac/tuarie naues instructe iam ante: circunuecteq; ad Nassum: armatos exponunt. q improuiso adorti semiplenas stationes: & adapertas fores porte qua paulo ante excurrerant armati: haud magno certamine Nassum cepere desertam trepidatiõe: & fuga custodum. neq; ullis presidii minus: aut pertinatie ad manendum: q̃m trans/fugis fuit: quia ne suis quidē satis credētes se medio certamine effugere. ¶ Marcellus: ut captam esse Nassum didicit & Acradine regionem unam teneri: Mericumq; p̄/sidio suis adiunctum: receptui cecinit: ne regie opes: quarum fama maior: q̃ res erat: diriperentur. ¶ Suppresso impetu militum: & iis: qui in Acradina erant: transfugis: spatium: locusq; fuge datus est. ¶ Syracusani tandem liberi metu: portis Acradine apertis: Oratores ad Marcellum mittunt: nihil petentes aliud: q̃ incolumitatem sibi: liberisq; suis. ¶ Marcellus consilio aduocato: & adhibitis etiam Syracusanis: qui per seditiones pulsi ab domo: intra presidia Romana erant: respondit non plura p an/nos quinquaginta benefacta Hieronis: q̃m paucis his annis malefitia eorum: qui Syracusas tenuerint: erga Populum Romanum esse. ¶ Sed pleraq; eorum: quo de/buerint: recidisse. federumq; ruptorum ipsos abse grauiores multo: q̃m Populus Ro. uoluerit: poenas exegisse. ¶ Se quidem tertiū annum circunsedisse Syracusas: non ne populus reseruatam ciuitatem haberet: sed ne transfugarum duces captam & oppressam tenerent. Quid potuerint Syracusani facere: exemplo uel eos Syracu/sanorum esse: qui intra presidia Romana fuerint: uel Hispanum Ducem Mericū: qui presidium tradiderit: uel ipsorum Syracusanorum postremo serum quidem: sed forte omnium sibi cōsilium laborum periculorumq; circa menia Syracusana terra: mariq; tam diu exhaustorum: nequaquam tantum fructum esse: quod capere Sy/racusas potuisset. ¶ Inde Questor cum presidio ad Nassum: ad accipiēdam pecuniā regiam custodiendamq; missus: diripiendaq; urbs militi data est. custodibus diuisis per domos eorum: qui intra presidia Romana fuerunt. ¶ Cum multa ire: multa in/uidie: auariciеq; feda exempla ederentur: Archimedem memorie proditura est: in tanto tumultu: quantum capte urbis in discursu diripientiū militum ciere poterāt:

GEOMETER

Archimedes intentus formis in puluere [illegible] a [illegible]

intẽtum formis: quas in puluere rescripserat: ab ignaro milite: quis esset: interfectũ.
Egre id Marcellum tulisse. sepultureq; curam habitam: & propinquis etiam in/
quisitis: honori presidioq; nomen eius: ac memoriam fuisse. Hoc maxime modo
Syracuse capte. in quibus prede tantum fuit: quantum uix capta Carthagine tum
fuisset. cum qua uiribus equis certabatur. Paucis ante diebus: q̃ Syracuse caperent.
T. Octacilius cum quinqremibus octuaginta Vticam ab Lilybeo transmisit. &
cum ante lucem portam intrasset: onerarias frumento onustas cepit. egressusq; in
terram: depopulatus est aliquantum agri circa Vticam. predamq; omnis generis
retro ad naues egit. Lilybeum tertio die: q̃m profectus inde erat: cum. c. triginta
onerariis nauibus frumento: predaq; onustis: rediit. Idq; frumentum extemplo Sy/
racusas misit. q ni tam i tempore subuenisset: uictoribus uictisq; pariter perniciosa
fames instabat. Eadem estate in Hispania cum ferme biennio nihil admodum
memorabile factum esset: consiliisq; magis: q̃ armis: bellum gereretur: Romani Im/
peratores: egressi hybernis: copias coniunxerunt. Ibi consilium dicitur aduocatũ:
omnesq; in unum cõgruere sententie: quando ad id locorum id modo actum eẽt:
ut Hasdrubalem tendentem in Italiam retinerent: tempus esse: id iam agi: ut bellũ
in Hispania finiretur. Et satis ad id uirium credebant accessisse: triginta milia Cel/
tiberorum ea hyeme ad arma excitati. Tres exercitus erãt. Hasdrubal Gisgõis
filius: & Mago coniunctis castris: quinq; ferme dierum iter: ab Romanis aberant.
Propior erat Himilconis filius Hasdrubal: uetus in Hispania Imperator ad urbẽ
nomine Anitorgin exercitum habebat. Eum uolebant prius opprimi duces Ro/
mani. & spes erat satis superq; ad id uirium esse. Illa restabat cura: ne fuso eo per/
culsi alter Hasdrubal & Mago: in auios saltus: montesq; recipientes sese bellum
extraherent. Optimum igitur rati diuisis bifariam copiis totius simul Hispanie
amplecti bellum: inter se ita diuiserunt: ut. P. Cornelius duas partes exercitus Ro/
manorum: Sotiorumq; aduersus Magonem duceret: atq; Hasdrubalem. Cn. Cor/
nelius cum tertia parte ueteris exercitus Celtiberis adiunctis: cum Hasdrubale
Barchino bellum gereret. una profecti ambo Duces: exercitusq; Celtiberis pregre/
dientibus: ad urbem Anitorgin in conspectu hostium: dirimente amne: ponunt
castra. Ibi. Cn. Cornelius Scipio: cum quibus ante dictum est copiis: substitit. Et.
P. Scipio ꝓfectus ad destinatã belli partem. Hasdrubal postq̃ animaduertit ex/
iguum Romanum exercitum in castris: & spem omnem in Celtiberorum auxiliis
esse: peritus omnis Barbarice: & precipue omnium gẽtium earum: in quibus per tot
annos militabat: perfidie: facili lingue commercio: cum utraq; castra plena Hispa/
norum essent: per occulta colloquia: paciscitur: magna mercede: cum Celtiberorum
Principibus: ut copias inde adducerent. Nec atrox uisum facinus. non enim: ut in
Romanos uerterent arma: agebat͂. & merces quanta uel pro bello satis esset: dabat͂:
ne bellum gererent. Et cum quies ipsa: tum reditus domum: fructusq; uidendi suos:
suaq;: grata uulgo erant. Itaq; non Ducibus facilius: q̃ multitudini persuasum est.
simul ne metus quidem ab Romanis Ducibus erat. Quippe tam paucis: sibi ne time/
rent. Id quidem cauendum semper Romanis ducibus erit: exemplaq; hec uere ꝓ
documentis habenda: ne ita externis credant auxiliis: ut nõ plus sui roboris: suarũq;
uirium proprie: in castris habeant. Signis repente sublatis: Celtiberi abeunt: nihil
aliud querentibus causam: obtestantibusq; ut manerent Romanis: respondentes: q̃
domestico se auocari bello. Scipio: postq̃ sotii: nec p̃cibus: nec ui retineri poterãt:
nec se: aut parem sine illis hosti esse: aut fratri rursus coniũgi uidit posse: nec ullum

T. Octauius [illegible] frumento in Hispania [illegible] Syracusas [illegible]

CN. ET P. SCIPIONES CONSILIU INEUT [illegible]

CN. Scipio hasdrubalis fraude ab [illegible] celtiberis deseritur

alıud salutare consilium in promptu esse: retro: quantum posset: cedere statuit: in id omni cura intentus: nec ubi hosti equo se committeret loco. qui transgressus flumē prope uestigiis abeuntium insistebat. ¶ Per eosdem dies. P. Scipionem par terror: periculum maius: a nouo hoste urgebat. ¶ Masanissa erat iuuenis: qui eo tempore erat sotius Carthaginensiū. quē deinde clarum potētemq; Romana fecit amicicia. Is tum cum equitatu Numidarum aduenienti. P. Scipioni occurrit. & deinde assi/due dies: noctesq; infestus aderat: ut non uagos tantum procul a castris lignatum: pabulatumq; progressos exciperet: sed ipsis obeqtaret castris: inuectusq; in medias stationes sepe: omnia ingenti tumultu turbaret. Noctibus quoq; sepe incursu re/pētino: in portis ualloq; trepidatum est. nec aut locus: aut tempus: uacuum a metu ac sollicitudine erat Romanis. compulsisq; intra uallum: adempto omnium rerum usu: cum prope iusta obsidio esset: futuramq; arctiorē eam appareret si se Indibilis: quem cum septem milibus: & quingentis Suessanorum aduentare fama erat: Poe/nis coniunxisset: Dux cautus: & prudens Scipio: uictus necessitatibus: temerarium capit consilium: ut nocte Indibili obuiam iret: & quocunq; occurrisset loco. pre/lium consereret. ¶ Relicto igitur modico presidio in castris: prepositoq;. T. Fōteio Legato media nocte profectus cum obuiis hostibus manus conseruit. ¶ Agmina magis: q̄ acies pugnabant. ¶ Superior tamen: ut in tumultuaria pugna: Romanus erat. ¶ Ceterum & equites Numide repente: quos fefellisse se Dux ratus erat: a la/teribus circunfusi: magnum terrorem intulere. ¶ Contracto aduersus Numidas certamine nouo: tertius insuper aduenit hostis. ¶ Duces Poeni assequuti ab tergo iam pugnantes. Ancepsq; prelium Romanos circunsteterat: incertos in quem po/tissimum hostem: quam ue in partem conferti eruptionem facerent. Pugnāti hor/tantiq; Imperatori: & offerenti se: ubi plurimus labor erat: latus dexterum lancea traiicitur. Cuneusq; hostium is: qui in confertos circa ducem impetum fecerat: ut exanimem labentemq; ex equo Scipionem uidit: Alacres gaudio: cum clamore: per totam aciem nuntiantes discurrerunt: Imperatorem Romanum cecidisse. ¶ Hec peruagata passim uox: ut & hostes haud dubie pro uictoribus & Romani pro uic/tis essent: fecit. ¶ Fuga confestim ex acie: Duce amisso fieri cepta est. ¶ Ceterum ut ad erumpendum inter Numidas aliaq; leuium armatorum auxilia: haud difficilis res erat: ita effugere tantum equitum: equantiumq; equos uelocitate peditum: uix poterant. cesiq; prope plures in fuga: q̄ in pugna sunt. ¶ Nec superfuisset quisquā: ni precipiti iam ad uesperum die: nox interuenisset. ¶ Haud segniter inde Duces Peni fortuna usi: confestim e prelio: uix necessaria quiete data militibus: ad Has/drubalē Hamilcaris citatū agmen rapiunt. nō dubia spe: cum copias cōiunxissent: debellari posse. ¶ Quo ubi est uentum: inter exercitus Ducesq; uictoria recēti letos: gratulatio ingens facta: Imperatore tanto: cū omī exercitu deleto. & alterā ꝓ haud dubio parem uictoriam expectantes. ¶ Ad Romanos nondum quidem fama tāte cladis peruenerat. sed tamen mestum quoddam silentium erat. & tacita diuinatio: qualis iam presagientibus animis imminentis mali esse solet. ¶ Imperator ipse: ꝑter q̄ ꝙ ab sotiis se desertum: hostium tantum auctas copias sentiebat: coniectura etiam: & Rome ad suspitionem accepte cladis: q̄m ad ullam bonam spem: pronior erat: Quonam modo enim Hasdrubalem: ac Magonem nisi defuncto suo fratre bello sine certamine adducere exercitum potuisse? Quomodo autem non obstetisse: aut ab tergo sequutum fratrem: ut si probibere: quo minus iu unum cogerentur: duces & exercitus hostiū non posset: ipse certe cū fratre coniungeret copias. ¶ His anxius

P. SCIPIO LANCEA OCCIDITUR

curis: id modo esse salutare: etiam in presens: credebat: cedere inde: quantum posset. & inde una nocte ignaris hostibus: & ob id quietis: aliquantum emensus est iter. ¶ Luce: ut senseru͂t profectos hostes: premissis Numidis q̄ poterant: maxime citato agmine: sequi ceperunt. ¶ Ante noctem assequuti Numide: nunc ab tergo: nunc in latera concursantes. ¶ Consistere ceperunt ac tutari agmen quantum possent. tame͂ tuto: ut simul pugnarent: procederentq; Scipio hortabatur. prius q̄ pedestres copie assequerentur. ¶ Ceterum nunc agendo: nunc sustinendo agmen: cum aliquandiu haud multum procederetur: & nox iam instaret: reuocauit e prelio suos Scipio. & collectos in tumulum quendam: non quidem satis tutum presertim agmini per/culso: editiorem tamen q̄m cetera circa erant: subducit. ¶ Ibi primo impedimentis et equitatu in medium receptis: circundati pedites: haud difficulter impetus incur/santium Numidarum arcebant. ¶ Deinde postq̄m toto agmine tres Imperatores: cum tribus iustis exercitibus aderant apparebatq; parum armis ad tuendum locu͂: sine munimento ualituros esse: circunspectare: atq; agitare Dux cepit. si quomodo posset uallum circum inicere. ¶ Sed erat adeo nudus tumulus: & asperi soli: ut nec uirgulta uallo cedendo: nec terra cespiti faciundo: aut ducende fosse alii ue ulli opi apta: inueniri posset. nec ferme quicq̄ satis arduum aut abscissum erat: quod hosti aditum: ascensum ue difficilem preberet. omnia fastigio leui subnixa. ¶ Ut tamen aliquam imaginem ualli obiicerent: clitellas illigatas oneribus: uelut struentes ad altitudinem solitam circundabant cumulo sarcinarum omnis generis obiecto. Ubi ad moliendum clitelle defuerant. ¶ Punici exercitus: postq̄ aduenere: in tumulum quidem perfacile agmen erexere. munitionis uero facies noua: primo eos: uelut miraculo quodam tenuit. Et cum Duces undiq; uociferarentur: quid starent: & no͂ ludibrium illud: uix feminis pueris ue morandis satis ualidum: distraherent: diripe/rentq;: captum hostem teneri latentem post sarcinas: Hec contempti Duces incre/pabant. Ceteru͂ neq; tra͂silire: neq; moliri onera obiecta: nec cedere stipatas clitellas: ipsisq; obrutas sarcinis: facile erat. ¶ Tardatis diu cum amolita obiecta onera. ar/matis dedissent uiam: pluribusq; idem partibus fieret: capta iam undiq; castra erant: pauci ab multis: ꝑculsiq; a uictoribus: passim cedebantur. Magna pars tame͂ milite͂ cum in propinquas refugisset siluas: in castra. P. Scipio͂is: quibus. T. Fonteius Le/gatus ꝑerat: ꝓfugerunt. ¶ Cn. Scipione͂ alii in tumulo: primo impetu hostiu͂ cesum tradunt. ¶ Alii cum paucis in propinquam turrim fugisse. Hanc igni circu͂datam. atq; ita exustis foribus: quas nulla moliri potuerunt ui: captam. omnesq; intus cum ipso Imperatore occisos. ¶ Anno octauo postq̄ in Hispaniam uenerat. Cn. Scipio: undetricesimo die post fratris mortem: est interfectus. ¶ Luctus ex morte eorum: non Rome maior: q̄ per totam Hispaniam fuit. ¶ Quin apud ciues partem doloris & exercitus amissi: & alienata Prouintia: & publica trahebat clades. ¶ Hispanie ip/sos lugebant: desiderabantq; Duces. Cneum tamen magis: ꝙ diutius prefuerat iis. priorq; & fauorem occupauerat. & specimen iusticie temperantieq; Romane pri/mus dederat. ¶ Cum deletus exercitus: amisseq; Hispanie uiderentur: uir unus has restituit. ¶ Erat in exercitu. L. Martius Septimii filius eques Romanus impiger iuuenis: animiq; & ingenii aliquanto: q̄ pro fortuna: in qua erat natus: maior. iis ad summam indolem accesserat. Cn. Cornelii Scipionis disciplina sub qua per tot an/nos omnis militie artis edoctus fuerat. ¶ Hic & ex fuga collectis militibus: & qui/busdam de presidiis deductis: haud contemnendum exercitum fecerat: co͂iu͂xeratq; cum. T. Fonteio. P. Scipionis Legato. sed tantum prestitit Eques Romanus

CN. SCIPIONIS MORS

L. MARTIVS SEPTIMII FILIVS

autoritate: inter milites: atq; honore: ut castris citra Hiberum cōmunitis: cū Ducē exercituum Comitiis militaribus creari placuisset: subeuntes alii aliis: in custodiam ualli: stationesq;: donec per omnes suffragium iret: ad. L. Martium cuncti summā Imperii detulerunt. ¶ Omne inde tempus: exiguum id fuit: muniendis castris: conuehendisq; commeatibus consumptum. & omnia Imperia milites: tum impigre: tū haudquaq̄ abiecto animo: exequebantur ¶ Ceterum postq̄ Hasdrubalem Gisgonis filium uenientem ad reliquias belli delēdas: transisse hiberum: & appropinquare: allatum est: signumq; pugne propositum a nouo Duce: milites uiderunt: recordati quos paulo ante Imperatores habuissent: quibusq; & ducibus: & copiis freti prodire in campum ad pugnam soliti essent: flere omnes repente: & offensare capita: & alii manus ad celum tendere deos in cusantes: alii strati humo suum quisq; nominatim Ducem implorando. neq; sedari lamentatio poterat excitantibus Centurionibus manipulares: & ipso minitante: & increpante Martio: q in muliebres & inutiles se proiecissent fletus: potius q̄ ad tutandos semetipsos & Rem Publicam secum acuerēt animos: & ne multos Imperatores suos iacere sinerent: cum subito clamor tubarumq; sonus: iam enim prope uallum hostes erant: exauditur. inde uerso repente in iram luctu: discurre ad arma: ac uelut accensi rabie discurrūt ad portas: & in hostem negligenter: atq; incomposite: uenientem: incurrunt. ¶ Extemplo improuisa res pauorem ineunt Poenis. mirabundiq; unde tot hostes: tam subito exorti: prope deleto exercitu forent: unde tanta audacia tanta fiducia sit iis uictis: atq; fugatis? quis Imperator duobus Scipionibus cesis extitisset? quis castris preesset? quis signū dedisset pugne? ¶ Ad hec tot iam nec opinata: primo omnium incerti: stupentesq; referunt pedem. dein ualida impressione pulsi terga uertunt. & aut fugientium cedes feda fuisset: aut temerarius periculosusq; sequentium impetus: ni Martius prope receptui dedisset signum. obsistensq; ad prima signa: quosdamq; ipse retinens: concitatam repressit aciem. ¶ Inde in castra auidos adhuc cedis: sanguinisq;: reduxit. Carthaginenses trepide primo ad hostium uallum acti: postq̄m neminem insequi uiderunt: metu substitisse rati: comtemptim rursus: & sedato gradu: in castra abeūt. ¶ Par negligentia in castris custodiendis fuit. ¶ Nam & si propinquus hostis erat: tamen reliquias eum esse: duorum exercituum: ante paucos dies deletorum: succurrebat. ¶ Ob hoc cum omnia neglecta apud hostes essent: exploratis us Martius: ad consilium prima specie temerarium magis: q̄m audax: animum adiecit: ut ultro castra hostium oppugnaret. facilius esse ratus unius Hasdrubalis expugnari castra q̄ si se rursus tres exercitus: ac tres duces iūxissent: sua defendi. simul aut si successisset ceptis: recepturum se afflictas res: aut si pulsus esset: tum ultro inferendo arma: cōtemptum sui demptum. ¶ Ne tamen subita res: & nocturnus terror: etiam non sue fortune consilium perturbaret alloquendos: ad hortandosq; sibi milites ratus: contione aduocata: ita disseruit. ¶ Vel mea erga Imperatores nostros uiuos: mortuosq; pietas: uel presens omniū uestrum milites Fortuna: fidem cuiuis facere potest: mihi hoc Imperium: ut amplum iuditio uestro: ita re ipsa graue: ac sollicitum esse. quo enim tempore: nisi metus merorem obstupefaceret: uix ita compos mei essem: ut aliq̄ solatia inuenire egro animo possem? Cogor uestram oīm uicem: quod difficillimum in luctu est: unus consulere. & ne: cum quidem: ubi: quonam modo: has reliquias duorum exercituum patrie conseruare possim: cogitandum est: auertere animum ab assiduo merore libet. presto est enim acerba memoria: & Scipiones me ambo dies noctesq; curis. in somnuisq; agitant: & excitant: sepe somno: neu se: neu

inuictos per octo annos in his terris milites suos: commilitones uestros: neu Rem P. patiar inultam. & suam disciplinam: suaq; instituta: sequi iubent. Et ut Imperiis uiuorũ nemo obediẽtior me uno fuerit: ita post mortem suam: quod quidem in quaq; re facturos illos fuisse maxime censeam: id optimum ducere: uos quoq; uelim milites non lamentis lacbrymisq; tanq̃ extinctos prosequi. Viuunt enim uigentq; fama rerum gestarum. Sed quotienscunq; occurrit memoria illorũ: uelut si ad/hortantes: signũq; dantes uideatis eos: ita ꝑlia inire. nec alia ꝓfecto species besterno die oculis animisq; uestris oblata memorabile illud edidit prelium: quo documentũ dedistis bostibus: non cum Scipionibus extinctum esse nomen Romanum. & cu/ius Populi uis atq; uirtus non obruta sint Cannensi clade: & omni profecto seuitia fortune emersurum esse. Nunc quia tantum ausi estis sponte uestra: experiri libet: quãtum audeatis duce uestro autore. Non enim besterno die cum signũ receptui dedi: sequentibus effuse uobis: turbatum bostem: frangere audaciam uestram: sed differre in maiorem gloriam: atq; opportunitatem uolui: ut postmodum prepa/rati: incautos: armati: inermes: atq; etiam sopitos: per occasionem: aggredi possetis. Nec buius occasionis spem milites forte temere: sed ex re ipsa conceptam babeo. Ab uobis quoq; profecto siquis querat: quonam modo pauci a multis: uicti a uic/toribus castra tutata sitis: nibil aliud respondeatis: q̃m id ipsum timentes uos omnia: & operibus firmata babuisse: ipsos paratos: instructosq; fuisse. & ita se res babet: ad id: quod: ne timeatur: fortuna facit: minime tuti sunt bomines. quia quod neglexe/ris incautum: atq; apertum babeas. Nibil omnium nunc metuunt minus bostes: q̃m ne obsessi modo ipsi: atq; oppugnati: castra sua ultro oppugnemus. Audeamus: qđ credi non potest: ausuros nos. eo ipso: quod difficillimum uidetur: facillimum erit. Tertia uigilia noctis silenti agmine ducam uos. exploratum babeo: non uigili/arũ ordinẽ: non stationes iustas esse. clamor in portis auditus: primus impetus castra ceperit. tum inter tot torpidos somno. pauentisq; ad nec opinatum tumultum: & inermes. incubilibus suis oppressos: illa cedes edatur a q̃ uos besterno die reuocatos egre ferebatis. Scio audax uideri cõsilium. sed in rebus asperis: & tenuibus perfor/tissima queq; consilia tutissima sunt. quia si in occasionis momento: cuius ꝑteruolat opportunitas: contatus paulum fueris. nequicquã mox omissam queraris. Vnus exercitus in propinquo est. duo baud procul absunt. nunc aggredientibus par ali/qua opportunitas est. & iam temptastis uestras: atq; illorum uires. Si diẽ ꝓferimus: & besterne eruptionis fama contenti: desierimus: periculum est ne omnes Duces omnesq; copie cõueniant. Tres deinde Duces: tres exercitus sustinebimus bostium: quos Cn. Scipio incolumi exercitu nõ sustinuit? ut diuidendo copias: periere Du/ces nostri: ita separati: ac diuisi opprimi possunt bostes. Alia belli gerendi uia nulla est. proinde nibil preter noctis proxime opportunitatem expectemus. Ite dis bene iuuantibus: corpora curate: ut integri uigentesq; eodem animo in castra bos/tium irrumperatis: quo uestra tutati estis. Leti & audiere ab nouo Duce nouum consilium: & quo audatius erat: magis placebat. Reliquum diei expediendis armis: & curatione corporum consumptum. & maior pars noctis quieti data est. quarta uigilia mouere. Erant ultra proxima castra sex milium interuallo distantes alie copie Poenorum. uallis caua intererat condensa arboribus. In buius silue medio. ferme stadio: cobors Romana: arte Punica: abditur. & equites. Ita medio itinere intercepto: cetere copie silenti agmine ad proximos bostes ducte. Et cum statio nulla pro portis: neq; in uallo custodie essent: uelut ĩ sua castra nullo usq̃ obsistẽte

Romani ꝓ̄fit noctu ad ĩuadenda hasdrubalis castra

penetrauere. ¶ Inde signa canunt. & tollitur clamor. ¶ Pars semisomnos hostes cedũt: pars ignis escas stramento arido tectis iniiciunt: pars portas occupant: ut fuga in/tercludatur. hostes simul ignis: clamor: cedes: uelut alienatos sensibus: nec audire: nec prouidere: quicq̃ sinunt. Incidunt inermes inter cateruas armatorum. Alii ruunt ad portas. Alii obseptis itineribus super uallum saliunt. ¶ Et ut quisq; euaserat: pro/tinus ad castra altera fugiunt. ubi a cohorte & equitibus ex occulto proruentibus circunuenti: cesiq; ad unum omnes sunt. quãuis etiam siquis ex ea cede effugisset: adeo raptim captis propioribus castris in altera transcursum castra a Romanis est: ut peruenire nuntius cladis non posset. ¶ Ibi uero quo longius ab hoste aberant: & quia sub luce publica pabulatum: lignatum: & predatum quidam dilapsi fuerant: neglecta magis omnia ac soluta inuenere. Arma tantum posita in stationibus. mi/lites inermes: aut humi sedentes: accubãtesq;: aut obambulantes ante uallũ: portasq;. ¶ Cum his tam securis: solutisq; Romani: calẽtes adhuc ab recenti pugna: uictoriaq; feroces prelium ineunt. Itaq; nequaq̃ in portis potuit resisti. ¶ Intra portas cõcur/su ex castris ad primum clamorem: & tumultu facto: atrox prelium oritur. Diuq; tenuissent: ni cruenta scuta Romanorum indicium alterius cladis. Poenis: atq; inde pauorem iniecissent. ¶ Hic terror in fugam uertit omnes. effusiq; qua iter est: nisi quos cedes oppressit: exuuntur castris. atq; ita nocte: ac die: bina castra hostium oppugnata: ductu. L. Martii: ad trigintaseptem milia hostium cesa autor est Clau/dius: qui annales Acilianos ex Greco in Latinum sermonem uertit. ¶ Captos ad mille octingentos triginta predam ingentem partam nec abfuisse clipeum argen/teum pondo centum trigintaocto cum imagine Barchini Hasdrubalis. ¶ Ualerius Antias una castra Magonis capta tradit. Septem milia cesa hostium. altero prelio eruptione pugnatum cum Hasdrubale. ¶ Decem milia occisa. quattuor milia tricẽ/centos triginta captos. Piso quinq; milia hominum: cum Mago cedentes nostros effuse sequeretur: cesa ex insidiis scribit. ¶ Apud omnes magnum nomen Martii Ducis est: & uere glorie eius etiam miracula addunt: flammam ei contionanti fu/sam e capite: sine eius sensu: cum magno pauore circunstantium militum. ¶ Monu/mentumq; uictorie eius de Poenis usq; ad incensum Capitolium fuisse: in templo clipeum Martium appellatum: cum imagine Hasdrubalis. ¶ Quiete deĩde aliquã/diu res in Hispania fuere: utrisq; post tantas acceptas: illatasq; clades contantibus periculum summe rerũ facere. ¶ Dum hec in Hispania geruntur: Marcellus cap/tis Syracusis: cum cetera in Sicilia tanta fide atq; integritate composuisset: ut non modo ibi suam gloriam: sed etiam maiestatem Populi Romãi augerent. ornamẽ/ta: signa urbis: tabulasq; quibus abundabant Syracuse Romam deuexit. ¶ Hostiũ qdẽ illa spolia & partata belli iure. ¶ Ceterum inde primum initium mirandi Greca/rum artium opera: licentieq; hinc sacra: profanaq; omnia uulgo spoliandi: factum est. que postremo in Romanos deos templum id ipsum: primum quod a Marcello eximie ornatum est: uertit. ¶ Uisebantur enim ab externis: ad portam Capenam dedicata a Marcello templa: propter excellentia eius generis ornamenta: quorum perexigua pars comparet. ¶ Legationes ferme omnium ciuitatum Sicilie ad eum conueniebant. dispar: ut causa earum: ita contio erat. ¶ Qui ante captas Syracusas: aut non desciuerant: aut redierant in amiciciam sotii fideles accepti: cultiq;. ¶ Quos metus post captas Syracusas dediderat ut uicti a uictore leges acceperũt. ¶ Erant tamen haud parue reliquie belli circa Agrigentum Romanis. Epicides & Hanno duces reliqui prioris belli: & tertius nouus ab Annibale in locũ Hippocratis missus:

SYRACVSANE RES

Libypenicus generis Hippocnatis: Mutinem populares uocabant. uir impiger: & sub Annibale magistro omnium belli artem edoctus. ¶ Huic ab Epicide & Hannone Numide dati auxiliares: cum quibus ita parua gratus est hostium agros. ita sotios: ad retinendum in fide animos eorum: ferendumq; in tempore cuiq; auxiliũ: adiit: ut breui tẽpore totam Siciliam impleret nominis sui. nec spes maior alia: apud fauentes rebus Carthaginẽsium esset. Itaq; inclusi ad tẽpus menibus Agrigẽti Dux Poenus: Syracusanusq; non tam cõsilio Mutinis: q̃ fiducia magis ausi egredi extra muros ad Himeram amnem posuerunt castra. quod ubi ad Marcellum perlatum est: extemplo copias mouit. & ab hoste quattuor ferme milium interuallo cõsedit. quid agerent pararent ue expectaturus. ¶ Sed nullum neq; locum: neq; tempus contationi consilio ue dedit Mutines: transgressus amnem: ac stationibus hostium cum ingenti terrore: atq; tumultu: inuectus. ¶ Postero die prope iusto prelio compulit hostem intra munimenta. inde reuocatus seditione Numidarum in castris facta: cum tricenti ferme eorum Heracleam Minoiam concessissent: ad mitigandos reuocandosq; eos profectus: magnopere monuisse Duces dicitur: ne absente se cum hoste manus consererent. ¶ Id ambo egre passi Duces: magis Hanno: iam anxius glorie eius: Mutinem modum sibi facere: degenerẽ Afrum: Imperatori Carthaginensi: misso ab Senatu: populoq;. ¶ Is perpulit contantem Epicidem: ut transgressi flumen in aciem exirent. Nam si Mutinem opperirentur: & secunde pugne fortũa euenisset: haud dubie Mutinis gloriam fore. ¶ Enimuero indignum ratus Marcellus: se qui Annibalem subnixũ uictoria Cannensi abnola repulisset: his terra mariq; uictis a se hostibus cedere: arma propere capere milites: & efferri signa iubet. ¶ Instruentem exercitum decem effusis equis aduolant ex hostium agmine Numide: nuntiantes: populares suos primum ea seditione motos: qua tricenti ex numero suo concesserint Heracleam. deinde q̃ Prefectum suum: obtrectãtibus Ducibus glorie eius: sub ipsam certaminis diem ablegatum uideant: quieturos in pugnam. ¶ Gens fallax: promissi fidem prestitit. Itaq; & Romanis creuit animus: nuntio celeri per ordinem misso: destitutum ab equite hostem esse. quem maxime timuerant: & territi hostes: preterq̃ q̃: quia maxima parte uirium suarum non iuuabãtur: timore etiã incusso: ne ab suo ipsi equite oppugnarentur. ¶ Itaq; haud magna uis certaminis fuit. ¶ Primus clamor: atq; impetus rem decreuit. ¶ Numide cum in concursu quieti stetissent in cornibus: ut terga dantes suos uiderunt: fuge tantũ parum per comites facti: postq̃ omnes Agrigentum trepido agmine petentes uiderunt: ipsi metu obsidionis: passim in ciuitates proximas dilapsi. ¶ Multa milia hominum cesa: captaq;: &. viii elephãti. ¶ Hec ultima ĩ Sicilia Marcelli pugna fuit. Victor inde Syracusas rediit. ¶ Iã ferme in exitu annus erat. Itaq; Senatus decreuit Rome: ut. P. Cornelius Pretor litteras Capuam ad Cõsules mitteret: dum Annibal procul abesset: nec ulla magni discriminis res ad Capuam gereretur: alter eorum: si ita uideretur. ¶ Ad Magistratus subrogãdos Romã ueniret. ¶ Litteris acceptis inter se consules Comparũt: ut Claudius Comitia perficeret: Fuluius ad Capuã ueniret: ibiq; mãeret. ¶ Cõsules Claudius creauit. Cn. Fuluium Contumalum: &. P. Sulpitium Seruilium. Quinti Filium Galbam: qui nullum antea curulem Magistratum gessisset. ¶ Pretores deinde creati Lentulus Cornelius Ceregus. C. Sulpitius. ¶ Piso. ¶ Pisoni iurisdictio Vrbana. ¶ Sulpitio Sicilia. ¶ Cetego Apulia. ¶ Lentulo Sardinia: euenit. Cõsulibus prorogatum in annum Imperium est.

Mutinus poeni egregia laus

Marcellus uictor pugnat cũ poenorum duobus ducibus

CONS. Cn. Fuluius contumalus P. Sulpitius Seruilius

CN. Fuluius

CN. Fuluius Centimalus. P. Sulpitius Galba: Consules cū idibus Martii Magistratum inissent: Senatu ĩ Capitolium uocato: de repub. de administratiõe belli: de ꝓuinciis: de exercitibusq; patres consuluerunt: Fuluio Appio Claudio prioris anni Cõsulibus ꝓrogatū imperiū ē: atq; exercitus quos habebãt: decreti. adiectūq; ne a Capua: quam obsidebãt: abscederent: priusq̃ oppugnassent eã. Tum cura maxima intentos habebat romanos: non ob iram tãtum: que in nullam unq̃ ciuitatẽ iustior fuit: q̃ ꝙ urbs tam nobilis: ac potens: sicut defectione sua traxerat aliquot populos: ita recepta inclinatura rursus aĩos uidebatᷓ ad ueteris imperii respectum. Et p̃oris anni pretoribus. M. Iunio Etruria. P. Sempronio: Gallia cum binis legiõibus: quas habuerant: ꝓrogatū est imperiū. ꝓrogatū &. M. Marcello ut proconsul in Sicilia reliquias belli perficeret. Eo exercitu quem haberet. si supplemento opus eẽt: suppleret de legiõibus: q̄bus. P. Cornelius ꝓp̄tor in sicilia p̃esset: dū neq̃ᷓ militẽ legeret ex eo numero: q̄bus Senatus missionẽ: reditūq; in patriam negasset an belli finem. C. Pupio cui in Sicilia euenerat: due legiones: q̃s P. Cornelius habuisset: decrete. & supplementum de exercitu. Cn. Fuluii: qui priore anno in Apulia fede cesus: fugatusq; erat. Huic generi militum Senatus eundẽ quẽ Cannensibus finem statuerat militie. Additum etiam utrorunq; ignominie est: ne in oppidis hybernarẽt. neue hyberna propius ullam urbem decem milibus passuū edificarẽt. L. Cornelio ĩ Sardinia due legiões date: q̄bus Minutius p̃fuerat. supplemẽtū si opus esset: Consules scribere iussi. Octacilio &. M. Valerio Sicilie grecieq; ora cū legiõibus classibusq; quibus preerant: decrete. Quinquaginta greci: cum legione una: centum Siculi cū legionibus: habebant naues: Tribus & triginta legionibus romãis eo ãno terra mariq; bellum gestum est. Principio eius anni: cū de litteris. L. Marcii referrentur: res geste magnifice Senatui uise. Titulus honoris: ꝙ imperio nõ populi iussu: non ex autoritate Patrum dato propretor Senatui scripserat: magnam partẽ hominum offendebat. Rem mali exempli esse: Imperatores legi ab exercitibus. et sollemne auspicatorū comitioꝝ ĩ castra: & ꝓuincias: ꝓcul ab legibus: magistratibusq; ad militarem temeritatem transferri. & cum quidam ad Senatū referendū censerent: melius uisum differri eam cõsultationem: dõec ꝓficiscerentur equites: qui ab Marcio litteras attulerant. Rescribi de frumẽto: & uestimentis exercitus placuit. utranq; rem eam cure fore senatui. Adscribi autem propretori. L. Marcio nõ placuit: ne idipsum quod consultationi reliquerant: pro preiudicato ferrent. Dimissis equitibus de nulla re prius Consules retulerunt. omniumq; in unum sententie congruebant agendū cū tribunis plebis esse: primo quoq; tempore: ad plebem ferrent: quẽ cum imperio mitti placet: in hispãiam ad eum exercitum: cui. Cn. Scipio Imperator prefuisset. Ea res cum tribunis acta: ꝓmulgataq; est. sed aliud certamẽ occupauerat animos. C. Sempronius plesus die dicta. Cn. Fuluium ob exercitū in Apulia amissum ĩ contiõibus uexabat. Multa imperatoris temeritate: atq; inscientia exercitum in locum precipitẽ perduxisse dictitãs. Neminem preter. Cn. Fuluium ante corrupisse omnibus uitiis legiones suas: q̃ proderet. Itaq; uere dici posse: prius eos periisse: q̃ uiderent hostẽ nec ab Annibale sed ab Imperatore suo uictos esse: neminem cum suffragium ineat satis cernere: cui imperium: cui exercitū permittat. Quid interfuisse inter. T. Semproniū: cum ei seruorum exercitus datus esset breui effecisse disciplina atq; imperio: ut nemo

L. MARTIUS ducis primum ostendit q̃ iussu pp̃li [illegible] Senatus propretorem scripsisset.

Cn. fuluio de amisso i appulia exercitu dies dicta.

eorum generis: aut sanguinis sui memor esset in acie. presidio sotiis: hostibus terrori eẽnt. Cum ad beneuentũ aliasq; urbes eos uelut e faucibus Annibalis ereptos populo romano restituisset. Cn. Fuluium Quintum Romanoꝝ exercitũ: honeste genitos: liberaliter educatos. seruilibus uitiis imbuisse. Ergo effecisse ut & feroces: & ingẽti ĩter sotios: ignaui & imbelles inter hostes essent. Nec impetum modo Poenorum: sed ut clamorem quidem sustinere possent. Nec hercule mirum esse milites in acie nõ stetisse cum primus omnium imperator fugeret. magis mirari se aliquos stãtes cecidisse. & nõ omẽs comites. Cn. Fuluii fuisse pauoris ac fuge. C. Flaminiũ. L. Paulũ. L Postumium. Cn. Appiũ Scipiones cadere in acie maluisse: q̃ deserere circunuentos hostibus suos exercitus. Cn. Fuluium prope unum nuntium deleti exercitus: Romam redisse. facinus indignũ esse Cannensem exercitũ: ꝙ ex acie fugerit: in Siciliã deportatũ: ne prius inde dimittatur: q̃ hostis ex italia discesserit: & hoc idẽ in. Cn Fuluii legiõibus nuper decretum: Cn. Fuluii fugam: ex prelio ipsius temeritate commisso: impunitã esse. & eam in ganea lustrisq; ubi iuuentam egerit: senectutem acturũ: milites q nihil aliud peccauerint: q̃ ꝙ imperatoris similes fuerint: relegatos ꝓpe in exsiliũ ignominiosam pati militiam. Adeo imparem libertatem Rome diti ac pauperi: honorato: atq; inhonorato esse. Reus ab se culpam in militem transferebat. eos ferociter pugnã poscentis productos in aciem: nõ eo quo uoluerint: quia serũ diei fuerit. sed postero die: & tempore: & loco: æque instructo: seu famam: seu uim hostium non sustinuisse cum effuse omnes fugerent: se quoq; turba ablatum ut Varronem Cannensi pugna. ut multos alios imperatores. Quid aũt solum se restantem prodesse reipub. potuisse? nisi si mors sua remedio publicis cladibus futura eẽ potuisset. non se inopia cõmeatus non in loca iniqua incaute deductum: non agmine inexplorato eũtem insidiis circunuentum. ui aperta: armis acie uectum: nec suorũ animos: nec hostiũ in potestatẽ habuisse. suum cuiq; ingeniũ audaciã: aut pauorẽ facere. Bis est accusatus. pecuniaq; anquisitum. Tertio testibus datis: cũ preterq̃ quod omnibus probris onerabaẽ: iurati permulti dicerẽt: fuge pauorisq; initium a pretore ortum. ab eo desertos milites: cum haud uanum timorem crederẽt: terga dedisse: Tanta ira accensa est: ut id capite anquirendum contio succlamaret. De eo quoq; nouum certamen ortum. Nam cum bis pecunia anquisisset: tertio capitis se anqrere diceret: Tribuni plebis appellati: cũ lege negarunt se in moram esse: quominus quod ei more maioꝝ ꝑmissum esset: seu legibus seu moribus mallet anquireret: quoad uel capitis: uel pecunie iudicasset ꝑuato: Tũ Sempronius ꝑduelliõis se iudicare. Cn. Fuluio dixit. diẽq; comitiis a. C. Calphurnio Pretore Vrbis petit. Inde alia spes ab eo temptata est: si adesse iudicio. Q. Fuluius frater posset: florens tum & fama rerum gestarum: & propinq̃ spe potiunde capue. Id cum ꝑ litteras miserabiliter pro fratris capite scriptas petisset Fuluius: negassentq; patres e republica esse abscedi a Capua: prius q̃ dies comitiorum aderat: Cn. Fuluius exsulatum Tarquinios abiit. Id ei iustũ exsiliũ esse: sciuit plebs. Inter hec uis omnis belli uersa in Capuã est. Obsidebatur tamen carius: q̃ oppugnabaẽ. nec aut famem tolerare seruitia: ac plebes poterant: aut mittere nuntios ad Annibalem per custodiã armatã. Inuentus est autem quidã Numida: qui acceptis litteris euasurum se ꝓfessus ut promissum prestaret: per media romana castra nocte egressus: spem accendit cãpanis: dum aliquid uirium superesset: ab omni parte emptionem temptandi. Ceterum in multis certaminibus equestria prelia ferme ꝓspera faciebant. superabanẽ pedites. sed nequaq̃ tam letum uincere: q̃ triste uinci: ulla parte erat ab obsesso: & prope expugnato hoste. inita tandẽ ratio est: ut quod uiribus deerat: arte equareẽ: Ex oĩbus

Contumeliosa in Fuluium oratio

Excusat se Flaminius Fuluius

Fuluius Tarquinios exsulatũ uadit

OBSIDETUR CAMPANA URBS

legiõibus electi sunt iuuenes maxime uigore ac leuitate corpo॥ ueloces: Eis parme breuiores q̃ equestres: & septena iacula quaternos longa pedes data: prefixa ferro: quale hastis uelitaribus inest. Et eos singulos ĩ eqs suis accipiẽtes equites assuefecerũt: & uehi post sese: & desilire perniciter: ubi datum signũ esset. Postq̃ assuetudine quo/tidiana satis est uisum fieri in campum: qui medius inter castra: murũq; erat aduersus instructos campanorum equites processerunt. & ubi ad coniectum teli uentum est: signo dato: uelites desiliunt. pedestris inde acies ex equitatu repẽte in hostium eqtes incurrit. Iaculaq; cũ impetu alia super alia emittũt. Quibus plurimis in equos uirosq; passim cõiectis permultos uulnerauerunt. pauoris tamẽ plus in re noua: q̃ inopinata: iniectum est. & in perculsum hostem equites ĩuecti: fugam stragemq; eorum usq; ad portas fecerunt. Inde eqtatu quoq; romana acies superior fuit. Institutũ ut uelites in legionibus essent: tutorem peditum equiti immiscendorũ: Centurionẽ. Q. Nauiũ tradunt honoriq; id ei apud imperatorem fuisse. ¶ Cum in hoc statu ad Capuã res essent: Annibalem diuersum Tarentine arcis potiunde: Capueq; retinende trahebãt cure. Vicit tamen respectus Capue: in quam omnium sotiorum hostiumq; cõuersos uidebat animos: documento future: qualemcunq; euentum defectio ab romãis ha/buisset. Igit̃ magna pte impedimẽto॥ relicta in Brutiis: & omni grauiori armatura: cum delectis exercitibus peditum: equitumq; q̃ poterat aptissimis ad maturandum: in Campaniã contendit. sequuti tamen tam raptim euntẽ tres & .xxx. elefanti: in ualle occulta post Tifata montem imminentem Capue cõsedit. Aduenienscum castellum Galatiam presidio inde ui pulso cepisset. in circũsedentis Capuã conuertit se. p̃missis nanq; nuntiis Capuam: quo tempore castra romana aggressurus esset: ut eodẽ & illi ad eruptionem parati portis omnibus sese effunderent: ingentem prebuit terrorem. nam alia parte ipse adortus est: alia Cãpani omnes pedites equitesq; & cũ iis punicũ presidiũ: cui Bostar & Hanno preerant erupit. Romani ut in re trepida: ne ad unã concurrendo partem: aliquid indefensi relinquerent: Ita inter se copias partiti sunt. Appius Claudius Campanis: Fuluius Annibali est oppositus. C. Nero Propretor cũ equitibus sexte legionis uia: que Suessulã fert. C. Fuluius Flaccus legatus: cũ sotiali equitatu constitit e regione Vulturni amnis. Prelium non solito modo clamore ac tumultu est ceptum: sed ad alium uirorum equo॥ armorũq; sonũ: disposita in muris Campanorum imbellis multitudo tantum cũ eris crepitu: qualis in defectu lune silẽti nocte fieri solet edidit clamorem: ut auerteret etiam pugnantiũ animos: Campanos facile ĩ uallo Appius arcebat. Maior uis ab altera parte. Fuluium Annibal & poeni urgebant. legio ibi sexta loco secessit. Qua pulsa cohors hispanorum cũ tribus ele/phantis: usq; ad uallum peruasit. ruperatq; mediam aciem romanorum. & in ancipiti spe ac periculo erat: utrũ in castra perrumperet: an includeretur a suis. Quẽ pauorẽ legionis periculumq; castrorum Fuluius ubi uidit. Q. Licinium: primoresq; alios Centurionum hortatur: ut cohortẽ hostium sub uallo pugnãtem inuadant ac tru/cident. In summo discrimine rem uerti. aut uiam dandam iis esse & minore conatu: q̃ condensam aciem irrupissent: in castra irrupturos. aut cõficiendos sub uallo esse. nec magni certaminis fore rem. paucos eẽ: & a suis interclusos. & que dum paueat: romãis iterrupta acies uideatur. etiam si se utrunq; in hostem uertat: ancipiti pugna medios circũuenturã. Nauius ubi hec Impatoris dicta accepit: secũdi hastati signũ ademptũ signifero in hostes infert laturũ in medios eos minitans nisi propere sequant̃ milites: & partem capessant pugne. Ingens corpus erat: & arma honestabant. & sublatũ alte signum conuerterat ad spectaculum ciues hostesq;. Ceterum postq̃ iam ad id signum

Aduentus Annibalis ad succurrendũ Capue.

Pugnatur acriter

peruenerat hispanorum: tum undiq; in eum tragule cõiecte: & prope in eum unum tota acies uersa. Sed neq; hostium multitudo: neq; telorum uis arcere impetum eius uiri potuit: & . M. Attilius legatus primi principis ex eadem legione signum inferri in cohortem hispanorum coegit. Et qui castris preerant. L. Pontius Licinus. &. T. Popilius legatus: pro uallo acriter propugnabant. elephantosq; transgredientes in ipsa ualle conficiunt. Quorum cum corporibus oppleta esset fossa uelut aggere: aut ponte iniecto: transitum hostibus dedit: ibi per stragem iacentiũ elephantorũ atrox edita cedes: Altera in parte castrorum: iam pulsi erant Campãi. punicumq; presidiũ. & sub ipsa porta Capue que Vulturnum fert: pugnabãt. neq; iam armati irrumpẽ/tibus romanis resistebãt: q̃ quo porta balistis scorpiõibusq; instructa: missilibus ꝑcul hostes arcebat. & suppressit impetum romãorum uulnus imperatoris: Appii Claudii: cui suos ante prima signa adhortanti: sub leuo humero summum pectus gessa ictum est. Magna tamen uis hostium ante portam est cesa. Ceteri trepidi in urbẽ compulsi. & Annibal postq̃ cohortis hispanorum stragem uidit: summaq; ui castra hostium defendi: omissa oppugnatione canere signa: & conuertere agmina peditum: obiecto a tergo equitatu: ne hostis instaret: cepit: legionũ ardor ingens ad hostẽ insequẽdũ fuit. Sed Flaccus receptui cani iussit. satis ad utrunq; profectum ratus: ut & Cãpani q̃ haud multum in Annibalem presidii esset: & ipse Annibal sentiret. Cesa eo die: qui huius pugne autores sunt: octo milia hominum de Annibalis exercitu: tria ex Cã/panis tradũt. signaq; Carthaginensibus quindecim adempta: duo de uiginti Cãpanis: Apud alios nequaq̃ tantã molem pugne inuenio. plusq; pauoris: q̃ certaminis fuisse. cum inopinato in castra Romana Numide Hispaniq; cum elephantis irrupissent. elephanti per media castra uadentes: stragem tabernaculoꝝ: ingenti sonitu ac fuga abrumpẽtium uincula iumentorum facerent. Fraudem quoq; sup tumultũ adiectã: immissis ab Annibale: qui habuit aliquem gnarum latine lingue: q iuberent Cõsuli uerbis: quoniã amissa castra eẽnt: pro se quenq; militũ in proximos montes fugere. sed ea celeriter cognita fraus: oppressaq; magna cede hostium est. Elephantos igne e castris exactos. hoc ultimum utcunq; initium finitũq; est: ante deditionem Capue prelium. Mediatutitus qui summus magistratus: apud Campanos est: eo ãno Seppius Lesius erat: loco obscuro tenuiq; fortuna ortus: Matrem eius quondam pro pupillo eo procurantem familiare ostentum: cum respondisset aruspex: summum quod esset imperium Capue peruẽturum ad eum puerũ: nihil ad eã spem agnoscentem: dixisse ferunt. ne tu predicas perditas res campanorum: ubi summus honos ad filium meum perueniet. Ea ludificatio ueri: & ipsa in uerũ uertit. Nã cũ fame ferroq; urgerenẽ: nec spes ulla superesset sisti in speciem honorũ: erant honores detrectantibus. Lesius querendo desertam ac proditam a primoribus Capuam: summũ magistratũ ultimus omnium campanorum cepit. Ceterũ Annibal ut nec hostes elici amplius ad pugnã uidit: nec per castra eorum perrumpi ad Capuam posse: ne suos quoq; commeatus intercluderẽt noui cõsules: abscedere irrito ĩcepto: & mouere a Capua statuit castra. Multa secum quo iam ire pergeret inde uoluẽti: subiit animum impetus: caput ipm belli Romam petendi. Cuius semper cupite pretermissam occasionẽ: post Cãnensem pugnam: & alii uulgo fremebãt: & ipse non dissimulabat. nec opinato pauore ac tu/multu: non esse desperandũ: aliquã partẽ urbis occupari posse. Si Roma indiscrimĩe esset Capuam ex templo missuros aut ambos Imperatores romanos aut alterum ex iis. Qui si diuisissent copias: utrunq; infirmiorem factum: aut sibi aut Campanis bene gerende rei fortunam daturos esse. Vna ea cura angebat: ne ubi abscessisset ex tẽplo

COGITAT ANNIBAL ROMĀ OBSIDERE.

dederentur Campani. Numidam promptum ad omnia audenda: donis perlicit: ut litteris acceptis: specie transfuge: castra romana ingressus: altera parte Capuam clam peruadat. Littere autem erant adhortatiōe plene. profectionem suam que salutaris illis foret: abstracturam: ad defendendam Romam ab oppugnanda Capua: duces: atq; exercitus romanos. ne desponderent aīos: tolerando paucos dies: totā soluturos obsidionem. Inde naues in flumine uulturno comprehensas duci gladio quod iā āte presidii causa fecerat castellum iussit. quarum ubi tantam copiam esse: ut una nocte exercitus traiici posset: allatum est: cibariis decem dierum apparatis: deductas nocte ad fluuium legiones āte lucem traiecit. Id prius q̄ fieret: ita futurum compertum ex transfugis: Fuluius Flaccus Senatui romam cum scripsisset: uarie hominum animi: pro cuiusq; ingenio affecti sunt. ut in re tam trepida: Senatu extemplo uocato. P. Cornelius cui Asine cognomen erat: exercitus oēsq; duces ex tota italia: neq; Capue neq; ullius alterius rei memor: ad urbis presidiū reuocabat. Fabius maximus abscedi a Capua: terreriq; & circumagi ad nutus: comminatiōesq; Annibalis: flagitiosum du/cebat. Qui ad Cannas uictor ire tamen ad urbē ausus non esset: eū a Capua repulsū spem potiunde urbis cepisse Rome? Non ad Romam obsidendam: sed ad Capue li/berandam obsidionem: ire Romā: cum eo exercitu qui ad urbem esset: Iouē foederū rupto℞ ab Annibale testē deosq; alios defensuros esse. Has diuersas sententias media sentētia. P. Valerii Flacci uicit. Qui utriusq; rei memor: imperatoribus q ad Capuā essent scribendum censuit. Quid ad urbē presidii esset: q̄ntas Annibal copias duceret: aut quanto exercitu ad Capuā obsidendam opus esset ipsos scire. si & Romā e duci/bus alter: & exercitus pars mitti posset: ut ab reliquo: & duce & exercitu Capua recte obsideretur: inter se computarent Claudius Fuluiusq; utri obsidenda Capua: utri ad prohibendam obsidione patriam: romam ueniendum esset. Hoc. S.C. Capuā plato Q. Fuluius Proconsul cui college ex uulnere egrediendum Romam erat: e tribus exercitibus milite electo: ad .xv. milia peditum: mille equites uulturnum traducit. Inde cum Annibalem latina uia iturum satis comperisset: ipse per Appie municipia: queq; propter eam uiam sūt Sedicam oram Lauinum premisit: ut cōmeatus paratos & in urbibus haberent. & ex agris deuiis in uiam proferrent. presidiaq; in urbes con/traherent. ut sua cuiq; respub. in manu esset. Annibal quoq; ut uulturnum est trans/gressus: haud procul a flumīe castra posuit. Postero die preter Calesīn agrū sedicinū peruenit. ibi diem unum populando moratus: per Suessulā Aliphanūq; & Casinatem agrum uia latina ducit. Sub Casinum biduo statiua habita. & passim populationes facte. Inde preter Interannā: Aquinumq; in Fregellanum agrum ad Lirim fluuiū uentum. ubi intercisum pontē a fregellanis morandi itineris causā inuenit. & Fuluiū uulturnus tenuerat amnis nauibus ab Annibale incēsis. rates ad traiciendū exercitū magna inopia materie: egre comparātem. traiecto ratibus exercitu: reliquū Fuluio expeditum iter non per urbes modo: sed circa uiam expositis benigne commeatibus erat. Alacresq; milites: alius alium ut adderet gradum: memor ad defendendam ire patriam hortabantur. Romā fragellanus nūtius diem noctemq; itinere continuato ingentem attulit terrorem. tumultuosius q̄ allatum erat: cursu hoium ad fingentium uana auditis: totā urbem conciliat. Ploratus mulierū non ex priuatis solū domibus exaudiebatur. sed undiq; matrone in publicum effuse circa deum delubra discurrūt: crinibus sparsis aras uerrentes: nixe genibus: supinas manus ad celū: ac deos tendentes: orantesq; ut urbem romanam e manibus hostium eriperent. Matresq; romanas: & liberos paruos inuiolatos seruarent. Senatus magistratibus in foro presto est: siquid

Iter annibalis ad urbem

Casinū
Interamna
Aqnum
Liris flu.
Fregelle

Urbs romana

consulere uelint. Alii accipiunt imperia. descenduntq; ad suas quisq; officiorũ partes. Alii offerunt se: siquo usus opere sit. Presidia in arce in capitolio: in muris: circa urbẽ in monte etiam albano: atq; arce esulana ponunt. Inter hunc tumultũ. Q. Fuluiũ procons. profectum a Capua affertur. cui ne minueret imperium: si in urbem uẽisset decreuit Senatus ut. Q. Fuluio Parcum Consulibus imperiũ esset. Annibal infestius populato agro fregellano propter incisos pontes: per Frusinatem Ferentinatẽq; & Anagninum agrum in Lauicanum uẽit. Inde Algido tusculum petiit. nec receptus menibus infra tusculum dextrorsus Gabios descẽdit. Inde in Pupiniam exercitu demisso octo milia passuum a Roma posuit castra. Quo propius hostis accedebat: eo maior cedes fiebat: fugientium. precedẽtibus Numidis. pluresq; omnium generũ: atq; etatum capiebantur. In hoc tumultu Fuluius Flaccus porta Capena cum exercitu Romam ingressus: media urbe per Carinas Aesquilias contendit. Inde egressus inter Aesquilinam Collinamq; portam posuit castra: Ediles plebis commeatum eo comportarunt. Consules senatusq; in castra uenerunt. ibi de summa reipub. consultatũ. placuit Consules circa portas Collinam Esquilinamq; ponere castra. C. Calphurniũ Pretorem urbanum capitolio atq; arci preesse. & senatũ frequentẽ in foro cõtineri: siquid in tam subitis rebus consulto opus esset. Inter hec Annibal ad Anienem fluuiũ tria milia passuũ ab urbe castra admouit. ibi statiuis positis ipse cũ duobus militibus equitum a porta Collina usq; ad herculis templũ est progressus. atq; unde maxime poterat menia: situmq; urbis obequitans contemplabatur. Id eum tam licenter: atq; otiose facere: Flacco indignum uisum est. Itaq; immisit equites: submouerīq; atq; in castra redigi hostiũ equitatũ iussit. Cum cõmissum preliũ esset: Consules transfugas Numidarum qui tum in Auentino ad mille & trecentos erant: media urbe transire esquilias iusserunt. Nullos aptiores inter conualles tectaq; hortorum: & sepulchra: & uacuas undiq; uias ad pugnandum futuros rati. Quos cum ex arce Capitolioq; cliuo publico in equis decurrentes quidam uidissent: captum Auentinum conclamauerunt. Ea tm̃ res tumultũ ac fugã ꝑbuit: ut nisi castra punica extra urbẽ fuissent: effusura se omnis multitudo pauida fuerit. Tunc in domos atq; in tecta refugiebãt. uagosq; in uiis suos pro hostibus lapidibus telisq; incessebãt. nec cõprimi tumultus apeririq; error poterat: refertis itineribus agrestium turba: pecorumq;: que repentinus pauor in urbem compulerat. Equestre prelium secundum fuit. submotiq; hostes sunt. & qa multis locis comprimendi erant tumultus: qui temere oriebantur. Placuit omnes qui Dictatores: Consules: Censoresue fuissent: cum imperio esse: donec recessisset a muris hostis. Et diei quod reliquũ fuit: & nocte insequenti multi temere excitati tumultus sunt. oppressiq;. Postero die transgressus Anienem Annibal in aciem omnes copias eduxit. Nec Flaccus cõsulesue certamẽ detractauere. Instructis utriq; exercitibus in eius pugne casũ: in qua urbs Roma premiũ uictori esset: hymber ingẽs grandine mixtus: ita utranq; aciẽ turbauit: ut uix armis retẽtis: ĩ castra sese receperint: nullius rei minore: q̃ hostiũ metu. & postero die eodem loco: acies instructas eadẽ tẽpestas diremit. Vbi recepissent se in castra mira serenitas cum tranquillitate oriebatur. In religionẽ ea res apud poenos uersa est. Auditaq; uox Annibalis fertur: potiunde sibi urbis Rome modo mentem non dari. modo fortunam. Minuere etiam per melius: & alie parue magneq; res. Magna illa quod cum ipse ad menia urbis Rome armatus sederet: milites sub uexillis in supplementum hispanie profectos audiuit. Parui autẽ ꝙ per eos dies eum forte agrũ in quo ipse haberet castra uenisse: nihil ob id diminuto precio cognitum ex quodam captiuo est. Id uero adeo superbũ atq; indignũ uisum

eius soli: quod ipse bello captum possideret: haberetq; inuentum Rome emptorem: ut ex templo uocato precone tabernas argentarias: que circa forum Romanũ tũc eẽnt: iusserit uenire. His motus ad Turiam fluuium castra retulit: sex milia passuum ab urbe. Inde ad Lucum Feronie pergit ire: templũ ea tempestate inclytũ diuitiis. Capenates aliqui accole eius erant. primitias eo donaq; alia ꝑ copia portãtes: multo auro argentoq; id exornatum habebant. His omnibus donis tum spoliatum templũ. eris acerui cum rudera milites: religione inducti: iacerent: post perfectionẽ Annibalis magni inuenti: huius populatio tẽpli: haud dubia inter scriptores est. Celius Romã euntem a freto diuertisse Annibalẽ tradit. iterq; eius ab Reate: Cupiliisq; & ab Ami-terno orditur. ex Campania in Samniũ. inde ĩ Pelignos peruenisse: preterq; oppidũ Sulmonensẽ instituit: ĩ Martiãos transisse. In Albensi agro in Marsos. Hinc Ami-ternum Forulosq; uicum uenisse: neq; ibi error est: ꝙ tãti exercitus uestigia intra tã breuis eui memoriam potuerint confudisse enim ea constat. Tantum id interest ue-nerit ne eo itinere ad urbem: an ab urbe in Campaniam redierit. Ceterũ nõ quantũ pertinacie ad premendam obsidione Capuam Romanis fuit: tantũ ad defendendã Annibali. Nanq; & Lucanos in Brutium agrum: ad fretum uero ac Regium tanto cursu cõtendit: ut prope repentino aduentu incautos oppresserit. Capua & si nihilo segnius oppressa per eos dies fuerat: tamẽ aduentum Flacci sensit. & admiratio orta est: non simul regressum Annibalem. Inde per colloquia intellexerunt relictos se desertosq; & spem Capue retinende deploratam esse apud poenos. Accessit Edictum Proconsulis ex. S. C. propositum uulgatumq; apud hostes: ut qui Ciuis Campanus ante certam diem transisset: sine fraude esset. nec ulla facta est transitio: metu magis eos: q̃ fide continente: quia maiora in defectiõe deliquerant: q̃ quibus ignosci posset. Ceterum quemadmodũ nemo priuato consilio ad hostẽ transibat: ita nihil salutare in medium consulebatur. Nobilitas rempub. deseruerat. neq; in Senatũ cogi poterãt. In magistratu autem erat: qui non sibi honorẽ adiecisset: sed indignitate sua uim ac ius magistratui quem gerebat depressisset. Iam ne in foro quidem: aut publico loco principum quisq; apparebat. domibus inclusi patrie occasum: cum suo exitio in dies expectabant. Summa cure omnis in Bostarem: Hãnonẽq; prefectos presidii punici uersa erat. suo non sociorum periculo sollicitos. Hi conscriptis ad Annibalem litteris non libere modo: sed etiam aspere: quibus non Capuã solũ traditam in manu hostiũ sed se quoq; & presidium in omnes cruciatus proditos incusabãt: Abisse eũ in Brutios: uelut auertentem se ne Capua in oculis eius caperetur. At hercule Romanos ne op-pugnatione quidem urbis Romane abstrahi a Capua obsidẽda potuisse: tanto con-stantiorem inimicum romanum: q̃ amicum poenum esse. Si redeat Capuam: bellũq; omne eo uertat: & se & Campanos paratos eruptioni fore. non cum Reginis: neq; Tarentinis bellum gesturos: transisse alpes. ubi romane legiones sint: ibi & Cartha-giniensium exercitus debere esse. Sic ad Cannas: Sic ad Trasimenum rem bene gestã coeundo: conferendoq; cum hoste Castra: fortunam temptãdo. In hanc sententiam littere conscripte: Numidis proposita mercede: iam professis operam dãtur. hi specie transfugarum: cũ ad Flaccum in castra uenissent: ut inde tempore captato abirẽt: famesq; que tam diu Capue erat: nulli non probabilem causam transitionis faceret. Mulier repente Campana in Castra uenit: scortum transfugarum unius. indicatq; Imperatori Romano Numidam fraude composita transisse. litterasq; ad Annibalẽ ferre. Id unum ex iis: qui sibi rem aperuisset: arguere: se separatã eẽ. Productus ꝑmo satis cõstanter se mulierem ignorare simulabat. Paulatim deinde conuictus ueris: cũ

Retrocedit Annibal.

Sulmo

Transfuge penes [?] ... uirgis manibusque precisis Capuam remittuntur

tormenta posci: & parari uideret: fassus id ita esse litterequ; prolate. & additum etiam indicio quod celabatur: & alios specie transfugarum Numidas uagari in castris ro/ manis. Hi supra. lxx. comprehensi. & cum transfugis nouis mulctati uirgis: mãibusq; precisis Capuam rediguntur. Conspectum tam triste supplicium animos fregit Cã/ panorum. Concursus ad Curiam populi factus: coegit Lesium Senatum uocare. & primoribus qui iam diu publicis consiliis aberant pro palam minabãtur: nisi uenirẽt in senatum: circa domos ituros se: & in publicum omnes ui extracturos esse. Is timor frequentẽ Senatũ magistratui pbuit. Ibi cũ ceteri de legatis mittendis ad Impatores Romanos agerent: Viuius Virrius qui defectiõis autor ab Romanis fuerat: inter/ rogatus sententiam: negat eos q de legatis & de pace ac deditõe loquanẽ: meminisse se nec quid facturi fuerint. si romãos in potestate habuissent: nec quid ipsis patiendũ sit. Quid nos inquit eam deditõnem fore censetis: qua quondã ut aduersus Samnites auxilium impetraremus: nos nostraq; oĩa Romanis dedimus? Iã e memoria excessit quo tempore: & ĩ qua fortuna: a Po. Ro. defecerimus: Iam queãdmodũ in defectõe presidium quod poterat emitti: per cruciatum & ad cõtumeliã necauerimus: quotiẽs in obsidẽtis q̃ inimici eruperimus? castra oppugnauerimus? Annibalẽ uocauerimus? ad opprimendos eos. hoc quod recentissimum est: ad oppugnandam romam: hinc eũ miserimus? Age contra: que illi infeste in nos fecerint repetite: ut ex eo quid speretis habeatis. Cũ hostis alienigena in italia eẽt: & Annibal hostis: & cuncta bello arderẽt: omissis omnibus: omisso ipso Annibale: ambos Cõsules & duos consulares exercitus ad Capuam oppugnandam miserunt. alterum annũ: circunuallatos inclusosq; nos fame macerant. & ipsi nobiscum ultima pericula: grauissimos labores perpessi: circa uallum ac fossas sepe trucidati: & prope ad extremum castris exuti. Sed omitto hec. Vetus atq; usitata res est in oppugnãda hostiũ urbe: labores ac pericula pati. Illud ire atq; odii execrabilis indicium est. Annibal ingentibus copiis peditum. equitumq; castra oppugnauit: & ex parte cepit. Tanto periculo nihil moti sunt ab obsidiõe. pfectus trans uulturnum: perussit Calenum agrum. Nihil tanta sotiorum clade auocati sũt. Ad ipsam urbem Romam infesta signa ferri iussit. Eã quoq; tempestatẽ imminentẽ spreuerũt. Transgressus Anienem tria milia passuũ ab urbe castra posuit: Postremo ad menia ipsa & ad portas accessit. Romam se adempturũ eis nisi omitterent Capuã ostendit. & non omiserunt. feras bestias ceco impetu ac rabie concitatas: si ad cubilia & catulos eorum ire pergas: ad opem suis ferendã auertas. Roma circunsessa romãos coniuges: liberi: quorum ploratus hic quoq; prope exaudiebatur: are: foci: deorum delubra sepulchra maiorum uulsa temerata: atq; uiolata: a Capua non auerterunt. tanta auiditas supplicii expetẽdi: tãta sanguinis nostri hauriẽdi est sitis. Nec iniuria forsitan. nos quoq; idem fecissemus: si data fortuna esset. Itaq; quando aliter diis im/ mortalibus uisum est: cum mortem nec recusare quidem debeã: cruciatus cõtumeliasq; quas sperat hostis: dum liber: dum mei potens sum: effugere: morte preterq̃ honesta: etiam leui possum. Non uidebor apud Claudium: &. Q. Fuluium uictoria insolenti subnixos. neq; uinctus per urbem Romani triumphi spectaculum trahar. ut deinde in carcerem aut ad palum deligatus: lacerato uirgis tergo: ceruicem securi Romane subiiciam. Nec dirui indicendiq; patriam uidebo. nec rapi ad stuprum matronas Cã/ panas: uirginesq;: & ingenuos pueros. Albam unde ipsi oriundi erant: a fundamentis proruerunt. ne stirps ne memoria originum suarum extaret. ne dũ eos caput parsuros credã: cui infestiores q̃ Carthagini sunt. Itaq; quibus uestrum ante fato cedere: q̃ hec tot tam acerba uideãt in animo est: iis apud me hodie epule instructe parateq; sunt

Vibii virrii campani oro

Satiatis uino ciboq; poculum quod mihi datũ fuerit circũferetur. Ea potio corpus a cruciatu: animũ a contumeliis: oculos: aures: a uidendis audiendisq; omnibus acerbis indignisq; que manent uictos: uindicabit. Postea parati erũt: qui magno rogo in p/patulo edium accenso: corpora exanimata iniciãt. Hec una uia & honesta: & libera ad mortem. & ipsi uirtutem mirabuntur hostes. & Annibal fortes socios: sciet a se de/sertos: ac proditos esse. Hanc orationem Viuii Virrii plures audierunt cum assensu q̃ forti animo id quod probabant: exequi potuerũt. Maior pars Senatus multis sepe bellis expertam Populi Romani dementiam: haud diffidentes: sibi quoq; placabilẽ fore: Legatos ad dedendam Romanis Capuam decreuerunt: miseruntq;. Viuium Virrium septem & uiginti ferme Senatores domum sequuti sũt. epulatiq; cum eo: & quãtum facere potuerant alienatis mentibus uino: ab imminentis sensu mali uenenũ omnes sumpserunt. Inde misso conuiuio: dextris inter se datis: ultimoq; complexu collacrymãtes suum patrieq; casum: Alii ut eodem rogo cremarentur manserunt. Alii domos digressi sũt. Implete uino cibisq; uene minus efficacẽ in maturãda morte uim ueneni fecerunt. Itaq; noctam totam plerique eorum: & diei insequentis partem ius cum animam egissent: omnes tamen priusq̃ aperirent hostibus porte: expirarũt. Postero die porta Iouis que aduersus castra Romana erat: iussu Proconsulis apta est. ea intromissa legio una: & due ale cum. C. Fuluio Legato: Is cum omniũ p̃mũ arma telaq; que Capue erant: ad se conferenda curasset: custodiis ad omnes portas dispositis: ne quis exire aut emitti posset: presidium punicum comprehẽdit: Senatum Campanum ire in castra ad imperatores romãos iussit. quo: cum uenissent: extemplo his omnibus catbene iniecte. iussiq; ad questores deferri. Quod auri argentiq; haberẽt auri pondo. lxx. fuit. argenti tria milia: pondo. CC. Senatores qnq; & uiginti. Cales in custodiam: duo de. xxx. Theanum missi. quorum de sententia maxime descitum ab Romanis constabat. De supplicio Campani Senatus haudquaq̃ inter Fuluium Claudiumq; cõueniebat. facilis impetrande uenie Claudius. Fuluii durior sententia erat. Itaq; Appius Romã ad Senatum arbitriũ eius rei totũ inuciebat. percontandi etiam equum esse: potestatem fieri patribus: Num communicassent consilia: cũ aliqs sociorum latini nominis municipiorum. & num ope eorum ĩ bello forent: & admu/nicipiorum adiuti? Id uero minime cõmittendũ esse Fuluius dicere: ut sollicitarent criminibus dubiis sociorũ fidelium animi. & subucerent iudicibus quis neq; qd facerẽt quicq̃ unq̃ pensi fuisset. Itaq; se eam questionem oppressurũ extincturumq;. Ab hoc sermone cum digressi essent: & Appius quãuis fero citer loquentem collegam nõ du/bitaret tamen litteras super tanta re a Roma expectaturum. Fuluius ne idipsum impedimentũ incepto foret: dimittens pretoriũ Tribunis militũ ac prefectis sociorũ imperauit: uti duobus milibus equitum: delectis denuntiarent: ut ad tertiam buccinã presto essent. cum hoc equitatu nocte Theanũ: profectus: p̃ma luce portã intrauit. atq; in forum perrexit cõcursuq; ad primum equitũ ingressum facto: magistratum Sedicinum citari iussit: imperauitq; ut produceret Campanos: quos in custodia ha/beret. Producti omnes uirgisq; cesi: ac securi percussi. Inde citato equo Cales p̃currit ubi cum in tribunali consedisset: productiq; Campani deligarentur ad palum: eques citus ab Roma uenit: litterasq; a. C. Calphurnio Populoq; Ro. Fuluio contradit. Murmur a tribunali totam contionem peruasit: deferri rem integram ad patres de Campãis. & Fuluius id ita esse ratus: acceptas litteras: neq; persolutas: cum in gremio reposuisset: Preconi imperauit: ut lictorem legi agere deberet. Ita quoq; de iis: qui Calibus erant: supra tum supplicium. tum littere lecte. Senatusq; Consultum serum

ad impediendam rem actam: que summa ope apparata erat: ne impediri posset. Cō/surgentem iam Fuluium Taurea Iubellius Campanus per mediam uadens urbem: turbamq; nomine inclamauit. & cum mirabūdus quid nam sese uellet ingreret residēs Flaccus: me quoq; inquit iube occidi: ut gloriari possis multo fortiorē q̄ ipse es: uirū abs te occisum esse. Cum Flaccus negaret: profecto satis compotem esse mentis: modo probiberi etiam se: si id uellet. S. C. diceret: tum Iubellius: quandoquidē inquit capta patria: propinquis amicisq; amissis: cū ipse manu mea coniugē liberosq; interfecerim: ne quid indigni paterentur: mibi ne mortis quidem copia eadem est: que bis ciuibus meis: petatur a uirtute inuise buius uite uindicta: atq; ita gladio quem ueste texerat: per aduersum pectus transfixus: āte pedes Imperatoris ꝓcubuit moribundus. Quia & quod ad supplicium attinet Campanorū: & pleraq; alia de Flacci unius sententia acta erant mortuum Appium Claudium sub deditiōem Capue: quidam tradūt: būc quoq; ipsum Tauream neq; sua sponte uenisse Cales: neq; sua manu interfectum. sed cum inter ceteros ad palum deligatus: quia parū iter strepitus exaudiri possent: que uociferabantur: silentiū fieri Flaccū iussisse. Tum Taureā illa que ante memorata sunt dixisse. Virum fortissimū a nequaq̄ pari ad uirtutē occidi. Sub bec dicta iussu proconsulis preconem ita pronuntiasse: lictor uiro forti adde uirgas: & in eum ꝓmū lege age. Lectum quoq; prius q̄ ferret. Sena. Consul. Quidam autores sūt. Sed qa scriptū in. S. C. fuerat: si ei uideretur: integram rem ad Senatū traiceret: interꝑtatū esse quid magis e. R. P. duceret: estimationem sibi permissam. Capuam a Calibus re/ditum est. Atellaq; & Galacia in deditionē accepte. Ibi quoq; in eos q capita rei erāt: animaduersum est. Ita ad. lxx. principes Senatus interfecti. trecenti ferme nobiles Campani in carcerem cōditi. Alii per sociorum latini nominis urbes in custodias dati: uariis casibus interierunt. Multitudo alia ciuium Campanorum uenundata. de urbe agroq; reliq̄ cōsultatio fuit. Quibusdā delēdā cēsentibus urbem: ꝓualidam. ꝓpinquā. inimicam. Ceterum presens utilitas uicit. Nam propter agrum quem omni fertilitate terre satis constabat primum in italia esse: urbs seruata est: ut esset aliqua aratorum sedes. urbi frequentande multitudo incolarum: libertinorūq; & institorū: opificūq; retenta. Ager omnis & tecta publica priora facta. Ceterum babitari tantum: tanq̄m urbem Capuā: frequentariq; placuit. corpus nullum ciuitatis. nec senatū. nec plebis concilium. nec magistratus esse. sine cōsilio publico. sine imperio. multitudinē nullius rei inter se sociam: ad consensum inbabilem fore. prefectum ad om̄ia iura reddenda ab Roma quot annis missuros: Ita ad Capuam res composite consilio ab omni parte laudabili: seuere & celeriter: in maxime noxios animaduersum. multitudo ciuiū dis/sipata in nullā spem reditus. Non seuitū incendiis: ruinisq; i tecta innoxia. murosq; & cum emolumento quesita etiam apud socios lenitatis species incolumitate urbis nobilissime. opulentissimeq;. Cuius ruinis omnes Cāpaniā circa accolūt populi ingemuissent. Confessio expressa bosti: quanta uis in romanis ad ex/petendas penas ab infidelibus sociis & quoniam nibil in Annibale auxilii esset ad re/ceptos in fidem tuendos. Romani Proconsules perfuncti: quod ad Capuā attinebat. cura. C. Neroni ex iis duabus legionibus: quas ad Capuam babuerant: Sex milia peditum: & trecentos eqtes: quos ipse legisset. & sociū Latini nominis peditū numerū parem: & octingentos equites: decernunt. Quem exercitū puteolis in naues impositū Nero in Hispaniam transportauit. Cum Tarraconem nauibus uenisset: expositisq; ibi copiis: & nauibus subductis: socios quoq; nauales multitudinis augende causa ar/masset: profectus ad Hiberum flumē exercitum. A. T. Fonteio: & Marcio accepit.

Hasdrubal sub specie collogij romanum ducem fallit.

Inde pergit ad hostes ire. Hasdrubal Hamilcaris ad lapides atros castra habebat in Ausetanis. Is locus est: inter oppida Illiturgim: & Mentissã. Huius saltus fauces Nero occupauit. Hasdrubal: ne in arcto res esset: caduceatorem misit: qui promitteret: si inde missus foret: se omnem exercitum ex hispania deportaturum. Quam rem cum leto animo romanus accepisset: diem posterum Hasdrubal collogo petiit: ut Romã leges conscriberentur de tradendis arcibus urbium. dieq; statuenda: ad quam presidia deducerentur. suaq; omĩa sine fraude poeni deportarent. Quod ubi impetrauit: ex templo primis tenebris: atq; inde tota nocte: quod grauissimum exercitus erat Has/drubal q̃cunq; posset: euadere e saltu iussit. Data sedulo opera est: ne multi ea nocte exirent: ut ipsa paucitas tum ad hostem silentio fallendum aptior. tum ad euadendũ per arctas semitas: ac difficiles esset. uentum in sequenti die ad colloquium est. sed lo/quendo plura: scribendoq; dedita opera: que in rẽ nõ essent: die consũpto in posterũ dilatum est. Addita insequens nox spatium dedit & alios emittendi. nec postero die res finem inuenit. Ita aliquot dies disceptãdo palam de legibus: noctesq; emittendis clam e castris Carthaginẽsibus absente. & postq̃ maior pars emissa exercitus erat: iam iis quidem: que ultro dicta erant: stabatur. minusq; ac minus cum timore: simul fide decrescente conueniebat. Iam ferme pedestres omes copie euaserant e saltu: cum p̃ma luce densa nebula saltum omnẽ: cãposq; circa intexuit. Quod ubi sensit Hasdrubal: mittit ad Neronem: qui in posterum diem colloquium differat. Illum diem religiosũ Carthaginensibus ad agendum quicq̃ rei feriatum eẽ. ne tum quidem suspecta fraus: Cum data eẽt uenia eius diei ex templo Hasdrubal cũ equitatu: elephantisq; castris egressus: sine ullo tumultu: in tutum euasit. Hora ferme quarta: depulsa sole nebula aperuit diem. uacuaq; hostium castra conspexerunt Romani. Tũ demũ Claudius punicam fraudẽ agnoscens: ut se dolo captum sensit: proficiscentem insistit sequi: pa/ratus confligere acie. sed hostis detrectabat pugnã: leuia tamen prelia inter extremũ punicum agmen: percursoresq; romanorum fiebant. Inter hec hispãie populi: necq post cladem acceptam defecerant: redibant ad romanos. nec ulli noui deficiebant. & Rome Senatui populoq; post receptam Capuam: nõ Italie iam maior q̃ Hispanie cura erat. exercitum augeri: & Imperatorẽ mitti placebat. Hec tamẽ quẽ mitterẽt satis cõstabat. quoniã illuc ubi duo summi Imperatores intra dies. xxx. cecidissent: qui in locum duorum succederet: extraordinaria cura deligendus esset. Cum alii aliũ nominarent: postremũ eo decursũ est: ut Populus pro Consule creãdo in Hispaniã comitia haberet. diemq; Comitus Consules edixerunt. Primo expectauerant: ut qui se tãto imperio dignos crederent nomina profiterent. Que ut destituta expectatio est: redintegratus luctus accepte cladis: desideriumq; Imperatorũ ammissorũ. Mesta itaq; ciuitas prope inops consilii Comitiorum. die tamen in Campum descendit. atq; in magistratus uersi circumspectant: ora principũ: aliorũq; alios intuentiũ. fremũtq; adeo perditas res desperatumq; de repub. esse: ut nemo audeat in hispaniam imperiũ accipere. Cum subito. P. Cornelius illius qui in Hispania ceciderat: filius quattuor & ferme uiginti annos natus: professus se petere: in superiore: unde conspici posset: loco constitit. In quem postq̃ omnium ora conuersa sunt: clamore ac fauore ex templo ominati sunt: felix faustumq; imperium. Iussi deinde inire consilium suffragium ad unũ omnes non centurie mõ: sed etiã homines: P. Scipioni imperiũ esse in Hispaniã iusserunt. ¶ Ceterum post rem actam: ut iam resederat impetus animorum: ardorq; silentium subito ortum. & tacita cogitatio: quidnã egissent noui: q̃ fauor plus ua/luisset: q̃ ratio etatis: maxime penitebat. quidam etiam fortunam domus horrebãt.

P. SCIPIO IIII et XX ANNOS natus proconsul creatur in hispania

nomēq; ex funestis duabus familiis in easq; ꝓuīciās: ubi inter sepulchra patris: patruiq; res gerēde essent ꝓficiscentis. Quod ubi ab re tanto īpetu acta: solicitudinē curamq; hominum animaduertit aduocata contione: ita de etate sua imperioq; mandato & bello quod gerendum esset: magno elatoq; animo disseruit. ❡ Vt ardorem eum: qui residerat: excitaret rursus. innouaretq; & impleret hoīnes certioris spei: q̃ quātū fides ꝓmissi humani: aut ratio ex fiducia rerꝝ subire solet. ❡ Fine enim Scipio nō ueris tantum uirtutibus mirabilis: sed arte quoq; quadam ab iuuenta in ostentatione earū cōpositus. pleraq; apud multitudinē. aut per nocturnas uisa species: aut uelut diuinitus mente monita: agens siue & ipsi capti quadam superstitione animi: siue ut imperia consiliaq; uelut sorte oraculi missa sint: nec contatiōe assequerentur. Ad hec iam inde ab initio preparans animos: ex quo togam uirilem sumpsit: nullo die prius ullā publicam priuatamq; rem egit: q̃ in Capitolium iret. ingressusq; edem cōsederet: & plerunq; tempus solus in secretū ibi tereret: hic mos per omnem uitā seruabat: seu consulto: seu temere uulgatæ opinioni: fidem apud quosdam fecit: ut stirpis eū diuine uirū esse: retulitq; famā: in Alexandro Magno prius uulgatā: & uanitate: & fabula parem: anguis immanis concubitu conceptum: & in cubiculo matris eius persæpe uisā prodigii eius speciem. interuentuq; hominū euolutā repente. atq; ex oculis elapsam: his miraculis numq̃ ab ipso illusa fides est: quin potius aucta arte quadam: nec abnuendi tale q̃cq̃: nec palā affirmādi. ❡ Multa alia eiusdē generis alia uera: alia assimulata āmiratiōis humane in eo iuuene excesserant modū. q̄bus freta nūc ciuitas ætati haudquaq̃ mature tantā molem rerū tātumq; imperium ꝑmisit. Ad eas copias quas ex uetere excercitu hispania habebat: queq; a putheolis cū. C. Nerone traiecte erāt decem milia peditum: & mille equites adduntur: &. M. Iunius Syllanus Propretor adiutor ad res gerendas datus est. Ita cū. xxx. nauiū classe. ❡ Omnes autem quinq; remes erant. ❡ Hostiis tiberinis profectus preter oram tusci maris alpes: atq; Gallicū sinum: et deinde pyrenei circumuectus promōtorium emporiis: urbe greca (oriundi & ipsi a phocæa sunt.) ❡ Copias exposuit. Inde sequi nauibus iussis Tarraconem pedibus profectus: conuentum omnium sociorum. ❡ Etenim legationes ad famam: aduentus eius ex omni se prouintia effuderant.) ❡ Habuit naues ibi sub duci iubet: remissis q̃tuor triremibus Massiliensium: que offitii causa a domo ꝓsequute fuerāt. Responsa inde legationibus suspensis: uarietate tot casuum dare cepit. Ita illato ab ingenti uirtutū suarum fiducia animo: ut nullum ferox uerbum excideret. Ingensq; omnibus que diceret inesset: tum magestas: tum fides. ❡ Profectus a Tarracone: & ciuitates sociorū: & hiberna exercitus adiit. collaudauitq; milites q̄ duabus tantis cladibus deincepsi ictī: prouintiam optinuissent. nec fructum secundarum rerum sentire hostis passi: omni cis Hiberum agro eos arcuissent: sotiosq; cum fide tutati essent. ❡ Martiū secum hēbat cū tāto honore ut facile appareret nihilminus eū uereri: q̄m ne quis obstaret glorie sue. ❡ Successit inde Sillanus Neroni. & in hyberna noui milites deducti. ❡ Scipio oībus que adeunda: agēdaq; erant mature aditis pactisq;: Tarraconē cōcessit. ❡ Nihilo minor fama apud hostes Scipiōis erat: q̃ apud ciues: sociosq;: & diuinatio quedā fuit: quo minus ratio timoris reddi poterat eo oportune maiorem inferens metū. ❡ In hyberna diuersi cōcesserunt. Hasdrubal gisgonis usq; ad Oceanū: & gades. Mago in mediterranea maxime supra castulonensem saltum. Hasdrubal Hamulcaris filius proximus Hibero circa Saguntum hibernauit. Estatis eius tempore extremo quo Capta est capua: & Scipio in hispaniam uenit: punica classis ex Sicilia Tarentū acita ad arcendos cōmeatus ꝑsidii Romani: quod

Scipionis ingens laus: ortus q[ue] et sui mira narratio

Exercitus Scipionis in hispania profectus

Remissi massilienses naues q[ue] officii causa uenerant

Tarracone Scipio in hyberna gessit

in arce Tarentina erat: clauserat quidē omnis ad arcem a mari aditus. sed assidendo
diutius: arctiorē annonā sociis: q̃ hosti faciebat. nō enī tātū subuehi oppidanis per
pacata littora: apertosq; portus: presidio nauiū punicarū poterat: quantū frumēti
classis ipsa: turba nauali mixta ex omni genere hominū: absumebat. ut arcis presidiū
etiam sine inuecto: quia ibi pauci erant: ex ante preparato: sustētari posset. classiq;
et Tarentinis ne inuectū quidē sufficeret. ¶ Tādē maiore gratia: q̃ uenerat. classis di/
missa est. ¶ Annona haud multū laxauerat: quia remoto maritimo presidio: subue/
hi frumentū nō poterat. ¶ Eiusdem estatis exitu: M. Marcellus ex Sicilia Prouītia
cum ad urbem uenisset: A. C. Calphūlino. Pretore Senatus ei ad edē Bellone datus ē.
ibi cum de rebus a se gestis disseruisset: questus leniter nō suā magis q̃ militū uicē: ꝙ
Prouincia confecta: excercitū deportare nō licuisset: postulauit: ut triūphāti urbē
uel inire liceret. ¶ Tum id nō inpetrauit: cum multis uerbis actum esset. utrum nimis
cōueniret. cuius nomine absentis: ob res prospere ductu eius gestas: supplicatio de/
creta foret: & dis immortalibus habitus honos: ei presenti negare triumphum anteq̃
tradere exercitū successori iussissent: quod nisi manēte in prouītia bello: decernerēt
eum quasi de bello triumphare: cum exercitus testis meriti: atq; immeriti triumphi
abesset. Mediū uisū: ut urbē ouans iniret Tr. Plæ. ex autoritate Senatus ad popu/
lū tulerūt: ut. M. Marcello: quo die urbē ouans iniret imperium esset. pridie q̃ urbē
iniret in monte Albano triūphauit. ¶ Inde ouans multā pre se predā in urbem intu
lit: cum simulacro captarū Syracusarū: Catapulte Balisteq; & alia ōnia instrumenta
belli lata: & pacis diuturne regieq; opulentie ornamēta: argēti: erisq; fabrefacta ua/
sa & alia suplex: preciosaq; uestis & multa. nobilia signa: quibus īter primas gretie ur/
bes Syracuse ornate fuerant. Punice quoq; uictorie signum: octo ducti elephanti
¶ Et. non minimum fuit spectaculum: cū coronis aureis precedentes Sosis Syracu/
sanus & Moericus Hispanus: quoꝝ altero duce nocturno Syracusas introitū erat:
alter Nassū quodq; ibi quod presidii erat: prodiderat his ābobus ciuitas data: & quī/
quagena iugera agri solidi: ī agro Syracusano: qui aut Regius. aut hostium populi
romani fuisset: & edes syracusis cuius uellēt eoꝝ: in quos belli iure animaduersum esset.
Moerico uero Hispanisq;: qui cum eo transierant: urbs agerq; in Sicilia: ex iis qui a
populo romano defecissent iussa dari. id. M. Cornelio mandatū. ut ubi ei uideretur
urbem agrumq; eis assignaret. ¶ In eodem agro belligeni: per quē illectus ad transi/
tionem Moericus erat. cccc. iugera agri decreta. ¶ Post. profectionem ex Sicilia
Marcelli: Punica classis octo milia peditū: tria Numidaꝝ equitum exposuit. ad eos
Murgentie desciuerūt terre: Sequute defectōnē eaꝝ hybla & macella sūt. et igno/
biliores quedā alie. et Numide Prefecto Mutine uagi p totā Siciliā socioꝝ Populi
Romani agros urebāt sup hoc exercitus Romanus iratus: ptim. qđ cū īpatore nō
deuectus ex ꝓuintia eēt. partim ꝙ in opidis hysbernare ueriti erāt Segni fūgebantē
militia magisq; eis auctor ad seditionē q̃ animus deerat. ¶ Inter has difficultates. M.
Cornelius Pretor & militum animos nunc consolando: nunc castigando sedauit et
ciuitates omnes que defecerant: in dedictionē redegit: atq; ex his Murgātiā His/
panis quibus urbs: agerq; debebatur: ex. S. C. attribuit. ¶ Consules cū ābo Apuliam
Prouintiam haberent minusq; iam terroris A. Poenis & Annibale esset: sortiri. iussi
Apuliā Macedoniāq; Prouintiā: Sulpitio Macedonia euenit: isq; Leuino successit.
Fuluius Romam Comitiorum causa accercitus: cum Comitia Consulibus rogandis
haberet: ꝓrogatiua Veturia iuniorum declarauit. T. Manlium Torquatum: &. T.
Octaciliū. Manlius qui p̄sens erat. gratulandi causa cum turma coiret. nec dubius

esset cõsensus populi: magna circunfusus turma: ad tribunal Consul uenit: petitq; ut
pauca sua uerba audiret. Centuriãq; Que tulisset suffragiũ: reuocari iuberet. Erectis
omĩbus expectatione. Quid nam postulaturus esset: oculo℞ ualitudinem excusauit.

Verba torquati excusantis se de consulatu

¶ Impudẽtẽ et Gubernatorẽ et Imperatorẽ eẽ: Qui cũ alienis oculis ei om̃ia agẽda
sint: postulet sibi aliorũ capita: ac fortunas committi. proinde si uideretur: et redire
in suffragiũ Veturiã Iuniorũ iuberet: & meminisse in Cõsulibus creãdis belli: quod
in Italia sit. tẽpo℞q;. R. Publice. uix dũ requiescere se in auris: a strepitu & tumultu
hostili: quo paucos ante mẽses assederint prope moenia Romana. ¶ Post hec cum
Centuria frequens succlamasset: nihil se mutare sentẽtie. eosdẽq; Cõsules dicturos eẽ:
Tũ torq̃tus. ¶ Neq; ego uestros inq̃t mores Cõsul ferre potero: neq; uos ĩperiũ meũ:
redite in suffragiũ. et cogitate bellũ Punicũ in Italia. et hostiũ ducẽ Annibalẽ esse.

Eiusdem verba ob q̃ egregata Veturia senio℞ dimissis iorib;
Cons dicti sũt M. Marcellus claudius fulgẽs M. valerius absentes.

¶ Tũ Centuria et autoritate mota uiri: et admirãtiũ circa fremitu: petiit A Cõsule:
ut Veturiã senio℞ citaret. ¶ Velle sese cũ maioribus natu colloqui: et ex autoritate
eo℞ Consules dicere. ¶ Citatis Veturie senioribus: datum secreto in ouili cũ his collo/
quẽdi tempus. ¶ Seniores de tribus consulendũ dixerũt eẽ. Duobus iã plenis hono℞
·Q. Fabio & M. Marcello: et si utiq; nouũ aliquẽ aduersus Poenos Cõsulẽ creari
uellẽt. M. Valeriũ Leuinũ egregie aduersus Philippũ Regẽ res gessisse terra. ma/
riq;. Ita de tribus cõsultatiõe data: senioribus dimissis: Iuniores suffragiũ ineunt. M·
Marcellum Claudiũ fulgẽtem tũ Sicilia domita. & M. Valeriũ absentes Cõsules
dixerunt. autoritatem prærogatiue omnis Centuriæ sequutæ sũt. ¶ Eludant nunc
antiqua admirantes: non equidem: siqua sit sapientium Ciuitas: Quam docti fingũt
magis q̃ norũt: aut principes grauiores: tẽperatioresq; a Cupidine Imperii: aut mul/
titudinem melius moratam censeant fieri posse. Centuriam uero Iuniorum seniores
consulere uoluisse: quibus imperii suffragium mandaret: uix ut uerisimile sit: parentũ
quoq; hoc seculo uilis leuisq; apud liberos autoritas fecit. ¶ Pretoria Inde Comicia
habita: P. Manlius Valens: & L. Manlius Acidinus: & C. Lectorius & L. Cincius
Almẽtus creati sunt. ¶ Forte ita incidit: ut comitiis pfectis: nuntiarẽt. T. Octaciliũ
quem. T. Manlio omnis(ni interpellatus ordo Comiciorũ esset) Collegam absentem
daturus fuisse uidebat populus: mortuũ in Sicilia esse. ¶ Ludi Apollinares & p̃ore
anno fuerunt: & eo anno ut fierẽt: repente Calpburnio Prætori Senatus decreuit:
ut in perpetuũ uouerent. ¶ Eodem anno prodigia aliquot uisa. In æde Cõcordie.

PRODIGIA

Victoria que in culmine erat: fulmine icta decussaq; ad Victorias que in arce fixæ
erant hæsit: neq; ĩde pcidit. & Anagnia & Fregellis nũtiatũ ẽ: murũ ptasq; de celo
igne tactas. ¶ Et in foro Subertano sanguinis riuos per diem totũ fluxisse: & Ereti
lapidibus pluisse. ¶ Et Reate Mulã peperisse. ¶ Ea pdigia hostiis maioribus pcurata

Mulam peperisse

sunt. & obsecratio in unum diem populo indicta. & nouendiale sacrũ: ¶ Sacerdotes
publici aliquanti: eo anno mortui sunt. nouiq; suffecti. In locũ. M· Emilii Numide
Decẽuiri sacro℞. M. Emilius Læpidus. ¶ In locũ. M. Põponii Mathonis Pontificis:
Liuius. ¶ In locum. SP. Caruilli Maximi Anguris. M. Seruilius. T. Octacilius
Crassus Pontifex: qa exacto anno mortuus erat: ideo nominatio in locum eius nõ
est facta. C. Claudius Flamẽdialis: quod exta perperã dederat: Flaminio abiit.

IN MACEDONIA

M. valerii Leuini verba ad etolo℞ principes p amicitia cũ rõ ineunda

¶ Per idẽ tẽpus. M. Valerius Leuinus: temtatis prius per secreta colloquia principũ
animis: ad indictũ ante ad id ipsũ Concilium Etolorũ classe expedita uenit. ¶ Vbi
cũ Syracusas Capuamq; Captam in fidem: in Italiaq; rerũ secũdarũ successũ osten/
tasset: adiecissetq;: Iam inde a maioribus traditũ morem Romanis colendi socios: ex
quibus alios ĩ Ciuitatem atq; æquum secũ ius accepissent: alios in ea fortuna haberẽt:

ut sotii esse ꝗ̃ Ciues mallẽt Etolos eo in maiore futuros bonore: quod gẽtiũ trans/
marinarũ in amicitiam primi uenissent. Philippũ eis et Macedonas graues accolas
esse: quorũ se uim: ac spiritus fregisse: uigorem et eo redactum esse: ut non bis modo
urbibus: quas per uim ademisset ætolis: excedant: Sed ipsam Macedoniam infestam
babeant: & Acannanes quos egre ferrẽt: Etolia corpore suo dirẽptos restituturum
se ĩ antiquam formulam iuris ac ditionis eorũ. ¶ Hæc dicta promissaq; a Romano
Imperatore. ¶ Scopas qui tũ Prætor gẽtis erat: & Dorimacbus principes ætolorũ
affirmauerũt autoritatẽ suã. minore cũ uerecũdia: & maiore cũ fide. uĩ maiestatẽq;
Populi. Ro. extollentes: maxime tamen spes potiunde mouebat Acarnanie. ¶ Igit̃
Conscriptæ Conditiones. quibus in amiciciã societatẽq; Populi. Ro. uenirẽt. addi/
tumq;: ut si placeret uellẽtq; eodem iure amiciciæ: Elei: Lacedæmoniiq;: & Athalus
& Pleuratus & Scerdiledus essent. Asiæ Athalus: bi Thracum & Illyricorum Reges.
Bellũ ut ex tẽplo Etoli cum Philippo terra gererent. Nauibus ne minus. xx. qui/
queremibus adiuuarent. Romanus urbiũ Corcyræ tenus ab Etolia ĩcipiẽte solum:
tectaq;: & muri: cum agris Etolorũ: Alia omnis præda Populi. Ro. esset. ¶ Darentq;
operam Romani: ut Acarnaniã Etoli baberent. ¶ Si Etoli pacẽ cũ Philippo face/
rent: fæderi ascriberẽt: ita ratam eoꝝ pacem: Si Philippus arma a Romanis: sotiisq;:
quiq; eoꝝ ditionis essent: abstinuissent. ¶ Item si Populus Romanus fædere iunge/
retur regi: ut Caueret: ne ius ei bellũ inferendi Etolis sotiisq; eoꝝ esset. ¶ Hæc cõue/
nerũt. conscriptaq; biẽnio post Olympiæ: Ab Etolis: in Capitolio ab Romanis: ut
testata sacris munimẽtis essent sunt posita. ¶ Moræ causa fuerant. retẽti Rome diu/
tius Legati Etolorũ. nec tamen Impedimento id rebus gerendis fuit: Et Etoli ex
tẽplo mouerũt aduersus Philippum bellũ. & Leuinus Zacyntbũ parua insula est
propinqua Etolie urbem unam: eodẽ quo ipsa est nomine: babet. eam preter arcem
excepit. et Oleniadas. Naxumq; Acarnanum captas: Etolis contribuit. Philippum
quoq; satis ĩplicatũ bello finitimo ratus: ne Italiã: Poenosq; & pacta cũ Annibale
posset respicere: Corcyrã ipse se recepit. ¶ Philippo: Etolorũ defectio pelle biber/
nanti allata est. Itaq;: quia primo uere: moturus in Græciã erat: Illyrios finitimasq;
ei urbes: alterno metu quietas: ut Macedoniã baberet. expeditionẽ subitã. in Origi/
norũ atq; Apolloniatũ fines fecit. egressosq; Apolloniatas cũ magno terrore: ac pa/
uore cõpulit ĩtra muros: Vastatis proximis. Illyricis: in Pelagoniã eadẽ celeritate
uertit iter. Inde Dardanoꝝ urbem sitam in Macedoniã: transitũ dardanis facturã:
cepit. His raptim actis: memor Etolici Iunctiq; cũ eo Romani belli: ꝑ Pelagoniã:
& Lymfum: & Bolaieam: in Thessaliam descendit. ¶ Ad bellum secũ aduersus Etolos
capessendum. Incitari posse bomĩes credebat. & relicto ad fauces Thessaliæ Perseo
cum quattuor milibus armatorum: ad arcendos aditu Etolos: ipse priusꝗ̃ maioribus
occuparetur rebus: in Macedoniam atq; in Thraciam exercitum ac Medos eduxit.
¶ Incurrere ea gens in Macedonia solita erat: ubi Regem occupatũ externo bello:
ac sine præsidio esse Regnũ sensisset. ¶ Ad pbragãdas igit̃ uastare agros & urbẽ Iã/
pbarinã: caput: arcẽq; Medice oppugnare: coepit. ¶ Scopas ubi ꝓfectũ ĩ Thracia
regem: occupatumq; ibi bello audiuit. armata omni Iuuentute Etoloꝝ: bellũ ĩferre
Acarnanie parat. ¶ Aduersus quod: se Acarnanũ gens: & uiribus Impar: & iã mænia
Oleniados Naxumq; amissa cernens: Romanaq; insuper arma ingruere: Ira magis
instruit: ꝗ̃ cõsilio: bellũ. Coniugibus liberisq;: & senioribus supra. lx. annos in ꝓpin/
quam Epirum missis: a. xv. ad. lx. annos coniurant: nisi uictores se non redituros.
Qui uictus acie excessisset: neq; urbe: tecto: mẽsa: lare reciperet. ¶ Dirã execrationẽ

in populares: obtestationeq; q̃ sanctissimã potuerunt aduersus hospites cõposuerũt.
precatiq; simul Epirotas sunt: ut qui suorũ in aciẽ occidissent: eos uno tumulo cõte/
gerent. adhiberẽtq; humatis titulũ. Hic siti sunt Acarnanes: qui aduersus uim atq;
Iniuriã Etolorũ: p patria pugnãtes mortem oppetierũt. Per hæc incitatis aĩmis
Castra extremis finibus suis obuiã hosti posuerũt. Nũtiis ad Philippũ missis: q̃to res
in discrimine esset. omittere Philippum id: quod in manibus erat: coegerunt bellum.
Iam pharina per deditionem recepta: & prospero alio successu rerum. Etolorum
Impetũ tardauerat: primo Coniurationis fama Acarnanie. deinde auditus Philippi

etoli i fines suos redeunt

aduẽtus: regredi etiã in intimos coegit fines. Nec Philippus: quanq̃ ne opprimerẽt
Acarnanes: itineribus magnis ierat: ultra Clinẽ ẽ progressus. Inde cũ audisset reditus
Etolorũ: ex Acarnania: & ipse Pellã rediit. Leuinus ueris pricipio: a Corcyra pfectus
nauibus supato Leucate promontorio: cum uenisset Naupactũ: Anticyram inde se

ANTICYRA

petiturũ edixit: ut præsto ibi Scopas Etoliq; essẽt. Sita Anticyra ẽ In locide: læua
parte sinum Corinthiacũ intrantibus: breuis terræ iter: eo breuis nauigatio a Nau/

Leuinus ad etholos ueniens ANTYCIRÃ captam etolis donat

pacto ẽ. Tertio ferme post die utrinq; oppugnare cepta ẽ. Grauior a mari oppug/
natio erat: quia & tormenta: machineq; omnis generis in nauibus erant. & nauibus
Romani inde oppugnabãt. Itaq; ĩtra paucos dies recepta urbs p deditionẽ Etolis

Leuinus absens consul creatus Romã redit eique P. Sulpitius succedit.

tradit̃. preda ex Naupacto Romanis cessit. Leuino litteræ redditæ Consulẽ eum
absentem declaratũ. & successorẽ uenire. P. Sulpitium. Cæterũ diuturno ibi morbo
ĩplicitus serius spe omĩũ uenit Romã. M. Marcellus cũ Idibus Martii Cõsulatũ
inisset: Senatũ eo die moris modo Causa habuit: professus nihil se absente Collega:
neq; de. Re. Pu. neq; de prouĩtiis acturum. Scire se frequẽtes Siculos prope urbẽ.
in uillis obtrectatorũ factorũ suorũ esse. Quibus tamẽ abesse: ut p se nõ liceat palam
Romæ crimina. edicta. facta ab ĩimicis. uulgare: ut insimularẽt aliquẽ sibi timorẽ
absente collega dicẽdi de Consule esse: Ipse eis extemplo daturus Senatũ fuerit. Ubi
quidẽ Collega uenisset: nõ passurũ quicq̃ prius agi: q̃ ut Siculi in Senatum intro/
ducant̃. delectũ prope a. M. Cornelio p totã Siciliã habitum: ut q̃ plurimi questũ
de se Romam uenirent. eundem litteris falsis Romam implesse: bellũ in Sicilia esse:
ut suam laudem minuat. Moderati animi gloriam eo die adeptus Consul Senatũ
dimisit. ac prope iustũ iustiциũ omniũ rerum: futurũ uidebatur. donec alter Consul
ad urbẽ uenisset. Ociũ ut solet excitauit Plebis rumores. belli diurnitate & uasta/
tos agros circa urbẽ: qua infesto agmine isset Annibal. exhaustam delectibus Italiã.
& pro re q Cannensis exercitus cæsus: querebãtur. & Consules bellicosos ãbos uiros:
acres nimis: & feroces creatos: qui uel ĩ pace tranqlla bellũ excitare possent: ne dũ in
bello respirare Ciuitatem forẽt passuri. Interrupit hos sermones nocte: quæ p̃die
quinquatrus fuit pluribus simul locis circa forum incendium ortũ. Eodem tẽpore
septem tabernæ: que postea quinq;: & argentariæ: que nunc nouæ appellãt̃. arsere.

Incendiũ Rome magnũ: qd fecerãt iuuenes campani quorum patres multati fuerant.

Compræhensa postea p̃uata ædificia. Neq; enim tũc basilicæ erant. Cõphense
lautumiæ: forumq; piscatoriũ. & Atriũ regium. Edes ueste uix defensa est. tredecim
maxime seruorum opera qui in publicum redempti: ac manumissi sunt. nocte & die
continuatũ incendiũ fuit. Nec ulli dubium fuit: humana id fraude factum esse. q
pluribus simul locis & iis diuersis: ignes coborti essent. Itaq; Cõsul ex autoritate Se/
natus pro Contione edixit: Qui quorũ opera id conflatum incendium pfiteretur:
præmium fore: libero pecuniam: seruo libertatẽ. Eo præmio inductus Campanorũ
Calauiorum seruus: Manus ei nomen erat: indicauit dominos. & hi quinq; præterea
Iuuenes nobiles Campanorũ: quorũ parẽtes a Fuluio percussi erant securi: id incendiũ

fecisse.uulgoq; facturos alia: ni comprehendantur. Cōꝓhensi.familieq; eoꝝ.ꝑmo eleuabatur index: indiciumq;.pridẽ eū uerberibus Castigatum a dominis discessisse. per iram ac leuitatem ex re fortuita crimen commentū. Cæterum ut coram argue/ bantur: & questio ex ministris facinoris foro medio haberi cepta est: fassi omnes atq; in dominos seruosq; conscios animaduersum est. Indici libertas data. & .xx. milia eris. ¶ Consuli Leuino Capuã prætereūti circūfusa multitudo Campanorū: obsecrãtiū cū lachrymis: ut sibi Romam ad Senatū ire liceret: oratum siqua misericordia tãdẽ flecti possent: ne se ad ultimū perditū irent. nomenq; Campanorum a. Q. Flacco deleri sinerent. ¶ Flaccus sibi priuatam simultatem cum Campanis negare ullam esse. publicas inimicicias & hostiles esse: & futuras: quoad eo aĩmo ĩ populū Ro. esse sciret. Nullam enim in terris gẽtem esse: nullum infestiorem populum nomini Romano. Ideo se moenibus inclusos tenere eos: qa siqui euasissent: aliqua uelut feras bæstias ꝑ agros uagari. & laniare: & trucidare: quodcunq; obuium detur. Alios ad Annibalem transfugisse. Alios ad Romã incendendã profectos. Inuenturum in sæmiusto foro Consulem uæstigia sceleris Campanorū. Væstæ ædem petitam: & æternos ignes. & cōditū ĩpenetrali fatale pignus imperii Romani. Se minime cẽsere tutū esse: Cãpa/ nis potestatem intrãdi Romana mænia fieri. ¶ Leuinus Campanos iu reiurando: a Flacco adactos. v. die: ꝗ a Senatu responsum accepissent: Capuam redituros: sequi se Romã iussit. ¶ Hac circunfusus multitudine: Simul Siculis obuiam egressis: Sicu/ lisq; Romã præbuit: clarissimarum urbium excidio: ac celeberrimus uiris uictos bello accusatores in urbem adducẽs. ¶ De Re. P. tamẽ primū ac de prouintiis ambo Con/ sules ad Senatum retulere. ¶ Ibi Leuinus quo statu Macedonia: & Græcia: Etoli: Acarnanes Locriq; essent: quasq; ibi res ipse egisset: terra: mariq;: exposuit. ¶ Philip/ pum inferẽtẽ bellū Etolis in Macedoniam retro a se compulsum: ad intima penitus regni abisse. legionemq; inde deduci posse. satis classem esse: ad arcendum italia regẽ. hæc de se: deq; prouintia cui præfuerat: Consultum ¶ De prouintiis cōmunis relatio fuit. Decreuere Patres: ut alteri Consulum Italia bellumq; cum Annibale ꝓuincia esset. Alter Classem: cui. T. Octacilius præfuisset: Siciliãq; prouĩtiã: cū. L. Cincio Pretore contineret. Exercitus eis duo decreti: Qui in Etruria Galliaq; essent: hæ quattuor erant legiōes urbanæ: Duæ superioris ãni ĩ Etruriã: Duæ quibus Sulpi/ tius Cōsul præfuisset in Galliã mitterẽt. ¶ Gallie & legionibus preæsset: quẽ Cōsul: cuius Italia Prouĩtia esset: præfecisset. in Etruriam: C. Calphurnius post præturã rogato in annum imperio missus. & . Q. Fuluio Capua Prouintia decreta: ꝓroga/ tumq; in anno Imperium. ¶ Exercitus Ciuium socioꝝq; minui iussus: ut ex duabus legionibus: una legio: Quinq; milia peditū: & .ccc. equitū essent: Dimissis qui plurima stipendia haberent: & sociorū septem milia peditum: & .ccc. equites relinquerent. Eadem ratione stipendioꝝ habita in ueteribus militibus dimittendis. .Cn. Fuluio Cōsuli suꝑioris anni: nec de Prouĩtia: Apulia: nec de exercitu quẽ habuerat quicquã mutatum. tantum in annum ꝓrogatum Imperium est. P. Sulpitius Collega eius omnẽ exercitū: præter socios nauales: iussus dimittere est. ¶ Itẽ ex Sicilia exercitus: Cui. M. Cornelius præesset: ubi Cōsul in ꝓuintiã uenisset: dimitti iussus. L. Cincio ad optinendam Siciliam Cannenses milites dati duarum instar legionum. Totidem legiōes in Sardiniã. P. Manlio Vulsoni Prætori: decretæ. ¶ Quibus. L. Cornelius in eadem Prouintia priore anno præfuerat. Vrbanas legiones ita scribere consules iussi. ne quem militem facerent: Qui in exercitu. M. Claudii: M. Valerii: Fuluiiq; fuissent. neue eo ãno plures ꝗ una & .xx. romanæ legiones essent. his S.C. perfectis:

CONS. Marcellus Siciliā et classem Levinus Italiā adūsus An[illegible]

sortiti prouincias Cõsules Sicilia & classis Marcello: Italia cum bello aduersus Anni/
balē Leuino euenit. ¶ Quæ sors uelut iterũ captis Syracusis ita exanimauit Siculos.
expectatione sortis in Cõsulũ cõspectu stantis: ut cõploratio eorũ flebilesq; uoces:
& extemplo oculos hominũ cõuerterēt: & postmodũ sermones prebuerint. Circũi/
bant enim Senatoriũ cũ ueste sordida affirmātes. ¶ Se nõ modo suā quisq; patriam:
sed totam Siciliam relicturos: Si eo Marcellus iterũ cum imperio redisset. nullo suo
merito eũ ante implacabilem in se fuisse. quid iratũ ꝗ Romam de se questũ uenisse
Siculos sciat: facturũ? obrui ab Etne ignibus: aut mergi freto: satius illi insule esse: ꝗ
uelut dedi noxe inimico. ¶ He Siculorũ querele domos primũ nobilium circunlate
celebrateq; sermonibus: quos partim misericordia Siculorũ: partim inuidia Marcelli
excitabat: in Senatũ etiā peruenerũt. Postulatũ a Consulibus est: ut de ꝑmutādis
Prouinciis Senatũ consulerent. ¶ Marcellus si iam auditi a Senatu Siculi essent: aliā
forsitā futurā fuisse sentētiā suā dicere. Nũc: ne quis tiore frenari eos dicere posset:
quo minus de eo libere querantur: ĩ cuius potestatē mox futuri sint: si College nihil
intersit: mutare se Prouinciam paratũ esse. deprecari Senatus preiudicium. Nā cum
extra Sortē College optionē dare Prouĩcie iniquum fuerit: quāto maiorē Iniuriā
Imo Contumeliam esse: sortem suam ad eũ transferri? ita Senatus cũ quid placeret
magis ostēdisset: ꝗ decreuisset: dimittitˀ. Inter ipsos Cõsules ꝑmutatio Prouinciarum:
rapiēte fato Marcellũ ad Annibalē: facta ē. ut ex quo primũ: post aduerse gloriā
pugne coeperat: in eius laudē postremus Romanoꝝ Imperatorum: prosperis tum
maxime bellicis rebus caderet. ¶ Permutatis Prouĩtiis Siculi in Senatũ ĩtroducti:
multa de Hieronis Regis fide ꝑpetua: erga Po. Ro. uerba fecerunt in gratiā pub/
licam auertentes. Hieronymum: ac postea Hippocratem. atq; Epitidem tyrannos:
tum ob aliarum Ciuitatũ defectionem ab Romanis ad Annibalem ĩuisos fuisse sibi:
ob eā Causam & Hieronymũ a prĩcipibus iuuētutis pro publico interfectũ cõsilio.
& in Epitidis Hippocratisq; cedem: septuaginta nobilissimoꝝ Iuuenũ cõiurationē
factam: quos mora destitutos: quia ad predictũ tempus exercitum ad Syracusas: nõ
admouisset: omnes a tyrannis interfectos: iudicio facto. Eam quoq; Hippocratis
atq; Epitidis tyrannidē Marcellũ excitasse: Leontinis crudeliter direptis. Nũquā
deinde principes Syracusanoꝝ desisse: ad Marcellum trāsire: polliceriq; se urbem cũ
uellet: ei tradituros. Sed eum ꝓmo ui capere maluisse. deinde cum id: neq; terra: neq;
mari oĩa expertus: potuisset: autores traditarũ Syracusarum: fabrũ: erarium Sosin:
& Moericũ Hispanũ: ꝗ principes Syracusanorum habere: tociens id nequicꝗ ultro
offerētes: preoptasse: quo scilicet iustiore de causa uetustissimos socios Po. Ro. tru/
cidaret: ac diriperet. si non Hieronymus ad Annibalē defecisset: Sed populus Syra/
cusanus & Senatus: Si portas Marcello Syracusani publice: & non oppressis Syra/
cusanis tyrāni eoꝝ Hippocrates & Epitides Clausissent: Si Carthaginensium armis
bellũ cũ Po. Ro. gessissent: quid ultra ꝗ quod fecerit: nisi ut deleret Syracusas: facere
hostiliter Marcellum potuisse? Certe preter moenia: & tecta exhausta urbis: sacra
fracta ac spoliata deũ delubra: diis ipsis ornamentisq; eoꝝ ablatis: nihil relictũ Syra/
cusis esse. Bona quoq; multis adempta ita: ut ne nudo quidem solo: reliquiis direpte: ne
alere sese: ac suos possent. orare se Patres Conscriptos: ut si nequeāt omnia: saltem que
cõparere: cognosciq; possint: restitui dominis iubeant. ¶ Talia cõquestos: cũ excedere
ex templo: ut de postulatis eorum Patres cõsulti possent: Leuinus iussisset: maneant
inquit Marcellus: ut coram his respõdeā. ¶ Quādo ea conditione ꝓ uobis. P. C. bella
gerimus: ut uictos armis accusatores habeamus: due capte hoc anno urbes Capua

CONS. ꝓuincias ꝑmutat: q[ui]a Siculi Marcellũ timebant.

Syracusanoꝝ orõ ad nouũ Consulem et Senatũ cõtra Marcellũ maxĩ accusant.

Responsio consulis ~~[illegible]~~ Marcelli Senatui Rõ. et Syracusanis.

Fuluium reum: Marcellum Syracuse habeãt. ¶ Reductis in Curiam Legatis: tum Consul. ¶ Nõ adeo maiestatis inquit Po. Ro. Imperiiq; huius oblitus sum. P. C. ut si de meo crimine ambigeretur: Cõsul dicturus causam accusantibus Grecis fuerim. sed non quid ego fecerim: in disquisitionem uenit: sed quid isti pati debuerint: qui si non fuerunt hostes: nihil interest nunc: an uiuo Hieronymo Syracusas uiolauerim. Sin autem desciuerunt: portas: legatos nostros: ferro atq; armis petierũt: urbem ac menia clauserũt: exercitũq; Carthaginẽsium aduersus nos tutati sunt: quis passos esse hosti/lia: cũ fecerint: indignatur tradentes urbem principes Syracusanorũ aduersatus sim? Sosin & Moericũ Hispanum: quibus tantã rem crederem: potiores habui? Nõ estis extremi Syracusanorum: Quippe q alijs humilitatẽ obiiciatis. Quis ẽ uestrũ? Qui se mihi portas aperturũ: Qui armatos milites meos in urbem accepturum: promiserit? Odistis & execramini eos: qui fecerunt. & ne his quidem contumeliis in eos dicendis parcitis: T m̃ abest: utrum ipsi tale quicq̃ facturi fueritis. Ipsa humilitas eorũ. P. C. quam isti obiiciũt: maxime argumento est: me neminem qui nauatam operam Rei P. uestre uelit: auersatum esse. & anteq̃ obsiderem Syracusas: nunc Legatis mittẽdis: nunc ad colloquium eundo: tentaui pacem. & postea q̃ neq; Legatos uiolandi uere/cundia erat: nec mihi ipsi congresso ad portas cum principibus responsum dabatur: multis terra mariq; exhaustis laboribus: tandem ui atq; armis Syracusas cepi. Que Captis acciderint: apud Annibalẽ & Carthaginẽses uictos sese iustius: q̃ apud uictoris Po. Senatum quererentur. Ego. P. C. Syracusas spoliatas: si negaturus essem: nũq̃ spoliis earum Urbem Romã exornarem. Que autem singulis uictor aut ademi: aut dedi: cum belli iure: tũ ex cuiuscunq; merito satis scio me fecisse: Ea uos rata habeatis. P. C. ne magis Rei P. interest q̃ mea. Mea quippe fides exoluta est. Ad Rem: Pu: pertinet: ne acta mea rescindẽdo alios in posterũ. segniores duces faciatis. & quoniã Corã & Siculorũ & mea uerba audistis: P. C. simul tẽplo excedemus: ut me absente: liberius Consuli Senatus possit. ¶ Ita dimissis Siculis: & ipse in Capitoliũ ad delectũ discessit. ¶ Cõsul alter de postulatis Siculorũ ad patres retulit. Ibi cũ diu de senten/tiis certatũ esset: & magna pars Senatus: a Prĩcipe eius sentẽtie Manlio Torquato: cum Tyrannis bellum gerendũ fuisse censerent: hostibus & Syracusanorum: & Po. Ro. & urbem recipi: non capi: & receptam legibus antiquis & libertate stabilire: non fessam miseranda seruitute bello affligi: inter Tirannorum & Ducis Romani certa/mina premiũ uictoris in medio positã urbem pulcherrimã: ac nobilissimã: periisse: horreum atq; Erarium quondã Po. Ro: Cuius munificẽtia ac donis multis tẽpesta/tibus: hoc deniq; Punico bello: adiuta ornataq; Res Pu. esset. Si ab ĩferis existat rex Hyero fidissimus Imperii Romani cultor: quo ore aut Syracusas aut Romam ei ostendi posse: cum ibi semirutam ac spoliatã patriã respexit: ingrediens Romam in uestibulo Urbis: prope in porta spolia patrie sue uisurus sit? ¶ Hec taliaq; cum ad Inuidiam Consulis miseratione Siculorum dicerentur: nutius tamen decreuerunt Patres: Cã Marcelli. ¶ Que is gerens bellum: uictorq; egisset: rata habenda. & se in reliquũ Cure Senatui fore rem Syracusanam. mandaturosq; Cõsuli Leuino quod sine Iactura Rei. Pu. fieri posset: fortunis eius Ciuitatis consuleret. ¶ Missis duobus Senatoribus ad Consulem In Capitoliũ uti rediret in Curiã: & introductis Siculis S. C. recitatum est: Legatiq; benigne appellati: ac dimissi ad genua se Marcelli Cõ/sulis proiecerunt. obsecrantes: ut que deplorande ac leuande Calamitatis causa dix/issent: ueniã eis daret. & in fidem: & Clientelam se urbemq; Syracusas acciperet. post hec Consul clementer appellatus: eos dimisit. ¶ Campanis deinde Senatus datus est:

quorum oratio miserabilior: Causa durior erat. Neq; enim meritas poenas negare poterant. nec tyranni erant: in quos culpam deferrent. ¶ Sed satis pensum poenarū: tot ueneno absumptis: tot securi percussis Senatoribus credebant. paucos nobilium superstites esse. quos nec sua consciētia: ut quicq̃ de se grauius consulerēt: Impulerit: nec uictoris ira capitis damnauerit: Eos libertatē sibi: suisq; & bonorū aliquā partē orant. Ciues Romanos affinitatibus plerosq;. & propinquis iam iam cognationibus & Connubio uetusto iunctos. ¶ Submotis deinde e templo paulisper dubitatum est: an arcessendus a Capua: Q. Fuluius esset. Mortuus Claudius Cōsul erat. coram Imperatore: qui res gessisset: sicut inter Marcellū: Siculosq; disceptatum fuerat: disceptaret. ¶ Deinde cū. M. Attiliū. Fuluiū fratrem Flacci: legatos eius: atq; Minutium: &. L. Veturiū Philonē: Item Claudii Legatos: qui omnibus gerēdis rebus affuerāt: ī Senatu uiderēt: Nec Fuluiū auocari a Capua nec differri Cāpanos uellēt: Interrogatus sentētiā. M. Actilius Regulus: cuius ex iis qui ad Capuā fuerant: maxima autoritas erat. ¶ In Cōsilio inquit Arbitror me fuisse Cōsulibus: Capua capta. ¶ Cum quereretur: Qui Campanorum de Re. Pu. nostra benemeritus esset: duas mulieres Compertū est: Bestiā Appiam Attelanam Capue habitātem: & Fauculā Cluuiam: que quondam questum corpore foecisset. ¶ Illam quotidie sacrificasse pro salute: & uictoria Po. Ro. ¶ Hanc captiuis egētibus alimenta clam suppeditasse. ¶ Ceteroꝝ omniū Campanorum eundem erga nos animū: quem Carthaginensiū fuisse. securiq; percussos: A. Q. Fuluio fuisse magis quoꝝ dignitas inter alios: q̃ quoꝝ culpa eminebat. ¶ Per Senatum agi de Campanis qui Ciues Romani sunt: iniussu Populi non uideo posse. Idq; & apud maiores nostros: in Satrianis factum est: cum defecissent: ut. M. Antistius Tribunus. Ple. prius rogationē ferret. sciretq; Plebs uti Senatui de Satrianis sentētie dicende ius esset. Itaq; Censeo cum Tri. Ple: agendū esse: ut eorū unus: plures ue rogationē ferant ad plebē: qui nobis statuendi de Campanis ius fiat. Attilius Tr. Ple. ex autoritate Senatus plebē in hec uerba rogauit. Omnes Cāpani: Atellani: Calatini Sabbatini qui se dediderūt: in arbitrium deditionemq; Po. Ro: Fuluio Pro Cons: quosq; secū una dediderūt agrū: urbēq;: diuina humanaq; utēsiliaq;: siue quicquid aliud dediderunt: de iis rebus: Quid fieri uelitis: uos rogo Quirites? Plebs sic iussit. ¶ Quod Senatus Maxima pars censeat qui assidens: id uolumus. iubemusq;. ex hoc Plebei scito: Senatusq; Cōsulto Appie Cluuieq; primū bona: ac libertatē restituit. Siqua alia pmia petere a Senatu uellēt: uenire eas Romā. ¶ Cāpanis in familias singulas decreta facta: que non opere preciū est omnia enumerare. Aliorū bona publicāda. ipsos liberosq; eorū: & cōiuges uendēdas: extra filias: que nupsissent: prius q̃ in potestatē Populi Romani uenissent. Alios in uincula condendos. ac de his posterius cōsulēdū. ¶ Aliorū Campanorū summā etiā cēsus distraxerunt. publicāda necne bona essent: pecua: Captiua: preter equos: & mancipia: preter puberes uirilis sexus: & omnia que solo non cōtinerētur restituenda censuerūt dominis. ¶ Cāpanos omīs Attellanos: Calatinos: Sabbatinos: extra q̃ qui eorū aut ipsi: aut parētes eorū: apud hostes essent: liberos esse iusserunt. Ita ut nemo eorū Ciuis Ro. aut latini nōis: sed ne ue quis eorū qui Capue fuisset: dū porte Clause essēt: ī urbe agro ue Cāpano intra certā diē maneret. locus ubi habitarēt: trans Tyberim daretur: qui nec Capue: nec in urbe Cāpana: que a Po. Ro. defecisset. p bellū fuissent: eos cis Lirim amnem Romā uersus: Qui ad Romanos transissent: priusq̃ Annibal Capuam ueniret: eos cis Vulturnū emouendos censuerūt. ne quis eorū propius mare. xv. milibus passuū: agrū edificiūq; haberet. qui eorū trans tyberim emoti essēt: ne ipsi posteri ue eorum:

uſpiam pararent:haberent ue: niſi inuei ente aut ſutrino:ne peſinoue agro:dum ne qui maior q̃ quinquaginta iugerum agri moduſ eſſet. ¶Senatorum omnium quiq; Magiſtratuſ Capue Attelle Galatie geſſiſſent: bona uenire Capue iuſſerũt. ¶Libera corpora que uenũdari placuerat: Romam mitti ac Rome uenire. ¶Signa:ſtatuaſ eneaſ:que capte de hoſtibuſ dicerentur:que eorũ ſacra:ac ꝓfana eſſent:ad Pontificũ Collegiũ reiecerũt. ¶Ob hec decreta:meſtioreſ aliq̃to: q̃ Romã uenerant:Cãpanoſ dimiſerunt. ¶Nec iam. Q. Fuluii ſeuitiã in ſe ſe:ſed iniquitatem deum: atq; execra/bilem fortunam ſuam incuſabant. ¶Dimiſſiſ Siculiſ Campaniſq;:delectuſ habituſ. Scripto deinde exercitu de remigum ſupplemẽto agi ceptũ. ¶In quam rem cũ neq; hominũ ſatiſ:nec ex qua pararẽtur ſtipẽdiũq; acciperẽt:pecunie quicq̃ ea tẽpeſtate in publico eẽt:edixerũt Cõſuleſ: ut priuato ex cenſu: ordinibuſq; ſicut antea remigeſ darẽt.cũ ſtipendio dati hiſq; dierum triginta.ad id edictũ:tantuſ fremituſ hominũ: tanta indignatio fuit: ut magiſ dux q̃ materia ſeditioniſ deeſſet. ¶Secundũ Siculoſ Campanoſq; plebem Romanã ꝑdendam lacerandãq; ſibi Conſuleſ ſumpſiſſe. per tot ãnoſ: tributo exhauſtoſ. nil reliqui preter terram nudam: ac uaſtam habere. tecta hoſteſ incendiſſe. Seruoſ. agricultoreſ. Ro. Po. abduxiſſe. Nunc ad militiã paruo ere emẽdo: nũc remigeſ imperando: ſiquid cui argẽti eriſue fuerit: ſtipẽdio remigũ: & tributiſ annuiſ ablatum: Se ut dent: quod non habent: nulla ui: nullo Imperio cogi poſſe.bona ſua uenderẽt:in corpora que reliqua eſſent:ſeuirent:ne unde redi/mãtur quidem quicq̃ ſupereſſe. ¶Hec nõ in occulto:ſed propalã in foro atq; oculiſ Conſulũ ingenſ turba circũfuſa fremebãt. ¶Nec eoſ ſedare Conſuleſ nũc caſtigãdo nũc Conſolãdo poterant.ſpatiũ deinde hiſ tribuere ſe dareq; ad cogitãdũ dixerunt. quo ipſi: ad rem inſpiciendã :expediendãq; uſi ſunt. ¶Senatũ poſtero die habuerũt de remigũ ſupplemento.ubi cum multa diſſeruiſſent: cum equa plebiſ recuſatio eſſet: uerterũt orationẽ eo ut dicerent: priuatiſ id:ſeu equum:ſeu iniquum onuſ iniũgẽdũ eſſe. Mam unde cũ pecunia in erario non eſſet: paraturoſ naualeſ ſocioſ? Quomodo autem ſine claſſibuſ aut Siciliã optineri: aut Italia Philippũ auerti poſſe? aut tuta Italie littora eſſe. ¶Cum in hac difficultate rerum Conſiliũ hereret: ac prope torpor quidã hominũ menteſ occupaſſet: Tum Leuinuſ Conſul: Magiſtratuſ Senatui: & Senatuſ Populo ſicut honore preſtet:ita ad omnia que dura & aſpera eſſent ſube/unda: ducem debere eſſe. Siquid iniungere iniungere inferiori uelíſ: id priuſ in te ac tuoſ: ſi ipſe iuriſ ſtatueriſ faciliuſ omneſ obedienteſ habeaſ. Nec impenſa grauiſ eſt: cum ea pluſq̃ ꝓ uirili parte ſibi quenq; capere principum uiderint. Itaq; ut claſſem habeat quem ornare uolumuſ. Po. Ro. priuatoſ ſine recuſatiõe remigeſ dare: nobiſ metipſiſ imperemuſ ꝑmũ aurũ.argentum ſignatũ.omneſ Senatoreſ Craſtina die in publicum conferamuſ.ita ut annuloſ ſibi quiſq;:& cõiugi:& liberiſ:& filio: bullam:& quibuſ uxor:filie ue ſunt: ſingulaſ unciaſ pondo auri relinquat argenti. Qui curuli ſella ſederũt: equi ornamẽta:& libraſ pondo ut lignũ patellãq; deorũ cauſa habere poſſint. Ceteri Senatoreſ libram argenti tantũ:eriſ ſignati quina milia in ſinguloſ patreſ familie relinquamuſ. Ceterũ omne:aurũ:argentũ:eſ ſignatum:ad triumuiroſ menſarioſ extemplo deferamuſ.nullo ante. S.C.facto: ut uoluntaria collatio: & certamẽ adiuuãde rei.pu. excitet ad emulãdũ:animoſ ꝑmũ equeſtriſ ordiniſ: deinde reliqꝫ plebiſ:hãc unã uiã: multa ĩternoſ colloquuti Cõſuleſ inuenimuſ. Ingredimini diiſ bene iuuãtibuſ.reſ pu. ĩcolumiſ:& ꝑuataſ reſ facile ſaluaſ preſtat:publica prodẽdo: tua nequicq̃ ſerueſ. ¶In hoc tanto animo cõſenſum eſt:ut gratie ultro Conſulibuſ agerentur. ¶Senatu inde miſſo pro ſe qſq;:aurũ:argentũ:& eſ in publicũ Conferũt

tāto certamine iniecto: ut prima inter primos nomina sua uellēt: in publicis tabulis esse: ut nec triumuiri accipiēdo: nec scribe referendo sufficerent. ¶ Hunc Consensum Senatus equester ordo ē sequutus. equestris ordīs plebs. ita sine edicto: sine cohor/tatione magistratus: nec remige in supplementū: nec stipendio res. pu. eguit. paratisq; omnibus ad bellū: Consules ī Prouītias profecti sunt. ¶ Neq; aliud magis belli tēpus fuit: quo Carthaginenses Romaniq; pariter uariis casibus immixti magis ī ancipiti spe: ac metu fuerint. Nam Romanis & in Prouītiis hinc in Hispaniam aduerse res: hinc prospere in Siciliam: luctum: & leticiam miscuerunt. & in Italia Tum Tarētū ammissum damno: & dolore: tum arce cum p̄sidio retenta: p̄ter spem: gaudio fuit. & terrorem subitū pauorēq; Vrbis Rome: obsessa & oppugnata Capua: & post dies paucos capta in leticiam uertit. ¶ Transmarine quoq; res: quadam uice pensate. Philippus hostis tēpore haud satis opportuno factus. Etolii noui adsiti socii. Atha/lusq; Asie Rex. iam uel despōdēte: fortuna Romanis Imperiū oriētis. ¶ Carthagi/nenses quoq; Capua amissa: & Tarentū captū equabāt. & ut menia Vrbis Romane nullo prohibēte se peruenisse: in gloria ponebāt. Ita pigebat irriti incepti. pudebatq; adeo se spretos: ut sedētibus ipsis ad Romana menia alia porta exercitus Romanus ī Hispaniā duceret? ¶ Ipse quoq; Hispanie quo propius spe uenerant: tātis duobus ducibus exercitibusq; cesis debellatū ibi: ac depulsos inde Romanos eē: Eo plus a. L. Martio tumultuario Duce: ad uanū & irritū uictoriā redactam esse indignationis p̄bebant. Ita equante fortuna: suspensa omnia utrinq; erant: Integra spe: integro metu: uelut illo tēpore p̄mū bellū īciperent. ¶ Annibalē ante omnia angebat: quod Capua p̄tinatius oppugnata: a Romanis: q̄ defensa a se: multorū Italie populorū animos auerterat. quos neq; omnes tenere p̄sidiis: nisi uellet in multas paruas partes carpere exercitū: quod minime tum expediebat: poterat. nec deductis presidiis spei liberam: uel obnoxiam timori: sociorū relinquere fidem. ¶ Preceps in auaritiam: & crudelitatem animus ad spolianda que tueri nequibat: ut uasta hosti relinquerentur inclinauit. Id fedum Consilium: tum incepto: tum etiā exitu fuit. Neq;. n. indigna patientiū modo abalienabant animi: sed ceterorū etiā. Quippe ad plures exemplum q̄ calamitas pertinebat. Nec Cōsul Romanus tentandis urbibus: Sicunde spes aliqua se ostendisset: deerat. ¶ Salapie principes erant Dasius: & Blattius: Dasius Annibali amicus: Blactius quātum ex tuto poterat: rem Romanam fouebat. & per occultos nuntios spem proditionis fecerat Marcello: sed sine adiutore Dasio res transigi non poterat: Multū ac diu conctatus: & tum quoq; inopia magis consilii potioris: q̄ spe effectus Dasium appellabat. At ille cū ab re auersus: tum emulo potentatus īimicus rem Annibali aperit. ¶ Accercito utroq; Annibal cū p̄ tribunali quedā ageret: mox de Blactio cogniturus: staretq; si immoto populo accusator & reus: Blactius de p̄di/tione Dasium appellabat. eniuero ille uelut immanite restare. ¶ Exclamabat sub oculis Annibalis secū de proditione agi. Annibali atq; eis qui aderant: quo audacior res erat: minus similis ueri uisa est. ¶ Emulationem: p̄fecto: atq; odiū esse: & id crimē afferri: quod quia testem habere nō posset: liberius fingentes. ¶ Ita inde dimissi sunt. ¶ Nec Blactius ante abstitit tam audaci incepto: q̄ idem obtundendo: docendoq;: q̄ ea res ipsis: patrieq; salutaris esset: peruicit: ut p̄sidiū Punicum. (Hi autē Numide erant. ¶ Salapiaq; traderetur Marcello. nec sine cede multa tradi potuit. ¶ Longe fortissimi equitū toto Punico exercitu erant: itaq; quanq̄ in p̄uisa res fuit: nec usus equorū in urbe erat: tamen armis inter tumultū captis: & eruptionē tentauerūt: & cū euadere nequirent: pugnātes ad ultimū p̄cubuere. nec plus quinquaginta ex his in

Tenet Ann. Rome obsidione ex alia porta exercitus ro. ī hispaniā missus

ANNIBAL

Salapia Marcello p̄ proditionē traditur

potestatem hostium uiui uenerũt. ¶ Plus aliquãto damni hec alia equitũ Annibali amissa q̃ Salapia fuit. nec deĩde unq̃ poenus: quo longe plurimũ ualuerat equitatu: superior fuit. ¶ Per idem tẽpus cũ in arce Tarentina uix inopia tolerabilis esset: spẽ omnem presidiũ quod ibi erat: Romanum: p̃fectusq; p̃sidii: atq; arcis. M. Liuius in commeatibus a Sicilia amissis habeat: qui ut tuto preterueherentur oram Italie: classis uiginti ferme nauiũ regii stabant. ¶ Preerat classi: cõmeatibusq;. D. Quĩtius: obscuro genere ortus: ceterũ multis fortibus factis: gloria militari illustris: p̃mo. v. naues quarum maxime due triremes: a Marcello ei tradite erant habuit. postea rem impigre sepe gerẽti tres addite quĩqueremes. postremo ipse a sotiis reginisq; & auellia: & apesio debitas: ex federe exigẽdo classem. xxx. nauiũ: sicut ante dictũ est: effecit. huic ab Regio ꝓfecte classi: Democrates cũ pari classe nauiũ Tarẽtinarũ: numero quindecim milia ferme ab urbe: ad sacri portũ obuius fuit. ¶ Velis tamẽ improuidus futuri certamĩs Romanus ueniebat. sed circa Crotonẽ sibarimq; suppleuerat remigio nauis. instructamq; & armatam egregie ꝓ multitudine nauiũ classem habebat. & tũ forte sub idem fere tempus: & uẽtius omnis cecidit: & hostes in conspectu fuere. ut componenda armamenta expediendũq; remigem: ac militem: ad imminens certamẽ: satis temporis esset. ¶ Raro alias tantis animis iuste cõcurrerunt classes. Quippe cũ in maioris discrimẽ rei: q̃ ipe erant: pugnarẽt. Tarẽtini ut recuperata urbe ab Romanis post centesimum prope annũ: arcẽ etiã liberarent. spem cõmeatus quoq; hostibus: si nauali prelio possessionẽ maris ademissent: interclusuri. Romani ut retenta possessiõe arcis: ostenderent non ui ac uirtute: sed proditione ac furto Tarentũ amissum. itaq; ex utraq; parte signo dato: cũ rostris cõcurrissent: neq; retro nauem inhiberent. nec dirimi a se hostem paterentur. q̃ quis indeptus nauem erat: ferrea iniecta manu: ita cõserebant ex propinquo pugnam: ut nõ missilibus tantum: sed gladiis etiam prope collato pede quererent. prore inter se iuncte herebant. puppes alieno remigio circũ agebant. ita in arcerto stipate erant naues: ut uix ullum telum in mari uanũ inter/ cideret. frontibus uelut pedestris acies urgebant. ꝑuieq; naues pugnantibus erant. Insignis tamẽ inter ceteras: pugna fuit duarũ: que prime agminis cõcurrerant ĩter se. in Romana naue ipse Quĩtius erat. in Tarẽtina: Nico cui Perconi fuit cogno/ men: non publico modo: sed priuato etiam odio inuisus: atq; infestus Romanis. quod eius factionis erat: que Tarẽtũ Annibali prodiderat. ¶ hic Quintiũ simul pugnãtẽ: hortantemq; suos: incautum hasta transfixit. ¶ Ille atq; preceps: cũ armis ꝓcidit ãte proram: uictor Tarentinus in turbatam duce amisso nauẽ impigre transgressus: cum summouisset hostes: & prora iam Tarentinorũ esset: puppim male cõglobati tuerẽt Romani: repente: & alia a puppi triremis hostium apparauit. ita in medio circum/ uenta Romana nauis capitur. hic ceteris terror ĩiectus: ut Pretoriam nauem captam uidere. fugiẽtesq; passim: alie alto merse: alie ĩ terra remis abrepte mox prede fuerũt Turinis Metapontinisq;. ¶ Ex onerariis: que cũ commeatu sequebantur: perpauce in potestatem hostiũ uenere. alie ad incertos uentos hinc atq; illinc obliqua transfe/ rentes uela in altum euecte sunt. ¶ Nequaq̃ pari fortuna ꝑ eos dies Tarenti res gesta: Nam ad quattuor milia hominũ frumentatũ egressa: cum in agris passim uagarẽtur: Liuius qui arci p̃sidioq; Romano p̃erat intentus in omnes occasiones gerende rei: C. Persium impigrum uirum: cũ duobus milibus armatorum: ex arce emisit. qui uage effusos ꝑ agros: palatosq; adortus: cum diu passim cecidisset: paucos ex multis trepida fuga incedentis: semiaptis portarũ foribus in urbem compulit. ne urbs eodem impetu caperetur. ¶ Ita equate res ad Tarentum Romanis uictoribus. frumenti spes: que in

oculis fuerat: utrosq; frustrata pariter. ¶ Per idē tēpus Leuinus Consul cū magna parte anni circumacta in Siciliam ueteribus nouisq; sociis expectatus: cū uenisset: primū ac potissimū ratus omniū: Syracusanis noua pace inconditas cōponere res. ¶ Agrigentū inde: quod belli reliquum erat: tenebaturq; a Carthaginensium ualido presidio duxit legiones. & affuit fortuna īcepto. ¶ Hanno erat Imperator Cartha/ginēsium. sed omnē in Mutine Numidisq; spem repositam habebat. per totā Siciliā uagus predas agebat. ex sociis Romanorū. neq; ītercludi ab Agrigento ui: aut arte ulla: nec quin erumperent: ubi uellent: prohiberi poterant. ¶ Hec eius gloria: quia iā Imperatoris quoq; fame officiebat: postremo ī inuidiā uertit. ut ne bene geste quidē res iā Hannoni propter autorē: satis lete essent. propter que postremo Prefecturam eius filio suo dedit: ratus cū Imperio autoritatē quoq; & inter Numidas erepturum: ¶ Quod longe aliter euenit. nam ueterem fauorem eius: sua insuper inuidia auxit. ¶ Neq; ille indignitatē iniurie tulit. cōfestimq; ad Leuinū occultos nuntios misit: de tradendo Agrigento. per quos ut est facta fides: cōpositusq; rei gerēde modus: portā ad mare ferentē: Numide cū occupassent: pulsis inde custodibus: aut cesis Romanos ad idipsum missos: in urbem acceperunt. ¶ Et cū agmine iā in mediā urbem: ac forū magno tumultu iretur: ratus Hanno nō aliud: q̄ tumultū: ac secessionem id quod & ante acciderat. ¶ Numidarū esse ad cōprimendā seditionē processit. atq; ille cum ei multitudo maior q̄ Numidarū ꝑcul uisa: & clamor Romanus: haud quaq̄ ignotus ad aures accidisset: prius q̄ ad ictum teli ueniret: capessit fugam: per auersam portam emissus. assumpto comite. M. Epicide cū paucis ad mare ꝑuenit. nactiq; opportune paruum nauigium relicta hostibus Sicilia: de qua per tot annos certatum erat. in Affricam traiecerūt. ¶ Alia multitudo Poenorum: Siculorūq;. ne temptato quidem certamine: cū ceci in fugam ruerent: clausiq; exitus essent: circa portas cesa. oppido recepto Leuinus qui capita rerū Agrigenti erant: uirgis cesos: securi ꝑcussit. ceteros predamq; uendidit. omnem pecuniam Romam misit. ¶ Fama Agrigentinorū cladis cum Siciliam peruasisset: omnia repente ad Romanos inclinauere. ¶ Prodita breui sunt. xx. oppida. ¶ Sex ui capta. ¶ Voluntaria deditione in fidem uenerunt: ad quadraginta. ¶ Quarum Ciuitatum prīcipibus: cū ꝓ cuiusq; merito Consul premia: poenasq; exoluisset: coegissetq; Siculos: positis tandem armis: ad agrum colendum animos cōuertere: ut esset non incolarum modo alimentis frugifera Insula: sed Vrbis Rome atq; Italie: id quod multis sepe tempestatibus fecerat: annonam leuaret. ¶ Ab Agatirna inconditam multitudinem secum in Italiam transuexit. Quattuor milia hominum erant mixti: ex omni colluuione exsules: oberati: capitalia ausi pleriq;: & cū ī ciuitatibus suis ac sub legibus uixerant. & postq̄ eos ex uariis causis fortūa similis conglobauerat. Agatirne ꝑ latrocinia: ac rapinā tolerantes uitam. ¶ Hos neq; relin/quere Leuinus in insula tum p̄mum noua pace coalescente uelut materiā nouādis rebus: satis tutū ratus est. & Reginis usui futuri erant: ad populandū Brutium agrū: assuetam latrociniis: querētibus manū. & quod ad Siciliam attinet: eo anno delatū bellum est. ¶ In Hispania principio ueris: P. Scipio nauibus deductis: euocatisq; edicto Tarraconē sociorū auxiliis classem onerariasq; ostium: inde Hiberi flumis petere iubet. Eodē legiones: ex hybernis cōuenire cū iussissent ipse cū quinq; milibus sociorū a Tarracone ꝓfectus ad exercitum est. quo cum uenisset: alloquendos max/ime ueteres milites: qui tantis superfuerant cladibus: ratus: cōtione aduocata ita disse/ruit. ¶ Nemo ante me nouus Imperator militibus suis: prius q̄ eorum opera usus esset: gratias agere iure ac merito potuit. me uobis prius q̄ prouintiam: aut castra uiderem:

AGRIGENTUM

Leuinus consul Agrigentu capit auxilio Mutine Numide ... Hāno ... p̄fecturā ... filio suo dederat

Sicilia iam tota p(o) ro(mano)

HISPANIE RES

P. SCIPIONIS ORO

obligauit fortuna primum: quod ea pietate erga patrem patruumq; meum uiuos: mortuosq; fuistis: deinde quod amissam tanta clade: Prouintie possessionē ītegram: & Po. Ro. & successori mihi uirtute uestra obtinuistis. sed cum iam benignitate deū id paremus atq; agamus: non ut ipsi maneamus in Hispania: sed ne Poeni maneant: nec ut ꝓ ripa Hiberi stātes. arceamus transitū hostis: sed ui ultro transeamus: transferamusq; bellū: uereor ne cui uestrū maius id: audaciusq; cōsiliū: q̃ aut pro memoria cladium acceptarū nuper: aut ꝓ etate mea uideatur. ¶ Aduerse pugne in Hispania: nullius in animo: q̃ meo minus oblitterari possunt. quippe cui pater & patruus intra .xxx. dierum spatium: ut aliud super aliud cumularetur: familie nostre funus interfecti sunt: Sed ut familiaris pene orbitas: ac solitudo frangit animū: ita publica tū fortuna: tum uirtus desperare de summa rerum prohibet. eo fato: quo donata nobis sors est: ut magnis omnibus bellis uicti uicerimus. uetera omitto. Porsenam: Gallos: Samnites. A Punicis bellis incipiam: quot classes? quot duces? quot exercitus priore bello amissi sunt? iam quid hoc bello memorē? omnibus: aut ipse affui cladibus: aut quibus affui: maxime unus omnium eas sensi in Trebia: Transimenus: Canneq; quid aliud sunt: q̃ monumēta occisorū exercituum Consulūq; Romanorū? adde defectionem Italie: Sicilie: Maioris partis Sardinie: adde ultimum terrorem ac pauorem: castra Punica inter Anienem & moenia Romana posita. & uisum prope in portis uictorem Annibalem. in hac ruina rerum stetit una atq; integra & immobilis uirtus Po. Ro. ¶ Hec omnia strata humi erexit. ac sustulit. ¶ Vos omnium primi milites: post Cannensem cladem: uadenti Hasdrubali ad Alpis: Italiamq;. qui si se cum fratre cōiunxisset: nullum iam nomē esset Populi Romani. ¶ Ductu auspitioq; patris mei obstitistis. & he secunde res illas aduersas sustinuerūt. Nunc benignitate deū: omnia secunda: prospera in dies letiora: ac meliora in Italia: Siciliaq; geruntur. ¶ In Sicilia Siracuse: Agrigentum captū. pulsi tota insula hostes. receptaq; Prouintia in ditione Po. Ro. ¶ In Italia Arpi recepti: Capua capta. iter omne ab urbe roma trepida fuga emensus Annibal in extremū angulum agri Brutii compulsus: nihil iam maius ꝓcatē deos: q̃ ut incolumi cedere atq; abire ex hostiū terra liceat. quid igitē minus cōueiat milites: q̃ cū alie super alias clades cumularentē: ac dii prope ipsi cū Annibale starent: uos hic cum parentibus meis. ¶ Equentur enim ipsi etiam honore nominis sustinuisse: labentē fortunā Po. Ro. nunc eosdem: quia illic omnia secunda: letaq; sunt animis deficere? nup quoq; que acciderūt utinā sine meo luctu: q̃ uestro transissent. ¶ Sed quoniam uos instructos: & ordinatos cognosco: ad Carthaginem nouā oppugnādā: totis uiribus: & bono animo transeamus. ¶ Cumq; omnes una uoce hoc faciendum succlamarent: eos Carthaginem duxit. tum terra: mariq; eā oppugnari iubet. ¶ Cōtra Mago Poenorū dux: cū terra mariq; instrui oppugnationē uideret: & ipse copias ita disponit. ¶ Oppidanorum duo milia: ab ea parte: qua castra Romana erant: opponit. ¶ Quingentis militibus arcem incedit. ¶ Quingentos tumulo urbis in oriētē uēso imponit. ¶ Multitudinē aliā quo clamor: quoq; uis auocasset: resistētē ad oīa occurrere iubet. ¶ Patefacta deinde porta: eos quos in uia ferente ad castra hostium īstruxerat: mittit. ¶ Romani duce ipso ꝑcipiēte parūp cessere: ut ꝓpiores subsidiis in certamine ipso summittendis: essent. ¶ Et primo haud impari stetere acie. ¶ Subsidia deinde identidem summisse castris: non auerterunt solum in fugam hostes: sed adeo effusis institerūt: ut nisi receptui cecinisset: ꝑmixti fugiētibus irrupturi fuisse ī urbē uiderentur. Trepidatio uero non prelio maior q̃ tota urbe fuit. ¶ Multe stationes: pauore: atq; loca deserta sunt. relictiq; muri: cū qua cuiq; erat proximū desiluissent.

orbitas

Rō ad oppugnandā nouā carthaginem ducti

Mago penorum dux

vincit rō hostes et ī urbem reiicit.

¶ Quod ubi Scipio: in tumulũ obuersus quem Mercuriũ teutatẽ appellant: aduertit:
multis ꝑtibus nudata defẽsoribus moenia esse: omnes e castris excitos: ire ad oppug/
nandam urbem: & ferre scalas iubet. ipse ꝑ se triũ iuuenũ ualidorum scutis oppositis:
īgens enim iam uis omnis generis telorũ e muris uolabat: ad urbem succedit. hortat̃.
imperat que in rem sunt. ¶ Quodq; plurimũ ad accendẽdos animos militũ intererat:
testis spectatorq; uirtutis atq; ignauie cuiusq; adẽ. ¶ Itaq; ī uulnera: ac tela ruũt. neq;
illos muri: neq; superstantes armati arcere queunt: quin certatim abscendãt. ¶ Et a
nauibus eodẽ tẽpore: ea que mari abluitur pars urbis: oppugnari cepta est. ceterũ
tumultus inde maior: q̃ uis uideri poterat. dum applicant: dũ partim exponũt scalas:
militesq; dum: qua cuiq; proximũ est: in terram euadere properant: ipsa festinatione
& certamine alii alios impediunt. ¶ Inter hec repleuerat iam poenus armatis muros.
& uis magna: & ingens copia congesta telorũ suppeditabat. ¶ Sed neq; uiri nec tela
nec quicq̃ aliud eque: q̃ moenia ipsa sese defendebant. ¶ Rare enim scale altitudini
equari poterant. & quo queq; altiores eo infirmiores erant. itaq; cum summus quisq;
euadere non posset: subirent tamen: alie onere ipso frangebantur. ¶ Quidã stãtibus
scalis: cum altitudo caliginem oculis effudisset: ad terram delati sunt. Et cum passim
homines scaleq; ruerent: & ipso successu audacia: atq; alacritas hostiũ cresceret: signũ
receptui datũ est. quod spem nõ presentis modo a tanto certamine: ac labore quietis
obsessis: sed etiam in posterum dedit: scalis & corona capi urbem non posse. ¶ Opera
& difficilia esse. & tempus daturum ad ferendam opem imperatoribus suis. ¶ Vix hor
tumultus conticuerat. cum Scipio a defessis iam uulneratisq;: recentis integrosq; alios
accipere scalas iubet. & ui maiore aggredi urbem. ¶ Ipse ut ei nuntiatum est: aestum
decedere: q per piscatores Tarraconenses nunc leuibus cymbis: nunc ubi ea sederent:
uadis peruagatos: ꝑ stagnũ compertũ habebat: facilem pedibus ad murum transitũ
dari: eo armatos duxit. ¶ Mediũ ferme diei erat: & ad id: quod sua sponte cedente in
mare estu trahebatur aqua: acer etiã septentrio ortus inclinatum stagnũ eodẽ: quo
estus ferebat: & adeo nudauerat uada: ut alibi umbilico tenus aqua esset: alibi uix
genua superaret: hoc cura: ac ratione compertũ: in ꝓdigium: ac deos uertens Scipio:
qui ad transitũ Romanis mare uerterẽt: & stagna auferent: uiasq; ante nunq̃ initas
humano uestigio aperirẽt: Neptuniũ iubebat ducẽ itineris sequi. ac medio stagno
euadere ad moenia. ¶ A terra ingens labor succedentibus erat. nec altitudine tantũ
moenium impediebant̃. sed quod euntis ad ancipites utrinq; ictus: subiectos habebãt
romanos. ut latera infestiora subeuntibus. q̃ aduersa corpora essent. ¶ At parte ī alia
quietus: & ꝑ stagnũ facilis transitus. & in murum ascensus inde fuit. Nam neq; opere
emunitus erat: ut ubi ipsius loci: ac stagni ꝑsidio: satis creditũ foret. nec ulla armatorũ
statio: aut custodia opposita: intentis omnibus ad opem ferendam: unde periculum
ostendebatur. ¶ Ubi urbem sine certamine intrauere: pergunt inde quãto maximo
cursu poterant: ad eã portam circa quam: omne contractum certamen erat. in quod
adeo intenti omnium non solũ animi fuere: sed etiã oculi: auresq; pugnãtiũ: spectã/
tiumq;: & adhortantiũ pugnantes: ut nemo a tergo sentiret ante captã urbem: q̃ tela
in auersos inciderũt. utrinq; ancipitẽ hostẽ habebant. ¶ Tum turbatis defensoribus
metu: & moenia capta. & porta intus: forisq; pariter refringi cepta. & mox cedendo
cõfectis: ac distractis: ne iter impediret: foribus armati impetum fecerunt. ¶ Magna
multitudo & muros transcendebat. sed ipsi passim ad cedẽ oppidanorũ uersi. illa que
portam ingressa erat: iusta acies: cũ ducibus cũ ordinibus: media urbe in forũ ꝓcessit.
Inde cum duobus itineribus fugientes uiderent hostes: alios ad tumulum in orientẽ

Oppugnat̃ carthago scalis: sed altitudo murorum urbem tuetur.

Aggrediũt̃ ro. urbem a latere maris et stagni q̃ pedibus [illegible] poterat et capiũt cũ arce ac tumulo [illegible] tore penorum.

uersum: qui tenebatur: quĩgẽtorũ militũ presidio: alios in arcẽ: in quã & ipse Mago cum omnibus fere armatis: qui muris pulsi fuerant: refugerat: partem copiarum ad tumulum expugnãdum mittit. partẽ ipse ad arcẽ ducit. ¶ Et tumulus p̃mo impetu est captus. ¶ Et Mago arcem conatus defendere: cum omnia hostium plena uideret: neq; spem ullam esse: se arcẽq; & p̃sidium dedidit. ¶ Quo ad dedita arx est: cedes tota urbe passim facte. nec ulli puberũ: qui obuius fuit: parcebat. tũ signo dato cedibus finis factus. ¶ Ad predam uictores uersi. que ingens omnis generis fuit. ¶ Liberorum capitũ uirilis sexus: ad. x. milia capta. ¶ Inde qui ciues noue Carthaginis erãt: dimisit. urbemq;: & sua omnia: que reliqua eis bellum fecerat: restituit. ¶ Opifices ad duo milia hominum erant. eos publicos fore. Po. Ro. edixit: cum spe propinqua libertatis: si ad ministeria belli: operam enixe nauassent. ¶ Ceteram multitudinem incolarũ iuuenũ ac ualidorũ seruorũ in classem: ad supplementũ remigũ dedit. ¶ Et auxerat nauibus octo captiuis classem. ¶ Extra hanc multitudinem hispanorũ obsides erant. Quorũ perinde: ac si sociorum liberi essent: cura habita. ¶ Captus & apparatus ingens belli. Catapulte maxĩe ferme cẽtũ uigĩti. minores cclxxxi. baliste maiores xxiii. mĩores .lii. scorpionum minorumq; armorum telorumq;: ingens numerus. ¶ Signa militaria lxxiiii. ¶ Et auri argentiq; relata ad Imperatorẽ magna uis. ¶ Patere auree fuerũt cclxxvi: libre ferme omnes pondo. ¶ Argenti facti signatiq; decem & octomilia: & ccc. pondo. ¶ Vasorum argenteorum magnus numerus. ¶ Hec omnia. C. Flaminio Questori appẽsa adnumerataq; sunt. ¶ Tritici. xl. milia modiorũ. ¶ Hordei. cclxx. ¶ At naues onerarie. lxiii. in portu: expugnate capteq;: quedam cum suis oneribus. frumẽto. armis. ere preterea: ferro: & linteis: & sparto: & nauali alia materia: ad classẽ edificandam. ut minimũ omniũ inter tãtas opes bellicas: Carthago ipsa fuerit. ¶ Eo die Scipio. C. Lelio cum sociis naualibus urbem custodire iusso: ip̃e in castra legiones reduxit. fessosq; milites: omnibus uno die belli operibus: Quippe & qui acie dimicassẽt: & in capienda urbe: tantũ laboribus periculiq; adissent: & capta cum iis qui in arcem cõfugerant: iniquo etiam loco pugnassent: curare corpora iussit. ¶ Postero die mili/tibus naualibusq; sociis cõuocatis: p̃mũ diis ĩmortalibus laudes: gratesq; egit: Qui se nõ urbis solũ opulentissime omnium in Hispania: uno die compotem fecissent: sed ante eo cõgessissent omnis Affrice: atq; Hispanie opes: ut neq; hostibus quicq̃ reliquerẽt: & sibi ac suis omnia superessent. ¶ Militum deinde uirtutem collaudauit: q̃ eos non eruptio hostium: nõ altitudo moenium: nõ in explorata stagni uada: nõ Castellũ in alto tumulo sitũ: nõ munitissima arx deterruisset: quo minus transcenderẽt oĩa: perrumperentq;: Itaq; q̃q̃ omnibus omnia deberet: precipuũ tamen muralis corone decus: eius esse: qui primus murum ascendisset. p̃fiterẽt: qui se dignũ eo duceret dono. ¶ Duo professi sunt. Q. Tyberilius Centurio legiõis quarte: &. Sex. Digitius socius naualis. ¶ Nec ipsi tam acriter inter se contendebãt: q̃ studia excitauerant uterq; sui corporis hominũ. ¶ Socius: C. Lelius classis. ¶ Legionarius. M. Sempronius Tutida/nus aderat. ¶ Ea cõtentio: cum prope seditionẽ ueniret: Scipio tres Recuperatores cum se daturum pronunciasset: Qui cognita causa: testibusq; auditis iudicarent: uter prior in oppidũ transcendisset: C. Lelio &. M. Sempronio aduocatis partis utriusq;: Cornelium Caudinũ de medio adiecit. eosq; tres Recuperatores considere: & causam cognoscere: iussit. ¶ Cum res eo maiore ageretur certamine: q̃ amoti tante dignitatis: non tam aduocati: q̃ moderatores studiorum: fuerant: C. Lelius relicto consilio: ad tribunal ad Scipionem accedit. eũq; docet rem sine modo: sine modestia agi. ac p̃pe eẽ: ut manus etiã ĩter se cõserant. ¶ Ceterũ si uis absit: nihilo minus detestabili exẽplo

Hanc operam

edificio classium

MAX. VICTORIA SCIPIONIS CV
MAX. PREDA

Concertatio inter duos ro. de corona murali

rem agi. Quippe ubi fraude: ac periurio decus petat̃ uirtutis. ¶ Stare hinc legiona/
rios milites: hic classicos: per omnes deos apparatos iurare magna que uelĩt: q̃ que sciãt
uera esse. & obstrĩgere periurio nõ se solũ: suũq; caput: sed signa militaria. & aquilas:
sacramentiq; religionem. ¶ Hec ad eum de sententia. P. Cornelii: &. M. Sempronii
deferre. ¶ Scipio collaudato lelio: ad cõtionem aduocauit. ¶ Pronuntiauitq; se satis
compertum habere: Q. Tyberilium: &. Sex. Digitium pariter in murum ascẽdisse.
seq; eos uirtutis cã coronis muralibus donare. ¶ Tum reliquos: pro ut cuiusq; meritũ:
uirtusq; erat: donauit. ¶ Ante omnes. C. Lelium Prefectum classis: & omni genere
laudis sibi metipsi equauit & corona aurea: ac xxx. bobus donauit. ¶ Tum obsides
Ciuitatũ Hispanie uocari iussit. ¶ Quorum quantus numerus fuerit: piget scribere.
Quippe ubi alibi. ccc. ferme: alibi. ccc. uigĩtiq; fuisse ĩueniã. ¶ Eque & alia ĩter autores
discrepant. ¶ Presidium Punicũ: alius. x. alius. vii. alius non plus q̃ duum miliũ fuisse
scribit. ¶ Capta alibi. x. milia capitum: alibi supra. v. &. xx. inuenio. ¶ Scorpiones
maiores: minoresue: ad. lx. captos scripserim: si autorem Grecum sequar Silenum. Si
Valeriũ Antiatẽ: maiorũ scorpionũ sex milia: minorum. xiii: adeo nullus mẽtiendi
modus est. ¶ Nec de ducibus quidem conuenit. pleriq; Lelium p̃fuisse classi: sunt qui
. M. Iuniũ Sillanum dicant. ¶ Armem prefuisse Punico presidio: deditũq; Romanis
Antias: Valerius. ¶ Magonem: alii scriptores tradunt. ¶ Non de numero captarum
nauium: non de pondere auri: atq; argenti: & redacte pecunie cõuenit. ¶ Si aliquis
assentire necesse ẽ: media simillima ueris sunt. ¶ Ceterũ Scipio uocatis obsidibus: p̃mũ
uniuersos bonum animũ habere iussit. uenisse eos in. Po. Ro. potestatem: qui bñficio
q̃ metu obligare homines malit. exterasq; gentes fide: ac societate iunctas habere: q̃
tristi subiectas seruitio. ¶ Deinde acceptis nominibus ciuitatũ: recensuit captiuos: qui
cuiusq; populi essent. & nuntios domum misit: ut ad suos quisq; recipiendos ueniret.
¶ Siquarum forte ciuitatum legati aderant: eis presentibus suos restituit. ¶ Ceterorũ
curam benigne tuendorum. C. Flaminio Questori attribuit. ¶ Inter hec e media
turba obsidum mulier magno natu: Mandonii uxor: qui frater Ilergetũ Reguli
erat: flens ad pedes Imperatoris procidit: obtestariq; cepit: ut curã cultũq; feminarũ:
impensius custodibus cõmendaret. ¶ Cum Scipio: nihil profecto defuturum diceret.
¶ Tum rursus mulier. ¶ Haud magni ista facimus inquit. Quid enĩ huic fortune nõ
satis est? alia mihi cura: etatẽ harũ intuenti. nã ipsa extra periculũ iniurie muliebris
sum animum stimulabant etate & forma florentes circa eam Indibilis filie. eeq; nobi/
litate pari que eam omnes pro parente colebant. ¶ Tum Scipio. ¶ Mee Populiq;
Ro. discipline causa facerẽ inquit: nequid: quod sanctum usq̃ eẽt: apud nos uiolaret̃.
Nũc ut id curem impẽsius: uestra quoq; uirtus dignitasq; facit. Que nec ĩ malis quidẽ
oblite decoris Matronalis estis. ¶ Spectate deĩde integritatis uiro: tradidit eas. tueriq;
haud secus uerecũde: atq; modeste: q̃ ciuiũ cõiuges: ac matres: iussit. ¶ Captiua deĩde
a militibus adducit̃ adulta uirgo: adeo eximie forme: ut quacũq; se uerteret omniũ
cõuerteret oculos. ¶ Scipio percontatus patriã: parẽtesq; inter cetera accepit: despõ/
satam eam Principi Celtiberorum adulescenti: cui Luceio nomen erat. ¶ Extemplo
igitur parẽtibus: sponsoq; a domo accitis: cũ interim audiret deperire eũ spõse amore:
ubi primum uenit: accuratiore eum sermone: q̃ parẽtes alloquitur. ¶ Iuuenis inquit
Iuuenẽ apello. minor sit inter nos huius sermonis uerecundia. Ego cum: sponsa: tua
uocata: a militibus nostris ad me deducta esset: audiremq; eã tibi cordi esse: & forma
faceret fidem: quia ipse: si frui liceret: ludo etatis presertim illecto: & leto legitimoq;
amore: & non res pu. animum nostrũ occupasset: ueniã mihi dari: spõsam impensius

Benigne alloq̃t obsides Scipio

impensius

Ingens humanitas Scipionis erga sponsam captiuam, sponsum & captiuos

amanti uellem: tuo cuius sponsa est amori faueo. Fuit sponsa tua apud me. ❡ Eadem qua apud soceros tuos: parentesq; suos uerecundia seruata est tibi. ut inuiolatum: & dignum meteq;: dari tibi donũ posset: hanc mercedem unam pro eo munere paciscor: amicus Po. Ro. sis. & si me uirũ bonũ credis esse: qualem patrem patruũq; meũ: iã ãte he gẽtes norant: scias multos nostri similes in ciuitate Romana esse. nec ullũ in terris populum hodie dici posse: quem minus tibi hostem: tuisq; esse uelis. aut amicum malis. ❡ Adolescens simul pudore: gaudioq; perculsus: dexteram Scipionis tenens. ❡ Deos omnis inuocare: ad gratiam illi pro se referendã. Quoniã sibi nequaq̃ satis facultatis pro suo animo: atq; illius erga se esset. ❡ Parẽtes inde cognatiq; uirginis appellati. qui quoniam gratis sibi redderetur uirgo: ad quam redimendam satis magnum attulissẽt auri pondus: Orare Scipionem: ut id ab se donum acciperet: ceperunt. haud minorẽ eius rei apud se gratiam fore affirmantes: q̃ reddite inuiolate foret uirginis. ❡ Scipio quando tantopere peterent: accepturum se pollicitus: poni ante pedes iussit. uocato q; ad se Luceio. ❡ Super dotem: q̃ inquit accepturus a socero es: hec tibi a me dotalia dona accedent. aurumq; tollere: ac sibi habere: iussit. ❡ His letus donis: honoribusq; dimissus domũ: impleuit populares laudibus & meritis Scipionis. ❡ Venisse diis simillimum iuuenem. uincentem omnia: tum armis: tum benignitate. ac beneficiis. ❡ Itaq; delectu clientum habito: cum mille & .cccc. equitibus intra paucos dies ad Scipionẽ rediit. ❡ Scipio retẽto secũ Lelio: dum captiuos obsidesq; & predam: ex consilio eius: disponeret: satis omnibus compositis: data quinquereme: captiuis Magone: & quĩdecĩ fere Senatoribus: qui simul cum eo capti erant: in naue impositis: nuntium uictorie Romam mittit. ❡ Ipse paucos dies quibus morari Carthagine statuerat: exercendis naualibus: pedestribusq; copiis absũpsit. ❡ Primo die legiones ĩ armis quattuor miliũ spatio decurrerũt. ❡ Secũdo die arma curare: & tergere ante tentoria iussit. ❡ Tertio die sudibus inter se: in modum iuste pugne: cõcurrerunt: ꝓpilatisq; missilibus iaculati sunt. ❡ Quarto die quies data. ❡ Quĩto iterum in armis cõcursum est. ❡ Hunc ordinẽ laboris: quietisq; quoad Carthagine morati sunt: seruauerũt. ❡ Remigio classis: ciues militesq;: tranquillo in altum euecti: agilitatem nauium: simulacris naualis pugne: experiebantur. ❡ Hec extra urbem terra: mariq;: corpora simul: animosq; ad bellum acuebant. ❡ Res pu. ipsa strepebat apparatu belli. fabris omnium generũ in publica officina inclusis. data cũcta: pari cura subibat. Nũc operibus aspiciẽdis tẽpus dabat: queq; in officinis: queq; in armamentario: que ab naualibus sociorũ fabrorũ multitudo pluria: in singulos dies certamine ingẽti: faciebat. ❡ His ita inchoatis: refectisq; quos quassauerãt muris: dispositisq; presidiis: accurato iã urbis: Tarraconẽ ẽ ꝓfectus. ❡ A multis Legationibus protinus in uia aditur. quas partim dato respõso ex itinere: dimisit. partim distulit: Tarraconem: quo omnibus nouis: ueteribusq; sociis edixerat Conuẽtum. ❡ Et cuncti fere qui cis Hiberum colunt populi: multiq; etiã ulterioris Prouintie conuenerunt. ❡ Carthaginensium duces: primo ex industria famã capte Carthaginis compresserant. ❡ Deinde ut clarior res erat: quam ut tegi: ac dissimulari posset: eleuabant uerbis. ❡ Nec opinato aduentu: ac prope furto: unius diei: urbẽ unã hispanie interceptam: cuius rei tam parue: & ꝓmio elatũ insolentem iuuenẽ immodico gaudio: spem magne uictorie ĩposuisse. at ubi appropiquare: tres Duces: tres uictores hostiũ exercitus audisset: occursurũ ei extẽplo domesticorũ funerũ memoriã. ❡ Hec in uulgus iactabãt: haud quaq̃ ipsi ignari: quantũ sibi ad omnia iuriũ Carthagine amissa decessisset

verba sponsi ad Scip.

Redit nuptus ad Scipionem cũ .M. et cccc. equitibus.

Exercet Scipio suos an̄ Carthaginem.

SIc status rerum Hispanie erat: In Italia autẽ Consul Marcellus: Salapia per proditionẽ recepta: Marmoreas & Meles de Samni/tibus ui cepit ¶ Ad tria milia militũ ibi Annibalis: que presidii causa relicta erant: oppressa. ¶ Prede aliquãtum eius: militi fuit cõcessũ. Tritici quoq;. ccxl. milia modium. &. cx. milia Hordei inuenta. Ceterum nequaq̃m inde tantum gaudii fuit: quanta clades intra paucos dies accepta est: haut procul ab urbe Herdonea ¶ Castra ibi. Cn. Fuluius Proconsul habebat: spe recipiende Herdonee: que post Cannensem cladẽ: a Romanis defecerat: nec loco satis tuto posita: nec presidio firmata. Negli/gentiam insitam ingenio Ducis augebat spes ea: ꝙ labare iis aduersus Poenum fidem: senserat: postq̃ Salapia amissa: excessisse his locis Annibalem in Brutios auditum est. ¶ Ab herdonea ea omĩa ꝑ occultos nũtios delata Annibali simul curã socie retinẽde urbis: & spem fecere: incautum hostem aggrediendi. Exercitu expedito: ita ut famã prope preueniret: magnis itineribus ad herdoneã cõtendit. & quo plus terroris hosti obiiceret: acie instructa accessit. ¶ Pari audacia Romanus: consilio & uiribus impar: copiis raptim eductis: conflixit ¶ Quinta legio & sinistra ala acriter pugnã inierũt. Ceterum Annibal signo equitibus dato: ut cum pedestres: equitesq; occupassent: p̃sẽti certamine oculos: animosq;: circunuecti: pars castra hostium: pars terga oppugnãtiũ inuaderent. Ipse in. Cn. Fuluii similitudinem nominisq; quod. Cn. Fuluium p̃torẽ biennio ante in his deuicerat locis: increpans: similem euẽtũ pugne fore affirmabat. ¶ Neq; ea spes uana fuit. Nam cũ cominus acie: & peditũ certamine multi cecidissent Romanorũ: starẽt tamẽ ordines: signaq;: equestres a tergo tumultus: simul a castris clamor hostilis auditus. sextã legionẽ. añ que in secũda acie posita: prior a Numidis turbata est: Quintã deinde: atq; eos qui ad prima signa erant: auertit. ¶ Pars in fugã effusa. pars in medio cesa: ubi & ipse. Cn. fuluius: cũ duodecim Tribunis militũ cecidit. ¶ Romanorum sotiorumq; quot cesa in eo p̃lio milia sint: quis pro certo affirmet. cum tredecim milia alibi: alibi haud plus: q̃ septem inueniã? ¶ Castris predaq; uictor potitur. ¶ Herdoneam quia & defecturam fuisse ad Romanos cõperit: nec mãsuram in fide. si inde abscessisset: multitudine omni: Metapõtũ: ac Turios: traducta: incẽdit. ¶ Occiditq; Prĩcipes: qui cũ Fuluio colloquia occulta habuisse cõꝑti sunt. ¶ Romani qui ex tanta clade euaserant: diuersis itineribus: semiermes ad Marcellum Consulem in Samnium confugerũt. ¶ Marcellus nihil admodum tanta clade territus: litteras: Romam ad Senatum: de Duce & exercitu ad Herdoneam amisso scribit. Ceterum eundem se qui: post Cannensem pugnam ferocem uictoria Annibalem cõtuderit: ire aduersus eum. breuemq; illi leticiam qua exultat: facturũ ¶ Et Rome quidẽ luctus: tum ingens ex preterito: tum timore in futurũ erat. Consul ex Samnio in Lucanos transgressus: ad Munistronem in cõspectu Annibalis loco plano: Cum Poenus collẽ teneret: posuit castra. addidit & aliam fidentis speciem: quod prior in aciem eduxit. ¶ Nec detractauit Annibal: ut signa portis efferri uidit. ¶ Ita tamẽ aciẽ instruxerũt: ut Poenus dextrum cornu in collem erigeret ¶ Romani sinistrũ ad oppidũ appli/carent ¶ Ab hora tertia cũ ad noctem pugnam extendissent: fesseq; pugnando ꝑme acies essent: a Romanis prima legio: ad dextra ala ¶ Ab Annibale Hispani milites & funditores Baleares: Elephanti quoq; cõmisso iam certamine: in prelium acti. ¶ Diu pugna neutro inclinata stetit. ¶ Prime legioni tertia: dextre ale: sinistra subiit ¶ Et apud hostes integri: a fessis pugnam accepere ¶ Nouum atq; atrox prelium ex tam segni repente exarsit. recentibus animis: corporibusq;. ¶ Sed nox incerta uictoria

diremit: pugnãtes. ¶ Postero die Romani a sole orto in multum diei stetere in acie. ubi nemo hostium aduersus prodit: Spolia per ocium legere. & congestos in unum locũ cremauere suos. ¶ Nocte insequenti Annibal silentio mouit castra: & in Apuliã abiit. ¶ Marcellus ubi lux fugã hostiũ aperuit: saucius cum pͣsidio modico ĩ Munis/trone relictis: pposito q; his. L. Furio Purpurione Tribuno militũ: uestigiis institit sequi. ¶ Ad uenusam eũ adeptus est. ¶ Ibi per dies aliquot cũ a stationibus pcursarẽt mixta equitũ: peditũq; tumultuosa magis prelia q̃ magna: & ferme omnia Romanis secunda fuerũt. ¶ Inde per Apuliam ducti exercitus: sine ullo memorato certamine: cum Annibal nocte signa moueret: locum insidiis querens: Marcellus nisi certa luce: & explorato ante: non sequeretur. ¶ Capue interim Flaccus: dum bonis principum uendendis: agro qui publicatus fuerat: locando: locauit aũt omne frumento: tẽpus terit: ne deesset materia in campanos seuiendi: nouum in occulte gliscens: per indicium protractum est facinus: milites edifitiis emotos: simul ut cũ agro tecta urbis fruẽda locarẽt: simul metuens: ne suũ quoq; exercitũ sicut Annibalis nimia urbis amoenitas emolliret: ĩ portis murisq; sibimetipsos tecta militariter coegerat edificare. ¶ Erãt aũt pleraq; ex cratibus aut tabulis facta. alia arundine texta: stramento intecta. omne uelut de industria alimentis ignis. ¶ Hec noctis una una hora: ut omnia incenderent clxx. Campani principibus fratribus Blosiis cõiurauerãt. ¶ Indicio eius rei ex familia Blosiorũ facto: portis repẽte iussu Proconsulis clausis: cũ ad arma signo dato milites cõcurrissent: Cõphẽsi omnes: qui in noxa erãt. & questione acriter habita: dãnati: necatiq;. ¶ Indicibus libertas: & eris dena milia data. ¶ Nucerinos: & Acerranos que/rẽtes ubi habitarẽt nõ esse: Acerris ex parte incensis: Nuceria deleta: Romã Fuluius ad Senatum misit. Acerranis permissum: ut edificarent: que incensa erant: Nucerini Attellã: qa id maluerãt: Attellanis galatiã: migrare iussis: traducti. ¶ Inter multas: magnasq; res: que nunc secunde: nunc aduerse occupabant cogitationes hominum: Ne Tarẽtine quidem arcis excidit memoria. M. Ogulnius: &. P. Aquilius in Etoliã legati ad frumentũ coemendũ: quod Tarentũ portaretur profecti. & mille milites de exercitu Vrbano: par numerus Romanorum: sotiorũq; eodem in presidium: cũ frumento missi sunt. ¶ Iam estas in exitu erat: comitiorũq; Consularium instabat tempus. ¶ Sed littere Marcelli negãtis e Re Pu. esse: uestigium abscedi ab Annibale: cui cedenti: certamenq; abnuenti: grauius ipse instaret: curã iniecerant: ne aut Cõsulẽ Marcellũ: tũ maxime res agentẽ: a bello auocarent: aut in annũ Consules deessent. Optimum uisum est: quanq̃ extra Italiam esse: potius Valeriũ Consulem ex Sicilia reuocare. ¶ Ad eũ littere iussu Senatus: a. L. Manlio Pretore Vrbis misse: cũ litteris Consulis. M. Marcelli ut ex iis nosceret: que causa Patribus eum potius q̃ Collegam reuocandi ex Prouĩtia esset. ¶ Eo forte tẽpore Romam Legati a Rege Syphace uenerunt: que iis prelia prospera cum Carthaginensibus fecisset memorãtes. Regem nec inimiciciorem ulli populo: q̃ Carthaginensi: nec amiciciorem q̃ Romano affir/mabãt esse. misisse eũ antea legatos in Hispaniã: ad. Cn. & P. Corneliũ Imperatores Romanos. nunc ab ipso: uelut fonte: petere Romanã amiciciã uoluisse. ¶ Senatus non legatis modo benigne respondit: sed ipse Legatos cum donis ad Regẽ misit. L. Geminum Petelliũ. P. Pompiliũ. ¶ Dona tulere togam: & tunicã purpureã: sellam eburneam. paterã ex quinq; pondo auri factam. ¶ Protinus & alios Africe Regulos iussi adire. iis quoq; que darent portate toge pretexte: & terne põdo patere auree. ¶ Et alexandriam ad Ptolemeum & Cleopatram Reges. M. Attilius. &. M. Acilius: Legati: ad cõmemorandã renouandãq; amiciciam missi dona tulere. Regi togam:

PRODIGIA

& tunicā purpureā cum sella eburnea. ¶ Regine pallā pictam cū amiculo purpureo. ¶ Multa ea estate: qua hec facta sunt: ex propinquis urbibus: agrisq; nunciata sunt prodigia. ¶ Tusculi agnum cū ubere lactāti natum. ¶ Iouis edis: culmē fulmine ictū. ac prope omni tecto nudatū. ¶ Iisdem ferme diebus Anagnie terrā: ante portā ictā: die ac nocte: sine ullo ignis alimento: arsisse. ¶ Et aues ad cōpitū Anagninū in luco Diane nidos in arboribus reliquisse. ¶ Tarracine in mare haud procul portu angues magnitudinis mire: lasciuientium piscium more: exultasse. ¶ Tarquiniis porcum cum ore humano genitū. ¶ Et in agro Capenate ad lucum Feronie. iiii. signa sanguine multo diem ac noctem sudasse. ¶ Hec prodigia hostiis maioribus procurata. decreto Pontificum. & supplicatio diem unum Rome ad omnia puluinaria. ¶ Alterū & In Capenate agro ad feronie lucū indicta: M. Ualerius Cōsul litteris excitus Prouītia exercituq; mandato Cincio Pretori. M. Ualerio Messalla Prefecto classis cū parte nauium in Africam predatū simul: speculatūq; : que populus Carthaginensis pararet: ageretq; misso: ipse. x. nauibus Romam profectus cum prospere peruenisset: Senatū habuit. ¶ Ubi de suis rebus gestis cōmemorauit: cū annos prope. lx. in Siciliā terra mariq; magnis sepe cladibus bellatum esset: se eam Prouītiā confecisse: neminē Carthaginensem in Sicilia esse: neminem Siculum: qui metu inde fugati abfuerint: esse: omnes in urbes agrosq; suos reductos: arare serere desertam coliq; terram: tandem frugiferam: ipsis cultoribus: Populoq; Romano pace ac bello fidissimum annone subsidiū. ¶ Exinde Mutine & siquorū aliorū merita erga. Po. Ro. erant: in Senatū introductis: honores omnibus ad exoluendam fidem a Cōsule habiti. ¶ Mutines etiā ciuis Romanus factus: rogatione: a Tri. Ple. ex autoritate Patrum ad Plebem lata. ¶ Dum hec Rome geruntur. M. Ualerius Messalla. l. nauibus cum ante lucem ad Africā accessisset: improuiso in agro uticense excursionē fecit. Eumq; depopulatus late multis mortalibus: cū alia omnis generis p̄da captis: ad naues redit. & ad Siciliā trāsmisit. terciodecimo die q̄ profectus erat. inde Lilybeum reuectus. ¶ Ex captiuis questione habita: hec comperta: Consuliq;. Leuino omnia ordine perscripta: ut sciret quo ordine: uel quo in statu Africe res essent. ¶ Quinq; milia Numidarū: cū Massanissa: Gale filio: acerrimo iuuene: Carthagine esse. & alios per totam Africā milites mercede conduci: qui in Hispaniam ad Hasdrubalem traicerentur: ut iis q̄maximo exercitu primo quoq; tempore in Italiam transgressus: iungeret se Annibali. in eo positam uictoriam credere Carthaginenses. ¶ Classem preterea ingentē apparari ad Siciliam repetendam: eamq; se credere breui traiecturā. ¶ Hec recitata a Cōsule: ita mouere Senatum: ut non expectanda comitia Consuli censerent: sed Dictatore comitiorum habendorum causa dicto: extemplo in Prouinciam redeundum. ¶ Illa disceptatio tenebat: q Consul in Sicilia se: M. Ualerium Messallam: qui tum classi preesset: Dictatorem dicturū esse aiebat. Patres extra Romanū agrum: eū autē in Italia terminari: negabant Dictatorem: dici posse. M. Lucretius Tri. Ple. cum de ea re cōsuleret: ita decreuit Senatus: ut Consul priusq̄ ab Urbe discederet: Populum rogaret: quē Dictatorē dici placeret. eūq; quē Populus iussisset: diceret Dictatorē. si Consul noluisset: Pretor Populum rogaret. ¶ Si ne is quidem uellet: tum Tribuni ad Plebem ferrent. ¶ Cum Cōsul se Populū rogaturū negasset: quod sue potestatis eēt: Pretoreq; uetuisset rogare: Tribuni Plebis rogarūt. Plebesq; sciuit: ut Fuluius: qui tum ad Capuā erat: Dictator diceret. ¶ Sed quo die: id Plebis Cōsiliū futurum erat: Consul clam nocte in Siciliam abiit. destitutiq; Patres: litteras ad. M. Claudiū mittēdas censuerūt: ut deserte Rei. Pu. a Collega subueniret. diceretq; quē populus

Valerius consul romā redit

Noua de apparatu penorū p Hispania Siciliaq; repetenda

Dissensio inter consulē: senatumq; de dicendo Dictatore: et quom tribuni pl. plebem uellēt rogare consul clam nocte ī Siciliā abijt

iussisset Dictatorē ¶ Ita a Claudio Cōsule: Fuluius Dictator dictus. ¶ Et ex eodē Plebiscito a Fuluio Dictatore: P. Lucinius Crassus Pontifex Maximus Magister equitum dictus. ¶ Dictator postq̄ Romam uenit: Cn. Semproniū Blesū Legatū: quem ad Capuam habuerat: in Etruriam prouinciam ad exercitum misit: in locum Calphurnii Pretoris: quem ut Capue exercituiq; suo preesset: litteris exciuit. ¶ Ipse comitia in quē diē ꝑmū potuit: edixit. que certamine inter Tribunos Dictatoreq; infecto: perfici non potuerant. ¶ Galeria iuniorum: que sorte prerogatiua erat. Q. Fuluium: &. Q. Fabiū Consules dixerat. eodemq; iure uocate relique inclinassent: in. Tri. Ple. C. &. L. Ariani interposuissent. qui neq; Magistratum continuari satis ciuile esse aiebant. & multo fedioris exempli eum ipsum creari: qui comitia haberet. Itaq; si suum nomen Dictator acciperet: se Comitiis intercessuros. si aliorum: preterq̄ ipsius ratio haberetur: Comitiis se moram non facere ¶ Dictator causam Comitiorū autoritate Senatus: Plebiscito exemploq; tutabat̄ ¶ Nanq;. Cn. Seruilio. Cons. cū Flaminius alter cōsul ad: Trasimenum cecidisset: ex autoritate Patrum ad Plebem latum: Plebemq; sciuisse: ut quoad bellum in Italia esset: ex iis qui Consules fuissent: quo & quotiens uellet: reficiendi Consulis populo ius eēt. exemplumq; ea in re uetus se habere: L. Posthumii metelli: qui interrex iis comitiis: que ipse habuisset: Cōsul cū Cn. Iunio Bubulo creatus esset. recensq;. Q. Fabii: qui sibi cōtinuari Consulatū: nisi id bono publico fieret: profecto nunq̄ siuisset. ¶ His orationibus cum diu certatum eēt: postremo ita inter Dictatorē & Tribunos cōuenit ut eo quod cēsuisset Sēatus: staretur ¶ Patribus id tēpus Rei. Pu. uisum est: ut per ueteres: & exptos belliq; pitos Imperatores Res. Pu. gereret̄. Itaq; morā fieri Comitiis nō placere. Concedētibus Tribunis Comicia habita ¶ Declarati Consules. Q. fabius Maximus quintum. Q. Flaccus Fuluius. iii ¶ Pretores creati. .L. Veturius Philo. Et. T. Quītius Crispinus C. Hostilius Tribulus. C. Aurunculeius. Magistratibus in annum creatis. Q. Fuluius dictatura se abdicauit. ¶ Extremo estatis eius classis Punica nauium. xxx. cum Prefecto Hamilcare in Sardiniā traiecta Olbiensem primo: deinde postq̄ ibi P. Manlius Volso Pretor cum exercitu apparuit: circumacta inde ad alterū insule latus Calaritanū agrū uastauit. & cū pͣda omnis generis in Africam rediit. ¶ Sacerdotes Romani eo anno mortui aliquot. suffectiq;. C. Seruilius Pontifex factus in locum. T. Octacilii Crassi. ¶ Decemuir Item sacris faciundis in locū. T. Sempronii. T. F. Longi. T. Sempronius: C. F. Longus suffectus. M. Martius Rex sacrorū mortuus est. &. M. Emilius Pappus Maximus Curio. neq; in eorū locū Sacerdotes eo anno suffecti. ¶ Et Censores hic annus habuit. L. Vulturnum Philonem: &. P. Licinium Crassum Pontificē Maximū ¶ Crassus Licinius: nec Consul: nec Pretor āā fuerat: q̄ Censor est effectus. Ex edilitate gradū ad Censurā fecit. Hi Censores: neq; Senatū legerūt: nec quicq̄ rei pu. egerunt. Mors diremit. L. Veturiū ¶ Inde & Licinius Censura se abdicauit. ¶ Ediles Curules Veturius &. P. Licinius Varus: ludos Romanos diem unum instaurarunt ¶ Ediles Plebis. Q. Cautius: &. L. Portius Licinius ex multicio argēto signa enea ad ceteros dedere: & ludos pro tēporis huius copia: magnifici apparatus fecere. ¶ Exitu anni huius: die. iii. &. xxx. qua a Tarracone pfectus erat: Lelius: Romā uenit Legatus Scipionis. is cū agmine captiuorum ingressus Vrbem magnum cōcursum hominum fecit. ¶ Postero die in Senatū introductus captam Carthaginem caput Hispanie uno die: receptasq; aliquot urbes: que defecissēt: nouasq; in sotietatē adscitas exposuit ¶ Ex captiuis cōpta his fere cōgruentia: que in litteris fuerant: M. Valerii Messalle. maxime mouit patres Hasdrubalis

Hasdrubal i Italiam transit

transitus in Italiam. uix Annibali atq; eius armis: subsistēte ¶ Productus in cōtionē Lelius ea demum disseruit. ¶ Senatus ob res feliciter a Scipione gestas supplicatiōes in unū diē decreuit. C. Lelium p̄mo quoq; tempore: cum omnibus uenerat nauibus: redire in Hispaniam iussit. ¶ Carthaginis expugnationē in hūc annū cōtuli multis autoribus. haud nescius quosdā esse: qui anno insequenti captam tradiderint: ꝙ mihi simile ueri uisum est: annum integrum Scipionem in Hispania consumpsisse. Q. Fabio Maximo quintum. Q. Fuluio Flacco. iii. Consulibus idibus martiis: quo die Magistratū inierūt: Italia ambobus Prouintia decreta ¶ Regionibus tamen ptitū imperium. ¶ Fabius ad Tarentum: Fuluius in Lucanis ac Brutiis rem gereret. M. claudio prorogatum in annum Imperiū. Pretores sortiti Prouintias. C. Hostilius Tribulus Vrbanam. L. Veturius Philo peregrinam: cum Gallia. T. Quintius Crispinus Capuā. C Aurunculeius Sardiniam ¶ Exercitus ita per Prouintias diuisi ¶ Fuluio due legiones: quas in Sicilia: Valerius Leuinus haberet. Q Fabio quibus in Etruria. C. Calphurnius preesset ¶ Exercitus urbanus ut in Etruriam succederet. C. Calphurnius eidem preesset Prouintie. exercituq; quem: Q. Fuluius habuisset. ¶ Capuā exercitūq; Quintius obtineret. C. Hostilius ab. Cn. Lectorio Procōsule: Prouintiam: exercitumq;: qui tum iam Arimini erat: acciperet. M. Marcello qui Consul benerem gesserat: legiones decrete. M. Valerio cum. L. Licinio: bis quoq; est prorogatum in Sicilia imperium: Cannensis exercitus datus. eumq; supplere ex militibus: qui ex legionibus. Cn. Fuluii superessent: iussi ¶ Conquisitos eos Conss: in Siciliam miserunt. additaq; eadem militie ignominia: sub qua Cannenses militabant. quiq; ex Pretoriis. Cn. Fuluii exercitu ob similis irā fuge: missi eo ab Senatu fuerāt: C. Aurunculeio eedem in Sardiniā legiones: quibus: P. Manlius Volso eā Prouītiā obtinuerat decrete. P. Sulpitio eadem legione eadēq; classe Macedoniā obtinere iusso: prorogatum in annū imperiū. xxxv. naues ex Sicilia Tarentū ad Fabiū Consulem mitti iusse. ¶ Cetera classe placere predatū in Africā & ipsum. M. Valeriū leuinū traiicere. seu. L. Cinciū seu. M. Valeriū Messallā uellet. ¶ Nec de Hispania quicq̄ mutatū. nisi ꝙ non in annū Scipioni: Sillanoq;: sed donec reuocati a Senatu forent: prorogatū imperiū est ita Prouintie exercitusq;: in eū locū partita imperia. ¶ Inter maiorum rerum curas: Comitia Maximi Curionis: cum in locū M. Emilii Sacerdos crearet: uetus excitauerunt Certamen ¶ Patriciis negantibus: C. Manlii Attellii: qui unus fuit ex Plebeis petens rationem esse habendam: quia nemo ante eū nisi ex Patribus id Sacerdotium habuisset. ¶ Tribuni appellati: ad Senatū reiecerūt. ¶ Senatus: Populi potestatē fecit ¶ Ita primus ex plebe creatus Maximus Curio. C. Manlius Attellius. ¶ Et Flaminem Dialem inuitum augurari coegit: P. Licinius Pontifex Maximus. C. Valerium Flaccum decemuirum sacris faciundis ¶ Creatus in locū Mutii Sceuole demortui. C. lectorius. ¶ Causam inaugurare coacti Flamīs libens reticuissem: ni ex mala fama in bonam uertisset. ¶ Ob adolescentiā negligentē: luxuriosāq;. C. Flaccus flamen captus a. p. licinio pontifice maxīo: erat. L. Flacco fatri germano cognatisq; aliis: ob eadem uitia inuisus ¶ Is ut animū eius cura sacrorū: & cerimoniarū cepit: ita repēte exuit ātiquos mores: ut nemo tota iuuētute haberet prior ¶ Nec ꝓbatior p̄moribus Patrū suis: pariter alienisq; esse ¶ Huius fame cōsensu elatus: ad iustā fiduciā sui rē intermissam ꝑ multos annos ob indignitatē Flaminum priorum repetiuit: ut in Senatum introiret ¶ Ingressum eū Curiam cū. L. Licinius Pretor inde eduxisset: Tri. Ple. appellauit Flamen. ¶ Vetustū ius Sacerdotii repe/tebat. datū id cū toga p̄texta: & sella curuli: & Flaminio esse ¶ Pretor non exoletis

Prorogat impiu Scipioni donec Senatui placeat.

Dissensio de flamine diali q curiā ingredi phibebat

uetustate annaliū exēplis stare ius: sed recētissime cuiusq; cōsuetudinis usu uolebat.
nec patrum: nec auorū memoria Dialem quenq̄ id ius usurpasse. Tribuni rem in-
ertia Flaminū oblitteratam ipsis non sacerdotio: damno fuisse: cū equū censuissent:
ne ipso quidē contra tendente Pretore: & magno assensu Patrū: Plebisue Flaminē
in Senatū introduxerūt. Omnibus ita estimātibus magis sāctitate uite: q̄ Sacerdotii
iure: eā rē Flaminem obtinuisse. Consules p̄usq̄ in Prouītias irēt: duas Vrbanas
legiones in supplementum quantū opus erat: ceteris exercitibus militum: scripserunt.
Vrbanum ueterem exercitū Fuluius Consul: Cn. Fuluio Flacco Legato: frater hic
Consulis erat: in Etruriā dedit ducendū. Et legiones que in Etruria erant. Romā
deducēdas. Et Fabius Consul reliquias exercitus Fuluiani conquisitas: fuerūt aūt
ad tria milia. ccc. xxxvi. Q. Maximum filiū ducere in Siciliam ad. M. Valerium
Proconsulē iussit. Atq; ab eo duas legiones: & trigīta quīqueremes accipere. Nihil
he educte ex Insula legiones minuerūt: nec uiribus: nec spe eius p̄uintie p̄sidiū. Nā
cum preter egregie suppletas duas ueteres legiones: transfugarum etiam Numidarū
equitum: peditumq; magnam uim haberet: Siculos quoq;: qui in exercitu Epicidis
aut Poenorum fuerant: belli peritos uiros: milites scripsit. Ea externa auxilia: cum
singulis Romanis legionibus adiunxisset: duorū speciē exercituum seruauit. Altero
L. Cinciū partē insule: qua Regnū Hieronis fuerat: tueri iussit. Altero ipse ceterā
insulā tuebatur: diuisam quōdam Romani Imperii: Puniciq; finibus. Classis quoq;
nauium. xx. parata: ut omni ambitu littorum presidia ore maritime essent. Ipse cū
Mutinis equitatu prouintiā peragrabat: ut uiseret agros. cultaq; ab incultis notaret.
& perinde dominos laudaret: castigaretq;. Ita tantum ea cura frumenti prouenit:
ut Romam mitteret: & Catinam conueheret: unde exercitui: qui ad Tarentū estiua
acturus esset: possit preberi. Ceterum transportati milites in Siciliam: & erat maior
pars latini nominis: sotiorumq;: prope magni motus: causa fuere. adeo ex paruis: sepe
magnarū momenta rerū pendent. Fremitus enim inter latinos: sotiosq; in Consiliis
ortus: decimū annum delectibus & stipendiis exhaustos esse. Quod annis ferme: clade
magna pugnare. alios in acie occidi. alios morbo absumi. magis perire sibi ciuem: qui
a Romano miles lectus sit: q̄ qui a Poeno captus. Quippe ab hoste gratis remitti in
patriam: a Romanis extra Italiā in exsiliū uerius q̄ in militiā ablegare. Octauum
iam sibi ānū senescere Cannensem militem: moriturum: anteq̄ Italia hostis abscedat.
Quippe nūc cū maxime florens uiribus excedat. si ueteres milites nō redeāt in patriā:
noui legantur: breui neminē superfuturum. Itaq; quod propediem res ipsa negatura
sit. prius q̄ ad ultimam solitudinem: atq; egestatem perueniāt: negandū Po. Ro. esse:
si consentiētes in hoc sotios uideant Romani: profecto de pace cū Carthaginēsibus
iungenda: cogitaturos. Aliter nunq̄ uiuo Annibale sine bello Italiā fore. Hec acta
in Consiliis. xxx. tum colonie. Po. Ro. erant. ex iis. xii. cū omnium legationes essent
Rome negauerunt consulibus esse: unde milites pecuniāq; darent. Ee fuere. Ardea.
Nepetes. Sutriū Mīturne. Inturna. Alta. Carseoli Suessa. Cerete Lacates. Narnia:
Interamna. Nouare Consules icti: cū abstrahere eos a tā detestabili consilio uellēt:
& castigando increpandoq;: plus q̄ leniter agendo: profecturos rati: eos ausos esse:
Consulibus dicere aiebāt: quod Consules in Senatu prouinciare: in animū inducere
nō possent. Non enim detractationem eam munerū militie: sed apertā defectionē
a Po. Ro. esse. Redirēt itaq; propere in Colonias: & tanq̄ integra re loquuti magis
q̄ ausi: tantū nephas cū suis consulerēt. Admonerēt nō Campanos: neq; Tarētinos
eos esse sed Romanos. inde oriundos. inde in Colonias: atq; in agrum bello captum

stirpis augende causa missos. ¶ Que liberi parētibus deberēt: ea illos Romanis debere: si ulla pietas: si memoria antique patrie esset. ¶ Consulerent igit̄ de integro: Nam tū quidē que temere agitassent: ea ꝓdendi Imperii: Romā tradendi Annibali uictori esse. ¶ Cum alternis hec Consules diu iactassent: nihil moti Legati. ¶ Neq; se quod domum renunciarent: habere dixerunt: neq; Senatum suum: quid noui consuleret: ubi nec miles qui legeret: nec pecunia que daret̄ in stipendiū: esset. ¶ Cum obstinatos eos uiderent: Consules rem ad Senatum detulerunt. ¶ Vbi tantus pauor hominum animis est iniectus: ut magna pars actum de Imperio diceret. ¶ Idem alias colonias facturas. ¶ Idem socios consensisse omnes: ad prodendā Annibali: urbem Romanam. ¶ Consules hortari: & consolari Senatum: & dicere alias colonias in fide: atq; offitio pristino fore. Eas quoq; ipsas que offitio decessissent: si legati circa eas colonias mittāt: qui castigent: non qui precentur: uerecundiam Imperii habituras esse. ¶ Permissum a Senatu iis cū esset: agerent: facerentq; ut e Re. Pu. ducerent: temptatis prius aliarū coloniarum animis: citauerunt legatos: quesiuerūtq; ab iis ecquid milites ex formula paratos haberēt. ¶ Pro duo de. xx. coloniis: M. Sextilius Fregellanus respondit. & milites patos ex formula eē. & si pluribus opus esset: pluris daturos. & quicquid aliud imperaret: uelletq; Populus. Ro: enixe facturos. ad id sibi: neq; opus deesse: animū etiam superesse. ¶ Conss: sibi parum uideri prefati: pro merito eorum: sua uoce collau/dari eos: nisi uniuersi Patres in Curia gratias egissent: sequi in Senatum eos iusserūt. ¶ Senatus q̄ poterat honoratissimo decreto alloquutus eos: mandat Consulibus: ut ad Populū quoq; eos perducerent: & inter multa alia: preclara que ipsis maioribusq; suis prestitissent: recens etiam meritum eorū in rem pu: commemorarent. ¶ Ne nunc quidem post tot secula sileantur fraudenturue laude sua. ¶ Signini fuere & Nolani & Norbani Satriculaniq; & Brundusini & Fregelliani: & Nucerini: & Adriani & Firmani. & Ariminenses. ¶ Et altero mari: Pontiani. & Prestani. & Consani. ¶ Et Mediteranei: Beneuentani: & Sernini. & Spoletani. & Placentini. & cremonenses. Harum coloniarum subsidio: tum Imperium Po. Ro. stetit. iisq; gratie & in Senatu & ad Populum acte. ¶ Duodecim aliarū coloniarū que detractauerunt imperium: mentionem Patres fieri uetuerunt. ¶ Neq; illos dimitti: neq; retineri. neq; appellari a Consulibus. ¶ Ea tacita castigatio maxime ex dignitate populi ro. uisa ē. ¶ Cetera expedientibus: que ad bellum opus erant: Consulibus: aurum incensimariū: quod in sanctiore erario ad ultimos casus seruabat̄: promi placuit. prōpta ad quatuor milia pōdo auri. ¶ Inde quīquagena pōdo data Cōsulibus: & M. Marcello. & P. Sulpitio Proconss: & L. Veturio Pretori: qui Galliam Prouinciam sortitus erat. ¶ Additūq; Fabio Cons: c. pondo auri precipuū: quod in arcē Tarentinā portaretur. ¶ Cetero auro usi sunt ad uestimenta pecunia presenti locanda exercitui: qui in Hispania bellū sua secūda fama ducisq; gerebat. ¶ Prodigia quoq; ꝓus q̄ Consules ꝓficiscerēt ꝓcurari placuit. ¶ In Albano monte tacta de celo erant: signū iouis: arborq; tēplo ꝓpiqua. & ostie lacus. & Capue murus. fortuneq; edes. ¶ Et Sinuesse murus portaq;. ¶ Hec de celo tacta. ¶ Cruentā etiā aquā fluxisse Albanā quidā autores erant. ¶ Et Rome intra cellam edis Fortune Fortis de Capite signum: quod in corona erat: in manu spōte sua prolapsum. & Priuerni satis constabat bouē eē loquutū. ¶ Vlturrūq; frequenti foro in tabernam deuolasse. ¶ Et sinuesse natum ambiguo inter marem & feminam sexu infantem: quos Androgynos uulgus: ut pleraq; faciliore ad duplicanda uerba Greco sermone: appellat. ¶ Et lacte pluuisse. ¶ Et cū elephāti capite puerum natū. ¶ Ea ꝓdigia hostiis maioribus ꝓcurata. ¶ Et supplicatio circa oīa puluinaria.

VRBS ROMANA

Enixe

Firmani

Spoletani

PRODIGIA

Lacte pluuisse

Obsecratio in unum diem indicta. Et decretum ut. Cn. Hostilius: Pretor ludos Apollinis: sicut his annis uoti: factiq; erãt: uoueret. faceretq;. Per eos dies: & Cẽso/ribus creandis: Q. Fuluius Consul Comitia habuit. Creati Censores ambo: qui non dũ Consules fuerãt. M. Cornelius Cethegus. P. Sempronius: Tuditanus. Censores ut agrum Campanũ fruendum locarent: ex autoritate Patrum latum in Plebẽ est. Plebesq; sciuit. Senatus lectionem contentio inter Censores de Principe legendo tenuit. Sempronii lectio erat. Ceterũ Cornelius morẽ traditũ a patribus sequendũ aiebat: ut qui primus Censor ex iis qui uiuerent: fuisset: eũ Principẽ legerent. Is. L. Manlius Torquatus erat. Sempronius cui dii sortem legendi dedissent: & ius liberũ eosdem dedisse deos. se id suo arbitrio facturum lecturumq;: Q. Fabium Maximũ Quem tũ Principẽ Romane ciuitatis esse: uel Annibale iudice: dicturus esset. Cum diu certatũ esset uerbis: concedẽte Collega: lectus a Sẽpronio Princeps in Senatum Q. Fabius Maximus Consul. Inde alius lectus Senatus: octo pteritis inter quos M. Cecilius Metellus infamis autor deserẽde Italie: post Cannẽsem cladẽ. In eques/tribus quoq; notis eadẽ seruata causa. sed erant perpauci: quos ea infamia attingeret. Illis omnibus: & multi erant: adẽpti equi: qui Cannensiũ legionũ equites in Sicilia erant. Addiderunt acerbitati etiam tẽpus: ne preterita stipendia procederent: iis qui equo publico emeruerãt. sed dena stipendia equis priuatis facerent. Magnũ pterea numerum eorum conquisierunt: qui equo mereri deberent. atq; ex iis: qui principio eius belli septendecĩ annos nati fuerãt: neq; militauerãt: omẽs erarios fecerũt. Loca/uerũt inde reficiẽda que circa forum incẽdio cõsumpta erãt. vii. tabernas: macellum: atrium regiam. Transactis omnibus: que Rome agenda erant: Consules ad bellũ profecti. Prior Fuluius pregressus Capuã. Post paucos dies consequutus Fabius qui & collegã corã obtestatus: & Marcellũ per litteras: q̃ acerrimo bello detineret Annibalẽ: dũ ipse Tarentũ oppugnaret. Ea urbe adempta hosti: undiq; pulso: nec ubi consisteret: necquid fidũ respiceret: habenti: ne remorãdi quidẽ causam in Italia fore. Regiũ etiã nuntiũ mittit: ad prefectũ psidii: quod a Leuino. Cons. aduersus Brutios ibi locatum erat. Viii. milia hominũ: pars maxima ab Agatirna: sicut antea dictum est: ex Sicilia traducta: rapto itinere hominum assuetorum. Additi erant Brutiorũ in diem perfuge: & audacie & audiendi omnia necessitatibus pares. Hanc manum ad Brutium agrũ primũ depopulandũ duci iussit: inde ad Cauloniam urbem oppugnãdã. Imperata: nõ impigre solũ sed etiã auide: exequuti: direptis fugatisq; cultoribus agri: summa ui urbẽ oppugnabãt. Marcellus & Consulis litteris excitus: & quia in animũ induxerat: neminem ducem Romanũ tam parẽ Annibali: q̃ se esse ut primũ in agris pabuli copia fuit: ex hybernis profectus: ad Cannusium Annibali occurrit. Sollicitabat ad defectionẽ Cannusinos. Poenus: Ceterũ ut appropinquare Marcellũ audiuit: castra inde mouit. Aperta erat regio sine ullis ad insidias latebris. Itaq; ĩ loca saltuosa cedere inde cepit. Marcellus uestigiis instabat. castraq; castris conferebat. & opere pfecto: extẽplo in aciẽ legiones educebat. Annibal turmatim per equites: peditũq; iaculatores: leuia certamina serens: casum uniuerse pugne non necessariũ ducebat. Tractus est tñ ad id quod uitabat: certamẽ. Nocte pgressum eum: assequitur locis planis ac patentibus Marcellus. castra inde ponentem pugnãdo undiq; in munitores: operibus prohibet. ita signa collata. pugnatumq; totis copiis. & iã cũ nox instaret: marte equo discessum est. Castra exiguo distãtia spatio: raptim ante noctem permunita. Postero die luce prima Marcellus in aciem copias eduxit. Nec Annibal detrectauit certamen: multis uerbis adhortatus milites: ut memores:

Fuluius pauloq; post Fabius CONS. ĩ campaniã pferti.

MARCELL: ANNIBALQ; pugnãtes equo marte discedũt.

Transimeni: Cannarumq; cõtunderent. ferociam hostis. urgere atq; instare eũ. non
castra ponere pati: non respirare: aut circunspicere. quotidie simul orientem solem &
Romanā aciē in campis uidendā esse. si uno prelio: haud incruentus abeat: Quietius
deinde eum tranquilliusq; bellaturum. Hus irritati adhortationibus: simulq; tedio
ferocie hostium: quotidie instātium: lacessentiuũq;: acriter prelium ineunt. pugnatũ
amplius duabus horis ē. Cedere īde a Romanis dextra ala: & extraordīarii coepere.
Quod ubi Marcellus uidit: duodeuicesimam legionē in primā aciē inducit. Dum
alii trepidi cedunt: alii segniter subeunt: turbata tota acies est. deinde prorsus fusa. &
uincēte pudorē metu terga dabant. Cecidereq; in pugna ad duo milia & septingēti
ciuium sociorumq;. in his quattuor Romani Centuriones fuere. duo Tribuni militum
M. Licinius & M. Eluius. Signa militaria quattuor: de ala prima que fugit. duo
de legione: que cedentibus sociis successerat amissa. Marcellus postq̃ in castra reditũ
est: Contionem adeo seuam atq; acerbam apud mites habuit: ut p̃lio per diē totum
infeliciter tolerato: tristior irati Ducis oratio esset. Diis immortalibus: ut in tali re
grates laudesq; inquit ago: ꝙ uictor hostis cũ tāto pauore incedētibus uobis in uallũ.
portasq;: nõ ipsa castra est aggressus. deseruissetis profecto eodem terrore castra: quo
dimisistis pugnam. qui pauor hic? qui terror? que repente: qui & cum quibus pugna-
retis. obliuio animos inuasit? Nēpe idē sũt hi hostes: quos uincēdo: & uictos sequēdo:
priore estate absumpsistis. quibus dies noctesq; fugientibus: p hos dies institistis. quos
leuibus preliis fugastis. quos hesterno die: nec iter facere: nec castra ponere: passi estis.
Dimitto ea quibus gloriari potestis. cuius & ipsius pudere: ac poenitere uos oportet:
referam. Nempe equis manibus hesterna die diremistis pugnam. quid hec nox? quid
hec dies abstulit? uestre his copie imminute sunt: an illorũ aucte? Non equidē mihi
cum exercitu meo loqui uideor. nec cũ romanis militibus. corpora tantũ: atq; arma
eadem sunt. an si eosdem animos habuissetis: terga uestra uidisset hostis? signa alicui
manipulo: aut cohorti abstulisset? non adhuc cesis romanis legionibus gloriabatur.
uos illi hodierno die p̃mũ fugati exercitus dedistis decus. Clamor inde ortus: ut iam
eius diei daret: ubi uellet: deinde exsper ereret militũ suorũ animos. Ego uero expiar
inquit milites: & uos crastina die in aciem educam: ut uictores potius q̃ uicti ueniam
impetretis: quam petitis. Cohortibus: que signa amiserāt: hordeũ dare iussit. Cētu-
rionesq; manipulorũ: quorũ signa amissa fuerāt: destrictis gladiis distinctos destituit.
& ut postero die omnes pedites: equitesq; armati adessent: edixit. Ita contio dimissa:
fatēdo: iure ac merito se se increpitos. neq; illo die uirũ quenq̃ in acie Romana fuisse:
preter unũ ducem: cui aut morte satisfaciendum: aut egregia uictoria: eēt. Postero
die ordinati armatiq; ad edictum aderant. Imperator eos collaudat. pronũtiatq; a
quibus orta p̃die fuga eēt: cohortes que signa amisissent se in prima acie inducturũ.
edicere iam sese omnibus pugnandũ: ac uincendũ eē. & adnitendũ singulis uniuersisq;
ne prius hesterne fuge: q̃ hodierne uictorie: fama Romam perueniat. Inde cibo
corpora firmare iussi: ut si longior esset pugna: uiribus quoq; sufficerent. Vbi om̃ia
dicta factaq; sunt: quibus excitarentur animi militum: in aciem procedunt. Quod
ubi Annibali nuntiatum est: cũ eo nimirum inquit hoste res est: qui nec bonam nec
malam ferre fortunā potest. seu uicit: ferociter instat uictis. seu uictus est: instaurat
cum uictoribus certamen. Signa inde canere iussit. copias educit. pugnatum utrinq;
aliquāto q̃ p̃die acrius est. Poenis ad obtinēdũ hesternũ decus adnitētibus. Roma-
nis ad demēdā ignominiā. Sinistra ala: ab Romanis: & cohortes que amiserant sig-
na in p̃ma acie pugnabāt. & legio uicesima a dextro cornu īstructa. L. Cornelius

Lentulus: & . C. Claudius Nero Legati cornibus preerant. ❡ Marcellus mediam aciẽ hortator: testisq; presens firmabat. ❡ Ab Annibale Hispani primam obtinebant frontem. & id roboris in omni exercitu erat. ❡ Cum anceps pugna diu esset: Annibal elephantos in primam aciem induci iussit. siquem inicere tumultum ea res: ac pauorẽ posset. ❡ Et primo turbarunt signa: ordinesq; & partim conculcatis: partim dissipatis terrore: qui circa erant: nudauerant una parte aciem. latiusq; fuga manasset: m. C. Decimus Flauius Tribunus militum: signo arrepto primi hastati manipulum eius signi se sequi iussisset. duxit ubi maxime tumultum cõglobate belue faciebant. pilaq; in eas conici iussit. ❡ Hesere omnia tela haud difficile ex ꝓpinquo: in tanta corpora ictu. & tam conferta turba. sed ut non omnes uulnerati sunt: ita in quorũ tergis pila fixa stetere: ut genus est anceps: in fugam uersi: & integros auertere. tum iã nõ unus manipulus. sed pro se quisq; miles: qui modo assequi agmen fugientiũ elephantorum poterat: pila conicere. eo magis ruere in suos belue. tãtoq; maiorem stragem edidere: q̃ inter hostes ediderant: quanto acrius pauor consternatas agit: q̃ insidentis magistri imperio reguntur. ❡ In perturbatam transcursu beluarũ aciem: signa inferũt romani pedites. & haud magno certamine dissipatos trepidãtesq; auertũt. ❡ Tum in fugientes equitatum immittit Marcellus. nec ante finis sequendi est factus: q̃ in castra pauẽtes compulsi sunt. ❡ Nam super alia que terrorẽ trepidationẽq; fecerãt: elephanti forte duo in ipsa porta corruerãt. coactiq; erãt milites per fossam uallũq; ruere in castra. ibi maxima hostiũ cedes facta. ❡ Cesa ad octo milia hominũ. quinq; elephãti. ❡ Nec romanis incruenta uictoria fuit. mille ferme: & septingenti de duabus legionibus: & sociorum supra: M. & . ccc. occisi. ❡ Vulnerati permulti ciuiũ. sociorumq;. ❡ Annibal nocte proxima castra mouit. ❡ Cupientem insequi Marcellum prohibuit multitudo sauciorum. ❡ Speculatores qui prosequerentur: agmen missi: postero die retulerunt: Brutios Annibalẽ petere. ❡ Iisdẽ ferme diebus & ad. Q. Fuluiũ Consulẽ: Hirpini: & Lucani: & Volscentes: traditis presidiis Annibalis: que in urbibus habebant: dedidere sese. clementerq; a Consule: cum uerborum tantum castigatione: ab errore preterito: accepti sunt. ❡ Et Brutiis similis spes uenie facta ẽ. cum ab iis Vrbius & Pactius fratres longe nobilissimi gentis eius: eandem que data Lucanis erat: conditionem deditionis petentes: uenissent. Q. Fabius Consul: oppidũ in Salentinis Manduriam ui cepit. ❡ Ibi ad quattuor milia hominum capta. & cetere prede aliquantũ. ❡ Inde Tarentũ profectus: in ipsis faucibus portus posuit castra. ❡ Naues quas Liuius tutandis cõme/atibus habuerat: partim machinationibus onerat: appratuq; moeniũ oppugnãdorũ. partim telorum genere instruit. onerarias quoq;: nõ eas solum: que remis agerẽtur. ut alii machinas: scalasq; ad muros ferrent: alii procul a nauibus uulnerarent moeniũ propugnatores. ee naues ab aperto mari: ut urbem aggredirent: instructe parateq; erant. ❡ Et erat liberũ mare: classe Punica: cũ Philippus oppugnare Etolos pararet: Corcyrã trãsmissa. ❡ In Brutiis interĩ Caulonee oppugnatores: sub aduentu Anni/balis: ne opprimerentur: in tumulum a presenti impetu tutũ: se recepere. ❡ Fabium Tarentum obsidentem leue dictu: ad rem ingẽtem potiundam: adiuuit. ❡ Presidium Brutiorum datũ ab Annibale Tarentini habebant. eius presidii Prefectus deperibat amore muliercule: cuius frater ĩ exercitu Fabii Cõsulis erat. ❡ Is certior litteris sororis factus de noua consuetudine aduene locupletis: atq; inter populares tam honorati: spem nactus per sororẽ quolibet impelli posse amantẽ: Quid speraret: ad Consulem detulit. ❡ Que cum haud uana cogitatio uisa esset: pro trans fuga iussus Tarentum transire. ac per sororem Prefecto conciliatus: primo occulte animum eius tentando:

Vincunt ro. nõ incruenta uictoria

Q. Fabius cons. Manduriã ui capit: i(n) Tarentini portus faucibus castra posuit.

Prefectus presidij brutiorum qd erat Tarenti a Fabio ... amabat ... Consulis ...

deí de satis explorata leuitate: bládítiis muliebribus ppulit eú ad pditioné custodie loci: cui ppositus erat. & ubi ratio agéde rei & tépus cóuenit: miles nocte p interualla stationum clam ex urbe missus: ea que acta erant: queq; ut agerentur: conuenerant: ad Cósulé refert. ¶ Fabius uigilia pma dato signo iis qui in arce erát: quiq; custodiá portus habebát: ipse circuito portu a regione urbis in orienté uersa: occultus sedebat. ¶ Canere íde tube ab arce simul & a portu & a nauibus: que apto mari appulse erát. clamorq; undiq;: cum ingenti tumultu: unde minimum periculum erat: de industria ortus. ¶ Consul interim silentio continebat suos. ¶ Igitur Democrates qui Prefectus classis fuerat: forte illo loco prepositus: postq̃ quieta omnia circa se uidit: alias partes eo tumultu personare: ut capte urbis interdum excitaretur clamor: ueritus ue inter contationem suam Consul aliquam uim faceret: signaq; inferret: presidiú ad arcem. unde maxime terribilis accedebat sonus: traducit. ¶ Fabius cú & ex temporis spatio: & ex silentio ipso: quod ubi paulo ante strepebát: excitátes uocantesq; ad arma: inde nulla accedebat uox: deductas custodias sensisset: ferri scalas ad eá partem muri: qua Brutiorú presidiú esse agitate proditionis conciliator nuntiauerat: iubet. ¶ Ea pmú captus est murus: adiuuantibus: recipientibusq; Brutiis. & transcensum in urbé é. inde & proxima refracta porta: ut sequéti agmine signa inferréť. ¶ Tum clamore sublato: sub ortum ferme lucis: nullo obuio armato in forum perueniút. omnesq; undiq;: qui ad arcé: portúq; pugnabant: in se cóuerterút. ¶ Preliú in aditu fori maiore impetu: q̃ perseuerantia commissum est: non animo: non armis: non arte belli: nó uigore: aut uiribus corporis: par Romano Tarentinus erat. ¶ Igitur pilis tantú coniectis: prius Poene q̃ consererent manus: terga dederunt. dilapsiq; per nota urbis itinera: in suas amicorúq; domos. ¶ Duo ex Ducibus Nico & Democrates fortiter pugnátes cecidere. ¶ Philemenes q pditionis ad Annibalé autor fuerat: cú citato equo ex plio auectus esset: uacuus paulo post equus: uagás: uagás: errańsq; p urbé cognitus. corpus nusq̃ inuétú est. creditum uulgo est: in puteum apertum ex equo precipitatú eé. ¶ Carthalonem autem Prefectum presidii: cú cómemoratione paterni hospitii: positis armis uenienté ad Cósulé: miles obuius obtrúcat. ¶ Alii alios passim sine discrimine armatos inermesq; cedunt Carthaginenses Tarentinosq; pariter. ¶ Brutii quoq; multi interfecti: seu per erroré: seu uetere in eos excito odio: seu ad proditionis famá: ut ui potius: atq; armis captú Tarétú uideretur: extinguendá. tú a cede: ad diripiendá urbé discursú. xxx. milia seruiliú capitú dicúť capta. ¶ Argéti uis ingens facti: signatiq;. ¶ Auri. lxxxiii. milia pondo. ¶ Signa tabuleq;: prope ut Syracusarú ornamenta equauerént. ¶ Sed & maiore animo generis eius preda abstinuit Fabius: q̃ Marcellus. qui interroganti Scribe quid uellet fieri de signis: ingentis magnitudinis dii sunt: suo quisq; habitu: in modum pugnátium formati: deos iratos Tarentinis relinqui iussit. ¶ Murus inde qui urbé ab arce dirimebat: dirutus é. & disiectus. ¶ Dú hec Taréti aguńt: Annibal iis qui Cauloniam obsidebant in deditionem acceptis: audita oppugnatione Tarenti: dies noctesq; cursim agmine facto: cum festinans ad opem ferendam: captam urbem audisset. ¶ Et Romani inquit suú Annibalé habét. eadé qua ceperamus arte: Tarétú amisimus. ¶ Ne tamen fugiétis modo uertisse agmen uideretur: quo cóstiterat loco: quinq; milia ferme ab urbe posuit castra. ¶ Ibi paucos moratus dies: Metapontú se se recepit. ¶ Inde duos Metapontinos cum litteris Principum eius ciuitatis ad Fabium Tarentú mittit: fidé a Consule accepturos. impunita iis priora fore: si Metapótum ei cum presidio Punico prodidissent. ¶ Fabius uera: que afferrent: esse ratus: dié qua accessurus esset Metapontú: cóstituit. litterasq; ad principes misit: que ad Annibalem

TARENTU CAPITUR

FABII CÕTINẼTIA

Deos iratos Tarentinis relinqui iussit

Annibal

et ROMANI INQUIT SUU ANNI[BALEM] habent

Fraus Annibalis contra Fabium detecta

delate sūt. ¶ Enimuero letus successu fraudis: si ne Fabius quidē dolo inuictus fuisset: haud ꝑcul Metapōto insidias ponit. ¶ Fabio auspicanti: ꝓusq̄ egrederetᷣ a Tarento: aues semel atq; iterum non addixere. ¶ Hostia quoq; cesa: consulenti deos: Aruspex cauendū a fraude hostili: & ab insidiis predixit. ¶ Metapontini: postq̄ ad constitutā non uenerat diem: remissi ut contantem hortarentur: ac repente comprehensi: metu grauioris questionis: detegunt insidias. ¶ Estatis eius principio: qua hec agebantur P. Scipio in Hispaniam: cum hyemem totam reconsiliandis barbarorū animis: ꝑtim donis: partim remissione obsidū: captiuorūq; absumpsisset: Edesco: clarus inter duces Hispanos uenit. ¶ Erant coniunx liberiq; eius apud Romanos. sed preter eā causā etiā uelut fortuita inclinatio aīmorū: que Hispaniā omnē auerterat: ad Romanū a Punico Imperio: traxit eū. ¶ Eadem causa Indibili Mandonioq; fuit: haud dubie omnis Hispanie Principibus: cū omni populorū manu: relicto Hasdrubale secedendi in imminentes castris eius tumulos: unde ꝑ cōtinentia iuga tutus receptus ad Romanos esset. ¶ Hasdrubal cum hostium res augescere tantis incrementis cerneret: suas imminui: ac fore: ut nisi audendo aliquid moueret: qua coepissent: ruerent: dimicare q̄ primū statuit. ¶ Scipio auidus etiam certaminis erat cū ea spe: quam successus rerū augebat. tū ꝙ priusq̄ iungerentᷣ hostiū exercitus: cū uno dimicare duce: exercituq; q̄ simul cum uniuersis: malebat. ¶ Ceterum etiā si cū pluribus pariter dimicādū foret: arte quadam copias auxerat. ¶ Nam cū uideret nullū esse nauium usum: quia uacua om̄is Hispanie ora classibus Punicis erat: subductis nauibus Tarraconem: nauales sotios terrestribus copiis addidit. ¶ Et armoꝝ affatim erat captoꝝ Carthagine: & que post captā eam fecerat: tanto opificū numero incluso. ¶ Cum his copiis Scipio ueris principio a Tarracone egressus: Iam enī & Lelius redierat ab Roma sine quo: nihil maioris rei motū uolebat: ducere ad hostē pergit. ¶ Per om̄ia pacata eunti: ut cuiusq; populi fines transiret: prosequentibus excipiētibusq; sotiis: Indibilis: & Mandonius cum suis copiis occurrerunt. ¶ Indibilis pro utroq; loquutus: haud quaq̄ ut Barbarus: stolide incauteq;. sed potius cū uerecūda: grauitate: propᵒrq; excusanti trāsitionē: ut necessariā: q̄ gloriāti: eā uelut ꝓmā occasionē raptam. ¶ Scire .n. transfuge nomē execrabile ueteribus sotiis. nouis suspectum esse. Neq; enim se reprehendere nomen hominum: si tam anceps odium causa non nomen faciat. ¶ Merita inde sua: in duces Carthaginenses commemorauit. Auaritiā contra eorū superbiamq;: & omnis generis iniuriā in se: atq; populares. itaq; corpus duntaxat suū ad id tempus apud eos fuisse. animū iā pridē ibi esse: ubi ius ac fas crederent coli. ad eos quoq; cōfugere supplices: qui nequeant hominum uim atq; iniurias pati. se id Scipionem orare: ut transitio sibi nec fraudi apud eū: nec honori sit. quales ex hac die experiundo cognouerit: ꝓinde opere eorū ꝑciū faciat. ¶ Prorsus ita respondet facturū Romanus. nec ꝓ transfugis habiturū: qui nō duxerint sotietatē ratā: ubi nec diuini quicq̄: nec humani sanctum eēt. ¶ Producte deinde in conspectū iis coniuges: liberiq; lachrymātibus pre gaudio: redduntur. ¶ Atq; eo die in hospitium abducti. ¶ Postero die foedere accepta fides. dimissiq; ad copias adducendas. ¶ Iisdem deinde in castris tendebant: donec ducibus iis ad hostem peruentū est. ¶ Proximus Carthaginensium exercitus Hasdrubalis prope urbē Betulā erat. ¶ Pro castris equitū stationes habebat. ¶ In eas uelites an̄signaniq;: & qui primi agminis erant: aduenientes ex itinere: priusq̄ castris locū caperent: adeo cōtemptim impetum fecerunt: ut facile appararet: quid utriq; parti animorum eēt. ¶ In castra trepida fuga cōpulsi equites sunt. ¶ Signaq; Romana portis ꝓpe illata. ¶ Atq; illo quidem die irritatis tantum ad certamē animis: castra Romani posuerunt.

SCIPIONI MAIOR HISPANORꝶ PRINCIPV̄ PARS SE SE DEDIT

Scipio cū magnis copiis ī hasdrubalē it.

Indibilis uerba ad Scipionē ꝑ federe cū eo feriūdo. acceptus est.

Hasdrubal i tumulo undiq flum circundato castra ponit

Nocte Hasdrubal in tumulum copias recepit: plano campo in summo patentem. & fluuius ab tergo ante: circa q uelut ripa p̄ceps orā eius omnem cingebat. Suberat & altera iferior sūmissa fastigio planicies. Eam quoq alterā crepido haud facilior in ascensum ambibat. In hunc inferiorem campum Hasdrubal postero die: postq̄ stantem p castris hostiū aciem uidit: equites Numidas Leuinū q armorū Baleares & Afros dimisit. Scipio circūuectus: ordines: signaq: ostēdebat hostē predamnata spe dimicandi equo campo: captantem tumulos. loci fiducia: non uirtutis: armorū q: stare in conspectu. sed altiora moenia habuisse Carthaginē: que transcendisset miles Romanus. nec tumulos: nec arcem: nec mare quidem: armis obstitisse suis. ad id fore altitudines: quas cepissent hostes: ut per precipitia: & prerupta salientes fugerent. eam quoq se illis fugam clausurū. cohortesq duas alteram tenere fauces uallis: per quam deferretur amnis: iuberet. alteram uiam insidere: que ab urbe per tumuli obliqua in agros ferret. Ipse expeditos: qui p̄die stationes hostiū pepulerāt: ad leuē armaturā in summo stantem supercilio: ducit. Per aspera primum: nihil aliud: q̄ uia impediti: iere. Deinde ut subiactū uenerunt: telorū primo omnis generis uis ingens effusa est in eos. Ipsi contra saxa: que locus: strata passim: omīa ferme missilia: p̄bet: ingerere. Non milites solum: sed etiā turba calonum immixta armatis. Ceterum q̄q̄ ascēsus difficilis erat: & prope obruebantur telis: saxisq: assuetudine tamē succedendi muros: & pertinacia animi subierunt primi. Qui simul cepere aliquid equi loci: ubi firmo consisterent gradu: leuem & concursatorem hostem: atq interuallo tutū: cū procul missilibus pugna eludit: instabilē eundē: ad cominus conserendas manus: expulerūt loco: & eum cede magna in aciem: altiore superstantem tumulo: impegere. Inde Scipio iussis aduersus mediā euadere aciē uictoribus: ceteras copias cū Lelio diuidit. atq eū parte dextra tumuli circūire: donec mollioris ascensus uiam inueniret. iubet. Ipse a leua circuitu haud magno in trāsuersos hostes incurrit. Inde primo turbata acies est: dū ad circunsonantē undiq clamorē flectere cornua: & obuertere ordines uolunt. Hoc tumultu & Lelius subiit. & dum pedem referunt: ne ab tergo uulnerarentur: laxata prima acies. locusq ad euadendū medius datus ē. qui per tam iniquum locum stantibus integris ordinibus: elephantisq ante signa locatis: nunq̄ euasissent. Cum ab omni pte cedes fieret: Scipio qui leuo cornu in dextrū incurrerat: maxīe in nuda hostiū latera pugnabat. Iam ne fuge quidem patebat locus. nā & statiōes utrinq Romane dextra: leuaq insederant uias: & portā ducis castrorū: Principumq fuga clauserat. addita trepidatione elephantorū quos territos eq: atq hostes: tiebāt. Cesa ergo ad octo milia hominū. Hasdrubal iā anteq̄ dimicaret: pecunia rapta: elephantosq premissos: q̄ plurimos poterat: de fuga excipiens: preter Tagum flumen: ad Pyreneum tendit. Scipio castris hostium potitus cū preter libera capita: omnem predam militibus concessisset: in recensendis captiuis. decem milia peditum: duo milia equitum inuenit. Ex iis Hispanos sine precio omnes domum misit. Afros uendere Questorem iussit. Circunfusa inde omīs multitudo Hispanorū: & ante deditorum: & pridie captorum: regem eum ingenti consensu appellauit. Tum Scipio: silentio per preconem facto: sibi maximum nomen Imperatoris esse dixit: quo se milites sui appellassent. Regium nomen alibi magnum: Rome intolerabile esse. Regalem animum in se esse: si id in hominis ingenio amplissimum ducerent: tacite iudicarent: uocis usurpatione abstinerent. Sensere etiam Barbari magnitudinem animi cuius miraculo nominis alii mortales stupent: id ex tam alto fastigio aspernantis. Dona inde Regulis: Principibusq Hispanorū diuisa. & ex magna copia captorū equorū

Scipio exercitū suū instruit

Vincit hasdrubal magna cede suorum & ipse rapta pecunia fugit

Scipionis regiū nomē aspernatis uerba grauissima

ccc. quoſ uellet: eligere. Indibilẽ iuſſit. ¶ Cũ Afroſ uẽderet iuſſu Impatoriſ Queſtor: puerũ adultũ inter eoſ: forma inſigni: quom audiſſet Regii generiſ eſſe: ad Scipionẽ miſit. Quem cum percontaretur Scipio quiſ? & cuiaſ: & cur id etatiſ in caſtriſ fuiſſet. ¶ Numidã ſe eẽ ait. Maſſiũ populareſ uocare. orbũ a patre relictũ: apud maternũ auum Gallam regem Numidarum educatum: cũ auunculo Maſaniſſa: qui nuper cum equitatu ſubſidio Carthaginenſibuſ ueniſſet: in Hiſpaniam traieciſſe. probibitũ propter etatem a Maſaniſſa: nunq̃ ante prelium iniſſe. eo die ſe: quo pugnatum cum Romaniſ eſſet: inſcio auunculo: clam armiſ: equo q; ſumpto: in aciẽ exiſſe ibi ꝓlapſo equo: effuſum in precepſ: a Romaniſ captum eſſe. ¶ Scipio cũ obſeruari Numidam iuſſiſſet: que ꝓ tribunali agenda erant: pagit. Inde quom ſe in pretorium recepiſſet: uocatum eũ interrogat: uellet ne ad Maſaniſſam reuerti. ¶ Cum effuſiſ lachrymiſ gaudio: cupere uere diceret. ¶ Tum puero annulum aureum: tunicã lato clauo: cum Hiſpano ſagulo: & aurea fibula: equumq; ornatũ: donat. ¶ Iuſſiſq; proſequi quoad uellet equitibuſ: dimiſit. ¶ De bello inde conſilium babitum. & autoribuſ quibuſdam ut confeſtim Haſdrubalem cõſequeretᷓ: Ancepſ id ratuſ: ne Mago: atq; Haſdrubal cum eo iungerent copiaſ: preſidio tm̃ ad inſidendum Pyreneum miſſo: ipſe reliquum eſtatiſ recipiendiſ in fidem Hiſpanie populuſ: abſumpſit. ¶ Paucis poſt preliũ factũ ad Betulã diebuſ: cũ Scipio rediens iam Tarraconem ſaltu caſtulonenſi exceſſiſſet: Haſdrubal Giſgoniſ filiuſ: & Mago Impatoreſ ex ulteriore Hiſpania ad Haſdru/balem uenere. ſerum poſt male geſtam rem auxiliũ. ¶ Conſilio in cetera exequenda belli baud parũ opportuni ibi cõferentibuſ quid in cuiuſq; ꝓuintie regione animorũ Hiſpaniſ eſſet: unuſ Haſdrubal Giſgoniſ ultimã Hiſpanie oram: que ad Oceanum & Gadeſ uergit: ignaruſ adbuc Romanorũ eẽ: eoq; Carthaginẽſibuſ ſatiſ fidã cẽſe/bat. ¶ Inter Haſdrubalẽ alterũ & Magonẽ cõſtabat: beneficiiſ Scipioniſ occupatoſ omnium animoſ publice: priuatimq; eẽ. nec tranſitionibuſ fore ante finem: q̃ omneſ Hiſpani militeſ: aut in ultima Hiſpanie amoti: aut traducti in Galliam forẽt. itaq; etiã ſi Senatuſ Carthaginenſiũ non cenſuiſſet: eundẽ tamen Haſdrubali fuiſſe in Italiã: ubi belli caput & rerũ ſumma eẽt. ſimul & Hiſpanoſ omneſ procul ab nomine Scipioniſ ex Hiſpania abduceret. exercitũ eiuſ tum tranſitionibuſ: tum aduerſo ꝑlio imminutum: Hiſpaniſ repleri militibuſ. ¶ Et Magonem: Haſdrubali Giſgoniſ filio: tradito exercitu ipſum cũ grãdi pecunia ad conducẽda mercede auxilia in Baleareſ traicere. ¶ Haſdrubalem giſgoniſ cũ exercitu penituſ in Luſitaniam abire. nec cum Romaniſ manuſ conſerere. ¶ Maſaniſſe ex omni equitatu: quod roboriſ eſſet: tria milia equitum expleri. eumq; uagum. per citeriorem Hiſpaniam: ſociſ opem ferre. boſtium oppida atq; agroſ populari. ¶ Hiſ decretiſ: ad exequenda que ſtatuerunt: duceſ digreſſi. ¶ Hec eo ãno in Hiſpania acta. ¶ Rome fama Scipioniſ ĩ dieſ creſ/cere. ¶ Fabio Tarentum captum ingenio magiſ: q̃ uirtute: glorie tamen eẽ. ¶ Fuluii ſeneſcere fama. ¶ Marcelluſ etiã aduerſo rumore eẽ: ſup q̃ ꝙ ꝑmo male pugnauerat: quia uagãte ꝑ Italiã Annibale media eſtate Venuſiam in tecta militeſ abduxiſſet. ¶ Inimicuſ erat ei C. Publiciuſ Bibuluſ. Tri. Plebiſ. Iſiam a ꝑma pugna que aduerſa fuerat: aſſiduiſ concionibuſ infamẽ: inuiſumq; Plebi Claudiũ fecerat. etiã de imperio abrogando eiuſ agebat. cũ tamẽ neceſſarii Claudii obtinuerũt: ut relicto Venuſie Legato Marcelluſ Romã rediret. ad purganda ea: que inimici decernerent. ¶ Nec de imperio eiuſ abrogando: abſente ipſo agerent. ¶ Forte ſub idẽ tẽpuſ & Marcelluſ: ad deprecandam ignominiam. ¶ Et Fuluiuſ Conſul Comitiorũ cauſa Romã uenit. ¶ Actum de imperio Marcelli in Cyrco Flaminio eſt: ingenti concurſu: Plebiſq; &

omniũ ordinũ. ¶ Accusauitq; . Tr. Ple. nõ Marcellũ modo: sed omnem nobilitatem. fraude eorũ & contatione fieri: ut Annibal decimũ iam annũ Italiam Prouintiam habeat. diutius ibi: q̃ carthagine uixerit. ¶ Habere fructũ imperii ꝓrogati Marcello Populũ Romanũ. bis cesum estiua exercitũ eius Venusie sub tectis agere ¶ Hanc tribuni orationem ita obruit Marcellus: commemoratione rerum suarum: ne non rogatio solum de Imperio eius abrogando antiquaretur: Sed postero die consulem eum ingenti consensu: Centurie omnes crearent. ¶ Additur Collega. T. Quintius Crispinus: qui tum Pretor erat. ¶ Postero die Pretores creati. P. Licinius Crassus Diues: Põtifex Maximus. P. Licinius Varus. ¶ Sex. Iulius Cesar. Q. Claudius. Cõitioꝝ ipsoꝝ diebus sollicita ciuitas de Etrurie defectiõe fuit. principiũ eius rei ab Arretinis fieri: C. Calpurnius scripserat: q eã ꝓuintiã Propꝛtor obtĩebat. itaq; cõfestĩ eo missus Marcellus Consul designatus: qui rẽ inspiceret. ac si digna uideret: exercitu accito bellum eo ex Apulia: in Etruriã transferret. ¶ Eo metu cõpressi Etrusci quie/uerũt. ¶ Tarentinorũ Legatis pacẽ petentibus cũ libertate: ac legibus suis: respõsum a Senatu est. ut redirent: cum Fabius Consul Romam uenisset. ¶ Ludi: & Romani & Plebei: eo ãno: ĩ singulos dies: ĩstaurati. ¶ Ediles curules fuere. L. Cornelius Clau/dius &. Ser. Sulpitius Galba. Pleb. C. Seruilius: &. Q. Cecilius Metellus. Seruiliũ negabant iure aut. Tr. Ple. fuisse: aut Edilem esse: q patrem eius: quem Triumuirũ Agrariũ occisum a Bois circa Mutinam esse: opinio per decem annos fuerat: uiuere: atq; in hostiũ potestate eẽ: satis cõstabat. ¶ Vndecimo anno Punici belli Cõsulatũ inierunt. M. Marcellus quintum: ut numeretur Consulatus: quem uitio creatus non gessit. & Quĩtius Crispinus. utriq; Cõsulũ Italia decreta ẽ Prouĩtia & duo Cõsulares prioris anni exercitus. ¶ Tertius tum erat Venusie cui. M. Marcellus prefuerat. ita ut ex tribus eligerent duos: quos uellẽt. ¶ Tertius ei traderetᷓ: cui Tarentũ & Salentini Prouĩtia euenisset. ¶ Cetere Prouĩtie ita diuise ꝑtoribus: P. Licinio Varo: Vrbana. P. Licinio Crasso Pontifici Maximo ꝑegrina ¶ Et que Senatus cẽsuisset. ¶ Sex. Iulio Cesari Sicilia. Q. Claudio Flaminio Tarẽtum. ¶ Prorogatum imperium in annum est. Q. Fuluio Flacco ut Prouintiã Capuã in qua &. T. Quintius Pretor fuerat: cum una legione obtineret. ¶ Prorogatum &. C. Hostilio Tubulo est ut Propretore. in Etruriam ad duas legiones succederet. C. Calpurnio. ¶ Prorogatum &. L. Veturio Philoni ẽ: ut Propretore Galliam eandem Prouintiam cum iisdem duabus legionibus obtineret: quibus Pretor obtinuisset. ¶ Quod in. L. Veturio: idẽ in. C. Arunculeio decretũ ab Senatu. ¶ Latũq; de prorogando Imperio ad Populũ est. ¶ Qui Pretor Sardiniam Prouintiam cũ duabus legionibus obtinuerat: Addite ei ad presidium Prouintie quinquaginta longe naues: quas. P. Scipio ex Hispania misisset. ¶ Et. P. Scipioni: &. M. Syllano sue Hispanie: suiq; exercitus: in annum decreti. ¶ Scipio ex octoginta nauibus: quas aut secũ ex Italia: adductas: aut captas Carthagine habebat: quinquaginta in Sardiniam transmittere iussus: q̃a fama erat: magnum naualem apparatum eo anno Carthagine esse. cc. nauibus omnem oram: Italie: Sicilie: Serdinieq; impleturos. ¶ Et in Sicilia ita diuisa res est. ¶ Sex. Cesari exercitus Cannensis est datus. M. Valerius Leuinus: ei quoq; enĩ in annum proro/gatum imperium est. ¶ Classem que ad Siciliã erat: nauium. lxx. obtineret. ¶ Adderet eo. xxx. naues: que ad Tarentum priore anno fuerant. ¶ Cum ea centũ nauiũ classe: si uideret ei: ꝑdatũ in Africã traiceret. ¶ Et. P. Sulpitio: ut eadẽ classe Macedoniã Greciamq; Prouintiam haberet: prorogatum in annum imperium est. ¶ De duabus que ad Vrbem Romam fuerant: legionibus nihil mutatum. ¶ Supplementum quo

opus esset: ut scriberent: Consulibus permissum. ¶ Vna & uiginti legionibus eo anno defensum Imperium Romanum est. ¶ Et. P. Licinio Varo Pretori Vrbis negotiũ datũ: ut naues longas. xxx. ueteres reficeret: que Ostie erant. & uiginti nouas naues sotiis naualibus impleret: ut quinquaginta nauium classe oram maris uicinam Vrbi Romane tueri posset. C. Calpurnius uẽtus ab Arretio mouere exercitum: nisi cũ successor uenisset. ¶ Idẽ & Tubulo imperatũ: ut inde precipue caueret. ne qua noua consilia orirentur. ¶ Pretores in prouincias profecti. ¶ Consules religio tenebat: ꝙ pdigiis aliquot nuntiatis: non facile litabant. ex Campania nuntiata erant: Capue duas edes Fortune: & Martis: & sepulchra aliquot de celo tacta. ¶ Cum iis adeo minimis etiam rebus perua religio inserit deos: mures in ede Iouis aurum rosisse. ¶ Cassini examen apum ingens in foro consedisse. ¶ Et hostie murum: portãq; de celo tactã. ¶ Cere uulturiũ uolasse in edem Iouis. ¶ Vulsiniis sanguine lacũ manasse. ¶ Horum prodigiorum causa diem unũ supplicatio fuit. ¶ Per dies aliquot hostie maiores sine litatione cese. diuq; nõ impetrata pax deũ. in capita consulũ re. p. incolumi: excitiabilis prodigiorum euentus uertit. ¶ Ludi Apollinares Q. Fuluio Ap. Claudio Cõss. a. P. Cornelio Sylla Pretore Vrbis primum facti erant. Inde omnes deinceps Pretores Vrbani fecerant. sed in unũ annum uouebant. dieq; incerto faciebant. ¶ Eo anno pestilentia grauis incidit in Vrbem: agrosq;. que tamẽ magis in morbos longos: q̃ in perniciales euasit. ¶ Eius pestilentie causa: & supplicatum percompita tota Vrbe ẽ. ¶ Et P. Licinius Varus Pretor Vrbis legem ferre ad Populum iussus: ut hi Ludi in perpetuum: in statutum diem uouerentur. Itaq; ipse ꝓmus ita uouit fecitq; ante diem. iii. nonas quintiles: ¶ Is dies deinde sollemnis seruatus. ¶ De Arretinis & fama in dies grauior: & cura crescere Patribus: itaq;. C. Hostilio scriptum est: ne differret obsides ab Arretinis accipere. & cui traderet Romã adducẽdos. C. Terentius Varro cũ Imperio missus. qui ut aduenit: ex templo Hostilius legionem unam que ante urbẽ castra habebat: signa in urbẽ ferre iussit. presidiaq; locis idoneis disposuit. ¶ Tum in foro citatis Senatoribus: obsides imperauit. ¶ Cum Senatus biduum ad considerandũ tempus peteret: aut ipsos extemplo dare: aut se postero die Senatorũ omnis liberos sumpturum: edixit. ¶ Inde portas custodire iussit Tribunis Militum: Prefectisq; sotiũ: & Centurionibus: ne qs nocte urbe exiret. ¶ Id segnius negligentiusq; factũ. ¶ Septem Principes Senatus: priusq̃ custodie in portis locarentur: ante noctem: cum liberis euaserunt. ¶ Postero die luce prima: cũ Senatus in forum citari ceptus esset: desiderati. bonaq; eorũ uenierunt. ¶ A ceteris Senatoribus. cxx. obsides: liberi ipsorũ: accepti. traditiq;. C. Terentio Romam deducendi. Is omnia suspectiora: q̃ ante fuerant: in Senatu fecit. ita ꝙ tanq̃ imminente Etrusco tumultu: legionem alteram ex urbanis Arretium ducere iussus ipse C. Terẽtius. eamq; habere in presidio urbis. C. Hostilium cũ cetero exercitu placuit totã Prouĩciã peragrare: & cauere: ne qua occasio nouare cupientibus res: daretẽ. C. Terentius ut Arretiũ cum legione uenit: claues portarum cum magistratus poposcisset: negantibus iis cõparere: fraude amotas magis ratus: q̃ negligẽtia intercidisse: ipse alias claues omibus portis imposuit. cauitq; cum cura: ut omnia in potestate sua essent. ¶ Hostilium intensius monuit: ut in eo spẽ: non moturos quicq̃ etruscos: poneret: si nequid mouere possent: precauisset. ¶ De Tarentinis inde magna contentione in Senatu actũ: coram Fabio: defendẽte ipso: quos ceperat armis. aliis infensis: & plerisq; equantibus eos Campanorum noxe peneq;. S. C. in sentẽtiam. M. Acilii factum est. ¶ Vt oppidum presidio custodiretur. tarentiniq; omnes intra moenia continerentur. ¶ Res integra postea referretur: cum

PRODIGIA

ARRETINI INFIDI

DE TARENTINIS

M. SALINATORI FABIUS. NEC H. RECEPISSEM: NISI TU AMISISSES

tranquillior status Italie esset. Et de. M. Liuio Prefecto arcis Tarentine: haud
miore certamie actũ ẽ. Aliis sentẽtiis notantibus Prefectũ: ꝙ eius socordia Tarentũ
ꝓditũ hosti esset. Aliis p̃mia decernẽtibus: ꝙ per quinquennium arcem tutatus esset.
Maximeq; unius eius opa receptũ Tarentũ foret. Medius: ad Censores nõ ad Se/
natũ notionem de eo pertinere dicẽtibus. Cuius sententie & Fabius fuit. Adiecit
tamen: fateri se opera Liuii Tarentum receptum: quod amici eius uulgo in Senatu
iactassent: neq;.n. recipiendũ fuisse: nisi amissum foret. Consulum alter Quintius
Crispinus ad exercitum quem Q. Fuluius Flaccus habuerat: cum supplemento: in
Lucanos est profectus. Marcellũ alie atq; alie obiecte animo religiones tenebant:
in quibus: ꝙ cũ bello Gallico ad Clastidiũ edẽ Honori: & uirtuti uouisset: dedicatio
eius a Pontificibus impediebatur: ꝙ negabant unam cellam duobus recte dedicari:
quia si de celo tacta: aut ꝓdigii aliquid in ea factũ esset: difficilis procuratio foret:
ꝙ utri deo diuina res fieret: sciri nõ posset. Neq; enim duobus nisi certis deis rite una
hostia fieri. Ita addita Virtutis edes aproperato opere. neq; tamen ab ipso edes ee
dedicate sunt. Tum demum ad exercitum: quem priore anno Venusie reliquerat:
cum supplemento proficiscitur. Locros in Brutiis Crispinus oppugnare conatus: quia
magnam famam attulisse Fabio Tarentum ferebatur: omne genus tormentorum
machinarũq; que ex Sicilia arcessierat: & naues indidem accite erant: que uergẽtem
ad mare partem urbis oppugnarent. Ea omissa oppugnatio est: quia Lacinium
Annibal admouerat copias. & Collegam eduxisse iam a Venusia exercitum: fama
erat. cui coniungi uolebat. Itaq; in Apuliã ex Brutiis reditum ẽ. & inter Venusiam
Bautiamq; minus trium milium passuũ interuallo: Consules binis castris consederant.
In eandẽ regionẽ & Annibal redit auerso ab Locris bello. Ibi ãbo Cõsules ĩge/
nio feroces: ꝓpe quottidie milites ĩ aciẽ excire. haud dubie spei: si duobus exercitibus
Consularibus iunctis commisissent sese hostes: debellari posse. Annibal quia cum
Marcello bis priore anno congressus: uicerat: uictusq; erat: ut cũ eodem si dimicãdum
foret: nec spem nec metum ex uano haberet: Ita duobus Consulibus haud quaq̃ sese
parem futurũ credebat. Itaq; totus in suas artes uersus: insidiis locum querebat. leuia
tamen prelia inter bina castra: uario euentu: fiebant. Quibus cum extrahi estatem
posse Consules crederent: nihilominus oppugnari Locros posse rati. L. Cintio: ut ex
Sicilia Locros cũ classe traiiceret: scribunt. Et ut a terra moenia quoq; oppugnari
possent: A Tarento partem exercitus: que in presidio erat: duci eo iusserunt. Ea ita
futura: per quosdam Thurinos comperta Annibali cum essent: mittit ad insidendam
ab Tarento uiam. Ibi sub tumulo petellie equitũ duo: peditum tria milia in occulto
locata. in que inexplorato euntes Romani: cum incidissent: ad duo milia armatorũ
cesa: & mille &. cc. ferme uiui capti. Alii dissipati fuga per agros: saltusq; Tarentum
rediere. Tumulus erat siluestris inter Punica & Romana castra: a neutris primo
occupatus: quia Romani: qualis pars eius: que uergeret ad hostium castra esset: igno/
rabant. Annibal insidiis: q̃ castris aptiorem eum crediderat. Itaq; nocte ad id missas
aliquot Numidarum turmas medio in saltu condiderat. quorum interdiu nemo ab
statione mouebat̃: ne aut arma: aut ipsi: procul conspicerent̃. Fremebant uulgo
in castris Romanis: occupandũ. eũ locũ esse: & castello firmandum: ne si occupatus
ab Annibale foret: uelut in ceruicibus haberẽt hostem. Mouet ea res Marcellum.
& Collegę. Quin imus inquit ipsi cũ equitibus paucis exploratũ? subiecta res oculis
nostris certius dabit consilium. Consentiente Crispino: cum equitibus ducentis &
uiginti: ex quibus xl. Fregellani: ceteri Etrusci erant: proficiscunt̃. Sequuti. M.

OBSIDIO ARCIS TARETINE. V. ANIS DURAVIT

cella

Confligunt duo cons. cũ Ann. leuib. p̃liis

Romani quom locros oppugnare parant: Ann. insidiis excepti sunt ad ii. m. & mille & cc. capti

Marcellum. Tr. Mil. Consulis filius. & A. Manlius: simul & duo prefecti sotium. L. Arrenius: & M. Aulius. ¶ Immolasse eo die q̃dam pdidere memorie Cons. Marcellũ. & pma hostia cesa: iecur sine capite inuentũ. in secula omnia cõparuisse: que assolẽt. Auctum etiam uisum in capite. nec id sane Aruspici placuisse. q̃ secundũ trunca & turpia exta: nimis leta apparuissent. ¶ Ceterũ Consulem Marcellum tanta cupiditas tenebat dimicandi cum Annibale: ut nunq̃ satis castra castris collata crederet. Tum quoq; uallo egrediens: signũ dedit: ut ad locũ miles esset paratus: ut si collis in quem speculatum irent: placuisset: Vasa colligerent: ac sequerentur. Exiguum campi ante ea castra erat. inde in collis: aperta undiq;: & cõspecta: ferebat uia. ¶ Numidis specu/lator: nequaq̃ in spem tante rei: positus: sed si quos uagos pabuli: aut lignorum causa longius a castris pgressos posset excipere: signũ dat: ut pariter ab suis quisq; latebris exorirentur. non ante apparuere: quibus obuiis ab iugo ipso consurgendum erat: q̃ circumiere: qui ab tergo includerent uiã. tũ undiq; omnes exorti. & clamore sublato impetũ fecerũt. ¶ Cum in ea ualle Consules essent: ut neq; euadere possent in iugum occupatũ. ab hoste: nec receptũ a tergo circũuenti haberent. extrahi tamen diutius certamen potuisset: in cepta ab Etruscis fuga pauorẽ ceteris iniecisset. ¶ Non tamen omisere pugnam: deserti ab Etruscis Fregellani: donec integri Consules hortando: ipsiq; exparte pugnando rem sustinebant. ¶ Sed postq̃ uulneratos ambos Consules: Marcellũ etiam transfixum lancea prolabentem ex equo moribundũ uidere: Tum & ipsi: perpauci aũt supererant: cũ Crispino Consule duobus iaculis icto: & Marcello adolescente sautio & ipso: effugerunt. ¶ Interfecti A. Manlius Tribunus Militum. & ex duobus Prefectis sotium. M. Aulius occisus. Arrennius captus. ¶ Et littores Consulũ quinq; uiui in hostium potestatem uenerunt. Ceteri aut interfecti: aut cum Consule effugerunt. ¶ Equitũ tres &. xl. aut in p̃lio: aut in fuga: ceciderunt. ¶ Duo de. xx. capti uiui. ¶ Et tumultuatum in castris fuerat: ut Consulibus irent subsidio: cum Consulẽ & filiũ alterius Consulis sautios: exiguasq; infelicis expeditionis reliq̃s: ad castra uenientes cernunt. ¶ Mors marcelli cum alioqui miserabilis fuit. tum q̃ nec pro etate: maior iam enim. lx. ãnis erat: neq; pro ueteris prudẽtia ducis: tã improuide isset: Collegamq; & prope totam Rem P. in precepś dederat. ¶ Multos circa unã rẽ: ambitus fecerim: si que de Marcelli morte uariant autores: omnia exequi uelim. ¶ Vt omittam alios. C. Lelius triplicem rei geste ordinem edit. Vnã traditã fama. alterã script am. laudatione filii: qui rei geste interfuit. tertiam quam ipse pro inquisita: ac sibi comperta: affert. ¶ Ceterum ita fama uariat: ut tamẽ pleriq;: loci speculãdi causa: castris egressum. omnes insidiis circunuentum tradant. ¶ Annibal magnum terrorem hostibus morte Consulis unius: uulnere alterius iniectũ eẽ ratus: ne cui deesset occasi/oni: castra in tumulum: in quo pugnatum erat. extemplo transfert. ¶ Ibi inuentum Marcelli corpus sepelit. ¶ Crispinus & morte College: & suo uulnere territus: silentio insequentis noctis profectus: quos proximos nactus est mõtes: in iis loco alto & tuto undiq;: castra posuit. ¶ Ibi duo duces sagaciter moti sunt: alter ad inferendam: alter ad cauendam: fraudem. ¶ Annulo Marcelli simul cum corpore Annibal potitus erat. ¶ Eius signi errore: ne cui dolus necteretũ a Poeno: metuens Crispinus: circa ciuitates proximas miserat nuntios. occisum Collegam eẽ. annuloq; eius hostem potitum: ne quibus litteris crederent: nomine Marcelli cõpositis. ¶ Paulo an̄ hic nuntius Consulis: Salapiam uenerat: Cum littere ab Annibale allate sunt: Marcelli nomine cõposite: se nocte: que diem illum sequutura eẽt: Salapiam uenturum. parati milites essent: qui in presidio erant: si qua opera eorum opus esset. ¶ Senśere Salapiam fraudem. & ab

Vasa colligunt

MARCELLVS CONS. CV PLERISQ. CLAR. VIRIS ANN. INSIDIIS OCCISI

Ann. Marcelli anulo potitus ...

ira nõ defectionis modo: sed etiam equitum interfectorum ratio occasionem supplicii
patere: misso retro nuntio: perfuga autem Romanus erat: ut sine arbitro milites: que
uellent: agerent. Oppidanos per muros: urbisq; opportuna loca in stationibus dispo/
nunt ¶ Custodias: uigiliasq; in eam noctem intentius instruunt. circa portam: qua
uenturum hostem rebantur: quod roboris in p̃sidio erat: opponũt ¶ Annibal q̃rta
uigilia ferme ad urbem accessit ¶ Primi agminis erant perfuge Romanorũ. & arma
Romana habebant. Ii ut ad portam est uentum: latine omnes loquentes: excitãt.
uigiles. Apeririq; portam iubent ¶ Consulem adesse. ¶ Vigiles uelut ad uocem eorum
excitati: tumultuari. trepidare. moliri portam: cataracta clausa erat ¶ Eam partim
uectibus leuant. ptim funibus subducunt in tantũ altitudinis: ut subire recti possẽt.
Vix dũ satis patebat iter. quom perfuge certatim ruũt p portã. & cũ sexcẽti ferme
intrassẽt remisso fune: quo suspensa erat: cataracta: magno sonitu cecidit ¶ Salapiani
alii perfugas negligenter ex itinere suspensa humeris: ut inter pacatos: gerẽtes arma:
inuadũt. Alii e turri eius porte: murisq;: saxis: sudibus: pilis: absterrẽt hostẽ ¶ Ita inde
Annibal: sua & ipse fraude captus: abiit. pfectusq; ad Locrorũ soluendã obsidionẽ:
quam Cintius summa ui operibus: tormentorumq; omni genere ex Sicilia aduecto:
oppugnabat ¶ Magoni iam haud ferme fidenti retenturum. defensurumq; se urbẽ:
prima spes morte nunciata Marcelli adfulsit. Sequutus inde nũtius Annibalem Nu/
midarum equitatu premisso: ipsum quãtum accelerare posset: cum peditum agmine
sequi ¶ Itaq; ubi primũ Numidas edito e speculis signo: aduentare sensit: & ipse pa/
tefacta repente porta: ferox in hostes erumpit ¶ Et primo magis quia improuiso id
fecerat: q̃ q par uiribus esset: anceps certamẽ erat ¶ Deinde ut superuenere Numide
tãtus pauor Romanis est iniectus: ut passim ad mare ac naues fugerẽt: relictis opi/
bus: machinisq;: quibus muros quatiebant ¶ Ita aduentu Annibalis soluta Locrorum
obsidio est ¶ Crispinus postq̃ in Brutios profectum Annibalem sensit: exercitum cui
Collega prefuerat. M. Marcellum Tribunum Militum Venusiã adducere iussit. Ipse
cum legiõibus suis Capuã profectus: uix lecti exagitationẽ: pre grauitate uulnerũ:
patiens: Romam litteras de morte Collega scripsit. quantoq; ipse in discrimine esset.
¶ Se comitiorũ causa non posse Romã uenire: qa nec uie laborẽ passurus uideret.
¶ Et de Tarento sollicitus esset: ne ex brutiis Annibal eo cõuerteret agmẽ. ¶ Lega/
tos opus esse ad se mitti: uiros prudentes: cum quibus que uellet: de. Re P. loqueretur.
He littere recitate: & magnum luctum morte alterius Consulis: & metum de altero
fecerunt ¶ Itaq;. Q. Fabium filium ad exercitum Venusiam miserũt ¶ Et ad Cõ/
sulem tres Legati missi. Sex. Iulius Cesar. L. Licinius Pollio. L. Cintius Halimetus:
cum paucis ante diebus ex Sicilia redisset. Hi nunciare Consuli iussi: ut si ad comitia
ipse Romam uenire non posset: Dictatorem in agro Romão diceret Comitiorum
causa. si Consul Tarentum profectus esset. Q. Claudium Pretorem placere in eam
regionẽ inde adducere legiones: in q̃ plurimas Sotiorum urbes tueri posset ¶ Eadẽ
estate Valerius cum classe centum nauium ex Sicilia in Affricã transmisit. & ad Clu/
peam urbẽ: excursione facta: agrũ late nullo ferme obuio: uastauit. Inde ad naues
raptim predatores recepti: quia repente fama accidit classem Punicam aduentare.
Lxxx. erant & tres naues. Cum iis haud procul Clupea: prospere pugnat Romãus.
Decẽ & octo nauibus captis: fugatis aliis: cũ magna nauali: terrestriq; p̃da Lilybeũ
redit. ¶ Eadem estate & Philippus implorantibus Acheis auxiliũ tulit. quos & Ma/
chanidas Tyrannus Lacedemoniorũ finitimo bello urebat. Et Etoli nauibus pfretũ
quod Naupactum & Patras interfluit: Rhion incole uocant: exercitu traiecto:

depopulati erãt. ¶ Attalũ quoq; Regẽ Asie: quia Etoli summũ gẽtis sue magistratũ
ad eũ proximo Consilio detulerant: fama erat: in europam traiecturum. ¶ Ob hoc
Philippo in Greciã descendenti ad Lamiam urbem Etoli: duce Physia: qui Pretor
in eũ annũ cum absente Attolo: creatus erat: occurrerunt. ¶ Habebant & ab Attalo
auxilia secũ. & ferme mille ex Romana classe a Prefecto Sulpitio missos. ¶ Aduersus
hunc Ducem atq; has copias Philippus bis ꝓspero euentu pugnauit. multos admodũ
hostiũ utraq; pugna occidit. Inde cũ Etoli metu compulsi: Lamie urbis moenibus
tenerent sese: Philippus ad Phalaram exercitum reduxit: in Maliaco sinu is locus ẽ:
quondam frequenter habitatus propter egregium portum. tutasq; circa stationes: &
aliã oppurtunitatẽ maritimam: terrestrẽq;. ¶ Eo legati a Rege Egypti Ptolemeo
Rhodiisq;: & Atheniensibus: & Chius uenerunt: ad dirimendum inter Philippum atq;
Etolos bellũ. ¶ Adhibitus ab Etolis ex finitimis pacificator Aminander rex Atama/
num. ¶ Omniũ autẽ nõ tãta pro Etolis cura erat: ferocioris q̃ pro ingeniis grecorum:
gentis: q̃ ne Philippus: regnũq; eius rebus grecie: graue libertati futurũ: immisceret.
¶ De pace dilata consultatio est in Consilium Acheorũ. Consilioq; ei & locus & dies
certa indicta. ¶ Interim triginta dierum inducie impetrate. ¶ Profectus inde Rex
per Thessaliam: Boeciamq; Chalcidem Euboee uenit: ut Attalũ quẽ classe petiturũ:
Euboeam audierat: portubus: & littorum appulsu: arceret. ¶ Inde presidio relicto
aduersus Attalum: si forte interim traiecisset: Profectus ipse cum paucis equitũ leuis
armature: Argos uenit. ¶ Ibi curatione Hereorum: Nemeorumq;: suffragiis populi
ad eũ delata: quia se Macedonum Reges: ex ea ciuitate oriundos referunt: Hereis
peractis. ab ipso ludicro: extemplo Rhium profectus est: ad indictum multo ante
Sotiorũ Consiliũ. ¶ Ibi de Etolico finiendo bello actũ est. ne causa aut Romanis
aut Attalo intrandi Greciam esset. ¶ Sed ea omnia uix dum induciarum tempore
circũacto: Etoli turbauere. Postq̃ & Attalũ Eginam uenisse: & Romanã classem
stare ad Naupactum nudius audiuere. Vocati enim in Consilium Acheorũ: in quo
eedem Legationes erant: que ad Phaleram egerant de pace: ꝓmi questi sunt quedã
parua: cõtra fidem cõuentionis tẽpore induciarũ facta. ¶ Postremo negarũt dirimi
bellũ posse: nisi Messeniis Achei Pilũ redderẽt. Romanis restituerẽt
Athamanis cordileo. & pleurato. Archide. ¶ Enimuero indignum ratus Philippus
uictos uictori ultro conditiones ferre: Ne antea quidem se aut de pace audisse: aut
inducias pepigisse: dixit: spem nullam habentẽ quieturos Etolos. sed ut omnes socios
testes haberet: se pacis: illos belli: causam quesisse. ¶ Ita infecta pace: Consiliũ dimisit:
quattuor milibus armatorũ relictis ad presidiũ Acheorum. & quinq; longis nauibus
acceptis: quas si adiecisset misse nuper ad se classi Carthaginensium & ex Bithynia ab
Rege Prusia uenientibus nauibus. statuerat nauali prelio lacessere Romanos: iã diu
in ea regione potentes maris. ¶ Ipse ab eo Consilio: Argos regressus: Iã. n. Nemeorũ
appetebat tempus. ¶ Que celebrari uolebat ꝑsentia sua. ¶ Occupato Rege apparatu
Ludorũ: & per dies festos licentius: q̃ intra belli tempora: remittẽte animũ: Sulpitius
ab Naupacto profectus: classem appulit inter Sicyonem & Corinthum. agrumq;
nobilissime fertilitatis effuse uastauit. ¶ Fama eius rei Philippum a Ludis exemit.
raptimq; cum equitatu ꝓfectus: iussis se subsequi peditibus: palatos passim per agros:
grauesq; preda: ut qui nihil tale metuerent: adortus Romanos compulit in naues.
Classis Romana: haud quaq̃ leta ꝑda: Naupactũ redit. ¶ Philippus quoq; Ludorũ:
qui reliqui erant: celebritate. quantecumq; de Romanis. tum uictorie parte: famam
auxerat. leticiaq; ingenti celebrati festi dies. eo magis etiam: ꝙ populariter dempto

PHILIPPI REGIS VITIA

capitis insigni: purpuraq; atq; alio Regio habitu: equauerat ceteris se: in speciem: qua
nihil gratius est ciuitatibus liberis. prebuissetq; haud dubiā eo facto spem libertatis.
nisi omnia intoleranda libidine feda: ac deformi: effecisset. ¶ Vagabatur enim cum
uno aut altero comite per maritas domos dies noctesq;. & submittendo se in priuatū
fastigiū: quo minus cōspectus: eo solutior erat. & libertatē cū aliis uanam ostēdisset:
totam in suam licentiam uerterat. Neq; enim omnia emebat. aut eblandiebatur: sed
uim flagitiis adhibebat: periculosumq; & uiris & parentibus erat: moram incommoda
seueritate: libidini Regie fecisse. ¶ Vni etiā principi Acheorū Arato adempta uxor
nomine Polycratia: ac spe Regiarū nuptiarū in Macedoniam apportata: fuerat.
¶ Post hec flagitia sollemni Nemeorū Ludo pacto: paucisq; additis diebus Dymas
est profectus: ad presidium Etolorum: quod ab Eleis accitum acceptumq; in urbem
erat: eiciendum. Cycleadas: penes eum summa imperii erat: Acheiq; ad Dymas Regi
occurrere. & Eleorum accensi odio: ꝙ a ceteris Acheis dissentirent: & infensi Etolis:
quos Romanum quoq; aduersus se mouisse bellum: credebant. ¶ Profecti a Dymis
coniuncto exercitu transeunt. Larissum amnē qui Eleum agrū a Dymeo dirimit.
¶ Primum diem: quo fines hostium ingressi sunt: populando absumpserunt. postero
die acie instructa: ad urbem accesserunt: premissis equitibus qui obequitando portis:
promptum ad excursiones genus: lacesserent Etolorum. ¶ Ignorabant Sulpitium
cum. xv. nauibus a Naupacto Cyllenen traiecisse. & expositis in terram. quattuor
milibus armatorū: silētio noctis: ne cōspici agmen posset: intrasse Elim. Itaq; impro/
uisa res ingentem iniecit terrorem: Postq̄ Romana signa: atq; arma inter Etolos
Eleosq;: cognouere. ¶ Et primo recipere suos uoluerat Rex: Deinde contracto iam
inter Etolos & Thrallis: Illyriorum id est genus: certamine: cum urgeri uideret suos:
& ipse Rex cū equitatu in cohortem Romanam incurrit. ¶ Ibi equus pilo traiectus
cū ꝓlapsum in caput Regē effudisset: atrox pugna utrinq; accensa ē. & a Romanis
impetu in Regem facto. & protegentibus Regiis. ¶ Insignis & ipsius pugna fuit: cum
pedes inter equites coactus esset ꝑliū inire. ¶ Deinde cū iā īpar. certamē esset: caderētq;
prope eū multi: & uulnerarentur: raptus a suis: atq; altero equo iniectus: fugit. ¶ Eo
die castra quinq; milia passuum ab urbe Eleorum posuit. Postero die omnis copias
ad propinquum Eleorum castellum. quod Phyrgum uocant: duxit. quo agrestium
multitudinem cū pecoribus: metu populationū cōpulsam audierat. eam inconditam
inermemq; multitudinem primo statim terrore adueniens cepit. compensaueratq; ea
preda: quod ignominie ad Elin acceptū fuerat. ¶ Diuidendi predā captiuosq;: fuerāt
aūt quattuor milia boū. pecoꝝ omnis generis: ad milia uigīti: nūtius ex macedonia
uenit: Eropum quendam corrupto arcis ꝑsidiiq; Prefecto Bachindū cepisse. tenere
& Darsetiorum quosdam uicos. ¶ Et Dardanos etiā concire. ¶ Omisso igitur Attico
atq; Eolico bello: relictis tn̄ duobus milibus & quingentis omnis generis armatorum:
cū Menippo: & Polyphonta Ducibus: ad presidiū Sotiorū: profectus ab Dymis:
per Achaiam: Boetiamq;: & Euboeam: decimis castris Demetriadem in Thessaliam
peruenit. ¶ Ibi alii: maiorem afferentes tumultum: nuntii occurrunt. Dardanos in
Macedoniā effusos Orestidē iā tenere. ac descendisse in Argesteū campū. ¶ Famāq;
inter Barbaros celebrem esse: Philippum occisum. ¶ Expeditione ea: qua cum popu/
latoribus agri ad Sicyonem pugnauit: In arborem illatus impetu equi: ad eminētem
ramum: cornu alterum galee perfregit. Id inuentum ab Etolo quodam perlatumq;
in Etoliam ad Scerdileum: cui notum erat insigne galee: famam interfecti Regis
uulgauit. ¶ Post profectionem ex Achaia Regis: Sulpitius Eginā classe profectus:

cū Attolo sese coniunxit. ¶ Achei cū Etolis. Eleisq; haud procul Messene prosperam pugnā fecerūt. ¶ Attalus Rex & P. Sulpitius Egine hybernarūt. ¶ Exitu huius anni. T. Quintius Consul: Dictatore Comitiorum Ludorumq; faciendorum causa dicto. L. Manlio Torquato ex uulnere moritur ¶ Alii Tarenti: alii in Campania mortuum tradunt. ¶ Id quod nullo ante bello acciderat: Duo Consules sine memo/rando ꝑlio interfecti: uelut orbam Rem P. reliquerant. ¶ Dictator Manlius Ma/gistrum Equitum C. Seruiliū: qui tum Edilis Curulis erat: dixit. ¶ Senatus quo die primū ē habitus: Ludos Magnos Dictatorē facere iussit: quos. M. Emilius Pretor urbis C. flaminio. Cn. Seruilio Consulibus fecerat. & in quīquenniū uouerat. ¶ Tū Dictator & Ludos fecit. & insequens lustrum uouit. ¶ Ceterū cum duo Consulares exercitus tam prope hostem sine Ducibus essent: omnibus aliis o missis: una precipua cura Patres: populūq; incessit: Consules ꝑmo quoq; tēpore creandi. ut eos potissimū crearent: quorum uirtus satis tuta a fraude Punica esset. cum toto eo bello damnosa prepropera ac feruida ingenia Imperatorum fuissent: tum eo ipso anno Consules nimia cupiditate conserendi cum hoste manum: in nec opinatam fraudem: lapsos eē. Ceterum deos immortales misertos nominis Romani pepercisse innoxiis exercitibus. temeritatem: ipsorum Consulum capitibus damnasse. ¶ Cum circunspicerent Patres quos nā Consules facerent: longe ante alios. eminebat. C. Claudius Nero. ei Collega querebatur. ¶ Et uirum quidem egregium ducebant. sed promptiorem acrioremq; q̄ tempora belli postularent: aut hostis Annibal. temperandum acre ingenium eius. moderato & prudenti uiro adiuncto Collega censebāt. M. Liuius erat multis ānis ante ex Consulatu Populi iudicio damnatus. quam ignominiam adeo egre tulerat: ut & rus migraret. & ꝑ multos annos & Vrbe & oī cetu careret hominū. Octauo ferme post damnationem anno. M. Claudius Marcellus: & M. Valerius Leuinus Consules reduxerūt eū in Vrbē. sed erat ueste obsoleta: capilloq; & barba prolixa. pre se referens in uultu: habituq;: insignē memoriā ignominie accepte. L. Veturius & P. Licinius Censores eum tondere: & squalorem deponere: & in Senatum uenire: fungiq; aliis publicis muneribus coegerunt. ¶ Sed tum quoq; aut uerbo assentiebat: aut pedibus in sententiam ibat. donec cognati hominis eū causa. M. Liuii Macati: cum de fama eius ageretur: stantem coegit in Senatu sententiam dicere. ¶ Tum ex tanto interuallo auditus: cōuertit ora hominum in se causamq; sermonibus prebuit: indigno iniuriam a populo factā. magnoq; id damno fuisse: ꝙ tam graui bello: nec opera: nec consilio talis uiri usa Res P. esset. C. Neroni neq;. Q. Fabium neq;. M. Valeriū Leuinū dari collegas posse: quia duos Patricios: creari non liceret. Eadem causa in. T. Manlio esse. ¶ Preterq̄ ꝙ recusasset delatum Consulatum: recusaturusq; esset: egregium par Consulum fore: si. M. Liuiū. C. Claudio Collegam adiunxissent. ¶ Nec Populus mentionē eius rei ortam. a Patribus: est aspernatus. ¶ Vnus eā rem in ciuitate: is: cui deferebatur honos: abnuebat. leuitatem ciuitatis accusans: sordidati rei non misertos: candidam togam inuito offerri. eodem honores poenasq; congeri. si bonū uirū ducerēt: quid ita pro malo ac noxio damnassent? quid ita male credito priore consulatu: alterū crederent. ¶ Hec taliaq; arguentē: & querentē: castigabant Patres. ¶ Et M. Furium memorantes reuocatum de exsilio patria pulsum sede sua restituisse. ut parentū seuitiā: sic patrie patiendo ac ferendo: leniendam esse. ¶ Adnisi omnes cū C. Claudio Consulem. M. Liuium fecerunt. ¶ Post diem tertium eius diei Pretorum Comitia habita. Pretores creati. L. Portius: Licinius. C. Manlius: & C. Hostilius Catones. Comitiis ꝑfectis: Ludisq; factis: Dictator & Magister Equitū

C. TERẼTIUS VARO

CONSVLES INIMICI

Massilienses senatui nũtiãt hasdrubalẽ in galliã venisse et in italiã transiturum

Magistratu abierũt. C. Terentius Varro in Etruriã Propretore missus: ut ex ea
Prouĩtia. C. Hostilius Tarẽtũ ad eũ exercitũ iret: Quẽ. T. Quĩtius Cõsul habuerat.
&. L. Manlius trans mare Legatus iret: uiseretq; que ibi gererẽt. ¶ Simul ꝙ Olym-
pie Ludricũ ea estate futurũ erat. quod maximo cetu celebrarẽt: ut si tuto hostem
posset adire id Consiliũ: ut qui Siculi bello ibi profugi aut Tarentini ciues relegati
ab Annibale essent: domos redirent. scirentq; omnia sua iis: que ante bellũ habuissent:
reddere Populum Romanum. ¶ Quia periculosissimus annus imminere uidebatur:
neq; Consules in Re P. erant: in Consules designatos omnes uersi: ꝙ̃ primũ eos sortiri
Prouintias: & prescíscere quam quis eorũ Prouintiã. quẽ hostem haberet: uolebant.
¶ De reconsiliatione & iam gratie eorũ in Senatu actum est: Principio facto a. Q.
Fabio Maximo. ¶ Inimicicie aũt nobiles inter eos erant. & acerbiores eas indignio-
resq; liuio sua calamitas fecerat: ꝙ spretum se in ea fortuna credebat. Itaq; is magis
implacabilis erat. & nihil opus esse reconsiliatione aiebat. acrius & intentius omnia
gesturos. timentes ne crescendi ex se inimico College potestas fieret. ¶ Vicit tñ auto-
ritas Senatus: ut positis simultatibus: communi animo cõsilioq; administrarẽt Rem
Publicã. ¶ Prouintie iis nõ permixte regionibus: sicut superioribus annis: sed diuerse
extremis italie finibus: alteri aduersus Annibalẽ Brutii Lucani. ¶ Alteri Gallia ad-
uersus Hasdrubalem: quem Alpibus appropinquare fama erat: decreta. ¶ Exercitum
ex duobus qui in Gallia quiq; in Etruria essent: addito urbano: eligeret: quẽ mallet:
qui Galliam esset sortitus. ¶ Cui Bruttii Prouintia euenisset: nouis legionibus urbanis
scriptis: utrius mallet Consulum prioris anni exercitum sumeret. ¶ Relictum aũt
a Consule exercitum. Q. Fuluius Proconsul acciperet. eiq; in annũ Imperiũ esset.
&. C. Hostilio: cui pro Etruria Tarentum mutauerant Prouintiam: pro Tarento
Capuã: legio una data est: cui Fuluius proximo anno prefuerat. ¶ De Hasdrubalis
aduentu in Italiã: cura in dies crescebat. ¶ Massiliensiũ primũ Legati nuntiauerant:
eũ in Galliã transgressum. erectosq; aduentu eius: qa magnũ pondus auri attulisse
diceretur: ad mercede auxilia conducenda: Gallorum animos. ¶ Missi deinde cum iis
Legati ab Roma · Sex. Antistius: &. M. Retius ad rem inspiciendam. qui retulerũt
misisse se: cum Massiliensium Ducibus: qui per hospites eorum Principes Gallorum:
omnia explorata referrent. ¶ Pro cõperto habere Hasdrubalem ingenti iã coacto
exercito: proximo uere Alpes traiecturũ nec tum eũ quicꝙ̃ aliud morari: ni ꝙ clause
hyeme Alpes essent. ¶ In locũ. M. Marcelli. L. Aquilius Petus Angur creatus: inau-
guratusq; ¶ Et. Cn. Cornelius Dolobella Rex sacrorũ: inauguratus est: in locũ · M.
Martii qui biennio ante mortuus erat. ¶ Hoc eodem anno & Lustrum conditũ est a
Censoribus. P. Sempronio Tuditano. &. M. Cornelio Cetego. censa ciuium capita
C. xxxvii. milia. C. & viii. minor aliquãto numerus: ꝙ̃ qui ante bellũ fuerat. eo ãno
ꝑmũ: ex quo Annibal ĩ italiã uenisset: Comitiũ tectũ eẽ: memorie ꝑditũ ẽ. & Ludos
Romanos semel instauratos ab Edilibus Curulibus Q. Metello. & C. Seruilio. ¶ Et
Plebeis Ludis biduũ instauratũ est ab Q. Manlio & M. Cecilio Metello Edilibus
Plebis. ¶ Et tria signa ad Cereris fidẽ dederunt. & Iouis epulũ fuit. Ludorũ causa.
¶ Consulatũ inde ineunt C. Claudius Nero: & M. Liuius iterũ. Qui qa iã designati
Prouĩtias sortiti erãt: Pretores sortiri iusserũt C. Hostilio Vrbana iurisdictio eueĩt
addita & Peregrina: ut tres in Prouĩtias exire possẽt. ¶ Licinio Sardinia. C. Man-
lio Sicilia. L. Portio Gallia: obuenit. ¶ Summa legionum trium &. xx. Ita per
prouintias diuisa ut bine Consulũ eẽnt. ¶ Quatuor Hispania haberet. ¶ Tres Preto-
res binas in Sicilia: in Sardinia: & Galliã. ¶ Duas C. Terentius in Etruria. ¶ Duas

Q. Fuluiuſ in Brutiſ. ¶ Duaſ Q. Claudiuſ circa Tarentum & Salentinoſ. ¶ Vnam
C. Hoſtiliuſ Tubuluſ Capue. ¶ Due Vrbane ut ſcriberent. ¶ Primiſ quattuor legi/
onibuſ Populuſ Tribunoſ creauit. In ceteraſ Conſuleſ miſerunt. ¶ Priuſ q̃ Conſuleſ
proficiſcerent: Nouendiale ſacrũ fuit: quia Vebiſ de celo lapidauerat. ¶ Sub uniuſ
prodigii: ut fit: mentionem: Alia quoq; nunciata. Minturniſ edem Iouiſ & lucum
Marice Item Attelle murum & portam de celo tactam. ¶ Minturnenſeſ terribiliuſ
quod eẽt: adiiciebãt. Sanguiniſ riuũ in porta fluxiſſe. Et Capue lupuſ nocte portã
ingreſſuſ: uigilem laniauerat. ¶ Hec procurata hoſtiiſ maioribuſ prodigia. & suppli/
tio diẽ unũ fuit. Et ex decreto Pontificum iterum Nouendiale inſtauratum: ꝙ in
Armiluſtro lapidibuſ uiſum pluere: libertaſ religione menteſ turbauit. Rurſuſ nunti/
atum Fruſinone infantẽ natũ eẽ: quadrimo parẽ. Nec magnitudine tã mirandum:
q̃ ꝙ iſ quoq; ut Sinueſſe biennio ante incertuſ an maſ: an femina eẽt: natuſ erat. ¶ Id
uero Auruſpiceſ ex Etruria acciti foedum ac turpe prodigiũ dicere. extorrem agro
Romano: procul terre contactu: alto immergendũ uiuum: in arcam condidere. pro/
uectumq; in mare proiecerunt. ¶ Decreuere item Pontificeſ ut uirgineſ ter nouene
per urbem eunteſ carmen canerent. Id cum in Iouiſ Statoriſ ede diſcerent: cõditum
ab Liuio poeta carmen: tacta de celo edeſ in Auẽtino Iunoniſ Regine. prodigiũq;
id: ad Matronaſ pertinere: Aruſpiceſ cum reſpondiſſẽt: donoq; diuam placandã eſſe:
edilium Curulium edicto: in Capitolium conuocate: qbuſ in Vrbe Romana: intraq;
decimum lapidem ab Vrbe domicilia eſſent: ipſe inter ſe quinq; & .xx. delegerunt: ad
quaſ ex dotibuſ ſtipem cõferrent. ¶ Inde donũ peluiſ aurea facta. lataq; in Auen/
tinũ. pureq; & caſte a Matroniſ ſacrificatum. ¶ Confeſtim ad aliud ſacrificium eidẽ
diue ab Decemuiriſ edicta dieſ. cuiuſ ordo taliſ fuit. ¶ Ab ede Apolliniſ boueſ femine
due albe porta Carmentali in Vrbem ducte. Poſt eaſ duo ſigna cupreſſea Iunoniſ
regine portabantur. Tum ſeptem & uiginti uirgineſ longam indute ueſtem: carmen
in Iunonem Reginam caneteſ ibant: Illa tempeſtate forſitan laudabile rudibuſ
ingeniiſ: nunc abhorrenſ: & inconditum: ſi referatur. ¶ Virginũ ordinem ſequebãtur
Decemuiri coronati laurea. pretextatiq;. ¶ A porta: Iugario uico in forum uenere.
¶ In foro pompa conſtitit. ¶ Per manuſ reſte data: Virgineſ ſonũ uociſ: pulſu pedum
modulanteſ: inceſſerunt. Inde uico Tuſco Velabroq; ꝑ Boarium forum in cliuum
Publicũ: atq; edẽ Iunoniſ Regine perrectũ. ¶ Ibi due hoſtie a Decẽuiriſ immolate
& ſimulacra cupreſſea in edẽ illata. ¶ Diiſ rite placatiſ: Delectũ Conſuleſ habebant:
acriuſ intentiuſq;: q̃ prioribuſ anniſ quiſ q̃ meminerat habitũ. nã & belli terror dupli/
catuſ: noui hoſtiſ in Italiã aduentu & . minuſ iuuentutiſ erat: unde ſcriberent militeſ.
itaq; colonoſ etiam maritimoſ: qui Sacroſanctam uacationem dicebantur habere:
dare militeſ cogebant. ¶ Quibuſ recuſantibuſ. edixere: in diem certam: ut quo quiſq;
iure uacationem haberet: ad Senatũ referret. Ea die hi populi ad Senatũ uenerũt.
Oſtienſiſ. Alſienſiſ. Antiaſ. Anxuraſ. Minturnenſiſ. Sinueſſanuſ. & a ſupero mari Se/
nenſiſ. ¶ Cum uacationeſ ſuaſ quiſq; populuſ recitaret: nulliuſ cũ in Italia hoſtiſ eſſet:
preter Antiatem: Oſtienſemq; uacatio obſeruata eſt. ¶ Earumq; coloniarũ iunioreſ
iureiurando adacti: ſupra dieſ triginta nõ per noctaturoſſe extra menia colonie ſue
donec hoſtiſ in Italia eẽt. ¶ Cum omneſ cenſerent primo quoq; tempore Conſulibuſ
eundum ad bellum: nam & Haſdrubali occurrendum eſſe: deſcendenti ab Alpibuſ: ne
Galloſ Ciſalpinoſ neue Etruriã erectã in ſpem rerũ nouarũ ſollicitaret: & Annibalẽ
ſuo proprio occupandũ bello: ne emergeret ex Brutiiſ atq; obuiam fratri ire poſſet:
Liuiuſ contabatur: parum fidenſ ſuarum Prouintiarum exercitibuſ. ¶ Collegam ex

De celo lapidauerat

Prodigia

Senensis

duobus consularibus egregiis exercitibus: & tertio: cui. Q. Claudius Tarenti preeẽt: electionẽ babere: intuleratq; mentionẽ de Volonibus reuocandis ad signa: Senatus liberam potestatẽ Consulibus fecit: & supplendi unde uellent: & eligẽdi de omnibus exercitibus quos uellent: ꝑmutandiq;. ex Prouintiis quos e Re p. censerent esse: tradu/cendi. ❡ Ea omnia cũ summa concordia Consulum acta. Volones in undeuicesimã & uicesima legiones scripti. magni roboris auxilia ❡ Ex Hispania quoq; a P. Scipi/one Liuio missa: quidã ad id bellũ autores sunt: octo milia Hispanorum: Gallo/rumq;: & duo milia de legionibus militũ. equitũq; mille: octingentos mixtos Numi/das: Hispanosq;. M. Lucretium has copias nauibus adduxisse. ❡ Et sagittariorum funditorumq; ad quattuor milia ex Sicilia C. Manlium misisse. ❡ Auxerunt Rome tumultum littere ex Gallia misse: ab L. Portio Pretore Hasdrubalem mouisse ex hybernis. & iã Alpes transire. ❡ Octo milia Ligurũ cõscripta: armataq; cõiunctu/raq; se transgresso in Italiam esse: nisi mitteretur in Ligures: qui eos bello occuparet. se cum inualido exercitu: quoad tutum putaret: progressurum. ❡ He littere raptim confecto delectu: maturius q̃ cõstituerant exire in prouintias coegerunt: ea mente ut uterq; Consulum hostem in suam Prouintiam continerent: ut neq; cõiungi. neq; conferre in unum uires paterentur. ❡ Plurimũ in eam rem adiuuit opinio Annibalis: ꝙ & si ea estate transiturum in Italiam fratrem crediderat: recordando que ipse in transitu nunc Rhodani: nunc Alpium cum hominibus: locisq; pugnando ꝑ quinq; menses exhausisset: haudq̃quam tam facilem: maturumq; transitũ expectabat. ❡ Ea tardius mouendi ex hibernis causa fuit. ❡ Ceterum Hasdrubali & sua & aliorum spe omĩa celeriora: & expeditiora: fuere. nõ enĩ receperũt modo Aruerni eũ: deincepsq; alie Gallice: atq; Alpine gentes: sed etiam sequute sunt ad bellum. & cum per munita pleraq; transitu fratris: que antea inuia fuerant: ducebat: tũ etiã duodecim annorũ consuetudine puiis Alpibus factis: inter mitiora iã hominũ transibãt ingenia. ❡ Inusi/tati nanq; antea alienigenis: nec uidere ipsi aduenam in sua terra assueti: omni generi humano insotiales erant. & ꝑmo ignari quo Poenus ꝑgeret: suas rupes: suaq; castella & pecorum hominũq; predam peti: crediderant. ❡ Fama deinde Punici belli quo. xii. annum Italia urebatur: satis edocuerat: uiam tm̃ Alpis esse. ❡ Duas preualidas Vrbes: magno inter se maris: terrarumq; spatio discretas: de Imperio & opibus certare. ❡ He cause aperuerunt Alpes Hasdrubali. Ceterum ꝙ celeritate itineris profectam erat: id mora ad Placentiam: dum frustra obsidet magis: q̃ oppugnat: corrupit. ❡ Crediderat campestris oppidi facilem expugnationem esse. & nobilitas Colonie induxerat eum: magnũ se exidio eius urbis terrorẽ ceteris ratũ iiecturũ. ❡ Nõ ipm solũ ea oppugna/tio impediit: sed Annibalẽ post famã trãsitus eius: tãto spe sua celeriorẽ: iã mouentem ex hybernis: continuerat. Quippe reputantem non solũ q̃ lenta urbiũ oppugnatio esset: sed etiã q̃ ipse frustra eandẽ illã Coloniã ab Trebia uictor regressus tẽptasset.

❡ Consules diuersis itineribus ꝓfecti ab Vrbe: uelut in duo pariter bella: distẽderãt curas hominum. simul recordantium quas primus aduentus Annibalis intulisset. Italie clades: simul cum illa angeret cura: quos tam propitios urbi atq; imperio fore. deos: ut eodem tempore utrobiq; Res P. prospere gereretur: aduersa secundis pensando rem ad id tempus extractã esse. ❡ Cum in Italia ad Transimenũ: & Cannas precipitasset Romana Res P. prospera bella in Hispania prolapsam ante erexisse. ❡ Postea cũ in Hispania alia super aliam clades: duobus egregiis Ducibus amissis: duos exercitus ex parte delesset: multa secunda in Italia: Siciliaq; gesta: quassatã Rem p. excepisse. ❡ Et idsum interuallũ loci: ꝙ in ultimis terrarum oris alterũ gereretur bellũ: spatium

Hasdrubalis trasitu p alpes lr senatui nũciat et ligures cõmoni

Placentia frustra ab hasdrubale obsider̃ q obsidio et ipm tardat ne fri Anni sẽ iungat: et Annibal diutius i hybernis tenet dũ obsidionis finẽ expectat

dedisse ad respirãdũ. ¶ Nũc duo bella ĩ Italia accepta: duos celeberrimi noĩs Duces: circũstare Vrbẽ romanã. & unũ in locũ totã periculi molem. omne onus incubuisse. qui eorum prior uicisset intra paucos dies castra cum altero iuncturum. ¶ Terrebat & proximus annus lugubris duorũ Consulum funeribus. ¶ His anxii curis homines digredientes in Prouincias Consules prosequuti sunt. ¶ Memorie proditũ ẽ: plenũ adhuc ira in ciues M. Liuiũ ad bellũ proficiscentem: monenti. Q. Fabio ne prius q̃ genus hostium nosset: temere manum consereret: respondisse. ¶ Vbi primum hostium agmen conspexisset: pugnaturum. ¶ Cum quereturq ue causa esset festinandi. ¶ Aut ex hoste egregiam gloriam inquit: aut ex ciuibus uictis gaudium meritũ certe: & si non honestũ: Capiam. ¶ Prius q̃ Claudius Consul in Prouinciã ueniret: p extremũ finẽ agri Larinatis ducẽtẽ ĩ Salentinos exercitũ Annibalẽ: cũ expeditis cohortibus adortus C. Hostilius Tubulus in composito agmine: terribilem tumultũ intulit. ¶ Ad quattuor milia hominũ occidit. ¶ Nouẽ signa militaria cepit. ¶ Mouerat ex hybernis ad famam hostis Q. Fabius qui per urbes agri Salentini castra disposita habebat. Itaq; ne cum duobus exercitibus simul confligeret Annibal: nocte castra ex agro Tarentino mouit. atq; in Brutios concessit. Claudios in Salentinos agmẽ cõuertit. Hostilius capuam petens: obuius ad Venusiam fit Consuli Claudio. ¶ Ibi ex utroq; exercitu electa peditũ quadraginta milia: duo milia & quingẽti eqtes: quibus Consul aduersus Annibalem rem gereret. reliquas copias Hostilius Capuam ducere iussus ut Q. Fuluio Procõsuli traderet. ¶ Annibal undiq; cõtracto exercitu quẽ in hybernis: aut in presidiis agri Brutii habuerat: in Lucanos: ad Grumentũ uenit. spe recipiendi oppida: que per metũ ad Romanos defecissent. eodẽ a Venusia Consul Romanus: exploratis itineribus: cõtendit. & mille fere & quingẽtos passus castra ab hoste locat. ¶ Grumenti moenibus prope iunctum uidebatur Poenorũ uallũ. quingenti passus intererant castra punica ac Romana. ¶ Interiacebat cãpus: colles imminebant nudi sinistro lateri Carthaginensium: dextro Romanorum. neutri suspecti. q nihil silue: neq; ad insidias latebrarũ habebant. ¶ In medio campo ab stationibus procursantes: certamina: haud satis digna dictu: serebant. ¶ Id modo Romanũ querere appare/bat: ne abire hostem pateretur. ¶ Annibal inde euadere cupiens: totis uiribus in aciem descẽdebat. ¶ Tum Consul ingenio hostis usus: quo minus in tã apertis collibus timeri insidie poterant: quinq; cohortibus additis quinq; manipulis: nocte iugum superare & in aduersis uallibus considere: iubet. exurgendi tempus ex insidiis: & aggredi hostẽ T. Claudium Asellũ Tr. Mil. & P. Claudium Prefectum Sotium edocet. quos cũ iis mittebat. ¶ Ipse luce prima copias omnes peditum: equitumq; in aciẽ eduxit. ¶ Paulo post & ab Annibale signũ pugne propositũ est. clamorq; in castris ad arma discurrẽ/tium est sublatus: inde eques: pedesq; certatim portis ruere: ac palati p campũ prope/rare ad hostes. Quos ubi effusos Consul uidet: Tribuno Militum tertie legionis C. Aruncleio imperat: ut equites legionis: quanto maximo impetu posset: in hostem emittat. ¶ Ira pecoꝝ modo incõpositos toto passim se cãpo fudisse: ut sterni obteriq; prius q̃ instruantur: possint. ¶ Nondum Annibal e castris exierat. cum pugnãtium clamorem audiuit. Itaq; excitus tumultu raptim ad hostem copias agit. ¶ Iam pmos occupauerat equites terror. peditũ: etiam prima legio & dextra ala prelium inibãt. Incõpositi hostes ut quemq; aut pediti aut equiti casus obtulit: ita conserũt manus. Crescit pugna subsidiis. & procurrentium ad certamen numero: augetur. pugnãtesq;: q nisi in uetere exercitu: & duci ueteri haud facile est: inter tumultum ac terrorem instruxisset Annibal: ni cohortium: ac manipulorum decurrentium p colles clamor

CONS. CLAVDIUS

FIT PVGNA MAXIMA

ab tergo auditus: metũ ne includerent a castris: iecisset. Inde pauor incussus. & fuga passim fieri cepta est. minorq; cedes fuit: quia ꝓpinquitas castrorũ breuiorẽ fugam perculsis fecit. Equites enĩ in tergo inherebãt. in transuersa latera inuaserant cohortes: secundis collibus uia nuda. ac facili decurrentes. tamen supra octo milia hominũ occisa. supra septingentos capti. signa militaria nouem adempta. ¶ Elephanti: quorũ nullus usus in repẽtina ac tumultuaria pugna fuit: quattuor occisi. duo capti. ¶ Et circa Romanorũ Sotiorumq; ductores ceciderunt. ¶ Postero die Poenus quieuit.

Romanus in aciẽ copiis ductis: postq̃ neminẽ signa contra efferre uidit: spolia legi cesorum hostium: & suorum corpora collata sepeliri iussit. Insequentibus continuis diebus aliquot ita institit portis: ut prope inferre signa uideret: donec Annibal tertia uigilia crebris ignibus: tabernaculisq;: que pars castrorum ad hostes uergebat: & Numidis paucis: qui in uallo portisq; se ostenderent: relictis: profectus Apuliam petere intendit. ¶ Vbi illuxit: successit uallo Romana acies: & Numide ex cõposito paulisp se in portis atq; uallo ostentauere: frustratiq; aliq̃diu hostes. citatis equis: agmen suoꝝ assequuntur. ¶ Consul ubi silentium in castris: et ne paucos quidem: qui prima luce obambulauerant: parte ulla cernebat: duobus equitibus speculatum in castra p̃missis: Postq̃ tuta omnia satis esse exploratum est: inferri signa iussit. Tantũq; ibi moratus: dum milites ad predam discurrerent: Receptui deinde cecinit. multoq; ante noctem copias reduxit. ¶ Postero die p̃ma luce ꝓfectus. magnis itineribus famam: & uestigia agminis sequens: haud procul Venusiam hostem assequitur. ¶ Ibi quoq; tumultuaria pugna fuit. supra uiginti milia Poenorum cesa. ¶ Inde nocturnis mõtanisq; itineribus Poenus: ne locum pugnandi daret: Metapontum petit. ¶ Nanno inde: Is. n. presidio eius loci prefuerat: in Brutios cum paucis: ad exercitum nouum cõparandum missus. ¶ Annibal copiis eius ad suas additis: Venusiã retro: quibus uenerat itineribus repetit. Atq; inde Canusium procedit. ¶ Nunq̃ Nero uestigiis hostis abstiterat. ¶ Et Q. Fuluiũ ¶ Cum Metapontum ipse proficisceretur: in Lucanos: ne regio ea sine p̃sidio eẽt: arcessierat. ¶ Inter hec ab Hasdrubale: postq̃ a Placẽtie obsidione abscessit: quattuor Galli equites: duo Numide cũ litteris ad Annibalẽ missi: quom p medium hostem: totam ferme longitudinem italie emensi essent: Dum Metapontũ cedentẽ Annibalem sequuntur: Incertis itineribus Tarentum delati: a uagis per agros pabulatoribus Romanis: ad. Q. Claudiũ Propretorẽ deducuntur. ¶ Eum primo incertis implicantes responsis. ut metus tormentoꝝ admotus fateri uera coegit: Edocuerunt litteras ab Hasdrubale ad Annibalem ferre. ¶ Cum iis litteris: sicut erant: signatis: L. Virginio Tr. Mil. ducendi ad Claudium Consulem: traduntur. ¶ Due simul Turme Samnitium: presidii causa misse. ¶ Qui ubi ad Consulem peruenerunt: littereq; lecte per interpretẽ sunt: & ex captiuis percontatio facta. ¶ Tum Claudius: non id tẽpus esse Rei P. ratus: quo cõsiliis ordinariis Prouĩtie sue quisq; finibus per exercitus suos: cũ hoste destinato a Senatu bellũ gereret: audendũ: ac nouandum aliquid improuisum: Inopinatũq;: quod ceptũ: non minorem apud ciues: q̃ hostes terrorẽ faceret: perpetratũ: in magnã leticiã: ex magno metu uerteret: litteris Hasdrubalis Romã: ad Senatũ missis: simul & ipsos Patres conscriptos quid pararet: edocet. monet: ut cum in Vmbria occursurũ se Hasdrubal fratri scribat: legionẽ a Capua Romã arcessãt: delectum Rome habeant: exercitũ Vrbanum ad Narniam hosti opponant. ¶ Hec senatui scripta. premissi inde per agrũ Larinatẽ: Marrucinũ: Ferentinũ: Prepucianum: qua ducturus exercitum erat: ut omnes ex agris urbibusq; commeatus paratos militi ad uescendũ in uiã deferrent: equos iumentaq; alia producerent: ut uehiculoꝝ

Vincit cõs Annibalem
Aufugit Annibal i Appuliam
Sup xx poenor cesa et Anni Metapontum it
NVNTII HASDRVBALIS AD ANNIBALEM CAPTI ET AD CONS. DVCTI
VMBRIA
NARNIA

fessis copia esset: Ipse de toto exercitu: ciuium: Sociorũq; quod roboris erat: delegit. sex milia peditũ: & mille equites. ¶ Pronuntiat. occupare se in lucanis proximã urbẽ: Punicũq; in ea presidiũ uelle: ut ad iter parati omnes essent. ¶ Profectus nocte flexit in Picenum. ¶ Et Consul quidem quantis maximis itineribus poterat: ad Collegam ducebat. Relicto Q. Tatio Legato qui castris preesset. ¶ Rome non minus terroris: ac tumultus erat: q̃ fuerat biennio ante: cum castra punica obiecta Romanis moe/nibus: portisq; fuerant. neq; satis constabat animis: tam audax iter cõsulis laudarent: uituperarẽt ne. apparebat: quo nihil iniquius est: ex euentu famã habiturũ. ¶ Castra prope Annibalẽ hostẽ relicta sine duce cũ exercitu: cui detractũ foret omne quod roboris: quod floris fuerat. & Consulem in Lucanos ostendisse iter: cum Picenum & Galliam peteret. castra relinquentẽ. nulla alia re tutiora: q̃ errore hostis: qui Ducem inde: atq; exercitus partem abesse ignoraret. ¶ Quid futurum: si id palam fiat? & aut insequi Neronem cum sex milibus armatoꝝ profectũ Annibal toto exercitu uelit: aut castra inuadere prede relicta sine uiribus: sine Imperio: sine auspitio. ¶ Veteres eius belli clades: duo Consules: proximo anno interfecti terrebãt. & ea omnia acci/disse: cum unus Imperator: unus exercitus hostiũ in Italia esset. ¶ Nunc duo Punica bella facta: duos ingentes exercitus. duos prope Annibales in Italia esse. quippe & Hasdrubalẽ patre eorũ Hamilcare genitũ: eq; impigrum ducẽ: per tot in Hispania annos Romano exercitatum bello: gemina uictoria insignem: duobus Ducibus cũ clarissimis exercitibus deletis. ¶ Nam itineris quidẽ celeritate: ex Hispania cõcitatis ad arma Gallicis gentibus: multo magis q̃ Annibalẽ ipsum gloriari posse. Quippe in iis locis hunc coegisse exercitum: quibus ille maiorem partem militũ: fame ac frigore que miserrima mortis genera sunt: amisisset. ¶ Adiciebãt etiam periti rerũ Hispanie: haud cum ignoto eo Duce C. Neronem congressurum: sed quem in saltu impedito deprehensus forte: haud secus: q̃ puerum conscribendis fallacibus conditionibus pacis: frustratus elusisset. ¶ Omnia maiora etiam uero presidia hostiũ: minora sua: metu interprete: semper in deteriora inclinato: ducebant. ¶ Nero postq̃ iã tantũ interualli ab hoste fecerat: ut detegi Consilium satis tutũ esset: paucis milites alloquitur. negat ullius consiliũ Imperatoris in spetiem audatius: re ipsa tutius: fuisse: q̃ suũ. ad certam eos se uictoriam ducere. Quippe ad quod bellum Collega: non ante q̃ ad satietatem ipsius: peditum atq; equitum date ab senatu copie fuissent: maiores instructiõesq;: q̃ si aduersus ipsum Annibalem iret: profectus sit: eos ipsos: quantũcunq; uiriũ momẽtum addiderint: rem omnem inclinaturos. auditum modo in acie: Nam ne ante audiretur daturum operam: alterum exercitum aduenisse: haud dubiam uictoriam facturum. famã bellũ conficere. & parua momenta in spem: metumq; impellere animos. Glorie quidem ex re bene gesta partem: fructum prope omnem ipsos laturos. Semper quod postremum adiectũ sit: id rem totam uideri traxisse. Cernere ipsos quo concursu: qua admiratione: quo fauore hominum iter suum celebretur. ¶ Et hercule per instructa omnia ordinibus uirorum: mulierumq; undiq; ex agris effusorũ inter uota: & preces: & laudes ibant. illos presidia R. ei P. uindices urbis Romane: Imperiiq; appellabant. in illoꝝ armis: dexterisq; suam & liberorum suorum salutem ac libertatem repositam esse: deos deasq; precabantur: ut illis faustum iter: felixq; pugna: matura ex hostibus uictoria esset. & damnarentur ipsi uotorũ: que pro iis suscepissent. ut quemadmodum ipsi nunc solliciti prosequerentur eos: Ita paucos post dies leti ouantibus uictoria obuiam irent. ¶ Inuitare inde pro se quisq;: & offerre: & fatigare precibus: ut que ipsis: iumentisq; usui esset: ab se potissimum sumerent. benigne omnia cumulata dare.

Modestia certare milites. nequid ultra usum necessariũ sumerẽt. ¶ Nihil morari: nec ab signis subsistere: cibum capientes. diem ac noctem ire. uix quod satis ad naturale desiderium corporum esset: quieti dare ¶ Et ad Collegam premissi erant: qui nũtiarẽt aduentũ. pcõtarẽturq;: clam an palam: interdiu: an noctu: uenire sese uellet. Iisdem an aliis considere castris. ¶ Nocte clam ingredi melius uisum est. ¶ Tescera per castra a Liuio Consule data erat: ut Tribunus: Tribunum: Centurio Centurionem: eques equitẽ. pedes: peditẽ: acciperet ¶ Neq; enĩ dilatam castra opus esse: ne hostis aduẽtũ alterius Consulis sentiret ¶ Et coartatio plurium in angusto tendentiũ facilis futura erat: ꝙ Claudianus exercitus nihil fere preter arma: secum in expeditionem tulerat. Ceterũ ĩ ipo itinere auctũ uoluntarius agmẽ erat: offerẽtibus sese ultro & ueteribus militibus perfunctis iam militia: & iuuenibus: quos certatim nomina dantes: si quorũ corporis species roburq; uirium. aptum militie uidebatur: conscripserat ¶ Ad Senam castra alterius Consulis erãt ¶ Quingẽtos inde ferme. passus Hasdrubal aberat. Itaq; cũ iã appropinquaret: tectus montibus substitit Nero: ne ante noctem castra ingre/ deretur ¶ Silentio ingressi: a suis quisq̃ ordinis hominibus in tentoria adducti: cum summa omnium leticia hospitaliter excipiuntur ¶ Postero die cõsilium habitũ cui & L. Portius Licinius Pretor adfuit ¶ Castra iũcta Consulũ castris habebat. & ante aduentum eorum. per loca alta ducendo exercitum: cum modo insideret angustos saltus: ut transitum clauderet: modo ab latere aut tergo carperet agmen: ludificatus hostẽ omnibus artibus belli fuerat. Is tũ in cõsilio aderat. ¶ Multorũ eo inclinabant sententie: ut dũ fessum uia ac uigiliis reficerent militem: Nero simul & ad noscẽdum hostem paucos sibi sumeret dies: tempus pugne differẽt. ¶ Nero non suadere modo: sed summa ope orare: instituit: ne consilium suum: quod tutum celeritas fecisset: teme/ rarium morando facerent. errore: qui non diuturnus futurus esset: uelut torpentem Annibalem. nec castra sua. sine duce relicta aggredi: nec ad sequendum iter intẽdisse. anteq̃ se moueat: deleri exercitũ Hasdrubalis posse. redireq; in Apuliã. qui ꝓlatando hosti spatiũ det: eum & illa castra prodere Annibali: & aperire in Galliã iter: ut per ocium: ubi uelit. Hasdrubali cõiungatur. Extemplo signum dandum. & exeundum in aciem. abutendumq; errore hostium absentium: presentiumq;: dum neq; illi sciant cum paucioribus. nec hi cũ pluribus: & ualidioribus. rem esse. Cõsilio dimisso: signum pugne proponitur. confestimq; in aciem procedunt ¶ Iam hostes añ castra instructi stabant. Moram pugne attulit: ꝙ Hasdrubal prouectus ante signa cũ paucis equiti/ bus scuta uetera hostium notauit: que ante nõ uiderat & strigosiores equos. multi/ tudo quoq; maior solita: uisa est. Suspicatus: id quod erat: receptui proprie cecinit: ac misit ad flumen unde aquabantur: ubi & excipi aliqui possent: & notari oculis: si qui forte adustioris coloris: ut ex recẽti uia: essent. simul circũuehi castra iubet. specula/ riq; num auctum aliqua parte. sit uallũ ¶ Et ut attendant: semel bis ne signũ canãt in castris ¶ Ea cum ordine oĩa relata essent: castra nihil aucta: errorem faciebant bina erant: sicut ante aduẽtum Consulis alterius fuerant. una Liuii. altera. L. Portii. neutris quicq̃ quo latius tenderetur: ad munimenta adiectum. ¶ Illud ueterẽ Ducem: assuetumq; Romano hosti: mouit: ꝙ semel in Pretoriis castris signum: bis in Consu/ laribus referebãt cecinisse. duos ꝓfecto Cõsules esse. & quo nã mõ alter ab Annibale abscessisset: cura angebat. minime: id quod erat: suspicari poterat: tante rei frustratiõe Annibalem elusum: & ubi Dux: ubi exercitus esset: cum quo castra collata haberet: ignorare. profecto haud mediocri clade absterritum insequi nõ ausum. magnopere uereri: ne perditis rebus: serum ipse auxilium uenisset. Romanisq; eadem iã fortuna

Naturale

SENA

Coniunguntur ambo cons. nocte

Quom constituti essent: hasdrubal id quod erat suspicatus renouauit suos et misit explorari diligenter ut animus eet nũs hostium

in Italia: que in Hispania esset. ¶ Interdum litteras suas ad eũ nõ peruenisse: credere.
interceptisq; iis Consulẽ ad sese opprimendũ accelerasse. ¶ His anxius curis: extinctis
ignibus: uigilia prima dato signo: ut taciti uasa colligerent: signa efferri iussit. In
trepidatione: & nocturno tumultu: duces parũ intenti iter ad seruare: Alter in desti/
natis iam inde ante animo latebris: subsedit. alter per uada nota metaurum flumen
tranauit. ¶ Ita desertum a ducibus agmen: primo per agros palatur. fessiq; aliquod
somno: ac uigiliis sternũt corpora. passim. atq; infrequẽtia relinquunt signa. ¶ Has/
drubal dũ lux uiã iã ostẽderet: ripa fluminis signa ferri iubet. & per tortuosi amnis
sinus: flexusq; cum errore uoluens: haud multum processisset: ubi prima lux trãsitum
opportunum ostendisset: transiturus erat. sed cum quantum a mari abscedebat: tan/
to altioribus coercentibus amnem. ripis non inueniret uada: diem terendo: spatium
dedit: ad insequendum sese hosti. ¶ Nero primum cum omni equitatu aduenit. L.
Portius deinde assequutus cum leui armatura. Qui cum fessum agmen: carperent. ab
omni parte: incursarentq;. et iam omisso itinere: quod fuge simule erat castra metari
Poenus í tumulo super fluminis ripã uellet: aduenit Liuius peditũ omnibus copiis:
non itineri modo: sed ad conserendum extemplo prelium: instructis: armatisq;. ¶ Sed
ubi omnes copias coniunxerũt: directaq; acies est: Claudius dextro in cornu. Liuius
ab sinistro pugnam instruit. media acies Pretori tuenda datur. ¶ Hasdrubal omissa
munitione castrorum: postq̃ pugnandum uidit: In prima acie: ante signa: elephãtos
collocat. circa eos leuo in cornu aduersus Claudiũ Gallos opponit. haud tm̃ eis fidẽs:
quantum ab hoste timeri eos credebat. ¶ Ipse sinistrum cornu aduersus. M. Liuiũ sibi
atq; Hispanis: & ubi maxĩe in uetere milite spẽ habebat: sumpsit. ¶ Ligures in medio
post elephãtos positi. sed longior q̃ latior acies erat. Gallos prominẽs collis tegebat.
Ea frons: quam Hispani tenebant: cũ sinistro Romanoꝝ cornu concurrit. dextra
omĩs acies extra preliũ eminẽs cessabat collis oppositus arcebat: Ne aut a frõte: aut
a latere aggrederent. ¶ Inter Liuiũ Hasdrubalẽq; ingens contractũ certamen erat
atrox cedes utrinq; edebatur. ibi duces ambo. ibi pars maior peditũ. equitũq; Roma/
norum. ibi Hispani: uetus miles: peritusq; Romane pugne. & ligures durũ in armis
genus. eodem uersi elephanti: qui primo impetu turbauerant ante signa nos. & signa
mouerant loco. ¶ Deinde crescente certamine. & clamore: impotentes iam regi. inter
duas acies uersari: uelut incerti quorum essent. haud dissimiliter nauibus gubernaculo
uagis. ¶ Claudius quid ergo precipiti cursu: tam longum iter emensi sumus: clamitans
militibus: cum in aduersum collẽ frustra signa erigere conatus esset: Postq̃ ea regione
penetrari ad hostem non uidebat posse: cohortes aliquot subductas e dextro cornu:
ubi stationem magis segnem: q̃ pugnam futuram cernebat: post aciem circunducit.
& non hostibus modo: sed etiam suis inopinantibus: in sinistrũ hostiũ latus incurrit.
tantaq; celeritas fuit: ut cum ostendissent se a latere: mox in terga iã pugnarent. Ita
ex omnibus partibus ab fronte: ab latere: ab tergo: trucidantur Hispani. Liguresq;
& ad Gallos iam cedes peruenerat. Ibi minimum certaminis fuit. nã & pars magna ab
signis aberat: nocte lapsi: stratiq; somno passim per agros. & qui aderant itinere: ac
uigiliis fessi: intolerantissima laboris corpora: uix arma humeris gestabãt. Et iã diei
mediũ erat. sitisq; & calor hiãtes cedendos: capiendosq; affatim prebebat. ¶ Elephãti
plures ab ipsis rectoribus: q̃ ab hoste interfecti. fabrile scalprũ cũ malleo habebant.
Id ubi seuire belue ac ruere in suos ceperant: magister inter aures positũ: ipsa in cõ/
page: qua iungit̃ capiti ceruix: quanto maximo poterat ictu: adigebat. ea celerrima
uia mortis: intante molis belua: inuenta erat. ubi regendi spem ui uicissent. primusq;

Ligures durũ in armis genus

Intolerantissima laboris gallorum corpora

id Hasdrubal instituerat Dux: cum sepe alias memorabilis: tum illa precipue pugna.
Ille pugnantes hortando: piterq; abeundo pericula: sustinuit. Ille fessos: abnuẽtisq;
tedio & labore: nunc precando: nunc castigando: accendit. Ille fugiẽtes reuocauit.
omissamq; pugnã aliquot in locis restituit. Postremo cũ haud dubie fortuna hostiũ
esset: ne superesset tanto exercitui: suũ nomẽ sequuto: cõcitato equo se in cohortem
Romanã immisit. Ibi: ut patre Hamilcare: & Annibalis fratre dignũ erat: pugnans
cecidit. ¶ Nunq̃ eo bello una acie tantum hostium interfectum est. Redditaq; equa
Cannensi clades uel Ducis uel exercitus interitu: uidebat. ¶ Quinquaginta sex milia
hostium cesa. ¶ Capta. v. milia. & quadringenti. ¶ Preda magna. alia tũ omis generis:
tum auri argentiq;. ¶ Ciuium etiam Romanorũ: qui capti apud hostes erant. supra
quattuor milia capitũ recepta. ¶ Id solatii fuit: pro amissis eo prelio militibus. ¶ Nam
haud q̃quã incruenta uictoria fuit. octo ferme milia Romanoꝝ: sociorũq; occisa.
¶ Adeoq; etiam uictores sanguinis: cedisq; ceperat satietas: ut postero die: cum esset
nuntiatum Liuio Consuli Gallos Cisalpinos Liguresq;: qui aut prelio nõ affuissent:
aut inter cedẽ effugissent: uno agmine abire: sine signis: sine ordine ullo: aut imperio:
posse si una equitum ala mittatur: omnes deleri. ¶ Supersint inquit aliqui nuntii &
hostium cladis: & nostre uirtutis. ¶ Nero ea nocte. que sequuta est pugnã: citatiore:
q̃ inde uenerat agmine: die sexta ad statiua sua: atq; ad hostem: peruenit. ¶ Iter eius
frequentia minore quia nemo precesserat nuntius: leticia uero tanta: uix ut cõpotes
mentium: pre gaudio essent: celebratum est: Nam Rome neuter animi habitus satis
dici: enarrariq; potest. nec quo incerta expectatione euentus ciuitas fuerat: nec quo
uictorie famã acceperit. ¶ Nunq̃ per omnes dies ex quo Claudiũ Consulẽ pfectum
fama attulit: ab orto sole: ad occidẽtem: aut Senator quis q̃ a Curia: atq; ab Magis/
tratibus abscessit. aut Populus e foro. ¶ Matrone: quia nihil in ipsis opis erat: in p̃ces
obtestationesq; uerse: per omnia delubra uage: suppliciis: uotisq; fatigare deos. ¶ Tam
sollicite ac suspense ciuitati: fama incerta primo accidit. ¶ Duos Narnienses equites
in castra: que in faucibus Vmbrie opposita erant: uenisse ex prelio: nuntiãtes cesos
hostes. ¶ Et primo magis auribus: q̃ animis: id acceptum erat. ut maius: letiusq;: q̃ quod
mente capere: aut satis credere possent. & ipsa celeritas fidẽ impediebat: q biduo ante
pugnatum dicebatur. ¶ Littere deinde ab. L. Manlio Acidino: misse: ex castris: affe/
runtur de Narniensium equitum aduẽtu. ¶ Ee littere per forũ ad tribunal perlate
Senatum in Curiã exciuerant. tantoq; certamine ac tumultu Populi ad fores Curie
concursum est: ut adire nuntius non posset. traherenturq; a percontantibus: uocife/
rantibusq;: ut in rostris prius q̃ in Senatu littere recitarentur. ¶ Tandem cõmoti &
coerciti a Magistratibus: dispensariq; leticia inter impotẽtes eius animos potuit. ¶ In
Senatu primũ: Deinde in Contione littere recitate sunt. & pro cuiusq; ingenio: alius
iam certum gaudiũ: alius nulla ante futura fides erat: q̃ Legatos Consulũ: uel litteras:
audissent. ¶ Ipsos deinde apropinquare Legatos allatum est. ¶ Tunc eniuero omis
etas currere obuii. primus quisq; oculis. auribusq; haurire tantum gaudium cupiẽtes.
¶ Ad Moluium usq; pontem continens agmen peruenit. Legati erant L. Veturius
Philo P. Licinius Varus. Q. Cecilius Metellus. Circunfusi omnis generis frequẽtia
in forũ peruenerũt. Cum alii ipsos: alii comites eoꝝ: que acta essent: pcontarentur:
& ut quisq; audierat: exercitũ hostiũ: Imperatoreq; occisum. Legiones Romanas
incolumes: saluos Consules esse: extemplo alius porro impertiebãt gaudiũ suũ. ¶ Cum
egre in curia peruentum esset: multo egrius summota turba: ne Patribus misceretur.
¶ Littere in Senatu recitate sunt. Inde in Contionẽ introducti legati. L. Veturius

litteris recitatis:ipse planius omnia que acta erant: exposuit cum ingenti assensu: Postremo etiam clamore: uniuerse Contionis. cum uix gaudium animis caperent. ¶ Discursum inde ab aliis circa templa deũ: ut grates agerent. ab aliis domos: ut cõiu/gibus. liberisq;. tam letum nuntiũ impartirent. Senatus q; M. Liuius & C. Claudius Consules incolumi exercitu: ducem hostium: legionesq; occidissent: supplicationem in triduũ decreuit. ¶ Eam supplicationem A. Hostilius Pretor pro Contione edixit. celebrata a uiris: feminisq; est. ¶ Omnia templa per totum triduum equalem turbam habuere. cum Matrone amplissima ueste: cum liberis: perinde: ac si debellatum foret: omni solute metu: deis immortalibus grates agerẽt. ¶ Statũquoq; ciuitatis ea uicto/ria mouit: ut iã inde haud secus: q̃ in pace: res inter se contrahere uendendo: emendo: mutuum dando. argentum creditum soluendo: auderent. C. Claudius Consul cum in castra redisset: caput Hasdrubalis: quod seruatum cum cura attulerat: proiici ante hostium stationes: captiuosq; afros: uinctos ut erant: ostẽdi: duos etiã ex iis solutos ire ad Annibalem: & exprimere que acta essent: iussit Annibal tanto simul publico: familiariq; ictus luctu: agnoscere se fortunã Carthaginis fertur dixisse. ¶ Castris inde motis: o͞mia auxilia: que diffusa latius tueri nõ poterat: In extremũ Italie angulũ: Brutios cõtraxit: & Metapõtinos: ciuitatẽ uniuersã excitos sedibus suis: & Lucanos qui sue ditionis erant: in Brutium agrum traduxit

Liber octauus

DVm transitu Hasdrubalis: quantum in Italia declinauerat belli: tantum leuate Hispanie uiderẽtur: renatum ibi subito par priori: bellum est. ¶ Et Hispanias ea tempestate sic habebant Romani. poeniq;. ¶ Hasdrubal Gisgonis filius ad Oceanũ penitus: Gadesq; concesserat. ¶ Nostri maris ora: omnisq; ferme Hispania: qua in orientẽ uergit: Scipionis ac Romane ditionis erat. ¶ Nouus Im/perator Hãno in locum Barchini Hasdrubalis: cũ nouo exercitu ex africa transgressus: Magoniq; iunctus: quom in Celtiberia: que media inter duo maria est: breui magnum hominum numerum armasset: Scipio aduersus eum. M. Syllanum: cum decem milibus peditum: equitibus quingentis: misit. ¶ Sillanus quãtis maximis potuit itineribus: Impediebant autẽ & asperitates uiarũ: & angustie: saltibus crebris: ut pleraq; Hispanie sunt: incluse: tamen non solum nuntios: sed etiam famam aduentus sui. p̃gressus: ducibus indidem: ex Celtiberia transfugis: ad hostẽ peruenit. ¶ Eisdem autoribus compertum est: q; decem circiter milia ab hoste abessent ¶ Bina castra: circa uiam: qua irent: esse. leua Celtiberos: nouum exercitum: supra nouẽ milia hominũ: dextra Punica tenere castra. ¶ Ea stationibus: uigiliis: omni iusta militari custodia: tuta: & firma esse. ¶ Illa altera soluta: neglectaq; ut Barbaroꝝ: & tyronũ. & minus timentiũ: q; in sua terra essent. ¶ Ea prius aggredienda esse ratus Syllanus: signa q̃ maxime ad leuã iubebat ferri: Necunde ab stationibus Punicis cõspiceretur. ¶ Ipse premissis speculatoribus: citato agmine: ad hostem pergit. ¶ Tria milia ferme aberat: cum haud dum: quis q̃ hostium senserat. confragosa loca: & obsita uirgultis: tenebant colles. ibi in caua ualle. atq; ob id occulta: considere militem: & cibũ capere: iubet. ¶ Interim speculatores: transfugarũ dicta affirmantes: uenerũt. Tunc sarcinis in medium coniectis arma Romani capiunt. acieq; iusta in pugnam uadũt. ¶ Mille passuum aberant: cum ab hoste conspecti sunt. repenteq; trepidari ceptum. ¶ Mago ex castris: citato equo. ad primum clamorem & tumultum aduehitur. ¶ Erant autem in Celtibero exercitu. iiii. milia scuta: & . cc. equites. Hanc iustam legionẽ: & id ferme

CAPVT HASDRVBALIS A CONS.
ĩ castra et stationes hostiũ proiectũ

HISPANIE RES

M. Syllanus a Scipione missus magnis itineribus ad hostes bina castra habẽtes peruenit

quod roboris erat: in prima acie locat. leuem armaturã in subsidiis posuit. ¶ Cum ita instructos educeret e castris: uix dũ egressos uallo in eos Romani. pila coniecerunt. Subsidunt Hispani aduersus emissa tela ab hoste. Inde ademittenda ipsi consurgunt. Que cũ confertim Romani: ut solent: densatis excepissent scutis: Tum pes cũ pede collatus: & gladiis res geri cepta est. Ceterũ asperitas locorũ Celtiberis: quibus in ꝓlio concursare mos est: uelocitatem inutilẽ faciebat. & haud iniqua eadẽ erat Romanis: stabili pugne adsuetis: nisi ꝙ angustie & internata uirgulta ordines dirimebant. Et singuli biniq; uelut cum paribus: conserere pugnã cogebantur. quod ad fugã impe/dimẽto hostibus erat: id ad cedem eos: uelut uinctos: prebebat. Et iam ferme oĩbus scutatis Celtiberoꝝ interfectis: leuis armatura: & Carthaginẽses: qui ex alteris castris subsidio uenerãt. perculsi cedebantur. ¶ Duo: aut amplius: milia: peditum: equitatus omnis: uix inito prelio: cũ Magone effugerunt. Hanno alter Imperator: cũ eis: qui postremi iam profligato prelio. aduenerant: uiuus capitur. Magonemq; fugiẽtem equitatus ferme omnis: & quod ueterũ peditũ erat: sequuti. decimo die in Gaditanã Prouinciam: ad Hasdrubalem peruenerunt. ¶ Celtiberi: nouus miles: in proximas dilapsi siluas: inde domos diffugerunt. ¶ Per opportuna uictoria: nequaq̃ tantũ iam conflatũ bellũ: quanta futuri materia belli si licuisset iis: Celtiberorum gente excita: & alios ad arma sollicitare populos: oppressũ erat. ¶ Itaq; collaudato benigne Syl/lano: Scipio spem debellandi. si nihil etiam ipse contando moratus esset: Nactus: ad id: quod reliquum belli erat: in ultimam Hispaniam aduersus Hasdrubalem pergit. ¶ Poenus cũ castra sua forte ad sotioꝝ animos in Betica cõtinendos in fide haberet: signis repẽte. sublatis: fuge magis: q̃ itineris modo: penitus ad Oceanũ & Gades ducit. ¶ Ceterum quoad continuisset exercitũ: propositum bello se fore ratus: anteq̃ freto Gadis traiceret: exercitum omnem passim in ciuitates diuisit. ut et muris seipsi: et armis muros: tutarentur. ¶ Scipio ubi animaduertit dissipatũ bellũ: & circunferre ad singulas urbes arma diutini magis: q̃ magni esse operis: retro uertit iter. ne hostibus tamẽ eam relinqueret regionem. L. Scipionem fratrem: cũ decem milibus peditum: & mille equitum: ad oppugnandam opulentissimam in iis locis urbem: quã Orongin barbari appellabant: mittit. in Mesessum finibus ẽ sita: Hispane gẽtis ager frugifer. Argentũ etiã incole fodiũt. Ea arx fuerat Hasdrubali ad excursiones circa medi/terraneos populos faciendas. ¶ Scipio castris prope urbẽ positis: prius q̃ uallaret urbẽ: misit ad portas: qui ex propinquo colloquio animos tẽptarent. suaderentq; ut ami/citiam potius q̃ uim experirentur Romanoꝝ. ubi nihil pacati respondebatur: fossa: dupliciq; uallo circundata urbe: in tris partes exercitum diuisit. ut una semper pars quietis interim duabus: oppugnaret. prima pars cum adorta oppugnare est: atrox sane: & anceps preliũ fuit. non subire: non scalas ferre ad muros: pre insidentibus telis: facile erat. & iam qui erexerant ad murũ scalas: alii furcis ad idipsum factis: detrude/bantur. in alios lupi superne ferrei iniecti. ut in periculo essent: ne suspensi in murum extraherentur. Quod ubi animaduertit Scipio: nimia paucitate suorũ exequatum certamẽ esse: & iã eo superare hostem: ꝙ ex muro pugnaret: duabus simul partibus: prima recepta: urbem est aggressus. que res tantum pauorem iniecit fessis: iã cũ ꝑmis pugnando: ut & oppidani moenia repẽtina fuga desererent. & Punicum presidium metu: ne prodita urbs esset: relictis stationibus: in unum se colligeret. ¶ Timor inde oppidanos incessit: ne si urbem hostis intrasset: sine discrimine: Poenus an Hispanus esset: obuii passim cederentur. Itaq; patefacta repente porta: frequentes ex oppido sese eiecerũt: scuta pre se tenẽtes: ne tela ꝓcul conicerentur. dextras nudas ostentantes:

Hanno unus ex imperatoribus penorum uiuus capitur suis fere omnibus uel captis uel trucidatis.

Orongis opulentissima hispanie urbs a Scipione fratre [illegible] exercitu obsidet.

ut gladios abiecisse appareret. ¶ Id utrum parũ e interuallo sit conspectũ: Andolus aliquis suspectus fuerit: incõpertum ẽ. impetus hostilis in transfugas factus. nec secus q̃ aduersa acies cesa. eademq; porta signa infesta urbi illata. & alus partibus securibus. dolabrisq; cedebantur: & refringebant̃. porte. & ut quisq; intrauerat eques: ad forũ occupandũ: ita enim preceptum erat: citato equo pergebat. additũ erat & Triariorũ equiti presidium. ¶ Legionarii ceteras partes peruadunt. direptione & cede obuiorum nisi qui armis se tuebãtur: abstinuerunt. ¶ Carthaginẽses omnes in custodia dati sunt. oppidanorum quoq;. ccc. ferme. qui clauserant portas. ceteris traditum oppidũ. sue reddite res. ¶ Cecidere in urbis eius oppugnatione: hostiũ duo milia ferme. Roma/norũ haud amplius. lxxx. ¶ Leta & ipsis qui rẽ gessere: urbis eius oppugnatio fuit. & Imperatori: ceteroq; exercitui speciosum aduentũ suũ: ingentẽ turbã captiuorũ pre se agentes. fecerunt. ¶ Scipio collaudato fratre: cum quanto poterat uerborum honore Carthagini a se capte: captã ab eo Oringin equasset: qa & hyems instabat: ut nec temptare Gades: nec disiectum passim per Prouintiã exercitũ Hasdrubalis consectari posset: in citeriorem Hispaniam omnes suas copias reduxit. dimissisq; in hyberna legionibus L. Scipione fratre Romam misso: & Hãnone hostiũ impera/tore: ceterisq; nobilibus captiuis: ipse Tarraconem concessit. ¶ Eodem anno classis romana cum M. Valerio Leuino Proconsule ex Sicilia in Africam transmissa: in Vticensi Carthaginensiq; agro late populationes fecit. extremis finibus Carthagi/nensiũ: circa ipsa moenia Vtice prede acte sunt. ¶ Repetẽtibus Siciliã: classis Punica lxx. erant longe naues. ¶ Occurrit. decemq; & septẽ naues ex iis capte sunt. quattuor in alto merse. cetera fusa ac fugata classis. ¶ Terra: mariq; uictor Roãnus: cũ magna omnis generis preda: Lilybeum repetit. Toto inde mari pulsis hostiũ nauibus: magni commeatus frumenti Romam subuecti. ¶ Principio estatis eius: qua hec sunt gesta P. Sulpitius Procõsul & Attalus Rex cũ Egine: sicut ante dictũ est hybernassent: Lennum inde classe iuncta: Romane. v. & . xx. quinqueremes: Regie. v. & . xxx. transmiserunt. ¶ Et Philippus: ut: seu terra seu mari obuiã eundũ hosti foret: paratus ad om̃es conatus esset: Ipse Demetriadem ad mare descẽdit. ¶ Larissam diem ad cõue/niẽdum exercitui edixit. ¶ Vndiq; ab Sotiis Legationes Demetriadem: ad famam Regis conuenerunt. ¶ Sustulerant enim animos Etoli: cũ ob Romanã Sotietatem: tum post Attali aduentum. finitimosq; populabantur. nec Acarnanes solũ: Boetiiq;: & qui Euboeam incolũt: in magno metu erant: sed Achei quoq;: quos super Etolicũ bellum Machanidas etiam Lacedemonius Tirannus. haud procul Argiuorum fine: positis castris: terrebat. ¶ Hi omnes: suis quisq; urbibus: que pericula terra: mariq; portendebantur memorantes: auxilia Regem orabant. ne ex Regno quidem ipsius tranquille nuntiabantur res. ¶ Scerdiledum Pleuratumq; motos esse. & Thracum: maxime Medos: si quod longinquũ bellũ Regem occupasset: proxima Macedonie incursuros. ¶ Boetii quidem: & interiores Grecie populi Thermopylarum saltum. ubi anguste fauces coartant iter. fossa ualloq; intercludi ab Etolis nuntiabant: ne trãsitũ ad urbes tuendas Philippo darẽt. ¶ Vel segnẽ Ducẽ tot excitare tumultus circunfusi poterant. ¶ Legationes dimittit: pollicitus: prout tempus: aut res se daret: omnibus laturum se auxiliũ. in presentia que maxime urgebant: res pararent. ¶ Tum p̃sidium urbi mittit: unde allatũ erat Attalũ a Lemno classe transmissa: omnẽ circa urbem agrum depopulatum. ¶ Polyphantem cum modica manu in Boetiam: in Enippum Item quendam ex Regiis Ducibus: cum mille peltatis: pelta cetre haud dissimilis est: Chalcidem mittit. additi quingenti Anianũ. ut omnes insule partes tueri possent. ipse

Scotussam est ꝑfectus. ¶ Eodẽq; ab Larissa Macedonum copias traduci iussit. Eo nunciatũ est Consiliũ Etolis Heracleam indictũ. Regemq; Attalũ: ad cõsultandũ de summa belli: uenturum. ¶ Hunc Conuentum ut turbaret: subito aduẽtu: magnis itineribus Heracleam duxit. & Consilio quidem dimisso: iam uenit: segetibus tamen que iam prope maturitatem erant: maxime in sinu Aeniano euastatis in Scotussam copias reduxit. ¶ Ibi exercitu omni relicto: cum coborte Regia: Demetriadem sese recepit. ¶ Inde ut ad omnes hostium motus posset occurrere: etiã in Phocidem atq; Euboeam & Peparetum mittit: qui loca alta eligerent: unde editi ignes apparerent. ¶ Ipse in Cisseo: mons est: in altitudinem ingentem cacuminis editi speculam posuit: ut ignibus procul sublatis: signũ: ubi molirent̃ hostes: momento temporis acciperet. ¶ Romanus Imperator & Attalus Rex a Pepareto Niceã traiecerũt. Inde classem in Euboeam ad urbem Oreum transmittũt. que ab Demetriaco sinu Chalcidem & Eurippum petenti: ad leuam prima urbium Euboee posita est. ¶ Ita inter Attalum & Sulpitium cõuenit: ut Romani: a mari: Regia terra: oppugnarent. ¶ Quatriduo postq̃ appulsa classis est: urbem aggressi sunt. Id tempus occultis cum Platore: qui a Philippo prepositus urbi erat: colloquiis absumptum est. ¶ Duas arces urbs habet. ¶ Vnam imminentẽ mari ¶ Altera urbis medio est. cuniculo inde uia ad mare ducit. quam a marri turris quinq; tabulatorum: egregiũ propugnaculum: claudebat. ¶ Ibi primo atrocissimum contractum est certamen. & turre instructa omĩ genere telorũ: & tormentis: machinisq;: ad oppugnandam eam: ex nauibus expositis ¶ Cum omniũ animos oculosq; id certamẽ auertisset: porta maritime arcis Plator Rõãnos accepit. momentoq; arx occupata est. ¶ Oppidani pulsi inde in mediam urbem ad alteram tendere arcem. ¶ Et ibi positi erant: qui fores porte obiicerent ¶ Ita exclusi: in medio ceduntur: capiunturq; ¶ Macedonum presidium conglobatum sub arcis muro stetit. nec fuga effuse petita: nec pertinaciter prelio iterato. Eos Plator uenia a Sulpitio impetrata. in naues impositos ad Demetriacũ Theotidis exposuit. ¶ Ipse ad Attalũ sese recepit ¶ Sulpitius tam facili ad Oreum successu elatus: Chalcidem inde protinus uictrici classe petit. Vbi haudquaq̃ ad spem: euentus respondit. ¶ Ex patenti utrinq; coactum in augustias mare: speciem intuenti primo gemini portus in ora duo uersi: prebuere. sed haud facile alia infestior classi statio ẽ. Nam & uenti ab utriusq; terre pre altis montibus subiti ac procellosi deiiciunt. & fretum ipsum euripi: non septies die: sicut fama fert: temporibus statutis: reciprocat. sed temere in modum uenti: nũc huc. nũc illuc. uerso mari uelut mõte precipiti deuolutus torrens rapitur. Ita nec nocte: nec die quies nauibus datur. cũ classem tam infesta statio accepit: tum & oppidũ alia parte clausum mari: alia a terra egregie munitũ: presidioq; ualido firmatũ: & ꝑ̃cipue fide Prefectorum: Principumq;: que fluxa & uana apud Orreum fuerant: stabile: atq; inexpugnabile: fuit. Id prudenter: ut in temere susceptare: Romanus fecit. q̃ circũspectis difficultatibus: ne frustra tẽpus tereret: celeriter abstitit incepto. classẽq; inde ad Cynum Locridis: Emporium idem urbis Opontiorum: mille passuũ a mari site: traiecit. ¶ Philippum & ignes ab Oreo editi monuerant: sed serius: Platoris fraude: e specula elati. & impari tum maritimis uiribus: haud facilis erat in insulã classi accessus. Ita res per contationem omissa ¶ Ad Chalcidis auxilium: ubi signũ accepit: impigre est motus. nã & ipsa Chalcis: q̃quam eiusdẽ insule urbs est: tamẽ adeo arcto interscinditur freto: ut ponte continenti iungatur. terraq; aditum faciliorem: q̃ mari: habeat. Igitur Philippus deiecto presidio: fusisq; Etolis: qui saltũ Thermopilarum insidebant: cũ ab Demetriade: Scotusam: Inde tertia uigilia ꝑfectus: trepidos hostes

Heracleam compulisset: ipse uno die Phocidis Elatiam milia amplius .lx. cõtendit. ¶ Eodẽ ferme die: ab Attalo Rege Opontiorum urbs capta: diripiebatur. ¶ Concesserat eam predam Regi Sulpitius: quia Oreum paucos ante dies: ab Romano milite: ex partibus regiis: direptum fuerat. ¶ Romana classis Oreum sese receperat. & Attalus ignarus aduentus Philippi: pecuniis a Principibus exigendis: terebat tempus. ¶ Adeoq; improuisa res fuit: ut nisi Cretensiũ forte quidã pabulatũ ab urbe longius progressi: agmen hostium procul conspexissent: opprimi potuerit Attalus. ¶ Inermis autẽ atq; incõpositus cursu effusus mare: ac naues petit. & molientibus ab terra naues Philippus superuenit. tumultumq; etiam ex terra nauticis prebuit. ¶ Inde Opontem redit. deos homĩesq; accusans: q tãte rei fortunã: ex oculis prope raptã: amisisset. ¶ Opõtii quoq; ab eadem ira increpiti: q cum trahere obsidionem in aduẽtum suũ potuissent: uiso statim hoste: prope in uoluntariam deditionem concessissent. ¶ Compositis circa Opontẽ rebus: Toronẽ est profectus. ¶ Et Attalus primo Oreum se recepit. ¶ Inde cum fama accidisset Prusiam Bithynie Regẽ in fines regni sui transgressum: omissis Rõanis: atq; Etolico bello: in Asiam traiecit. ¶ Et Sulpitius Eginã classem recepit: unde initio ueris profectus erat. ¶ Haud maiore certamĩe q̃ Opontẽ Attalus ceperat: Philippus Toronem cepit. Incolebant eã urbẽ profugi ab Thebis Phthioticis urbe sua capta a Philippo cũ in fidem Etolorũ perfugissent. sedem eis Etoli eã dederant urbis uastate ac deserte. priore eiusdẽ Philippi bello. Tũ ab Torone: sicut pauloante dictum est: recepta profectus Tritonon & Drimias Doridis parua atq; ignobilia oppida cepit. ¶ Inde Elatiam iussis ibi se opperire Ptolemei: Rhodiorũq; Legatis: uenit. ubi cum de finiendo. Etolico bello ageretur: Affuerant enim Legati nuper Heraclee Consilio: Romanorum: Etolorumq;: nuntius afferẽt: Machanidã Olympiorũ sollemne ludricũ: parantes Eleos: aggredi statuisse. ¶ Preuertendũ id ratus: Legatis cum benigno responso dimissis: se neq; causam huius belli fuisse: nec moram: si modo equa & honesta conditione liceat: pacem facturum. cum expedito agmine profectus per Boetiam: Megaram: atq; inde Corinthum descendit. Vnde cõmeatibus sumptis: Phyleum Tapheneumq; petit. & iam cum Ereum uenisset: audit Machanidã fama aduentus sui territum: refugisse Lacedemonem. ¶ Aegiumq; se ad Consiliũ Etolorũ recepit. simul classẽ Punicã: ut mari quoq; aliquid posset: accitã: ibi ratus se inuẽturũ. ¶ Paucis añ diebus inde Foceas traiecerant Poeni. Inde portus Acarnanũ petierant. cum ab Oreo profectũ Attalũ Romanosq; audissent: ueriti: ne in se iretur: & intra Rhium: fauces ee sunt corinthi sinus: opprimerentur. ¶ Philippus quidem merebat: & angebatur: cum ad omnia ipse raptim isset. nulli tamẽ se rei in tempore occurrisse. & rapientem omnia ex oculis elusisse celeritatem suam fortunam. ¶ In Consilio aũt dissimulans egritudinem: elato animo disseruit. testatus deos: hominesq; nullo loco nec tẽpori defuisse: quin ubi hostium arma cõcrepuissent: eo quanta maxima posset celeritate tenderet. sed uix rationem inire posse: utrum a se audacius: an fugatius ab hostibus geratur bellum. ¶ Sic ab Oponte Attalum: sic Sulpitium a Chalcide: sic his ipsis diebus: Machanidam e manibus suis elapsum. ¶ Sed nõ semper felicem esse fugam: nec pro difficili id bellum habendum: in quo: si modo cõgressus cũ hostibus sis: uiceris. quod primum esset: confessionem se hostium habere: nequaq̃ pares esse eos sibi. breui & uictoriã: haud dubiam habiturũ. nec meliore euentu eos secum: q̃ spe pugnaturos. ¶ Leti Regẽ Socii audierũt. Reddit inde Acheis Oreũ: & Triphyllam. ¶ Alipheram autem Megalopolitis: q suorũ fuisse finiũ satis probabant: restituit. ¶ Inde nauibus acceptis ab Acheis: erãt aũt tres q̃driremes & biremes totidẽ: Anticyram traiecit. ¶ Inde

opontiorum urbs ab attalo capta

Attalus pene subito philippi aduentu opprimitur.

ATTALVS OB REGNUM SVUM A PRUSIA REGE INFESTATU ILLUC REDIT

philippus Toronem capit.

ANTICYRA

quinqueremibus septē: & lenibus uiginti amplius: quos ut adiungerēt Carthaginēsium classi: miserat in Corinthium sinum: profectus: ad Erythras Etolorum: que prope Euphalium sunt: descensionem fecit. ¶ Haud fefellit Etolos. nam hominum: q̄ aut in agris: aut in propinquis castellis Potidanie atq; Apollonie fuit: in siluas mōtesq; refugit. ¶ Pecora que inter festinationem abigi nequiuerant: sunt direpta. & in naues cōpulsa. Cum his: ceteraq; preda Nicia Pretore Acheorū Egiū misso: cū Corithum petisset: pedestres inde copias per Boetiam: terra duci iussit. ¶ Ipse a Boenotris preter terram Atticam: sup sinum nauigans: inter medias prope hostium classes Chalcidem peruenit. Inde collaudata fide: ac uirtute: q̄ neq; timor neq; spes flexisset eorū aīmos: hortatusq; in posterum: ut eadem constantia permanerent in sotietate: si suam: q̄ Oreanorum atq; Opontiorum fortunam mallent. A Chalcide Oreum nauigat. Principibusq; iis: qui fugere capta urbe: q̄ se Romanis tradere: maluerant: sūma rerum: & custodia urbis permissa: ipse Demetriadem: ab Euboea: unde primum ad opem ferendam Sotiis profectus erat: traiecit. ¶ Casandree deinde centum nauiū lōgarum carinis positis: contractaq; ad effectum eius operis multitudine fabrorū naualium: quia res in Gretia trāquillas: & profectio Attali fecerat: & in tempore laborantibus Sotiis latum a se auxilium: retro in regnum concessit: ut Dardanis bellum inferret.

¶ Extremo estatis eius: qua i Gretiā hec gesta sunt: cū. Q. fabius maximus Pretor Legatus ab M. Liuio Consule Romam ad Senatū missus: nūtiasset Consulem satis Presidii Gallie Prouintie credere. L. Portiū cū suis legionibus esse: discedere se inde: ac deduci exercitū Consularem posse: Patres non. M. Liuiū tantū redire ad urbem: sed Collegam quoq; eius C. Claudiū: iusserunt. ¶ Id modo in decreto interfuit: q̄ M. Liuii exercitum reduci: Neronis legiones Annibali oppositas manere: in Prouintia: iusserunt. ¶ Inter Consules ita per litteras conuenit: ut quemadmodum uno animo Rem P. gessissent: Ita q̄q̄ ex diuersis regionibus cōuenirent: uno quoq; tempore ad urbē accederēt. ¶ Preneste qui prior uenisset: Collegam ibi opperiri iussus. ¶ Forte ita euenit: ut eodem die ambo Preneste uenirent. ¶ Inde premisso edicto: ut triduo post frequens Senatus ad edem Bellone adesset: omni multitudine obuiam effusa: ad Vrbem accescere. ¶ Non salutabant modo uniuersi circunfusi: sed contingere pro se quisq; uictrices dextras Consulū cupiētes: alii gratulabantur: alii gratias agebant: q̄ eorum opera incolumis Res P. esset. In Senatu: cū more omniū Imperatorum: expositis rebus ab se gestis: postulassent ut p Re P. fortiter: feliciterq; administrata: & diis immortalibus haberetur honos: & ipsis triūphantibus: Vrbem inire liceret: se uero ea: que postularent: decernere Patres merito deorum primū: deinde: secundum deos: Consulum: responderunt. & supplicatione amborū nomine: & triumpho utriq; decreto. ¶ Inter ipsos: ne cū bellum communi animo gessissent: Triumphū separent: Ita conuenit: ut quoniam & in Prouintia. M. Liuii res gesta esset: & eo die: quo pugnatū foret: eius forte auspiciū fuisset: & exercitus Liuianus traductus Romam uenisset: Neronis deduci non potuisset de Prouintia: ut. M. Liuiū quadrigis Vrbem ineuntē: milites sequerētur. Consul Claudius equo: sine militibus: inueheretur. ¶ Ita consociatus triumphus cum utriq;: tum magis ei: qui quantū merito anteibat: tantum honore College cesserat: gloriam auxit. ¶ Illum equitem aiebant sex dierum spatio transcurrisse longitudinē Italie: & eo die cum Hasdrubale in Gallia signis collatis pugnasse: qua eum castra aduersus sese in Apulia posita habere: Annibal credidisset. Ita unū Consulem: pro utraq; parte Italie aduersus duos duces: duos Imperatores: huic Consiliū suū: hinc corpus opposuisse. nomē Neronis satis fuisse: ad cōtinendum

philippus omnia [prospere] gerit [illegible] aduersante

REDEVT IN VRBĒ CONS. CV̄ MAXª omnium letitia · 2 [illegible] triumphū datus [illegible] dispariter.

castris Annibalē. Hasdrubalē uero qua alia re: q̄ aduētu eius obrutū: atq; extinctū esse? Itaq; iret alter Consul sublimis curru: multiiugis si uellet equis. unus equo per urbem uerum triumphū uehi. Neroniq; etiam si pedes incedat. uel perto eo bello uel spreto triumpho: gloriam memorabilem fore. ¶ Hi sermones spectātium: Neronem usq; in Capitolium prosequuti sunt. ¶ Pecuniam in erariū tulerunt sestercium tercies. octogita milia eris. ¶ Militibus. M. Liuius quiquagenos senos asses diuisit. ¶ Tantūdē C. Claudius militibus absentibus suis ē pollicitus: cū ad exercitū redisset. ¶ Notatū est ea die plura carmīa militaribus iocis in Consulem Claudiū: q̄ in Consulem suum: iactata. ¶ Equites. L. Veturium. &. Q. Cecilium Legatos: magnis tulisse laudibus. hortatosq; esse Plebem: ut eos Consules in proximū annū crearēt. ¶ Adiecisse eqtum prerogatiue autoritatem Consules: postero die in Contione q̄ forti fideliq; duorum precipue Legatorum opera usi essent: cōmemorantes. ¶ Cum Comitiorum tempus appeteret: & per Dictatorem Comitia haberi: placuisset: C. Claudius Consul. M. Liuium Collegam Dictatorem dixit. ¶ Liuius. Q. Cecilium Magistrum equitum. A. M. Liuio Dictatore. creati Consules. L. Veturius. Q. Cecilius: Is ipse: qui tū erat Magister equitum. ¶ Inde Pretorum Comitia habita. ¶ Creati. C. Seruilius. M. Cecilius: metellus. T. Claudius Asellus. Q. Manilius Turinus: qui tum Edilis Plebis erat. ¶ Comitiis perfectis: Dictator Magistratu addicato: dimissoq; exercitu: in Etruriam Prouintiā. ex. S. C. est p̄fectus: ad questiones habendas: qui Etruscorum Vmbrorumue populi: defectionis ab Rōanis ad Hasdrubalē: sub aduētu eius: cōsilia agitassent. Quiq; eū auxilius: aut ope aliqua iuuissent. ¶ Hec eo āno domi: militieq; gesta. ¶ Et Ludi Romāi ter toti instaurati ab Edilibus Curulibus. Cn. Seruilio Cepione: Ser. Cornelio Lentulo. ¶ Item Ludi Plebeii semel toti instaurati ab Edilibus Plebis: M. Pomponio Mathone: &. Q. Manilio Turino. ¶ Tertiodecimo anno Punici belli L. Veturio Philone &. Q. Cecilio Metello Consulibus: ambobus: ut cū Annibale bellū gererēt: Prouītia decreta. ¶ Pretores exinde sortiti sunt. M. Cecilius Metellus: Vrbanā. Q. Manilius Peregrinā. C. Seruilius Siciliā. T. Claudius Sardiniam. ¶ Exercitus ita diuisi. Consulum alteri: quem. C. Claudius prioris anni Consul: alteri quē. Q. Claudius Proptor: ee bine legiones erant: habuissent exercitū. ¶ In Etruria duas Volonum legiones: a Terētio Proconsule Liuius Proconsul: cui prorogatum in annū Imperiū fuit: acciperet. ¶ Et. Q. Manilio: ut College: iurisdictione tradita: eum exercitū: Cui. L. Portius Propretor p̄fuerat: obtineret: decretū est. ¶ Iussusq; populari agros Gallorum: qui ad Poenos sub aduentu Hasdrubalis defecissent. C. Seruilius cū Cannēsibus duabus legionibus: sicut. P. Manilius tenuerat: Sicilia tuēda data. ¶ Ex Sardinia: uetus exercitus: cui. A. Hostilius p̄fuerat: deportatus. ¶ Nouam legionem: quam. C. Claudius traiceret secum: Consules conscripserunt. Q. Claudio ut Tarentū: C. Hostilio Tubulo: uti Capuam Prouintiam haberet: prorogatum in annū est Imperiū. M. Valerius Proconsul: qui tuende circa Siciliam maritime ore p̄fuerat: xxx. nauibus. C. Seruilio traditis: cū cetera oīn classe redire ad Vrbem iussus. ¶ In ciuitate tanto discrimine belli sollicita: cū omnium secundorum: aduersorumq; causas in deos uerterēt: multa prodigia nuntiabanē. ¶ Tarracine Iouis edem: Satrici Matris Matute de celo tactam. ¶ Satricanos haud minus terrebant in edem Iouis foribus ipsis duo prelapsi angues. ¶ Ab Antio nuntiatū est: cruētas spicas metentibus uisas eē. ¶ Cere porcus biceps. ¶ Et agnus masculus: idemq; femina natus erat. ¶ Et albe duos soles uisos ferebant. ¶ Et nocte Fregellis lucē ortā. ¶ Et bos in agro Romano loquutus. ¶ Et ara Neptumni multo manasse sudore. in Cyrco Flamineo dicebatur.

cons. L. veturius Q. cecilius.

PRODIGIA

¶ Et edes Cereris: Salutis: Quirini: de celo tacte. ¶ Prodigia Cõsules hostiis maioribus procurare iussi: & supplicationem unã diem habere. ¶ Ea ex Senatus Consulto facta. ¶ Plus omnibus: aut nuntiatis pegre: aut uisis domi ꝓdigiis: terruit animos hominũ: Ignis in ede Veste extinctus. ¶ Ob quã causam cesa flagro est uestalis uirgo: cuius custodia eius noctis fuerat iussu Pontificis P. Licinii. ¶ Id q̃q̃ nihil portendentibus deis: ceterum negligentia humana acciderat: tamen: & hostiis maioribus procurari: & supplicationem haberi ad Veste aram placuit. ¶ Prius q̃ proficiscerentur cõsules ad bellũ: moniti ab Senatu sunt: ut in agros reducẽde Plebis curam haberent. deum benignitate submotum bellum. ab Vrbe Romana: & Latio esse. posse sine metu in agris habitari. ¶ Minime cõuenire Sicilie q̃ Italie colẽde: maiorẽ curam esse. ¶ Sed res haudquaq̃ erat: populo facilis: & liberis cultoribus bello absumptis: & ĩopia seruitiorum: & pecore direpto: uillisq; dirutis: aut incensis. ¶ Magna tamẽ pars autoritate Consulum compulsa. in agros remigrauit. ¶ Mouerant autẽ huius cerei mentionem Placentinorum & Cremonensium Legati: querentes agrum suum ab incolis Gallis incursari. ac uastari. magnãq; partẽ colonorum suorum dilapsam esse. & frequentes se urbes: agrũ uastatũ ac desertũ habere. ¶ Manlio Pretori mandatum: ut Colonias ab hoste tuerẽt. ¶ Consules ex. S. C. edixerũt: ut qui ciues Cremonẽses: aut Placẽtini essent: ante certum diem in Colonias reuerterentur. ¶ Principio deinde ueris: & ipsi ad bellum ꝓfecti sunt. Q. Cecilius Consul exercitũ ab. C. Nerone. L. Veturius ab. Q. Claudio Propretore accepit. nouisq; militibus quos ipse cõscripserat: suppleuit. ¶ Et in Consentinum agrum Consules exercitum duxerunt. passimq; depopulati: Cum agmẽ iã graue preda esset: in saltu angusto a Brutiis iaculatoribusq; Numidis turbati sunt. Ita non preda tantum: sed armati in periculo quoq; fuerint. maior tñ tumultus: q̃ pugna fuit. Et premissa preda: incolumes legiones in loca culta euasere. ¶ Inde in Lucanos profecti. ¶ Ea sine certamine tota gens in deditionem Populi Romani redut. ¶ Cum Annibale nihil eo anno rei gestura ẽ: Nã neq; ipse se obtulit in tam recenti uulnere publico priuatoq;. nec lacessierunt quietum Romani: tãtam inesse uim: & si omnia alia circa eum ruerent: in uno illo Duce censebãt. ¶ Ac nescio an mirabilior in aduersis: q̃ secundis rebus: fuerit. Quippe cum & in hostium terra per annos tredecim tam procul ab domo uaria fortuna bellum gereret: exercitu nõ suo ciuili: sed mixto ex colluuione omniũ gentium: quibus non lex: non mos nõ lingua communis: alius habitus: alia uestis: alia arma: alii ritus: alia sacra: alii prope dii essent: Ita quodã uno uinculo copulauerit eos: ut nulla: nec inter ipsos: nec aduersus ducẽ seditio extiterit. cum & pecunia sepe in stipendium: & cõmeatus ĩ agro deesset. quoꝝ inopia priore Punico bello multa infanda inter Duces: militesq; commissa fuerant. ¶ Post Hasdrubalis uero exercitum cum Duce: in quibus spes õnis uictorie reposita fuerat: Deletum: cedendoq; in angulum Brutium: cetera Italia concessum: cui non uideatur mirabile: nullum motũ in castris factũ? Nam ad cetera id quoq; accesserat: ut ne alendi quidem exercitus: nisi ex Brutio agro spes esset. qui ut omnis coleretur: exiguus tñ tãto alendo exercitui erat. Tunc magnã partem iuuentutis abstractam a cultu agrorum bellum occupauerat. & mos uitio etiam insitus gẽti: per latrocinia militiam exercendi. nec ab domo quicq̃ mittebatur: De Hispania retinenda sollicitis: tanq̃ omnia prospera in Italia essent. ¶ In Hispania res quadam ex parte eandem fortunã: quadã longe disparem: habebant. ¶ Eandem: ꝙ prelio uicti Carthaginẽses: duce amisso: in ultimam Hispanie oram: usq; ad Oceanum cõpulsi erant. ¶ Disparem aũt: ꝙ Hispania nonq̃ Italia modo: sed q̃ ulla pars terrarũ bello reparando aptior

erat: locorum hominumq; ingentis. Itaq; ergo Romanis prima inita Prouinciarum que quidem cõtinentis sint: Postremo omniũ: nostra. demum etate: ductu auspitioq; Augusti Cesaris ꝑdomita est. ¶ Ibi tum Hasdrubal Gisgonis filius: maximus clarissi/ musq; eo bello secundũ Barchinos Dux: regressus a Gadibus: rebellãdi spẽ: adiuuãte Magone Hamilcaris filio: delectibus ꝑ Vlteriorẽ Hispaniã habitis: ad quinq̃ginta milia peditum quattuor milia & quingentos equites armauit. ¶ De equestribus ferme inter autores conuenit. peditum. lxx. milia quidã adducta ad Silpiã urbẽ scribunt. Ibi super cãpos patẽtes duo duces Poeni ea mẽte ne detractarẽt certamẽ: cõsederũt. ¶ Scipio cũ ad eũ fama tanti cõparati exercitus ꝑlata esset: neq; Romanis legiõibus tante se fore parem multitudini ratus: ut nõ in spẽm saltẽ: opponerenẽ Barbarorum auxilia: neq; in iis tamen tantũ uirium ponendũ: ut mutando fidem que cladis causa fuisset patri: patruoq; magnum momentum facerent: premisso Syllano ad Colcam duo de. xxx. oppidis Regnantẽ: ut equites peditesq; ab eo quos se ꝑ hyemẽ cõscrip/ turũ pollicitus erat: acciperet: ipse a Tarracõe profectus: ꝓtinus: a sotiis qui accolũt uiam: modica contrahendo auxilia Castulonem peruenit. ¶ Eo adducta a Syllano auxilia: tria milia peditum: & equites quingenti. ¶ Inde ad Betulam urbem ꝓgressus: cum omni exercitu ciuium: sotiorumq; peditũ equitũq; quinq; & . xl. milibus. ¶ Castra ponẽtes eos Mago: & Masanissa cũ omĩ eq̃tatu aggressi sunt. turbassẽtq; muniẽtes: ni abditi post tumulũ opportune ad id positi a Scipione eq̃tes: improuiso ĩ effusos incurrissent. & promptissimũ quenq; : & proxime uallũ: atq; in ipsos muñitores ꝑmum inuectum: uix dum prelio inito: fuderunt. ¶ Cum ceteris: qui sub signis: atq; ordine agminis incesserant. lõgior: & diu ambigua pugna fuit. Sed cũ ab stationibus ꝑmum expedite cohortes: Deinde ex opere deducti milites: atq; arma capere iussi: plures & integri fessis subirent magnumq; iam agmen armatorum a castris in prelium rueret: terga haud dubie uertunt Poeni. Numideq; . & primo turmatim abibãt. nihil preter pauorem festinationem ue confusis ordinibus. deinde postq̃ acrius ultimis incidebat Romanus: neq; sustineri impetus poterat: nihil iã ordinũ memores: passim qua cuiq; proximum fuit: in fugam effunduntur. ¶ Et q̃q̃ eo prelio: aliquantum & Romanis aucti: & diminuti hostibus animi erant: tñ nunq̃ aliquot insequentes dies: ab excursi/ onibus equitũ: leuisq; armature: cessatũ est. ¶ Vbi satis tẽptate per hec leuia certamia uires sunt: Prior Hasdrubal in aciem copias eduxit: Deinde & Romani processere. sed utraq; acies pro uallo stetit instructa. Et cum a neutris pugna cepta esset: iã die ad occasũ inclinãte. a Poeno ꝑus: deinde a Romano: in castra copie reducte. ¶ Hoc idem per dies aliquot factum. ¶ Prior semper Poenus: copias castris educebat. prior fessis stando: signum receptui dabat. A neutra parte procursum: telum ue missum: aut uox ulla orta. ¶ Mediã aciẽ. hinc Romani: illinc Carthaginẽses: mixti Afris: cornua: sotii: tenebant. ¶ Erant autem utrinq; Hispani pro cornibus. ¶ Ante Punicã aciem elephanti: castelloꝝ procul speciẽ uisu prebebãt. Iam hoc in utrisq; castris sermonis erat: ita ut instructi stetissent: pugnaturos: medias acies Romanũ Poenumq; quos inter belli causa esset: pari robore animorum: armorumq; concursuras. ¶ Scipio ubi hoc obstinate credi animaduertit: om̃ia de industria in eum diem: quo pugnaturus erat: mutauit. tesseram uesperi per castra dedit: ut ante lucẽ uiri equiq; cũ pransissent: Armatus eques frenatos stratosq; teneret equos. ¶ Vix dũ satis certa luce equitatum omnem cum leui armatura in stationes Punicas immisit. Inde confestim cum graui agmine legionũ procedit. ꝓter opinionem destinatam suorum: hostiũq; Romano milite cornibus firmatis: Sotiis in mediam aciem acceptis. ¶ Sed Hasdrubal clamore

equitũ excitatus: ut ex tabernaculo prosiluit: tumultũq; añ uallũ: & trepidationem suorum: & procul signa legionũ fulgentia: plenosq; hostiũ campos uidit: equitatum omnem ex templo in equites emisit. Ipse cum peditum agmine castris egreditur: nec ex ordine solito quicq̃ acie instruenda mutat. ¶ Eqtum iam diu anceps pugna erat. nec ipsa per se decerni poterat: quia pulsis: quod prope inuicem fiebat: in aciẽ peditũ tutus receptus erat. Sed ubi iã haud plus quingẽtos passus acies inter sese diuise aderãt: signo receptui dato Scipio: patefactisq; ordinibus equitatũ omnẽ: leueq; armaturam in medium acceptam: diuisamq; in partes duas: in subsidiis post cornua locat. ¶ Inde ubi incipiende iam pugne tempus erat: Hispanos: ea media acies fuit: presso gradu incedere iubet. ipse e dextro cornu: ibi namq; p̃erat: nuntiũ ad Sylanũ & Martiũ mittit: ut cornu extẽderent in sinistra parte: quemadmodũ se tẽdentẽ ad dexteram uidissent. & cũ ex peditis peditũ: equitumq; prius pugnam consererent cum hoste: q̃ coire inter se medie acies possẽt. ¶ Ita deductis cornibus cũ ternis peditũ cohortibus: ternisq; equitum turmis: ad hoc uelitibus: citato gradu in hostẽ ducebãt: sequentibus aliis in obliquum. ¶ Sinus in medio erat. quia segnius hispanorum signa incedebant. & iam conflixerant cornua: cum quod roboris in acie hostium erat: Poeni ueterani Afriq;: nundum: ad teli coniectum uenissent. neq; ĩ cornua: ut adiuuarent pugnãtes: discurrere auderent: ne aperirent mediã aciem uenienti ex aduerso hosti. ¶ Cornua ancipiti p̃lio urgebantur. eques leuisq; armatura & Velites: circunductis aliis in latera incurrebant. Cohortes a fronte urgebant: ut abrũperent cornua a cetera acie. & tum ab om̃i parte haudquaq̃ par pugna erat: Tum q᷑ turba Baleariũ tyronũq; Hispa/norum: Romano Latinoq; militi obiecta erat. procedente iã die uires. etiã deficere Hasdrubalis exercitũ ceperant. oppressos matutino tumultu: coactosq;: priusq̃ cibo corpora firmarent: raptim in aciem exire. ¶ Ad id sedulo diem extraxerat Scipio: ut sera pugna eẽt. Nam a septima demum hora peditum signa cornibus incurrerũt. Ad medias acies aliquãto serius p̃uenit pugna. ut p̃us estus a meridião sole: laborq; stãdi sub armis: & simul fames: sitisq; corpora afficerent: q̃ manus cum hoste consererent. Itaq; steterunt scutis innixi. ¶ Nam super cetera elephanti etiã tumultuoso genere pugne equitum uelitumq;: & leuis armature cõsternati e cornibus in mediam aciem sese intulerant. ¶ Fessi igitur corporibus animisq; retulere pedem: ordines tñ seruãtes haud secus: q̃ si imperio Ducis cederet ĩtegra acies. Sed cũ eo ipso acrius: ubi inclinatã sensere: uictores se undiq; inueherent: nec facile impetus sustineri posset: q̃q̃ retinebat obsistebatq; cedentibus Hasdrubal: ab tergo esse colles: tutumq; receptum: si modice se reciperent: clamitans: tñ uincente uerecundiam metu: cũ proximus quisq; hostem cederet: terga ex tẽplo data: atq; in fugã sese omnes effuderunt. ¶ Ac p̃mo cõsistere signa in radicibus collium: ac reuocare in ordines militem ceperant: Contantibus in aduersum collem erigere aciem Romanis. ¶ Inde ut inferri impigre signa uiderunt: integrata fuga: in castra pauidi impelluntur: nec procul uallo Romanus aberat. Cepissetq; tãto impetu castra: nisi ex uehemẽti sole: qualis inter graues hymbre nubes effulget: tãta uis aque deiecta esset: ut uix in castra sua receperint se uictores. quosdã etiam religio ceperit: ulterius eo die quicq̃ conandi. ¶ Carthaginenses: q̃quam fessos labore: ac uulneribus nox hymberq; ad necessariam quietem uocabat: tñ quia metus & periculum: cessandi non dabat tempus: prima luce oppugnaturis hostibus castra: saxis undiq; circa ex propinquis uallibus congestis: augent uallum. munimento sese: quando in armis parum presidii foret: defensuri. ¶ Sed transitio Sotiorum: fuga: ut tutior mora uideret: fecit. ¶ Principiũ defectionis ab Attane Regulo Turdetanoꝝ

Post longum acerrimamq; pugnã tandẽ peni funduntur.

Peni quom se tutos in castris decrevissent defectione aliquorum territi aufugere

factum est. Is cum magna popularium manu transfugit. ¶ Inde duo munita oppida. cū p̄sidiis tradita a p̄fectis: Romano. ¶ Et ne latius: inclinatis semel ad defectionem animis: serperet res: silentio ꝓxime noctis Hasdrubal castra mouet. ¶ Scipio ut p̄ma luce: qui in statiōibus erāt: retulerūt ꝓfectos hostes: p̄misso eq̄tatu: signa ferri iubet. ¶ Adeoq; citato agmine ducti sunt: ut si uia recta uestigia sequētes issent: haud dubie assequuturi fuerint. sed ducibus est creditum: breuius aliud esse iter ad Betim fluuium: ut transeūtes aggredirent. ¶ Hasdrubal clauso transitu fluminis ad Oceanū flectit. & iam inde fugientium modo effusi abibant. Idq; ab legionibus Romanis aliq̄tum interualli fecit. eques leuisq; armatura: nunc a tergo: nunc a lateribus: occurrendo: fatigabat. morabatq;. Sed cū ad crebros tumultus signa cōsisterent: & nūc equestria: nunc cum uelitibus: auxiliisq; peditum prelia consererent: superuenerunt legiones. inde iam non pugna: sed trucidatio: uelut pecorum fieri: donec ipse dux fuge autor in proximos colles cū septem milibus ferme semiermiū euasit. ceteri cesi: captiq;. castra tumultuaria raptim Poeni tumulo editissimo communierunt. atq; inde cum hostis nequicq̄ subire iniquo ascēsu conatus esset: haud difficulter sese tutati sunt: sed obsidio in loco nudo: atq; inopi uix in paucos dies tolerabilis erat. Itaq; trāsitiones ad hostes fiebant. ¶ Postremo dux ipse nauibus acceptis: nec procul inde aberat mare: nocte: relicto exercitu: Gadis perfugit. ¶ Scipio: fuga ducis hostiū audita: x. milia peditū: mille equites reliquit Syllano ad castroꝝ obsidionē. ¶ Ipse cum ceteris copiis: septua/gesimis castris: protinus causis Regulorū: ciuitatūq; cognoscendis: ut p̄mia: ad ueram meritorum estimationem tribui possent: Tarraconem redit. ¶ Post profectionem eius: Masanissa cum Syllano clam congressus: ut ad noua consilia gentē quoq; suam obedientem haberet: cum paucis popularibus in Africam traiecit. Non tam euidēti: eo tempore: subite mutationis causa: q̄ documento: post id tempus constantissime ad ultimam senectam fidei: ne tum quidem eū: sine probabili causa fecisse. ¶ Mago inde remissis ab Hasdrubale nauibus: Gadis petit. ¶ Ceteri deserti ab ducibus pars trāsitiōe: pars fuga: dissipati: per proximas ciuitates sunt: nulla manus numero aut uiribus: insignis. ¶ Hoc maxie modo: ductu atq; auspitio Procōsulis Scipionis: pulsi Hispa/nia Carthaginēses sunt: quartodecimo anno: post bellū initū quīto postq̄ Procōsul Scipio Prouintiam & exercitum accepit. ¶ Haud multo post Syllanus debellatum referens: Tarraconem ad Scipionem redit. L. Scipio cū multis nobilibus captiuis: nuntius recepte Hispanie. Romam est missus. ¶ Et cū ceteri leticia: gloriaq; ingēti eam rem uulgo ferrent: unus qui gesserat: inexplebilis uirtutis: uereq; laudis paruum: instar eorum que spe: ac magnitudine animi cōcepisset: receptas Hispanias ducebat. Iam Africam magnāq; Carthaginē: & in suum decus: nomenq;: uelut consummatam eius belli gloriā spectabat. Itaq; p̄moliendas sibi ratus: iā res recōciliandosq; Regum: gentiumq; animos: Syphacem primum Regem statuit temptare. ¶ Massessulorum is Rex erat. ¶ Massessuli gens affinis Mauris: regionē Hispanie: maxie qua sita noua Carthago est: spectant. ¶ Fedus ea tempestate Regi cum Carthaginensibus erat. q̄ haud grauius ei sanctiusq; q̄ uulgo Barbaris: q̄bus ex fortuna pendet fides: ratus fore: oratorem ad eum. C. Lelium cum donis mittit. ¶ Quibus Barbarus letus: & quia res tū prospere ubiq; Romanis: Poenis autem in Italia aduerse: in Hispania nulle iā erant: amiciciam se Romanoꝝ accipere annuit. firmande eius fidem nec dare: nec accipere: nisi cū ipso coram duce Romano. ¶ Ita Lelius in id modo fide a Rege accepta: tutū aduentū fore: ad Scipionem redit. ¶ Magnū in omnia momentū Syphax affectāti res erat Africe. opulentissimus eius terre. bello iā exꝑtus ipsos Carthaginēses. finibus

etiam Regni apte ad Hispaniam: quo freto exiguo dirimuntur: positis. ¶ Dignam
itaq; rem Scipio ratus que quoniam non aliter posset: magno periculo peteretur:
L. Martio Tarracone: Syllano Carthagine noua: quo pedibus a Tarracone: itine-
ribus magnis: ierat: ad presidium Hispanie relictis: ipse cum. C. Lelio: duabus quinq;
remibus ab Carthagine profectus: tranquillo mari: plurimum remis: interdũ & leui
adiuuãte uento: in Africam traiecit. ¶ Forte ita incidit: ut eo ipso tẽpore Hasdrubal
pulsus Hispania: septem triremibus portũ inuectus: anchoris positis: terre applicaret
naues. Cum cõspecte due quinq;remes: haud cuiq̃ dubio: qn hostium eẽnt: opprimiq;
a pluribus priusq̃ portũ intrarent: possent: nihil aliud q̃ tumultũ: ac trepidationem
simul militum: ac nautarum: nequicq̃: armaq; & naues expedientium: fecerũt. ꝑcussa
enim ex alto uela: acriori uento: prius in portum intulerunt quinq;remes: q̃ Poeni
anchoras molirentur. nec ultra tumultum edere quis q̃ in regio portu audebat. Itaq;
prior in terram Hasdrubal: mox Scipio: & Lelius egressi: ad Regẽ ꝑgunt. ¶ Mag-
nificumq; id Syphaci: nec erat alias uisum: duorum opulentissimorum ea tẽpestate
Duces populoꝝ: uno die suã pacem amiciciãq; petẽtes: uenisse. utrunq; in hospitium
inuitat. Et quoniam sors eos sub uno tecto esse: atq; ad eosdem penates: uoluisset:
contrahere ad colloquium: dirimendarum simultatum causa: est conatus. Scipione
abnuente. haud priuatum sibi ullum cum Poeno odiũ eẽ: quod colloquẽdo finiret.
aut de Re P. se cum hoste agere quicq̃: iniussu Senatus posse. ¶ Illud mognopere
tendente Rege: ne alter hospitum exclusus mensa uideretur: ut in animũ induceret:
ad easdem uenire epulas: haud abnuit. Cenatũq; simul apud Regem ẽ. ¶ Et eodem
etiam lecto Scipio: atq; Hasdrubal: quia ita cordi erat Regi: accubuerunt. ¶ Tanta
aũt inerat comitas Scipiõi: atq; ad oĩa naturalis ĩgenii dexteritas: ut nõ Syphacẽ
modo Barbarum: insuetũq; omnibus moribus Romanis: sed hostẽ etiã infestissimũ
facunde alloquendo: sibi consiliaret. mirabilioremq; sibi eum uirum: congresso coram
uisum: pre se ferebat: q̃ bello rebus gestis: nec dubitare: quin Syphax: regnumq; eius
iam in Romanorum essent potestate. eam artem illi uiro ad cõsiliandos animos esse.
Itaq; non quomodo Hispanie amisse sint: querendum magis Carthaginensibus esse:
q̃ quomodo Africam retineant cogitandũ nõ ꝑegrinabũdum neq; circa amoenas
oras uagantem tantũ Ducem Romanum: relicta Prouincia noue ditionis: relictis
exercitibus: duabus nauibus in Africam traiecisse: & commisisse sese in hostilẽ terrã
in potestatem Regiam: in fidem inexpertam: sed potiunde Africe spem affectãtem.
hoc eum iam pridem uolutare in animo. hec palam fremere: ꝙ non quemadmodum
Annibal in Italia: Sic Scipio: in Africa bellum gereret. ¶ Scipio foedere icto cum
Syphace: ꝓfectus ex Africa dubiisq; : & plerisq; seuis ĩ alto iactatus uẽtis: die quarto
noue Carthaginis portũ tenuit. ¶ Hispanie: sicut a bello Punico quiete erant: Ita
quasdam ciuitates propter cõsciẽtiam culpe metu magis: q̃ fide: quietas eẽ apparebat.
quarũ maxĩe insignes: & magnitudĩe: & noxa Illiturgia. & Castulo erãt. ¶ Castulo
cum prosperis rebus socii fuissent: post cesos cum exercitibus Scipiones: defecerat ad
Poenos. ¶ Illiturgitani prodẽdis qui ex illa clade ad eos ꝑfugerunt: interficiendisq;:
scelus etiã defectioni addiderunt. ¶ In eos populos ꝑmo aduẽtu: cũ dubie Hispanie
essent: merito magis: q̃ utiliter: seuitum esset. tunc iam tranquillis rebus: quia tempus
expetẽde pene uidebatur uenisse: Accitum ab Tarracõe. L. Martiũ cũ tertia parte
copiarum ad Castulonẽ oppugnandã mittit. Ipse cũ cetero exercitu quintis ferme
ad Illiturgiam castris peruenit. ¶ Clause erant porte. omniaq; instructa & parata ad
oppugnationem arcendam: adeo conscientia quid se meritos scirent: pro indicto eis

Scipio et Hasdrubal eodem die
Atq; hora ad Regem Syphacem ꝑuenerũt
et cenant una ĩ eadem mẽsa

Hasdrubal suspirat Scipionẽ agitare
aĩo q̃ parto tota Africa potiat̃

Scipio icto federe cũ Syphace nauibꝫ duabꝫ
nouã carthaginem aduehitur

Scipio Illiturgiã obsedit missꝯ ꝑius
L. Martio ad obsidendũ castulonem

bello fuerat. ¶ Hinc & hortari milites Scipio orsus ē. ipsos claudendis portis indicasse Hispanos: quid ut timerent: meriti essent. Itaq; multo infestioribus animis cum eis: q̃ cum Carthaginensibus: bellum gerendum esse. quippe cū illis sine ira prope de Imperio & gloria certari. ab iis perfidie & crudelitatis: & sceleris: poenas expetēdas eē. euenisse tempus: quo & nephandā cōmilitonum necem: & in semetipsos: si eodem fuga delati forent: instructā stragem: ulciscerent̄. & in omne tēpus graui documento sancirēt: ne qsunq̃ Romanū ciuē: militēq; in ulla fortuna opportunū iniurie duceret. ¶ Ab hac exhortatione Ducis incitati: scalas electis per manipulos uiris diuidunt. partito exercitu ita: ut parti alteri Lelius p̄esset Legatus: Duobus simul locis ācipiti terrore urbem aggrediunt̄. ¶ Non dux unus: aut plures principes oppidanos: sed sua ipsorū conscientia: culpe metus ad defedendam impigre urbem hortatur. & meminerant & monebant alios: supplicium ex se: non uictoriam: peti. ubi quisq; mortem oppeteret: id referre: utrum in pugna: & in acie: ubi mars communis: & uictum sepe erigeret: & affligeret uictorem. an postmodū grauata: & diruta urbe ante ora captarū cōiugū: liberorūq; inter uerbera: & uincula omnia feda: atq; indigna passi: expirarent. Igitur non militaris modo etas: aut uiri tm̄: sed femine quoq;: puerique: supra animi: corporisq; uires: adsunt. pugnantibus tela ministrant. saxa in muros munientibus gerunt. non libertas sola agebatur: que uirorum fortium tantū pectora acuit: sed ultima omibus supplitia: & feda mors: ob oculos erat. ¶ Accendebantur animi: & certamine laboris: ac periculi: atq; ipso inter se conspectu. Itaq; tanto ardore certamen initum est: ut domitor ille totius Hispanie exercitus: ab unius oppidi iuuētute sepe repulsus a mu/ris: haud satis decoro p̄lio trepidaret. ¶ Id ubi uidit Scipio: ueritus ne uanis conatibus tot suorum: hostium cresceret animus: & segnior miles fieret: sibimet conandum: ad hanc partem periculi capessendam: esse ratus: increpita ignauia militum: ferri scalas iubet. & seipsum: si ceteri cōtent̄: assensurū minat̄. ¶ Iā suberat haud mediocri p̄iculo moenia: cum clamor undiq;: ab sollicitis uicem imperatoris militibus: sublatus: scaleq; multis partibus simul erigi cepte. ¶ Et ex altera parte lelius institit. Tū uicta oppi/danorum uis: deiectisq; propugnatoribus: occupantur muri. ¶ Arx etiam ab ea parte qua inexpugnabilis uidebatur: inter tumulum capta est. ¶ Transfuge Afri: qui tum inter auxilia Romana erant: & oppidanis in ea tuenda: unde periculum uidebatur: uersis: & Romanis subeūtibus scalis moenia. qua adire poterāt: cōspexerūt editissimā urbis partem: que rupe alta tegebatur: neq; opere ullo munitam: & a defensoribus uacuam. ¶ Leuium corporū homines: & multa exercitatione p̄ritium: clauos secum ferreos portātes: qua per inequaliter eminētia rupis poterant: scandunt. sic ubi nimis arduum: & leue saxum occurrebat: clauos per modica interualla figentes: cum uelut gradus fecissent: primi: sequētes extrahētes manu: Postremi: subleuātes eos: qui p̄irent in summum euadunt. inde decurrunt cū clamore in urbem iā captam ab Romanis. ¶ Tum uero apparuit ab ira: & odio urbem oppugnatam esse: nemo capiendi uiuos nemo patentibus ad direptionem omnibus: prede memor est. trucidant inermes iuxta atq; armatos. feminas pariter ac uiros. ¶ Usq; ad infantium cedem ira crudelis p̄uenit. ¶ Ignem deinde tectis iniiciūt: ac diruunt: que incēdio absumi nequeunt. Adeo uesti/gia quoq; urbis extinguere: ac delere memoriā hostiū sedis: cordi est. ¶ Castulonem inde Scipio exercitum ducit: q̃ urbem non Hispani modo cōuene: sed punici etiam exercitus ex dissipata passim fuga reliquie: tutabant̄. sed aduētū Scipionis p̄uenerat fama cladis Illiturgitanorum. terrorq; deinde: ac desperatio inuaserat: & in diuersis causis: cum sibi quisq; consultum: sine alterius respectu: uellet: primo tacita suspitio:

Scipio milites hortatur ad ulciscendos hostes.

oppidanorum animus in hostes

Defenduntur oppidani uiri mulieresque summa ui hostibus [illegible]

Illiturgia capta interficiuntur omnes: urbs incenditur.

deinde aperta discordia secessionem inter Carthaginenses: atq; Hispanos fecit. His: Cerdubellus propalam deditionis autor. Himilco Punicis auxiliaribus pērat. quos: urbemq; fide clam accepta: Cerdubellus Romano prodit. ¶ Mitior ea uictoria fuit. nec tantundem noxe admissum erat: & aliquantum ire lenierat uoluntaria deditio. ¶ Martius inde in Barbaros: si qui nondum perdomiti erant: sub ius deditionemq; redigendos: missus. ¶ Scipio Carthaginē ad uota soluēda diis: munusq; gladiatorium: quod mortis causa patris. patruiq; parauerat: edendū redut. ¶ Gladiato4 spectaculū: fuit: nō ex eo genere hominum: ex quo lanistis cōparare mos est seruorum delectu. ac libeo4 q uenalē sanguinē habent. ¶ Volūtaria omīs: & gratuita opera pugnātiū fuit. ¶ Nam alii: missi ab Regulis sunt: ad specimen insite genti uirtutis ostendēdum. ¶ Alii: ipsi professi se pugnaturos in gratiam Ducis. ¶ Alios emulatio & certamen: ut prouocarēt: ꝑuocati ue haud abnuerēt: traxit. ¶ Quidā: quas disceptādo cōtrouersias finire nequiuerant: aut noluerant: pacti inter se: ut uictorē res sequeretur: ferro decreuerūt. ¶ Neq; obscuri generis homīes: sed clari illustresq; Corbis & Orsua patrueles fratres: de principatu ciuitatis quē Ibem uocabāt: ambigētes: ferro se certaturos professi sunt. Corbis maiore erat etate. Orsue pater Prīceps proxime fuerat: a fratre maiore: post mortē eius: Principatu accepto. ¶ Cum uerbis disceptare Scipio uellet: ac sedare iras: negatū id ambo dicere cōmunibus cognatis. nec aliū deo4 hōinum ue q̄ Martē se iudicē habituros esse. ¶ Robore maior: minor flore etatis ferox: mortē in certamine: q̄ ut alter alterius Imperio subigeretur: preoptantes: cū ab tanta rabie dirimi nequirē t: insigne spectaculum exercitui prebuere. documentumq;: quantum cupiditas Imperii malum inter mortales esset. ¶ Maior usu armorum: & astu: facile stolidas uires minoris superauit. ¶ Huic gladiatorum spectaculo ludi funebres additi pro copia: & ꝓuintiali: & castrensi apparatu. ¶ Res interim nihilominus a Legatis gerebantur. ¶ Martius superato Bete Amni quē incole appellant Cirtim: duas opulentissimas ciuitates: sine certamīe: in deditionē accepit. ¶ Astapa urbs erat Carthaginensiū semp partis: neq; id tā dignum ira erat: q̄ ꝙ extra necessitates belli: ꝑcipuum in Romanos gerebant odium. nec urbem. aut situ: aut munimento tutam habebant: que ferociores iis animos faceret: sed ingenia incolarū latrocinio leta: ut excursiones in finitimū agrum Sotiorū Populi Romani facerent: impulerant. & uagos milites Romanos: lixasq;: & mercatores: exciperēt. ¶ Magnū etiā Comitatū: qa paucis parū tutū fuerat: transgrediētem fines: positis insidiis: circūuentū iniquo loco: interfecerūt. Ad hanc urbem oppugnandam: cum admotus exercitus esset: oppidani conscientia scelerum: qa nec deditio tuta: ad tā infestos uidebatur: nec spes moenibus aut armis tuende salutis erat: facinus in se: ac suos fedum: ac ferum: consciscunt. locum in forum destinant: quo preciosissima rerum suarum congererent. super eum tumulū cōiuges: ac liberos considere cum iussissent: ligna circa extruunt. fascesq; uirgulto4 cōiciunt. quinquaginta deinde iuuenibus armatis precipiunt: ut donec incertus euentus pugne esset: presidium eo loco fortunarum suarum: corporumq;: que cariora fortunis eēnt: seruarent. ¶ Si rem inclinatam uiderent: atq; in eo esse iam: ut urbs caperetur: scirent omnes: quos euntes in prelium cernerent: mortem in ipsa pugna obituros. illos se per deos superos: inferosq; orare. ut memores libertatis: que illo die: aut morte honesta: aut seruitute infami: finiēda eēt: nihil relinquerēt: in quod seuire iratus hostis posset. ferrū: ignēq; in manibus esse. amice ac fideles potius ea: que peritura forēt: absumerēt manus: q̄ insultarent superbo ludibrio Hostes. ¶ His adhortationibus execratio dira adiecta: si quem a proposito spes: mollicia ue animi flexisset. inde concitato agmine:

Capit castulo p deditionem

Scipio uotos ludos et gladiatorum munus pro patre patruoque Carthagine facit

VRBS ASTAPA CARTHA SEM PARTIU

patentibus portis: ingenti cum tumultu: erumpunt. Neq; erat ulla satis firma statio opposita. quia nihil minus: q̃ ut egredi moenibus auderēt: timeri poterat. ¶ Perpauce equitū turme: leuisq; armatura repēte e castris ad ip̄m emissa occurrit. acrior impetu atq; animis: q̃ cōpositior ullo ordine pugna fuit. Itaq; pulsus eques: qui primus hosti se obtulerat: terrorē intulit leui armature. pugnatūq; sub ipso uallo foret. ni robur legionū p exiguo ad instruendū dato tēpore: aciē direxisset. ¶ Ibi quoq; trepidatū parumper circa signa est. cū ceci furore in uulnera ac ferrū uecordi audacia ruerent. ¶ Deinde uetus miles: aduersus temerarios impetus: pertinaci cede primoꝝ: in sequētis suppressit Conatus. paulo post ultro inferēs pedem: ut neminē cedere: atq; obstinatos mori in uestigio quēq; suo uidit: patefacta acie: quod ut facere posset: multitudo armatorum facile suppeditabat: cornua hostium amplexus: in orbem pugnantes: ad unum: omnes occidit. ¶ Atq; hec tamē hostium iratorum: ac tn̄ maxime dimicātium iure belli inarmatos: repugnantesq; edebātur. ¶ Fedior alia in urbe trucidatio erat: Cum turbam feminarum: puerorumq; imbellem inermemq;: ciues sui cederent: & in succēsū rogū semianima pleraq; inicerent corpora. riuiq; sanguinis flammā orientē restringuerēt. ¶ Postremo ipsi cede miseranda suorū fatigati: cū armis medio incēdio se iniecerunt. ¶ Iam cedi perpetrate uictores Romani supuenere. Ac p̄mo cōspectu tam foede rei mirabundi: parumper obstupuerunt. ¶ Deinde cum aurum argentūq; cumulo rerum aliarū interfulgens: auiditate ingenii humani: rapere ex igne uellent: correpti alii flamma sunt. alii ambusti afflatu uaporis: cum receptus primis: urgente ingenti turba: non esset. Ita Astapa sine preda militum: ferro igniq; absumpta est. ¶ Martius ceteris regionis eius metu in deditionē acceptis: uictorem exercitū Carthaginē ad Scipionē reduxit. ¶ Per eos ipsos dies ꝑfuge a Gadibus uenerūt: pollicētes urbem: Punicumq; presidium: quod in ea urbe esset: & Imperatorē presidii cū classe prodituros esse. ¶ Mago ibi ex fuga substiterat. nauibusq; in oceano collectis aliq̄tū auxiliorum: & transfretū ex Africa ora: & ex proximis Hispanie locis ꝑ Hānonē Prefectum coegerat. ¶ Fide accepta: dataq; perfugis: & Martius eo cum expeditis cohortibus: & Lelius cū septem triremibus: quinq;remi una: est missus: ut terra: mariq; communi consilio rem gererent. ¶ Scipio ipse graui morbo implicitus: grauiore tn̄ fama: cū ad id quod quisq; audierat: insita hominibus libidine alēdi de industria rūores: adiceret aliquid: Prouintiam omnē: ac maxime longinqua eius turbauit: apparuitq; quantam excitatura molem uera fuisset clades: Cum uanus rumor tantas procellas exciuisset: non socii in fide: non exercitus in offitio: māsit. ¶ Mandonius: & Indibilis: quibus: quia regnū sibi Hispanie expulsis inde Carthaginensibus destinarant animis: nihil prospere contīgebat: Concitatis popularibus: Lacetani aūt erant: & iuuētute celtiberorum excita: agrum Suesitanum: Sedetanūq; Sotiorum Populi Romani hostiliter depopulati sunt. ¶ Ciuilis alius furor ī castris ad Sucronē ortus. ¶ Octo ibi milia militum erant: presidiū gentibus: que cis Hiberū incolūt: impositū. ¶ Mote eorum autem mentes sunt: non tum: cum primum de uita Imperatoris dubii rumores allati sunt: sed iam ante: licentia ex diutino: ut fit: ocio: collecta. & non nihil: q̄ in hostico laxius rapto suetis uiuere: arctiores in pace res erant. ¶ Ac p̄mo sermones tm̄ occulti serebantur: si bellū in Prouintia esset: quid sese inter pacatos facere? si debellatum iā: & cōuecta Prouintia esset: cur in Italiam non reuehi? ¶ Flagitatū quoq; stipendium procacius: q̃ ex more: & modestia militari erat. ¶ Et a custodibus ꝓbra in circuneuntis uigilias Tribunos iacta. ¶ Et noctu quidam predatum in agrū circa pacatum ierant. ¶ Postremo interdiu: ac ꝓpalam: sine commeatu: ab signis abibant.

SCIPIONIS MORBUS multa mala peperit.

Omnia libidine ac licentia militum: nihil instituto: aut disciplina militie: aut Impio eorum: qui preerant: gerebatur. ¶ Forma tamen Romanorum castrorum constabat: una ea spe: quod Tribunos ex contagione furoris: haud expertes seditionis: defectionisque rati forent. & iura reddere in principiis sinebāt. & signū ab eis petebāt. & instationes: ac uigilias ordine ibāt. ¶ Et ut uim Imperii abstulerāt: Ita speciē dicto parētium: ultro ipsi imperantes: seruabant. ¶ Erupit deinde seditio: postq̄ reprehendere: atque improbare Tribunos ea: que fierent: & conari obuiā ire: & ꝓpalam abnuere furoris eorū se futuros sotios: senserunt. ¶ Fugatis itaque ex principiis: ac paulo post e castris Tribunis: ad principes seditionis: gregarios milites C. Albium Calenum: & C. Atrium Vmbrium: delatum: omnium consensu: Imperium. qui nequaq̄ Tribuniciis cōtenti ornamētis: insignia etiā summi Imperii: fasces securesque: attrectare ausi. neque iis uenit in mentem: suis tergis: suisque seruicibus uirgas illas: securesque imminere: quas ad metum aliorum ꝑferrent. ¶ Mors Scipionis falso credita: obcecabat animos. sub cuius uulgatā iam famam: non dubitabant totā Hispaniam arsuram bello. In eo tumultu: & sotiis pecunias imperari: & diripi propinquas urbes: posse. & turbatis rebus: cū oīa omnes auderent: minus insignia fore: que ipsi fecissent. ¶ Cum alios subinde recentes nuntios: non mortis modo: sed etiā funeris expectarēt: neque superueniret quis q̄: euanesceretque temere ortus rumor: tum primi autores requiri cepti. ¶ Et subtrahentes se quoque: ut credidisse potius temere q̄ finxisse rem talem: uideri possent: destituti duces: iam sua ipsi insignia & pro uana imagine imperii: quod gererent: ueram iustamque mox in se uersuram potestatem. hec horrebant. ¶ Stupenti ita seditioni cū uiuere primo: mox etiam ualere Scipionem certi autores afferrent: Tribuni militum septem: qui ab ipso Scipione sunt missi: superuenerunt. ¶ Ad quorū primū aduentum exasperati animo mox ipsis placido sermone permulcentibus notos: cum quibus congressi erant: leniti sunt: circūeuntes enim tentoria primo: deinde in principiis: pretorioque: ubi sermones inter se serentium circulos uidissent: alloquebant. percontantes magis: que causa ire consternationisque subite foret: q̄ factum accusantes. ¶ Vulgo stipendium nō datum ad diem: iactabatur. ¶ Et cū eodem tempore: quo scelus Illiturgitanorū extitisset: post duorum Imperatorum: duorumque exercituum stragem: sua uirtute defensum nomen Romanū. ac retenta prouintia esset: Illiturgitanos poenam noxe meritam habere suis recte factis gratiam: qui exsoluat: nō esse. ¶ Talia querentes: equa orare: seque ea relatos ad Imperatorem: respondebant. ¶ Letari quod nihil tristius: nec insanabilius: esset. ¶ Et. P. Scipionē Proconsulē deū benignitate: & Rem P. esse gratie referēde. ¶ Scipionem bellis adsuetum: ad seditionum procellas rudem: sollicitum habebat res: ne aut exercitus peccando: aut ipse puniendo: modum excederet. ¶ In presentia: ut cepisset: leniter agi placuit. ¶ Et missis circa stipēdiarias ciuitates exactoribus: stipēdii spem propinquam facere. ¶ Edictum subinde positum: ut ad stipendium petendum conuenirent Carthaginē: seu carptim partes: seu uniuersi mallēt. ¶ Tranquillā sediti/onem iā per se languescentem: repētina quies rebellantiū Hispanorum fecit. redierāt enim in fines: omisso incepto: Mādonius: & Indibilis: postq̄ uiuere Scipionē allatū est: nec iam erat aut ciuis: aut externus: cum quo furorem suum consotiarent: omnia circunspectantes consilia nihil reliqui habebant: preter unum: tutissimum: a malis consiliis receptum: ut Imperatoris: uel iuste ire: uel non desperande dementie: sese committerent. etiā hostibus eū ignouisse: cū quibus ferro dimicasset: suā seditionem: sine uulnere: sine sanguine: nec ipsam atrocem: nec atroci poena dignam. ut ingenia humana sunt ad suam cuique leuandam culpam: nimio plus facunda. ¶ Illa dubitatio

erat: singule ne cohortes: an uniuersi ad stipendium petendum irent. ¶ Inclinauit eo sententia: quod tutius censebãt: uniuersos ire. ¶ Per eosdem dies: quibus hec illi cõsul/tabant: consilium de iis Carthagine erat: certabaturq; sententiis: utrum in autores tm̃ seditionis (Erant aũt ii numero: haud plus q̃. v. & .xxx.) animaduerteretur: an pluriũ supplitio uindicanda tã fedi exempli: defectio magis: q̃ seditio: esset. ¶ Vicit sentẽtia lenior: ut unde culpa esset orta: ibi poena consisteret. ¶ Ad multitudinem satis esse castigationẽ. ¶ Consilio dimisso: ut id actũ uideretᷓ: expeditio aduersus Mãdonium: Indibilemq; edicitur exercitui: qui Carthagine erat. & cibaria dierũ aliquot parare: iubentur. ¶ Tribunis septem: qui antea Sucronem ad leniendam seditionem ierant: obuiã exercitui missis: qna nomina principũ seditionis edita sunt· ut eos per idoneos homines benigno uultu: ac sermone in hospitium inuitatos: sopitosq; uino: uicirent. ¶ Haud procul iam Carthagine aberant: Cum ex obuiis auditũ: postero die omnem exercitum cũ Syllano: in Lacetanos proficisci: non metu modo omni: qui tacitus insidebat animis: liberauit eos: sed licentiam ingentem fecit: ꝙ magis habituri solum Imperatorem: q̃ ipsi futuri in potestate eius essent. ¶ Sub occasu solis urbem ingressi sunt. exercitumq; alterum parantem omnia ad iter: uiderunt. ¶ Excepti sermonibus de industria compositis: letum: opportunumq; aduentum eorum. Imperatori esse: ꝙ sub ipsam profectionem alterius exercitus uenissent: corpora curent. A Tribunis: sine ullo tumultu: autores seditionis ꝑ idoneos homines inducti in hospitia: cõprehẽsi: ac uincti sunt. Vigilia quarta impedimenta exercitus: cuius simulabatᷓ iter: ꝓficisci cepere. ¶ Sub lucem signa mota: & ad portam retẽtum agmen: custodesq; circa om̃es portas missi: ne quis egrederetur. ¶ Vocati deinde ad Contionẽ: qui pridie uenerant: ferociter in forũ. ad tribunal Imperatoris: ut ultro territuri succlamationibus con/currunt. ¶ Simul & Imperator ascendit. & reducti armati a portis inermi se Contiõi ab tergo circũfuderũt. ¶ Tũ om̃is ferocia considit. &: ut postea fatebantᷓ: nihil eq; eos terruit: q̃ ꝑter spem: robor: & color Imperatoris: quem affectũ uisuros crediderant. uultusq;: qualem ne acie quidem aiebant meminisse. ¶ Sedit tacitus paulisper: donec nuntiatum est: deductos in forum autores seditionis. parata iam omnia esse. ¶ Tum silẽtio per preconẽ facto. ita cepit. ¶ Nunq̃ mihi defuturam orationẽ qua exercitũ meum alloqueretᷓ: credidi. nõ quo uerba unq̃ potius: q̃ res exercuerim. sed quia ꝓpe a puericia ĩ castris habitus: assueueram militaribus ingenius. apud uos quemadmodum loquar: nec consilium: nec oratio suppeditat: quos nec quo nomine quidẽ appellare debeam: Scio. ciues? qui a patria uestra desciuistis? an milites? qui imperiũ auspitiũq; abnuistis? sacramenti religionem rupistis? hostes? corpora: ora: uestitũ: habitũ ciuiũ: agnosco. facta: dicta: cõsilia: animos: hostiũ uideo. Quid. n. uos: nisi qđ Illergites: & Lacetani: aut optastis aliud? aut sperastis? & illi tũ Mandoniũ: atq; Indibilẽ Regie nobilitatis uiros: duces furoris sequuti sunt. uos auspitium: & imperiũ: ad Vmbrium Actium: & Calenum Albiũ detulistis. Negate uos omnes id fecisse: aut factũ uoluisse milites. paucorum eum furorem: atq; amentiam esse. libenter credam negantibus. nec enim ea sunt commissa: que uulgata in omnem exercitum: sine piaculis ingentibus expiari possint. Inuitus ea tãq̃ uulnera: attingo sed nisi tacta: tractataq; sanari non possunt. ¶ Equidem pulsis Hispania Carthaginensibus: nullum locũ tota Prouintia: nullos homines credebã esse: ubi uita inuisa esset mea. sic me non solũ aduersus Socios gesseram: sed etiam aduersus hostes. In castris meis heu quantum me opinio fefellit: fama mortis mee: non accepta solũ: sed etiã expectata est: nõ ꝙ ego uulgari facinus per omnes uelim. Equidem si totum exercitum meũ mortem mihi optasse crederẽ:

Capiuntur seditionis auctores

Scipionis oro contra milites qui defecerat ab eo falso eius morte uulgata

hic stati ante oculos uestros morerer. nec me uita iuuaret inuisa ciuibus: & militibus meis. sed multitudo omnis: sicut natura maris: per se immobilis est. ut uenti: & aure cient: ita aut tranquillū: aut procelle in uobis sunt. & causa: atq; origo: omīs furoris penes autores est. uos cōtagione insanistis. quin mihi ne hodie quidem scire uidemini: quo amentie progressi sitis. Quid facinoris in me: quid in patriā: parētesq;: ac liberos uestros: quid in deos: sacramenti testes? quid aduersus auspitia: sub qbus militatis: quid aduersus morē militie: disciplināq; maiorum: quid aduersus summi Imperii maiestatē ausi sitis: de meipso taceo: temere potius: q̄ auide: credideritis. ¶ Is deniq; ego sim cuius imperii toedere exercitū: minime mirandū sit. patria quid de uobis meruerat? quam cum Mandonio & Indibili consotiando consilia prodebatis? Quid Populus Ro.? cuius Imperium ablatum a Tribunis: suffragio Populi creatis: ad homines priuatos detulistis? cū eo ipso non cōtenti: si pro Tribunis eos haberetis: Fasces Imperatoris uestri: ad eos quibus seruus cui imperarēt: nunquā fuerat: Romanus exercitus detu/listis. In Pretorio tetenderunt Albius: & Actius. classicum apud eos cecinit. signū ab iis petitū ē. Sederunt in tribunali Proconsulis P. Scipionis. lictor apparuit. sūmoto eo incesserūt: fasces cū securibus prelati sunt. ¶ Lapides pluere: & fulmina iaci de celo: Et insuetos fetus animalia edere uos portenta esse putatis. Hoc est portētum: quod nullis hostiis: nullis supplicationibus: sine sanguine eoꝝ: qui tantum facinus ausi sunt: expiari possit. Atq; ego: q̄q̄ nullum scelus rationē habet: tamen ut in re nefaria que mens: quod consilium uestrum fuerit: scire uelim. ¶ Regium quondam in presidium missa legio: interfectis per scelus principibus ciuitatis: urbem opulentam: per decem annos tenuit. propter quod facinus: tota legio: milia hominū quattuor: ī foro Ro. securi percussi sunt. nec cum Pyrrho: nec cū Samnitibus: nec cū Lucanis: hostibus Populi Ro. se cōiunxerant. ¶ Vos cum Mandonio: & Indibili cōsilia cōmunicastis. & arma consotiaturi fuistis. Illi sicud Campani Capuam Tuscis ueteribus cultoribus ademptam: Mamartini in Sicilia Messanam: Eam: sicut regium habituri ꝑpetuam sedem erant: nec Populum Romanum: nec Sotios Populi Romāi ultro lacessituri bello ¶ Sucronem: nec uos domicilium habituri eratis: ubi si uos: discedens confecta prouintia: Imperator relinquerem: deum: hominumq; fidem implorare debebatis. ꝙ non rediretis ad coniuges: liberosq; uestros. sed horum quoq; memoriam: sicut patrie meiq; eieceratis ex animis uestris. ¶ Viam consilii scelerati: sed non ad ultimū demētis: exeq uolo. me ne uiuo: & cetero īcolumi exercitu: cū quo ego uno die Carthaginē cepi: cū quo quattuor Imperatores exercitus Carthaginēsium fudi: fugaui: Hispa/nia expuli: uos octo milia hominum: maioris certe omnes ꝑtii: q̄ Albius & Vmbrius sunt: quibus uos subiecistis: Hispaniam Prouintiam Populo Romāo. erepturi eratis? amolior: & amoueo nomen meum: nihil ultra facile creditam mortē meam: a uobis uiolatus sim. Quid si ego morerer: mecum expiratura Res Pu. mecū casurū imperiū erat? ne istud Iupiter Optimus Maximus sinat: Vrbem auspicato: diis ductoribus in eternū conditam: huic fragili: & mortali corpori equalem eē. Flāmineo Paulo: A. graccho. ¶ Postumio Albino. M. Marcello. T. Quintio Crispino. C. Fuluio Scipionibus meis: tot tam preclaris Imperatoribus uno bello absumptis: superstes ē. eritq; Res P. mille aliis: nunc ferro: nūc morbo: morientibus. meo unius funere elata Populi Ro. Res Pu. esset? uos ipsi hic in Hispania patre: & patruo meo: duobus Imperatoribus interfectis: Septimum Martium Ducem uobis: aduersus exultantes recēti uictoria Poenos delegistis. & sic loquor tāq̄ sine duce Hispanie future fuerit. M. Syllanus eodem iure: eodem Imperio mecum in Prouintiam missus: L. Scipio

frater meus: & C. Lelius legati uindices Maiestatis Imperii deessent? utrū exercitus exercitui: an duces ducibus: an dignitas: an causa: comparari poterat? quibus si oĩbus superiores essetis: arma contra patriam: contra ciues uestros: ferretis? Africam Italie: Carthaginē Urbi Romane: imperare uelletis? quā ob noxam patrie? ¶ Coriolanū quondam damnatio iniusta. miserum & indignum exsilium: ut iret ad oppugnādam patriā: impulit: reuocauit tamen a publico parricidio priuata pietas: uos: qui dolor: que ira: incitauit? stipendium ne diebus paucis Imperatore egro serius numeratum: satis digna causa fuit: cur patrie indiceretis bellū? cur ad Ilergetes descisceretis a po. ro? Cur nihil diuinarū: humanarū ue rerum inuiolatum uobis eēt? Insanistis pfecto milites. nec maior in corpus meū uis morbi: q̃ in uestras mētes inuasit ¶ Horret animus referre quid crediderit homines: quid sperauerit: quid optauerint. auferat oĩa irrita obliuio si potest. si non: ut cunq; silentiū tegat ¶ Nō negauerim tristē: atrocemq; uobis uisam orationē meā. Quanto creditis facta uestra atrociora esse: q̃ dicta mea? & me quod fecistis: pati equum censetis: uos ne dici quidem omnia equo animo feretis? sed ne ea quidē ipsa ultra exprobrabunt. Utinā tā facile uos obliuiscamini eorum: q̃ ego obliuiscar ¶ Itaq;: quod ad uos uniuersos attinet: si erroris poenitet: satis: superq; poenarum habeo. Albius Calenus: & Actius Umbrius: & ceteri nefarie seditionis auctores: sanguine luent: quod admiserunt. uobis supplitii eoꝝ spectaculū: non modo nō acerbum: sed letum etiā: si sana mens redit: debet esse. De nullis enim: q̃ de uobis infestius aut inimicicius consuluerunt ¶ Vix finem dicēdi fecerat: cum ex preparato simul omnium terror oculis: auribusq; est effusus. ¶ Exercitus qui corona contionem circundederat: gladiis ad scuta concrepuit. ¶ Preconis audita uox citātis nomina damnatorum in consilio ¶ Nudi in medium protrahebantur. & simul omnis apparatus supplitii expromebatur. Deligati ad palum: uirgisq; cesi: & securi percussi: adeo torpētibus metu: qui aderant: ut nō modo ferocior uox aduersus atrocitatem poene: sed ne gemitus quidē exaudiretur. ¶ Tracti inde de medio oēs: purgatoq; loco citati milites nominatim apud Tribunos Militum in uerba P. Scipionis iurauerūt. Stipendiumq; ad nomen singulis persolutū est. ¶ Hunc finē exitūq; seditio militum cepta apud Sucronem habuit. ¶ Per idē tēpus ad Betim fluuium Hanno pfectus a Magone missus a Gadibus cū parua manu Afrorū: mercede Hispanos sollicitādo ad. iiii. milia iuuenū armauit ¶ Castris deinde exutus: ab. L. Martio: maxima parte militum inter tumultum captorum castrorum: quibusdā & in fuga amissis: palatos persequente equite: cum paucis ipse effugit. ¶ Dum hec ad Betim fluuium geruntur: Lelius interim freto in Oceanum euectus: ad Carteiam classe accessit. ¶ Urbs ea in ora oceani sita est: ubi primū e faucibus angustis pandit mare. Gadis sine certamine per deditionem recipiendi: ultro: qui eam rem pollicerentur: in castra Ro. uenientibus spes: sicut ante dictū est: fuerat. Sed patefacta immatura proditio ē. Comphensosq; oēs Mago Adherbali Pretori Carthaginē deuehēdos tradit ¶ Adherbal cōiuratis in quinq;remem impositis: premissaq; ea: quia tardior: q̃ triremis erat: Ipse cum octo triremibus modico interuallo sequitur. Iam fretum intrabat quinq;remes cū Lelius & ipse in quinq;remi ex portu Carteie sequētibus septē triremibus euectus: in Adherbalem: ac triremes inuehitur: quinq;remem satis credens deprehensam rapido in freto in aduersum estum reciprocari non posse. ¶ Poenus in re subita parumper incertus trepidauit: utrū quinq;remem sequeretur: an in hostis rostra cōuerteret. ipsa cōtatio facultatē detractande pugne adiecit. Iam enim sub ictu teli erant: & undiq; instabāt hostes ¶ Estus quoq; arbitrium moderandi naues ademerat. neq; erat nauali pugne

Puniunt capita defectionis

Hanno funditur a ro.

Gadium proditio patefacta. capti auctores & carthaginem missi

similis. quippe ubi nihil uoluntarium: nihil artis: aut consilii: esset. una natura freti: estusq; tocius certaminis potens suis aliensq; nauibus: nequicq̃ remigio in cõtrarium tendentes inuehebat. ut fugientem nauem uideres retro uertice intortam: uictricibus illatam. & sequentem: si in contrarium tractum incidisset maris: fugientis modo: sese auertentẽ. Iam in ipsa pugna hec: cũ infesto rostro peteret hostium nauẽ: obliqua ipsa ictum alterius rostri accipiebat. Illa cum transuersa obiiceretur hosti. repente intorta in proram circũagebat. Cum inter triremes: fortuna regente: anceps ꝑlium misceretur: quinqueremis Romana: seu pondere tenatior: seu pluribus remorum ordinibus scindẽtibus uertices: cum facilius regeretur: duas triremes suppressit. unius ꝑlata impetu: lateris alterius remos detersit. ceterasq;: quas indepta esset: mulctasset: ni cum reliquis quinq; nauibus Adherbal uelis in Africã trãsmisisset. Lelius uictor Carteiã reuectus: auditis que acta Gadibus erant: patefactã ꝑditionem: coniuratosq; missos Carthaginẽ: spem ad irritum redactam: qua uenissent: nuntiis ad. L. Martiũ missis nisi terere frustra tempus sedendo ad Gadis uellent: redeundum ad Imperatorem eẽ: assentiente Martio: paucos post dies ambo Carthaginẽ rediere. Ad quoꝝ discessum: non respirauit modo Mago: cũ terra: mariq; ancipiti metu urgeret: sed etiã audita rebellione Ilergetum: spem recuperande Hispanie nactus: nuntios Carthaginem ad Senatum mittit: qui simul seditionem ciuilẽ in castris Romanis: simul defectionem sotiorum: in manus uerbis extollentes: hortarentur: ut auxilia mitterent: quibus traditũ a patribus Imperiũ repeti posset. Mandonius & Indibilis in fines regressi paulisper dum: quidnam de seditione statueretur: scirent: suspensi quieuerunt. si ciuiũ errori ignosceretur: non diffidentes: sibi quoq; ignosci posse. Postq̃ uulgata est atrocitas supplitii: suam quoq; noxam: poena pari estimatam rati: uocatis rursus ad arma popularibus: contractisq; etiã: que ante habuerant: auxiliis: in Sedetanũ agrũ: ubi principio defectionis statiua habuerant: cum. xxv. milibus peditum: duobus milibus equtum: & quingentis: transcenderunt. Scipio cũ fide soluendi ꝑiter omibus noxiis: innoxiisq; stipendii: uultu ac sermone in omis placato: facile recõciliatis militũ animis: ꝑus q̃ castra a Carthagine moueret: cõtione aduocata: multis uerbis in ꝑfidiã rebellantium reguloꝝ inuectus: nequaq̃ eodem animo se ire professus est ad uindicandũ id scelus: quo ciuilẽ errorẽ nup sanauerit. Tũ se aut secus: q̃ uiscera secantẽ sua: cum gemitu: & lachrymis triginta hominũ capitibus expiasse: octo milium: seu imprudentiam: seu noxam. nunc leto: & erecto animo ad cedem Ilergetum ire. Non. n. eos: neq; natos in eadẽ terra: nec ulla secũ sotietate iunctos esse. eam: que sola fuerat: fidem: atq; amicitiã: ipsos per scelus rupisse. in exercitu suo se: preterq̃ ꝙ omnes ciues: seu sotios latiniq; nominis uideat: etiam eo moueri: ꝙ nemo fere sit miles: qui nõ ex Italia: aut a patruo suo. Cn. Scipione qui ꝑmus Romani nominis in eã Prouitiam uenerit: aut a patre Consule: aut a seipso sit ex Italia aduectus. Scipionum nomini auspitiisq; omnis assuetos: quos secum in patriam ad meritum Triumphum deducere uelit. quos Consulatum peteti: uelut si omnium communis agatur honos: ad futuros speret. Quod a dexpeditionem attineat: que instet: immemorem eẽ rerum suarum gestarum: qui bellum id ducat. Magonis hercule sibi: qui extra orbem terrarum in circunfusa Oceano insula: cum paucis perfugerit nauibus: maiorem curam esse: quã Ilergetum. Quippe illic & Ducem Carthaginensem: & quantumcũq;: Punicũ ꝑsidiũ esse. Hic latrones: latronumq; duces esse: quibus ut ad populandos finitimoꝝ agros: tectaq; urenda: & rapienda pecora: aliqua uis sit: ita in acie: ac signis collatis nullã esse. magis uelocitate ad fugã: q̃ armis fretos pugnaturos esse. Itaq; nõ ꝑullũ inde piculũ:

aut semen maioris belli uideat: ideo sese: priusq̃ Prouintia decebat: opprimendos Ilergetes duxisse: sed primum: ne impunita tam scelerata defectio esset. ¶ Deinde ne quis in Prouintia simul uirtute tāta: & felicitate ꝑdomita. relictus hostis dici possit. proinde deis iuuantibus: sequerentur: non tā ad bellū gerendum: neq; enim cū pari hoste certamen esse: q̃ ad expetendas ab hominibus scelestis poenas. ¶ Ab hac oratiōe dimissos ad iter se cōparare: in diem posterū iubet. profectusq; decimis castris ꝑuenit ad Hiberum flumē. Inde superato amne: die quarto in conspectu hostium posuit castra. Campus ante montibus circunseptus: erat. In eam uallem Scipio: cum pecora rapta pleraq; ex ipsorum hostium agris: propelli ad irritādam ferocitatē Barbaroꝝ iussisset: Velites subsidio misit. A quibus ubi per procursatores commissa pugna esset: Lelium cū equitatu impetum ex occulto facere: iubet. ¶ Mons opportune ꝓminēs equitum insidias texit. nec ulla mora pugne facta est. Hispani in conspecta procul pecora: Velites in Hispanos preda occupatos: incurrere. primo missilibus territauere. deīde missis leuibus telis: que irritare magis: q̃ decernere pugnā poterāt: gladios nudāt. & collato pede res cepta geri est. ¶ Anceps pedestre certamen erat: nisi equites supue/nissent. neq; ex aduerso tantum illati: obuios obtriuere: sed circunuecti etiā quidam per infima cliui ab tergo se: ut plerosq; intercluderēt: obiecerunt. maiorq; cedes fuit: q̃ q̃tam edere leuia per excursiones prelia solent. ¶ Ira magis accensa aduerso prelio barbaris est: q̃ imminuti animi. Itaq; ne pulsi uiderentur: prima luce: postero die in aciem processere. non capiebat omnes copias angusta: sicut ante dictum est: uallis. due ferme peditum partes: & omnis equitatus: in aciē descēdit. quod reliquū peditum erat: obliquo constituerunt colle. ¶ Scipio pro se eē loci angustias ratus: & ꝙ ī arcto pugna Romano aptior: q̃ Hispano militi: futura uidebat: & ꝙ in eū locū detracta hostium acies esset: qui non omnem multitudinem eorum caperet: nouo etiā cōsilio adiecit animū. equitē: nec posse circundare cornibus in tam angusto spatio: & hosti: quē cū pedite eduxisset: inutilē fore. Itaq; imperat Lelio ut per colles: q̃ occultissimo itinere circunducat equites. segregetq;: quantum possit: equestrem: a pedestri pugna. Ipse omnia signa peditum in hostes uertit. Quattuor cohortes in fronte statuit: qa latius pandere aciem non poterat. Moram pugnandi nullam fecit: ut ipso certamine auerteret a conspectu transeuntium per colles eqtum. neq; ante circūductos sensere: q̃ tumultū equestris pugne a tergo accepere. ¶ Ita duo diuersa ꝑlia erāt. due peditum acies: duo equitatus per lōgitudinem campi: quia misceri ex genere utroq; prelium: angustie non patiebantur: pugnabant. Hispanoꝝ: cum neq; pedes equiti: neq; eques pediti: auxilio esset: pedes fiducia equitis temere commissus campo cederetur: eques circūuentus: nec peditē a fronte: Iam enim strate pedestres copie erant: nec ab tergo equitem substineret: & ipsi: cum diu in orbem sese stātibus equis: defendissent: ad unū omnes cesi sunt. nec quis q̃ peditum: equitum ue superfuit: qui in ualle pugnauerunt. ¶ Tertia pars: que in colle ad spectaculū magis tutū: q̃ ad partē pugne capescēdam steterat: & locum: & tempus: ad fugiendum habuit. ¶ Inter eos & reguli ipsi fugerūt: prius q̃ tota circunueniretur acies: inter tumultum elapsi. ¶ Castra eodē die Hispa/norum: preter ceteram predā: cū tribus ferme milibus hominū capiunt. ¶ Romani Sotiiq; ad mille. cc. eo ꝑlio ceciderūt uulnerata amplius tria milia hominū. ¶ Minus cruenta uictoria fuisset: si potentiore campo: & ad fugam capescendam facili: foret pugnatum. ¶ Indibilis abiectis belli consiliis: nihil tutius in afflictis rebus: expta fide & clemētia scipionis ratus: Mandonium fratrē ad eum mittit. qui aduolutus genibus: fatalem rabiem temporis eius accusat: cum uelut contagione quadam pestifera: non

Peni ad unū omis cesi

Indibilis fisus clementie scipionis fratrem ad eū mittit ueniā petitum.

Ilergetes modo: & Lacetani: sed castra quoq; Romana insanierint. Suam quidem & fratris: & reliquoꝝ popularium eam conditionẽ esse: ut aut si ita uideatur: reddãt spiritum Proconsuli P. Scipioni: ab eodem illo acceptum: aut seruati bis: uni debitã uitam pro eo in perpetuũ deuoueant. antea in causa sua fiduciã sibi fuisse nõdum experta clementia eius. nunc cõtra: nullam in causa: omnem in misericordia spem positam habere. ¶ Mos uetustus erat Romanis: cũ quo nec foedere: nec eqs legibus iungerentur amicicia: non prius imperio in eum: tanq̃ pacatum uti q̃ omnia diuina: humanaq; dedidisset. & obsides accepti: arma adẽpta: ꝑsidia urbibus imposita: forẽt. ¶ Scipio multis inuectus in presentem Mandonium: absentemq; Indibilem uerbis: illos quidem merito periisse ipsorũ maleficio ait: uicturos suo: atq; Po. Ro. bñfitio. ceterum se: neq; arma iis adempturum: Quippe ea pignora timentium rebellionẽ eẽ. se libere arma reliquere. solutosq; metu animos: neq; se in obsides innoxios: sed in ipsos: si defecerint: seuiturũ. nec ab inermi: sed ab armato hoste poenas expetiturũ. utrãq; fortunam expertis ꝑmittere sese: utrũ propitios: an iratos habere Romanos mallẽt. ¶ Ita dimissus Mandonius: pecunia tantummodo imperata: ex qua stipendiũ militi prestari posset. ¶ Ipse Martio in ulteriorẽ Hispaniã premisso: Syllano Tarraconẽ remisso: paucos moratus dies: dum imperatam pecuniam Ilergetes pernumerarent: cũ expeditis Martium iam apropinquantẽ Oceano assequitur. ¶ Ideo incboata res añ de Masanissa: alius atq; alius de causis dilata erat: ꝙ Numida cum ipso utiq; congredi Scipione uolebat. atq; eiusdem dextra fidẽ sancire. ea tum itineris tam longi: ac tam deuii: causa Sipioni fuit. ¶ Masanissa cum Gadibus esset: certior aduentare eum a Martio factus: causando: corrũpi equos in insula inclusos. penuriamq; omniũ rerũ & facere ceteris: & ipsos sentire: adhec equitẽ marcescere desidia: ꝑpulit: ut se traiicere in continentem: ad populandos proximos Hispanie agros pateretur. ¶ Progressus tres principes Numidarum premittit: ad tempus locũq; colloquio statuendum. duos pro obsidibus retineri a Scipione iubet. & remisso tertio: qui quo iussus erat: adduce/ ret Masanissam: cum paucis in colloquiũ uenerunt. ¶ Ceperat iam ante Numidam: ex fama rerum gestarum: admiratio uiri: substitueratq; animo speciem quoq; corpis amplam: ac magnificam. ceterũ maior presentis ueneratio cepit. & preterq̃ ꝙ suapte natura multa maiestas inerat: adornabat promissa cesaries: habitusq; corporis: non cultus: munditiis sed uirilis: ac militaris nature: & etas erat in medio uirium robore: qđ plenius nitidiusq; ex morbo uelut renouatus flos iuuẽte faciebat. ¶ Prope attonitus ipso congressu Numida gratias de fratris filio remisso agit. ex eo tpe affirmat eam se quesisse occasionem quam tandem oblatam: deum immortalium benefitio: non omiserit. cupere se illi populoq; Romano operam nauare. Ita ut nemo unius exter/ nus magis enixe adiuuerit rem romanã. Id se etiã si iam pridẽ uellet: minus prestare in Hispania aliena: atq; ignota terra potuisse. in qua autem genitus: educatusq;: in spem paterni regni esset: facile prestaturum. siquidem eundem Scipionem ducem in Africã mittant romani: satis sperare perbreuis eui Carthaginẽ esse. ¶ Letus eũ Scipio uidit. audiuitq;. cũ caput rerum in omni hostium equitatu: Masanissam fuisse sciret. & ipse iuuenis specimen animi pre se ferret. ¶ Fide data: acceptaq;: profectus retro Tarraconem est: Masanissa: permissu Romanorum: ne sine causa traiecisse in conti/ nentem uideretur: populatus proximos agros: Gadis redit. ¶ Magoni desperatis in Hispania rebus: in quarum spem seditio primum militaris: deinde defectio Indibilis animos eius sustulerant: paranti traiicere in Africam: nuntiatum ab Carthagine ẽ: iubere Senatum: ut classem quam Gadibus haberet: in Italiam traiiceret. cõductaq;

Forma Scipionis

Scipio cũ massanissa fedus percutit

ibi Galloꝝ: atq; Ligurũ: quãta maxima posset iuuentute: coniungeret se Annibali. neu senescere bellum: maximo impetu: maiore fortuna: ceptum sineret. ¶ Ad eam rẽ & a Carthagine pecunia Magoni aduecta est: & ipse: quãtum potuit: a Gaditanis exegit: non erario modo eoꝝ: sed etiam templis spoliatis. & priuati omnibus coactis aurum: argentumq; in publicum conferre. ¶ Cum preter ueberetur Hispanie oram: haud procul Carthagine noua: expositis in terram militibus: proximos depopulatus agros. Inde ad urbem classem appulit. Ibi cum interdiu milites in nauibus tenuisset: nocte in littus expositos: ad partẽ eã muri: qua capta Carthago a Romanis fuerat: ducit. nec presidio satis ualido urbem teneri ratus: & aliquos oppidanorum ad spem nouandi res: aliquid moturos. ¶ Ceterum nuntii ex agris trepidi: simul populationẽ: agrestiumq; fugam: & hostium aduentum: attulerant. & uisa interdiu classis erat. nec sine causa erectam ante urbem stationem apparebat. Itaq; instructi armatiq; intra portam ad stagnum ac mare uersam: continebantur. ubi effusi hostes: mixta inter milites nauali turma: ad muros: tumultu maiore: q̃ ui subierunt: patefacta repente porta: Romani cum clamore erumpunt: turbatosq; hostes & ad primum incursum: coniectumq; telorum auersos: usq; ad littus cum multa cede persequuntur. nec: nisi naues littori appulse trepidos accepissent: superfuisset fuge ac pugne quisq̃. ¶ In ipsis quoq; trepidatũ nauibus est: dum: ne hostes cum suis simul irrũperent: trahunt scalas. ortasq; & ancboras: ne in moliẽdo mora esset: ꝓcidunt. multiq; adnatantes nauibus: incerto pre tenebris: quid aut peterent: aut uitarent: fede interierunt. ¶ Postero die: cum classis inde retro ad Oceanum: unde uenerat: fugisset: ad octingentos homines cesi: inter murũ littusq;: ad duo milia armatoꝝ: inuenta. ¶ Mago cũ Gadis repetisset: exclusus inde ad Cimbim: haud ꝓcul a Gadibus is locus abest: classe appulsa: mittẽdis Legatis: querendoq;: ꝗ porte sibi Socio: atq; amico clause forent: Purgantibus iis multitudinis cõcursu facta infeste: ob direpta quedã ab cõscendentibus naues militi/bus: ad colloquium Sufeces eorum: qui summus poenis est magistratus: cũ Questore: elicuit. laceratosq; uerberibus: cruci affigi iussit. ¶ Inde nauibus ad Pitusam insulam: centum milia ferme a continenti: Poeni tum eam incolebant: traiecit. ¶ Itaq; classis bona cum pace accepta est. nec cõmeatus modo benigne prebiti: sed in supplemẽtũ classis iuuentus: armaq; data. quoꝝ fiducia Poenus in Baleares insulas: quinquaginta milia absunt: trãsmisit. ¶ Due sunt Baleares insule. altera maior atq; opulẽtior armis: uirisq;. & portum habet: ubi cõmode hybernaturum se: & iam extremũ autũni erat: credebat. ¶ Ceterum haud secus: q̃ si Romani eam insulam incolerent: hostiliter classi occursum est. ¶ Fundis: ut nũc plurimum: ita tunc solo eo telo utebantur. nec quisq̃ alterius gentis: unus tãtum ea arte: q̃tum inter omnes alios Baleares excellunt. itaq; tanta uis lapidum creberrime grandinis modo: in propinquantem iam classem terre: effusa ẽ: ut intrare portũ nõ ausi: auerterẽt in altũ naues. ¶ In minorẽ inde Baleariũ insulam traiecerũt. fertilẽ agro. uiris. armis. haud eque ualidam. Itaq; egressi nauibus: supra portũ loco munito: castra locãt. ac sine certamine urbe: agroq; potiti duobus milibus auxiliarium inde conscriptis: missisq; Carthaginem ad hybernandum: naues subduxerũt. ¶ Post Magonis ab Oceani ora discessum: Gaditani Rõanis dedunt. ¶ Hec in hispania. P. Scipionis ductu auspitioq; gesta. ¶ Ipse. L. Lentulo: & L. Manlio Accidino: Prouintia tradita: cum decẽ nauibus Romam redut. & Senatu extra urbẽ dato: in ede Bellone: quas res in Hispania gessisset: disseruit. quoties signis collatis dimicasset. quot oppida ex hostibus ui cepisset. quas gẽtes: in ditionẽ Populi Romani redegisset. aduersus quattuor se imperatores quattuor uictores exercitus:

BALEARES INSULE

Gades

SCIPIO ROMA REDIT

P. CORNELIUS SCIPIO

XIIII° ANNO PUNICI BELLI CREATUS CONS.

P. LICINIUS CRASSUS.

Oro̅ Saguntinoꝝ in Senatu ro̊.

in hispaniam misse. neminem Carthaginensem ĩ iis terris reliquisse. ¶ Ob has res gestas magis temptata est triũphi spes: q̃ petita pertinaciter: quia neminem ad eam diem triũphasse: qui sine magistratu res gessisset: cõstabat. ¶ Senatu misso: urbẽ ẽ ingressus. argentiq; pre se tulit in erarium quattuordecim milia pondo. ccc. xl. duo. & signati argenti magnum numerum. ¶ Comitia inde creãdis Consulibus habuit. L. Veturius Philo. Centurieq; o͞mes ingenti fauore P. Scipionẽ Consulem dixerunt. ¶ Collega additur ei. P. Licinius Crassus Pontifex Maximus. ¶ Ceterũ Comitia: maiore q̃ ulla per id bellum celebrata frequentia: proditum memorie est. ¶ Conuenerant undiq;: non suffragandi modo: sed etiam spectandi causa P. ¶ Scipionis. concurrebantq; & domum frequentes: & in Capitolium ad immolantẽ eum cũ: centũ bobus uotis Ioui sacrificaret in Hispania. Spõdebãtq; animis: sicut. C: Lutacius superius bellũ finisset Punicum: ita id: quod instaret: P. Cornelium finiturum. atq; ut Hispania omni: Poenos expulisset: sic Italia pulsurũ esse. Africamq; ei perinde: ac bellatũ in Italia foret: Prouintiam destinabãt. ¶ Pretoria inde Comitia habita. Creati duo: qui tum ediles plebis erant: SP. Lucretius &. Cn. Octauius. & ex ꝑuatis Cn. Seruilius Cepio: &. L. Emilius Pappus. ¶ Quartodecimo anno Punici belli. P. Cornelius Scipio & P. Licinius Crassus: ut Consulatum inierunt: nominate Consulibus Prouintie sunt: Sicilia Scipioni extra sortem: concedente Collega: quia sacrorum cura Pontificem Maximum in Italia retinebat. ¶ Brutii Crasso. ¶ Tum Pretorie Prouintie in sortẽ coniecte. ¶ Vrbana Cn. Seruilio obtigit. Ariminum: ita Galliam appellabant: Sp. Lucretio. ¶ Sicilia. L. Emilio. Cn. Octauio Sardinia. ¶ Senatus in Capitolio ha/bitus. ¶ Ibi referente. P. Scipione. S.C. factum est: Vt quos ludos inter seditionem militarem in Hispania uouisset: ex ea pecunia: quã ipse in erarium detulisset: faceret. ¶ Tum Saguntinoꝝ Legatos in Senatũ introduxit: ex eis maximus natu. ¶ Et si nihil ultra malorum est. P.C. q̃: quod passi sumus: ut ad ultimũ fidẽ uobis prestare/mus tamen ea uestra merita: Imperatorũq; uestroꝝ erga nos fuerunt: ut nos cladium nostrarum: non peniteat: bellum propter nos suscepistis. susceptũq; quartumdecimũ annum tã pertinaciter geritis: ut sepe ad ultimũ discrimẽ & ipsi ueneritis. & popolũ Carthaginensem adduxeritis. Cum in Italia tam atrox bellum: & Annibalẽ hostẽ haberetis: Consules in Hispaniã: uelut ad colligendas reliquias naufragii nostri: mi/sistis. P. & Cn. Cornelii ex quo in Prouintiam uenerunt: nullo tempore destiterunt: que nobis secũda: queq; aduersa hostibus nostris eẽnt: facere. iã omniũ ꝑmũ oppidũ nobis restituerunt. ꝑ omnẽ Hispaniã ciues nostros uenũdatos: dimissis qui cõquirerẽt: ex seruitute in libertatem restituerunt: Cum iam prope esset: ut optabilem eam: ex miserrima: fortunam haberemus. P. & Cn. Cornelius Imperatores uestri: luctuosius nobis ꝓpe: q̃ uobis perierũt. Tum uero: ad hoc retracti: ex distantibus locis in sedẽ antiquam uidebamur: ut iterum perirẽmus. & alterum excidium patrie uideremus. nec ad perniciem nostram: Carthaginensi utiq;: aut duce: aut exercitu opus esse: ab Turdetanis ueterrimis hostibus: qui ꝑoris quoq; excidii causa nobis fuerãt: extingui posse: cum ex insperato repente misistis nobis hunc. P. Scipionem: quẽ fortunatissimi omnium: Saguntinorum uidemur: quia consulem declaratũ uidimus: ac uidisse nos: ciuibus nostris renuntiaturi sumus. spem opem salutemq; nostram. qui cum plurimas hostium uestrorum cepisset urbes: ubiq; ex captorum numero exceptos Saguntinos in patriã remisit. Postremo Turdetaniam: adeo infestã nobis: ut illa gẽte incolumi stare saguntum nõ posset: Ita bello afflixit: ut nõ modo nobis: absit uerbo inuidia: ne posteris quidem timenda nostris esset. deletam urbem cernimus eorum: quorum

in gratiá Saguntú deleuerat Annibal. uectigal ex agro eoꝝ capimus: q̃d nobis non
fructu iucúdius é: q̃ ultióe. ob hec: quibus maiora nec sperare: nec optare: ab diis im/
mortalibus poteramus: gratias actú. x. Legatos nos Sagútinus Senatus populusq; ad
uos misit. Simul gratulatú: ꝙ ita res p hos annos: in Hispania: atq; ĩ Italia gessistis:
ut Hispaniá: nó Hibero amne tenus: sed qua terrarú ultimas finit Oceanus: domitá
armis habeatis: Italie nisi quatenus uallú castrorum cingit: nihil reliqueritis Poeno.
Ioui Optimo Maximo Presidi Capitoline arcis: nó grates tantú: ob hoc agere
iussi sumus: sed donum hoc etiam: si uos permitteretis: coronam auream: in Capitoliú
uictorie ergo ferre. id uti ꝑmittatis quesumus. utiq;: si uobis ita uideretur: que nobis
Imperatores uestri cómoda tribuerút: ea rata: atq; perpetua: autoritate uestra faci/
atis. Senatus: Legatis Saguntinis respondit: & dirutum ac restitutum Saguntum
fidei sotialis utrinq; seruate documentú omnibus gentibus fore. Suos Imperatores
recte & ordine: ex uoluntate Senatus fecisse: ꝙ Saguntú restituerít: ciuesq; Sagú/
tinos seruitio exemerít. Queq; alia eis benigne fecerít: ea Senatú ita. uoluisse fieri.
Donú ꝑmittere: ut in Capitolio ponerét. Locus inde: lautiaq; Legatis preberi
iussa. Et muneris ergo in singulos dari ne minus dena milia eris. Legationes deíde
cetere ĩ Séatu Romão ĩtroducte. auditeq;. Et petétibus Sagútinis: ut q̃tenus tuto
possent: Italiam spectatú irent: duces dati. Littereq; per oppida misse: ut Hispanos
comiter acciperent. tum de Re Pu de exercitibus scribendis: de Prouintiis relatum.
Cum Africam: nouam Prouintiá: extra sorté. P. Scipioni destinari homines fama
ferrent: & ipse nulla iam modica gloria contentus: non ad gerendum modo bellum
sed ad finiendum: diceret se Consulem declaratum eé: neq; aliter: id fieri posse: q̃ si ipse
in Africam exercitum transportaret: & acturum se id per Populum aperte foret: si
Senatus aduersaretur: Idq; consilium haudq̃q̃ primoribus Patrum Conscriptorum
placeret: ceteriq; per metú: aut ambitioné: mussarent. Q. Fabius Maximus rogatus
sententiam. Scio inquit multis uestrum uideri. P. C. rem actam hodierno die: agi.
& frustra habiturú orationé: qui tanq̃ de integra re de Africa Prouintia sententiam
dixerit. Ego autem ꝑmum illud ignoro: queádmodum certa iam Prouintia Africa
Consulis: uiri fortis: ac strenui sit: quá nec Senatus sensuit in hunc annú Prouintiá
esse: nec Populus iussit. deinde si est: Consulem peccare arbitror: qui de re transacta
simulando se referre: Senatum ludibrio habet. nó Senatorem: qui de quo cósulitur
suo loco dicit sententiam: atq; ego certú habeo: dissentiéte mihi ab ista festinatione
in Africá traiiciendi: duarú rerú subeundam opinioné esse. unius insite ingenio meo
contationis quam metum: pigritiamq; homines adolentes sane appellent: dum me nó
poeniteat: adhuc: alioꝝ speciosiora primo aspectu cósilia semper uisa: mea usu meliora
alterius: obtrectationis: atq; inuidie aduersus crescenté in dies gloriá fortissimi cósu/
lis: A qua suspitione si me: neq; uita acta: & mores mei: neq; Dictatura. cum quinq;
Consulatibus: tantumq; glorie belli: domiq; partum uendicat: ut propius fastidium
eius sít: q̃ desiderium: etas saltem liberat. Que enim mihi emulatio cum eo esse potest:
qui ne filio quidé meo equalis sit? me Dictatoré: cú uigeré adhuc uiribus. & ĩ cursu
maximarum rerú eém: recusanté nemo aut audiuit in Senatu: aut apud Populum:
quo minus: insectante me Magistro Equitum: quod fando nunq̃ ante auditú erat:
imperium equaretur meum. rebus: q̃ uerbis: assequi malui: ut qui aliquoꝝ iuditio mihi
cóparatus erat: sua mox cófessione me sibi ꝓferret. ne dú ego perfunctus honoribus:
certamina mihi: atq; emulationé: cú adolescente florentissimo proponá. uidelicet ut
mihi iá: uiuendo nó: solú rebus gerédis fesso: si huic negata fuerit: Africa Prouintia

Scipio bellū ī africa se facturū dicebat si nō p Senatū: tū p populum.

Q. FABII MAX orō ĩ SENATV.

q̃sumus

musso

decernatur. cum ea gloria: que parta est: uiuẽdum: atq; moriendũ est. Vincere ergo
probibui Annibalem: ut a uobis: quorum uigent: nũc uires: etiam uinci posset. Illud
te mibi ignoscere. P. Corneli equum erit: si cum in meipso nunq̃ pluris famã hominũ:
q̃ Rem Pu. fecerim: ne tuam quidem gloriam: bono publico preponam. q̃q̃m si aut
bellum nullum in Italia: aut is hostis esset: ex quo uicto: nihil glorie quereret: qui
te in Italia retineret: Et si id bono publico faceret: simul cum bello materiã glorie
tue ire ereptũ: uideri posset. ¶Cum uero Annibal hostis incolumi exercitu quartũ/
decimum annum Italiam obsideat: poenitebit te. P. Corneli glorie tue: nisi hostem
eum: qui tot funerũ: tot cladiũ nobis causa fuit: Tu Consul Italia expuleris? & sicut
penes. C. Lutaciũ prioris Punici perpetrati belli. titulus fuit: ita penes te huius fuerit.
nisi haud Hamilcar Annibali dux est preferẽdus: aut illud bellũ: huic. aut uictoria
illa maior: clariorq; q̃ hec: modo contingat ut te Consule uincamus: futura est. Ab
Drepanis atq; Eryce detraxisse Hamilcarem: q̃ Italia expulisse Poenos atq; Anni/
balem malis. ne tu quidẽ: etsi magis partam: q̃ speratã gloriã amplectaris: Hispania.
potius: q̃ Italia bello liberata: gloriatus fueris: Nondũ is est Annibal quẽ nõ magis
timuisse uideat: q̃ cõtempsisse: qui aliud bellũ maluerit. quin igitur ad hoc accigeris:
nec per istos circuitus: ut cum in Africam traieceris sequuturum te illuc Annibalem
speres: potius q̃ recto hinc itinere ubi Annibal est: eo bellum intendis: egregiã palmã
belli Punici pacti petis? hoc & natura prius ẽ: tua cũ defenderis: aliena ire oppug/
natum. Pax ante in Italia: q̃ bellũ in Africa sit. & nobis ꝑus decedat timor: q̃ ultro
aliis inferat. si utrũq; tuo ductu auspitioq; fieri potest: Annibale hic uicto: illic Car/
thaginem expugna. si alterutra uictoria nobis Consulibus relinquenda est: prior cũ
maior: clariorq; : tum causa etiam insequentis fuerit. Nam nunc quidem ꝑterq̃ ꝙ &
in Italia: & in Africa duos diuersos exercitus: alere erarium non potest: preterq̃ ꝙ
unde classes tueamur: unde cõmeatibus sufficiamus prebendis nihil reliqui est: quid
periculi tandem: quantũ adeatur: quẽ fallit? P. Licinius in Italia. P. Scipio bellum
in Africa geret Quid si: quod omnes dii omen auertant: & dicere reformidat animus:
Sed que acciderunt: accidere possunt: & uictor Annibal ire ad Vrbem pergat: Tũ
demum te Consulem: ex Africa: sicut. Q. Fuluium a Capua arcessemus. ¶Quid q̃d
in Africa quoq; Mars cõmunis belli erit? domus tibi tua: pater: patruusq; intra. xxx.
dies cum exercitibus cesi documento sint: ubi per aliquot annos maximis rebus terra
mariq; gerendis: amplissimum nomen apud exteras gentes Po. Ro. uestreq; familie
fecerant. dies me deficiet: si Reges Imperatoresq; temere in hostiũ terras transgressos
cum maximis cladibus suis: exercituũq; suorum: enumerare uelim. ¶Atheniensis pru/
dẽtissima ciuitas: bello domi relicto: autore eque impigro: atq; nobili iuuene. magna
classe in Siciliam transmisso: una nauali pugna florentem Rem Pu. in perpetuum
afflixerunt. ¶Externa: & nimis antiqua repeto. ¶Africa eadem ista: &. M. Attilius
insigne utriusq; fortune exemplum: nobis documento sint. ¶Ne tibi. P. Corneli: cum
ex alto Africam conspexeris: ludus & iocus fuisse Hispanie tue uidebuntur. Quid. n.
simile? pacato mari per oram Italie: Gallieq; uectus Emporiis in urbem Sotiorum
classem appulisti. & expositos milites per tutissima. oĩa ad sotios: & amicos Po. Ro.
Tarraconem duxisti. a Tarracone deinde inter presidia Romana: circa Hiberum
exercitus patris: patruiq; tui: post amissos Impatores: ferociores calãitate ipsa facti:
Dux tumultuarius q̃dẽ ille. L. Martius & militari suffragio ad tẽpus lectus: Ceterũ:
si nobilitas: ac iusti honores adornarent: claris Imperatoribus qualibet arte belli par.
¶Oppugnata per summum ocium Carthago: nullo trium Punicorum exercituum

sotios defendente Cetera: neq; ea eleuo: nullo tamen modo Africo bello cõparanda. ubi non portus ullus classi nostre apertus. nõ ager pacatus. nõ ciuitas sotia. nõ Rex amicus. nõ consistẽdi us q̃ locus. nõ ꝓcedendi. quacũq; circũspexeris: hostilia omnia: atq; infesta. ¶ An Syphaci Numidisq; credis? Satis sit semel creditũ. nõ sp̃ temeritas ẽ felix. & fraus fidem in paruis sibi prestruit: ut cum opere pretium sit: cum mercede magna fallat. Non hostes patrem: patruumq; tuũ armis prius q̃ Celtiberi sotii fraude circunuenerunt. nec tibi ipsi a Magone: & Hasdrubale hostiũ ducibus: quãtum ab Indibile: & Mãdonio: in fide acceptis: ꝑiculi fuit. Numidis tu credere potes: defecti/onem militum tuoꝝ exꝑtus? ¶ Et Syphax: & Masanissa se: q̃ Carthaginẽses malunt potentes in Africa esse. ¶ Carthaginenses: q̃ quẽ alium. nunc illos emulatio inter sese & omnes cause certaminum acuunt: ꝙ procul externus metus est. ostende Romana arma: exercitum alienigenam: uelut ad cõmune restinguendum incendiũ: cõcurrent. ¶ Aliter iidem illi Carthaginenses Hispaniã defenderunt: aliter moenia patrie: tẽpla deum: aras: & focos defendent: Cum euntes in prelium. pauida prosequetur coniunx: & parui liberi occursabũt. ¶ Quid porro si satis confisi Carthaginenses cõsensu Africe fide Sotiorũ Regum: moenibus suis: cũ tuo: exercitusq; tui presidio nudatã Italiam uiderint: ultro ipsi nouũ exercitũ in Italiam: aut ex Africa miserint: aut Magonem quem a Balearibus classe transmissa: iam preter oram Ligurum Alpinorum: uectari constat: Annibali se coniungere iusserint? Nempe in eodem terrore erimus: in quo nuper fuimus: cũ Hasdrubal in Italiã transcẽdit. quẽ tu: qui nõ solũ Carthaginem: sed omnẽ Africã exercitu tuo es clausurus: e manibus tuis in Italiã emisisti. ¶ Victum a te dices. eo quidem minus uellem: & id tua: nõ solum Rei Pu. causa: iter datũ uicto in Italiam esse. ¶ Patere nos omnia: que prospera tibi: & Po. Ro. Imperio euenere: tuo consilio assignare. aduersa: casibus incertis belli: & fortune legare. quo melior: fortiorq; es: eo magis talẽ Presidẽ sibi patria: atq; uniuersa italia retinet. ¶ Nõ potes: ne ipse quidẽ dissimulare: ubi Annibal sit: ibi caput atq; arcẽ huius belli esse. Quippe qui pre te feras: eam tibi causam esse traiciendi in Africam: ut Annibalem eo trahas. Siue igitur hic: siue illic: cum Annibale est tibi futura res. Vtrũ ergo tandẽ firmior eris: in Africa solus: an istic: tuo Collegeq; tui: exercitu coniuncto? ¶ Ne Claudius quidem: & Liuius Consules: tam recenti exẽplo: quantũ id intersit: documento sunt? ¶ Quid Annibalem: utrũ tandẽ extremus angulus Brutii agri: frustra iã diu poscẽtem ab domo auxilia: an propinqua Carthago: & tota sotia Africa potentiorem armis: uirisq; faciet? ¶ Quod istud consiliũ est: ibi malle decernere: ubi tue dimidio minores copie sint: hostium multo maiores: q̃ ubi duobus exercitibus: aduersus unũ: tot ꝓlijs: & tam diuturna & graui militia fessum: pugnandum sit? q̃ compar cõsilium tuum parentis tui consilio sit: reputa. Ille Consul profectus in Hispaniam ut Annibali ab Alpibus descendenti: occurreret: in Italiam de Prouintia rediit. Tu cum Annibal in Italia sit: relinquere Italiã paras. nõ quia Rei Pu. id utile: sed quia tibi id amplum: & gloriosum: censes esse. sicut cum Prouintia: & exercitu relicto: sine lege: sine S. C. duabus nauibus. Po. Ro. Imperator: fortunã publicã: & Maiestatem Imperii: que tum in tuo capite periclitabanẽ: cõmisisti. ¶ Ego. P. Corneliũ P. C. Rei Pu. nobisq; non sibi ipsi priuatum creatum Consulem existimo. ¶ Exercitus ad custodiam urbis: atq; Italie scriptos esse. non quos Regio more per superbiam: cõsules quo terrarum uelint: traiciant. ¶ Cum oratione ad tẽpus parata Fabius: tũ autoritate: & inuete/rate prudentie fama: magnam partẽ Senatus: & seniores maxime: mouisset: pluresq; consilium senis: q̃ animum adolescentia ferocẽ: laudarẽt: Scipio ita loquutus fertur.

oro Scipionis c. Q. Fabium max.

¶ Et ipse. Q. Fabius principio orationis: P.C. commemorauit in sententia sua posse obtrectationem suspectā esse. cuius ego rei non tā ipse ausim tantū uirū insimulare: q̄ ea suspitio: uitio orationis: an rei: haud satis purgata est. Sic enim honores suos: & famam rerum gestarum extulit uerbis: ad extinguendum inuidie crimen: tanq̄ mihi ab infimo quoq; pculum sit: ne mecū emuletur: & non ab eo: qui: quia super ceteros excellat: quo me quoq; niti non dissimulo: me sibi equari nolit. sic senem se pfunctū: & me infra etatem filii sui posuit: tanq̄ nō longius: q̄ quātum uite humane spatiū ē: cupiditas glorie extendatur. maximaq; pars eius in memoriam: ac posteritatē pmi/neat. ¶ Maximo cuiq; id accidere animo: certū habeo: ut se nō cum psentibus modo: sed cū omnis eui claris uiris cōparet. equidē haud dissimulo: me tuas. Q. Fabi laudes non assequi solum uelle: sed bona uenia tua dixerim: si possim: etiā exuperare. illud nec tibi in me: nec mihi in minoribus natu animi sit: ut nolimus quēq̄ nostri similem euadere ciuem. Id enim non eoꝝ modo: quibus inuidemus: sed Rei Pu. & pene omnis generis humani detrimentum sit. ¶ Commemorauit quātum essem periculū aditurus: si ī Africā traicere uelim: ut meā quoq; nō solū: & Rei Pu. & exercitus uicē uideret' sollicitus. ¶ Vnde hec repēte de me cura exorta? cū pater: patruusq; meus interfecti: cum duo exercitus eoꝝ prope occidione occisi sunt: cū amisse Hispanie: cū quattuor exercitus Poenorum: quattuorq; Duces: omnia metu armisq; tenerent: cū quesitus ad id bellum Imperator nemo se ostenderet: preter me: nemo pfiteri ausus esset: cū mihi quattuor & uiginti annos nato detulisset Imperium Po. Ro. quid ita? Tunc nemo etatem meam: uim hostium: difficultatem belli: patris: patruiq; recentē cladem cōmemorauit. ¶ Vtrū maior in Africa nūc calamitas accepta est: q̄ tūc in Hispania fuerat? an etas mea tūc maturior bello gerendo fuit: q̄ nūc est? an cū Carthaginēsi hoste in Hispania: q̄ in Africa bellū geri aptius ē? ¶ Facile est post fusos. fugatosq; quattuor exercitus Punicos: post tot urbes ui captas: aut metu subactas ī deditionē: post perdomita omnia usq; ad Oceanū: tot Regulos: tot seuas gentes: post receptā totā Hispaniam: ita ut uestigium belli nullum reliquum sit: eleuare meas res gestas: tam hercule: q̄ si uictor ex Africa redierim: ea ipsa eleuare: que nunc retinendi mei causa: ut terribilia eadē uideantur: uerbis extollunt'. ¶ Negat aditum esse in Africā. negat ullos patere portus. M. Attilium captum in Africa commemorat. tanq̄. M. Attilius p̄mo accessu ad Africā offenderit. neq; recordat' illi ipsi tā infelici Impatori patuisse tamē portus Africe. & res gestas ab eo egregias primo anno. & quantum ad Carthaginenses Duces attinet: inuictum ad ultimum permansisse. Nihil igitur me isto exemplo terrueris. ¶ Si hoc bello non priore: si nuper: & non annis ante. xl. ista clades accepta foret: qui ego minus in Africā Regulo capto: q̄ Scipionibus occisis in Hispaniā traicerem? ¶ Nec Xanthippum Lacedemoniū Carthagini: q̄ me patrie mee sinerem natum eē. cresceretq; mihi ex eo ipso fiducia q possit in hominis unius uirtute tantum momenti esse. ¶ At etiam Athenienses audiēdi sunt: temere in Siciliā omissio domi bello transgressi. ¶ Cur ergo: quoniam Grecas fabulas enarrare uacat: non Agathoclem potius Syracusanum Regem: cū diu Sicilia punico bello ureret': Transgressum in hanc eandē Africā: auertisse eo bellū: unde uenerat: refers? sed qd': ultro metū inferre hosti: & ab se remoto periculo: aliū in discrimen adducere: quale sit: ueteribus: externisq; exēplis admonere opus est? maius: presentius ue ullū exēplū esse: q̄ Annibal potest? multū interest: alienos populari fines: an uri tuos: excindiq; uideas. plus animi est: inferenti periculum: q̄ propulsanti. ad hoc: maior ignotarum rerum est terror. bona: malaq; hostiū: ex propinquo ingressus fines: aspitias. ¶ Non

plus animi est inferenti periculu q propulsanti

sperauerat Annibal fore: ut tot in Italia populi ad se deficerent. ¶ Defecerunt post Cannensem cladem. quanto minus quicq̄m in Africa Carthaginensibus firmum. ac stabile infidis sotiis: grauibus ac superbis dominis? ¶ Ad hec: nos etiam deserti a sotiis: uiribus nostris: Romão milite stetimus. Carthaginẽsi nihil ciuilis roboris ẽ. mercede paratos milites habẽt. Afros: Numidasq; leuissima fidei mutãde: ingenia. ¶ Hic: modo nihil more sit: una & traiecisse me audietis. & ardere bello Africam. & moliẽtẽ hinc Annibalem. & obsideri Carthaginẽ. ¶ Letiores & frequentiores ex Africa expectate nũtios: q̄ ex Hispania accipiebatis. ¶ Has mihi spes subiicit fortuna Populi Ro. dii foederis ab hoste uiolati testes. Syphax & Masanissa Reges. quorum ego fidei ita innitar: ut bene tutus a perfidia sim. ¶ Multa: que nunc ex interuallo nõ apparent: bellum aperiet. & id est uiri: & Ducis: non deesse fortune prebenti se. & oblata casu: flectere ad cõsilium. ¶ Habebo. Q. Fabi parem: quemdem Annibalem. ¶ Sed illum potius ego trahã: q̄ ille me retineat. ¶ In sua terra cogã pugnare eũ. ¶ Et Carthago potius premium uictorie erit: q̄ semiruta Brutiorum castella: ne quid interim: dum traiicio: dum expono exercitum in Africam: dũ castra ad Carthaginẽ promoueo: Res Pu. hic detrimenti capiat. quod tu. Q. Fabi cum uictor tota Italia uolitaret Annibal: potuisti prestare. ¶ Hoc uide ne contumeliosum sit: contuso iam & poene fracto Annibale negare: posse. P. Liciniũ. qui ne a sacris absit Pontifex Maximus: ideo in sortẽ tam longinque Prouintie nõ uenit. ¶ Si hercule nihilo maturius hoc quo ego censeo modo perficeretur bellum: tamen ad dignitatem Populi Romani famãq;: apud Reges: gentesq; externas: pertinebat: nõ ad defendendã modo Italiã: sed ad inferenda etiam Africe arma: uideri nobis animũ eẽ. non hoc credi uulgariq;: quod Annibal ausus sit: neminem Ducem Romanorum audere. ¶ Et p̄ore Punico bello: tum cũ de Sicilia certaretur: totiens Africam a nostris exercitibus: & classibus oppugnatam: nũc cum de Italia certetur: Africam pacatam eẽ. ¶ Requiescat aliq̄do tam diu uexata Italia. uratur: euasteturq; inuicem Africa. Castra Romana potius Carthaginis portis immineant: q̄ nos iterum uallum hostium: ex moenibus nostris uideamus. Africa sit reliq belli sedes. Illuc terror: fugaq;: populatio agrorum: defectio Sotiorum: cetere belli clades: que ĩ nos per quattuordecim annos ingruerũt: uertantũ. ¶ Que ad Rẽ Pu. ptinent: & bellũ qd̄ instat: & Prouintias: de q̄bus agit̃: dixisse: satis est. ¶ Illa longa oratio: nec ad uos pertinens sit: si quemadmodum. Q. Fabius meas res gestas in Hispania eleuauit: sic & ego contra gloriam eius eludere: & uerbis meam extollere uelim. ¶ Neutrũ faciã. P. C. & si nulla alia re: modestia certe: & tẽperando lingue: adolescens senem uicero. ita & uixi: & res gessi: ut tacitus ea opinione: quam uestra sponte conceptã animis haberetis: facile contentus essem. ¶ Minus equis animis auditus est Scipio: quia uulgatũ erat: Si apud Senatũ nõ obtinuisset: ut Prouintia Africa sibi decerneretur: ad populum extemplo laturum. ¶ Itaq;. Q. Fuluius: qui Consul quater fuerat: postulauit a Cõsule: ut palã in Senatu diceret. ¶ Permitteret ne Patribus: ut de prouintiis decernerent? staturusq; eo eẽt: quod censuissent: an ad populum laturus? ¶ Cum Scipio respondisset: se quod e Re Pu. esset facturum: tum Fuluius. ¶ Nõ ego inquit ignarus: quid respõsurus: facturus ue esses: quesiui: Quippe cum pre te feras: temptare magis: q̄ consulere Senatum. & ni Prouintiam tibi: quam uolueris: extemplo decernamus: paratam rogationem habeas. Itaq; a uobis Tribuni. Pl. postulo inquit: ut sententiã mihi ideo: non dicenti: q̄ si in meã sententiã discedat̃: nõ sit ratũ habiturus Consul: auxilio sitis. ¶ Inde altercatio orta: cũ Consul negaret: equũ eẽ: Tribunos intercedere: quo minus suo quisq; loco Senator rogatus: sententiã

verba . Q. Fuluij ad Scipionem
Scipionis responsum

Altercatio orta ne Scipioni Africa decernatur

dicere. ¶ Tribuni ita decreuerũt. ¶ Si Consul Senatui de Prouintiis permittit stari eo: qđ Senatus cẽsuerit: placet. nec de ea re ferri ad populũ patiemur. Si nõ pmittit: qui de ea re sententiam recusabit dicere: auxilio erimus. ¶ Consul diem: ad colloquẽdũ cũ Collega petiit. ¶ Postero die pmissum Senatui ẽ. ¶ Prouintie ita decrete. ¶ Alteri Consuli Sicilia &. xxx. rostrate naues: quas C. Seruilius superiore anno habuisset. permissumq; ut in Africam: si id e Re Pu. esse censeret: traiceret. ¶ Alteri Brutii: & bellum: cum Annibale: cum eo exercitu quem. L. Veturius &. Q. Cecilius sortirẽtur inter se. ¶ Comparent. ue uter in Brutiis duabus legionibus: quas Consul reliquisset: rẽ gereret. ¶ Imperiũq; in annũ ei prorogareẽ: cui ea Prouintia euenisset. ¶ Et ceteris: preter Consules: Pretoresq;: qui exercitibus Prouintiisq; prefuturi erant: prorogata Imperia. Q. Cecilio sorte euenit: ut cũ Cõsule: in Brutiis aduersum Annibalẽ bellũ gereret. ¶ Ludi deinde Scipionis: magna frequentia: & fauore spectantiũ: celebrati. ¶ Legati Delphos ad donũ ex preda Hasdrubalis portandũ: missi. M. Pomponius Matho &. Q. Catulus tulerũt coronam auream. cc. pondo. & simulacra spoliorum &. x. pondo argenti facti. ¶ Scipio cum: ut delectum haberet: neq; impetrasset: neq; magnopere tetendisset: ut uolũtarios ducere sibi milites liceret: tenuit. & quia impẽse negauerant Rei Pu. futuram classem: ut que a sotiis darentur: ad nouas fabricãdas naues: acciperet. Etrurie primũ populi: pro suis q́sq; facultatibus: Cõsulẽ adiuturos polliciti. Cerites: frumentũ sotiis naualibus: cõmeatũq; omis generis. ¶ Populoniẽses: ferrũ. ¶ Tarquiniẽses: lintea: in uela. ¶ Volaterrani interamẽta nauiũ. & frumẽtum. ¶ Arretini. xxx. milia scutoꝝ. galeas totidẽ. pila gesa: bastas lõgas: miliũ quinq̃ginta summam: pari cuiusq; generis numero expleturos. ¶ Secures. intra: falces: alueolos: molas: quantum in. xl. longas naues opus esset. ¶ Tritici centum & xx. milia modium. & ĩ uiaticũ Decurionibus: remigibusq; collaturos. ¶ Perusini. Clusini. Rusellani. abi/etes ĩ fabricãdas naues. & frumenti magnũ numerũ. ¶ Abiete: ex publicis siluis ẽ usus. ¶ Vmbrie populi: & preter hos: Nursini: & Reatini: & Amiternini: Sabinusq; ager omnis: milites polliciti. ¶ Marsi. Peligni. Marrucini q; multi uoluntarii: nomina in classem dederunt. ¶ Camertes cũ equo foedere cum Romanis eẽnt: Cohortẽ armatã sexcẽtorũ hominũ miserunt. xxx. nauium carine. xx quinq; remes decẽ q̃driremes. cũ eẽnt posite: ipse ita institit operi: ut die quadragesimo quinto: q̃ ex siluis detracta materia eẽt: naues instructe armateq; in aquã deducte sint. ¶ Profectus in Siciliam est triginta nauibus longis: uoluntarioꝝ septẽ ferme milibus in naues impositis. Et P. Licinius in Brutiis ad duos consulares uenit exercitus. ex eis eum sibi sumpsit: quẽ L. Veturius Consul habuerat. ¶ Metello: ut quibus prefuisset legionibus: iis preesset: facilius cũ assuetis imperio rẽ gesturũ ratus: permisit. Et Pretores diuersi in Proui/tias profecti. ¶ Et q̃a pecunia ad bellum deerat: agri Campani regionẽ a fossa Greca ad mare uersa: uẽdere Questores iussi. ¶ Inditio quoq; pmisso: qui ager ciuis cãpani fuisset: ut iis publicus Populi Romani esset. ¶ Indici premium constitutum: quante pecunie ager iudicatus esset: pars decima. Et. Cn. Seruilio Pretori Vrbis negotium datum: ut Campani ciues ubicunq; ex S. C. liceret: ibi habitarent. animaduerteretq; in eos: qui alibi habitarẽt. ¶ Eadẽ estate Mago Hamilcaris filius ex minore Balea/rium insula: ubi hybernarat: iuuentute lecta: in classem imposita: in Italiam. xxx. rostratis nauibus: & multis onerariis: duodecim milia peditum: duo ferme equitum traiecit. Genuamq;: nullis presidiis maritimam oram tutantibus: repentino aduentu cepit. ¶ Inde ad oram Ligurum Alpinorumq;: si quos ibi motus facere posset: classem appulit. Ingauni: Ligurum ea gens est: bellum ea tẽpestate gerebant cũ Epãteriis

Interamenta

Umbria
Nursini
Reatini
Camertes

Scipio ĩ Sicilia uadit.

Mago ĩ Italiam traicit cũ xxx rostratis nauibus

Genua capit a magone

SAVONA

montanis. ¶ Igitẽ Poenus Sauone oppido Alpino: preda deposita: & .x. lõgis nauibus in stationem ad presidium relictis: ceteris Carthaginem missis: ad tuendam maritimã oram: quia fama erat Scipionem traiecturũ esse: Ipse societate cum Ingaunis: quorũ gratiã malebat: cõposita: mõtanos instituit oppugnare. ¶ Et crescebat in dies exerci/tus: ad famam nominis eius: Gallis undiq; confluentibus. ¶ Ea litteris cognita. Sp. Lucretii: ne frustra Hasdrubale cum exercitu deleto: biennio ante: forent letati: si par aliud inde bellum Duce tantum mutato oriretur: Curam ingentem accenderũt Patribus. Itaq; & M. Liuiũ Proconsulẽ ex Etruria Volonũ exercitũ admouere Ariminum: iusserunt. Et Cn. Seruilio Pretori negotium datũ: ut si e Re. Publica censeret esse: duas urbanas legiones: cui imperio uideretẽ: dato: ex urbe duci iuberet. M. Valerius Leuinus Arretiũ eas legiones duxit. ¶ Eisdem diebus: naues onerarie Poenorum ad octaginta circa Sardiniam A. C. Octauio: qui Prouintie preerat: capte. Eas Celius frumento misso ad Annibalẽ: cõmeatuq; onustas: Valerius p̃dam Etruscam Ligurumq; : & montanorum captiuos: Carthaginem portantes: tradit. ¶ In Brutiis nihil ferme eo anno memorabile gestũ est. ¶ Pestilẽtia intercesserat eo anno pari clade in Romanos Poenosq; nisi q̃ Punicũ exercitũ: supra morbũ: etiã fames adfecit. ¶ Propter Iunonis Lacinie tẽplũ estatẽ Annibal egit. ¶ Ibiq; arã cõ/didit. dedicauitq; cũ ingẽti rerũ ab se gestarũ titulo: Punicis Grecisq; litteris ĩsculpto.

Liber nonus

S|cipio postq̃m in Siciliam uenit: uoluntarios milites ordinauit: centuriauitq; ¶ Ex iis .ccc. iuuenes florẽtes etate: & uiriũ robore: inermes circa se habebat: ignorantes quem ad usum neq; cẽturiati: neq; armati: seruarentẽ. ¶ Tum ex Sicilie iuniorũ numero prĩcipes genere: & fortuna: centũ equites: qui secum in Africã traiicerent: legit. diemq; iis qua equis: armisq; instructi: atq; ornati: adessent: edixit. ¶ Grauis ea militia: p̃cul domo terra: mariq;: multos labores magna pericula: allatura uidebatur. neq; ipsos modo: sed parentes: cognatosq; eorum ea cura angebat. ¶ Vbi dies que edicta erat: aduenit: & arma equosq; ostẽderũt: Tũ Scipio renuntiari sibi dixit: quosdam equites Siculorũ tanq̃ grauẽ: & duram horrere eam militiam. Siqui ita animati eẽnt: malle eos sibi tũc fateri: q̃ postmodũ querẽtes: segnes: atq; inutiles milites esse Rei Pu. expromerent: quid sentirent. cum bona uenia se auditurum. ¶ Vbi unus ex iis ausus est dicere: se prorsus: si sibi: utrum uelit: liberum esset: nolle militare. ¶ Tum Scipio ei: quando igitur adolescens quid sentires: non dissimulasti: uicarium tibi expediam: cui tu arma: equumq;: & cetera instrumenta militie tradas. & tecum hinc extemplo domum ducas. exerceas. docẽdum cures. equo tradito armisq; ¶ Cui leto conditionem accipienti: unũ ex .ccc. quos inermes habebat: tradit. ¶ Vbi hoc modo exautoratum equitẽ: cũ gratia Imperatoris: ceteri uiderunt: se quisq; excusare: & uicarium accipere. Ita .ccc. Siculis Romani substituti equites: sine publica impensa. ¶ Docendorum: atq; exercendorum curam Siculi habuerunt. quia edictum Imperatoris erat: ipsum militaturum qui ita non fecisset. ¶ Egregiam hanc alam equitum euasisse ferunt. multisq; preliis Rem Pu. adiuuisse. ¶ Legiones inde cum inspiceret: plurimorum stipendiorum ex iis milites delegit. maxime qui sub duce Marcello militauerant. quos cũ optima disciplina institutos credebat: tũ etiam ab longa Syracusanorum obsiditione: peritissimos esse urbium oppugnandarum. ¶ Nihil enim paruum: sed Carthaginis iam excidia agitabat animo. ¶ Inde exercitũ

Scipio Syracusanorum res componit cum magna totius Sicilie grata

GRAVE BELLU̅ I̅ HISPANIA

Indibili auctore coortum

per oppida dispartit. ¶Frumētū Siculorum̄ ciuitatibus imperat. ¶Ex Italia aduecto parcit. ¶Veteres naues reficit. ¶Et cū iis C. Leliū predatū mittit. ¶Nouas Panormi subducit. quia ex uiridi materia raptim facte erāt. ut in sicco bibernarent. ¶Prepatis omnibus ad bellum: Syracusas: nondum: ex magnis belli motibus satis tranquillas: uenit. ¶Greci res: a qbusdam Italici generis: eadē ui: q̄ p bellū ceperant retinētibus: concessas sibi ab Senatu: repetebant. Omnium primum ratus tueri publicam fidem: partim edicto: partim iudiciis etiā in pertinaces: ad obtinendā iniuriā redditis: suas res Syracusanis restituit. ¶Non ipsis tantum ea res: sed omnibus Sicilie populis grata fuit. eoq; enixius ad bellū adiuuerunt. ¶Eadem estate in Hispania coortū ingens bellum: cōciente Indibili: nulla alia de causa: q̄ per admirationem Scipionis: cōtēptu Imperatorum̄ aliorum̄ orto. ¶Eum superesse unū ducem Romanis: ceteris ab Annibale interfectis: rebantur. eo nec in Hispaniam: cesis Scipionibus: alium quem mitterent: babuisse. & postq̄ in Italia grauius bellū urgeret. aduersus Annibalē: eū accersitum. preterq̄ q nomina tm̄ ducum in Hispania Romani babebāt: exercitum quoq; inde ueterem deductum. trepida omnia. & inconditam inde turbam tyronum esse. nunq̄ talem occasionē liberande Hispanie fore. seruitum ad eā diem: aut Carthaginēsibus: aut Romanis. nec inuicem bis: aut illis: sed interdum utrisq; simul. pulsos ab Romanis Carthaginenses. ab Hispanis: si cōsentirēt: pelli Romanos posse. ut ab omni imperio externo soluta in perpetuū Hispania: in patrios rediret mores: ritusq;. ¶Hec taliaq; dicendo: non populares modo: sed Anxetanos quoq;: uicinam gentem: cōcitat. ¶Et alios finitimos sibi atq; illis populos. ¶Itaq; intra paucos dies. x. milia peditū: quattuor ferme equitum: in Sedetanum agrum: quo edictum erat: conuenerunt. ¶Romani quoq; Impatores. L. Lentulus: & L. Mālius Acidinus ne glisceret: pmo negligēdo: bellū: iunctis & ipsi exercitibus: per agrū Anxetanū bostico: tanq̄ pacato clementer ductis militibus: ad sedem bostium puenere. ¶Trium milium spatio procul a castris eorum posuerūt castra. ¶Primo per Legatos: nequicq̄ temptatū: ut disceretur ab armis. ¶Deinde cū in pabulatores Romanos impetus repente ab equitibus Hispanis factus esset: submisso ab statione Romana equitatu: equestre preliū fuit: baud sane memorando: in partem ullam: euentu. ¶Sole oriente postero die armati: instructiq; omnes mille ferme passus pcul a castris Romanis aciē ostendere. ¶Medii Anxetani erant. ¶Cornu dextrū Ilergetes: leuum ignobiles tenebant Hispani populi. ¶Inter Cornua: & mediam aciem interualla patentia satis late fecerunt. qua equitatū: ubi tempus eēt: emitterēt. ¶Et Romani: more suo exercitum: cū instruxissent: id modo bostiū imitati sunt: ut inter legiones & ipsi patentes equiti relinquerēt uias. ¶Ceterū lentulus ei parti usum equitis fore ratus: que prior in debiscentem interuallis bostiū aciem equites emisisset: Sex. Cornelio Tribuno militum imperat: equites perpatētes in bostium acie uias permittere equos iubeat. ¶Ipse cepta: parum prospere pedestri pugna: tantum moratus: dū cedenti duodecime legioni: que in leuo cornu: aduersus Ilergetes locata: prona erat: tertiamdecimam legionem: ex subsidiis: in pmam aciem firmamētum ducit. ¶Postq̄ equata ibi pugna est: ad. L. Manlium inter pma signa bortantem: ac subsidia: quibus res postulabat locis: inducentem: uenit. Indicatq; tuta ab leuo cornu esse. iam missum a se Sex. Cornelium procella equestri bostis circun/fusurum. ¶Vix bec dicta dederat: cū Romani equites in medios iuecti bostes: simul pedestris acies turbauerunt: simul equitibus Hispanorum uiam immittendi equos clauserūt. Itaq; omissa pugna equestri ad pedestrē Hispani descenderūt. ¶Romani imperatores: ut turbatos bostiū ordines: & trepidationem: pauorēq;: & fluctuantia

uiderunt signa: hortantur: orant milites: ut perculsos inuadant. neu restitui aciem patiant. Non sustinuissent: tã infestũ impetum barbari: ni Regulus ipse Indibilis: cum equitibus ad pedes digressis: ante p̃ma signa peditũ se obiecisset. Ibi aliq̃diu atrox pugna stetit. Tandem: postq̃ ii: qui circa Regem seminecem restãtem: deinde pilo terre adfixum: pugnabant: obruti telis occubuerũt: Tum fuga passim cepta. pluresq; cesi: quia equos cõscendendi: ab equitibus spatium non fuerat. & quia perculsis acriter institerunt Romani. Nec añ abscessũ ẽ: q̃ castris quoq; exuerunt hostẽ. Tredeci milia Hispanorum cesa eo die: dccc. ferme capti. Romanorum Sotiorumq; paulo amplius. cc. maxime in leuo cornu: ceciderũt. Pulsi castris Hispani: aut qui ex p̃lio effugerant: sparsi primo per agros: deinde in suas quisq; ciuitates redierunt. Tum a Mandonio euocati in Consiliũ: cõquestiq; ibi clades suas: increpitis autoribus belli: legatos mittendos ad arma tradenda: deditionemq; faciendam: sensuerunt. Quibus culpam in autores belli Indibilẽ: ceterosq; Principes: quoꝝ plerīq; in acie cecidissent: conferẽtibus: tradentibusq; arma: & dedentibus sese: responsum est. In deditionẽ ita accipi eos: si Mãdoniũ ceterosq; belli cõcitatores: tradidissent uiuos. si minus: exercitus se in agrum Ilergetum: Anxetanorumq;: & deinceps aliorum populorũ: ducturos. Hec dicta Legatis: renuntiataq; in Conciliũ. Ibi Mandonius ceteriq; Principes comprehensi. & traditi ad supplitium. Hispanis populis: pax reddita. Stipendium eius anni duplex: & frumentum sex mensium imperatũ: sagaq;: & toge: exercitui. & obsides: ab triginta ferme populis accepti. Ita Hispanie rebellantis tumultu: haud magno motu: intra paucos dies concito: & compresso: in Africam om̃is terror uersus.

C. Lelius nocte ad Hipponem Regium cum accessisset: luce p̃ma ad populãdum agrũ sub signis milites: sotiosq; nauales duxit. Omnibus: pacis mõ incuriose agẽtibus: magna clades illata. nũtiiq; trepidi Carthaginẽ: terrore ingenti cõpleuere. Classem Romanam: Scipionemq; Imperatorem: & fama iam fuerat: in siciliam transgressum aduenisse. Nec quot naues uidissent: nec q̃nta manus agros popularetur: satis gnari om̃ia in maius: metu augẽte: accipiebãt. Itaq; p̃mo terror: pauorq;: deinde mesticia animos incessit: tantum fortunam mutasse: ut qui modo ipsi exercitum ante menia Romana habuissent uictores: totq; stratis hostiũ exercitibus: omnes Italie populos: aut ui: aut uoluntate: in deditionem accepissent: ii uerso Marte: Africe populatiões: & obsidionẽ Carthaginis uisuri forẽt: neq̃q̃ pari ad patiẽda ea robore: ac Romani fuissent. illis Romanam Plebem: illis Latium iuuẽtutem prebuisse: maiorem semper frequentioreq; pro tot cesis exercitibus subolescentem. Ceterũ suam plebẽ imbellem in urbe: imbellem in agris esse: mercede pari auxilia ex Afris: gente ad omnem auram spei mobili: atq; infida. Iam Regem Syphacem: post colloquium cum Scipione alienatũ. Masanissam apta defectione infestissimũ hostẽ. nihil us q̃ spei: nihil auxilii esse. Nec Magonem ex Gallia mouere tumultus quicq̃: nec coniungere sese Annibali. Et Annibalem ipsum: iam & fama senescere: & uiribus. In hec deflenda prolapsos: ab recenti nuntio animos rursus terror instans reuocauit: ad cõsultandum: quonam modo obuiam presentibus periculis iretur. Delectus raptim in urbe agrisq; haberi placet. mittere ad conducenda auxilia. munire urbem. frumentum conuehere tela: arma: parare. instruere naues. & mittere ad Hipponẽ: aduersus Romanã classẽ. Iam hec agentibus: nuntius tandem uenit: Lelium: non Scipionem: copiasq; quãte ad incursiones agrorum satis sint: transuectas: summam belli molem adhuc in Sicilia esse. Ita respiratum: mittiq; ad Syphacem legationes: aliosq; Regulos: firmande sotietatis causa: ceptum. Ad Philippum quoq; missi: qui ducenta argenti talenta

pollicerentur: ut in Siciliam: aut in Italiam traiceret. Et ad suos Imperatores: in Italiam: ut omni terrore: Scipionẽ retinerent. Ad Magonem etiã nõ legati modo: sed. xxv. naues longe: sex milia peditũ: octingenti equites: & septem elephãti: Adhuc magna pecunia: ad conducenda auxilia. quibus fretus: propius Vrbem Romanam exercitũ admoueret. cõiungeretq; se Annibali. Hec Carthagine ꝑabãt. agitabãtq;. Ad Lelium predas ingentes ex agro inermi ac nudo presidiis agẽtem Masanissa fama Romane classis excitus: cũ eqtibus paucis uenit. Is segniter rẽ agi a Scipiõe questus: q non iam exercitũ: in Africã traiecisset: ꝑculsis Carthaginẽsibus: Syphace impedito finitimis bellis: quem certum haberet: si spatium ad sua: ut uelit: cõponẽda: detur: nihil sincera fide: cum Romanis acturum. hortaret ac stimularet Scipionem: non cessare. Se q̃q̃ regno pulsus esset: cũ haud cõtemnendis copiis ad futurũ peditũ: equitumq;. Nec ipsi Lelio morandum in Africa esse. classem credere profectam a Carthagine: cum qua absente Scipione: non satis tutum esse contrahi certamen. Ab hoc sermone dimisso Masanissa: Lelius postero die naues ꝑda onustas: ab Hippone soluit. reuectusq; in Siciliam Masanisse mandata Scipioni exposuit. Eisdẽ ferme diebus: naues: que a Carthagine ad Magonẽ misse erãt inter Albigaunos Liguresq; Alpinos genuã accesserũt. In iis locis tũ forte Mago tenebat classem. Qui Legatorũ auditis uerbis: iubentium exercitus comparare: q̃ maximas extemplo Gallorum & Ligurũ: nãq; utriusq; gentis ingens ibi multitudo erat: Consiliũ habuit. Et missum se ad eos uindicandos in libertatem ait. ut & ipsi cernant: mitti sibi ab domo presidia. sed quantis uiribus: quanto exercitu: id bellum geratur: in eorum potestate esse. duos exercitus Romanos: unũ in Gallia: alterũ in Etruria esse: satis scire. Sp. Lucretium se cum. M. Liuio iuncturum. multa milia ipsis etiã armanda eẽ: ut duobus Ducibus: duobus exercitibus Romanis resistatur. Galli ad id summam suam uoluntatem eẽ dicere. sed cũ una castra intra fines: altera in finitima terra Etruria ꝓpe in cõspectu habeãt: si palam fiat: auxiliis adiutũ ab sese eẽ Poenum: extemplo infestos utrinq; exercitus in agrum suũ incursuros. ea ab Gallis desideraret: quibus occulte adiuuari posset. Liguribus quod procul agro: urbibusq; eorum castra Romana sint: libera consilia esse. Illos armare iuuentutẽ: & capescere pro parte bellũ equũ eẽ. Ligures haud abnuere. tempus modo duoꝝ mensium petere: ad delectus habendos. Interim Mago milites: Gallis dimissis: clam per agros eorum mercede conducere. cõmeatus quoq; omnis generis occulte ad eũ a Gallicis populis mittebant. M. Liuius exercitum Volonum ex Etruria in Galliam traducit. Iunctusq; Lucretio si se mago ex liguribus propius urbem moueat: obuiã ire parat. Si poenus sub angulo alpiũ qetus se cõtineat: & ipse in eadẽ regione circa Ariminum: Italie presidio futurus. Post reditũ ex Africa C. Lelii: & Scipione stimulato Masanisse adhortationibus: & militibus predam ex hostium terra cernentibus: tota classe efferri: accensis ad traiciendũ: q̃primũ interuenit maiori minor cogitatio: Locros urbẽ recipiẽdi: que sub defectionem Italie desciuerat & ipsa ad Poenos. spes autem affectande eius rei: ex minima re adfulsit quod latrociniis magis: q̃ iusto bello in Brutiis gerebantur res. principio a Numidis facto: & Brutiis non sotietate magis Punica: q̃ suopte ingenio cõgruẽtibus in eum morem. postremo Romani quoq; milites: iam contagione q̃dam raptu gaudentes: q̃tum per duces licebat: excursiones in hostium agros facere. Ab iis egressi quidam urbe Locrenses circũuenti: Regiumq; abstracti fuerant. In eo captiuorũ numero fabri quidã fuere: assueti forte: apud Poenos mercede opus in arce Locroꝝ facere. ii cogniti a Locrensium Principibus: qui exsulabãt Regii: pulsis: ab aduersa

factiōe: que Annibali Locros tradiderat: Regiū se cōtulerāt. cū cetera ꝑcontātibus: ut mos est: q̄ diu absunt: que domi agerētur: exposuissent: spem fecerunt: si redēpti: ac remissi forent: arcem se iis tradituros. ibi se habitare: fidemq; sibi rerum omnium inter Carthaginēses eē. Itaq; ut qui simul desiderio patrie agerent: simul cupiditate inimicos ulciscendi: arderent: redemptis extemplo iis: remissisq; cum ordinem agende rei cōposuissēt: signa quoq;: que ꝓcul edita obseruarēt: ipsi ad Scipionē Syracusas profecti: apud quem pars exsulum erat: referentes sibi promissa captiuorū: cū spem ab effectu haud abhorrētem Consuli fecissent. Tribuni militum cum iis M. Sergius: & P. Matienus missi: iussiq; ab Regio tria milia militū locros ducere: &. Q. Plemi/nio Propretori scriptum: ut rei agende adeēt. ¶ Profecti ab Regio scalas ad dictam altitudinē arcis fabricatas portātes: media ferme nocte: ex eo loco: unde cōuenerat: signum dedere proditoribus arcis. qui parati: intenti & ipsi: scalas ad idipsum factas cum demisissent: pluribusq; simul locis scandentes accepissent: priusq̄ clamor oriretur: in uigiles Poenoꝝ: ut in nullo tali metu sopitos: impetus est factus. Quoꝝ gemitus primo morientiū exauditus. deinde subita consternatio ex somno: & tumultus cum cā ignorarēt: postremo certiores: aliis excitātibus alios: iā ꝓ se q̄sq; ad arma uocabat. hostes in arce esse: & cedi uigiles. ¶ Oppressiq; forent Romani: neq̄q̄ numero pares: ni clamor ab iis: qui extra urbem erant: sublatus: incertū unde accidisset: om̄ia uana: augente nocturno tumultu: fecisset. ¶ Itaq; uelut plena iā hostiū arce territi Poeni: omisso certamine: in alteram arcē: due sunt haud multū inter se distantes: cōfugiūt. ¶ Oppidani urbem habebant: uictoribus premium in medio positam. ¶ Ex arcibus duabus ꝑlis quottidie leuibus certabatur. ¶ Que Pleminius Romano. ¶ Hamilcar Punico presidio preerat: & arcessentes ex propinquis locis subsidia: copias augebant. ¶ Ipse postremo ueniebat Annibal. nec sustinuissent Romani: nisi Locrensiū multi/tudo exacerbata sup̄bia: atq; auaricia Poenoꝝ: ad Romanos inclinasset. ¶ Scipioni ut nuntiatum est: in maiore discrimine Locris rem uerti. ip̄mq; Annibalē aduētare: ne presidiū etiā periclitarēt: haud facile inde receptu: & ipse a Messana. L. Scipione fratre in presidio ibi relicto: cum primum estu fretū inclinatū est: naues mari secūdo misit. & Annibal a Butroto amni (haud ꝓcul is ab urbe Locris abest) nuntio p̄misso: ut sui luce p̄ma: summa ui prelium cum Romanis ac Locrensibus consererent: dum ipse auersis omnibus in eum tumultum a tergo urbē incautā aggrederetur: ubi luce ceptam inuenit pugnam: ipse nec in arcē se includere: turba locū arctū impediturus: uoluit: neq; scalas: quibus scanderet muros attulerat. sarcinis in aceruum coniectis: cum haud procul muris ad terrorē hostium aciē ostendisset: cum eq̄tibus Numidis circūequitabat urbem: dum scale: queq; alia ad oppugnādum opus essent parantur: ad uisendū: qua maxime parte aggrederetur. progressus ad murū Scorpione ictus: qui proximus eū forte steterat: territus inde tā ꝑiculoso casu: receptui canere cum iussisset: castra procul ab ictu teli communit. ¶ Classis Romana a Messana locros: multa die superante: accessit. ¶ Expositi omnes e nauibus: & ante occasum solis urbē ingressi sunt. ¶ Postero die cepta ex arce a Poenis pugna. & Annibal iā scalis: aliisq; omnibus ad oppugnationem paratis: subibat muros: cum repēte in eum: nihil minus: q̄ tale quicq̄ timentem: patefacta porta erumpunt: Romani. ad. cc. improuidos cum inuasissent: occidunt. ¶ Ceteros Annibal: ut Consulem ad esse sensit: in castra recepit. nuntioq; misso ad eos: qui in arce erant: ut sibimetipsis cōsulerēt: nocte motis castris: abiit. & qui in arce erant: igni iniecto tectis: que tenebant: ut is tumultus hostem moraretur: agmen suorum fuge simili cursu: ante noctem adsequuti sunt. ¶ Scipio ut

Scipione [illegible]

Vincit[illegible] Annibal Locris et fugit: [illegible] prius a [illegible] dedit.

& arcem relictam ab hostibus: & uacua uidit castra: uocatos ad Contionē Locrēses: grauiter ob defectionem incusauit. ¶ De autoribus supplicium sumpsit. bonaq; eorū Principibus alterius factiōis: ob egregiā fidē: aduersus Romanos: cōcessit. ¶ Publice: nec dare: nec eripere: se quicq̄ Locrēsibus dixit. romā mitterēt legatos: quā Senatus censuisset: eam fortunam habituros. ¶ Illud satisfcare: & si male de Populo Romāo meriti eēnt: in meliore statu sub iratis Romanis futuros: q̄ sub amicis Carthaginensibus fuerunt. Ipse. Q. Pleminio Legato. presidioq;: quod arcem ceperat: ad tuendā urbē: relicto: cum quibus uenerat copiis Messanā traiecit. ¶ Ita superbe & crudeliter habiti locrenses a carthaginēsibus: post defectionem ab romanis fuerant: ut modicas iniurias non equo modo animo pati: sed prope libenti: uideri possent. uerū eniuero tantum. Pleminius Hamilcarem presidii Prefectum: tantum presidiarii milites Ro. Poenos scelere: atq; auaricia superauerunt: ut non armis: sed uitiis: uiderēt certari. Nihil omniū: que inopi inuisas opes potentioris faciunt: ꝑtermissum in oppidanos ē ab duce: aut a militibus. ¶ In corpora ipsoꝝ: in liberos: in cōiuges: infande cōtumelie edite. Nam auaricia: ne sacrorum quidē spoliatione: abstinuit. nec alia modo tēpla uiolata: sed Proserpine etiam intacti oīni etate thesauri: preterq̄: ꝙ a Pyrrho: qui cum magno piaculo sacrilegii sui manubias retulit: spoliati dicebantur. ¶ Ergo sicut ante Regie naues lacerate naufragiis: nihil in terram integri: ꝑter sacram pecuniā dee: quam exportabāt: extulerant: tum quoq; alio genere cladis: eadem illa pecunia omnibus cōtactis: ea uiolatione templi furorem iniecit. atq; inter se ducē: in ducem: militem: in militem: rabie hostili uertit. ¶ Summe rei Pleminius preerat. militum pars sub eo: quā ipe ab Regio adduxerat: pars sub Tribunis erat. ¶ Rapto poculo argēteo ex oppidani domo Pleminii. miles fugiens: sequentibus quorum erat: obuius forte Sergio & Metieno Tr. militum: fuit. cui cum iussu Tribunorum: ademptum esset poculum: primo iurgiū: deinde clamor quoq;: pugna postremo orta: inter Pleminii milites: Tribunorumq;: ut suis quisq; opportunus aduenerat: multitudine simul: ac tumultu crescente. ¶ Victi Pleminii milites. cum ad Pleminium cruorem: & uulnera ostentantes: non sine uociferatione: atq; indignatione concurrissent: probra in eum ipm iactata: in iurgiis referentes: accensus ira: domo sese ꝓripuit. uocatosq; Tribunos: nudari: ac uirgas expediri iubet. ¶ Dum spoliandis iis: repugnabāt enī: militūq; implorabant auxilium: tempus terit: repēte frequētes milites feroces recēti uictoria ex omnibus locis: uelut aduersus hostes: cum ad arma conclamatum esset: cōcurrerūt. & cum iam uiolata uirgis corpora Tribunoꝝ uidissent: tū uero in multo impotentiorem subito rabiem accensi: sine respectu non maiestatis modo: sed inhumanitatis: in Legatum impetum: lictoribus primum indignum in modum mulctatis: faciunt. Tum ipsum ab suis interceptum: & seclusum hostiliter lacerant: & ꝓpe exāguē naso. auribusq; mutilatis: relinquunt. ¶ His Messanam nuntiatis. Scipio post paucos dies Locros aduectus: cum causam Pleminii: & Tribunorum audisset: Pleminio noxa liberato: relictoq; in eiusdem loci presidio: Tribunis sontibus uindicatis: & in uincula cōiectis: ut Romā ad Senatū mitterent: Messanā atq; Syracusas rediit. ¶ Pleminius impotens ire: neglectam ab Scipione: & nimis leuiter latam suam iniuriam ratus: nec unq̄ estimare alium: eam litem posse: nisi qui atrocitatem eius patiendo sensisset: Tribunos attrahi ad se iussit: laceratosq; oīmibus: que pati corpus ullū potest: suppliciis: interfecit. ¶ Nec satiatus uiuorum pena: insepultos proiecit. ¶ Simili crudelitate & in Locrensium Principes est usus: quos ad cōquerendas iniurias ad. P. Scipionē profectos audiuit. ¶ Et qui antea per libidinē: atq; auariciā: feda exempla in socios

ediderat: ¶ Tunc ab ira multiplicia edere infamie atq; inuidie nō modo sibi: sed etiā Imperatori esse. ¶ Iam comitioꝝ appetebat tēpus: cū a. P. Licinio littere Romam allate sunt: se exercitumq; suum graui morbo afflictari. nec sisti potuisse: nisi eadem uis mali: aut grauior etiam: in hostes ingruisset. Ita quoniam ipse uenire ad Comitia nō potuisset: si ita Patribus uideretur: se. Q. Ceciliū Matellū Dictatorē Comitioꝝ causa: dicturum. exercitumq;. Q. Cecilii dimitti e Re P. esse. Nam neq; usum eius ullum in presentia esse: cū Annibal iā in hyberna se suosq; receperit: & tāta incesserit in ea castra uis morbi: ut nisi mature dimittantur: nemo omniū superfuturus uideat. ¶ Ea Cōsuli a Patribus facieda: uti e Re P. fideq; sua duceret: ꝑmissa. ¶ Ciuitatem eo tēpore repens religio inuaserat: inuēto carmine in libris Sibyllinis ꝓpter crebrius eo anno de celo lapidatū: inspectis. ¶ Quādoq; hostis alienigena terre Italie bellum intulisset: eum pelli Italia. uinciq; posse: si Matris Idee Pessimunte numen Romam aduectum foret. Id carmē a decēuiris inuentū: eo magis patres mouit: ꝙ & Legati: qui donū Delphos portauerant: referebant: & sacrificātibus ipsis Pythio Apollini: omnia leta exta fuisse: & responsum oraculo editum: maiorem multo uictoriam. q̃ cuius ex spoliis dona portarēt adesse Populi Ro. ¶ In eiusdē spei summā cōferebāt P. Scipionis uelut presagientem animum: de fine belli: qui depoposcisset ꝓuintiam Africā. Itaq; quo maturius satis ōmibus: oraculisq; portendētis sese uictorie cōpotes fierent: id cogitare: atq; agitare que ratio transportande Romā dee esset. ¶ Nullas tum in Asia ciuitates sotias habebat Populus Ro. tamē memores Esculapiū quoq; ex Grecia quondā: haud dū ullo foedere sotiata: ualitudinis populi causa accersitū: Etiam cum Attalo Rege propter commune aduersus Philippum bellum: ceptam amiciciam esse: facturū eū qua posset Populi Ro. causa: Legatos ad eū decernunt M. Valerium Leuinū: qui bis Cōsul fuerat. ac res in Grecia gesserat. M. Cecilium Metellum Pretoriū. ¶ Sulpitiū Galbam Ediliciū. ¶ Duos Questores. C. Tremelium Flaccū. ¶ Et. M. Valeriū Falconē. His quinq; naues quinqremes: ut ex dignitate Populi Romani adirent eas terras: ad quas conciliāda Maiestas nomini Romano esset: decernunt. ¶ Legati Asiam. petētes ꝓtinus Delphos. cū descendissent: oraculum adierunt. consulentes: ad quod negotium missi domo essent: perfitiendi eius quā sibi spem: Populoq; Romano portenderet. ¶ Respōsum esse ferunt: per Attalū Regem compotes eius fore: quod peterent. cum Romam deam deuexissent: tum curarent: ut eam qui uir optimus rome esset: hospitio acciperet. ¶ Pergamum ad Regē uenerunt. ¶ Is Legatos comiter acceptos Pessimuntē in Phrygiam deduxit. sacrūq; iis lapidem quem matrem deum incole eē dicebāt: tradidit. ac deportare Romā iussit. Premissus ab Legatis. M. Valerius Falco nūtiauit deam apportari. querendum uirum optimū in ciuitate esse: qui eam rite hospitio acciperet. Q. Cecilius Metellus Dictator a Consule in Brutiis Comitiorum causa dictus: exercitusq; eius dimissus. Magister equitum. L. Veturius Philo. ¶ Comitia per Dictatorem habita. Cōsules facti. M. Cornelius Cetegus. P. Sempronius Tutidanus. absens: cum Prouintiam Gretiam habet. ¶ Pretores inde Creati: Claudius Nero. M. Martius Ralla. L. Scribonius Libo. M. Pomponius Matho. ¶ Comitiis pactis Dictator sese Magistratu abdicauit. ¶ Ludi Romani ter: Plebei septies instaurati. ¶ Curules erant: Ediles. Cn. & L. Cornelii Lentuli. Lucius Hispaniam Prouintiam habebat: absens creatus. absens eū honorē gessit. T. Claudius Asellius: & M. Iunius Poenus Plebei Ediles fuerūt. ¶ Edem uirtutis eo anno ad portā Capenā. M. Marcellus dedicauit septimodecimo anno postq̃ a patre eius primo Consulatu uota: in Gallia ad Clastidium fuerat.

pestilentia exercitū

De matris idee simulacro romā aduehendo.

MACEDONIE RES

DIRRACHIUM

Et Flamen Martialis eo anno est mortuus. M. Emilius Regulus. Neglecte eo biẽnio res in Grecia erant. Itaq; Philippus Etolos desertos ab Romano: cui uni fidebant. auxilio: quibus uoluit conditionibus: ad petendam & paciscendã subegit pacem. quod nisi omni ui perficere maturasset: bellantẽ eũ cũ Etolis. P. Sẽpronius Proconsul: successor imperii missus Sulpitio: cũ decẽ milibus peditũ: & mille eqtibus: & trigintaquinq; rostratis nauibus: haud paruũ momentũ ad opem ferendam sotiis: oppressisset. Vix dũ pace facta nũtius Regi uenit: Romanos Dirrachium uenisse: Parthinosq; & propinquas alias gentes motas esse: ad spem nouandi res: Dimallumq; oppugnare. Eo se auerterant Romani: ab Etolorum: quo missi erant: auxilio. irati ꝙ sine autoritate sua aduersus fedus: cum Rege pacem fecissent. Ea cum audisset Philippus: ne qui motus maior infinitimis gẽtibus: populisq; orirẽ: magnis itineribus Apolloniam contendit: quo Sempronius se receperat: misso Lectorio Legato cum parte copiarum. & . xv. nauibus in Etoliã ad uisendas res. pacẽq;: si posset: turbãdã. Philippus agros Apolloniatiũ uastauit. & ad urbẽ admotis copiis potestatẽ pugne Romano fecit. Quem postea ꝗ̃ quietum: muros tantũmodo tueri uidit: nec satis fidens uiribus: ut urbem oppugnaret: cum Romanis quoq;: sicut cum Etolis: cupiẽs pacem: si posset: si minus: inducias facere: nihil ultra irritatis nouo certamine odiis: in Regnum se recepit. Per idem tempus tedio diutini belli Epirote temptata ꝓus Romanoꝝ uoluntate: Legatos de pace cõmuni ad Philippum misere. satis cõfidere conuenturam: eam affirmantes: si ad colloquium cum. P. Sempronio Imperatore uenisset. facile imperatum. neq; enim ipsius quidem Regis abhorrebat animus: ut in Epirum transiret. Penice urbs est Epiri. ibi prius colloquutus Rex cum Eropo: & Darda: & Philippo Epirotarũ Pretoribus: postea cũ. P. Sempronio congrediẽ. Adfuit colloquio & Aminander Athamanũ Rex. & Magistratus alii Epirotarũ & Acarnanum. Primus Philippus Pretor uerba fecit. & petiit: simul ab Rege: & ab Imperatore Romano: ut finem belli facerent. darentq; eam Epirotis ueniam.

P. Sempronius conditiones pacis dixit: ut Parthini: & Dimallum: & Bargullum: & Eugenium: Romanoꝝ essent. Atinthanias missis Romam Legatis ad Senatum: impetrasse ut Macedonia cederet. In eas conditiones cũ pax cõuenisset: ab Rege foederi adscripti: Prusia Bithynie: Achei: Boetii: Thessalia: Acarnanes: Epirote. Ab Romanis Ilienses: Attalus Rex: Pleuratus: Nabis Lacedemonioꝝ: Tyrannus: Elei: Messenii: Athenienses. Hic conscripta modo consignataq; sunt: & in duos menses inducie facte: donec Romam mitterentur Legati: ut Populus in has conditiones pacẽ iuberet. Iusseruntq; omnes tribus: quia auerso in Africam bello: omnibus aliis in presentia leuari uolebant bellis. Sempronius pacefacta: ad Consulatum Romam decessit. P. Sempronio M. Cornelio Consulibus: quintusdecimus is annus punici belli erat: Prouintie Cornelio Etruria: cum uetere exercitu: Sempronio Brutii: ut nouas scriberet legiones: decrete. Pretoribus. M. Martio Vrbana. L. Scribonio Liboni Peregrina: & eidẽ Gallia. M. Pomponio Mathoni Sicilia. T. Claudio Neroni Sardinia: euenit. P. Scipioni Proconsuli cum eo exercitu cũq; ea classe: quam habebat. prorogatum in annum Imperium est. Item P. Licinio ut Brutios cum duabus legionibus obtineret: quoad eum cum Imperio in Prouintia morari: Consuli e Re Pu: uisum esset. Et M. Liuio: & Sp. Lucretio: cum binis legionibus quibus aduersus Magonẽ Gallie presidio fuissent: prorogatũ Imperiũ est. Et Cn. Octauio: ut cum Sardiniam legionemq;. T. Claudio tradidisset: ipse nauibus lõgis xl. maritimam oram: quibus finibus Senatus sensuisset: tutaretur. M. Pomponio

COUS. M. Cornelius P. Sempronius

P. SCIPIONI PROROGAT. IMPERAU

Pretori in Sicilia Cannēsis exercitus: due legiōes: decrete sūt. T. Quītius Tarētū C. Hostilius Capuā Propretores sicut ꝑore anno cū uetere uterq; ꝑsidio obtinerēt: ¶ De Hispanie Imperio: ꝙ in eam Prouintiam duos proconsules mitti placeret: latum ad Populū est ¶ Omnes tribus eosdem. L. Corneliū Lentulū. &. L. Māliū Acidinum Proconsules: sicut priore anno tenuissent: obtinere eas ꝓuintias: iusserunt. ¶ Consules delectum habere instituerunt. & ad nouas scribendas in Brutios legiones: & inde ceterorum: ita enim iussi: a senatu erant: exercituū supplementū. q̄q̄ nōdum aperte Africa Prouintia erat decreta: occultantibus id credo Patribus: ne ꝑsciscerēt Carthaginenses: tamen in eam spem erecta ciuitas erat: in Africa eo anno debellatū iri. finemq; bello Punico adesse ¶ Impleuerat ea res superstitione animos. proniq; & ad nūtianda: & ad credēda prodigia erant. ¶ Ea plura uulgabantur. duos soles uisos & nocte interluxisse ¶ Et facē stelle ab ortu solis ad occidentē porrigi uisā. ¶ Tarracine portā: Anagnie portā: & multis locis murū de celo tactū ¶ In ede Iunonis Sospite Lauinii. cum horrendo fragore strepitum editum. eorum procurandorum cā: diem unū supplicatio fuit. & nouēdiale sacrū: qđ de celo lapidatū eēt ¶ Factum. eo accessit consultatio: de matre Idea accipienda. quā preter q̄ ꝙ. M. Ualerius unus ex Legatis regressus: ac tutū ī Italia fore nūtiauerat: recens nūtius aderat. Tarracine iam esse ¶ Haud parue rei iudiciū Senatū tenebat: qui uir optimus in ciuitate eēt. ueram certe uictoriā eius rei sibi quisq; mallet: q̄ ulla imperia: honores ue suffragio seu Patrum: seu Plebis: delatos ¶ Patres conscripti. P. Scipionem filium eius: qui in Hispania occiderat: adolescentem: nondum Questorium iudicauerunt: in tota ciuitate uirum optimum esse. ¶ Id quibus uirtutibus inducti ita iudicauerint: sicut traditum a proximis memorie tempoꝝ illoꝝ scriptoribus: libens posteris tradiderim: ita eas opiniones: coniectando rē uetustate obrutā: nō interponā. P. Cornelius cum omnibus Matronis Ostiam ire iussus obuiam dee. isq; eam de naue accipere. & in terram elatā tradere referendā Matronis. postq̄ nauis ad Ostiū amnis Tyberini accessit: sicut erat iussus in salum naue euectus a Sacerdotibus deā accepit. extulitq; in terram ¶ Matrone primores ciuitatis: inter quas unius: Claudie Quinte insigne ē nomen: accepere: cui dubia ut traditur antea fama: clariorē ad posteros: tam religioso ministerio pudiciciam fecit. ¶ Ee per manus: succedentes deinde alie aliis: omni effusa ciuitate: obuiam thuribulis ante ianuam positis: qua preferebatur atq; accēso thure: precantibus ut uolens propitiaq; Urbem Romam iniret: in edē uictorie: que est in Palatio: ꝑtulere deam: pridie idus Aprilis. isq; dies festus fuit ¶ Populus frequēs dona dee in Palatio tulit. ¶ Lectisterniumq;: & Ludi fuere Megalensia appellata. ¶ Cum de supplemento legionū agerēt: que in Prouintiis erant: tēpus eē a q̄busdā Senatoribus subiectum ē: que dubiis in rebus: utcūq; tolerata essent: eo dempto iam tandem deum benignitate metu: non ultra pati. ¶ Erectis expectatione Patribus subiecerūt: Colonias Latinas. xii. que. Q. Fabio: &. Q. Fuluio Cōsulibus abnuissēt milites: dare. eas annū iam ferme sextū: uacationē militie: quasi honoris cā & bn̄ficii. habere: Cum interim boni obediētesq; Socii ꝓ fide: atq; obsequio Imperii Romani continuis omnium annorum delectibus exhausti essent ¶ Sub hanc uocem noua memoria magis patribus renouata: rei prope iā oblitterate est: q̄ ira irritata. ¶ Itaq; nihil ꝑus referre Cōsules passi decreuere: ut Consules Magistratus denosq; Prīcipes Nepete: Sutrio: Ardea: Calibus: Alba: Carseolis: Sora: Suessa: Setia: Cerceis: Narnia: Interamna ¶ Ee nanq; Colonie in ea causa erant: Romam excirēt. iis imperarent: quantum queq; earum Coloniarum militum plurimum dedisset Populo Romano:

PRODIGIA

P. SCIPIO FILIUS MELIOR VIR CIVITIS IVDICATUS MATREM IDEAM ROMA ADVEHEDAM HOSTIE ACCEPIT.

MEGALENSES LVDI MR̄IS IDEE.

VMBRIE

Coacte xij colonie milites ro. mittere

ex quo hostes in Italia essent: duplicatum eius summe numerum peditum daret. & equites centenos uicenos. ¶ Si qua earum numerum equitum explere nõ posset: pro equite uno tres pedites liceret dare. ¶ Pedites equitesq; q̃ locupletissimi legerentur. mitterentq; ubicunq; extra Italiam supplemento opus esset. si qui ex iis recusarent: retineri eius colonie Magistratus. Legatosq; placere. neq; si postularent: Senatum dari: prius q̃ imperata fecissent. ¶ Stipendium preterea iis coloniis. iii. milia eris: asses singulos imperari: exigiq; quotannis. ¶ Censumq; in iis Coloniis agi: ex formula ab Romanis censoribus data. ¶ Dare autem placere eandem quam Populo Romano deferriq; Romam ab iuratis Censoribus Coloniarum: prius q̃ Magistratu abirent.

¶ Ex hoc S.C. accitis Romam Magistratibus: Primoribusq; earum Coloniarum: Consules cum milites stipẽdiumq; imperassent: alii aliis magis recusare. ac reclamare. ¶ Negare tantum militum effici posse. uix si simplum ex formula imperetᷣ enisuros. ¶ Orare: atq; obsecrare: ut sibi Senatũ adire: ac dep̃cari liceret. nihil se: q̃ p̃ire merito deberent: admisisse. ¶ Sed si pereundum etiam foret: neq; suum delectum: neq; iram Populi Romani ut plus militũ darent. q̃ habẽt: posse efficere. ¶ Consules obstinati: manere Legatos rome iubẽt. ¶ Magistratus ire domos: ad delectus habendos. ¶ Nisi summa militum: que imperata eẽt: Romam adducta: neminẽ iis Senatũ daturum. ¶ Ita precisa spe Senatũ adeundi: deprecãdiq; delectus in iis. xii. Coloniis p̃ longam uacationẽ numero iuniorum aucto: haud difficulter est perfectus. ¶ Altera itidem res: prope eq; longo neglecta silentio: relata a M. Valerio Leuino est. qui priuatis collatas pecunias: se: ac M. Claudio Consule reddi: tandem: equum esse dixit. ¶ Nec mirari quemq̃ debere: in publica obligata fide: suam p̃cipuam curam esse. nã p̃terq̃ ꝙ aliquid proprie ad Consulẽ eius anni: quo collate pecunie essent pertineret: etiam se autorem ita conferendi fuisse in inopia erarii: nec Plebe ad tributum sufficiente. ¶ Grata ea Patribus admonitio fuit. iussisq; referre Consulibus: decreuerũt: ut tribus pensionibus ea pecunia solueretur. primam presentem ii qui tum essent. ¶ Duas tertii & quinti Consules numerarent. ¶ Omnes deinde alias curas una occupauit: postq̃ Locrensium clades: que ignote ad eam diem fuerant: Legatorum aduentu uulgate sunt. nec tam. Q. Pleminii scelus: q̃ Scipionis in eo: aut ambitio: aut negligẽtia: iras hominum irritauit. Decẽ Legati Locrẽsium obsiti squalore: & sordibus: in Comitio sedentibus Consulibus: uelamẽta supplicum: ramos olee: ut grecis mos est: porrigẽtes: ante tribunal: cũ flebili uociferatione humi procubuerũt. ¶ Querentibus Consulibus: Locrenses se dixerunt esse: passos ea a. Q. Pleminio Legato: Romanisq; militibus: que pati ne Carthaginenses quidem uelit Populus Romanus rogare uti sibi Patres adeundi: deplorandiq; erumnas suas. potestatem facerent. ¶ Senatu dato: maximus natu ex iis. ¶ Scio inquit quanti estimẽtur nostre: apud uos querele P.C. plurimum in eo momenti esse: si probe sciatis: & quomodo proditi Locri Annibali sint: & quõ pulso Annibalis presidio: restituti in ditionem uestram. quippe si & culpa defectiõis procul a publico cõsilio absit: & reditum in nostram ditionẽ appareat: nõ uolũtate solum: sed etiam opere ac uirtute nostra: magis indignemini bonis ac fidelibus sociis. tam atroces atq; indignas iniurias ab Legato nostro militibusq; fieri. sed ego causã utriusq; defectionis nostre in aliud tempus differendam arbitror esse. duarũ rerum gratia: unius: ut coram P. Scipione: qui Locros recepit: quiq; perinde nobis recte: properamq; factorum est testis: agatur. alterius ꝙ qualescũq; sumus: tamen hec: que passi sumus: pati non debuimus. non possumus dissimulare P.C. nos: cum presidium Punicũ ĩ arce nostra haberemus: multa feda & ĩdigna a Prefecto p̃sidii Hamilcare:

Pecunia olim priuatim mutuo sumpta a [illegible] creditoribus restituta

Oro Legatorum Locrensium ad senatum de [illegible] a magistratibus [illegible] facta

Dant n. animũ ad loquendũ libere ultime miserie

& ab Numidis: Afrisq; passos eẽ. Sed quid illa sunt collata cũ iis: que hodie patimur? Cum bona uenia queso audiatis P. C. id: quod inuitus eloquar. In discrimine ẽ nũc humanum genus: utrum uos: an Carthaginenses Principes: orbis terrarũ uidear: Sed si ex iis: que Locrẽses: aut ab illis passi sumus: aut a uestro presidio nũc cũ maxime patimur: estimandum Romanum: Ac Punicum Imperium sit: nemo non illos sibi: q̃ uos dominos preoptet. & tamen uidete queẽadmodũ Locrẽses in uos animati sint: cũ a Carthaginensibus iniurias multo minores acciperemus: ad uestrum Impatorem confugimus. cũ a uestro p̃sidio plus q̃ hostilia patiamur: nus q̃ alio q̃ ad uos querelas detulimus. Aut uos respicietis pditas res nostras P. C. aut ne ab diis quidẽ immortalibus: quod precemur: quicq̃ superest. Q. Pleminius legatus missus est. cũ presidio ad recipiendos a Carthaginensibus Locros. & cum eodẽ ibi relictus est presidio. in hoc Legato nostro: dant enim animũ ad loquendũ libere ultime miserie. Nec hominis quicq̃ est P. C. preter figuram. & speciẽ. neq; Romani ciuis preter habitũ: uestitumq;. & sonum latine lingue. pestis ac belua immanis. quale fretũ quondã: quo ab Sicilia diuidimur: ad perniciem nauigantiũ: circũsedisse fabule ferunt: ac si scelus libidinẽq;: & auaritiam: solus ipse: exercere in socios uestros satis haberet: unã profundã qdem uoraginem: tamen patientia nostra expleremus. Nunc om̃es Centuriones: militesq; uestros: adeo in promiscuo licentiam atq; improbitatem esse uoluit Pleminius: fecit. omnes rapiunt. spoliant. uerberant. uulnerant. occidunt. cõstuprant Matronas. fiũt in uirgines ingenuas raptus ex complexu parentum. quottidie capitur urbs nostra. quottidie diripitur. dies noctesq; passim omnia mulierum: puerorumq;: qui rapiũtur: atq; asportantẽ: ploratibus sonãt. Miretur qui sciat: quomodo aut nos ad patiẽdum sufficiamus: aut illos: qui faciunt: nondum tãtarum iniuriarum satietas ceperit. neq; ego exequi possum: nec uobis opus est audire singula: que passi sumus. communiter omnia amplectar. nego domum ullam Locris: nego queẽq̃ hominẽ expertẽ iniurie esse. nego ullum genus sceleris: libidinis: ac auaricie superesse: quod in eorũ ullo qui pati potuerit: pretermissum sit. uix ratio iniri potest. uter casus ciuitatis sit detestabilior: cum hostes bello urbem cepere: an cum exitiabilis Tyrannus ui atq; armis oppressit. omnia que capte urbes patiuntur: passi sumus. & cum maxime: patimur: P. C. omnia que crudelissimi: atq; importunissimi Tyranni scelera in oppressos ciues edunt: Pleminius in nos: liberosq; nostros: cõiugesq; edidit. Unum ẽ de quo nominatim: & nos queri religio infixa animis cogat: & uos audire: & exoluere Rem Pu. uestram religione: si ita uobis uidebitur: uelimus P. C. Vidimus. n. cũ q̃ta cerimonia: non solum uestros colatis deos: sed etiam externos accipiatis. Fanum est apud nos Proserpine: de cuius sanctitate templi: credo aliquam famã ad uos peruenisse. Pyrrhi bello: qui cũ ex Sicilia rediens: Locros classe preter ueheretur: Inter alia feda: que propter fidem nostram erga uos: in ciuitatem nostram facinora edidit: Thesauros quoq; Proserpine intactos ad eam diẽ spoliauit. atq; ita pecunia in naues imposita: ipse terra est pfectus. Quid ergo euenit P. C.? Classis postero die fedissima tẽpestate lacerata. omnesq; naues que sacram pecuniam habebãt. in littora nostra eiecte sunt: qua tanta clade eductus tandem deos esse: superbissimus agnouit Rex. pecuniamq; omnem conquisitã in thesauros Proserpine referri iussit. nec tamẽ illi unq̃ postea psperè quicq̃ euenit. pulsusq; Italia ignobili atq; inhonesta morte temere nocte ingressus Argos occubuit. Hec cum audisset Legatus noster: Tribuniq; militum: & mille alia que non augende religionis causa: sed presentis dee numine sepe comperta nobis: maioribusq; nostris: referebamus: ausi sunt nihilo minus sacrilegas admouere

communiter

MORTIS PYRRHI CAUSA

Pyrrhus uiolavit fanum Proserpine locrensis nunquam sibi postea feliciter successit ingressus Argos periit.

manus intactis illis thesauris. & nefanda seipsos preda: ac domos contaminare suas. & milites uestros: quibus per uos fidemq; uestram P. C. prius q̃ eo⁊ scelus expietis: neq; in Italia: neq; in Africa quicq̃ rei gesseritis: ne quod piaculi commiserunt: nō solum suo sāguine: sed etiā publica clade luāt. q̃q̃ ne nūc quidē P. C. aut in Ducibus: aut in militibus uestris cessat ira dee. iam aliquotiens inter se signis collatis: concurrerunt. Dux alterius partis Pleminius. alterius duo Tribuni militum erant. non acrius cum Carthaginēsibus q̃ ipsi inter se ferro dimicauerūt. prebuissentq; occasionem furore suo Locros recipiendi Annibali: ni accitus a nobis Scipio interuenisset. At hercule milites cōtactos sacrilegio furor agitat. in Ducibus ipsis puniēdis nullū dee numen apparuit. immo ibi p̃sens maxime fuit. uirgis cesi Tribuni ab Legato sunt. Legatus deinde insidiis Tribunorū interceptus: preter q̃ ꝙ toto corpore laceratus: naso quoq;: auribusq; decisis: exanguis est relictus. Recreatus deinde legatus ex uulneribus: tribunos militū in uincula coniectos: deinde uerberibus affectos: seruilibusq; omnibus suppliciis trucidatos cruciando occidit. mortuos: deinde prohibuit sepeliri. has dea penas a templi sui spoliatoribus habet. nec ante desinet omnibus eos agitare furiis: q̃ deposita sacra pecunia in thesauris fuerit. Maiores quōdam nostri graui Crotoniensium bello: quia extra urbem templum est: transferre in urbem eam pecuniam noluerunt. nocte audita ex delubro uox est: ꝙ abstinerent manus. deam sua tēpla defensuram. ¶ Quia mouendi inde thesauros: incussa erat religio: muro circundare templum uoluerunt. Ad aliquātum iam altitudinis excitata erant moenia: cū subito collapsa ruina sunt. Sed & nunc: & tunc: & sepe alias dea suam sedem: suumq; tēplum aut tutata ē: aut a uiolatoribus grauia piacula exegit. ¶ Nostras iiurias nec potest: nec possit alius ulcisci q̃ uos P. C. Ad uos uestramq; fidem supplices cōfugimus. nihil nostra interest. utrum sub illo Legato: sub illo presidio Locros esse sinatis: an irato Annibali: & Poenis: ad supplitium dedatis. Non postulamus ut ex templo nobis de absente indicta causa credatis. ueniat coram: ipse audiat: ipse diluat. si quicq̃ sceleris: quod homo in homines edere potest: in nos pretermisit: non recusamus quin & nos omnia eadem iterū: si pati possumus: patiamur. & ille omni diuino humanoq; liberet̃ scelere. ¶ Hec cū a Legatis dicta essent: quesissetq; ab iis. Q. Fabius: detulissent. ne eas querelas ad P. Scipionem ? responderūt: missos Legatos esse. sed eū belli apparatu occupatum esse: & in Africam: aut iam traiecisse. aut post paucos dies traiecturum. & Legati gratiam: quanta esset apud Imperatorem: expertos esse: cum inter eum & Tribunos cognita causa: Tribunos in uincula coniecerit. Legatum eq; sontem: aut magis etiam: in ea potestate reliquerit. ¶ Iussis excedere ex templo Legatis: non Pleminius modo: sed etiam Scipio orationibus lacerari. ante om̄es. Q. Fabius natū eum ad corrumpendam disciplinam militarem arguere. Sic & in Hispania plus ꝓpe seditione militū: q̃ bello amissum externo. & regio more: & indulgere licētie militū. & seuire in eos. ¶ Sententiam deinde eq; trucem. orationi adiecit. Pleminium Legatū uinctum Romam deportari placere. & ex uinculis causam dicere. ac si uera forent: que Locrenses quererentur in carcere necari. bonaq; eius publicari. P. Scipionē q̄d de Prouintia decessisset iniussu Senatus reuocari. Agiq; cum Tri. Pl. ut de Imperio eius abrogando ferrent ad Populum. ¶ Locrensibus coram Senatum respōdere: q̃s sibi iniurias factas quererentur: eas neq; Senatum: neq; Populum Ro. uelle factas. uiros bonos: sotiosq;: & amicos eos appellari. liberos: coniuges: queq; alia erepta essent: restitui. ¶ Pecuniam q̃ta ex thesauris Proserpine sublata esset: conquiri. duplamq; pecuniam in thesauris reponi. & sacrum piaculare fieri. ita ut prius q̃ ad collegium

Contra Scipionē agit Q. Fabius maximus q[uod] nō punitis seditiosis et uiolatoribus tēpli apud Locros

Pontificum referretur: ꝙ sacri thesauri moti: aperti: uiolatiq; essent: que piacula: quibus diis: quibus hostiis fieri placeret. milites qui Locris essent: omnes in Siciliam transportari. quattuor cohortes sotioꝝ Latini nominis in presidiũ Locros adduci. ¶ Perrogari eo die sententie: accensis studiis pro Scipione: & aduersus Scipionem: non potuere. preter Pleminii facinus: Locrensiumq; cladẽ. Ipsius etiam Impatoris non Romanus modo: sed ne militaris quidem cultus iactabatur. cũ pallio crepidisq; inambulare in gymnasio. libellis etiam eum: palestreq; operam dare. eque segniter: molliterq; cohortẽ totam Syracusarum amoenitate frui. Carthaginem atq; Anni/balem excidisse de memoria. exercitum omnem licentia corruptum. qualis Sucrone in Hispanie fuerit: qualis nunc Locris: sotiis magis: q̃ hosti metuendus. ¶ Hec quãq̃ partim uera: partim mixta: eoq; similia ueris iactabantur: Vicit tamen. Q. Metelli sententia: qui de ceteris maximo assensu: de Scipionis causa dissensit. Qui. n. cõuenire: quem & modo ciuitas iuuenem admodum unum recuperande Hispanie delegerit: Ducẽq; recepta ab hostibus Hispania: ad imponendũ Punico bello finẽ: creauerit Consulem: spe destinauerit. Africam subacturum: Annibalẽ ex Italia detracturum: Eum repente tanq̃. Q. Pleminium indicta causa prope damnatum. ex Prouintia reuocari? cum ea que in se nepharia facta Locrenses quererẽtur: ne presente qdem scipione: facta dicerent. neq; aliud: q̃ patientia: aut pudor: ꝙ Legato pepercisset: insimulari posset. ¶ Sibi placere. M. Pomponium Pretorẽ cui Sicilia Prouĩtia sorti euenisset: triduo proximo in Prouinciam proficisci. Consules decem Legatos quos iis uideretur ex Senatu legere: quos cum Pretore mitterent. & duos Tribunos Plebis: atq; Edilem cum eo cõsilio cognoscere Pretorem: si ea: que Locrenses facta quere/rentur: iussu ac uoluntate. P. Scipionis facta essent: ut eum de Prouintia discedere iuberent. Si. P. ¶ Scipio iam in Africam traiecisset: Tribuni Plebis: atq; Edilis: cum duobus Legatis. quos maxime Pretor idoneos sensuisset: in Africam proficiscerẽtur: Tribuni atq; Edilis: qui reducerent inde Scipionem: Legati qui exercitui preessent: donec nouus Imperator ad eum exercitum uenisset. ¶ Sin. M. Pomponius: & decem Legati cõperissent: neq; iussu: neq; uolũtate. P. Scipionis ea facta eẽ: ut in exercitu Scipio maneret. bellumq; ut proposuisset: gereret. ¶ Hoc facto. S.C. cum Tr. Plebis actum est: ut cõpararent inter se: aut sorte legerent: qui duo cũ Pretore ac Legatis irent. ¶ Ad Collegiũ Pontificũ relatũ: de expiãdis: que Locris in tẽplo Proserpine tacta: uiolata: elataq; inde eẽnt. Tr. Plebis: cum Pretore: & .x. Legatis profecti. M. Claudius Marcellus & M. Cincius Alimentus. Edilis plebis datus est: quem si aut in Sicilia Pretoris dicto, audiens non esset Scipio: aut in Africam traiecisset: ꝓbendere Tribuni iuberent: ac iure sacrosancte potestatis reducerent. ¶ Prius Locros ire: q̃ Messanam: consilium erat. ¶ Ceterum duplex fama est: quod ad Pleminium attinet. ¶ Alii auditis: que Rome acta essent: in exsilium Neapolim euntem: forte in. Q. Metellum unum ex Legatis: incidisse. & ab eo Regium retractum. ¶ Alii ab ipso Scipione Legatum cum triginta nobilissimis equitum missum qui. Q. Pleminiũ in cathenas: & cum eo seditionis principes conicerent. ¶ Ii omẽs: seu ante Scipionis: seu tum Pretoris: iussu traditi in custodiã Reginis sunt. Pretor Legatiq; Locros pro/fecti: primam: sicuti mandatum erat: religionis curam habuere. Omnem enim sacram pecuniam: queq; apud Pleminium: queq; apud milites erat: cõquisitam: cũ ea quam ipsi secum attulerant: in thesauris reposuerunt. ac piaculare sacrum fecerunt. ¶ Tunc uocatos ad contionem milites pretor signa extra urbẽ efferre iubet. castraq; in cãpo locat: cum graui edicto: si quis miles: aut in urbe restitisset: aut secũ extulisset quod

suũ nõ esset. ¶ Locrensibus se permittere: ut qđ suum quisq; cognosceret: ꝑhenderet. si quid non cõpareret: repeteret. ante omnia libera corpora placere: sine omni mora restitui. non leui defuncturũ pena: qui non restituisset ¶ Locrensium deinde Conti/onem habuit. atq; iis libertatem: legesq; suas Populũ Romanũ Senatũq; restituere dixit. Si quis Pleminium: alium ue accusare uelit. Regium se sequeretur. ¶ Si de. P. Scipione publice queri uellẽt: ea que Locris nepharie in deos: hoĩesq; facta eẽnt: Legatos mitterent Messanam. Ibi se cum concilio cogniturum ¶ Locrenses Pretori: Legatisq;: & Senatui: ac Populo Romano gratias egere. ¶ Se ad Pleminium accu/sandum ituros. ¶ Scipionem quãq̃ parum iniuriis ciuitatis sue. doluerit: eũ eẽ uirum: quem amicũ sibi q̃ inimicũ mallent eẽ. pro certo se habere: neq; iussu: neq; uolũtate P. Scipionis tot tam nefanda commissa. sed aut Pleminio nimium: aut sibi parum creditum. aut natura insitum quibusdam esse: ut magis peccare nolint: q̃ satis aĩmi ad uindicanda peccata habeant ¶ Et Pretori: & Cõsilio: haud mediocre onus dẽptum erat: de Scipione cognoscendi. ¶ Pleminiũ & alios triginta hoĩes: cũ eo dãnauerũt. atq; in cathenis Romam miserunt. ¶ Ipsi ad Scipionẽ profecti sunt: ut ea quoq; que uulgata sermonibus erant de cultu: ac desidia Imperatoris: solutaq; militie disciplina: comperta oculis referrent Romam. ¶ Uenientibus iis Syracusas Scipio res nõ uerba: ad purgandum se: preparauit. exercitum omnẽ eo cõuenire: classem expediri iussit: tanq̃m dimicandum eo die terra: mariq; esset: cum Carthaginensibus. ¶ Eo die quo uenerunt: hospitio comiter accepti. ¶ Postero die terrestres: naualesq; exercitus: nõ instructos modo: sed hos decurrentes: classem in portu simulacrum & ipsam edentem naualis pugne ostendit. tum circa armamentaria: & horrea. aliumq; belli apparatum uisendum: Pretor Legatiq; ducti. tantaq; admiratio singularum: uniuersarũq; rerũ incussa: ut satis crederent aut illo Duce: atq; exercitu uinci Carthaginensem populũ: aut alio nullo posse. iuberentq;: quod dii bene uerterent: traiicere. & spei concepte: quo die illum omnes Centurie priorem consulem dixissent: primo quoq; tempore compotem Populum Romanum facerent ¶ Adeoq; letis iñ animis profecti sunt: tanq̃ uictoriam non belli magnificum apparatũ nuntiaturi Romã eẽnt. ¶ Plemi/nius: quiq; in eadem causa erant: postq̃ Romam est uentum: extemplo in carcerem conditi. ac primo producti ad Populũ: ab Tribunis apud preoccupatos Locrẽsium clade animos nullum misericordie locum habuerũt. ¶ Postea cum sepius ꝑducerentᷣ: iam senescẽte inuidia molliebantᷣ ire. & ipsa deformitas Pleminii: memoriaq; absẽtis Scipionis: facilius eos ad uulgum conciliabat. ¶ Mortuus est tamen prius in uinculis. q̃ iudicium de eo populi perficeretur. ¶ Hunc Pleminium Clodius Licinius in libro tertio rerum Romanarum refert Ludis uotiuis: quos Rome Africanus iterũ Cõsul faciebat: Conatum per quosdã: quos precio corruperat: aliquot locis urbẽ incẽdere. ut frangendi carceris: fugiendiq; haberet occasionẽ. patefacto dein scelere: delegatũ in Tullianũ ex. S. C. De Scipione nunq̃: nisi in Senatu actũ: ubi omnes Legatiq; & Tribuni: classem eam: exercitũ: Ducemq; uerbis extollentes: effecerũt: ut Senatus censeret primo quoq; tempore in Africam traiiciendum ¶ Scipioniq; permitteretur: ut ex iis exercitibus: qui in Sicilia eẽnt: ipsi liceret: quos in Africam secum traiiceret: quos prouintie relinqueret presidio. ¶ Dum hec apud Romanos gererentᷣ: Cartha/ginenses quoq; cum speculis per promuntoria omnia positis: percontantes: pauẽtesq; ad singulos nuntios sollicitam hyemem egissent: haud paruum & ipsi tuende Africe momentum adiecerũt sotietatẽ Syphacis Regis: cuius maxime fidutia traiecturum in Africam Romanum crediderunt ¶ Erat Hasdrubali gisgonis filio nõ hospitium

modo cum Rege: de quo ante dictum est: cum ex Hispania forte in idem tempus scipio: atq; Hasdrubal cōuenere. sed mētio quoq; īchoate affinitatis: ut Rex duceret Filiam Hasdrubalis. Ad eam rem consummandam: tempusq; nuptiis statuendum: (iam enim & nubilis erat uirgo) profectus Hasdrubal: ut accensum cupiditate (& sunt ante omēs numide barbaros effusi in uenerem) sensit: uirginē ab Carthagine arcessit. maturatq; nuptias: & inter aliam gratulationem ut publicum quoq; fedus priuato adiceretur: sotietas inter populum Carthaginensem: Regemq; data ultro citroq; fide: eosdē amicos: inimicosq; habituros: iure iurando affirmant. Ceterū Hasdrubal memor & cum Scipione inite Regi sotietatis: & q̄ uana & mutabilia Barbarorum ingenia eēnt: ueritus ne si traiceret in Africam Scipio paruum uinculum ee nuptie essent: dum accensum recenti amore Numidam habet: perpellit. blanditiis quoq; puelle adhibitis: ut Legatos in Siciliam ad Scipionem mittat: per quos moneat. ne prioribus suis promissis fretus: in Africā traiciat. se & nuptiis ciuis Carthaginēsis filie Hasdrubalis: quem uiderit apud se in hospitio: & publico etiā foedere cū populo Carthaginensi iunctum: hortari: primum ut procul ab Africa: sicut adhuc fecerint bellum Romani cum Carthaginensibus gerant. Nec sibi interesse certaminibus eoꝝ: armaq; aut hec: aut illa: abnuentē alteram sotietatē: sequi necesse sit. si nō abstineat Africa Scipio: & Carthagini exercitum admoueat: sibi necessariū fore. & ꝓ patria Africa: in q̄ & ipse sit genitus: & ꝓ patria coniugis sue: proq; parente: atq; penatibus dimicare. Cum his mandatis ab Rege Legati ad Scipionem missi Syracusis eum conuenerunt. Scipio q̄q̄ magno momento rerum in Africa gerendarum: magnaq; spe destitutus erat: Legatis propere: prius q̄ res uulgaret: remissis in Africam: litteras dat ad Regē: quibus etiā atq; etiā monet eum: ne iura hospitii secū: neu cū Populo Romano inite sotietatis: neu fas: fidem: dexteras: deos testes: atq; arbitros conuētoꝝ: fallat. Ceterum quando neq; celari aduentus Numidarum poterat: uagati enim in urbe obuersatiq; Pretorio erant: Et si sileretur quid petētes uenissent: periculū erat: ne uera: eo ipso: quo celarentur: sua sponte magis emanarent: timorq; in exercitum incideret: ne simul cum rege & Carthaginensibus foret bellandum: auertit a uero falsis elicitas preoccupando mentes hominum. & uocatis ad contionem militibus: non ultra esse contandum. ait: instare ut in Africa q̄ primum traiciat sotios Reges. Masanissam ipsum prius ad Lelium uenisse: querentem ꝗ cōtando tēpus tereret. Nunc Syphacem mittere Legatos: idem admirantem: que tā diuturne more sit cā? postulātemq; ut aut traiciatur tandem in Africam exercitus: aut si mutata cōsilia sint: certior fiat: ut & ipē sibi & Regno suo posset consulere. Itaq; satis iam omnibus instructis apparatisq;: & re iam non ultra recipiente contationem: in animo sibi esse Lilybeum classe traducta: eodemq; omnibus peditum equitumq; copiis contractis: que prima dies cursum nauibus daret: deis bene iuuantibus: in Africam traicere. Litteras ad M. Pomponiū mittit: ut si ei uideretur: Lilybeum ueniret: ut cōmu/niter consulerent: quas potissimum legiones: & q̄tum militum numerum in Africam traiceret. Item circum oram maritimam misit: ut naues onerarie cōprehēse Lilybeū omnes contraherentur. Quicquid militum: nauiumq; in Sicilia erat: cū Lilybeum conuenisset: & nec urbs multitudinem hominum: nec portus naues caperet: tantus omnibus ardor erat in Africā traiciēdi: ut non ad bellū duci uiderentur: sed ad certa uictorie premia. precipue qui superabant ex Cannensi exercitu milites: illo nō alio duce credebant nauata Rei Pu. opera finire se militiam ignominiosam posse. Et Scipio minus id genus militum aspernabatur. ut qui neq; ad Cānas ignauia eorum

Volucres ad terrā delapsas clamore militū

cladē acceptā sciret. neq; ullos milites eque ueteres in exercitu Romano eē. exptosq;
non uariis preliis modo: sed in urbibus etiā oppugnandis. ¶Quinta & sexta Cānēses
erant legiones. eas se traiecturum in Africam cum dixisset: singulos milites inspexit.
relictisq; quos non idoneos credebat: in locum eorum subiecit quos secum ex Italia
aduerat: suppleuitq; ita eas legiones: ut singula sena milia: & ducenos pedites: trece/
nos haberent equites. ¶Sotiorum item Latini nominis pedites. equitesq; de exercitu
Cannensi legit. ¶Quantum militum in Africam transportatum sit: non puo numero
inter autores discrepat. ¶Alibi decem milia peditū: duo milia & ducentos equites: Alibi
xv. milia peditum: mille & quingentos equites: alibi parum plus dimidia. rē auctam
v. &. xxx. milia peditum: equitumq; in naues imposita. Quidā nō adiecere numerū.
Inter quos me ipse ī re dubia poni malui. ¶Celius ut abstinet numero: ita ad īmensū
multitudinis speciem auget. uolucres ad terram delapsas clamore militum ait. tantāq;
multitudinem conscendisse naues: ut nemo mortalium: aut in Italia: aut in Sicilia
relinqui uideretur. ¶Milites ut in naues ordine: ac sine tumultu conscenderent: ipse
eam sibi curam sumpsit. ¶Nauticos. C. Lelius: qui classis Prefectus erat: in naues ante
conscendere coactos: continuit. ¶Commeatus imponendi. M. Pomponio Pretori
curam dat. v. &. xl. dierum cibaria: e quibus. xv. dierū coacta imposita. ¶Vt omes
iam in nauibus erant: scafas circūmisit: ut ex omnibus nauibus: gubernatores & ma/
gistri nauium: & bini milites in forum conuenirent ad imperia accipienda. ¶Postq̄
conuenerunt: primum ab iis quesiuit: si aquam hominibus: iumentisq; necessariam
in totidem dies: quot frumentum imposuissent. ubi responsum est: aquam dierum. v.
&. xl. in nauibus esse: Tum edixit militibus: ut silentium quieti nautis sine certamine
ad ministeria exequenda bene obedientes prestarent. ¶Cum. xx. rostratis se: ac. L.
Scipionem: a dextro cornu: ab leuo totidem rostratas. &. C. lelium prefectum classis:
cum. M. Portio Cathone: (questor is tum erat) onerariis futurum presidium. ¶Lumīa
ī nauibus sīgula rostrate: bina onerarie haberēt. ¶In Pretoria naue īsigne noctur/
num trium luminū fore. ¶Emporia ut peterēt gubernatoribus edixit. Fertilissimus
ager: eoq; abnudans omni copia rerum est regio. & imbelles: quod plerunq; euenit
in ubere agro Barbari sunt. prius quoq; q̄ a Carthagine subueniretur: opprimi uide/
bantur posse. ¶Iis edictis impiis redire ad naues iussi: & postero die: diis bn̄ iuuātibus:
signo dato soluere naues. ¶Multe classes Romane e Sicilia: atq; ipso illo portu
profecte erant. Ceterum non eo bello solum: nec id mirum: predatum. n. tātūmodo
plereq; classes ierant: sed ne prior quidem ulla profectio: tanti spectaculi fuit. q̄q̄ si
magnitudine classis estimaretur: & bini Consules cū binis exercitibus an̄ traiecerāt.
& prope totidē rostrate in illis classibus fuerant: quot onerariis Scipio tū traiciebat.
nam preter. xl. naues longas: quadringentis ferme onerariis exercitum trauexit. sed
& bellū bello: secundū pori: ut atrocius Romanis uiderēt: tū qꝑ in Italia bellabat.
tum qꝑ ingentes strages tot exercituum simul cesis ducibus: effecerant. & scipio dux
partim factis fortibus: partim suapte fortuna quadam ingenti ad incrementa glorie
celebratus: cōuerterat animos. simul & mens ipsa traiciendi: nulli ante eo bello duci
temptata. qꝑ ad Annibalem detrabendum ex Italia transferendumq; & finiendum
in Africa bellum transire uulgauerat. ¶Concurrebat ad spectaculum in portu omīs
turba: non babitantium modo Lilybei: sed legationum omnium ex Sicilia que
ad prosequendum Scipionem offitii causa conuenerant. & Pretorem prouintie. M.
Pomponium sequute fuerant. Ad hoc legiones: que in Sicilia relinquebant: ad pse/
quendos commilitones processerant. nec classis modo: prospectantibus e terra: sed

Scipio i africa traiecturus mandata dat prius militibus

Ministeria

terra omnis circa referta turba. spectaculo nauigantibus erat. ¶ Vbi illuxit Scipio e Pretoria naue silētio per preconē facto. ¶ Dii deeq; inquit: maria terrasq; qui colitis: uos precor: quesoq; uti que in meo Imperio: gesta sunt: & geruntur: postq; gerētur: ea mihi Populoq; & Plebi Romane: sotiis: nominiq; Latino: qui Populū Romanum quiq; meam sectam: Imperium: auspiciumq; terra: mari: amnibusq; sequuntur: bene uertant. Eaq; uos oīa bene iuuetis: bonis autoribus assitis: saluos: incolumesq; uictis perduellibus: uictores spoliis decoratos: preda onustos: triumphantesq; mecum domos reduces sistatis. inimicorum hostiumq; ulciscendorum copiam faxitis. queq; Populus Carthaginēsis in ciuitatē nostram facere molitus est: ea ut mihi Populoq; Romano in ciuitatē Carthaginensium exempla edendi facultatē detis. ¶ Secūdum has preces: cruda exta: cesam uictimam: uti mos est: in mare porieait. tubaq; signum dedit proficiscendi. ¶ Vento secundo satis uehementi profecti: celeriter e conspectu terre ablati sunt. ¶ Et a meridie nebula occeparat: ita ut uix concursus nauiū inter se uitarent. lenior uentus in alto factus. noctem insequentem eadem caligo obtinuit. sole orto discussa est. & addita uis uentorū. ¶ Iam terram cernebant. haud ita multo post. T. Postumius Gubernator Scipioni ait: non plus quinq; milia passuū Africā abesse. Mercurii promūtorium se cernere: si iubeat eo dirigi iam in portu fore omnē classem. ¶ Scipio ut in conspectu terra fuit: precatus deos: uti bono Rei Pub. suoq; Africam uiderit. dare uela: & alium infra nauibus accessum iubet petere. & uento eodem ferebantur. Ceterum nebula sub idem ferme tempus: quo pridie exorta: conspectum terre ademit. & uentus premēte nebula: cecidit. nox deinde incertiora oīa fecit. Itaq; anchoras: ne aut inter se concurrerent naues: aut terre inferrentur: iecere. ¶ Vbi illuxit: uentus idem coortus. nebula disiecta: aperuit omnia littora Africe. ¶ Scipio: quod esset proximum promontorium percontatus: cum promuntorium Pulchri id uocari audisset: placet omnē inquit. huc dirigite naues. & classis decurrit. copieq; omnes in terram exposite sunt. ¶ Prosperam nauigationem sine terrore: ac tumultu permultis Grecis Latinisq; autoribus credidi. ¶ Celius unus preter q̄ q̄d non mersas fluctibus naues: Ceteros oēs celestes maritimosq; terrores: Postremo abreptam tempestate ab Africa classem: ad insulam Egimurū: inde egre correptū cursum exponit. & prope obrutis nauibus: iniussu Impatoris: scaphis haud secus q̄ naufragos milites sine armis: cum ingenti tumultu in terram euasisse. ¶ Expositis copiis Romāi castra in proximis tumulis metant. ¶ Iam nō ī maritimos modo agros conspectu primum classis: deinde tumultu egredientium in terram: pauor: terrorq; peruenerat: sed in ipsas urbes. neq; enim hominum modo. turba: mulierum puerorūq; agminibus immixta: omnes passim compleuerat uias: sed pecora quoq; pre se agrestes agebant: ut relinqui subito Africam diceres. Vrbibus ipsis maiorem q̄ quem secum attulerant terrorem inferebant. ¶ Precipue Carthagini prope ut capte tumultus fuit. ¶ Nam post. M. Attilium Regulum & . L. Manlium Consules annis prope . l. nullum Romanum exercitum uiderant. preter predatorias classes: quibus descensiones in agros maritimos facte erant. raptisq;: que obuia fors fecerat: ꝑus recursum semper ad naues q̄ clamor agrestis cōciret: fuerat. Eo maior tū fuga: pauorq; in urbe fuit: & hercule neq; exercitus domi ualidus: neq; dux: quē opponerent: erat. ¶ Hasdrubal Gisgonis filius: genere: fama: diuitiis: regia tum etiam affinitate longe primus ciuitatis erat. sed eum ab illo ipso Scipione aliquot ꝑlis fusum: pulsūq; in Hispania meminerāt. nec magis Ducem Duci parem: q̄ tumultuarium exercitū suum Romano exercitui esse. Itaq; uelut si urbē extēplo Scipio aggressurus foret: Ita ad arma ē cōclamatū.

porteq; raptim clauſe. & armati in muriſ. uigilieq; & ſtationeſ diſpoſite. ac nocte
inſequenti uigilatum eſt. Poſtero die. d. equiteſ ſpeculatum ad mare: turbandoſq;
egredienteſ ex nauibuſ miſſi in ſtationeſ Romanorum inciderũt. Iam enim Scipio
claſſe Vticam miſſa: ipſe haud ita multum progreſſuſ a mari: tumuloſ proximoſ
ceperat. & equiteſ in ſtationeſ lociſ idoneiſ poſuerat. & per agroſ miſerat predatum.
ii cum Carthaginenſi equitatu prelium cum commiſiſſent: paucoſ in ipſo certamine:
pleroſq; fugienteſ perſequuti: in quibuſ prefectum quoq; Hannonem nobilem iu/
uenem occiderunt. Scipio nõ agroſ modo circa uaſtauit: ſed urbem etiã ꝓximam
Afrorum ſatiſ opulentam cepit. ubi preter cetera: que extemplo in naueſ onerariaſ
impoſita: miſſaq; in Siciliam erant: octo milia liberorum: ſeruorumq; capitum: ſunt
capta. Letiſſimuſ tamen Romaniſ in principio. rerum gerendarum aduentuſ fuit
Maſaniſſe. quem quidam cum. cc. haud ampliuſ equitibuſ pleriq; cum duũ militum
equitatu tradunt ueniſſe. Ceterum cum longe maximuſ omniũ etatiſ ſue Regum
hic fuerit: plurimumq; rem Romanam iuuerit: opere preciũ uidetur excedere pau/
lulum ad enarrandum: q̃ uaria fortuna uſuſ ſit in amittẽdo recuperandoq; paterno

DE MASANISSA REGE

regno. Militante eo pro Carthaginenſibuſ in Hiſpania pater eiuſ moritur. Gale
nomen erat. Regnum ad fratrem regiſ Deſalcem per grandem natu: moſ ita apud
Numidaſ eſt: peruenit. Haud multo poſt. Deſalce quoq; mortuo. maior ex duobuſ
filiiſ eiuſ: Capuſa puero admodum altero: paternum imperium accepit. Ceterum
cum magiſ iure gentiſ q̃ autoritate inter ſuoſ: aut uiribuſ obtineret regnum: extitit
quidam Meſſetulluſ nomine: nõ alienuſ ſanguine. Regibuſ: familie ſemper inimice:
ac de imperio uaria fortuna: cum iiſ qui tum obtinebant: certantiſ. Iſ concitatiſ
popularibuſ apud quoſ inuidia Regum magne autoritatiſ erat: caſtriſ palam po/
ſitiſ deſcendere Regem in aciem. ac dimidicare de Regno coegit. In eo prelio Ca/
puſa cum multiſ Principum cecidit. Genſ Meſſulloꝝ omniſ in ditionem: impiumq;
Macetulli conceſſit. Regio tamen nomine abſtinuit: contentuſq; nomine modico
tutoriſ: puerũ Lacumacen: qui ſtirpiſ Regie ſupererat: Regem appellat. Cartha/
ginenſem nobilẽ feminam: ſororiſ filiam Annibaliſ: que proxime Deſalci regi nupta
fuerat: in matrimonio ſibi coniungit: ſpe Carthaginenſium ſotietatiſ. & cũ Syphace
hoſpitium uetuſtum legatiſ miſſiſ renouat. omnia ea auxilia preparanſ aduerſuſ
Maſaniſſam. Et Maſaniſſa audita morte patrui deinde nece fratriſ patrueliſ: ex
Hiſpania in Mauritaniam: Bocchar ea tempeſtate rex maurorũ erat: traiecit. Ab
eo ſupplex infimiſ precibuſ auxilium itineri: quoniam bello non poterat: quattuor
milia Maurorum impetrauit. Cum iiſ premiſſo nuntio ad paternoſ: ſuoſq; amicoſ: cũ
ad fineſ regni perueniſſet: quingenti ferme Numide: ad eum conuenerunt. Igitur
Mauriſ inde: ſicut conuenerat: retro ad Regem remiſſiſ: q̃quam aliquanto minor ſpe
multitudo. nec cum qua tantam rem aggredi ſatiſ auderet: ratuſ agẽdo ac moliẽdo:
uireſ quoq; ad agendum aliquid collecturum: proficiſcẽti ad Syphacem Lacumace
regulo ad Tapſum occurrit. Trepidum agmen cum in urbem refugiſſet: urbẽ Ma/
ſaniſſa primo impetu capit. Ex Regiiſ: alioſ tradenteſ ſe recepit. alioſ uim paranteſ:
occidit. parſ maxima cum ipſo puero inter tumultum ad Syphacem: quo primum
intenderat iter: peruenerunt. Fama huiuſcemodi rei in principio rerum proſpere
acte conuertit ad Maſaniſſam Numidaſ. affluebantq; undiq; ex agriſ: uiciſq; ueteres
militeſ Gale. incitabantq; iuuenem: ad recuperandum paternum regnum. numero
militũ aliq̃tum Macetulluſ ſuperabat. nam & ipſe cũ exercitu: quo Capuſam uicerat:
& ex receptiſ poſt cedem Regiſ aliquot habebat. & puer Lacumaceſ a Syphace

auxilia ingentia adduxerat. quindecim milia peditum Macetullo. x. milia equitum erant quibus cum Masanissa: nequaq̃ tantum peditum: equitum ue habens acie cō/flixit. ¶ Vicit tamen: & ueterū militū uirtus: & prudentia inter Romana & Punica arma exercitati Ducis. ¶ Regulus cū tutore & exigua Messullorum manu: in Car/thaginensium agrum perfugit. Ita recuperato regno paterno Masanissa: quia sibi aduersus Syphacem haud paulo maiorem restare dimicationem cernebat: optimum ratus cum fratre patruele gratiam reconciliare missis: qui & spem puero facerent: si in fidem masanisse sese permisisset: futurum eum in eodem honore: quo apud Galam & Desalcē quondā fuisset: & qui Macetullo preter impunitatem sua omnia cum fide restitui sponderēt: ambo preoptantes exsilio modicam domi fortunam: omnia ne id fieret Carthaginensibus de industria agentibus: ad sese perduxit. ¶ Hasdrubal tum forte: cum hec gerebantur: apud Syphacem erat: qui Numide haud sane multū ad se pertinere credenti: utrum penes Lacumacen an masanissam regnū Messullorum esset: falli eū magnope ait: si Masanissam eisdem contētum fore: qbus patrē Galam: aut patruum eius Desalcem credat. multo maiorē indolem in eo animi ingeniiq; eē: q̃ in ullo gentis eius unq̃ fuisset. sepe eum in Hispania. rare inter homines uirtutis specimen dedisse. sotiis pariter: hostibusq;. & Syphacē: & Carthaginenses nisi orientē illum ignem oppressissent: ingenti mox incēdio cum iam nullam opē ferre possent: arsuros. adhuc teneras & fragiles eius uires eē. uix dum. coalescere foventi regnum. ¶ Instando: stimulandoq; peruicit: ut exercitum ad fines Messullorum admoueat. atq; in agro: de quo sepe cum Gala non uerbis modo disceptatum: sed etiam armis certatum fuerat: tanq̃m haud dubie iuris sui castra locet. si quis arceat: quod maxime opus sit: acie dimicaturum. Sin per metum agro cedatur: in Regnum medium eun/dum. aut sine certamine concessuros in ditionem eius Messullos. aut nequaq̃m pares futuros armis. ¶ His uocibus incitatus Syphax: Masanisse bellum infert. et primo certamine Messullos fundit. fugatq;. ¶ Masanissa cum paucis equitibus in montem: Balbum incole uocant: perfugit. familie aliquot cum mappalibus: pecoribusq; suis: ea pecunia illis est: prosequuti sunt Regem. ¶ Cetera Messullorum multitudo indi/tionem Syphacis concessit. ¶ Quem ceperant exsules montem. herbidus: aquosusq; ē. & quia pecori bonus alendo erat: hominum quoq; carne ac lacte uescentium abunde suffitiebat alimentis. ¶ Inde nocturnis primo ac furtiuis incursionibus: deinde aperto latrocinio infesta omnia circa esse. maxime uri Carthaginensium ager: quia & plus prede q̃ inter Numidas: & latrocinium tutius erat. ¶ Iamq; adeo licenter eludebant: ut ad mare deuectam predam uenderent mercatoribus: appellentibus naues ad id ipsum. Pluresq; q̃ iusto sepe in prelio Carthaginenses cederentur. caperēturq;. ¶ De/plorabant ea apud Syphacem Carthaginenses. infēsumq; & ipsum ad reliquias belli persequendas: instigabant. ¶ Sed uix Regium uidebatur latronem uagum in mon/tibus consectari. ¶ Bocchar ex Prefectis Regis uir acer & impiger: ad id delectus: ei quattuor milia peditum data. duo equitum. premiorumq; ingenti spe honoratus: si caput Masanisse retulisset: aut uiuum: id uero inestimabile gaudium fore: cepisset. ¶ Is palatos incurioseq; agentes improuiso adortus. pecorumq; atq; hominum ingēti multitudine a presidio armatorum exclusa: Masanissam ipsum cū paucis in uerticē montis compellit. inde prope iam ut debellato: nec preda modo pecoꝝ: hominumq; captorum missa ad Regem: sed copiis etiam: aliquanto maioribus. q̃ pro reliqiis belli remissis: cum quingentis haud amplius peditibus degressum iugis Masanissam perse/quutus in ualle arcta faucibus utrinq; obsessis inclusit. ¶ Ibi ingens cedes Messullorū

facta ¶ Masanissa cũ .l. haud ãplius eqtibus ꝑ anfractus mõtis ignotos sequẽtibus sese eripuit. ¶ Tenuit tñ uestigia Bocchar adeptusq; eũ patẽtibus cãpis ꝓpe Clupeã urbẽ circũuenit. ut preter quattuor eqtes omẽs ad unũ interficeret. Cum iis ipsum quoq; Masanissam sauciũ ꝓpe e manibus inter tumultũ amisit. in cõspectu erant fugiẽtes ale eqtum disperse lato cãpo: quibusdã ut occurrerẽt ꝑ obliqua tendẽtibus. Quacũq; hostes sequebant̃. amnis ingẽs fugiẽtes accepit: neq;.n. cõtanter: ut quos maior metus urgeret: ĩmiserãt equos. raptiq; gurgite: & in obliquum relati: duobus in preruptum gurgitẽ in cõspectu hostiũ haustis: ipse ꝑiisse creditus: ac duo reliqui equites cum eo inter uirgulta ulterioris ripe tenuerũt. ¶ Is finis Bocchari fuit sequendi. nec ingredi flumẽ auso: nec habere credẽti se iã quẽ sequeret̃. inde uanus autor absũpti Masa/nisse ad Regẽ redut. missiq; q Carthaginẽ gaudiũ ingẽs nũtiarẽt. totaq; Africa fama mortis Masanisse repleta: uarie animos affecit ¶ Masanissa in spelunca occulta cum herbis curaret uulnus: duoꝝ eqtũ latrocinio ꝑ dies aliquot uixit. ¶ Vbi ꝓmũ ducta cicatrix: patiq; posse ẽ uisa iactationẽ: audacia ingẽti ꝑgit ire ad Regnũ repetẽdũ. atq; in ipso itinere haud plus .xl. eqtibus collectis: cũ in Messullos palã iã q̃s eẽt ferẽs: uenisset tm̃ motũ: cũ fauore ꝓstino: tũ gaudio insperato: ꝙ quẽ ꝑiisse crediderant: incolumem cernebãt: fecit: ut intra paucos dies sex milia peditũ armatoꝝ: quattuor eqtum conuenirẽt. Iãq; non in possessione modo paterni Regni esset: sed etiã sotios Carthagnẽsiũ populos: Messulloꝝq; fines: id Syphacis regnũ erat: uastaret ¶ Inde irritato ad bellũ Syphace: inter Cirtã: Hipponẽq; in iugis opportunoꝝ ad omnia montiũ cõsedit. ¶ Maiorẽ igit̃ eã rẽ iã Syphax Rex ratus: q̃ ut ꝑ Prefectũ ageret: cũ filio iuuene: nomen Vermine erat: parte missa exercitus: impat: ut circũducto agmine: in se intentũ hostẽ ab tergo inuadit ¶ Nocte profectus Vermina. qui ex occulto aggressurus eũ erat ¶ Syphax aũt interdiu apto itinere: ut qui signis colla/tis: acie dimicaturus eẽt: mouet castra. ubi ꝓmo tẽpus uisũ est: quo ꝑuenisse iã circũ/missi uideri poterant: & ipse leui cliuo ferẽte ad hostem: tum multitudine fretus: tum prepatis a tergo insidiis: ꝑ aduersũ mõtẽ erectã aciẽ ducit ¶ Masanissa fiducia maxĩe loci: quo multo equiore pugnaturus erat: & ipse dirigit suos ¶ Atrox prelium: & diu anceps fuit. loco & uirtute militum Masanissã: multitudine: que nimio maior erat: Syphacẽ iuuãte ¶ Ea multitudo diuisa: cũ ꝑs a frõte urgeret: pars a tergo se circũ/fudisset: uictoriã haud dubiã syphaci dedit. & nec effugiũ q̃dem patebat: hĩc a frõte: hĩc a tergo inclusis. itaq; ceteri pedites: eqtesq; cesi: aut capti. ducẽtos ferme equites Masanissa. circa se cõglobatos: diuisosq; turmatĩ in tris ꝑtes: erũpere iubet. loco pre/dicto: in quẽ: ex dissipata cõuenirent fuga. ipse q̃ intẽderat. inter media tela hostiũ euadit ¶ Due turme hesere. altera metu dedita hosti. altera ꝑtinacior in repugnãdo. telis obruta: & cõfixa ẽ. ¶ Verminã ꝓpe uestigiis instantẽ. in alia: atq; alia: flectẽdo itinera: ludẽs tedio & desperatione tandẽ fessũ absistere a sequẽdo coegit ¶ Ipse cum lxx. eqtibus ad minorẽ Syrtĩ ꝑuenit. ibi cũ cõsciẽtia egregia sepe repetiti Regni paterni: inter punica Emporia gentẽq; Garamantũ: oĩe tempus: usq; ad. C. Lelii classisq; Romane aduentũ in Africã cõsumpsit ¶ Hec aĩmũ inclinãt: ut cũ modico potius: q̃ cũ magno ꝑsidio eqtũ: ad Scipionẽ quoq; postea uenisse Masanissã credã. Quippe illa regnãti multitudo: hec paucitas exsulis fortune cõueniẽs ẽ ¶ Carthagi/nenses ala eqtũ: cũ Prefecto amissa: alioq; eqtatu: ꝑ nouũ delectũ cõꝑato: Hãnonẽ Hamilcaris filiũ ꝑficiunt ¶ Hasdrubalẽ subinde ac Syphacem ꝑ litteras nũtiosq;: Postremo etiã ꝑ Legatos arcessunt ¶ Hasdrubalẽ opẽ ferre circũsesse patrie iubẽt. ¶ Syphacẽ: orant. ut Carthagini & uniuerse Africe subueniat ¶ Ad uticã tum castra

Scipio ferme mille passus ab urbe habebat: translata a mari: ubi paucos dies statiua coniúcta classi fuerát. ¶ Háno neq̃ q̃ satis ualido: nó modo ad lacescẽdú hostes: sed ne ad tuẽdos quidẽ a populatióibus agros eqtatu accepto: id omnium primum egit: ut per conquisitionem numerum equitum augeret. nec aliarum gẽtium aspernatus: maxime tñ Numidas: id lóge p̄mú equitú in Africa ẽ genus: códucit. ¶ Iá ad q̃ttuor milia equitú habebat: cú Salecã nomíe urbẽ occupauit. xv. ferme milia ab Róa/nis castris. Quod ubi Scipioni relatú est: estiua subtectis agere eqtatus: inqt: sint uel plures: dú talẽ ducẽ habeát. ¶ Eoq; minus sibi cessandú ratus: quo illi segnius rẽ age/rent: Masanissã cú eqtatu p̄missú. portis obeqtare: atq; hostẽ ad pugnã elicere iubet. ¶ Vbi omís multitudo se effudisset: grauiorq; iá in certamine eẽt: q̃ ut facile sustíeri posset: cederet paulatí. se in tp̃e pugne uẽturú. ¶ Tantú moratus: q̃tum satis tẽporis p̄gresso uisú ad eliciẽdos hostes cú Romáo eqtatu sequutus: tegẽtibus tumulis: qui p opportúe circa uie flexus suppositi erát: occultus ꝓcessit. ¶ Masanissa ex cóposito núc terrẽtis núc timẽtis modo: aut ipsis obeqtabat portis: aut cedendo: cum timoris simulati spem: audaciá hosti faceret: ad insequẽdú temere eliciebat. ¶ Nondú omẽs egressi erát: uarieq; Dux fatigabatᷣ: alios uino & somno graues arma capere: & fre/nare equos cogẽdo: aliis ne sparsi & inconditi sine ordine: sine signis omnibus portis excurrerẽt: obsistẽdo: p̄mo ícaute se inuehẽtes Masanissa excipiebat. ¶ Mox plures simul cóferti porta effusi eq̃uerát certamẽ. ¶ Postremo iá omís eqtatus p̄lio cú adeẽt: sustineri ultra nequere. ¶ Nó tñ effusa fuga Masanissa. sed cedẽdo sensú ípetus eoꝝ excipiebat: donec ad tumulos tegẽtes Romanú eqtatú ꝑtraxit. ¶ Inde exorti eqtes: & ipsi integris uiribus & recẽtibus equis: Hánone Afrisq; pugnãdo: ac sequẽdo fessis se circúfudere. ¶ Et masanissa uersis subito eqs in pugná redit. ¶ Mille ferme: q p̄mi agmís fuerát: quibus haud facilis receptus fuit: cú ipso Duce Hánone interclusi atq; interfecti sunt. ¶ Ceteros: Ducis p̄cipue territos cede: effuse fugiẽtes: per. xxx. milia passuú uictores sequuti: ad duo p̄terea milia eqtú: aut ceperút: aut occiderút. ¶ Inter eos satis cóstabat: nó minus ducẽtos Carthaginensiú eqtes fuisse: & diuitiis quosdá: & genere illustres. ¶ Eodẽ forte: quo hec gesta sunt die: naues que predá in Siciliam uexerát: cú cómeatu rediere. uelut ominate ad predá alterá repetendá sese uenisse. ¶ Duos eodẽ nomine Carthaginẽsium Duces duobus equestribus p̄liis interfectos nó omẽs autores sút. ueriti credo ne falleret bis relata eadẽ res. ¶ Celius quidẽ & Va/lerius captú etiá Hánonem tradút. ¶ Scipio Prefectos eqtesq; prout cuiusq; opera fuerát: & añ omís Masanissá insignibus donis donat. & firmo p̄sidio Salere íposito: ipe cú cetero exercitu ꝓfectus: nó agris modo q̃cúq; incedebat: populatis: sed urbibus etiá qbusdá uicisq; expugnatis: late fuso terrore belli: septío die q̃ ꝓfectus erat mag/ná uim hominú & pecoris: & omís generis p̄de trahẽs: in castra redit. Grauesq; iterú hostiú spoliis naues dimittit. ¶ Inde omissis expeditióibus ꝑuis: populationibusq; ad oppugnãdá Vticá omẽs belli uires cóuertit. ¶ Eá deiñ si cepisset: sedẽ ad cetera exe/quenda habiturus. ¶ Simul & a classe nauales socii: q̃ ex ꝑte urbs mari abluitᷣ: Simul & terrestris exercitus ab íminẽte ꝓpe ipsis moenibus tumulo: ẽ admotus. ¶ Tormẽta machinasq; etiá aduexerat secum. & ex Sicilia cum cómeatu missa erant. & noua in armamẽtario multis taliú operú artificibus de industria inclusis: fiebát. ¶ Vticẽsibus táta undiq; mole circúsessis: in Carthaginẽsi populo: Carthaginẽsibus in Hasdru/bale: ita si is mouisset Syphacẽ: spes omís erat. ¶ Sed desiderio indigẽtiú auxilii tardius cúcta mouebantᷣ. ¶ Hasdrubal intẽtissima cóquisitóe cú ad. xxx. milia peditú: tria eqtum cófecisset: nó tñ ante aduentú Syphacis: castra ꝓpius hostẽ mouere ẽ ausus.

Hasdrubal occupat Salecã urbẽ ĩ castris ppinquam.

Superat̃ Roni ceso hánone Duce

Illustres gñe et diuitiis

Vtica obsidetur a Scipione

¶Syphax cũ.l.milibus.peditũ.x.eqtũ aduenit. Cõfestimq; motis ab Carthagĩe castris haud pcul Vtica: munitiõibusq; Romanis cõsedit.¶Quoꝝ aduẽtus hoc tñ momenti fecit: ut Scipio cũ.xl.ferme dies neqcq̃ õnia expiẽs: obsedisset Vticã: absced eret ĩñ irrito ĩcepto.eteñ hyẽs instabat.¶Castra hyberna ĩ pmũtorio: qđ tenui iugo cõti/nenti adherẽs in aliq̃tũ maris spatiũ extẽdit: cõmunit.uno uallo: & naualiũ castra amplectit: iugo medio legionũ ĩpositis castris: littus ad septẽtrionẽ uersus: subducte naues: naualesq; socii tenebãt meridianã uallẽ ad alterum littus deuexam. ¶Hec in africa usq; ad extremũ autũni gesta. Preter cõuectũ undiq; ex populatis circa agris frumẽtum: cõmeatusq; ex Sicilia: atq; Italie aduectos: Cn. Octauius Propꝛtor ex Sardinia ab. T. Claudio Pretore: cuius ea puĩtia erat: ingẽtẽ uim frumẽti aduexit. Horreaq; nõ solũ ea que iã facta erãt: repleta: sed noua edificata. ¶Vestimenta exercitui deerãt.id mãdatũ Octauio: ut cũ ꝑtore ageret: siqd ex ea Prouĩtia cõp/ari: aut mitti: posset.ea quoq; aut segniter curata res.mille ducẽte toge breui spatio: &.xii. milia tunicarũ missa. ¶Estate ea: q̃ hec in Africa acta sunt: P. Sẽpronius Cõsul cui Brutii puĩtia erat: in agro Crotonẽsi cũ Annibale: in ipso itĩere tumultu/ario ꝑlio cõflixit.¶Agminibus magis: q̃ acie pugnatũ ẽ. Romani pulsi.& tumultu uerius: q̃ pugna: ad mille &.cc. de exercitu Cõsulis ĩterfectis: ĩ castra trepidi rediere. neq; oppugnare tñ ea hostes ausi.¶Ceterũ silẽtio pxime noctis pfectus inde Cõsul: ꝑmisso nũtio ad. P. Liciniũ Procõsulẽ: ut suas legiões admoueret copias cõiũxit. ¶Ita duo Duces: duo exercitus ad Annibalẽ redierũt. nec mora dimicãdi facta est: cũ Cõsuli duplicate uires: Poeno recens uictoria aĩmos faceret.¶In ipsam aciẽ suas legiões Sẽpronius induxit.¶In subsidiis locate. P. Licinii legiões.¶Cõsul principio pugne edẽ fortune ꝑmigenie uouit. si eo die hostes fudisset. cõposq; eius uoti fuit. ¶Fusi: ac fugati Poeni. supra q̃ttuor milia armatoꝝ cesa. paulo minus tricẽti uiui capti. & equi.xl.&.xi. militaria signa.¶Perculsus aduerso ꝑlio Annibal: Crotonem exercitũ reduxit. ¶Eodẽ tẽpore. M. Cornelius Cõsul in altera pte Italie: nõ tam armis: q̃ iudicioꝝ terrore Etruriã cõtinuit. totã ferme ad Magonẽ: ac p eũ ad spem nouãdi res: uersã.¶Eas questiões ex. S.C. minime ambitiose habuit. multiq; nobiles Etrusci: qui aut ipsi ierãt: aut miserãt ad Magonẽ: de populoꝝ suoꝝ defectione: ꝑmo erãt pñtes condẽnati: postea cõscientia sibimetipsi exsiliũ cõsciscẽtes: cũ absentes dãnati eẽnt: coporibus subtractis: bona tm̃ que publicari poterant pignerãda pene prebebãt. ¶Dũ hec Consules diuersis regiõibus agũt: Censores interim Rome. M. liuius: & C. Claudius senatũ recitarũt. Princeps iteꝝ delectus. Q. Fabius Maximus. notati septẽ. nemo tñ qui sella Curuli sedisset. Barta tecta acriter: & cũ summa fide exegerunt.¶Viam e foro Boario: & ad Veneris circa foros publicos: & edẽ Matris Magne in Palatio faciendã locauerũt.¶Vectigal etiã nouũ ex salaria anona sta/tuerũt.¶Sextãte sal & Rome & p totã Italiã erat. & Rome ꝑcio eodẽ. pluris: in foris: & cõciliabulis: & alibi alio precio ꝑbendũ locauerunt. Id uectigal cõmentum alterũ ex Censoribus satis credebant populo iratũ: quod iniquo iuditio & quondam dãpnatus esset. & in ꝑcio salis: maxime oneratas Tribus: q̃rum opera dãnatus erat: credebãt. inde Salinatori Liuio inditũ cognomẽ.¶Lustrũ conditũ serius: quia per Prouĩtias dimiserũt Censores: ut ciuiũ Rõanoꝝ: in exercitibus: q̃tus ubiq; eẽt refer/rẽt numerus.¶Cẽsa cũ iis.cc.lxv. milia hominũ. cõdidit Lustrũ. C. Claudius Nero. ¶Duodecim deiñ Coloniarũ: qđ nũq̃ añ factũ erat: deferẽtibus censoribus: censum receperũt: ut q̃tũ numero militũ: q̃tũ pecunia ualerẽt: in publicis tabulis monumẽta extarẽt.¶Eqtum deinde census agi ceptus ẽ: & ambo forte censores equũ publicum

babebant: cum ad tribum Polliã uentũ ẽ: in q̃. M. Liuii nomẽ erat: & pco cõtaret citare ipm Censorẽ: cita inqt Nero. M. Liuiũ. & siue ex residua: & uetere simultate: siue in tẽpestiua iactatione seueritatis inflatus. M. Liuiũ: quia populi iuditio esset condẽnatus: equũ uẽdere iussit. Itẽ. M. Liuius cũ ad tribum Narniensẽ: & nomen College uentũ ẽ: uẽdere equũ. C. Claudium iussit: duarũ rerũ cã. Vnius: q falsum aduersus se testioniũ dixisset. Alterius: q nõ sincera fide secũ in gratiã redisset. Itaq; ibi fedũ certamẽ inqnandi famã alterius: cũ sue fame dãno factũ ẽ. Exitu Cẽsure: cũ in leges iurasset. C. Claudius: & in erariũ ascẽdisset: inter nomĩa eo℞: quos erarios reliquebat: dedit College nomẽ. Deide. M. Liuius. in erariũ uenit. & pter Metiã Tribũ: que se nec cõdemnasset: neq; cõdemnatũ aut Consulẽ aut Censorẽ fecisset: Populũ Romanũ omnẽ: q̃ttuor & triginta Tribus erarios reliq̃t: q & innocentem se condẽnassent: & condẽnatũ Cõsulẽ & Cẽsorẽ fecissent. neq; inficiari possent: aut iudicio semel: aut comitiis bis: ab se peccatum esse. in q̃ttuor & triginta tribus &. C. Claudiũ erariũ fore. q si exẽplũ baberet: bis eundẽ erariũ relinquẽdi: C. Claudiũ nomĩati inter erarios fuisse relicturũ. Prauũ certamẽ notarũ inter Cẽsores: castigatio incõstãtie populi Censoria grauitate: & tẽpo℞ illo℞ digna inuidia: Cẽsores cũ eẽnt: crescẽdi ex bis ratus eẽ occasionẽ. Cn. Bebius Tr. Pleb. diẽ ad populũ utriq; dixit. Ea res cõsensu patrũ discussa ẽ: ne postea obnoxia populari aure Censura esset. Eadẽ estate in Bruttiis iã Petilia a Cõsule deuicta: Consentia: & Pandosia: & ignobiles alie ciuitates uolũtate in deditionẽ uenerũt. Et cũ Comitio℞ iã appeteret tẽpus: Cornelium potius ex Etruria ubi nibil belli erat: Romam acciri placuit. Cõsules Cn. Seruiliũ Cepionẽ. & Cn. Seruilium geminum creauit. Inde Pretoria Cõitia habita. Creati. P. Cornelius Lẽtulus. L. Quĩtilius Varus. P. Elius Petus. P. Iulius: &. T. Apuleius. Hi duo: cũ Ediles Pl. eẽnt: Pretores creati sũt. Consul Comitiis pfectis: ad exercitũ in Etruriã redit. Sacerdotes eo anno mortui: atq; in locum eo℞ suffecti. T. Veturius Philo Flamen Martialis. Et in locũ. M. Emilii Regilli: qui pore anno mortuus erat: creatus inauguratusq;. Et in. M. Pomponii Mathonis Auguris: & Decẽuiri locũ: creati: Decẽuir: M. Aurelius Cotta. Augur: T. Sẽpronius Graccus: admodũ adolescẽs q tũc prarũ: in mãdãdis Sacerdotiis erat. Quadrie aureẽ eo ãno in Capitolio posite ab Edilibus Curulibus. C. Liuio &. M. Seruilio Gemino. Et Ludi Romani biduũ instaurati. Item p biduũ Plebeii ab edilibus. P. Elio. P. Iulio & Iouis epulum fuit ludorum causa.

Liber Decimus

CN. Seruilius Cepio & Cn. Seruilius geminus Cõsules: Sextusdecimus is annus belli punici erat: cũ de Re Pu. belloq; & Prouinciis ad Senatũ retulissẽt: Cẽsuerũt Patres: ut Cõsules inter se cõparẽt: sortirentur ue uter Brutios aduersus Annibalem: uter Etruriã ac Liguriã Prouĩciã baberet. Cui Brutii euenissent: exercitũ a. P. Sempronio acciperet. P. Sempronius: ei quoq; enim proconsuli imperiũ in annũ prorogabat: P. Licinio succederet. Is romam reuerteret. Bello quoq; bonus babilis ad cetera: qbus nemo ea tẽpestate ĩstructior ciuis babebat: cõgestis oĩbus bumanis a natura: fortunaq; bonis: nobilis idẽ ac diues erat. forma uiribusq; corporis excellebat. facũdissimus babebat. seu cã orãda: seu in senatu & ad populũ suadẽdi: ac dissuadẽdi locus eẽt. iuris põtifitii pitissimus. sup boc bellice quoq; laudis Consulatus cõpotẽ fecerat: cui in Bruttiis puintia eidẽ in Etruria

Petilia i Bruttijs a consule deuicta et multe alie ciuitates i deditionem accepte

CONS CN SERVILIVS CEPIO
CN SERVILIVS GEMINVS

Summe laudes P. Licinii

XVI ANVS BELLI PVNICI

ac Liguribus decreta. M. Cornelius nouo Consuli tradere exercitum iussus. Ipse progato Imperio. Galliã prouinciã obtinere cũ legiõibus iis: q̃s Q. Scribonius priore anno habuisset. Sortiti deĩde Prouĩtias: Cepioni Brutii: Seruilio Gemino Etruria euenit. ¶Tũ Pretorum Prouĩcie ĩ sorte cõiecte. ¶Iurisdictionẽ Vrbanã Petus Elius. ¶Sardiniã. P. Lẽtulus. ¶Siciliã C. Iulius. ¶Ariminũ cũ duabus legiõibus: sub Lucretio Spurio ee fuerãt: Quĩtilius Varus ẽ sortitus. ¶Et Lucretio progatũ Impiũ ẽ. ut Genuã oppidũ a Magone poene dirutũ: exedificaret. P. Scipioni nõ tẽporis: sed rei gerende fine donec debellatũ in Africa foret: progatũ impium ẽ. decretũq: ut supplicatio fieret: q si is in Africã Prouĩciã traiecisset: ut ea res salutaris Po. Ro. ipsiq: Duci: atq: exercitui eẽt. ¶In Sicilia tria milia militũ sũt scripta. ¶Et qa: quod roboris ea Prouĩtia habuerat: in Africã trauectum fuerat: ne qua classis ex Africa traiceret. xl. nauibus custodiri placuerat Sicilie maritimã oram. ¶Tredecim nouas naues Iulius secũ in Siciliã duxit. cetere in Sicilia ueteres refecte. ¶Huic classi. M. Põponius prioris anni Pretor progato Impio ppositus: nouos milites ex Italia aduectos ĩ naues ĩposuit. ¶Parẽ nauiũ numerũ. C. Octauio: Pretori itẽ prioris ãni: cũ pari iure Impii ad tuẽdã Sardinie oram Patres decreuerũt. ¶Lẽtulus Pretor duo milia militũ dare ĩ naues iussus. & Italie ora: qa ĩcertũ erat: quo missuri classẽ carthaginẽses forẽt: uidebãt aũt qcqd nudatũ psidiis eẽt: petituri: M. Mario Pretori prioris anni cũ totidẽ nauibus tueda data est. ¶Tria milia militũ in eã classem ex decreto Patrũ Cõsules cõscripserũt. ¶Et duas legiões urbanas ad ĩcerta belli. ¶Hispanie cũ exercitibus Impioq: ueteribus imperatoribus L. Lẽtulo & L. Mãlio Accidino decrete. ¶Decẽ omnino legiõibus. & Clx. nauibus lõgis res Romãa eo anno gesta. ¶Pretores in puĩtias ire iussi. Cõsulibus impatũ ut prius q̃ ab urbe pficiscerent: ludos magnos facerẽt. quos T. Mãlius Torq̃tus Dictator in quintũ annũ uouisset: si eodẽ statu Res P. staret. ¶Et nouas religiões excitabãt in aĩmis hominũ pdigia. ex pluribus locis nũtiata. Aurũ in capitolio corui nõ lacerasse tm̃ rostris crediti: sed etiam edisse. Mures Antii coronã aureã adrosere. Circa Capuã omnẽ agrũ locustarũ uis ingẽs Ita ut unde aduenissent parũ cõstaret: cõpleuit. ¶Equuleus reate cũ qnq: pedibus natus. ¶Anagnie sparsi pmũ ignes in celo: deĩde fax ingens arsit. ¶Frusinone arcus solẽ tenui linea amplexus ẽ. Circulũ deĩn ipm maior solis orbis extrinsecus inclusit. ¶Arpini terra cãpestri in agro ingentẽ sinũ cõsedit. ¶Cõsulũ alteri primã hostiam ĩmolãti: caput iocineri defuit. ¶Ea pdigia maioribus hostiis pcurata. editi a Collegio Põtificũ dii qbus sacrificaret. ¶Iis trãsactis: Cõsules Pretoresq: in Prouĩtias pfecti. ¶Omnibus tũ: uelut eã sortitis: Africe cura erat: seu qa ibi sũmã rerũ belliq: uerti cernebãt. seu ut Scipiõi gratificarent: in quẽ tũ omĩs ciuitas uersa erat. Itaq: non ex Sardinia tm̃: sicut añ dictũ est: sed ex Sicilia quoq: & Hispania uestimẽta: frumẽtũq: armaq: & omne genus cõmeatus: eo portabãt. ¶Nec Scipio ullo tẽpore hyemis: belli opa remiserat: que multa simul undiq: circũstabãt. ¶Vticã obsidebat. ¶Castra in cõspectu Hasdrubalis erãt. Carthagĩẽses deduxerãt naues. classẽ patã: instructãq: ad cõmeatus intercipiẽdos habebãt. Inter hec ne Syphacis qdẽ recõsiliãdi curã ex aĩmo dimiserat: si forte iã saties amoris ĩ uxore ex multa copia cepisset. ¶Ab Syphace magis pacis Carthaginẽsibus cõditiões: ut Rõani Africa: Poeni Italia excederẽt: q̃ si bellaret: spes ulla desiturũ: afferebat. ¶Hec p nũtios magis eqdẽ acta crediderim: & ita ps maior autores sũt: q̃ ipm Syphacẽ: ut Valerius Antias prodit: in castra Romãa: ad colloqũ uenisse. ¶Primo eas cõditiões Impator Rõanus uix auribus admisit. ¶Postea ut cã pbabilis uisa cõmeãdi foret in castra hostiũ mollius

eadem illa abnuere: ac spem facere. sepius ultro citroq; agitantibus: rẽ conuenturam.
¶ Hybernacula carthaginẽsiũ: cõgesta temere ex agris materia: ex edificata: lignea
ferme tota erãt. Numide p̃cipue arũdine texta: storiaq; p̄s maxĩa tectis: passĩ: nullo
ordine q̄dam: ut sine imp̄io: occupatis locis extra fossam uallũq; habitabãt. ¶ Hec
relata Scipioni: spẽ fecerãt castra hostiũ p̄ occasionẽ incẽdendi. ¶ Cũ Legatis: quos
mitteret ad Syphacẽ. calonũ loco primos ordinis spectate uirtutis: atq; prudentie
seruili habitu mittebat. Qui dũ in colloquio Legati eẽnt: uagi p̄ castra alius: alia:
aditus. exitusq; om̄es: sitũ formãq; uniuersoꝝ castroꝝ: & p̄tiũ: q̃ Poeni: q̃ Numide
haberẽt: q̃tũ interualli inter Hasdrubalis ac regia castra eẽnt: specularent̃. morẽq;
simul noscerẽt. stationũ: uigiliarũq;. nocte an interdiu opportuniores insidiãtibus
eẽnt. ¶ Et inter crebra colloquia: alii: atq; alii: deindustria: quo pluribus om̄ia nota
eẽnt: mittebãt. ¶ Cũ sepius agitata res certiorẽ spẽ pacis ĩ dies & Syphaci: & Cartha/
ginẽsibus p̄ eũ facerẽt: Legati Romani uetitos se reuerti ab Imp̄atore aiunt: nisi
certũ respõsũ det̃. ¶ Proĩn seu ipsa staret iã sẽtẽtia: seu cõsulẽdus Hasdrubal: & Car/
thaginẽses eẽnt: cõsuleret. tẽpus eẽ: aut pacẽ cõponi: aut bellũ nauiter geri. ¶ Dum
cõsulit̃ Hasdrubal: & Carthaginẽses: & speculatores om̄ia uisẽdi: & Scipio ad cõpa/
randa ea: que in rẽ opus erãt tẽpus habuit. & ex mẽtiõe: & spe pacis: negligẽtia ut fit
apud Poenos Numidasq; orta cauẽdi neq̄d hostile interĩ paterent̃: tandẽ relatum
respõsũ: q̄busdã: q̄ nimis cupere rõanus pacẽ uidebat̃ iniq̄s p̄ occasionẽ adiectis. que
p̄opportune cupiẽti tollere ĩducias Scipiõi: causã p̄buere. ac nũtio regis: cũ relaturũ
se ad cõsiliũ dixisset: postero die respõdit: se uno frustra tẽdẽte: nulli alii pacẽ placu/
isse. renũtiaret igit̃: nullã aliã spem pacis: q̃ relictis Carthaginẽsibus Syphaci cum
Rõanis eẽ. ¶ Ita tollit inducias: ut libera fide ĩcepta exequerent̃: deductisq; nauibus:
et iã ueris p̄ricipiũ erat: machinas tormẽtaq; uelut a mari aggressurus Vticã ĩponit.
duo milia militũ ad capiẽdũ quẽ añ tenuerat: tumulũ sup̄ Vticã mittit. simul ut ab
eo: q̄d parabat: in alterius rei curam conuerteret hostiũ animos: simul neq̃: cũ ipse ad
syphacẽ hasdrubalẽq; p̄fectus eẽt: eruptio ex urbe & impetus in castra sua relicta
cũ leui p̄sidio fieret. his prep̄atis: aduocatoq; consilio: & dicere exploratoribus iussis.
que cõperta afferrẽt: Masanissaq; cui om̄ia hostiũ nota erãt: postremo q̄d ip̄e p̄aret
in proximã noctẽ: p̄ponit. ¶ Tribunis edicit: ut ubi Pretorio dimisso signa cõnnu/
issent: extẽplo educerẽt e castris legiones. ¶ Ita ut imp̄auerat: signa: sub occasu solis
efferre sunt cepta. Ad p̄mã ferme uigiliã agmẽ explicauerũt. media nocte: septẽ. n.
milia itineris erãt: modico gradu ad castra hostiũ p̄uentũ ẽ. Ibi Scipio p̄tẽ copiarũ
Lelio: Masanissãq; ac Numidas attribuit. & castra Syphacis ĩuadere: ignesq; cõiicere:
iubet. singulos deiñ sep̄atĩ Leliũ: ac Masanissã deductos obtestat̃: ut q̃tũ nox p̄ui/
dentie adimat: tãtum diligenti expleãt cura. unaq; se Hasdrubalẽ: Punicaq; castra
aggressurũ. Ceterũ nõ añ cepturũ: q̃ ignẽ in Regiis castris cõspexisset. ¶ Neq; ea res
morata diu est. nã & p̄ximis castris iniectus ignis hesit: extẽplo proxima queq;: &
deinceps contigua amplexus: totis se passim dissipauit castris. & trepidatio q̄dem: q̃ta
necesse erat in nocturno effuso tã late incẽdio: orta ẽ. Ceterũ fortuitũ: nõ hostilem
ac bellicũ ignẽ rati eẽ: in armatos incidere hostes: maxime Numidas ab Masanissa
noticia regioꝝ castroꝝ: ad exitus itinerum idoneis locis dispositos. ¶ Multos in ipsis
cubiculis semisom̄es hausit flãma. multi in precipiti fuga ruentes sup̄ alios alii in an/
gustiis portarũ obtriti sunt. ¶ Relucentẽ flãmã p̄mo uigiles Carthaginẽsiũ: deinde
excitati alii nocturno tumultu cũ cõspexissẽt: ab eodẽ errore credere ipsi sua spõte
incẽdiũ ortũ. & clamor inter cedẽ: & uulnera sublatus: an ex trepidatiõe nocturna

esset: confusus: sensum ueri adimebat. Igit̃ p se quisq; inermes: ut quibus nihil hostile
suspectũ eẽt: omibus portis: q̃ cuiq; pximũ erat: ea modo: que restiguẽdo igni forẽt:
portãtes: in agmẽ Romanũ ruebãt. Quibus cesis omibus: pterq̃ hostili odio: etiam
ne qs nũtius effugeret: ex tẽplo Scipio neglectas: ut in tali tumultu portas inuadit.
Ignibusq; in proxima tecta coniectis: effusa flãma pmo ueluti sparsa pluribus locis
reluxit. deinde p cõtinua serpens uno repẽte omĩa incẽdio hausit. Ambusti homines
iumẽtaq; feda pmũ fuga: deiñ strage obruebãt itinera portarũ. quos nõ oppresserat
ignis ferro absumpti. binaq; castra die una deleta. duces tñ ambo & ex tot milibus
armatorũ: xx. milia peditũ: & qngenti eqtes semiermes: magna pars: saucii: afflatiq;
incẽdio: effugerũt. Cesa: aut hausta flãmis: ad. xl. milia hominũ sũt. capti supra. v.
milia. Carthaginẽsiũ nobiles: xi. Senatores. signa militaria. Clxxviiii. eq Numidici
supra. ii. milia. dcc. Elephãti sex capti. octo flãma ferroq; absumpti. magnaq; uis ar/
morũ capta. Ea omĩa Impator Vulcano sacra incẽdit. Hasdrubal ex fuga cum
paucis Afrorũ urbẽ pximã petierat. eoq; omẽs q superãt uestigia ducis sequentes: se
cõtulerãt. metu deiñ. ne dederet Scipiõi: urbe excessit. Mox eodẽ patẽtibus portis
Romãi accepti. nec qcq̃ hostile: qa uolũtate cõcesserãt in ditionẽ: factũ. Due subiñ
urbes capte: direpteq;. ea pda: & que castris incẽsis: ex igne rapta erat: militi cõcessa ẽ.
Syphax octo miliũ ferme iñ spatio loco cõmunito: cõsedit. Hasdrubal Cartha/
ginẽ cõtẽdit: ne qd p metũ: ex recẽti clade mollius cõsuleret: quo tãtus pmo terror
est allatus: ut omissa Vtica: Carthaginẽ crederent extẽplo Scipionẽ oppressurum.
Senatũ itaq; suffetes: qd uelut Cõsulare impium apud eos erat: uocauerunt. Ibi
tribus dictis sentẽtiis: una de pace legatos ad Scipionẽ decernebat. Altera Anni/
balẽ ad tuẽdam ab exitiabili bello patriã reuocabat. Tertia Romane in aduersis
rebus cõstãtie erat. repandũ exercitũ. Syphacẽq; orãdũ: ne bello absisteret: cẽsebat.
Hec sentẽtia: qa Hasdrubal pñs Barchineq; omes factionis bellũ malebant: uicit.
Inde delectus in urbe: agrisq; haberi ceptus. Et ad Syphacẽ Legati missi summa
ope & ipm repantẽ bellũ. cũ uxor iam: nõ ut añ blãditiis satis potẽtibus ad animum
amãtis: sed pcibus & misericordia ualuisset. plena lachrymarũ: obtestans: ne patrem
suum: patriãq; pderet. Isdẽq; flãmis Carthaginẽ qbus castra cõflagrassent: absumi
sineret. Spẽ quoq; opportune oblatã afferebãt Legati. q̃ttuor milia celtiberorũ
circa urbẽ nomĩe Olbam: ab cõqsitoribus suis cõducta in Hispania egregie iuuen/
tutis sibi occurrisse. & Hasdrubalẽ ppe diẽ affore cũ manu haudq̃q̃ contẽnenda.
Is nõ benigne modo Legatis respõdit: sed ostẽdit etiã multitudinẽ Numidarum
agrestiũ: qbus p eosdẽ dies arma: equosq; dedisset. & omnẽ iuuẽtutẽ affirmat exci/
turũ ex Regno. scire incẽdio: nõ plio: cladẽ acceptã. eũ bello inferiorẽ esse: q armis
uicat. Hec Legatis respõsa. & post dies paucos rursus Hasdrubal: & Syphax copi/
as iũxerũt. Is omis exercitus fuit. xxx. ferme milia armatorũ. Scipionem uelut iam
debellato: qd ad Syphacẽ carthaginẽsesq; attineret: Vtice oppugnãde intẽtũ: iãq;
machinas admouẽtẽ muris: auertit fama redintegrati belli. modicisq; psidiis. ad spẽm
modo obsidionis: terra mariq; relictis: ipse cũ robore exercitus ire ad hostes pergit.
pmo in tumulo q̃ttuor ferme milia distãte ab castris regis cõsedit. Postero die cum
equitatu in magnos (ita uocãt) campos subiectos ei tumulo degressus succedendo ad
statiões hostiũ: lacessendo q; leuibus pliis diẽ absumpsit. & p insequens biduũ: tumul/
tuosis hic atq; illinc excursionibus inuicem nihil dictu satis dignũ: fecerũt. Quarto
die in aciẽ utrinq; descensum est. Romanus post Principes hastatorũ pma signa: in
subsidiis Triarios constituit. equitatum Italicũ ab dextro cornu ab leuo Numidas

Masanissamq; opposuit. ¶Syphax Hasdrubalq; Numidis aduersus Italicũ eq̃tatũ:
Carthaginẽsibus cõtra Masanissã locatis: Celtiberos in mediã aciẽ in aduersa signa
legionũ accepere. ¶Ita instructi cõcurrũt. ꝑmo impetu simul utroq; cornu. & Nu-
mide & Carthaginẽses pulsi. nã neq; Numide: maxĩa ꝑs agrestis: Romanũ eq̃tatũ:
neq; Carthaginenses: & ipse nouus miles: Masanissam recenti supra cetera uictoria
terribilẽ: sustinuere. nudata utrinq; cornibus Celtiberoꝝ acies stabat: q nec in fuga
salus ulla ostẽdebat: locis ignotis. neq; spes uenie ab Scipione erat: quẽ bñmeritũ de
se: & gẽte sua: mercẽnariis armis in Africã opugnatũ uenisset. ¶Igit̃ circũfusis undiq;
hostibus: alii sup alios cadẽtes: moriebant̃. omibusq; in eos uersis: aliq̃tum ad fugam
tẽporis Syphax: & Hasdrubal ꝑceperunt. fatigatos cede diutius: q̃ pugna: uictores
nox oppressit. ¶Postero die Scipio Lelium Masanissamq; cum omni Romano: &
Numidico eq̃tatu: expeditisq; militũ: ad ꝑsequẽdos Syphacem atq; Hasdrubalem
mittit. ¶Ipse cũ robore exercitus: urbes circa omes: que Carthaginẽsiũ ditiõis erant:
ꝑtim ui: ꝑtim metu: subegit. ¶Carthagini q̃dem erat ingens terror. & circũferentẽ
arma Scipionẽ omibus finitimis rapti ꝑdomitis: ipsam Carthaginẽ repẽte adgres-
surũ: credebãt. Itaq; & muri refitiebant̃. ꝓpugnaculisq; armabant̃. & ꝓ se q̃sq; que
diutine obsidioni tolerãde sunt: ex agris necessaria cõuebit. ¶Rara mẽtio est pacis.
freq̃ẽtior Legatoꝝ ad Annibalẽ arcessendũ mittẽdoꝝ. ¶Pars maxĩa classẽ. que ad
cõmeatus excipiẽdos ꝑata erat: mittere iubẽt ad opꝑmendam stationẽ nauium ad
Vticã incaute agentẽ. ¶Forsitan etiã naualia castra relicta cũ leui ꝑsidio: opꝑssu-
ros. In hoc cõsiliũ maxĩe inclinãt. ¶Legatos tñ ad Annibalẽ mittẽdos cẽsent. q̃ppe
classe: ut felicissime gerant̃ res: ꝑte aliqua leuari Vtice obsidionẽ. Carthaginẽ ipsam
qui tueat̃: neq; Impatorẽ aliũ: q̃ Annibalẽ: neq; exercitũ aliũ q̃ Annibalis superẽẽ.
¶Deducte ergo postero die naues. simul & Legati in Italiã ꝓfecti. raptimq; omia:
stimulãte fortuna: agebant̃. & in quo q̃sq; cessasset: ꝓdi ab se salutẽ omniũ rebatur.
¶Scipio grauẽ iã spoliis multis multarũ urbiũ exercitũ trahens: captiuis aliaq; preda:
in uetera castra ad Vticã missis: iã in Carthaginem intentus: occupat relictum fuga
custodũ Tuneta. ¶Abest ab Carthagine. xii. milia ferme passuũ. locus tũ operibus:
tũ suapte natura tutus. Et qui ab Carthagine cõspici: & ꝑbere ipse cõspectũ tum ad
urbẽ: tũ ad circũfusũ mare urbi posset. ¶Inde cũ maxime uallũ Romani iacerent:
cõspecta classis hostiũ ẽ: Vticã a Carthagine petens. Igit̃ omisso ope ꝓnuntiatum
iter. signaq; raptim ferri sunt cepta: ne naues in terrã & ad obsidionẽ uerse ac minĩe
nauali ꝑlio apte: opꝑmerent̃. ¶Qui. n. restitisset: agili & nautico instrumẽto apte &
armate classi naues tormẽta machinasq; portãtes? & aut in onerariarũ usum uerse:
aut ita appulse ad muros: ut pro aggere ac põtibus ꝑbere: accessum possent. ¶Itaq;
Scipio postq̃ eo uentũ est ut in nauali certamine solet: rostratis: que ꝑsidio aliis esse
poterant: In postremã aciẽ receptis prope terram: onerariarũ quadruplicẽ ordinem
pro muro aduersus hostẽ opposuit. easq; ipsas: ne in tumultu pugne turbari ordines
possent: malis antẽnisq; de naue in nauẽ traiectis: ac ualidis funibus: uelut uno inter
se uinculo illigatis: cõpressit. tabulasq; sup instrauit: ut ꝑuiũ nauiũ ordinẽ faceret.
& sub ipsis põtibus interualla fecit. q̃ ꝓcurrere speculatorie naues in hostem: ac tuto
recipi possent. ¶His raptim ꝓ tẽpore instructis. mille ferme delecti propugnatores
onerariis imponunt̃. teloꝝ maxime missiliũ: ut q̃uis lõgo certamine sufficerent: uis
ingens cõgerit̃. Ita pati· instructiq; hostiũ aduentũ oppiebant̃. ¶Carthaginenses:
qui: si maturassent: omia ꝑmixta turba trepidãtiũ ꝑmo impetu depꝛhendissent: ꝑculsi
terrestribus cladibus: atq; inde ne in mari q̃dem: ubi ipsi plus poterant: satis fidentes:

Vincit penos Scipio

ANNIBAL EX ITALIA ACCERSITUR

Scipio aperta classe [illegible] obsidionem [illegible] relinquit obsidere carthaginem

Malis

Scipio nauale [illegible] summo ingenio parat

die segni nauigatione absumpto: sub occasũ solis in portũ: Rusucmona afri uocãt: classẽ appulere. postero die: sub ortũ solis: instruxere ab alto naues: uelut ad iustũ preliũ nauale. & tanq̃ exituris cõtra Romanis cũ diu stetissent: postq̃ nihil moueri ab hostibus uiderũt: tũ demũ onerarias aggrediuntur. Erat res minime certamini nauali similis: ꝓxime speciẽ muros oppugnãtiũ nauiũ. Altitudine aliq̃tũ onerarie supabãt. ex rostratis peni uana pleraq;: utpote supino iactu: tela in locũ superiorẽ mittebãt. rarior ac põdere ipso liberatior supne ex onerariis ictus erat. Speculatorie naues: ac leuia ipsa nauigia: que sub cõstratis põtiũ ꝑ interualla excurrebãt: ꝓmo ipso tm̃ impetu ac magnitudine rostratarũ obruebant. Deĩde & propugnatoribus quoq; incõmode erãt: ꝙ ꝑmixte cũ hostiũ nauibus inhibere sepe tela cogebãt: metu: ne ambiguo ictu suis inciderẽt. Postremo asseres ferreo unco prefixi: harpagones uocãt milites: ex Punicis nauibus inici in Romanas cepti. quos cũ neq; ipsos: neq; cathenas qbus suspẽsi iniciebant: incidere possent: ut queq; retro inhibita rostrata: onerariã herẽte unco traheret: scindi uideres uĩcula qbus aliis alia inexa erat. serieq; aliã simul pluriũ nauiũ trahi. Hoc maxime modo lacerati qdem omes põtes. & uix transiliẽdi in secundũ ordinẽ nauiũ spatiũ ꝓpugnatoribus datum est. Sex ferme onerarie puppibus abstracte Carthaginẽ sunt: Maior q̃ ꝓ re leticia: sed eo maior: ꝙ inter assiduas clades: ac lachrymas unũ: q̃tuncũq; ex insperato gaudiũ adfulserat: cũ eo: ut appareret: haud ꝓcul exitio fuisse Romanã classem: ni cessatũ a Prefectis suarũ nauiũ foret: & Scipio in tẽpore subuenisset. Per eosdẽ forte dies: cũ Lelius & Masanissa quintodecimo ferme die in Numidiã peruenissent: Messulli Regnum paternũ Masanisse leti: ut ad Regẽ diu desideratũ: concessere. Syphax pulsis inde Prefectis: ꝑsidisq; suis: uetere se cõtinebat Regno. ne utiq; qeturus. stimulabat egrũ amore. uxor: socerq;. & ita uiris eqsq; abundabat: ut subiecte oculis regni ꝑ multos florẽtes annos uires: etiã minus Barbaro: atq; impotẽti animo spiritus possent facere. Igit̃ omibus qui bello apti erãt: in unũ eductis: equos: arma: tela: diuidit. equites in turmas: pedites in cohortes: sicut quondam ab Romanis Centurionibus didicerat: distribuit. Exercitu haud minore q̃ quẽ ꝓus habuerat: Ceterũ omi ꝓpe nouo: atq; incondito ire ad hostes ꝑgit. & castris in ꝓpinquo positis: ꝓmo pauci eqtes ex tuto speculatores ab stationibus progredi. Inde iaculis summoti recurrere ad suos. Inde excursiones inuicem fieri. Et cũ pulsos indignatio accẽderet: plures subire. qđ irritamentũ certaminũ equestriũ ẽ: Cum aut uincẽtibus spes: aut pulsis ira: aggregat suos. Ita tũ a paucis ꝑlio accẽso omnẽ postremo utrinq; eqtatũ certaminis studiũ effudit. ac dũ equestre ꝑliũ erat: multitudo Massesuliorum: ingẽtia agmina Syphace emittẽte: sustineri uix poterat. Deinde ut pedes romanus repentino ꝑ turmas suas uiã dantes intercursu stabilẽ aciẽ fecit: absternitq; effuse inuehentẽ sese hostem: primo Barbari segnius ꝑmittere equos. deinde stare: ac ꝓpe turbati nouo genere pugne. postremo nõ pediti solũ cedere: sed ne eqtem quidẽ sustinere peditis ꝑsidio audentẽ. Iam signa quoq; legionũ appropinq̃bant. Tum uero Massesulii nõ modo primũ impetũ: sed ne cõspectũ qdẽ signorum atq; armorum tulerũt tãtũ: sed seu memoria ꝓrum cladiũ: seu ꝑsens terror ualuit. Ibi Syphax dũ obeqtat hostiũ turmis: si pudore: si ꝑiculo suo: fugã sistere posset: equo grauiter icto: effusis: opꝓmit̃ capitq;. & uiuus: letũ añ omes Masanisse ꝓbiturus spectaculũ: ad Leliũ ꝑtrahit̃. Cirtha caput Regni Syphacis erat. eoq; se ingẽs hominũ uis: ex fuga cõtulerat. Cedes in eo ꝑlio minor q̃ uictoria: fuit: qa equestri tm̃modo prelio certatũ fuerat. Nõ plus quinq; milia occisa. minus dimidiũ eius hominũ captum est: Impetu in castra facto: quo ꝑculsa Rege amisso:

Ro. bello nauali inferiores euadunt

Masanissa penitus regnum adipiscitur

Capitur Syphax cum magna suorum cede

CIRTHA CAPUT REGNI SYPHACIS

multitudo se contulerat. Masanissa Lelio dicere sibi quidem ¶ Nihil esse in presentia
pulchrius: q̃ uictorẽ recuperatũ tãto post interuallo: patriũ inuisere Regnum. sed
tã secundis: q̃ aduersis rebus: nõ dari spatiũ ad cessandũ. si se Lelius cũ eqtatu: uictoq;
Syphace Cirtham precedere sinat: trepida oĩa metu se oppressurum. ¶ Lelium cum
peditibus subsequi modicis itineribus posse. ¶ Assentiente Lelio pregressus Cirtham:
euocari ad colloquiũ Princeps Cirthesiũ iubet. Sed apud ignaros Regis casus: neq;
que acta essent: promendo: nec minis: nec suadendo: ante ualuit: q̃ rex uinctus in
conspectũ datus esset. ¶ Tum ad spectaculũ tã fedũ cõploratio orta. & ptim pauore
menia sunt deserta. partim repentino consensu: gratiam apud uictorem querentium
patefacte porte: & Masanissa presidio circa portas opportunaq; moeniũ dimisso. ne
cui fuge pateret exitus: ad Regiã occupandã citato uadit equo. intrãti uestibulũ: in
ipo uestibuli limine Sophonisba uxor Syphacis: filia Hasdrubalis Poeni: occurrit.
Et cum in medio agmine armatorũ Masanissam insignem cum armis: tum cetero
habitu conspexisset: & Regem esse: id quod erat: rata: genibus aduoluta eius ¶ Oĩa
quidem inquit ut posses in nos dii tibi dederũt. uirtusq;: & felicitas tua: sed si captiue
apud dominũ uite necisq; sue: uocẽ supplicẽ mittere licet: si genua: si uictricẽ attigere
dextram: precor: quesoq; per Maiestatem Regiam: In qua paulo ante nos quoq;
fuimus: perq; gentis Numidarũ nomen: quod tibi cum Syphace cõmune fuit: per
huiusce Regie deos: qui te melioribus ominibus accipiant: q̃ Syphacẽ hinc miserunt:
hanc ueniam supplici des: ut ipse: quodcũq; feret animus: de captiua statuas. neq; me
in cuius q̃m Romani superbum ac crudele arbitrium uenire sinas. ¶ Si nihil aliud: q̃
Syphacis uxor fuissem: tamen Numide: atq; in eadẽ mecũ Africa geniti: q̃ alienigene
& externi fidem experiri mallem. ¶ Quid Carthaginem si ab Romano: quid filie
Hasdrubalis timendum sit: uides. ¶ Si nulla alia re potes: me morte ut uindices: ab
Romanorum arbitrio: oro: obtestorq;. ¶ Forma erat insignis: & florẽtissima etas. Itaq;
cũ modo dextram amplectens: in id: ne cui Romano traderetur: fidem exposceret:
ppiusq; iã blandicias oratio esset: q̃ preces: nõ in misericordiã modo prolapsus est aĩmus
uictoris: sed ut est genus Numidarũ in uenerẽ preceps: amore captiue uictor captus:
data dextra in id: qđ petebat: obligande fidei in Regiam concedit. Instituit deinde
reputare secũ ipse queadmodum promissi fidem prestaret. ¶ Quod cũ expedire non
posset: ab amore temerariũ atq; impudens mutuat consiliũ. ¶ Nuptias in eum ipsum
diem repente parari iubet: ne quid relinqueret integri aut Lelio: aut ipsi Scipioni
consulendi uelut in captiuam: que Masanisse iã nupta foret. factis nuptiis sup uenit
Lelius. & adeo non dissimulauit improbare factum: ut primo etiam cum Syphace
& ceteris captiuis detractã eã toro geniali mittere ad scipionẽ conatus sit. ¶ Victus
deinde precibus Masanisse orantis: ut arbitriũ utrius Regum duorum fortune accessio
esset. Sophonisba: ad Scipionem reiiceret. misso siphace & ceteris captiuis: ceteras
urbes Numidie: que psidiis Regis tenebant: adiuuãte Masanissa recipit. ¶ Sypacem
in castra adduci: cũ esset nuntiatũ: oĩs: uelut ad spectaculum Triũphi: multitudo
effusa est. precedebat ipse uinctus. sequebatur grex nobilium Numidarum. ¶ Tum
quantum plurimum quisq; poterat magnitudini Syphacis: fame gentis: uictoriam
suam augendo: addebat. illum esse Regem: cuius tantum maiestati duo potentissimi
in terris tribuerint populi: Romanus: Carthaginensisq; ut Scipio Imperator suus
ad amiciciam eius petendã: relicta Prouintia Hispania: exercituq;. duabus quinq;
remibus in Africã nauigaret. Hasdrubal Poenorum Imperator: nõ ipse modo ad eũ in
regnum uenerit: sed etiã filiam ei nuptũ dederit. habuisse eũ uno tẽpore in potestate

Cirtha Masanisse dedit[illegible] Syphace capto

SOPHONISBE UXORIS SYPHACIS PRECES AD MASANISSAM [illegible]

SYPHAX AD SCIP. DUCITUR

duos Impatores: Poenũ: Romanũq; Sicut ab diis immortalibus pars utraq; hostiis mactandis pacẽ petisset: Ita ab eo utrinq; pariter amiciciã petitã. iã tantas habuisse opes: ut Masanissam regno pulsum: eo redegerit ut uita eius: fama mortis: & latebris ferarum modo in siluis rapto uiuentis: tegeretur. His sermonibus circunstantium celebratis: Rex in Pretoriũ ad Scipionẽ ẽ productus. Mouit & Scipionẽ tamen fortuna pristina uiri presenti fortune collata: tũ recordatio hospitii. dextreq; date: & federis publice ac priuatim iuncti. Eadẽ hec & Syphaci animũ dederũt in allo/quẽdo uictorẽ. Nam cũ Scipio: quid sibi: uoluisset quereret: qui nõ sotietatẽ solũ abnuisset Romanã: sed ultro bellum intulisset. Tum ille peccasse quidem sese: atq; insanisse fatebatur. sed tum demũ: cũ arma aduersus Po. Ro. recepisset: exitum sui furoris fuisse nõ principiũ. tũc se insanisse: cum hospitia priuata: & publica federa omĩa ex aĩmo eiecisset. cũ Carthaginẽsem Matronã domũ accepit. Illis nuptialibus facibus Regiã cõflagrasse. suam. illam furiã pestẽq; omĩbus deliniẽtis animũ suum auertisse: atq; alienasse. nec qeuisse donec ipsa manibus suis nepharia sibi arma aduer/sus hospitẽ: atq; amicũ induerit. Perdito tamẽ sibi atq; afflicto: hoc in miseriis solatii esse: ꝙ in omniũ hominũ inimicissimi sibi domũ: ac penates: eandẽ pestẽ ac furiam transisse uideat. neq; prudentiorẽ neq; constantiorẽ Masanissam q̃ Syphacẽ esse. etiam ab iuuenta incautiorẽ. certe stultius illum: atq; intemperatius eã: q̃ seduxisse.
Hec nõ hostili modo odio: sed amoris etiã stimulis: amatã apud emulũ cernens: cũ dixisset: non mediocri cura Scipionis animũ pepulit. & fidẽ criminibus: facte prope inter arma nuptie: neq; consulto: neq; expectato Lelio: faciebãt. tãq; preceps festi/natio: ut quo die captam Reginam uidisset: eodem matrimonio iunctam acciperet. & apud penates hostis sui nuptiale sacrũ conficeret. Etiã eo fediora hec uidebant Scipioni: ꝙ ipsum in Hispania iuuenem nullius forma pepulerat captiue. Hec secum uoluẽti: Lelius ac Masanissa supuenerunt. Quos cũ pariter ambos benigno uultu excepisset. & egregiis laudibus frequẽti Pretorio celebrasset: adductũ in secre/tum Masanissam sic alloquitur. Aliq̃ te existimo Masanissa intuentem in me bona: & principio in Hispaniam ad iungendã amiciciã mecum uenisse. & postea in Africa teipm: spesq; omnis tuas in fidẽ meam cõmisisse. atqui nulla earum uirtus est: propter quã appetendus tibi uisus sim: in q̃ ego eque atq; tẽperantia: & cõtinentia libidinum gloriatus fuerim. Hanc te quoq; ad ceteras tuas eximias uirtutes Masanissa adiecisse uelim. Nam non est mihi credo tãtum ab hostibus armatis etatis nostre periculum: quantum ab circunfusis undiq; uoluptatibus. Qui eas sua temperantia frenauit: ac domuit: multo maius decus: maiorẽq; uictoriam sibi peperit: q̃ nos Syphace uicto habuimus. Que me absente strenue ac fortiter fecisti: libenter: & commemoraui & memini. cetera teipsum reputare tecum: q̃ me dicente erubescere: malo. Syphax Po/puli Romani auspitiis uictus: captusq; est. Itaq; ipse: coniunx Regnũ: agri: oppida: homines: qui incolunt: quicquid deniq; Syphacis fuit: preda Populi Romani est: & regem & coniugem eius: etiam si non ciuis Carthaginensis esset: etiam si non patrem eius Imperatorem hostiũ uideremus: Romã opporteret mitti. ac Senatus Populiq; Romani de ea iudiciũ: atq; arbitriũ esse: que Regem nobis sotium alienasse. atq; in arma coegisse precipitem dicatur. uince animũ. caue ne deformes multa bona uno uitio. & tot meritoꝝ gratiã: maiore culpa: q̃ causa culpe est: corrũpas. Masanisse hec audiẽti: nõ rubor ẽ solũ suffusus: sed lachryme etiã oborte. & cũ se quidẽ in potestate futurũ Impatoris dixisset: orassetq; eũ: ut q̃tum res sineret fidei sue temere obstricte cõsuleret: ꝓmisse. n. se in nullius potestate eã traditurũ: ex Pretorio in tabernaculũ

Syphacis uerba ad Scip. petẽtẽ cur defecisset.

Orõ Scipionis ad Masanissam

suum confusus concessit. Ibi arbitris remotis cum crebro suspirio: & gemitu quo facile a circũstantibus tabernaculũ exaudiri posset: aliq̃tum tẽporis cõsumpsisset: ingẽti ad postremũ edito gemitu: fido ex seruis uno accito: sub cuius custodia Regio more ad incerta fortune uenenũ erat: ei mixtũ in poculo ferre ad Sophonisbam iubet. ac simul nuntiare: Masanissam libenter ei primã fidẽ prestaturũ fuisse: quã uir uxori debuerit. quoniã eius arbitriũ: qui possint: adimãt: secundã fidẽ prestare: ne uiua in potestatẽ Romanoꝝ ueniat. memor patris Imparatoris: patrieq;: & duoꝝ Regũ: qbus nupta fuisset: sibi ipsa cõsuleret. ¶ Hunc nunciũ ac simul uenenũ ferens minister: cũ ad Sophonisbam uenisset: Accipio inq̃t nuptiale munus: neq; ingratũ: si nihil maius uir uxori prestare potuit. ¶ Hec tamen nũtia: melius me morituram fuisse: si non in funere meo nupsissem. nec loquuta ẽ ferocius: q̃ acceptũ poculũ nullo trepidatiõis signo dato impauide hausit. ¶ Quod ubi nuntiatũ est Scipioni: ne quid eger animo ferox iuuenis grauius cõsuleret: accitũ eũ ex tẽplo: nunc solatur: nũc q̄ temeritatẽ temeritate alia luerit: tristioreq; rẽ: q̃ necesse fuit: fecerit: leniter castigat. ¶ Postero die ut a p̄senti motu auerteret animũ eius: in tribunal ascendit. & contionẽ aduocari iussit. Ibi Masanissã p̄mũ Regẽ appellatũ: eximiisq; ornatũ laudibus: aurea corona: aurea patera: sella curuli eburnea: & Scipiõe eburneo: toga picta: & palmata tunica donat. ¶ Addit uerbis honorẽ neq; magnificentius quicq̃ Triũpho apud Romanos: neq; Triũphantibus ampliorẽ eo ornatũ eẽ: quo uno omniũ externoꝝ: dignũ Masanissam Populus Ro. ducat. ¶ Leliũ deide: & ip̄m collaudatũ: aurea corona donat. & alii militares uiri: p̄ut a quoq; nauata opa erat: donati. ¶ Iis honoribus mollitus Regis aĩmus: erectusq; in spẽ p̄pinquã sublato Syphace. oĩs Numidie potiunde. ¶ Scipio C. lelio: cũ Syphace: aliisq; captiuis Romã misso: cum quibus & Masanisse legati missi sunt: ipse ad Tuneta rursũ castra refert. & que munimẽta inchoauerat: p̄munit. ¶ Carthaginẽses nõ breui solũ: sed p̄pe uano gaudio ab satis p̄spera in p̄ñs oppugnatione classis perfusi: post famam capti Syphacis: in quo plus prope q̃m in Hasdrubale atq; exercitu suo spei reposuerant: perculsi iam nullo autore belli ultro audito: Oratores ad pacẽ petendã mittunt. xxx. senioꝝ principes: id erat sanctius apud illos cõsiliũ. maximaq; ad ip̄m senatũ regendũ: uis: Qui ubi in castra Romãa & Pretoriũ peruenerũt: more adulantiũ: accepto credo ritu: ex ea regione: ex qua oriundi erant: procubuerũt. ¶ Conueniẽs oratio tã humili adulationi fuit. nõ culpã purgantiũ: sed transferentiũ initium culpe in Annibalem impotẽtieq; eius fautores: ueniã ciuitati petebãt. ciuiũ temeritate bis iã añ euerse: incolumi future iterũ hostiũ b̄ñfitio. Impium ex uictis hostibus Populũ Ro: nõ perniciẽ petere. patis obediẽter seruire: que uellet: imparet. ¶ Scipio: & uenisse ea spe in Africã se ait. & spẽ suã p̄spero belli euẽtu auctã: uictoriã se nõ pacẽ domũ reportaturũ esse: tamen cũ uictoriam p̄pe in manibus habeat: pacẽ nõ abnuere. ut oẽs gẽtes sciãt: Populũ Romanũ: & suscipere iuste bella: & finire. ¶ Leges pacis se has dicere. captiuos & p̄fugas restituãt. exercitus ex Italia & Gallia deducãt. Hispania abstineãt. insulis oĩbus: que inter Italiã & Africã sunt: decedãt. naues longas oẽs preter uiginti tradãt. tritici quingenta: hordei. ccc. milia modiũ. ¶ Pecunie summã q̃tam imparauerit: Parũ conuenit. Alibi quinq; milia talentũ: alibi quinq; milia pondo argẽti: alibi duplex stipendium militibus imperatum: inuenio. ¶ His conditionibus inquit si placeat pax: triduum ad consultandũ dabitur. si placuerit: mecũ inducias facite. Romã ad Senatum mittite Legatos. ¶ Ita dimissi Carthaginẽses: nullas recusandas cõditiones pacis cũ cẽsuissent: quippe qui moram tẽporis quererent: dum Annibal in Africam traiceret: Legatos

alios ad Scipionẽ: ut inducias faceret: alios Romã ad pacẽ petendã mittũt. ducẽtes paucos in speciem captiuos: perfugasq;: & fugitiuos. quo impetrabilior pax esset.
¶ Multis ante diebus Lelius cũ Syphace: ꝓ moribusq; Numidarũ captiuis Romam uenit. Queq; in Africa gesta essent: oĩa exposuit ordine Patribus. ingẽti omnium: & in presens leticia: & in futurũ spe. ¶ Consulti inde patres: regẽ in custodiã Albam mittendum censuerunt. ¶ Leliũ retinendũ: donec Legati Carthaginenses uenirent.
¶ Supplicatio in q̃driduũ decreta est. P. Elius Pretor Senatu misso: & contione inñ aduocata. cũ. C. Lelio in rostra ascendit. Ibi uero audientes fusos Carthaginensium exercitus. deuictũ & captũ ingẽtis nõinis Regẽ. Numidiã omnẽ egregia uictoria ꝑ agratã: tacitũ cõtinere gaudiũ nõ poterãt. q̃n clamoribus: quibusq; aliis multitudo solet: leticiam immodicam significarent. Itaq; Pretor extẽplo edixit: uti editui edes sacras tota Vrbe apirent. circũeundi salutãdiq; deos: agẽdiq; grates: per totum diem populo potestas fieret. ¶ Postera die Legatos Masanisse in Senatum introduxit.

Verba Legatorum Masanisse in Senatu

¶ Gratulati primũ Senatui sunt ꝙ. P. Scipio prospere res in Africa gessisset. deinde gratias egerũt: ꝙ Masanissam nõ appellasset modo Regẽ: sed fecisset: restituendo paternũ regnũ: In quo post Syphacẽ sublatũ: si ita patribus uisum esset: sine metu: & certamine: esset regnaturus. Deĩdeq; collaudatũ pro cõtione amplissimis decorasset donis. quibus ne indignus esset: & dedisse operã Masanissam & porro daturum esse.
¶ Petere: ut regiũ nomẽ: ceteraq; Scipiõis bñfitia: & munera: Senatus decreto cõfir/maret. Et nisi molestum eẽt: illud quoq; petere Masanissam: ut Numidas captiuos qui rome in custodia essent: remitterẽt. Id sibi amplũ apud populares futurum esse.

Legati honorificentissime suscepti

¶ Ad ea respõsum legatis. ¶ Rerũ gestarũ in Africa ꝓspere: cõmunem sibi cũ Rege gratulationẽ eẽ. ¶ Scipionẽ recte: atq; ordine uideri fecisse: ꝙ eũ Regẽ appellauerit. & quicq̃d aliud fecerit: ꝙ honori foret Masanisse ei Patres cõprobare: atq; laudare.
¶ Munera que legati ferrẽt regi decreuerũt. Sagula purpurea duo: cũ fibulis aureis. singulis: & lato clauo tunicis. equos duos phaleratos. bina equestria arma: cũ loricis. & tabernacula. militaremq; supellectilem qualem preberi Consuli mos est. ¶ Hec regi Pretor mittere iussus. legatis in singulos dona ne minus quinum milium: comitibus eorum: mille eris: & uestimenta bina. Legatis. singula comitibus: Numidisq;: qui ex custodia missi redderentur. Regie ad hoc edes: libera loca lauticie: legatis: decre/ta.

ITALIE RES GESTE APUD INSUBRES

¶ Eadem estate qua hec decreta Rome: & in Africa gesta sunt: P. Quintilius Varus Pretor & M. Cornelius Procõsul in agro Insubriũ Galloꝝ: cũ Magone Poeno signis collatis pugnauerũt. ¶ Pretoris legiões in ꝑma acie fuerũt. ¶ Cornelius suas in subsidiis tenuit. Ipse ad prima signa equo aduectus: proq; duobus cornibus Pretor: ac Proconsul milites: ad inferenda in hostes signa summa ui hortabantur.
¶ Postq̃ nihil cõmouebãt: tũ Cornelio Quintilius. ¶ Lentior ut uides fit pugna inq̃t. & induratus ꝑter spem resistẽdo hostiũ timor. ac ne uertat in audatiã periculũ est. equestrẽ procellã excitemus oportet: si turbare ac statu mouere uolumus. Itaq; uel tu ad ꝑma signa ꝑlium sustine: ego inducam in pugnã equites. uel ego hic in prima acie rẽ geram: tu q̃ttuor legionum equites in hostẽ emittito. ¶ Vtram uellet Pretor muneris ꝑtem Procõsule accipiente. ¶ Quĩtilius Pretor cũ filio: cui Marco ꝑnomen erat: impigro iuuene: ad equites ꝑgit. iussosq; ascendere in equos repente in hostem emittit. tumultũ equestrẽ auxit clamor ab legionibus additus. nec stetisset hostium acies. ni Mago ad primũ eq̃tum motũ: ꝑatos elephãtos extẽplo in preliũ induxisset. ad quoꝝ stridorẽ: odorẽq;: & aspectum: territi equi: uanũ equestre preliũ fecerunt. Et ut in rem permixtis: ubi cuspide uti & cominus gladio: posset: roboris maioris

Romanus eques erat: Ita in ablatum pauentibus procul equis: melius ex interuallo
Numide iaculabantur. simul & peditũ legio duodecima magna ex parte cesa: pudore
magis: q̃ uiribus tenebat locũ. nec diutius tenuisset ni ex subsidiis tredecima legio in
primã aciẽ inducta: preliũ dubium excepisset. Magoq; ex subsidiis Gallos integre
legioni opposuisset. Quibus haud magno certamine fusis. hastati legionis undecime
conglobãt sese: atq; elephãtos iã etiã peditũ aciẽ turbãtes inuadũt. In quos: cũ pila
cõfertos cõiecissent: nullo ferme frustra emisso: omes retro in aciẽ auerterũt. q̃ttuor
grauati uulneribus corruerũt. Tũ p̃ma cõmota hostiũ acies. simul omibus peditibus:
ut auersos uidere elephantos: ad augendũ pauorẽ ac tumultum effusis. ¶Sed donec
stetit añ signa Mago: sensim referẽtes ordines tenorẽ pugne seruabãt. ¶Postq̃ femine
trãsfixo cadentẽ: auferriq; ex p̃lio p̱pe exanguẽ uidere: extẽplo in fugam omnes
cõuersi: ad. v. milia hostiũ eo die cesa. & signa militaria duo: & uigĩti capta. ¶Nec
romanis incruẽta uictoria fuit. ii. milia & ccc. de exercitu Pretoris p̱s multo maxĩa
ex legione. xii. amissa. Inde & Tribuni militum duo. M. Cosconius: &. M. Menius.
¶Tertiedecime quoq; legionis que postremo p̃lio adfuerat: Cn. Heluius Tribunus
militũ in restituẽda pugna: cecidit. & duodexx. ferme equites illustres obtriti ab ele/
phantis: cũ Centurionibus aliquot: p̱ierunt. ¶Et longius certamẽ fuisset: ni uulnere
ducis cõcessa uictoria esset. ¶Mago proxime noctis silẽtio p̱fectus: q̃tum pati uie
p̱uulus poterat: itineribus extentis: ad mare: in Ligures Ingaunos p̱uenit. ¶Ibi eum
legati ab Carthagine paucis ante diebus in sinum Gallicũ adpulsis nauibus adierunt.
iubẽtes p̃mo quoq; tẽpore in Africã traiceret. Idẽ & fratrẽ eius Annibalẽ: nam ad
eũ quoq; isse legatos: eadẽ iubẽtes: facturũ. nõ in eo eẽ Carthaginẽsiũ res: ut Galliã
atq; Italiã armis obtineãt. ¶Mago nõ impio modo Senatus: p̱iculoq; patrie motus:
sed metuẽs etiã ne uictor hostis morãti ĩstaret: Liguresq; ipsi: relinq italiã a Poenis
cernẽtes: ad eos: quoꝝ mox in potestate futuri eẽnt: deficerẽt: simul sperãs leniorem
in nauigatiõe: q̃ in uia iactationẽ uulneris fore: & curatiõi omia cõmodiora ĩpositis
copiis in naues p̱fectus: uix dũ sup̱ata Sardinia ex uulnere morit̃. ¶Naues quoq;
aliquot Poenoꝝ disiecte in alto a classe Romana: que circa Sardiniã erat: capiunt̃.
¶Hec terra mariq; in p̱te Italie que iacet ad Alpes: gesta. ¶Cõsul Cn. Seruilius:
nulla memorabili re: in Prouĩtia Etruria: & Gallia: Iam eo quoq; p̱cesserat: gesta:
patre: Cn. Seruilio: &. C. Lutatio patruo ex seruitute post decimumsextum annum
receptis: qui ad uicũ Canetũ a Boiis capti fuerãt: hic patre: hic patruo lateri circun/
datus: p̃uato magis: q̃ publico decore in signis Romã redut. ¶Latũ ad populũ est:
ne Cn. Seruilio fraudi eẽt: ꝙ patre qui sella curuli sedisset: uiuo: cum id ignoraret:
Tribunus Plebis: atq; Edilis Pl. fuisset: cõtra q̃ sancitũ legibus erat. ¶Hac rogatiõe
p̱lata in p̱uinciã redut. ¶Ad. Cn. Seruiliũ cõsulẽ: q in Brutiis erat. ¶Cõsentia: Vffu/
gũ: Verge: Besidie: Hetriculũ: Sypheũ: Argẽtanũ: Dãpetia: multiq; alii ignobiles
populi: senescere Punicũ bellũ cernẽtes: defecere. ¶Idẽ Consul cũ Annibale in agro
Crotonẽ si acie conflixit. ¶Obscura eius pugne fama est. ¶Valerius Antias. v. milia
hostiũ cesa ait. Que tãta res est: ut aut impudẽter ficta sit: aut negligẽter p̃termissa.
¶Nihil certe ultra rei ab Annibale in Italia gestũ est. nam ad eũ quoq; Legati ab
Carthagine uocãtes in Africã: iis forte diebus: qbus ad Magonẽ: uenerũt. ¶Frẽdens:
fremens: gemensq; ac uix lacbrymis tẽperans: dicitur legatoꝝ uerba audisse. ¶Postq̃
edicta sunt mãdata. ¶Iã nõ p̱plexe inqt: sed palã reuocãt: qui uetãdo supplementũ:
& pecuniã mitti: iã pridẽ retrahebãt. Vicit ergo Annibalẽ: nõ Populus Romanus
totiẽs cesus: fugatusq;: sed Senatus Carthaginẽsis: obtrectatiõe atq; inuidia. neq; hac

REDIT ANNIBAL IN AFRICAM

peformitate reditus mei:tā. P. Scipio exultabit: atq; efferet sese: q̄ Hāno qui domū nostrā: quādo alia re nō potuit: ruina Carthaginis oppressit. Iā hoc ipm p̄sagiens animo: prepauerat ante naues. Itaq; inutili militū turba. presidii specie in oppida Brutii agri: que pauca magis metu q̄ fide continebantur: dimissa. Quod roboris in exercitu erat: in Africam trauexit. multis Italici generis: quia in Africā sequuturos abnuētes: concesserāt. In Iunonis Lacinie delubrū: inuiolatū ad eū diē: in tēplo ipso fede īterfectis. Raro queq̄ aliū: patriā exsilii causa relinquentē magis mestū abisse ferunt: q̄ Annibalē hostium terra excedentem. respexisse sepe Italie littora & deos hominesq; accusantē: in se quoq;: ac suū ipsius caput execratū: q͞ nō cruentum ab Cannēsi uictoria militē Romā duxisset: Scipionē ire ad Carthaginem ausum: qui Cōsul hostē in Italia poenū nō uidisset. se centū milibus armatoꝝ ad Transimenum: & Cannas cesis: circa Casilinū: Cumas: Nolāq; cōsenuisse. Hec accusans: querēsq; ex diutina possessione Italie est detractus. Romā: p eosdē dies: & Magonē: & Annibalē ꝓfectos allatū est. cuius duplicis gratulationis relatio minuit leticiā: & q͞ parū Duces in retinēdis iis cū id mādatum ab Senatu esset: aut animi: aut uirium habuisse uidebant. & q͞ sollicitierāt: omni belli mole: in unū Ducē exercitūq; inclinata: quo euasura eēt res. Per eosdē dies Legati Sagūtini uenerūt: cōprehensos cū pecunia adducētes Carthaginēses q ad conducēda auxilia in Hispaniā traiecissent. Ducētū & qnq̄ginta auri: octingētapondo argēti: in uestibulo Curie posuerūt. Hominibus acceptis: & in carcerē cōditis. auro argētoq; reddito: gratie Legatis acte. atq; insup munera data: ac naues qbus in Hispaniā reuerterent. Mentio deīde ab senioribus facta est: segnius homines bona: q̄ mala sentire. transitum Annibalis in Italiā: q̄tum terroris: pauorisq; esse: se semp meminisse? quas deīde clades: quos luctus incidisse: uisa castra hostium e muris Vrbis. que uota singulorum uniuersoꝝq; fuisse: quotiens in cōcilius uoces: manus ad celū porrigentium auditas: en unq̄ ille dies futurus esset: quo uacuā hostibus Italiā: bona pace florentē: uisuri essent. dedisse id deos. Tandē sexto/decimo demū anno: nec eē: qui diis gratias agēdas censeāt. Adeo ne aduenientē qdem gratiā homines benigne accipere: nedū ut p̄terite satis memores sint. Conclamatum deīde ex omni parte Curie est: uti referret. P. Elius Pretor: decretūq; est ut. v. dies circa oīa puluinaria supplicarēt. uictimeq; maiores immolarēt. c. xx. Iā dimisso Lelio: Legatisq; Masanisse: cū Carthaginēsiū Legatos de pace ad Senatū uenīētes Puteolis uisos inde terra uenturos: allatū esset: reuocari. C. Leliū placuit: ut coram eo de pace agerēt. Q. Fuluius Gillo Legatus Scipionis: Carthaginenses Romam adduxit. Quibus uetitis ingredi Vrbem: hospitiū in uilla publica. Senatus ad edem Bellone datus ē. Orationē eandē ferme quā apud Scipionē habuerunt. Culpam omnē belli: a publico cōsilio: in Annibalē uertentes. eum iniussu senatus: non Alpes modo: sed Hiberū quoq; transgressum: nō Romanis solū: sed ante etiā Saguntinis: ꝑuato cōsilio bellū intulisse. Sanatui ac Populo Carthaginēsium: si qs uere estimet: fedus ad eā diē inuiolatū esse cū Romanis. Itaq; nihil aliud sibi mandatum esse: uti peterēt: q̄: ut in ea pace: que postremo cū Cōsule Lutatio facta est: manere liceret. Cū more tradito a Patribus: potestatē interrogandi: si quis uellet: legatos: Pretor fecisset: senioresq; q federibus interfuerāt: alia alii interrogarēt. Nec meminisse se p etatē: etenī oēs ferme iuuenes erāt: dicerēt legati: cōclamatū ex oīi pte Curie est. Punica fraude electos: q ueterē pacē repeterēt: cuius ipius nō meminissēt. Emotis deīde curia Legatis: sentētie interrogari cepte. M. Liuius. Cn. Seruiliū Consulē q ꝓpior eēt. arcessendū ut corā eo de pace agerēt: cēsebat. cū de re maiore: q̄ q̄ta eēt:

Legati Saguntini carthaginienses cum pecunia comprehensos [illegible]

Gratie acte diis pro transitu Annibalis

cósultatio incidere nó posset: nó uideri sibi absente Cósulú altero: ambobus ue eá rē agi satis ex dignitate Populi Ro. esse. Q. Metellus q trienio añ Cósul Dictatorq; fuerat ¶ Cú. P. Scipio cedēdo exercitus: agros populádo: in eá necessitatē cópulisset. hostes: ut supplices pacē peterēt: & nemo omniú uerius existimare posset: q̄ mēte ea pax peteret: q̄ eú: qui añ portas Carthaginis bellú gereret: nullius alterius cósilio: q̄ Scipióis accipiendá abnuēdáq; pacē eē. M. Valerius Leuinus: qui bis Cósul fuerat. ¶ Speculatores: nó Legatos uenisse: arguebat. iubēdosq; eos Italia excedere. & custo/ des cú iis usq; ad naues mittēdos. Scipioniq; scribendú: ne bellú remitteret ¶ Lelius Fuluiusq; adiecerút: & Scipionē in eo positá habuisse spē pacis: si Annibal & Mago ex Italia nó reuocarent. Ceterú oḿia simulaturos Carthaginēses: Duces eos: exerci/ tusq; expectantes ¶ Deide: q̄ uis recētiú federú: & deoꝝ omniú oblitos: bellú gesturos. ¶ Eo magis in. M. Leuinii sentētiam discessum. ¶ Legati pace infecta: ac prope sine respóso dimissi. ¶ Per eos dies. Cn. Seruilius Consul: haud dubius quin pacate Italie penes se gloria eēt: uelut pulsú ab se Annibalē ꝑsequēs: í Siciliá: iñ í Africá trásiturus traiecit. ¶ Quod ubi Rome uulgatú ē. ¶ Primo cēsuerút Patres ut Pretor scriberet Cósuli: Senatú equú cēsere in Italiá reuerti eú ¶ Deide cú Pretor sumpturú eú lrás suas diceret: Dictator ad idip̄m creatus. P. Sulpicius: ꝓ iure maioris Impii Cósulem in Italiá reuocauit ¶ Reliquú anni cú. M. Seruilio Magistro eqtú circúeúdis Italie urbibus: que bello alienate fuerát: noscēdisq; singularú causis cósúpsit ¶ Per íduciarú tēpus: & ex Sardinia ab Lētulo Pretore centú onerarie naues: cú cómeatu: uiginti rostratarú ꝑsidio: a cte: & ab hoste: & ab tēpestatibus mari tuto: í Africá tráśmiserút: Cn. Octauio. cc. onerariis: xxx. lógis nauibus ex Sicilia traiciēdi nó eadē fortúa fuit. ¶ In cóspectu ferme Africe ꝓspero cursu uectú: p̄mo destituit uētus. dein uersus in Africú turbauit: ac passi naues disiecit ¶ Ipse cú rostratis p aduersos fluctus. ingēti remigú labore enisus: Apollinis ꝓmontoriú tenuit: onerarie ꝑs maxia ad Egimurú insulam: ea sinú ab alto claudit in q̄ sita carthago est: xxx. ferme milia ab urbe: alie aduersus urbē ipsá ad calidas aquas: delate sút ¶ Oḿia in cóspectu carthaginis erát. ¶ Itaq; ex tota urbe í foꝝ cócursú ē ¶ Magistratus Senatú uocare. populus í Curie uestibulo fremere. ne táta ex oculis manibusq; amitterent ꝑda. ¶ Cú qdá pacis petite alii induciarú: necdú. n. dies exierat: fidē opponeret: ꝑmixto pene Senatus: populiq; cócilio: cósensú ē: ut classe qnq̄ginta nauiú Hasdrubal Egimurú traiceret. Indeq; p littora portusq; dispsas Romanas naues: colligeret ¶ Deserte fuga nautarú p̄mú ab Egimuro dein ab calidis aqs onerarie Carthaginē pupibus tracte sút ¶ Nódú reuer/ terát ab Roma Legati: neq; sciebát que Sēatus Romái de bello: aut pace sentētia eēt. necdú íduciarú dies exierat. eo indigniorē iniuriá ratus Scipio: ab iis q petissent pacē: & íducias: spē pacis & fidē íduciarú uiolatá eē: Legatos Carthaginē. L. Bebiú M. Seruiliú. L. Fabiú ex tēplo misit. q cú multitudinis cócursu ꝓpe uiolati essent: nec reditú tutiorē cernerēt futuꝝ: petierút a Magistratibus: quoꝝ auxilio uis ꝓhi/ bita erat: ut naues mitterēt: que se ꝓsequerent. date triremes due. cum ad Bragadam flumē ꝑuenissēt: uñ castra Róana cóspitiebát: Carthaginē redīere ¶ Classis Punica ad Vticá statione habebat. ex ea tres q̄driremes: seu clá misso a Carthagíe nútio: ut fieret: seu Hasdrubale: q classi ꝑerat: sine publica fraude auso facinus: qnq; remē. Ro/ maná supantē ꝓmótoriú ex alto repēte aggresse sút: sed neq; rostro ferire: celeritate subter labētē poterát. neq; tráśilire armati ex húilioribus í altiorē nauē ¶ Et defēde/ bat egregie: quo ad uela suppeditarát. Quibus deficiētibus: iam nulla alia res eam q̄ ꝓpinqtas terre multitudoq; a castris í littus effusa: tueri potuisset: Cócitatá. n. remis

q̄ta maxie ui poterāt. i terrā cū imisisset. Nauis tm̄ iactura facta: icolumes ipsi eua/
serūt. ¶ Ita alio sup alio scelere: cū haud dubie inducie rupte eēnt: Lelius. Fuluiusq;
ab Roma cū Legatis Carthaginēsibus supuenerūt. ¶ Quibus scipio et si nō iduciaꝝ
fides mō a Carthaginēsibus: sed ius etiā gētiū in Legatis suis uiolatū esset: tm̄ se nihil
nec istitutis. Po. Ro. nec suis moribus indignū in iis facturū eē cū dixisset: Legatis
dimissis: bellū pabat. ¶ Annibale iā terre appropinq̄te iussus e nautis unus ascēdere in
malū: ut specularet̄ quā tenerēt regionē: cū dixisset: sepulchꝝ dirutū ꝓrā spectare:
locū: abominatus ꝑteruehi. iusso gubernatore: ad Lepti appulit classē. atq; ibi copias
exposuit. ¶ Hec eo anno in Africa gesta. ¶ Insequētia excedūt in eū annū: quo. M.
Seruilius Geminus q tū Magister eqtum erat: et. T. Claudius Nero Consules facti
sūt. ¶ Ceteꝝ exitu. supioris anni: cū Legati sociarū urbiū: ex Grecia questi eēnt: uas/
tatos agros ab Regiis presidiis: ꝓfectosq; in Macedoniā legatos ad res repetēdas: nō
admissos ad Philippū Regē: simul nūtiassēt. iiii. milia militū cū Sopatro duce traiecta
in Africā duci: ut eēnt Carthaginēsibus ꝑsidio: et pecunie aliq̄tū una missū: Legatos
ad Regē: q hec aduersus fedus facta uideri Pribus: nūtiarēt: mittēdos cēsuit Senatus
¶ Missi. C. Terentius Varro. Cn. Manlius. M. Aurelius. ¶ His tres quinq; remes date.
¶ Annus isignis incēdio ingēti. quo diuus publicus ad solū exustus ē: et aq̄rū magni/
tudie. sed et āno ne uirilitate fuit. ꝑterq̄ ꝙ pace omīs Italia erat apta: et iā ꝙ magnā
uim frumti ex Hispania missā. M. Valerius Falco: et. M. Fabius Buteo Ediles Cu/
rules: q̄ternis eris uicati populo descripserūt. ¶ Eodē āno. Q. Fabius Maximus mo/
rit̄ exacte etatis. Si qdē uerū ē: Augurē duos et. lx. annos fuisse: ꝙ qdā autores sūt:
uir certe fuit dignus tāto cognomie: uel si nouū ab eo iciperet. supauit paternos ho/
nores. auitos eq̄uit. pluribus uictoriis: et maioribus ꝑliis auus isignis Rullus. ¶ Sed oia
eq̄re unus hostis annibal pōt cautior tn̄: q̄ prōptior hic habitus fuit. et sicut dubites:
utrū ingenio cūtatior fuerit: an qa ita bello ꝓpe: qđ tū gerebat̄: aptū erat: sic nihil
certius ē: q̄ unū hoiem: nobis cūtādo rē restituisse. Sicut Ennius ait Augur in locū
eius inauguratus. Q. Fabius Maximus: filius eius: in eiusdē locū: pōtifex. ¶ Nā duo
sacerdotia habuit. Ser. Sulpitius Galba. ludi Romani diē unū: Plebeii ter toti istau/
rati ab Edilibus. M. Sestio Sabino: et. Cn. Tremellio Flacco. Ii ābo Pretores facti.
et cum iis. C. Liuius Salinator. et. C. Aurelius Cotta. ¶ Comitia eius anni utrum. Cn.
Seruilius Cōsul habuerit: an qa eū res in Etruria tenuerint: questiōibus ex sociis de
cōiuratiōibus principū hn̄tem: Dictator ab eo dictus. P. Sulpitius sit: incertū diuersi
autores faciūt. ¶ Principio in sequentis anni. M. Seruilius et. T. Claudius: Senatu in
Capitoliū uocato: de Prouītiis retulerūt. ¶ Italiā atq; Africā i sortē conici. ¶ Africā
ābo cupiētes uolebant. ¶ Ceteꝝ. Q. Metello maxie adnitēte: neq; data: neq; negata
est Africa. ¶ Consules iussi cū. Tri. Pl. agere: ut si iis uideret̄: Populum rogarent: quē
uellēt in Africa bellū gerere. ¶ Oms tribus. P. Scipionē iusserūt. nihilominus Cōsules
Prouintiā Africā. Ita. n. Senatus decreuerat: in sortē cōiecerūt. ¶ T. Claudio Africa
euenit: ut qn̄q̄ginta nauiū classē oms qnqueremes in Africā traiiceret. pariq; Impio
cū Scipiōe Impator eēt. M. Seruilius Etruriā sortitus. ¶ In eadē Prouītia et. Cn.
Beruilio ꝓrogatū imperiū: si Cōsules manere ad Vrbē Senatui placuisset. ¶ Pretores
M. Sestius Galliā est sortitus: ut duas legiones Prouītiāq; traderet ei. P. Quintilius
Varus. C. Liuius Brutios cū duabus legiōibus: qbus. P. Sēpronius Procōsul ꝓoris āni
ꝑfuerat. Cn. Tremellius Siciliā: ut. Ap. Apulo Pretore ꝓoris anni ꝓuintiā: et duas
legiones accipet. ¶ Iulius Propretor cū. xx. nauibus longis militibus mille orā Sicilie
tutaret̄. ¶ Inde. M. Pomponius uiginti nauibus reliquis mille et qngētos deportarēt

milites Romā. C. Aurelio Cotte Urbana euenit. ¶ Ceteris ita uti quisq; obtinebant Prouintias: exercitusq;: progata imperia. ¶ Sexdecim nō āplius eo anno legiōibus defēsū impiū est. ¶ Et ut a placādis diis oīa īciperēt: agerētq;: ludos quos. M. Clau/dio Marcello. T. Quintio Consulibus. T. Mālius Dictator: quasq; hostias maiores uouerat: si p qnquenniū illud Res. P. eodē statu fuisset: ut eos Cōsules: p̄usq̄ ad bellū pficiscerētur: facerēt. Qui ī Cyrco p q̄triduū facti. hostieq;: qbus uote erāt diis cese. ¶ Inter hec simul spes: simul cura in dies crescebat. Nec satis certū cōstare apud aīmū poterat: utrū gaudio dignū esset. Annibalē post sextūdecimū annū ex Italia dece/dentē: uacuā possessionē eius reliqsse. Po. Ro. an magis metuēdū: q̄ īcolumi exercitu in Africā traiecisset: locū in mirū: nō piculū mutatū. cuius tāte dimicationis uatem: q nup decessisset. Q. Fabiū haud frustra canere solitū: grauiorē in sua terra futurū hostē Annibalē: q̄ in aliena fuisset. Nec Scipioni: aut cū Syphace incōdite Barbarie Rege: q Statarius semi lixas ducere exercitus solitus sit: aut cū socero eius Hasdru/bale: fugacissimo duce rē futurā aut tumultuariis exercitibus: ex agrestiū semi ermi turba subito collectis. sed cum Annibale ppe nato in Pretorio patris fortissimi ducis. alito atq; educato iter arma puero: quōdā milite uix dū: iuuene Impatore: q senex uincēdo factus: Hispanias: Gallias: Italiā ab Alpibus ad fretū monumentis īgentiū reꝝ cōplesset. ducere exercitū eq̄lē stipēdiis suis. duratū oīm reꝝ paciētia: q̄s uix fides fiat: hoīes passos. pfusū milies cruore Romano: eximias nō militū mō: sed etiā Impa/torū portantē. multos occursuros Scipioni ī acie: q Pretores: q Impatores: q Cōsules Romāos sua manu occidisset. muralibus: uallaribusq; īsignes coronis puagatos capta castra captas urbes Romanas. nō esse hodie tot fasces Magistratibus. Po. Ro. quot captos excede Impatorū pre se ferre posset Annibal. ¶ Has formidies agitādo aīmis ipsi curas et metus augebant. ¶ Et iā q̄ cū adsuessent p aliquot annos bellū añ oculos aliis: atq; aliis in Italie partibus lenta spe in nullum ppinquū debellandi finē gerere. Erexerat omniū aīmos Scipio et Annibal: uelut ad supremū certamē cōpati duces. ¶ Ii quoq; qbus erat ingens in Scipione fiducia: et uictorie spes: quo magis in pro/pinquā eā imminebant animis: eo cure intētioris erāt. ¶ Haud dispar habitus aīmoꝝ Carthaginensibus erat: quos mō petisse pacem: intuentes Annibalē: ac rerū gestarum eius magnitudines: penitebat. mō cū respicerent bis sese acie uictos: Syphacē captū: pulsos se Hispania: pulsos Italia: atq; ea oīa unius uirtute et consilio Scipiōis facta uelut fatalē: eū ducem in exitiū suū natū horrebant. ¶ Iam adrumentū puenerat Annibal unde ad reficiendū ex iactatione maritima militem paucis diebus sumptis: excitus pauidis nuntiis: omnia circa Carthaginē obtineri armis adferentiū: magnis itineribus Zamā contendit. ¶ Zama qnq; dierum iter ab Carthagine abest. ¶ Inde p̄missi speculatores: cū excepti a custodibus Romāis deducti ad Scipionē essent tra/ditos eos Tribunis militū: iussosq; omisso metu uisere omnia: per castra: qua uellent circūduci iussit. pcontatosq; satin pcōmode omnia explorassent: datis q psequerētur: retro ad Annibalem dimisit. ¶ Annibal nihil quidem eorū: que nūtiabant. Nam & Masanissam cū sex milibus peditū: q̄ttuor eqtum uenisse eo ipso forte die afferebāt: leto aīmo audiuit: maxīe hostis fiducia: que nō de nihilo pfecto cōcepta est: pculsus. Itaq; q̄q̄ et ipse cā belli eius erat: et aduētu suo turbauerat pactas īducias: et spem fe/deꝝ: tñ si īteger q̄ si uictus peteret pacē: eq ora posse īpetrari ratus: nūtiū ad Scipionē misit: ut colloquēdi secū ptātem faceret. ¶ Id utrū sua spōte fecerit. an publico cōsilio neutrū cur affirmē: habeo. ¶ Valerius Antias p̄mo p̄lio uictū eū a Scipiōe: quo. xii. milia armatoꝝ in acie sūt cesa: mille et septingēti capti: Legatū cū aliis decē Legatis

ANH. ORATIO AD SCIPIONEM

tradit ĩ caſtra ad Scipionẽ ueniſſe. ¶ Ceterũ Scipio cum colloquiũ haud abnuiſſet: ãbo ex cõpoſito Duceſ caſtra protulerunt: ut coire ex propinquo poſſent. ¶ Scipio haud procul Nadagara urbe tum ad cetera loco opportuno: tum ꝙ aquatio intra teli cõ/iectum erat: cõſedit. ¶ Annibal tumulum a quattuor milibuſ inde tutũ: commodũq; alioquin: niſi ꝙ longinque adaq̃tiõiſ erat: cepit ibi in medio locuſ conſpectuſ undiq;: nẽ quid inſidiarum eſſet: delectuſ. ſũmotiſ pari ſpatio armatiſ: cum ſingulis interpre/tibuſ congreſſi ſunt. ¶ Non ſue modo etatiſ maximi Duceſ: ſed omniſ ante ſe mẽorie omnium gẽtium: cuiuſ libet Regum: Imperaatorum ue pareſ. pauliſp alter alteriuſ conſpectu admiratione mutua prope attoniti: conticuere. ¶ Tum Annibal prior.
Si hoc ita fato datum erat: ut qui primuſ bellum intuli. Po. Ro. ꝗq; totienſ prope in manibuſ uictoriam habui: iſ ultro ad pacem petendã uenirem. letor te mihi ſorte po/tiſſimũ datũ: a quo pacẽ peterẽ. ¶ Tibi quoq; ĩter multa egregia non in ultimiſ laudũ hoc fuerit. Annibalẽ: cui tot de Romãiſ ducibuſ uictoriã dii dediſſẽt: tibi ceſſiſſe. teq; huic bello ueſtriſ: pluſ q̃ noſtriſ cladibuſ ĩſigni: finẽ impoſuiſſe. Hoc quoq; ludibrium fortuna an caſuſ ediderit: ut cũ patre tuo cõſule ceperi arma: cũ eodẽ ꝓmũ Romão impatore ſigna cõtulerĩ: ad filiũ eiuſ inermiſ ad pacẽ petendã ueniã. Optimũ quidẽ fuerat: eã patribuſ nriſ mẽtẽ datã ab diiſ eẽ: ut et uoſ Italie: et noſ Africe Impio cõ/tenti eẽmuſ. Neq;. n. ne nobiſ qdem Sicilia: atq; Sardinia ſatiſ digna ꝑcia ſũt: ꝑ tot claſſibuſ: tot exercitibuſ: tot tãq; egregiuſ amiſſiſ ducibuſ. ſed ꝑterita magiſ repꝓhẽdi pñt q̃ corrigi. Ita aliẽa appetiuimuſ: ut de nriſ dimicaremuſ. nec ĩ Italia ſolũ uobiſ bellũ: nobiſ ue in Africa ẽ: ſed et uoſ in portiſ uriſ ꝓpe: ac menibuſ ſigna: armaq; hoſtium uidiſtiſ: et noſ ab Carthagine fremitũ caſtrorũ Romãorũ exaudiuimuſ. Quod igit̃ noſ maxĩe abominaremur: uoſ autẽ añ oĩa optaretiſ: in meliore ueſtra fortuna: de pace agit̃. agimuſq; ii quorũ et maxĩe inter ẽ pacẽ eẽ: et q qđcũq; egerimuſ: ratũ ci/uitateſ noſtre habiture ſint. Animo tm̃ nobiſ opuſ ẽ nõ abhorrẽte a qetiſ cõſiliiſ: qđ ad me attinet: iã etaſ ſenẽ in patriã reuertentẽ: unde puer ꝓfectuſ ſũ: iã ſecũde: iam aduerſe reſ ita erudierũt: ut rõem ſeq: q̃ fortunã mali. tuã et adoleſcẽtiã: et perpetuã felicitatẽ: ferociora utraq;: q̃ qetiſ opuſ ẽ cõſiliiſ: metuo. nõ temere ĩcerta caſuũ repu/tat: quẽ fortuna nũq̃ decepit. Quod ego fui ad Trãſimenũ: ad Cãnaſ: id tu hodie eſ. uix dũ militari etate impio accepto: oĩa audaciſſime ĩcipiẽtẽ: nuſ q̃ fefellit fortuna. ¶ Priſ et patrui ꝑſequutuſ mortẽ: ex calamitate ueſtre domuſ inſigne uirtutiſ: pieta/tiſq; eximie cepiſti. ¶ Amiſſaſ Hiſpaniaſ recuperaſti. iiii. inde puniciſ exercitibuſ pulſiſ. Cõſul creatoſ: cũ ceteriſ ad tutãdũ Italiã parũ aĩmi eẽt: trãſgreſſuſ ĩ Africã duobuſ hic exercitibuſ ceſiſ: biniſ eadẽ hora captiſ ſimul: ĩcẽſiſq; caſtriſ. Syphace potẽtiſſimo rege capto: tot urbibuſ Regni eiuſ: tot noſtri Impii ereptiſ. me ſextũdecimũ iã ãnũ he/rẽtẽ ĩ poſſeſſiõe Italie detraxiſti põt uictoriã ĩq̃ malle: q̃ pacẽ aĩmuſ. noui uobiſ ſpi/rituſ magiſ magnoſ: q̃ utileſ. et mihi taliſ aliqñ fortuna adfulſit. ꝙ ſi in ſecundiſ rebuſ bonã m̃tẽ quoq; doãrẽt dii: nõ ea ſolũ que eueniſſẽt: ſed etiã ea: que euenire poſſent: reputaremuſ: ut oĩm obliuiſcariſ aliorũ: ſatiſ ego documti ĩ omĩ caſuſ ſũ: quẽ mõ caſ/triſ ĩter Aniẽnẽ atq; Vrbẽ Romã poſitiſ: ſigna ĩferẽtẽ ad menia Romana uideraſ. hic cernaſ: duobuſ fortiſſimiſ uiriſ frĩbuſ: clariſſiſ Impatoribuſ: orbatũ: añ menia prope obſeſſe prĩe: qbuſ terrui urãm urbẽ: ea ꝑ mea depcantẽ. maxĩe cuiq; fortune mĩme credẽdũ ẽ. In boniſ tuiſ rebuſ: nriſ dubiiſ: tibi ãpla ac ſpecioſa dãti ẽ pax: nobiſ petẽ/tibuſ: magiſ neceſſaria: q̃ honeſta. melior tutiorq; eſt certa pax: q̃ ſperata uictoria. Hec in tua: illa in deorum manu ẽ. Ne tot ãnorũ felicitatẽ in uniuſ hore dederiſ diſ/crimẽ. cum tuaſ uireſ: tum uim fortune: Martemq; belli communem propone animo.

Vtrinq; ferrũ: corpora humana: erunt. Nusq̃ minus: q̃ in bello euentus respondent.
non tantum ad id: quod data pace iam habere potes: si prelio uincas: glorie adieceris:
quãtum ademeris si quid aduersi eueniat. simul parta: ac sperata decora: unius hore
fortuna euertere põt. omnia in pace iungenda: tue potestatis sunt. P. Corneli. tũc ea
habenda fortuna erit: quam dii dederint. Inter pauca felicitatis: uirtutisq; exempla
M. Attilius quondã in hac eadem terra fuisse fertur. qui sic uictor pacem petentibus
patribus nostris abnuit. sed non statuendo tandem felicitati modũ: nec cohibendo
efferentem se fortunam: quãto altius elatus erat: eo fedius corruit. Est quidem eius
qui dat: non q petit conditiones dicere pacis. sed forsitan nõ indigni simus: q nobis/
metipsis multam irrogemus. q nõ recusamus: qn omnia ꝓpter que bellum initum est:
uestra sint. Sicilia: Sardinia: Hispãia: quicquid insularum toto inter Africã: Italiãq;
continetur mari: Carthaginenses inclusi Africe littoribus: uos: quãdo ita diis placuit:
externa etiã: terra mariq; uideamus regentes Impia. ¶ Haud negauerim ꝓpter non
nimis sincere petitã: aut expectatã nuꝑ pacẽ: suspectã eẽ uobis Punicã fidẽ. multũ
ꝑ quos petita sit: ad fidẽ tuende pacis: ꝑtinet. Scipio uestri quoq; ut audio patres: non
nihil etiã ob hoc: quia parũ dignitatis in legatione erat: negauerunt pacẽ. Annibal
peto pacẽ. q neq; peterẽ: nisi utilẽ crederem & propter eandẽ utilitatẽ tuebor eam.
ꝓpter quã petii. Et quẽadmodũ quia a me bellum ceptũ est: ne quẽ eius penite/
ret quoad ipsi non inuidere dei prestiti. ita adnitar: ne quẽ pacis: ꝑ me parte peniteat.
¶ Ad hec Impator Romanus in hanc fere sententiam respondit. ¶ Non me fallebat
Annibal aduentus tui spe Carthaginenses: & presentẽ induciarũ fidẽ: & spẽ pacis tur/
basse. Neq; tu id sane dissimulas: q de conditionibus supioribus pacis omnia subtrahis:
preter ea: que iam pridem in nostra potestate sunt. Ceterum sicut tibi cure est: sentire
ciues tuos: quãto ꝑ te onere leuent̃: sic mihi laborandũ est: neq; tunc pepigerũt: hodie
subtracta ex conditionibus pacis ꝑmia ꝑfidie habeãt. indigni: quibus eadẽ pateat cõ/
ditio: ut etiam ꝓsit uobis fraus petitis. neq; patres nostri priores de Sicilia: neq; nos de
Hispania fecimus bellum. & tum Mamertinoꝝ sotioꝝ ꝑiculũ: & nunc Sagũti exci/
diũ nobis pia ac iusta induerũt arma. uos lacessisse: & tu ipse fateris: & dii testes sunt. q
& illius belli exitum secundũ ius: fasq; dederunt: & huius dant & dabũt. ¶ Quod ad me
attinet: & humãe infirmitatis memini: & uim fortune reputo: & omnia quecũq; agi/
mus subiecta eẽ mille casibus: scio: Ceteꝝ quẽadmodũ supbe & uiolenter me facere
fateret: si ꝓ̇us q̃ ĩ Africã traiecissẽ: te tua uolũtate cedentẽ Italia: & imposito ĩ naues
exercitu: ipm uenientẽ ad pacem petendã aspnarer: sic nũc: cũ ppe manu cõsertũ: res/
titãtẽ ac tergiuersantẽ ĩ Africã attraxerim. nulla sũ tibi uerecũdia obstrictus: ꝓinde
siquid ad ea in que tum pax cõuentura uidebat̃: que sunt nosti: multa nauium cum
cõmeatu ꝑ inducias expugnataꝝ: Legatoꝝq; uiolatoꝝ adiicit̃: est qđ referã ad cõ/
siliũ. sin illa quoq; grauia uident̃: bellũ parate: quoniã pacẽ pati nõ potuistis. ¶ Itaq;
infecta pace ex colloqo cum se ad suos recepissent: frustra uerba pacata renuntiãt:
armis decernendũ eẽ. habendãq; eã fortunã quã dii dedissent: ĩ castra ut est uentum:
ꝓnuntiant ambo: arma expedirẽt milites. animosq; ad supremũ certamẽ: nõ in unũ
diẽ: sed in ꝑpetuũ: si felicitas adeẽt: uictores. Roma: an Carthago iura gẽtibus daret:
ante crastinã noctẽ scituros. neq; enim Africã: aut Italiã: sed orbẽ terrarum uictorie
premiũ fore. par ꝑiculũ premio. qbus aduerse pugne fortuna fuisset. Nã neq; Ro/
manis effugiũ ullũ patebat in aliena ignotaq; terra. etiã Carthagini supmo auxilio
effuso: adeẽ uidebat̃ ꝓsens excidiũ. ¶ Ad hoc discrimen ꝓcedũt postero die duorum
opulentissimoꝝ populoꝝ: duo longe clarissimi Duces: duo fortissimi exercitus: multa

SCIPIONIS RESPONSUM

Parant se ad bellũ

ante parta decora: aut cumulaturi eo die: aut euersuri: ¶ Anceps igitur spes & metus
miscebãt animos. contẽplãtibusq; mõ suã: mõ hostiũ aciẽ: cũ oculis magis: q̃ Romãe
pensarẽt uires: simul leta: simul tristia obuersabant. que ipsis sua spõte nõ succurrebãt:
ea Duces admonẽdo atq; hortãdo subiiciũt. ¶ Penus. xvi. annoꝝ in terra Italia res
gestas: tot Duces Romãos: tot exercitus occidione occisos: & sua cuiq; decora: ubi ad
insignẽ alicuius pugne memoria: militẽ uenerat: referebat. ¶ Scipio Hispanias & re/
cẽtia in Africa ꝑlia: & cõfessionẽ hostiũ: ꝙ neq; nõ petere pacem propter metũ: neq;
manere in ea pre insita aĩs ꝑfidia: potuissent. ¶ Ad hoc colloqum Annibalis in secreto
habitũ: ac liberũ fingẽti qua uult flectit. ¶ Ominat̃ q̃bus quondã auspitiis patres eoꝝ
pugnauerint ad Egatis insulas: ea illis exeũtibus ĩ aciẽ portẽdisse deos. adeẽ finẽ belli:
ac laboris. in manibus esse predã Carthaginis. reditũ domum: in patriã: ad parentes:
liberos: cõiuges: penatesq; deos. ¶ Adeo Celsus hoc corpe: uultuq; ita leto: ut uicisse iã
crederes: dicebat: instruit deinde ꝑmos hastatos. post eũ Principes. Triariis postremã
aciẽ clausit. nõ cõfertas aũt cohortes ante sua queq; signa instruebat: sed mãipulos
aliquãtũ inter se distãtes: ut eẽt spatiũ quo elephãti hostiũ accepti. nihil ordines tur/
barẽt. ¶ Lelium cuius ante Legati: eo anno Questoris extra sortem ex. S. C. opera
utebat̃: cũ Italico eq̃tatu ab sinistro cornu: Masanissam Numidasq; ab dextro op/
posuit. uias patẽtes inter mãipulos antesignarioꝝ uelitibus: ea tũc leuis armatura erat:
cõpleuit. dato ꝓcepto ut ad impetũ elephantoꝝ aut post rectos refugerẽt ordines:
aut in dextrã leuãq; discursu applicãtes se ante Signanis uiã: q̃ irruerẽt in ancipicia
tela beluis darẽt. ¶ Annibal ad terrorẽ primum elephãtos. ¶ Lxxx. aũt erant. ¶ Quot
nulla unq̃ in acie ante habuerat: instruxit. deinde auxilia Liguꝝ Galloꝝq; Baleari/
bus: Maurisq; admixtis in secũda acie: Carthaginẽses: Afrosq;: & Macedonũ legionẽ:
modico interuallo relicto: subsidiariã aciẽ Italicoꝝ militũ: Brutii pleriq; erant: ui ac
necessitate plures: q̃ sua uolũtate decedentẽ ex Italia sequuti: instruit. ¶ Eq̃tatũ etiã
ipsũ circũdedit cornibus: dextrũ Carthaginẽses: sinistrũ Numide tenuerũt. ¶ Varia
exhortatio erat in exercitu: inter tot hoĩes: q̃bus nõ lingua: non mores: nõ lex: non
arma: nõ uestitus: habitusq;: nõ cã militãdi eadẽ eẽt. ¶ Auxiliaribus & ꝓsens: & mul/
tiplicata merces ex ꝑda ostẽtat̃. ¶ Galli ꝓprio atq; insito in Romãos odio accẽdunt.
¶ Liguribus cãpi uberes Italie deductis ex asprimis mõtibus: ĩ spẽ uictorie ostẽtãt.
¶ Mauros Numidasq; in Masanisse impotenti futuros dominatu terret. aliis alie spes
ac metus iactãt. ¶ Carthaginẽsibus menia patrie: dii penates: sepulchra maioꝝ: liberi
cũ parẽtibus: cõiuges pauide: aut excidiũ seruitiũq;: aut Imperiũ orbis terrarũ: nihil
aut ĩ metũ aut in spẽ mediũ: ostẽtat̃. ¶ Cũ maxĩe hec Imꝑator apud Carthaginẽses:
duces suaꝝ gentiũ inter populares: pleraq; ꝑ interꝑtes intermixtos alienigenis ageret:
tube cornuaq; ab Romãis cecinerũt: tãtusq; clamor ortus: ut elephãti in suos sinistro
maxĩe cornu cõuerterẽt. Mauros ac Numidas addidit facile Masanissa ꝑculsis ter/
rorẽ. nudauitq; ab ea parte aciẽ equestri auxilio. pauce tñ bestiaꝝ intrepide ĩ hostẽ
acte: inter Velitũ ordĩes cũ multis suis uulneribus ingentẽ stragẽ edebãt. resiliẽtes. n.
ad manipulos uelites: cũ uiã elephãtis: ne obtererent: fecissent: in eas ancipites ad ictũ
utrinq; cõiiciebãt hastas. nec pila ab Antesignanis cessabãt: donec undiq; incidẽtibus
telis exacti ex Romana acie: hi quoq; in suo dextro cornu ipsos Carthaginensium
eq̃tes ĩ fugã uerterũt. ¶ Lelius ut turbatos uidit hostes: addit ꝑculsis terrorem. utrinq;
eq̃te nudata erat Punica acies: cũ pedes concurrit nec spe: nec uiribus iam par adhoc
dictu parua: sed magna eadẽ in re gerẽda momẽti res: cõgruẽs clamor a Romanis:
eoq; maior: & terribilior. dissone illis ut gentium multaꝝ discrepãtibus linguis: uoces.

¶Pugna Romana stabilis: & suo & armoꝝ pódere incúbentiú i hosté. ¶Cócursatio & uelocitas illinc maior: ꝗ̃ uis. ¶Igit̃ primo impetu extéplo mouere loco hostiú acié Romái. ala deide: & úbonibus pulsátes in súmotos gradu illato: aliquátú spatu: uelut nullo resistéte incessere: urgétibus & nouissimis ꝑmos: ut semel motá acié sensere: qđ ipsum uim magná ad pellédú hosté addebat. ¶Apud hostes auxiliares cedétes: secúda acies Afri: & Carthaginéses: adeo nó sustinebant: ut cótra etiá ne resistétes ꝑtinaciter primos cedendo: ad se ꝑuenirent hostis: pedé referret. ¶Igit̃ auxiliares terga dant re/péte: & in suos uersi partim refugere in secundá acié: partim non recipiétes cedere: uti pauloante nó adiuti: & túc exclusi. & ꝓpe duo iam ꝑmixta prelia erant. cú Cartha/ginéses simul: cum hostibus: simul cú suis cogerent̃ cóserere manus. nó tñ ita ꝑculsos iratosq; in acié accepe. sed densatis ordinibus: in cornua uacuúq; circa campú extra preliú eiecere pauidos: fuga: uulneribusq; milites: ne certá & integrá acié miscerent. ¶Ceteꝝ táta strage hoím armoꝝq; locú in quo steterát ante auxiliares cópleuerát: ut ꝓpe difficilior transitus eét: ꝗ̃ ꝑ cófertissimos hostes fuerat. itaq; q ꝑmi fuerút has/tati ꝑ cumulos corpoꝝ armoꝝq; & tabé sanguinis: qua qsq; poterat: sequétes hosté: & signa & ordines cófuderút. ¶Principú quoq; signa fluctuare cepant. uagam ante se cernétes acié. ¶Quod Scipio ubi uidit receptui ꝓpere canere Hastatis iussit. & sautiis in postremá aciem subductis: Principes Triariosq; in cornua inducit: quo tutior: fir/miorq; media Hastatoꝝ acies eét. Ita nouú de integro preliú ortum est. Quippe ad ueros. hostes ꝑuentú erat: & armorum genere: & usu militie: & fama rerú gestarú: & magnitudine: uel spei: uel periculi pares. ¶Sed numero Romanus supior erat: & aío ꝙ iá eqtes: iá elephátos fuderat. iam ꝑma acie pulsa: in secunda pugnabat. ¶In tempe Lelius ac Masanissa pulsos ꝑ aliquátú spatii sequuti eqtes: reuertétes i auersá. hostiú acié incurrere. ¶Is demú eqtú impetus ꝑculit hosté. multi circúuenti una ue cesi per patété circa campú: fuga sparsi: tenéte oía eqtatu: passim interierút. ¶Carthaginésiú Sotioꝝq; cesa eo die: supra milia. xx. par ferme numerus captus est cú signis milita/ribus. cxxxiii. elephátis. xi. uictores ad. x. milia cecidere. ¶Annibal cú paucis eqtibus inter tumultú elapsus: Adrumentú ꝑfugit. oĩa & in ꝑlio & ante acié: prius ꝗ̃ exce/deret pugna: exꝑtus. ¶Et cófessione etiá Scipionis: oím q; ꝑitorú militie: illá laudé adeptus: singulari arte acié eo die instruxisse: elephátos in ꝑma fronte: quoꝝ fortui/tus impetus: atq; intolerabilis uis; signa sequi: & seruare ordines: in quo plurimum spei poneret: Romáos ꝓhiberet. Deinde auxiliares ante Carthaginensiú acié: ne hoíes mixti ex colluuione oím gentium: quos nó fides teneret: sed merces: libeꝝ receptum fuge haberét. simul primú ardoré atq; impetú hostiú excipiétes: fatigarét: ac si nihil aliud alii missilibus: alii uulneribus suis: ferrú hostiú hebetarét. Tú ubi omnis spes eét: milites Carthaginéses: Afrosq; ut omibus rebus aliis pares: eo ꝙ integri cú fessis: ac sau/tiis pugnarent: supiores essent. Italicos interuallo quoq; diremptos: incertos sotii: an hostes essent: in postremá aciem súmotos. ¶Hoc edito uelut ultimo uirtutis opere: Annibal cú Adrumétú ꝑfugisset: accitusq; inde Carthaginé. vi. ac. xxx. anno postꝗ̃ puer inde ꝓfectus erat: redisset: fassus i Curia est: nó prelio mó: se eé: sed bello uictú: nec spé salutis alibi: ꝗ̃ in pace impetranda eé. ¶Scipio confestim expugnatis a prelio hostiú castris: direptisq;: tú ingéti ꝑda ad mare ac naues redit: nútio allato. P. Len/tulú: cú. l. rostratis. c. onerariis nauibus: cú omni genere cómeatus: ad Vticá accessisse. ¶Ad mouendú igit̃ undiq; terroré ꝑculse Carthagini ratus: misso Lelio Romá: cum uictorie nuntio. Cn. Octauiú terrestri itinere ducere legiones Carthaginé iubet. ipe ad suá ueteré: noua Lentuli classe adiuncta: ꝓfectus ab Vtica portú Carthaginis

Ann. Carthā. redijt. vi et xxx. anno postꝗ̃ inde puer abierat

Lelius romā uictorie nūtiū fert.

petiit. Haud pcul aberat: cum uelata infulis ramisq; olee Carthaginensium occurrit nauis. Decē Legati erāt Principes ciuitatis: autore Annibale missi ad petendā pacē. q cū ad pupim Pretorie nauis accessissent: uelamēta supplicū porrigētes: orantes: im/plorantesq; fidē: & misericordiā Scipionis. Nullum iis aliud responsum datū: q̄ ut Tunetē uenirēt. eo se moturū castra. Ipse ad cōtemplandū sitū Carthaginis nō tā noscēdi in psentia: q̄ terrēdi hostis cā: Vticā eodē Octauio reuocato: rediit. Inde pcedētibus ad Tunetē nūtius allatus: Verminā Syphacis filiū: cū eqtibus pluribus q̄ peditibus uenire Carthaginēsibus auxilio. pars exercitus: cum omni eqtatu missa: Saturnalibus pmis agmē aggressa Numidarū: leui certamine fudit. exitu quoq; fuge intercluso parte oīm circūdatis eqtibus. xv. milia hoīm cesa. mille &. cc. uiui capti sūt. & equi numidici mille. &. d. Signa militaria. duo &. lxx. Regulus ipse inter tumultū cum paucis effugit. Tū ad Tunetē eodē quo antea loco: castra posita. Legatiq;. xxx. Carthagine ad Scipionē uenerūt. & illi quidē multo miserabilius q̄ ante: quia magis cogebat fortuna: egerūt. sed aliquanto minore tn̄ misericordia: ab recētis me/moria pfidie auditi sunt. q̄q̄ iusta ira omnis ad delendā stimulabat Carthaginē tn̄ cū & q̄nta res eēt: & q̄lōgi tempis obsidio: tā inuicte & tā ualide urbis reputarēt: & ipm Scipionē expectatio successoris futuri: ac uēturi ad paratā alterius labore ac piculo finiti belli famā sollicitaret: ad pacē oīm animi uersi sūt. Postero die reuocatis Le/gatis: & cū multa castigatione pfidie monitis: ut tot cladibus edocti tandem deos: & iusiurandū esse crederēt: cōditiōes pacis dicte: ut liberi legibus suis uiuerēt quas urbes quosq; agros: qbusq; finibus ante bellum tenuissent: tenerent. populādiq; finē eo die Romāus faceret. Perfugas: fugitiuosq; & captiuos oēs redderent Romāis. Et naues rostratas pter triremes traderēt. Elephātosq; quos haberēt domitos. neq; do/marēt alios. Bellum neue in Africa: neue extra Africam iniussu Po. Ro. gererent. Masanisse res redderēt. fedusq; cū eo facerēt. Frumētū stipēdiūq; auxiliis: donec ab Roma Legati uenissent: pstarēt. x. milia talētū argēti descripta pēsionibus equis in annos. l. soluerent. Obsides centum: arbitratu Scipionis darent. nec minores. xiiii. annis: neu. xxx. maiores. inducias ita se daturum: si p priores inducias naues onerarie capte: queq; fuissent in nauibus. restituerēt. aliter nec inducias: nec spē pacis ullam eē. Has cōditiones Legati cū domū referri iussi: in cōtionē ederēt: & Gisgo ad dissua/dendū pacē pcessisset: audiretq; a multitudine inqeta & imbelli: indignatus Annibal dici ea: i tali tempe: audiriq;: & arreptū Gisgonē manu sua ex supiore loco detraxit. Que insueta libere ciuitati species cū fremitū populi mouisset: & pturbatus milita/ris uir urbana libertate. Nouē inqt annorū a uobis pfectus: post sextū & tricesimū annū redii: militares artes: q̄s me a puero fortuna nunc priuata: nūc publica docuit: probe uideor scire. urbis ac fori iura: leges: mores: uos me oportet doceatis. Excu/sata imprudētia: disseruit de pace multis uerbis: q̄ nec iniq̄ & necessaria eēt. Id oīm maxie difficile erat: qd̄ ex nauibus p inducias captis: nihil pter ipsas cōparebat naues: nec inqsitio erat facilis cū aduersātes paci arguerent. placuit naues reddi: & hoīes undiq; inquiri. Cetera que abessent: estimanda Scipioni pmitti. atq; ita pecunia luere Carthaginēses. Sūt qui Annibalem ex acie ad mare puenisse: inde pparata naue: ad Regē Antiochū extēplo pfectū: tradant. postulātiq; ante oīa Scipioni: ut Annibal sibi traderet: respōsū est Annibalem in Africa nō eē. Postq̄ redierūt ad Scipionem Legati: queq; publica i nauibus fuerāt ex publicis descripta ratiōibus Questores: que puata: pfiteri domini iussi: p ea sūma pecūie. xxv. milia pōdo argēti psētia exacta inducieq; Carthaginēsibus date in tres mēses. Additū ne p induciarū tēpus alio usq̄:

q̃ Romã: mitterẽt Legatos: & q̃cũq; legati Carthaginẽ uenissent: ne ante dimitterẽt eos: q̃ Romanũ Impatorẽ: q: & que petentes uenissent: certiorẽ facerẽt. ¶ Cũ legatis Carthaginẽsibus Romã missi. L. Veturius Philo ¶ Et. M. Martius Ralla ¶ Et. L. Scipio Impatoris frater. ¶ Per eos dies cõmeatus ex Sicilia: Sardiniaq; tantã uili/tatẽ annone fecerũt ut ꝓ uectura frumentũ nautis mercatores relinquerẽt. ¶ Rome ad nuntiũ primũ rebellionis Carthaginẽsiũ trepidatũ fuerat. ¶ Iussus erat. T. Clau/dius mature in Siciliã classẽ ducere. atq; inde in Africã traiicere. ¶ Et alter Cõsul. M. Seruilius ad urbẽ morari: donec quo statu res in Africa eẽnt: sciret. ¶ Segniter omnia in cõperanda deducẽdaq; classe: ab. T. Claudio Cõsule facta erãt. ꝙ Patres: de pace: Scipiõis potius arbitriũ eẽ: q̃bus legibus daret: q̃ Cõsulis: cẽsuerant. ¶ Prodigia ergo nũtiata sub ipsa fama rebellionis terrorem attulerãt. ¶ Cumis solis orbis minui uisus. ¶ Et pluit lapideo hymbri. ¶ Et in Veliterno agro terra ingẽtibus cauernis consedit. Arboresq; ĩ ꝓfundũ hauste. ¶ Aricie foꝝ: & circa taberne. ¶ Frusinone murus aliquot locis: & porta de celo tacta. ¶ Et in Palatio lapidibus pluuit. ¶ Id ꝓdigiũ more patrie nouẽdiali sacro: cetera hostiis maioribus: expiata. ¶ Inter que & iam aquaꝝ insolita magnitudo in religionẽ uersa. nã ita abundauit Tyberis ut ludi Apollinares circo in/nudato extra portã Collinã ad edẽ Erycine Veneris parati sint. ¶ Ceteꝝ ludoꝝ ipso die serenitate subita orta: pompa duci cepta: ad portã Collinã: reuocata ductaq; in Cyrcũ est: cũ decessisse inde aq̃ nũtiatũ eẽt. ¶ Leticiamq; populo: & ludis celebritatem addidit sedes sua solẽni spectaculo reddita. ¶ Claudiũ Cõsulẽ ꝓfectũ tandẽ ab Vrbe inter portus cõpsanũ loretanũq; atrox uis tẽpestatis adorta: ĩ metũ ingẽtẽ adduxit. Populõios inde cũ ꝑuenisset: stetissetq; ibi: dũ reliquũ tẽpestatis exeuiret Iluam in/sulã: ex Ilua Corsicã: a Corsica: in Sardiniã traiecit. ibi suꝑantẽ insanos mõtes: multo seuior & infestioribus locis tẽpestas adorta: disiecit classẽ. Multe q̃ssate armamentisq; spoliate naues quedã fracte. ita uexata: ac lacerata classis Caralis tenuit: ubi dũ sub/ducte reficiunt naues: hyẽs oppssit: circũactũq; anni tẽpus: & nullo ꝓrogãte impiũ ꝓuatus. T. Claudius classem Romã reduxit. M. Seruilius ne Comitiorũ cã ad Vrbẽ reuocaret Dictatore dicto. Cn. Seruilio Gemino in ꝓuintiã ẽ ꝓfectus. Dictator Magistrũ eq̃tũ Eliũ Petũ dixit. Sepe Comitia indicta ꝑfici tẽpestates ꝓhibuerũt. itaq; cũ p̃ter idus martias ueteres Magistratus abissẽt: noui suffecti nõ eẽnt Res Pu. sñ Curulibus Magistratibus erat. L. Mãlius torq̃tus Põtifex eo ãno mortuus. ĩ locũ cuius suffectus. L. Galba. ab. L. Licinio Lucullo: &. Q. Fuluio Edili Curuli. Ludi Romãi ter toti ĩstaurati. Pecuniã ex erario Scribe: Viatoresq; Edilitii clã egessisse ꝑ indicẽ: dãnati sũt. nõ sñ infamia Luculli Edilis. P. Elius tubero: &. L. Lictorius: Ediles Plebis uitio creati: Magistratu se abdicauerũt. q cũ ludos: ludorũq; cã epulũ Ioui fecissent: & signa tria ex multatio argẽto facta in Capitolio posuissẽt Cere/alia: ludos Dictator & Magister eq̃tum ex. S. C. fecerũt. ¶ Legati ex Africa Romãi simul Carthaginẽsesq; cũ uenissẽt Romã: Senatus ad edẽ Bellõe habitus. ubi cũ. L. Veturius Philo pugnatũ cũ Annibale eẽ: suꝑma cũ Carthaginensibus pugna: finẽq; tãdẽ lugubri bello impositũ: ingẽti leticia patrũ exposuissẽt: adiecit: Verminã etiam Syphacis filiũ: que ꝑua bñgeste rei accessio erat: deuictũ. ĩ cõtionẽ inde ꝓdire iussus: gaudiũq; id populo imptire ¶ Tũ patuere facta gratulatiõe oĩa in urbe tẽpla. sup/plicatiõesq; decrete in triduũ. Legatis Carthaginẽsiũ: & Philippi Regis: nã ii quoq; uenerãt: petẽtibus ut Senatus sibi daret: respõsũ iussu Patrũ a Dictatore ẽ: Cõsules nouos iis Senatũ daturos eẽ. Comitia inde habita. Creati Cõsules. Cn. Cornelius Lẽ/tulus. P. Elius Petus. Pretores. M. Iulius Penus. cui sors urbana euenit. M. Valerius

Flaccus: Brutios. M: Fabius Buteo: Sardiniã. P. Elius Tubero Siciliã: ẽ sortitus. Tũ uero de ꝓuintiis cõsulũ nihil añ placebat agi: q̃ Legati Regis: & Carthaginẽsiũ au/diti eẽnt. ¶ Belli finẽ: alterius: ꝑncipium alterius ꝓspiciebãt ãis. Cn. Lẽtulus Consul cupiditate flagrabat ꝓuĩtie Africe: seu bellũ foret: facilẽ uictoriã fore. seu iã finiret finiti tãti belli se Cõsule gloriã petẽs. ¶ Negare itaq; ꝑus q̃cq̃ agi passuꝝ: q̃ sibi Africa decreta eẽt. Cõcedẽte collega: moderato uiro: & prudẽti q̃ glorie eius certamẽ cũ Sci/pione: ꝑterq̃ ꝙ iniquũ eẽt: etiã ĩpar futuꝝ cernebat. Q. Minutius Thermus: &. M. Attilius Glabrio. Tr. Pl. rẽ ꝑore ãno neq̃cq̃ tẽptatã ab. T. Claudio Consule. C. Cor/neliũ tẽptare aiebãt. Ex autoritate Patrum latũ ad populũ est cuius uellẽt impiũ in Africa eẽ? Oẽs. v. &. xxx. tribus. P. Scipiõi id impiũ decreuisse. Multis cõtẽtiõibus in Senatu & ad Populũ acta res. Postremo eo deducta ẽ: ut Senatui ꝑmitterẽt. Pa/tres igit̃ iurati: ita cõuenerat: cẽsuerũt: uti Cõsules ꝓuintias ĩter se comparẽt. sortirẽt̃ue uter Italiã: uter classẽ nauiũ. L. haberet. cui classis obuenisset: in Siciliã nauigaret. Si pax cum Carthaginẽsibus cõponi neq̃sset: in Africã traiiceret. Cõsul mari: Scipio eodẽ quo adhuc iure Impii: terra rẽ gereret. Si cõditiões cõuenirẽt pacis. Tr. Pl. Po/pulũ rogarẽt: utꝝ Cõsulẽ an ꝑtorẽ Scipionẽ iuberẽt pacẽ dare: quẽ si & deportãdus exercitus uictor ex Africa eẽt: deportare. Si pacẽ: p. P. Scipionẽ dari: atq; ab eodẽ exercitũ deportari iussissẽt: ne Cõsul ex Sicilia in Africã traiiceret. Alter Consul: cui Italia euenisset: duas legiões a Sestio Pretore acciꝑet. P. Scipiõi cũ exercitibus quos haberet in ꝓuintia Africa ꝓrogatũ Impiũ. Pretori. M. Valerio Falcõi due legiões ĩ Brutiis: q̃bus. C. Liuius ꝑore ãno ꝑfuerat: decrete. P. Elius Pretor duas legiones in Sicilia ab. Cn. Tremelio acciꝑet. Legio una Fabio in Sardiniã. q̃. P. Lẽtulus Prop/tor habuisset: decernit̃. M. Seruilio ꝑoris anni Cõsuli cũ suis duabus itẽ legiõibus in Etruria ꝓrogatũ Impiũ est. Quod ad Hispanias attineret: aliquot iam ãnos ibi. L. Corneliũ Lentulũ: &. L. Mãliũ Accidinũ eẽ: ut ii Cõsules cũ Tribunis agerent: si eis uideret: ut Plebẽ rogarẽt: cui iuberẽt in Hispãia Impiũ eẽ. Is ex duobus exercitibus unã legionẽ cõscriberet Romãos milites: & in. xv. cohortes sotios latini nomĩs q̃bus ꝓuintiã obtineret. ¶ Veteres milites. L. Cornelius &. L. Mãlius in Italiã deportarẽt. Cornelio Cõsuli. L. Nauiũ classis ex duabus classibus. Cn. Octauii: que in Africa eẽt P. Iulii que Sicilie orã tuebat̃: decreta: ut q̃s naues uellet: deligeret. P. Scipio. l. lon/gas naues haberet: q̃s habuisset. q̃bus si. Cn. Octauius sicut ꝑfuisset: ꝑeẽ uellet: Octa/uio Proꝑtori in eum annũ Impium eẽt. ¶ Si Leliũ ꝑficeret. Cn. Octauius Romam decederet: reduceretq; naues: q̃bus Cõsuli usus nõ eẽt. Et. M. Fabio in Sardiniam. x. lõge naues decrete. Et Cõsules duas legiões urbanas scribere iussi. ut. xiiii. legionibus eo ãno. c. nauibus lõgis Res P. administrarent̃. Tũ de legatis Philippi & Carthaginẽ/siũ actũ. Priores Macedõas ĩtroduci placuit. quoꝝ uaria oratio fuit. ꝑtim purgãtiũ: que questi erãt: missi ad Regem a Roma legati: de populatiõe Sotioꝝ. partim ultro accusantiũ q̃dẽ & sotios Po. Ro. Sed multo infestius. M. Aureliũ: quẽ ex tribus ad se missis Legatis delectu habito substitisse. & se bello lacessisse contra fedus: & sepe cum Prefectis suis signis collatis pugnasse. postulãtiũ ut Macedões: duxq; eoꝝ Sopater: q̃ apud Annibalẽ mercede militassẽt: captiq; in uinculis eẽnt: sibi restituerẽt̃. Aduersus ea. M. Furius missus ad idipm ab Aurelio ex Macedõia disseruit. Aureliũ relictũ: ne sotii Po. Ro. fessi populatiõibus atq; iniuria ad Regẽ deficerẽt: finibus Sotioꝝ non excessisse. dedisse operã: ne ĩpune agros eoꝝ trãscenderẽt populatores. ¶ Sopatrũ ex Purpuratis: & ꝓpinq̃s Regis eẽ: eũ cũ q̃ttuor milibus Macedonũ: & pecunia: missum nuper in Africam eẽ Annibali Carthaginensibusq; auxilio. ¶ De iis rebus interrogati

Macedōes cū ꝓplexe respōderēt: ipsi añ respōsum tulerūt. ¶ Bellū querere Regē. & si pergat ꝓpe diē inuenturū: dupliciter ab eo fedus uiolatū: & ꝙ sotiis Po. Ro. iniurias fecerit: de bello armisq; lacessiuerit. & ꝙ hostes auxiliis & pecūia iuuerit. Et. P. Scipionem recte atq; ordine uideri fecisse: & facere: ꝙ eos: q arma contra Populum Ro. ferētes: sūt capti: hostiū numero in uinculis habeat. ¶ Et. M. Aureliū e Re P. facere: gratūq; id Senatui esse: ꝙ Sotios. Po. Ro. quādo iure federis nō posset: armis tueat. ¶ Cū hoc tā tristi respōso dimissis Macedōibus: Legati Carthaginēses uocati. quorū etatibus dignitatibusq; cōspectis: nam longe ꝑmi ciuitatis erāt: tum ꝓ se quisq; dicere uere de pace agi. ¶ Insignis tū inter ceteros Hasdrubal erat: Hedū populares cognomine appellabāt: pacis semper autor: aduersusq; factioni Barchine: eo tum illi plus autoritatis fuit. ¶ Belli culpā in paucorū cupiditatem a Re P. transferenti. Qui cum uaria oratione usus eēt: nunc purgando crimina: nunc quedā fatendo: ne impudēter certa negantibus difficilis uenia eēt: nūc monēdo etiā Patres Cōscriptos ut rebus secundis modeste: ac moderate uterent: si se atq; Hannonē audissent Carthaginēses: & ipsi tempe uti uoluissent: daturos fuisse pacis cōditiones: quas tunc peterent. Raro simul hominibus bonā fortunā: bonāq; mentē dari. Po. Ro. eo inuictū eē: ꝙ in secūdis rebus sapere & cōsulere meminerit. & hercule mirandū fuisse: si aliter facerent. ex insolētia: qbus noua bona fortuna sit impotētes leticie: insanire. Po. Ro. usitata aciam ꝓpe obsoleta ex uictoria gaudia eē. ac plus pene parcēdo uictis: ꝗ uincendo Imperiū auxisse. ¶ Ceteroꝝ miserabilior oratio fuit. cōmemoratiū ex quantis opibus quo recidissent Carthaginēsiū res. nihil eis: q mō prope orbē terraꝝ obtinuissent armis: sup esse: preter Carthaginis menia iis inclusos non terra: non mari: quicꝗ sui iuris cernere. ¶ Vrbem quoq; ipsam: ac penates ita habituros: si nō in ea quoq; menia: quo nihil ulterius sit: seuire. Po. Ro. uelit. ¶ Cum flecti misericordia patres appareret: Senatoꝝ unum infestum ꝑfidie Carthaginensiū succlamasse ferūt: per quos deos fedus acturi eēnt: cū eos: ꝑ quos ante ictū eēt: fefellissent? per eosdē inquit Hasdrubal: q tā infesti sunt federa uiolātibus. ¶ Inclinatis oīm ad pacē animis. Cn. Lentulus Cōsul cui classis ꝓuintia erat. S. C. intercessit. ¶ Tū. M. Attilius & Q. Minutius. Tr. Pl. ad Popu. tulerūt: uellēt iuberēt ne: Senatū decernere: ut cū Carthaginēsibus pax fieret & quē eam pacē dare: queq; ex Africa exercitus deportare: iuberēt? de pace uti rogassent: oēs tribus iusserūt. pacem dare. P. Scipionem: eundē exercitum deportare. ¶ Ex hac rogatione Senatus decreuit: ut. P. Scipio ex. x. Legatoꝝ sententia pacē cum Populo Carthaginensi: quibus legibus ei uideret: faceret. ¶ Gratias deinde Carthaginenses egere Patribus. petierūtq; ut sibi in urbem introire: & colloq cū ciuibus suis liceret: qui capti in publica custodia essent. esse ī iis partim propinquos: amicosq; suos nobiles homines: partim ad quos mandata a propinqs haberent. quibus conuētis: cum rursus peterent: ut sibi quos uellent: redimendi ex iis potestas fieret: iussi nomina edere. & cū ducentos ferme ederēt. S. C. factum est: ut Legati Romani ducentos ex captiuis quos Carthaginēses uellent: ad. P. Corneliū Scipionē in Africā deportarēt. nuntiarentq; ei: ut si pax conuenisset: sine precio eos Carthaginensibus redderet. Feciales: cum in Africam ad fedus faciendū ire iuberent: ipsis postulantibus. S. C. in hec uerba factū est: ut priuos lapides silices: ꝓuasq; uerbenas secum ferrēt uti Pretor Romanus iis imperaret: ut fedus ferirent. sibi illi Pretorē Sagmina poscerēt: herbe id genus ex arce sumptū dari fecialibus solet. ¶ Ita dimissi ab Romanis Carthaginenses. cū in Africā uenissent ad Scipionē: qbus añ dictum est legibus: pacē fecerunt. naues lōgas: elephantos: ꝑfugas: fugitiuos: captiuoꝝ ꝗttuor milia: tradiderūt. inter quos. Q.

Legati carthag[inen]sium audiu[n]tur

Populus iussit ut Scipio ex x legatoꝝ sententia pacē cū po[pulo] carth[aginensi] q[ui]b[us] legib[us] ei uideret[ur] faciat.

Feciales carthag[inem] ad Scipionē missi p[ro] faciunda pace

Terentius Culleo Senator fuit. ¶ Naues profectas in altum incendi iussit: q̄ngētas
fuisse omnis generis: que remis agerentur. Quidam tradūt: quarum conspectum re/
pente incendium tam lugubre fuisse Poenis: quā si tum ipsa Carthago arderet. ¶ De
perfugis grauius: q̄ de fugitiuis consultum. ¶ Nominis latini qui erant: securi percussi.
Romani in crucē sublati. ¶ Annis ante. xl. pax cū Carthaginensibus postremo facta
erat. Q. Lutatio. M. Manlio Cōsulibus. ¶ Bellum initum annis post tribus &. xx. P.
Cornelio. T. Sēpronio Cōsulibus. ¶ Finitum est septimodecimo anno. Cn. Cornelio.
P. Peto Cōsulibus. ¶ Sepe postea ferūt Scipionē dixisse. T. Claudii p̄mū cupiditatē:
deinde. Cn. Cornelii: fuisse in mora: quo minus id bellum exitio Carthaginis finiret.
¶ Carthaginensibus cū prima collatio pecunie: diutino bello exhaustis: difficilis ui/
deretur: mesticiaq; & fletus in Curia esset: ridentē Annibalē ferunt. conspectū. ¶ Cuius
cum Hasdrubal hedus risum increparet: in publico fletu: cum ipse lachrymarum cā
esset. ¶ Si quemadmodum oris habitus cernitur oculis inquit: sic & animus intus cerni
potuisset: facile nobis appareret: nō leti: sed prope amētis malis cordis: hūc quē incre/
patis risum esse. qui tamen nequaq̄m adeo est intēpestiuus q̄ uestre iste absurde atq;
abhorrentes lachryme sunt. Tunc flesse decuit: cum adempta nobis arma. incense
naues: interdictū externis bellis. illo enim uulnere cōcidimus. nec esse ī uos odio uestro
consultum ab Romanis credatis. ¶ Nulla magna ciuitas quiescere potest. si foris hostē
nō habet: domi inuenit. ut preualida corpora ab externis causis tuta uidētur: sed suis
ipsa uiribus onerantur. Tantum nimirum ex publicis malis sentimus: quantum ad p̄/
uatas res pertinet. nec in eis quicq̄ acrius: q̄ pecunie damnum stimulat. Itaq; cū spolia
uictorie Carthagini detrahebant: cū inermē iā ac nudam destitui inter tot armatas
gentes Africe cerneretis: nemo ingemuit. Nunc quia tributum ex priuato cōferēdū
est: tanq̄ in publico funere cōploratis. quā uereor: ne prope diem sentiatis leuissimo in
malo uos hodie lachrymasse. ¶ Hec Annibal apud Carthaginenses. ¶ Scipio cōtione
aduocata Masanissam ad Regnum paternum Cirtha oppido: & ceteris urbis agrisq;
que ex regno Syphacis in Populi Romani potestatē uenissent adiectis donauit. Cn.
Octauium classem in Siciliā ductam. Cn Cornelio Consuli tradere iussit. ¶ Legatos
Carthaginēsium Romā proficisci: ut que a se ex. x. Legatorū sententia facta eēnt:
ea Patrum autoritate: Populiq; iussu cōfirmarentur. ¶ Pace terra: mariq; parta: ex/
ercitu in naues imposito: in Siciliā Lilybeum traiecit. ¶ Inde magna parte militū in
nauibus missa: ipse per Italiam: pace non minus q̄ uictoria Italiam effusis nō urbibus
modo: ad habendos honores: sed agrestium etiam turba obsidēte uias: Romā p̄uenit.
¶ Clarissimoq; omnium triūpho urbem est inuectus. ¶ Argenti tulit in erario pondo
centū milia. xxiii. ¶ Militibus ex preda quadragenos eris diuisit. ¶ Morte subtractus
spectaculo magis hominum: q̄m triūphantis glorie Syphax est. Tybure haud ita
multo ante mortuus: quo ab alba traductus fuerat. conspecta mors tamen eius fuit:
quia publico funere est elatus. ¶ Hunc Regem in Triūpho ductum Polybius haud/
quaq̄ spernendus autor tradit. ¶ Sequutus Scipionem triumphantem est pileo capiti
imposito. Q. Terentius Culleo. omniq; deinde uita: ut dignum erat: libertatis autorē
coluit Africanū. ¶ Cognomen militaris prius fauor: an popularis aura celebrauerit:
an sicuti Felicis Sylle: Magniq; Pompeii patrum memoria: ceptum ab assentatione
familiari sit: parum compertum habeo. ¶ Primus certe hic Imperator nomine uicte
a se gentis: est nobilitatus. ¶ Exemplo deinde huius: nequaq̄ uictoria pares: insignes
imaginum titulos: claraq; cognomina familie fecere.

ME quoq; iuuat. uelut ipse: in parte laboris ac pculi fuerim: ad finē belli Punici peruenisse. ¶ Nam & si profiteri ausum perscripturū res omnis Romanas: in partibus singulis tanti operis fatigari: minime conueniat: tamen cum in mentem uenit: tres & .lx. annos: tot enim sunt a primo Punico: ad secundū bellum finitum: eque multa uolumina occupasse mihi: q̄ occuparint: q̄drigenti .lxx. anni a cōdita urbe: ad Appium Claudium Consulem: qui primum bellum Karthaginēsibus intulit: Iam prouideo animo: uelut qui proximis littoris uadis inducti mare pedibus ingrediuntur: quicquid pgredior: in uastiorem me altitudinē: ac uelut profundā inuehi. & crescere pene opus: quod prima queq; pficiendo: minui uidebat̄.

¶ Pacem Punicam: bellū Macedonicū excepit. periculo haud quaq̄ compandum aut uirtute ducis: aut robore militum. claritate Regum antiquorum. uetusteq; fama gentis: & magnitudine Imperii: quo multam quondam Europe: maiorem partē Asie obtinuerant armis: prope nobilius. Ceterum ceptum bellum aduersus Philippū: decē ferme ante ānis: triennio prius depositū erat: cum Etoli & belli: & pacis fuissent cause. Vacuos deinde pace Punica iam Romanos: & infensos Philippo: cum ob infidam aduersus Etolos: aliosq; regionis eiusdem sotios: pacem: tum ob auxilia cum pecunia nup in Africam missa Annibali Penisq;: preces Atheniensium: quos agro peruastato in urbem compulerat: excitauerunt ad innouandum bellum. ¶ Sub idem fere tēpus et ab Attalo Rege: & Rodiis legati uenerunt: nunciantes Asie quoq; ciuitates sollicitari. His legationibus responsum est: Cure Asianam rem Senatui fore. Consultatio de Macedonico bello integra ad cōsules: qui tunc in prelio cum Boiis erant: reiecta est. ¶ Interim ad Ptolemeum Egypti Regem Legati tres missi. Cn. Claudius Nero M. Emilius Lepidus. Cn. Sempronius Tuditanus: ut annuntiarēt uictū Annibalem. Penosq;. & gratias agerent Regi: q in rebus dubiis: cum finitimi etiā sotii Romanos desererent: in fide mansisset. & peterent ut si coacti iniuriis: bellum aduersus Philippū suscepissent: pristinum animum erga Romanos conseruaret. ¶ Eodem fere tempore P. Elius Consul in Gallia: cum audisset a Boiis ante suum aduentum incursiones in agros sotiorum factas: duabus legionibus subitariis: tumultus eius causa scriptis: additisq; ad eas quattuor cohortibus de exercitu suo: C. Appium Prefectum sotiū. hac tumultuaria manu: per Vmbriam: quam Tribum Sappiniam uocāt: agrum Boiorū inuadere iussit. Ipse eodem aperto itinere: per montes duxit. Appius ingressus hostiū fines: primo populatiōes satis pspere: ac tuto fecit. delecto deinde ad castrū Mutillū satis idoneo loco ad demetenda frumenta: iam enim mature erant segetes profectus neq; explorato circa: nec statiōibus satis firmis: que armatæ inermes: atq; opi intētos: tutarentur. positis: improuiso impetu Gallorū: cum frumentatoribus est circūuentus. Inde pauor fugaq; etiam armatos cepit. ad septem milia hominum palata per segetes: sunt cesa. inter quos ipse. C. Appius Prefectus. Ceteri in castra metu ppulsi. Inde sine certo duce consensu militari: proxima nocte relicta magna parte rerum suarum: ad Consulem per saltus prope inuios: peruenenere. qui nisi q populatus est Boiorū finis: & cum Ingaunis Liguribus fedus icit: Nihil: quod eēt memorabile aliud in prouintia cum gessisset: Romam rediit. Cum primum Senatum habuit uniuersis postulantibus: ne quam prius rem: q̄ de Philippo sotiorumq; querelis ageret: relatum extemplo est. decreuitq; frequens Senatus: ut. P. Elius Cōsul quē uideretur ei: cū imperio mitteret:

q classe accepta quā ex Sicilia Cn. Octauius reduceret: in Macedoniā traiceret. M. Valerius Leuinus Pretor missus: circa Vibonē duo de xl. nauibus: ab Cn. Octauio acceptis in Macedoniā traiecit. Ad quē: cū. M. Aurelius Legatus uenisset: edocuissetq; eum: quantos exercitus: quantum nauium numerū comparasset Rex: & quēadmodū circa omnes non cōtinentis modo urbes: sed etiam insulas: partim ipse adeūdo: partim per legatos: conciret homines ad arma: maiore conatu Romanis id capessendū bellū esse: ne cōtantibus iis: auderet Philippus: quod Pyrrhus p̄us ausus: ex aliq̄nto minore regno esset: Hec scribere eadem Aureliū Cōsulibus & Senatui placuit. ¶ Exitu huius anni eum de agris ueterum militum relatum esset: qui ductu: atq; auspitio Procōsulis Scipionis in Africa bellū perfecissent: decreuerūt Patres: ut. M. Iunius Pretor Vrbis si ei uideretur: decemuiros agro Samnite Apuloq;: q̄d eius publicū Populi Romani esset metiendo: diuidēdoq; crearet. creati. P. Seruilius. Q. Cecilius Metellus. Cn. &. M. Seruilii: Geminis ambobus cognomen erat. L. & M. Hostilii catones. P. Iulius. T. Apuleius. M. Fuluius Flaccus. P. Elius Petus. Q. Flaminius. ¶ Per eos dies. P. Elio Consulum cōmitia habente: creati Consules. P. Sulpitius Galba. Cn. Aurelius Cotta Pretores exinde facti. Q. Minutius Ruffus. Liuius Furius purpurio. Q. Fuluius Gilo. Cn. Sergius Plantius. Ludi Romani Sceuici eo anno magnifice apparateq; facti ab Edilibus Curulibus. L. Valerio Flacco. &. T. Quintio Flaminio. biduum instaurati sunt. frumentiq; uim ingentem: quod ex Africa Procōsul Scipio miserat: quaternis eris Populo cū summa fide: & gratia diuiserūt. Et Plebei ludi toti instaurati ab Edilibus Pl. L. Apustio Fullone: &. Q. Minutio Ruffo: qui ex Edilitate Pretor creatus erat. & Iouis epulum fuit ludorum causa. ¶ Anno quingentesimo quadragesimo ab urbe condita. P. Sulpitio Galba. Cn. Aurelio Consulibus: bellū cū Rege Philippo initum est: paucis mensibus post pacem Karthaginensibus datam. Omnium primum eam rem Idibus Martiis. quo die tum consulatus inibatur. P. Sulpitius Consul retulit: Senatusq; decreuit: ut ii Consules maioribus hostiis rem diuinā facerent: quibus diis ipsis uideret̄. cum precatione ea: quam Senatus Populusq;. Ro. de. Re. P. deq; ineundo nouo bello in animo haberet. Ea res uti Populo Ro. sotiisq; ac nomini latino bene ac feliciter eueniret. secundū rem diuinam: precationemq;: ut de Re. P. deq; Prouintiis Senatum cōsulerent. ¶ Per eos dies opportune irritādis ad bellū animis: & littere a. M. Aurelio Legato &. M. Valerio Leuino Propretore allate: & Atheniensium noua legatio uenit: que Regem appropinquare finibus suis nuntiaret. breuiq; non agros modo: sed urbem etiam: in ditionem eius futuram: nisi quid in Romanis auxilii foret. Cum pernuntiassent Consules rem diuinam rite perfectam esse: & precationi annuisse deos. Aruspicem respondere. letaq; exta fuisse. et prolationem finium. uictoriamq; & triumphum portendi. Tum littere Valerii Aureliiq; lecte. & Legati Atheniensium auditi. Senatus inde Consultum factum ē: ut sotiis gratie agerent̄: q̄ diu sollicitati: ne obsidionis quidem metu fide decessissent. De auxilio mittendo: tum respondere placere: cū Consules prouintias sortiti essent. atq; is Consul cui Macedonia Prouintia euenisset: ad populū tulisset: ut Philippo Regi Macedonum: indiceretur bellum. P. Sulpitio Prouintia Macedonia sorte euenit. Is rogationem promulgauit: uellent: iuberent: Philippo Regi Macedonibusq;: qui sub regno eius essent: ob iniurias: armaq; illata sotiis Populi Ro. bellum indici. Alteri Consuli Aurelio Italia Prouintia obtigit. Pretores exinde sortiti sunt: Cn. Sergius Plancus Vrbanā. Q. Fuluius Gilo Siciliā. Q. Minutius Ruffus Brutios. L. Furius Purpurio. Galliā. Rogatio de bello Macedonico: primis comitiis ab omnibus ferme

Anno 540 ab urbe condita CONS. P. SULPITIO GALBA & CN. AURELIO bellū initū ē cū PHILIPPO REGE

Athenienses legationē Romā mittunt petentes opem cōtra philippum

Centuriis antiquata est. Id cū fessi diuturnitate: & grauitate belli sua sponte homines
tedio periculorum: laborumq; fecerant: tum. Q. Bebius Tri: Pl. uiam antiquā cri/
minādi Patres ingressus: īcusauerat: bella ex bellis seri: ne pace unq̄ frui plebs posset.
Egre eam rem passi Patres: laceratusq; probris in Senatu Tribunus Pl. & Consulem
prosequi hortati: ut deintegro comitia rogationi ferēde ediceret. castigaretq; segni/
tiā populi. atq; doceret quāto damno: dedecoriq;: dilatio ea belli futura esset. Consul
in campo Martio comitiis habitis prius q̄ Centurias in suffragium mitteret: contione
aduocata. Ignorare inquit uidemini mihi Quirites: non uerum bellum: aut pacem ha/
beatis uos consuli: Neq; enim liberum id uobis permittet Philippus: qui terra mariq;
ingens bellū molit̄. Sed utꝝ in Macedoniam legationes transportetis: an hostem in
Italiam accipiatis. Hoc quantum intersit. si unq̄ āte alias. Punico certo ꝓximo bello
experti estis. Quis enī dubitat: quin si Saguntinis obsessis: fidēq; nostrā īplorantibus
impigre tulissemus opem: sicut patres nostri Mamertinis tulerant: totū in Hispaniam
auersuri bellum fuerimus? quod contando cum summa clade nostra: in Italiam acce/
pimus. Ne illud quidem dubium est: quin hunc ipsum Philippum pactum iā ꝑ legatos
litterasq; cū Anibale: ī Italiā traicere: Misso cū classe Leuino q ultro ei bellū inferret:
in Macedoniam cōuerterimus. Et quod tūc fecimus: cum hostem Annibalē in Italia
haberemus: id nūc pulso Italia Annibale: pulsis Karthaginensibus: contamur facere?
Patiamur expugnandis Athenis: sicut Sagunto expugnādo Annibalem passi sumus:
segnitiam nostram experiri Regem. non quinto inde mense: quemadmodum ab
Sagunto: Sed quinto inde die: q̄m ab corintho soluerit naues: in Italiā ueniet. Ne
equaueritis Annibali Philippū: ne Karthaginēsibus: Macedonas. Pyrro certe equa/
bitis. dico quantum uel uir uiro: uel gens genti prestat. Minima accesso semꝑ Epirus
regno Macedonie fuit. & hodie est. Peloponesum totā in ditionē Philippus habet.
Argosq; ipsos: non uetere fama magis q̄ morte Pyrrhi nobilitatos. Nostra nunc cōpa
q̄ntomagis florentē Italiā. q̄ntomagis integras res: saluis Ducibus saluis tot exerciti/
bus: quos Punicū postea bellū absumsit: aggressus Pyrrhus: tn̄ cōcussit. & uictor ꝓpe
ad ipsam urbem Romam uenit. Nec Tarentini modo oraq; illa Italie quā maiorē
Greciam uocant: ut linguam: ut nomen sequutos crederes: sed Lucanus: & Brutius: &
Samnis ab nobis defecerunt. Hec uos si Philippus in italiam transmiserit: quietura
aut mansura in fide creditis? Manserunt enim punico postea bello. nunq̄ isti populi
nisi cum deerit ad quem desciscant: ab nobis nō deficient. Si piguisset uos in Africam
traicere: hodie in Italia Annibalem & Carthaginenses hostes haberetis. Macedonia
potius q̄ Italia bellum habeat. hostium urbes agriq; ferro atq; igni uastentur. Expti
iam sumus foris nobis: q̄ domi: feliciora: potentioraq; arma esse. Ite. in suffragiū bene
iuuantibus diis. & que patres censuerunt: uos iubete. Huius uobis sententie nō Cōsul
modo autor est: sed iam dii immortales: qui mihi sacrificanti: precātiq;: ut hoc bellum
mihi. Senatui. uobisq; sotiis: ac nomini latino: classibus exercitibusq; nostris bene: ac
feliciter eueniret: leta omnia: prosperaq; portendere. Ab hac oratione: in suffragium
missi: uti rogarat bellū iusserunt. Supplicatio inde a Consulibus ī triduū ex Senatus
consulto indicta est. obsecratiq; circa omnia puluinaria dii. quod bellū cū Phillppo
iussisset Populus: id bene ac feliciter eueniret. Consultiq;. Feciales a. P. Sulpitio: bellū
quod indiceretur regi Phillipo: utrum ipsi utiq; annunciari iuberent: an satis esset in
finibus Regni: quod proximum presidium esset: eo nunciari: Feciales decreuerunt:
utꝝ eoꝝ fecisset: recte facturum. Consuli a Patribus permissum: ut quem uideretur ex
iis: qui extra Senatum essent: Legatum mitteret ad bellum Regi indicendum. Tum

P. SULPITII CONS. ORO AD POPULU

M. AVRELIVS FALCO

de exercitibus Consulum: Pretorumq; actum. Consules binas legiones scribere iussi ueteres dimittere exercitus. Sulpitio cui nouum ac magni nominis bellum decretum erat: permissum: ut de exercitu: quem Procõsul Scipio ex Africa deportasset uolũ/tarios: quos posset: duceret. Inuitũ: nequem militẽ ueterem ducendũ iussũ. Pretoribus L. Furio Purpuriõi & Q. Minutio Ruffo. quina milia sotiũ latini nominis Cõsul daret. quibus presidiis: alter Galliam: alter Brutios Prouintiam obtineret. Q. Fuluius Gillo ipse iussus ex eo exercitu: quẽ. P. Elius consul habuisset: ut quisq; minime multa stipendia haberet: legere: donec & ipse quinq; milia sotiũ: ac nominis latini effecisset. Id presidio Sicilie Prouintie esset. M. Aurelio Falconi. qui Pretor priore ãno Cã/paniam prouintiam habuerat. ꝓrogatum in annum imperium est: uti Propretor in Sardiniam traiceret quoq; de exercitu qui ibi esset: quinq; milia sotiũ nominis latini qui eorũ minime multa stipendia haberet: legeret. Et Consules duas urbanas legiões scribere iussi. que si quo res posceret: multis in Italia cõtactis gentibus Punici belli so/tietate iraq; inde tumentibus mitterent. Sex legionibus Romanis eo ãno usura res. p. erat. ¶ In ipso apparatu belli: legati ab Rege Ptholemeo uenerunt qui nuntiarẽt Athenienses aduersus Philippum petisse ab Rege auxilium. Ceterũ & si cõmunes sotii sint: tamen nisi ex autoritate Populi Ro. neq; classem: neq; exercitum: defendendi: aut oppugnandi cuiusq̃ causa Regem in Gretiam missurũ esse. uel quieturũ eum in regno: si Populo Ro. sotios defẽdere liceat. uel Romanos quiescere si malint: passurũ. atq; ipsum auxilia quibus facile aduersus Philippum tueri Athenas possent: missurũ. Gratie Regi ab Senatu acte. responsumq; tutari sotios Populo Ro. in animo esse. si qua re ad id bellum opus sit: indicaturos Regi. Regniq; eius opes scire. Subsidia firma ac fidelia: sue Rei. P. eẽ. Munera deĩde legatis ĩ singulos quina milia. l. eris ex Senatus Consulto missa. ¶ Cum delectum consules haberent: pararentq;: que ad bellũ opus essent: ciuitas religiosa in principiis maxime nouorum bellorũ: supplicationibus ha/bitis iam: & obsecratione circa omnia puluinaria facta: nequid pretermitteretur: quod aliquãdo factũ esset: ludos Ioui: donũq; uouere Consulẽ cui Prouintia Macedonia euenisset: iussit. Morã uoto publico Licinius Pontifex Maximus attulit: qui negauit ex incerta pecunia uouere debere. si ea pecunia nõ posset in bellum usui esse: reponi statim debere. nec cum alia pecunia misceri: Quod nisi factum esset: uotum rite solui non posse. Quanq̃ & res & autor mouebat: tamen ad Collegium Pontificum referre Consul iussus: si posset recte uotum incerte pecunie suscipi? posse. rectiusq; esse: Pon/tifices decreuerunt. ¶ Vouit in eadẽ uerba Consul: preeũte Maximo Pontifice: q̄bus antea quinquẽnalia uota suscipi solita erant. preterq̃: ꝙ tanta pecunia: quãtam tum: cum solueret: Senatus censuisset ludos. donaq; facturũ uouerit. ¶ Totiens ante Ludi magni de certa pecunia uoti erant. ii primi de incerta. ¶ Omniũ animis in bellũ Ma/cedonicũ uersis Repente: nihilominus eo tempore timẽtibus: Gallici tumultus fama exorta est. Insubres Cenomani & Boii: excitis Senilibus. Iluatibusq; & ceteris Ligus/tinis populis: Hamilcare Peno duce: qui ĩ iis locis: de Hasdrubalis exercitu substiterat Placentiam inuaserant: & direpta urbe: ac per iram magna ex incensa. uix duobus milibus hominũ inter incẽdia ruinasq; relictis: traiecto Pado: ad Cremonã diripiẽdã pergunt. Vicine urbis audita clades spatiũ colonis dedit ad claudendas portas. ꝑsidiaq; per muros disponenda: ut obsiderentur tamen prius q̃m expugnarentur. nuntiosq; mitterent ad Populum Romanũ. L. Furius Purpurio qui tum Prouintie preerat: Cetero ex Senatus Consulto exercitu dimisso: preter quinq; milia sotium: ac latini nominis: cum iis copiis in proxima regione prouintie circa ariminũ substiterat. Istũ

Senatui scripsit. quo in tumultu prouincia esset. Duarum coloniarum: que ingentem illam tempestatem Punici belli subterfugissent: alteram captã: ac direptam ab hosti/bus: alteram oppugnari. Nec in exercitu suo satis presidii colonis laborantibus fore nisi quinq; milia sotium. xl. milibus hostium. tot enĩ in armis esse. trucidanda obiicere uelit. & tanta sua clade: iam inflatos excidio Colonie Ro. augeri hostiũ animos. His litteris recitatis: decreuerunt ut. Cn. Aurelius Consul exercitum cui in Etruria ad cõ/ueniendum edixerat: Arimini eadem die adesse iuberet. & aut ipse si per commodum Rei. P. posset: ad opprimendum Gallicum tumultum proficisceret. aut. Q. Minutio Pretori scriberet: ut cum ad eum legiones: ex Etruria uenissent: missis in uicem earũ quinq; milibus sotiorum: qui interim Etrurie presidio essent: proficisceretur ipse: ad Coloniam liberandam obsidione. Legatos item mittendos in Africam cẽsuerũt: eosdẽ Karthaginem: ut nuntiarent ciuem eorum Hamilcarem relictum in Gallia: haud satis scire: ex Hasdrubalis prius: an ex Magonis postea exercitu: bellũ contra fedus facere. Exercitus Gallorum. Ligurumq; exciuisse ad arma contra Populum Ro. eũ si pax placeret: reuocandum illis. & dedendum Populo Ro. esse. simul nuntiare iussi: perfugas sibi: nõ omnes redditos esse. ac magnam partem eorum palam Karthagini obuersari dici. quos comprehendi conquiriq; debere: ut sibi ex federe restituant. Hec ad Karthaginenses mandata. Masanisse gratulari iussi: ꝙ non patrium modo recu/perasset regnum: sed parte florẽtissima Siphacis finiũ adiecta: etiã auxisse. Nũtiare postea iussi: bellum cum rege Philippo susceptum: ꝙ Karthaginenses auxiliis iuuisset iniuriasq; inferẽdo sotiis Populi Ro. flagrante bello Italia: coegisset Classes: exerci/tusq; in Gretiam mitti. & distinendo copias: causa in primis fuisset serius in Africam traiciẽdi. peterentq; ut ad id bellũ mitteret auxilia: Numidarũ equitũ. dona ampla data: que ferrent regi. uasa aurea: argenteaq;. togaq; purpurea. & palmata tunica: cũ eburneo sceptro. & toga pretexta: cũ curuli sella. iussiq; polliceri: si qd ei ad firmandũ augendumq; regnum opus esse iudicasset: enixe id Populum Romanum: merito eius prestaturum. Vermine quoq; Siphacis filii Legati per eos dies Senatum adierunt: excusantes errorem: adolescentiamq;. & culpam omnem in fraudem Karthaginensiũ auertentes. & Masanissam Romanis ex hoste amicum factum. Verminã quoq; ad/nisurum. ne offitiis in Populum Ro. aut a Masanissa: aut ab ullo alio: uincat. petere ut Rex sotius & amicus ab Senatu appellaretur. Responsum Legatis est: & patrem eius Siphacem sine causa ex sotio & amico hostem repente Populi Ro. factum. Et eum ipsum rudimentum adolescentie bello lacessentem Romanos posuisse: Itaq; pacẽ illi prius petendam esse a Populo Ro. q̃ ut Rex sotiusq; & amicus appellaretur. nois eius honorem pro magnis erga se meritis: dare Populum Romanũ cõsuesse. Legatos Romanos in Africa fore: quibus mandaturum Senatũ: ut Vermine pacis dent leges. liberum arbitrium eius Populo Ro. permittente. Si quid de iis addi demi mutari ue uellet: rursus ab Senatu ei postulandum fore. Legati cum iis mãdatis in Africã missi Cn. Terrentius Varro. Sp. Lucretius. Cn. Octauius: quiq; remes singulis date. ❡ Lit/tere deinde in senatu recitate sunt. Q. Minutii Pretoris: cui Brutii Prouintia erat. pecuniam Locris ex Proserpine thesauris nocte clam sublatam: nec ad quos ptineat facinus: uestigia ulla extare. Indigne passus Senatus: non cessari ab sacrilegiis. & ne P. Leuinium quidem: tam clarũ: recensq; noxe simul: ac pene exemplum: homines deterrere. C. Aurelio Consuli negotium datum: ut ad Pretorem in Brutios scriberet: Senatui placere questionem: de expilatis thesauris eodem exẽplo haberi: quo. M. Põ/ponius Pretor triennio ante habuisset: que inuenta pecunia esset reponi. si quo minus

Senatus ex L. Furio rectore fit de xl. hostiũ cremonã oppugnãtibus.

Legati carthaginẽ missi Hamilcarẽ et captiuos alios carthagine morãtes petitũ si pax placet.

Vermina legatos ad Senatũ mittit ad regiũ nomen et amicitiã petendam.

· CN · TERETIUS . VARO .

Proserpine locrensis thesaurus expilatus clam

expilatus

inuentum foret: expleri. Ac piacularia: si uideretur. sicut ante Pontifices censuissent: fieri: causa expiande uiolationis eius templi. ¶ Prodigia etiã sub idem tempus pluribus locis nuntiata: acciderunt. In Lucanis celum arsisse afferebant. Priuerni sereno per diem totum rubrum solem fuisse. Lauinii templo sospite Iunonis nocte. strepitum in/gentem exortum. Iam animalium obsceni fetus pluribus locis nuntiabantur. In sabi/nis incertus infans natus masculus an femina esset. alter sedecim iam annorum item ambiguo sexu inuentus. Frusione agnus cum suillo capite: sinuesse porcus: cũ capite humano natus. In Lucanis i agro publico equuleus cum quinq; pedibus. feda omnia & deformia errantisq; in alienos fetus nature uisa. ante omnia abominati semimares iussiq; in mare ex templo deportari. sicut proxime. C. Claudio. M. Liuio Consulibus deportatus similis prodigii fetus erat. Nihilominus decemuiros adiri libros de portẽto eo iusserũt. decemuiri ex libris res diuinas easdem: que proxime secundũ id prodigium facte essent: imperarunt. Carmen preterea ab ternouenis uirginibus cani per urbem iusserunt. donumq; Iunoni Regine ferri. Ea uti fierent. C. Aurelius Consul ex decẽ/uirorum responso curauit. Carmen sicut patrũ memoria Liuius: ita tum condidit. P. Licinius Tegula: Expiatis omnibus religionibus: nam etiam Locris sacrilegium per/uestigatum a. Q. Minutio erat: pecuniaq; ex bonis noxiorum: in thesauris reposita: Cum Consules ad Prouintias proficisci uellent: priuati frequentes: quibus ex pecunia quam. M. Valerio: M. Claudio Consules mutuam dederant: tertia pensio debebat: Eo anno adierunt Senatum: quia Consulis cum ad nouũ bellũ: quod magna classe: magnisq; exercitibus gerendum esset: uix erarium sufficeret: negauerant esse unde iis in presentia solueretur: Senatus querentes eos non sustinuit: Si in Punicũ bellũ pecunia data: in Macedonicũ quoq; bellum uti respublica uellet: aliis ex aliis oriẽtibus bellis: quid aliud q̃ publicam: pro benefitio: tanq̃ ob noxam suam: pecuniam fore. cum et priuati equum postularent: nec tamen soluendo ere alieno: Res. P. esset: quod mediũ inter equum: & utile erat: decreuerũt: ut q̃m magna pars eorum agros uulgo uenales esse diceret. agri publici: qui intra quinquagesimũ lapidẽ esset: copia iis fieret. Cõsules agrum estimaturos. & in iugera se asses uectigales: testandi causa: publicum agrum eẽ: imposituros. ut siquis cum soluere posset populus: pecuniam habere: q̃ agrum mallet: restitueret agrum populo: Leti eam conditionẽ priuati accepere. Trientius Tabu/liusq;: is ager: quia pro tertia parte pecunie datus erat: Appellatus. tum. P. Sulpitius secundũ uota in Capitolio nũcupata: paludatis lictoribus ꝓfectus: ab urbe Brũdusiũ uenit. Et ueteribus militibus uolũtariis ex Africano exercitu in legiones descriptis: Nauibusq; ex classe Consulis Cornelii lectis: altera die q̃ a Brundusio soluit: in Mace/doniam traiecit. Ibi ei presto fuere Atheniẽsiũ legati orantes: ut se obsidiõe eximeret. Missus ex templo Athenas est. C. Claudius. cum. xx. longis nauibus: & militibus. Neq; enim ipse Rex Athenas obsidebat. Eo maxime tempore Abydum oppugnabat. Iam cum Rhodiis & Attalo certaminibus naualibus: neutro feliciter prelio uires expertus. Sed animos ei faciebat. Preter ferociam insitam: fedus ictum cum Antiocho Syrie Rege. diuiseq; iam cũ eo Egypti opes: Cui morte audita Ptolemei Regis: ambo im/minebãt. Contraxerant autem sibi cum Philippo bellũ Athenienses haudquaq̃ digna causa: dum ex uetere fortuna nihil preter animos: seruãt. ¶ Acarnanes duo iuuenes per initiorum dies: non initiati templum cereris imprudẽtes religionis: cũ cetera turba ingressi sunt: facile eos sermo prodidit: absurde quedam percontantes. Deductiq; ad Antistites templi. cum palam esset per errorem ingressos: tanq̃m ob infandum scelus: interfecti sunt. Id tam fede atq; hostiliter gens Acarnanũ factũ: ad Philippũ detulit

imperauitq; ab eo: ut datis Macedonũ auxiliis: bellũ se inferre Atheniẽsibus pateretẽ. Hic exercitus primo terram Atticam ferro: igniq; depopulatus: cum omnis generis preda in Arcarnaniam rediit. & irritatio animorum ea prima fuit. Postea iustũ bellũ decretis ciuitatis ultro indicendo factum. Attalus enim Rex Rhodiiq; persequuti cedentem in Macedoniam Philippum: cum Eginam uenisset: Rex Pireũ renouãde firmandeq; cum Atheniensibus societatis causa traiecit. Ciuitas omnis obuiam effusa cum coniugibus ac liberis. ¶Sacerdotes cum insignibus suis intrantem urbem Cadmi prope ipsi exciti edibus suis exceperunt. ¶In contionem ex templo Populus uocatus ut Rex que uellet: coram ageret. ¶Deinde ex dignitate magis uisum: scribere eum: de quibus uideretur: q̃ presentem: aut referendis suis in ciuitate beneficiis erubescere: aut significationibus: acclamationibusq; multitudinis assentatione immodica: pudorem onerantis. ¶In litteris autem: que misse in contionem: recitateq; sunt: commemoratio erat beneficiorũ: primum in ciuitatem suam: Deinde rerum quas aduersus Philippũ gessisset. Ad postremum adhortatio capessendi bellum: dum se: dum Rhodios: tum quidem: dum etiam Romanos haberent. ne quicq̃ postea si tum cessarent: pretermissã occasionem quesituros: ¶Rhodii deinde Legati auditi sunt: quorum recenserat beneficium: ꝙ naues longas quattuor in portu Atheniensium captas nuper: a Macedonibusq; recuperatas remiserant. ¶Itaq; ingenti consensu bellum aduersus Philippũ decretum. Honores Regi primum: Attalo immodici: deinde & Rhodiis habiti: ¶Tũ primum mentio illata de tribu. quam Attalidam appellarent: ad decem ueteres tribus addenda. ¶Et Rhodiorum populus corona aurea: uirtutis gratia: donatus. ciuitasq; Rhodiis data: quemadmodum Rhodii prius Atheniensibus dederant. ¶Secundũ hec Rex Attalus ad classem Eginam se recepit. ¶Rhodii etiam ab Egina: inde per insulas Rhodum nauigarunt: oĩbus preter Andrum Parũq; & Cynum: que presidiis Macedonum tenebantur: in sotietatem acceptis. ¶Attalum Egine: missi in Etoliam nũtii expectatiq; inde legati: aliq̃diu nihil agentem tenuere: Et neq; illos ad arma excire potuit: gaudentes utcũq;: composita cum Philippo pace. ¶Et ipse Rhodiiq;: si institissent: cum Philippo liberate egregiũ per se Gretie titulũ: habere potuissent. patiẽtes rursus eum in Hellespontum traiicere: occupantemq; Gretie opportuna loca uires colligere: bellum aluere. gloriamq; eius gesti: perfectiq;: Romanis cõcesserunt. ¶Philippus magis regio animo est usus. qui cum Attalũ Rhodiosq; hostes non sustinuisset: ne Romano quidem quod imminebat: bello territus: Philode quodam ex Prefectis suis: cum duobus milibus peditum: equitibus ducentis: ad populandos Atheniensium agros misso: classe tradita Heraclidi: ut Maroneam peteret: Ipse terra eodem: cum expeditis duobus milibus peditum: equitibus ducentis: pergit. & Maroneã quidẽ ꝓmo impetu expugnauit. Enum inde: cũ magno labore. postremo ꝓditione Ganymedis Prefecti Ptolemei cepit. ¶Deĩde alia castella Cypsella & Dorison & Sẽpheũ occupat. Inde progressus ad chersõnesum Eleunta: & Alopeconesum tradentibus ipsis: recepit. Gallipolis quoq; & Madotis dedita. & castella quedã ignobilia. ¶Abydeni ne legatis quidem admissis: Regi portas clauserunt. Ea oppugnatio diu Philippũ tenuit. eripiq; ex obsidione: ni cessatum ab Attalo & Rhodiis foret: potuerunt. ¶Attalus. ccc. tantũ milites in presidium: Rhodii quadriremẽ unam ex classe: cum ad Tenedum staret: miserunt. eodem postea: cum iam uix sustinerent obsidionem: & ipse Attalus cum traiecisset: spem tantum auxilii ex propinquo ostendit. neq; terra neq; mari adiutis sotiis Abydeni quoq; tormẽtis per muros dispositis. non terra modo adeuntis aditu arceb ãt sed nauium quoq; statio nem infestam hosti faciebant. Postea cũ & muri pars strata

ruinis & ad interiorem raptim oppositum murú cuniculis iam peruentú esset: legatos
ad Regem de códitionibus tradende urbis miserunt. Paciscebantur auté ut Rhodiã
quadriremem cum sotiis naualibus. Attaliq; presidium emitti liceret: atq; ipsos urbe
excedere cum singulis uestimentis. Quibus cum Philippus nihil pacati: nisi omnia
permittentibus: respondisset: adeo renuntiata hec legatio ab indignatione simul ac
desperatione iram accendit: ut ad saguntinam rabiem uersi: matronas omnes in téplo
Diane: pueros ígenuos. uirginesq;. etiam infantes cum suis nutricibus: in Gymnasium
includi iuberent. aurum & argentum in forum deferri. uestem preciosam: in Naues
Rhodiam Cyzice nãq;: que in portu erant: choreos sacerdotes: uictimasq; adduci: &
altaria in medio poni. Ibi delecti primum: qui ubi cesam aciem suorum: pro diruto
muro pugnantem uidissent: ex templo cóiuges: liberosq; interficerent. aurú: argentú
uestemq; que in nauibus essent: in mare deicerent. tectis publicis: priuatisq;: q̃plurimis
locis possent: ignes subiicerent. & se facinus perpetraturos: p̃euntibus etiam execrabile
carmen sacerdotibus: iureiurando coacti. Tum militaris etas iurare: neminem uiuum
nisi uictorem acie excessurum. Hi memores dictoꝝ: adeo pertinaciter pugnauerút:
ut cum prelium nox direptura esset: Rex prior territus rabie eorú: pugna abstiterit.
Principes quibus atrotior pars facinoris delegata erat: cú paucos: & confectos uul-
neribus: ac lassitudine: superesse prelio cernerent: luce prima sacerdotes cum infulis ad
urbem dedendam Philippo mittunt. Ante deditionem ex iis legatis Romanis: qui
Alexandriam missi erant: M. Emilius trium cósensu: minimus natu: audita obsidione
Abydenoꝝ ad Philippú uenit. q questus Attalo Rhodusq; arma illata: & ꝙ tú maxie
Abydum oppugnaret. Cú Rex ab Attalo & Rhodus ultro se bello lacessitú diceret:
Num Abydeni quoq; inqt ultro tibi intulerút arma. Insueto uera audire: ferocior
oratio uisa est: q̃ que habenda apud Regem esset. Etas inqt & forma: & sup omnia
Romanú nomé: te ferociorem facit. Ego autem primú uelim uos federú memores:
mecum seruare pacé. Si bello lacessitis. mihi quoq; animo est: facere. & Regnú Mace-
donú: nomenq;. haud minus q̃ Romanú nobile bello sentietis. Ita dimisso Legato
Philippus auro argentoq;: que coaceruata erant accepto: hominum predam om-
nem amisit. Tanta enim rabies multitudinem inuasit: ut repente proditos rati: qui
pugnantes mortem occubuissent: periuriumq; aliis alii exprobrantes: & sacerdotibus
maxime: qui quos ad mortem deuouissent: eorum deditionem uiuorum hosti fecis-
sent: repente omnes ad cedes coniugum. liberorumq; discurrerent. seq; ipsi per omnes
uias leti interficerent. Obstupefactus eo furore Rex suppressit impetum militum.
& triduum se ad moriendú Abydenis dare dixit: quo spatio plura facinora in se uicti
ediderunt. q̃ infesti edidissent uictores. Nec nisi quem uincula: aut alia necessitas mori
prohibuit: quis q̃ uiuus in potestatem uenit. Philippus imposito Abydi presidio: in
Regnum rediit. Cum uelut sagunti excidium Annibali: sic Philippo Abydenorum
clades ad Romanum bellum animos fecisset: Nuntii occurerunt: Consulem iam in
Epiro esse: & Appolloniam terrestris copias: Naualis Corcyrã: in hyberna deduxisse.
Inter hec Legatis qui in Africam missi erant de Hamilcare Gallici exercitus duce:
responsú a Karthaginensibus est: nihil ultra se facere posse: q̃ ut exilio eú mulctaret
bonaq; eius publicaret. Perfugas & fugitiuos quos inqrendo uestigare potuerút red-
didisse. Et de ea re missuros legatos Romã qui Senatui satisfacerent: ducenta milia
modium tritici Romã. cc. ad exercitum in Macedoniã miserunt. Inde in Numidiã
ad regem profecti Legati: dona data Masanisse. mãdataq; edita. equites. cc. Numdie
cum daret: accepti. Ipse in nauis imponédos curauit. & cum. cc. milibus modium tritici

.cc. hordei in Macedoniam misit. ¶ Tertia legatio ad Verminã ierat. Is ad primos finis
Regni legatis obuiã progressus: ut scriberẽt ipsi: quas uellent pacis cõditiones p misit.
Omnen pacem bonam sibi: iustamq; fore cũ Populo Ro. ¶ Date leges pacis. iussusq;
ad eam confirmandam mittere legatos Romam. ¶ Per idem tempus. L. Cornelius
Lentulus Procunsul ex Hispania redut. Qui cũ in Senatu res ab se per multos ãnos
fortiter feliciterq; gestas exposuisset: postulassetq; ut triumphanti sibi inuehi liceret in
urbem: res triumpho dignas esse censebat Senatus: sed exemplum a maioribus non
accepisse. ut qui neq; dictator: neq; Consul: neq; Pretor res gessisset. triumpharet.
Proconsulem illum Hispaniam Prouinciã: non Consulem aut Pretorem obtinuisse.
Decurrebat tamen eo ut ouans urbem iniret ¶ Intercedente. T. Sempronio Longo
Tribuno Pl. qui nihilo magis id more maiorum aut ullo exemplo futurum diceret.
Postremo uictus concensu Patrũ Tribunus cessit. Et ex Senatus Consulto. L. Len/
tulus ouans urbem est ingressus. ¶ Argenti tulit ex preda quadraginta milia pondo.
Auri octingenta. l. Militibus ex preda centum. xx. asses diuisit. ¶ Iam exercitus cõ/
sularis ab Arretio Ariminũ traductus erat. & quinq; milia sotium Latini nominis ex
Gallia in Etruriam transiuerant. Itaq;. L. Furius magnis itineribus ab Arimino ad/
uersus Gallos: Cremonam tum obsidentes: profectus. castra quingentorum passuum
interuallo ab hoste posuit ¶ Occasio egregie rei gerende fuit: si protinus de uia ad
castra oppugnanda duxisset ¶ Palati passim uagabantur per agros: nullo satis firmo
relicto presidio. lassitudini militũ timuit: q raptim ductũ agmẽ erat ¶ Galli clamore
suorũ ex agris reuocati omissa preda: que in manibus erat: castra repetiuere. & postera
die in aciem pgressi. ¶ Nec Romanus moram pugnandi fecit: sed uix spatiũ instruẽdi
fuit: eo cursu hostes in prelium uenerunt. ¶ Dextra ala: que in alas diuisum sotialem
exercitum habebat: in prima acie locata est: in subsidiis due Romane legiones. M.
Furius dextre ale: Legionibus. M. Cecilius. equitibus. L. Valerius Flaccus. Legati
omnes erant. pposita. Pretor secũ duos Legatos Cn. Letoriũ: &. P. Titinũ habebat.
cum quibus circunspicere: & obire ad omnes hostium subitos conatus posset. ¶ Primo
Galli omni multitudine in unum locum connixi: obruere: atq; cõterere sese dexterã
alam: que prima erat: sperarunt posse ¶ Vbi id parũ pcedebat: circũire a cornibus: &
amplecti hostium aciem: quod multitudine aduersus paucos facile uidebatur: conati
sunt ¶ Id ubi uidit Pretor. & ut ipse dilataret aciem. duas legiones ex subsidiis dextra:
leuaq; ale: que in pma acie pugnabat: circundat. edẽq; deo Ioui uouit: si eo die hostes
fudisset. L. Valerio imperat: ut altera parte duarum legionum equites: altera sotiorũ
equitatum in cornua hostiũ emittat. nec circuere eos aciem paciatur. simul & ipse: ut
extenuatam mediam: subductis cornibus aciem Gallorũ uidit: signa inferre confertos
milites: & perrumpere ordines iubet ¶ Et cornua: ab equitibus: & mediũ: a pedite pulsi.
Ac cum repente in omni parte cede ingenti sternerentur. Galli terga uertũt. fugaq;
effusa repetunt castra. fugientes persecutus eques mox & legiones insequute: in castra
impetum fecerunt. Minus sex milia hominum inde effugerunt. Cesa & capta: supra
quinq; &. xxx. Cum signis militaribus. lxx. Carpentis Gallicis: multa preda oneratis:
plus ducentis. ¶ Hamilcar dux Penus eo prelio cecidit. & tres Imperatores nobiles
Gallorũ. Placentini captiui ad duo milia liberorũ capitũ redditi Colonis ¶ Magna
uictoria letaq; Rome fuit litteris allatis. Supplicatio in triduum decreta est. ¶ Ro/
manorum sotiorumq; ad duo milia eo plio ceciderunt. Plurimi dextre ale. in quam
primo impetu ingens uis hostium illata est. ¶ Quanq̃m a Pretore prope debellatum
erat: Cõsul quoq;. C. Aurelius: perfectis que Rome agenda fuerant: pfectus in Galliã

uictorem exercitum a Pretore accepit. ¶ Conſul alter cum autũno ferme exacto: in Prouintiã ueniſſet: circa Appolloniã hybernabat. Ab claſſe: que Corcyre ſubducta erat. C. Claudiuſ. triremeſq; Romane: ſicut ante dictum eſt. Athenaſ miſſe: cum Pi-ræũ perueniſſent deponentibuſ iam animoſ ſotiiſ ſpem ingentem attulerant. Nam et terreſtriſ ab corintho: que per Megaram incurſioneſ in agroſ fieri ſolite erant: non fiebãt. & predonum a Chalcide naueſ: que non mare ſolum infeſtum: ſed etiã omneſ maritimoſ agroſ Athenienſibuſ fecerant: non modo Samũ ſupare: ſed ne extra fretũ Euripi cõmittere aperto mari ſe audebant. Superuenerũt iiſ treſ Rhodie q̃driremeſ. & erant Attice treſ aperte naueſ: ad tuendoſ maritimoſ agroſ compate. ¶ Hac claſſe ſi urbſ agriq; Athenienſium defenderentur: ſatiſ in preſentia exiſtimanti Claudio eſſe: maioriſ: etiã rei fortuna oblata ẽ. Exſuleſ ab Chalcide: Regiorũ iniuriiſ pulſi: attulerũt occupari Chalcidem ſine certamine ullo poſſe. Nam & Macedonaſ: quia nulluſ in propinquo ſit hoſtium metuſ: uagari paſſim. Et oppidanoſ preſidio Macedonum fretoſ cuſtodiam urbiſ negligere. ¶ Hiſ autoribuſ profectuſ: quanq̃ Suniũ ita mature peruenerat: ut inde prouehi ad primaſ anguſtiaſ Euboee poſſet: ne ſuperato promõ-torio conſpiceretur: claſſem in ſtatione. uſq; ad noctem tenuit. Primiſ tenebriſ mouit. & tranquillo peruectuſ Chalcidem paulo ante lucem: qua infrequẽtiſſima urbiſ ſũt: paucis militibuſ turrim proximã: murumq; circa ſcaliſ cepit. alibi ſopitiſ cuſtodibuſ: alibi nullo cuſtodiente: pgreſſi inde ad frequẽtia edificiiſ loca: cuſtodibuſ interfectiſ: refractaq; porta: ceterã multitudinem acceperũt. Inde in totam urbem diſcurſum eſt. aucto etiam tumultu: ꝙ circa forũ igniſ tectiſ iniectuſ erat. flagrarunt & horrea regia. & armamentariũ cũ ingenti apparatu machinarũ: tormentorũq;. Cedeſ inde paſſim fugientium pariter: ac repugnantiũ: fieri cepta eſt. nec ullo iam: qui militariſ etatiſ eſſet: non aut ceſo: aut fugato. Sopatro etiam Acarnane Prefecto preſidii in-terfecto: preda omniſ primũ in forum collata. deinde in naueſ impoſita. Carcer etiã ab Rhodiiſ refractuſ: emiſſiq; captiui. quoſ Philippuſ tanq̃ in tutiſſimam cuſtodiam condiderat. ¶ Statuiſ inde Regiſ deiectiſ. trũcatiſq; ſigno receptui dato: cõſcenderũt naueſ. & Pireum: unde profecti erant: redierunt. ꝙ ſi tantum militum Romanorũ fuiſſet: ut & Chalciſ teneri: & non deſeri preſidium Athenarum potuiſſet: magna reſ: principio ſtatim belli: Chalciſ & Euripuſ adempta Regi forent. Nam ut terra Ther-mopylarũ anguſtie Gretiam: ita mari: fretũ Euripi claudit. Demetriade tũ Philippuſ erat: quo cum eſſet nuntiata cladeſ ſotie urbiſ: quanq̃ ſerum auxilium perditiſ erat: tamen: que proxima auxilio eſt: ultionem petenſ: cũ expeditiſ quinq; milibuſ peditũ: &. ccc. equitibuſ: ex templo profectuſ: curſu prope Chalcidem contendit: haud quicq̃ dubiuſ opprimi Romanoſ poſſe. A qua deſtitutuſ ſpe: nec quicq̃ aliud: q̃ ad deforme ſpectaculum ſemirute: ac fumantiſ ſotie urbiſ: cum ueniſſet: paucis uix qui ſepelirẽt: bello abſumptoſ: relictiſ: eque raptim: q̃ uenerat: tranſgreſſuſ pontem Euripum: per Boetiam Athenaſ ducit: pari incepto: haud diſparem euentũ: ratuſ reſponſurũ. Et reſ-põdiſſet: niſi ſpeculator: Hemerodromaſ uocãt Greci. Ingenti die uno curſu emetieſ ſpatiũ: contemplatuſ regiũ agmen: e ſpecula quadã: pregreſſuſ nocte media Athenaſ perueniſſet. Idem ibi ſomnuſ. eademq; negligentia erat: que Chalcidẽ dieſ ãte paucoſ prodiderat. excitati nuntio trepido & Pretor Athenieſium: & Dioxippuſ Prefectuſ cohortiſ: mercede militantium auxiliorum: conuocatiſ in forũ militibuſ: tuba ſignũ ex arce dari iubent: ut hoſteſ adeſſe: omneſ ſcirent. Ita undiq; ad portaſ. ad muroſ: diſcurrunt. Paucaſ poſt horaſ Philippuſ: aliquanto tñ ante lucem appropinquanſ urbi: conſpectiſ luminibuſ crebriſ: & fremitu hominũ trepidantiũ: ut in tali tumultu

C. Claudiuſ Chalcidem occupat

Euripuſ locuſ muniti[ſſi]muſ

Philippuſ i ultionẽ chalcidiſ ꝯ Athen[ienſes] ꝑat

exaudito: sustinuit signa. & cōsidere: ac quiescere agmē iubet. ut apta propalā usurus: qn̄ parū dolus profuerat: ab Dypylo accessit. porta ea uelut ī ore urbis posita: maior aliquanto: patentiorq; q̄ cetere est. & intra eā: ex utraq; late sunt uie. ut et oppidani dirigere aciē a foro ad portā possent. Et extra limes: mille ferme passus: in Academie Gymnasiū ferens pediti equiti hostiū liberum spatiū preberet. Eo limite Atheniēses cum Attali p̄sidio: & coborte Dioxippi: acie intra portā instructa: signa extulerunt. Quod ubi Ppilippus uidit: habere se hostis in ptāte ratus: & diu optata cede. neq; enī ulli Grecarū ciuitatū infestior erat. expleturum: cohortatur milites: ut se intuentes pugnarent: scirentq; ibi signa ibi aciem esse debere: ubi Rex esset. Concitat in hostes equum. non ira tantum: sed etiam gloria elatus: q ingenti turba: completis etiam ad spectaculum muris: conspici se pugnantem. egregium ducebat. Aliquantum ante aciē cum equitibus paucis euectus in medios hostis ingentem tum suis ardorem: tū pauorē hostibus iniecit. Plurimos manu sua cominus: eminusq; uulneratos: cōpulsosq; ī portā cōsequutus: & ipse cū maiorem in angustiis trepidantiū edidisset cedem: in temerario incepto: tutum tamen receptum habuit: quia qui in turribus porte erant: sustine-bāt tela: ne in permixtos hostibus suos conicerent. Intra muros deinde tenentibus milites Atheniensibus: Philippus signo receptui dato: castra ad Cynosarges: templum Herculis: Gymnasiumq; & lucus erat circūiectus: posuit. Sed Cynosarges: & Lycaui & quicquid sancti: ameni ue circa urbem erat: incensum est. Dirutaq; nō tecta solum sed etiam sepulchra. nec diuini: humani ue iuris quicq̄ per impotenti ira: est seruatum Postero die cum primo clause fuissent porte: deiñ subito aperte: quia presidiū Attali ab Egina: Romaniq;. ab Pireo intrauerant urbem. castra ab urbe retulit Rex tria ferme milia passuum. Inde Eleusinam profectus: spe improuiso templi: castelliq; qd̄ & imminet: & circūdatum est templo capiendi: Cum haudquicq̄ neglectas custodias animaduertisset: & classem a Pireo subsidio uenire: omisso īcepto Megara ac ꝓtinus Corinthum ducit. & cum argis Acheorū conciliū esse audisset: inopinantibus Acheis contioni ipsi superuenit. ¶ Consultabant de bello aduersus Nabin Tyrannum Lace-demoniorū: qui translatuo imperio a Philopoemene ad Cycliadem nequaq̄ parem illi ducē dilapsa cernēs Acheoꝝ auxilia: redintegrabat bellū. agrosq; finitimorū uastabat & iam urbibus quoq; erat terribilis. Aduersus hunc hostem: cum quantum ex quaq; ciuitatum militum conscriberetur: consultarent: Philippus dempturū se eis curam: qd̄ ad Nabin: & Lacedemonios attineret: pollicitus: nec tm̄ agros sotiorum popula-tionibus prohibiturū: sed terrorem omnem belli: in ipsam Laconicam: ducto eo ex templo exercitu: translaturū. ¶ Hec oratio: cum ingenti hominum assensu acciperet̄: ita inquit tamen equum est: uestra meis armis tutari: ne mea interim nudent̄ presidiis. Itaq;: si uobis uidetur: tantum parate: militum: quantum ad horreum: & Chalcidem & Corinthum tuenda: satis sint: ut meis ab tergo tutis: securus bellum Nabidi inferam: & Lacedemoniis. Non fefellit Acheos: quo spectasset: tā benigna pollicitatio: aux-iliumq; oblatum aduersus Lacedemonios. ¶ Id queri: ut obsidem Acheorū iuuentutē educeret ex Pelopōneso: ad illigandū Romano bello gentē. Et id quidē coarguere: Cycliadas Pretor Acheorum: nihil attinere ratus: id modo cum dixisset: non licere: legibus Acheorum de aliis rebus conferre: q̄ ꝓpter quas conuocati essent: Decreto de exercitu pando aduersus Nabin facto: concilium fortiter: ac libere habitum: dimisit: Inter assentatores regios: ante eam diem habitus: Philippus magna spe depulsus: uo-luntariis paucis militibus conscriptis: Corinthū: atq; in Atticam terram redit. ¶ Per eos ipsos dies: quibus Philippus ī Achaia fuit: Philoceus Prefectus Regius ex Euboea

Attali et ro[manorum] p̄sidia athenas ingressi Regē ~~p̄ssab~~ philippū regredi cogunt.

profectus: cum duobus milibus Thracũ Macedonũq; ad depopulandos Atheniensiũ fines E regione Eleusinis saltum Citheronis transcendit. ¶ Inde dimidia parte militũ ad predãdum passim p agros dimissa: cũ parte ipse occultus loco ad insidias opportuno concedit: ut si ex castello ab Eleusine in predantis suos impetus fieret: repente hostes effusos ex improuiso adoriretur. ¶ Non fefellere insidie. Itaq; reuocatis qui discurrerãt ad predandum militibus. instructisq; ad oppugnandum castellũ Eleusinẽ profectus: cũ multis inde uulneribus recessit. Philippoq; se uenienti ex Achaia cõiunxit. Temp/tata & ab ipso Rege oppugnatio eius castelli ẽ. sed naues Romane Epiro uenĩetes: intromissumq; presidium: absistere incepto coegerunt. Diuiso exercitu Rex cũ parte Philocratem Athenas mittit: cum parte ipse Pireum pergit. ut cũ Philocrates subeũdo muros: cõminanda oppugnatione: contineret urbe Athenienses. ipsi Pireum leui cũ presidio relictum: expugnadi facultas esset. Ceterũ nihil ei Pirei: q Eleusinis facilior iisdem fere defendentibus: oppugnatio fuit. A. Pireo Athenas repente duxit. Inde eruptione subita. peditum equitũq; inter ãgustias semiruti muri. qbus brachiis duobus Pireum Athenis iungit repulsus: omissa oppugnatione urbis: diuiso cum Philocrate rursus exercitu: ad agros uastandos profectus: cum priorem Populationẽ sepulchris circa urbem diruendis: exercuisset: ne quid inuiolatum relinqueret: templa deum: que Pagatim sacrata habebant: dirui atq; incendi iussit. & ornata eo genere operũ eximie terra Attica: & copia domestici marmoris: & ingeniis artificum: prebuit huic furori materiam. Neq; enim diruere modo ipsa templa: ac simulacra euertere: satis habuit: sed lapides quoq; ne integri cumularent ruinas: frangi iussit. ¶ Et postq̃ non tam ira satiata: q̃ ire exercẽde materia hec deerat: agro hostiũ in Boetiam excessit. Nec aliud quicq̃ dignum memoria: in Gretia egit.

Liber secundus

COnsul Sulpitius eo tempore: inter Appolloniam ac Dyrrachium habebat castra ad Tarsum flumen. quo accersitũ. T. Apustium Legatum cum parte copiarum: ad depopulandum hostium finis mittit. ¶ Apustius extrema Macedonie populatus: Corrhago. et Gerrunio & Orresso castellis: primo impetu captis: ad Antepatriã in faucibus angustis sitam urbẽ uenit. ac primo euocatos principes ad colloquium: ut fidei Romanorum se cõmitterent: perlicere est conatus. deinde ubi magnitudine: ac menibus: situq; urbis freti: dicta aspernabantur. ui atq; armis adortus expugnauit. puberibusq; interfectis: pda omni militibus cõcessa diruit muros: atq; urbem incendit. ¶ Hic metus Codrionem satis ualidum: & munitum oppidũ: sine certamine ut daretur Romanis effecit. Presidio ibi relicto: Nudus nomẽ propter alteram in Asia urbem: q̃ oppidum nottus: ui capitur. ¶ Reuertentem legatũ ad Consulẽ cum satis magna preda Athenagoras quidam Regius Prefectus: in trãsitu fluminis: a nouissimo agmine adortus: postremos turbauit. ad quorum clamorem: & trepidationẽ: cũ reuectus equo prope legatus signa conuertisset. coniectisq; in mediũ sarcinis aciem direxisset. non tulere impetum Romanorum militum Regii. ¶ Multi ex iis occisi. plures capti. Legatus incolumi exercitu reducto ad Consulem: remittitur inde ex templo ad classem. ¶ Hoc satis felici expeditione bello cõmisso. Reguli ac Principes accole Macedonũ: in castra Romana ueniunt. Pleuratus Serdileni filius: & Aminander Athamanũ Rex. & ex Dardanis Bato Longari filius. bellum suo noĩe Longarus cũ Demetrio Philippi patre gesserat. pollicẽtibus auxilia: respõdit Cõsul Dardanorum & Pleurati opera cum exercitum in Macedoniam induceret: se usurũ

Eleusine frustra tentato & oppugnatione
philippus frustra et pireum tentat. &
deinde usque athenas

philippus cũ athenas nihil diuini humaniq;
inuiolatum relinquit.

T. Apustius Legatus feliciter pugnans
multa oppida capit pmo ui pmo deditione

Multi Reguli macedonici & principes ad
consulẽ operam suã ei pollicentes.

DEMETRIO PHILIPPI PR FUIT.

Aminandro Etolos concitandos ad bellum attribuit. ¶ Attali legatis (Nam ii quoq; p id tēpus uenerant) mādat: ut Egine Rex ubi hybernabat: classem Romanā opiret. qua adiūcta: bello maritimo: sicut ante Philippum urgeret. Ad Rhodios quoq; missi legati ut capesserent partem belli. ¶ Nec Philippus segnius (iam enim in Macedoniā peruenerat) apparabat bellum. filium Persea puerum admodum: datis ex amicorum numero: qui etatem eius regerent: cum parte copiarum: ad obsidendas angustias: que ad Pelagoniā sunt: mittit. Sciatū & Pepetrecū: haud ignobiles urbes: ne classi hostiū prede: aut premio: essent: diruit. ¶ Ad Etolos mittit legatos: ne gens inquieta: aduentu Romanorum. fidem mutaret. Concilium Etolorum statuta die: quod Panaetolium uocāt: futurum erat. Huic ut occurrerent: & Legati Regis iter accelerarunt. Et ab Consule missus. L. Ruffus Purpurio Legatus uenit. Primi Macedones: cum quibus recentissimum fedus erat: auditi sunt. ¶ Qui noua nulla re. nihil se noui habere quod afferrent: dixerunt. Quibus. n. decausis experta inutili societate Romana: pacē cum Philippo fecissent: compositam semel seruare eos debere. An imitari: Inquit unus ex legatis Romanoꝝ: Licentiam: an leuitatem dicam: mauultis? qui cum Legatis uestris Rome responderi ita iussissent: Quid ad nos uenitis Etoli: sine quoꝝ autoritate pacē cum Philippo fecistis? Idem nunc ut bellū secum aduersus Philippū geratis: postulāt. & antea propter uos: & pro uobis arma sumpta: aduersus eum: simulabant: nunc uos in pace essē cum Philippo prohibēt. Messane ut auxilio essent: primo: in Siciliam cō/scenderunt. Iterū: ut Syracusas oppressas ab Karthaginensibus in libertatē eximerēt. & Messanam & Syracusas & totam Siciliam ipsi habent. uectigalemq; Prouintiam securibus & fascibus subiecerunt. Scilicet: sicut uos Naupaucti legibus uestris: per magistratus a uobis creatos: concilium habetis: sotium hostemq; libere quem uelitis: lecturi: pacem ac bellū arbitrio habituri uestro: Sic Siculorū ciuitatibus Syracusas aut Messanam aut Lybibeum indicitur cōcilium Populi Ro. Romanus cōuentus agit. eo imperio euocati: conueniunt. excelso in suggestu superba iura reddentem: stipatum lictoribus uident. uirge: tergo: secures: ceruicibus imminent. Et quot annis: alium atq; aliū dn̄m sortiuntur. Nec id mirari debent: aut possunt: cū Italie urbes. Regium Tarentum Capuā ue finitimas: quarum ruinis creuit urbs Romana eiusdē subiectas uideant imperio. Capua quidem: sepulchrum & monumentū Campani Po. data extorri: & eiecto ipso populo superest: urbs trunca: sine Senatu: sine Plebe. sine magistratibus: ꝓdigium: relicta crudelius habitanda: q̄ si deiecta foret. Furor est: si ali/enigene homines plus lingua: & moribus: & legibus: q̄ maris terrarumq; spatio discreti: hec tenuerint: sperare: quicq̄ eodem statu mansurū. Philippi Regnum officere aliquid uideri libertati uestre: qui cū merito uestro uobis infestus esset: & nihil a uobis ultra q̄ pacē petiit. fideq; hodie pacis pacte desyderat. assuefacite iis terris legiones externas. & iugum accipite. sero: ac ne quicq̄ cum dominū Romanū habebitis: sotiū Philippum queretis. Etolos Acarnanes Macedones. eiusdem lingue homines: leues ad tempus orte cause disiungant. cōiunguntq; cum alienigenis. cum barbaris. eternū omnibus Grecis bellū est. eritq;. Natura enim que perpetua est: non mutabilibus in diem causis: hostes sunt. Sed ubi cepit oratio mea: ibi desinet. Hoc eodem loco: iidem homines: de eiusdē Philippi pace triennio ante decreuistis. iisdem improbantibus eam pacem Romanis: qui nunc pactam & compositā turbare uolunt. In qua consultatione: nihil fortuna mutauit: cur uos mutetis: non uideo. ¶ Secundū Macedonas: ipsis Romanis ita com/cedentibus: iubentibusq;: Athenienses: qui feda passi: iustius in crudelitatem seuitiamq; Regis inuehi poterant: introducti sunt. ¶ Deplorauerunt uastationē populationēq;

Consulis apparatus et mandata ad bellum

Philippi et apparatus

Legati philippi etolos in concilio alloquuntur contra Ro.

Athenienses legati loquuntur contra philippum

miserabilem agrorũ. Neq; id se queri ꝙ hostilia ab hoste passi forent: esse enim quedã belli iura. que ut facere: ita pati: sit fas: saxa exuri. dirui tecta. p̃das hominũ pecorũq; agi. misera magis: q̃ indigna patienti esse. Verum eniuero id se queri: ꝙ qui Romanos alienigenas: & barbaros uocet: adeo omnia simul diuina: humanaq; iura polluerit: ut priore populatione cum infernis diis: secunda cum superis bellum nefarium gesserit. Omnia sepulchra: monumentaq; diruta esse in finibus suis. omnium nudatos manes. nullius ossa terra tegi. delubra: ibi diruta: que quondã pagatim habitãtes: in paruis illis castellis uicisq; consecrata: Ne in unam urbem quidem contributi maiores sui deserta reliquerint. circa ea omnia templa Philippum circũtulisse ignes. Semiusta & truncata simulacra deum: inter prostratos iacere postes templorum. qualem terram Atticam fecerit: exornatam quondam: opulentamq;: talem eum: si liceat: Etoliam Greciãq; omnem facturum. Vrbis quoq; sue similem deformitatẽ futuram fuisse: nisi Romani subuenissent. Eodem enim scelare urbem: colentem hos deos: presidemq; Arcis Mineruam petitam. eodem Eleusine Cereris templum. Eodem Pirei Iouem Mineruamq;. Sed ab eorum non templis modo: sed etiam menibus: ui atq; armis re/pulsũ: in ea delubra: que sola religiõe tuta fuerint: sedisse. Itaq; se orare atq; obsecrare Etolos. ut miserti Atheniensium: ducibus diis immortalibus: deinde Romanis: q̃ sc̃d̃m deos plurimum possint: bellũ accipiant. ¶Tum Romanus legatus: totam oratiõis mee formam Macedones primũ: deinde Athenienses mutarunt. Nam & Macedones: cũ ad cõquerendas Philippi iniurias: in tot socias nobis urbes uenissent: ultro accusãdo Romanos: defensionem: ut accusatione potiorem haberem: effecerunt: & Atheniẽses in deos superos: inferosq;: nefanda atq; inhumana scelera eius referendo: quid mihi: aut cuiq̃ reliquerunt: quod obiicere ultra possimus. Eadẽ Echios. Abydenos. Eneos. Maronitas. Thasios. Parios. Samios. Larissenses. Messenios. Hinc ex Achaia existi/mate queri: grauiora etiã acerbioraq; eos: q̃bus nocendi maiorẽ facultatẽ habuit. Nã q̃d ad ea attinet: que nobis obiecit: nisi gloria digna sunt: fateor ea defendi nõ posse. Regiũ. & Capuam & Syracusas nobis obiecit. ¶Regium Pyrrhi bello: legio a nobis: Reginis: ipsis ut mitteretur orantibus: in presidium missa: urbem: ad quã defẽdendam missa erat: per scelus possedit. ¶Comprobauimus igitur id facinus: an bello persequuti: sceleratam legionem in potestatem nostram redactã: tergo & ceruicibus penas sotiis pendere: cum coegissemus: urbem agros: suaq; omnia: cum libertate legibusq; Reginis reddidimus. ¶Syracusanis opp̃ssis ab externis Tyrannis: quo indignius esset: cũ tulisse/mus opem: & fatigati ꝓpe per triennium terra mariq; urbe munitissima oppugnanda: essemus: Cum ipsi Syracusani seruire Tyrannis q̃ capi a nobis mallent: captam iisdem armis & liberatam urbẽ reddidimus. neq; inficiati simus: Siciliam prouinciam nostrã eẽ. & ciuitates: quæq; ĩ parte Karthaginensiũ fuerunt: & uno animo cũ illis aduersus nos bellum gesserunt: stipendiarias nobis: ac uectigales esse. Quin contra: hoc: & uos: & omnes gentes: scire uolumus. ꝓ merito cuiq; erga nos fortunã esse. An Campanorum pene: de qua neq; ipsi quidẽ queri possunt: nos peniteat? Hi homines cũ pro iis bellũ aduersus Samnites: per annos ꝓpe septuaginta cũ magnis nostris cladibus: gessissemus: ipsos federe primũ: deinde cõnubio: atq; inde cognatiõibus: postremo ciuitate: nobis coniunxissemus: tempore nostro aduerso: primi omnium Italie populorum presidio nostro fede interfecto: ad Annibalẽ defecerũt. Deinde indignati se obsideri a nobis: Annibalem ad oppugnandam Romam miserunt. Horũ si neq; urbs ipsa: neq; homo quisq̃ superesset: quis id durius: q̃m pro merito ipsorum statutum indignari posset? Plures: sibimetipsi conscientia scelerum: mortem consciuerunt: q̃m a nobis supplitio

affecti sunt. Ceteris ita oppidum: ita agros ademimus: ut agrū: locūq; ad habitandū
daremus. urbem innoxiā stare incolumē pateremur ut qui hodie uideat eam: nullū
oppugnate: capte ue ibi uestigium inueniat. Sed quid ego Capuam dico: cum Kar/
thagini uicte pacem ac libertatē dederimus? magis illud est periculū: ne nimis facile
uictis ignoscēdo: plures ob idipsū ad expiundā aduersus nos fortunā belli incitemus.
Hec pro nobis dicta sunt. ¶ Hec aduersus Philippum. Cuius domestica parricidia: &
cognatorum: amicorumq; cedes: & libidinem prope inhumaniorem: q̄ crudelitatem:
uos: quo propriores Macedonie estis: melius nostis. Quod ad uos attinet Etoli. Nos
pro uobis bellum suscepimus aduersus Philippū: uos sine nobis cum eo pacem fecistis.
& forsitan dicatis: bello punico occupatis nobis: coactos metu: uos leges pacis ab eo:
qui tum plus poterat: accepisse. & nos: cū alia maiora urgerēt: depositum a uobis bellū
est: & ipsi omisimus. Nunc & nos deū benignitate punico perfecto bello: totis uiribus
nostris in Macedoniam incubuimus. & uobis restituendi uos: in amicitiam sotietatēq;
nostram: fortuna oblata est. nisi perire cum Philippo: q̄ uincere cum Romanis ma/
uultis. ¶ Hec dicta ab Romano cum essent. inclinatis omnium animis ad Romanos
Democritus Pretor Etolorū: pecunia (ut fama est) ab Rege accepta: nihil aut huic:
aut illi parti assensus. ¶ Rem magni discriminis consiliis: nullam esse tam inimicam: q̄
celeritatem: dixit. Celerem enim penitentiam: sed tandem seram atq; inutilem sequi.
cum precipitata raptim consilia: neq; reuocari: neq; in integrum restitui possint. delibe/
rationis autem eius: cuius ipse maturitatem expectandam putaret: tempus ita iam nūc
statui posse: cum legibus cautum esset: ne de pace: bello ue nisi in Panetolico & Pyr/
rhiaco concilio ageretur. decernerent ex templo: ut Pretor sine fraude cum de bello
& pace agere uelit: aduocet concilium. Et quod tum referatur: decernaturq;: ut per/
inde ius: ratumq;: ac si in Panetolico aut Pyrrhiaco concilio actū esset. ¶ Dimissis ita
suspensa re legatis: egregie consultum genti aiebat: nam utrius partis melior fortuna
esset belli: ad eius sotietatem inclinaturos. ¶ Hec in concilio Etolorum acta. ¶ Phi/
lippus impigre terra mariq; parabat bellum. Naualis copias Demetriadē in Thessaliā
contrahebat. Athalum Romanamq; classem principio ueris ab Egina ratus moturos
nauibus: maritimeq; ore: prefecit Heraclidam. quē & ante prefecerat. Ipse Terrestris
copias comparabat. magna se duo auxilia detraxisse Romanis credens: ex una parte
Etolos. ex altera Dardanos: faucibus ad Pelagoniam a filio Perseo interclusis. ¶ Ab
consule non parabatur. sed gerebatur iam bellum. Per Darsetiorum fines exercitum
ducebat. frumētum quod ex hybernis extulerat: integrum uehens: quod in usum
militi satis esset: prebentibus agris. Oppida uiciq;: partim uolūtate: partim metu se tra/
debant. quedam ui expugnata: quedam deserta: in montes propinquos refugientibus
Barbaris: inueniebantur. Ad Lyncum statiua posuit: prope flumen Bætum. Inde fru/
mentatum circa horrea Darsetiorum mittebat. ¶ Philippus cōsternata quidem omnia
circa: pauorēq; ingentem hominū cernebat. sed parum gnarus: quam partem petisset.
Consul: alam equitum ad explorandum: quo nam hostes iter intēdissent: misit. ¶ Idē
error apud Consulem erat. mouisse ex hybernis Regem sciebat. quā regionē petisset:
ignorans. Is quoq; speculatū miserat equites. ¶ He due ale ex diuerso cum diu incertis
itineribus uagate: per Darsetios: essent tandem in unum iter cōuenerunt. ¶ Neutros
fefellit: ut fremitus procul hominū: equorumq; exauditus est: hostes appropinquare.
Itaq; prius q̄m in conspectum uenirent: equos armaq; expedierant. Nec mora. ubi
primum hostem uidere. concurrendi facta est. ¶ Forte & numero & uirtute: ut pote
lecti utrinq;: haud impares: equis uiribus per aliquot horas. pugnauerunt. Fatigatio

philippus bellū parat

consul bellū gerit

Betus flu.

ipsorum: equorumq;: incerta uictoria: diremit prelium. Macedonum. xl. equites: Ro/
manorum quinq; &. xxx. ceciderunt. Neq; eo magis explorati quicq̄: in qua regione
hostiū castra essent: aut illi ad Regem: aut isti ad Consulē: retulerunt. Per trāsfugas
cognitum est: quos leuitas ingeniorum: ad cognoscendas hostium res: in omnibus
bellis prebet: ❡Philippus aliquid: & ad caritatem suo℞: & ut prōptius ꝓ eo periculū
adirent: ratus profecturum se: si equitum qui ceciderant in expeditione: sepeliendorū
curam habuisset: afferri eos in castra iussit: ut cōspiceretur ab omnibus honos. ❡Nihil
tā incertū: nec tā in estimabile est: q̄ animi multitudinis. qđ promptiores ad subeundā
dimicationem: uidebatur facturum: id metum: pigritiamq; incussit. ❡Nam qui hastis
sagittisq; & rara lanceis uulnera facta uidissent: cum græcis Illyriisq; pugnare assueti.
postq̄ gladio hispaniensi detrūcata corpora: brachiis abscisis: aut tota ceruice desecta
diuisa a corpore capita patentiaq; uiscera: & feditatem aliam uulnerum uiderūt: ad/
uersus que tela: quosq; uiros pugnandum esset: pauidi uulgo cernebant. ❡Ipsū quoq;
Regem terror cepit: nō dum iusto prelio cum Romanis congressum. Itaq; reuocato
filio: presidioq; quod in faucibus Pelagonie erat: ut iis copiis suas augeret: Pleurato
Dardanisq; iter in Macedoniā patefecit. Ipse cū. xx. milibus peditū: quattuor milibus
equitū: ducibus transfugis: ad hostē ꝓfectus: Paulo plus. cc. passus a castris Romanis
tumulum ꝓpinquū Achaeo fossa: ac uallo cōmuniuit: ac subiecta cernens Romana
castra admiratus esse dicit̄: & uniuersā spetiē castrorū: & descripta suis queq; partibus:
tum tendentium ordine: tum itinerū interuallis. & negasse Barbarorum ea castra ulli
uideri posse. Biduo Consul: & Rex alter alterius conatus expectātes. cōtinuere suos
intra uallum. Tertio die Romanus omnis copias in aciem eduxit. Rex tam celerem
aleā uniuersi certaminis timens quadringētos Trallis (Illyriorū id: sicut alio diximus
loco. est gens.) Et Cretenses. ccc. addito iis peditibus primum numero equitum: cum
duce Athenagora: uno ex purpuratis: ad lacessendos hostium equites: misit. ab Ro/
manis autem. aberat acies eorum paulo plus quingentos passus. ❡Velites & equitū due
ferme ale emisse: ut numero quoq; eques: pedesq; hostem equarent. ❡Credidere Regii
genus pugne: cui assueuerant: fore: ut equites inuicem insequentes: refugientesq;: nūc
telis uterentur: nunc terga darent. Illyriorum uelocitas ad excursiones & impetus
subitos usui esset. Cretenses in inuehentē se effuse hostem sagittas cōiicerent. Turbauit
hunc ordinem pugnandi: non acrior: q̄ pertinacior impetus Romanorum. Nā haud
secus: q̄ si tota acie dimicarent & uelites emissis hastis: cominus gladiis rem gerebant:
& equites ut semel in hostem euecti sunt: stantibus equis: partim ex ipsis equis: partim
desilientes: īmiscentesq; se peditibus: pugnabant. Ita nec eques Regis equiti par erat:
insuetus ad stabilem pugnā: nec pedes concursator & uagus: & ꝓpe seminudus genere
armorum: ueluti Romano parmam gladiumq; habenti: pariterq; & ad se tuendum:
& ad hostem petēdum: armato. Nō tulere itaq; dimicationē: nec alia re: q̄ uelocitate
tutantes se: in castra refugerūt. ❡Vno deinde intermisso die: cū omnibus copiis equitū
leuisq; amature Rex pugnaturus esset: nocte cetratos: quos peltas uocant: loco op/
portuno inter bina castra: in insidiis abdiderat. Preceperatq; Athenagore & eqtibus
ut si aperto prelio procederet res: uterentur fortuna: si minus: cedendo sensim: ad in/
sidiarum locum hostem pertraherēt. Et equitatus quidē cessit. duces cetrate cohortis:
non satis expectato signo: ante tempus excitatis suis: occasionem bene gerende rei
amisere. Romanus & aperto prelio uictor: & tutus a fraude insidiarum: ad castra sese
recepit. Postero die omnibus copiis consul in aciē descendit. ante prima signa locatis
elephantis: quo auxilio tū primū Romani qa captos aliquot bello Punico habebāt

PRIMUS. ELEPHĀTIŪ. VSVS.
APVD. RO.

usi sunt: Vbi latentem intra uallum exprobrans metum: successit: Post ne tū quidem
potestas pugnandi dabatur: quia ex tam propinquis statiuis: parum tuta frumētatio
erat dispersos milites per agros equitibus ex templo inuasuris: octo ferme inde milia
interuallo tutiorem frumentationē habiturus: castra ad Atabolum (id ē loco nomē)
mouit. Cum in propinquo frumentarētur agro Romani: primo Rex intra uallū
suos tenuit: ut cresceret simul & negligentia: cum audacia hosti. Vbi effusos uidit. cū
omni equitatu & Cretensium auxiliaribus quātum equitem uelocissimi pedites cursū
equare poterant: citato profectus agmine: inter castra Romana: & frumentatores:
cōstituit signa. Inde copiis diuisis: partim ad cōsectandos uagos frumentatores emisit
dato signo: ne quem uiuum relinquerent. cum parte ipse substitit. Itineraq; quibus ad
castra recursuri uidebantur hostes: obsedit. Iam passim cedes & fuga erat. Nec dum
quis q̃ in castra Romana nūtius cladis peruenerat: qa refugientes in Regiā stationē
incidebant. & plures ab obsidentibus uias: q̃ ab emissis ad cedem: interficiebant. Tandē
inter medias stationes elapsi quidam trepidi: tumultum magis: q̃ certum nuntium in/
tulerunt castris. Consul equitibus missis: qua quisq; posset opem ferre laborantibus:
Ipse legiones e castris educit. & agmine quadrato ad hostem ducit. Dispersi equites ꝑ
agros: quidā aberrarūt decepti clamoribus: alii ex alio existētibus loco: pars obuios
habuerunt hostis. pluribus locis simul pugna oritur. Regia statio atrocissimū preliū
edebat. Nam & ipsa multitudine equitum peditumq; prope hastata acies erat: & Ro/
manoꝝ: quia medium obsederat iter: plurimi in eam inferebantur. eo quoq; supiores
Macedones erant: ꝙ & Rex ipse hortator aderat: & Cretensium auxiliares multos ex
improuiso uulnerabāt: Cōferti preparatiq; in dispersos: & effusos pugnātes: ꝙ si modū
in insequendo habuissent: non in presentis modo certaminis gloriam: sed in summam
etiam belli profectum foret. nūc auiditate cedis intēperantius sequuti: in pregressas
cum Tribunis militum cohortes Romanas incidere. & fugiens eques: ut primo signa
suorum uidit: conuertit in effusos hostes equos. Versaq; momento temporis fortuna
pugne est: terga dantibus: qui modo sequuti erant. multi cominus congressi: multi
fugientes interfecti: nec ferro tantum perire: sed in paludes quidā coniecti profundo
limo cū ipsis equis hausti sunt. Rex quoq; in periculo fuit. Nam ruēte saucio equo
preceps in terram datus: haud multum abfuit: quin iacens opprimeretur. Saluti fuit
eques: qui raptim ipse dissiluit. pauidumq; Regem in equum subiecit. Ipse cum pedes:
equare cursu fugientes non posset equites ab hostibus ad casum regis concitatis. cō/
fossus periit. Rex circūuectus per paludes ꝑ uias: inuiasq; trepida fuga: i castra tandē:
iam desperantibus plerisq; incolumē euasurum: peruenit. Ducēti Macedonū equites
eo prelio perire. centū ferme capti. lxxx. admodū ornati equis: spoliisq; simul armoꝝ
relictis: abducti. Fuerunt qui hoc die Regem temeritatis: Consulē segnicie acusarēt.
Nam & Philippo quiescendum fuisse: cum paucis diebus hostes ex hausto circa omni
agro: ad ultimū inopie uenturos sciret. & Consulem cum equitatum hostium. leuēq;
armaturam fudisset: ac prope regem ipsum cepisset: protinus ad castra hostiū ducere
debuisse. Id dictu: q̃ re: ut pleraq; facilius. Nam si omnibus peditū quoq; copiis con/
gressus Rex fuisset: forsitan inter tumultū cum omnes uicti: metuq; perculsi: ex ꝑlio
intra uallum protinus inde superuadentē in munimenta uictorē: hostemq; fugerēt:
ex ui castris potuerit Rex: Cum uero integre copie peditum in castris mansissent:
stationes ante portas: presidiaq; disposita essent: quid nisi: ut temeritatem Regis effuse
pauloante sequuti perculsos equites imitarēt: profecisset? Neq; enim ne Regis quidē
primum cōsilium: quo impetum in frumentarios Romanos palatos per agros fecit:

Λ Mox certamen ex leui initio ortū. ī q̊ rex pene captus est.

reprehendendũ foret si modũ prospere pugne imposuisset. Eo quoq; minus est mirũ temptasse eum fortunam: q fama erat Pleuratum Dardanosq; ingẽtibus copiis pro/fectos domo: iam in Macedoniã transcendisse. quibus cum undiq; circũuentus copiis foret: sedẽtem Romanum debellaturum credi potuerit. Itaq; secundũ duas aduersas equestris pugnas: multo minus tutam moram in his statiuis fore Philippus ratus: cum abire inde: & fallere abiens hostem uellet: caduceatore sub occasum solis misso ad Cõ/sulem: qui inducias ad sepeliendos equites peteret: frustratus hostem secunda uigilia multis ignibus per tota castra relictis: silenti agmine abiit. Corpus iam curabat Cõsul: Cum uenisse caduceatorem: & quid uenisset: nuntiatum est. Responso tamen dato: mane postero die fore copiã conueniendi id: quod quesitã erat: nox. dieiq; insequẽtis pars ad recipiendum iter Philippo data est. montes quoq; quã uiam non ingressurũ graui agmine Romanũ sciebat: petit. ¶ Consul prima luce caduceatore: datis induciis: dimisso. haud ita multo post abisse hostem cum sensisset: ignarus qua sequeretur: iisdem statiuis frumentando dies aliquot consumpsit. ¶ Stuberram deinde petit: atq; ex Pe/lagonia frumentum: quod in agris erat: conuexit. Inde ad Pluinnã est progressus. nõ dum comperto quam regionem hostes petissent. Philippus tum primo ad Bruãnam statiua habuisset: Profectus inde: transuersis limitibus terrorem prebuit subitũ hosti. Mouere itaq; ex Pluinna Romani. & ad Osphagũ flumen posuerunt castra. Rex haud procul inde & ipse uallo super ripam amnis ducto. Erigonium incole uocant. tendit. Inde satis comperto Erduaeam petituros Romanos: ad Occupandas ãgustias. ne superare hostes arctis faucibus inclusum aditũ possent: precessit. Ibi alia uallo. alia fossa. alia lapidum congerie: ut pro muro essent: alia arboribus obiectis: ita ut locus postulabat: aut materia suppeditabat: opere pmunit. Atq; ut ipse rebatur: uiã suapte natura difficilem. obiectis per omnes transitus operibus: ĩexpugnabilem fecit. Erant pleraq; siluestria circa: incõmoda Phalangi maxime Macedonũ: que nisi ubi p̃ lõgis hastis: uelut uallum ante clipeos obiecit ¶ Quod ut fiat libero cãpo opus est. Nullius admodum usus est. Thracas quoq; rũphie: ingentis & ipse longitudinis inter obiectos undiq; ramos. impediebant. Cretensium una cohors non inutilis erat: sed ea quoq; ipsa: ut siquis impetũ faceret: in patẽtem uulneri equũ: equitemq; sagittas cõiicere poterat: Ita aduersus scuta Romana: nec ad traiiciendum satis magnam uim habebat. Nec apti quicq̃ erat: qđ peteret. Itaq; id ut uanũ teli genus senserũt esse: saxis passim tota ualle iacentibus incessebãt hostẽ. ea maiore cũ sonitu q̃ uulnere ullo pulsatio scutorũ parũper succedentis Romanos tenuit. Deinde iis quoq; spretis: partim testudine facta per aduersos uadunt hostis. partim breui circuitu cum in iugum collis euasissent: tre/pidos ex presidiis: stationibusq; Macedonas deturbãt. Et ut in locis impeditis: difficili fuga: plerosq; etiam obtruncant. ita angustie minore certamine: q̃ quod animis pro/posuerant: superate. & in Erdueã peruentum. ubi peruastatis passim agris: in Elimiã se recepit. Inde impetũ in Orestidẽ fecit. & oppidũ Celetrũ est aggressus in Peninsula situm. lacus menia cingit angustis faucibus: Vnde ex continenti iter est. primo situ ipso freti: clausis portis imperium abnuere. Deinde postq̃m signa ferri: ac testudine procedi ad portam: obsessasq; fauces agmine hostium uiderunt: prius q̃ experirentur. certamen: metu in deditionem uenerunt. Ab Celetro in Dassaretios processit. urbemq; Pelium ui cepit. Seruitia inde cum cetera turba abduxit. & libera capita sine precio dimisit. oppidumq; iis reddidit: presidio ualido imposito. Nam & sita opportune urbs erat ad impetus in Macedoniam faciendos. ¶ Ita pagratis hostium agris Consul in loca iam pacata: ad Appolloniam: unde ortum bellũ erat: copias reduxit. Philippũ

auerterāt Etoli: & Acarnanes: & Dardani: & tot bella repēte alia ex aliis locis exorta. Aduersus Dardanos iam recipientes ex Macedonia sese Athenagoram cum expeditis peditibus: ac maiore parte equitatus: misit. iussū instare ab tergo abeuntibus. & carpendo postremum agmē: segniores eos admouendos domo exercitus efficere. Etolos Democritus Pretor qui more ad decernēdum bellum ad Naupactū autor fuerat: idem ꝓximo concilio ad arma concitauerat: post famam equestris ad Eccalobū pugne: Dardanorūq; & Pleurati cū Illyriis transitū in Macedoniā. Ad hec classis Romane aduētu in Oreū: & super circū ifusas tot Macedonie gētes. maritimā quoq; instantē obsidionem. He cause Democritum. Etolosq; restituerāt Romanis. & Aminandro rege Athamanū adiūcto profecti Cercinīū obsidere. Clauserant portas. incertum ui: an uolūtate. quia regium habebant presidium. Ceterum intra paucos dies captum est. Cercinīū. atq; incensum. Qui superfuerunt e magna clade liberi seruiq; inter ceteram predam abducti. ¶ Is timor omnis qui circūcolunt Boeben paludem: relictis urbibus: montis coegit petere ¶ Etoli inopia p̄de inde auersi in Perrhebiā ire ꝑgunt. Cirecias in uia capiunt. fedeq; diripiunt. qui Maloeā incolunt. uoluntate in deditionem societatemq; accepti. ex Perrhebia Gomphos petendi Aminander autor erat. & imminet Athamania huic urbi uidebat̄q; expugnari sine magno certamine posse. Etoli cāpos Thessalie opimos ad predam petiere: sequente: quanq̄ non probante Aminandro: nec effusas populationes Etolorum: nec castra: quo sors tulisset loco: sine ullo discrimine ac cura muniendi: posita. Itaq; ne temeritas eorum negligētiaq; sibi ac suis etiā cladis alicuius causa esset: cū cāpestribus locis subiicientes eos Castra Phecado urbi uideret ipse paulo plus quingentoꝝ passuū inde: tumulū suis quāuis leui munimento tutum cepit ¶ Cum Etoli nisi q̄ populabant̄: uix meminisse uiderent̄: se in hostiū agro esse: alii palati semiermes uagarent̄ alii in castris: sine stationibus per somnū uinumq; dies noctibus eq̄rent: Philippus inopinātibus aduenit. Quē cū adesse: refugientes ex agris quidā pauidi nuntiassent: trepidare Democritus: ceteriq; duces: & erat forte meridianū tēpus: quo pleriq; graues cibo sopiti: iacebāt. excitare igit̄ alii alios. iubere arma capere aliis dimittere ad reuocādos qui palati per agros predabant̄. Tantaq; trepidatio fuit: ut sine gladiis quidā equitū exirent. loricas pleriq; nō induerent: Ita raptim educti: cū sexcentorū egre simul eq̄tes peditesq; numerū explessent: incidūt in regiū eq̄tatū. numero: aīmis: armisq; p̄stantē. Itaq; p̄mo īpetu fusi: uix tēptato certaīne turpe fuga repetunt castra. cesi captiq; quidam: quos equites ab agmine fugientium interclusere. Philippus suis iam uallo appropinquātibus receptui cani iussit. fatigatos enim equos uirosq;: nō tam prelio: q̄ itineris simul longitudine: simul propera celeritate habebat. Itaq; turmatim equites: inuicemq; manipulos leuis armature: equatum ire: & prādere iubet. alios in statione armatos retinet. operiens agmen peditum tardius ductū: ꝓpter grauitatem armorum. quod ubi aduenit: & ipsis imperatum: ut statutis signis: armisq; ante se positis: rapti cibū caperent. binis ternis ue summū: ex manipulis aquandi causa missis. ¶ Interim eques cum leui armatura paratus: instructusq; stetit: siquid hostis moueret. Etoli. (Iam. n. & que per agros multitudo sparsa fuerat: receperant se in castra) ut defensuri munimēta: circa portas: uallūq; armatos disponūt. dum q̄etos hostes: ipsi feroces ex tuto spectabant. Postq̄ mota signa Macedonū sunt: & succedere ad uallū parati: atq; instructi cepere: omnes repente relictis stationibus: per aduersam partem castrorum ad tumulum: ad castra Athamanū perfugiunt. Multi in hac quoq; tam trepida fuga capti: cesiq; sunt Etolorum. Philippus: si satis diei superesset: non dubius quin Athamanes quoq; exui castris potuissent: die per preliū: deinde per direptionē

castrorum: absumpto: sub tumulo: in proxima planicie cõsedit: prima luce insequẽtis
diei: hostem aggressurus. Sed Etoli eodem pauore: quo sua castra reliquerãt: nocte
ꝓxima dispersi fugerunt. Maxime usui fuit Aminander: quo duce Athamanis itinerũ
peritis: summis montibus per calles ignotos: sequentibus eos hostibus: in Etoliam per/
duxerunt. haud ita multos in dispersa fuga error intulit in Macedonũ equites: quos
luce pͥma Philippus: ut desertũ tumulũ uidit: ad carpendũ hostiũ agmẽ misit. Per
eos dies & Athenagoras regius prefectus Dardanos recipiẽtes se in fines adeptus: pos/
tremum agmen primo turbauit. Deinde postq̃ Dardani cõuersis signis direxere aciẽ
equa pugna iusto prelio erat. ubi rursus procedere Dardani cepissent: equite & leui
armatura regii: nullum tale auxilii: genus habentes Dardanos oneratos immobilibus
armis uexabant. & loca ipsa adiuuabãt. Occisi perpauci sunt. plures uulnerati: captus
nemo. q̃a non excedunt temere ordinibus suis: sed confertim & pugnant. & cedunt.
Ita damna Romano accepta bello: duabus per opportunas expeditiones coercitis
gentibus: restuerat Philippus: incepto forti: non prospero solum euentu. Minuit
deinde ei forte oblata res hostium Etolorum numerum. Scopas princeps gentis: ab
Alexandria magno cum pondere auri: ab rege Ptolomeo missus: sex milia peditũ et
equites mercede conductos Egyptum auexit. Nec ex iuuentute Etolorum quenq̃
reliquisset: ni Democritus nũc belli: quod instaret: nunc future solitudinis admonens:
incertum cura gentis: an ut aduersaretur Scope: parum donis cultus: partem iuniorũ
castigando domi continuisset. Hec ea estate ab Romanis: Philippoq; gesta erant.
Classis ab Corcyra eiusdẽ principio estatis cũ. L. Apustio Legato ꝑfecta: Malea
superata: circa Scylleum: agri Hermionici Attalo regi coniuncta est. Tum uero
Athenensium ciuitas: cui odio in Philippum: per metus iam diu moderata erat: Id
omne: in auxilii presentis spem effudit. nec unq̃ ibi desunt lingue prompte ad plebem
concitandam. quod genus tum in omnibus liberis ciuitatibus: tum precipue Athenis
ubi oratio plurimũ pollet: fauore multitudinis: alitẽ. Rogationẽ ex templo tulerũt:
Plebesq; sciuit: ut Philippi statue: imagines omnes: nominaq; earum: Item maiorum
eius: uirilis ac muliebris sexus: omnium tollerentẽ. delerentq; dies festi: sacra: sacerdotes:
que ipsius: maiorũ ue eius: honoris causa: instituta essent: omnia prophanarẽt. Loca
quoq;: in quibus positum aliquid: inscriptum ue: honoris eius causa fuisset: detestabilia
essent. Neq; in iis quicq̃ postea poni: dedicariq; fas esset. Sacerdotes publicos quoti/
enscunq; pro populo Athenensi sotiisq; & exercitibus: & classibus eorum ꝑcarentur:
totiens detestari atq; execrari Philippum: liberos eius: regnumq;: terrestres: naualesq;
copias: Macedonum genus omne: nomenq;. Additum decreto: Siquid postea ad notã
ignominiamq; Philippi pertineret: ferretur: id omne populum Athenensem iussurũ.
Siquis contra ignominiã proue honore eius dixisset: fecisset ue: qui occidisset eum iure
cesurum. Postremo inclusum: ut omnia que aduersus Pisistratidas decreta quondam
erant: eadem in Philippo seruarentur. Athenenses quidẽ litteris: uerbisq; quibus solis
ualent: bellum aduersus Philippum gerebant. Attalus Romaniq; cum Pireũ primo
ab Hermione petissent: paucos ibi morati dies: oneratiq; eque ĩmodicis: ad honores
sotiorum: ac que in iram aduersus hostem fuerant: Atheniẽsium decretis: Nauigarũt
a Pireo Andrum. & cum in portum: quem Gaureleõ uocant: constitissent: missis qui
temptarent oppidanorum animos: si uoluntatate tradere urbẽ: : q̃ uim experiri: mallẽt:
Postq̃ presidio regio arcem teneri: nec se potestatis sue esse: respondebant: expositis
copiis: apparatuq; omni urbium oppugnãdarum: diuersis partibus Rex: & Legatus
Romanus ad urbem subeunt. Plus aliquanto Grecos Romana arma: signaq; nõ ãte

Etoli iterum fugiunt

Ro. classis Attalo coniungitur

Constitutum ab athen. ut omnes philippi generis sue statue et tituli athenis destruerentur.

prophanarent

ANDRU OBSIDETUR ET CAPITUR

uisa: animiq; tam prompte succedẽtium muros terruere. Itaq; fuga ex templo in arcẽ facta est. Vrbe hostes potiti. & in arce: cum biduum: loci se magis: q̃ armorũ fiducia tenuissent: tertio die pacti ipsi: presidiumq; ut cum singulis uestimentis Delium Boetie transueherentur: & ab Romanis Regi Attalo concessa preda: ornamentaq; urbis ipsi auexerant: Attalus ne desertam haberet insulam. & Macedonũ fere omnibus: & qui/ busdam Andriorũ· ut manerent: persuasit. Postea & ab Delio: qui ex pacto traiecti eo fuerant: ꝓmissis Regis: cũ desyderiũ quoq; patrie facilius ad credẽdum inclinaret animos: reuocati. ❡ Ab Andro Cydnũ traiecerunt. Ibi dies aliquot oppugnanda urbe nequicq̃ absumpti. Et quia uix opere precium erat. abscessere. ad Prassias: cõtinentis Tanticeris locus est: Isseorum. xx. Lembi classi Romanorum adiũcti sunt. ii missi ad populandos Caristiorum agros. Cetera classis: Gerestum nobilem Euboee portũ dum a Caristo Issei redierent: tenuit. Inde omnes uelis in altũ datis: maris medio ꝑter Scyrum insulã: Icum ꝑuenere. Ibi paucos dies seuiente Borea retenti. ubi tranqllitas data est: Sciatum traiecere: uastatã urbem: direptamq; nuper a Philippo. ❡ Per agros palati milites: frumentũ: & siqua alia usui esse ad uescendũ poterant: ad naues retulere prede: nec erat quicq̃: nec meruerant Greci: cur diriperent. ❡ Inde Casandreã petẽtes: primo ad Mendiũ: maritimũ ciuitatis eius uicum: tenuere. ❡ Inde cum superato pro/ montorio ad ipsa menia urbis circũagere classem uellent: seua coborta tempestate: prope obruti fluctibus: dispersi magna ex parte amissis armamẽtis: in terrã effugerũt. Omen quoq; ea maritima tempestas ad rem terra gerendã: fuit. Nam collectis in unũ nauibus: expositisq; copiis aggressi urbẽ: cum multis uulneribus repulsi: & erat ualidũ ibi regium presidium. Irrito incepto regressi Canastreum Pallenes traiecere. Inde superato Corone ꝓmontorio: nauigantes: Acanthũ petiere. Ibi primo ager uastatus. deinde ipsa urbs ui capta. atq; direpta. Nec ultra progressi: Iam enim & graues predas naues habebant: Retro unde uenerant: Sciatum: & ab Sciato Euboeam repetunt. Ibi relicta classe: decem nauibus expeditis: sinum Maliacũ intrauere ad colloquendũ cum Etolis de ratione gerendi belli. Sipyrrhicas Etolus: princeps legationis eius fuit: qui ad cõmunicanda consilia Heracleã cum rege: & cum Romnano Legato uenit. petitum ex federe ab Attalo est: ut mille milites: prestaret. tantũ enim numerũ: bellũ gerentibus aduersus Philippum: debebat. Id negatũ Etolis: ꝙ illi quoq; grauati ꝑus essent ad populandam Macedoniam exire: Quo tempore Philippo circa Pergamũ urẽte sacra prophanaq;: abstrahere eum inde: respectu rerum suarum potuissent. Ita Etoli cum spe magna: Romanis omnia pollicentibus: q̃ cũ auxilio: dimissi. ❡ Apustius cum Attalo ad Classem redit. Inde consultari de Oreo oppugnando coeptũ. Valida ea ciuitas & menibus: & quia ãte fuerat temptata: firmo erat presidio. ❡ Coniunxerat se iis: post expugnationẽ Andri cum prefecto Agesimbro. xx. Rhodie naues tecte omnes. Eam classem in stationem: ad Zelasium miserunt Ismie. id super Demetriadẽ promontoriũ est. ꝑopportune obiectũ: ut siquid inde mouerent: Macedonũ naues in presidio essent. Heraclides Prefectus Regius classem ibi tenebat: magis per occasi/ onem: si quã negligentia hostium dedisset: q̃ aperta ui: quicq̃ ausurus. Oreum diuersi Romani: & Rex Attalus obpugnabant. Romani a maritima arce. Regii aduersus uallẽ inter duas iacentẽ arces: qua & muro intersepta urbs est. Et ut loca diuersa: sic dispari modo oppugnabãt. Romani testudinibus & uineis & ariete admouẽdo muris. Regii balistis catapultisq;: & oĩ alio genere tormentorum tela ingerentes. & põdere ingenti saxa iacebant & cuniculos. & quicquid aliud priore expugnatione expertũ: profuerat. Ceterum non plures tm̃ Macedones: q̃ ante: tuebantur urbem. sed etiam

LARISSA GEMINA VRBS quã cremasten uocant / capiunt ro.

Attalus egeleon

OREVM VI CAPITVR

prestantioribus uiris: & castigationibus Regis in admissa culpa: & simul minarum: simul promissionum in futurum memores ita ut parum in expugnatione celeri spei esset: Interim & aliud agi posse ratus Legatus: relictis quot satis uidebãtur ad opera perficienda: militibus: traiicit in proxima continentis. Larissamq; non illam: in Thessalia nobilem urbem: sed alteram quam Cremasten uocant: subito aduentu: preter arcem: cepit. Attalus quoq; Egeleon: nihil minus: q̃ tale quicq̃: in alterius oppugnatione urbis timẽtibus: oppressit. & iam: cũ opera ĩ effectu erant circa Oreũ: tũ presidiũ qđ intus erat: labore assiduo: uigiliis diurnis pariter: nocturnisq; & uulneribus confectũ. Muri quoq; pars ariete incusso subruta: multis iã locis prociderat. perq; apertũ ruina iter: nocte Romani: Quodq; super portum est in arcem proruperunt. Attalus luce prima signo ex arce dato ab Romanis. & ipse urbem inuasit stratis magna ex parte muris. Presidium oppidaniq; in arcem alteram perfugere. Vnde biduo post deditio facta: urbs Regi. captiua corpora Romanis cessere. Iã autũnale equinoctiũ ĩstabat. Et est sinus Euboicus. quẽ Coera uocant suspectus nautis. Itaq; ãte hyemales motus euadere inde cupiẽtes Pireum: unde ꝓfecti ad bellũ erant: repetũt. Apustius triginta nauibus ibi relictis: super Maleum nauigat. Apud Corcyram Regem spatiũ Initiorum Cereris: ut sacris interesset: tenuit. secũdum Initia & ipse in Asiã se recepit: Agesimbro & Rhodiis domum remissis. Hec ea estate terra: mariq; aduersus Philippum: sociosq; eius a Consule & Legato Romanis: adiuuantibus Rege Attalo: & Rhodiis gesta.

ITALIE RES.

L. furius ptor triumphũ petit p[ro] uictoria a se gallis cremone

Consul alter. C. Aurelius ad confectum bellum: cum in Prouintiam uenisset: haud clam tulit iram: aduersus Pretorem: q absente se rem gessisset. Misso igit̃ eo ĩ Etruriã ipse in agrum hostium legiones induxit. pupulandoq; : cum preda maiore: q̃ gloria: bellũ gessit. L: Furius: simul q in Etruria nihil erat rei: quod gereret: simul: Gallico triumpho ĩminens: quem absente Consule irato: atq; inuidẽte: facilius impetrari posse ratus Romã inopinato cũ uenisset: Senatũ in ede Bellone habuit. Expositisq; rebus gestis: ut triũphanti sibi: in Vrbem inuehi liceret: petit. Apud magnã partẽ Senatus & magnitudine rerum gestarũ ualebat: & gratia. Maiores natu negabant triũphum & q alieno exercitu rem gessisset: & q Prouintiam reliquisset utilitate rapiendi: per occasionem triumphi. Id uero eum nullo exemplo fecisse. Consulares ꝑcipue expectandum fuisse Consulem dicebant. Potuisse enim castris prope urbem positis: tutãda colonia: ita ut in acie nõ decerneret: in aduentum eius rem extrahere. Et qđ Pretor non fecisset: Senatui faciendum esse: Consulem expectare. Vbi coram disceptantis Consulẽ: & Pretorẽ audissent: uerius de causa existimaturos eẽ. Magna pars Senatus nihil ꝑter res gestas: & an ĩ magistratu suis quis auspitiis gessisset: censebãt spectare Senatũ debere. ex duabus coloniis: que uelut claustra ad cohibendos Gallicos tumultus opposite fuissent: cum una direpta: & incensa: esset: traiecturũq; id incendium uelut ex continentibus tectis: in alteram tam propinquam coloniam esset: quid tandem Pretori faciendum fuisse? Nam si sine Consule geri nihil oportuerit: aut Senatum peccasse: qui exercitũ Pretori dederit: Potuisse enim si non cum Pretoris: sed Cõsulis exercitu rem geri uoluerit: ita finire Senatus Consultũ: ne per Pretorem: sed Consulem gereretur: aut Consulis: qui non cum exercitu ex Etruria transire in Galliam iussisset: ipse Arimini occurreret: ut bello interesset: quod sine eo geri fas non esset. nõ expectare belli tẽpora moras: & dilationes Imperatorum. & pugnandũ esse interdũ: non quia uelis: sed quia hostis cogat. Pugnam ipsam euentũq; pugne spectari debere: fusos cesosq; hostis. castra capta & direpta. coloniã liberatam obsidione. alterius colonie captiuos recuperatos: restitutosq; suis debellatum uno prelio esse. Non homines

tantũ ea uictoria letatos: sed diis quoq; imortalibus per triduũ supplicatiões habitas: q bene ac feliciter: non q male ac temere Res. P. a. L. Furio Pretore gesta eẽt: data etiã fato quodã Furie gẽti: Gallica bella. Huius generis oratiõibus ipsius amicorũq;: Victa est p̃sentis gratia Pretoris: absentis Consulis maiestas. Triũphumq; frequentes .L. Furio decreuerũt. ¶ Triũphauit de Gallis in magistratu. L. Furius: In erarium tulit. ccc. uiginti milia eris Argenti. c. lxx. milia pondo. neq; captiui ulli ante currum ducti: neq; spolia p̃lata. neq; milites sequuti. ¶ Omnia: p̃ter uictoriã: penes Consulẽ esse apparebat. ¶ Ludi deiñ a. P. Cornelio Scipione: quos Cõsul in Africa uouerat: magno apparatu facti. & de agris militũ eius decretũ. ut quot quisq; eorum annos in Hispania aut in Africa militasset: in singulos annos bina iugera acciperet. eum agrũ decẽuiri assignarẽt. Triũuiri inde creati ad supplendũ Venusinis colonoꝝ numerũ: qđ bello Annibalis attenuate uires eius colonie erant. C. Terrẽtius Varro. T. Quintius Flaminius. C. Cornelius. C. Filius Scipio. ii colonos uenusiã adscripserũt. ¶ Eodẽ anno. C. Cornelius Cethegus: qui Proconsul Hispaniam obtinebat: magnũ hostium exercitũ in agro Sedetano fudit. xv. milia Hispanoꝝ eo prelio dicuntur cesa. signa militaria capta octo &. lxx. ¶ C. Aurelius Consul: cũ ex Prouintia Romam comitiorũ causa uenisset: ut id nouit: qđ animis p̃ceperat: questus est: nõ expectatũ se ab Senatu: Neq; disceptandi cũ Pretore Consuli potestatẽ factam: Sed ita triũphum decreuisse Senatũ: ut nullius: nisi eius: qui triũphaturus esset: aut eorũ qui bello interfuissent: uerba audiret: Maiores ideo instituisse ut legati tribuni militum. cẽturiones milites deniq; triũpho adessent. ut uirtutes rerũ gestarũ eius: cui tãtus honos haberet: publice uiderẽtur. neq; ex eo exercitu: qui cum Gallis pugnauerit: militem unũ saltẽ fuisse: quẽ percõtari posset Senatus: quid ueri pretor: uani ue referret. Comitiis deiñ diem indixit. Quibus creati sunt Consules. L. Cornelius Lentulus. A. Iulius Apulus. Pretores iñ facti. L. Quintius Flaminius. L. Valerius Flaccus. L. Iulius Tappalus .C. Bebius Tãphilus. ¶ Annona quoq; eo anno uilis fuit. frumenti uim magnam ex Africa aduectã. Ediles Curules. M. Claudius Marcellus & Sex. Elius Petus. binis eris in modio populo diuiserũt. Et ludos Romanos cũ magno apparatu fecerũt. Diem unum instaurarũt. ¶ Signa enea quinq;: & mulctatio argento in erario posuerunt. Plebei ludi ab Edilibus. L. Terentio Masso: &. C. Bebio Tãphilo: quem Pretorem designauerãt: ter toti instaurati. Et ludi funebres eo anno p quatriduũ in foro mortis causa Valerii Leuinii. a. P. &. M. filii eius facti. & munus gladiatorum datum ab iis. paria quinq; &. xx. pugnarunt. M. Aurelius Cotta decemuir sacroꝝ mortuus. In eius locũ. M. Acilius Glabrio suffectus. Comitiis Ediles Curules creati sunt forte ambo: q statim accipere magistratũ nõ possent. Nam Cornelius Cethegus absens creatus erat: cum Hispaniã obtineret Prouintiã. Valerius Flaccus quẽ presentẽ creauerant: quia Flamẽdialis erat: iurare in leges nõ poterat: Magistratus aũt plus quinq; dies nisi qui iurasset in leges: non licebat gerere. ¶ Petente Flacco: ut legibus solueretur: Senatus decreuit. ut sibi Edilis: qui p se iuraret: arbitratu Consulũ daret. Cõsules si eis uideretũ: cum Tr. Pl. agerent: uti ad Plebem ferrent. Datus qui iuraret pro fratre. L. Valerius Flaccus Pretor designatus. Tribuni ad Plebem tulerũt. Plebesq; sciuit: ut pinde eẽt: ac si ipse Edilis iurasset. Et de altero Edile Plebiscitũ est factũ: rogãtibus Tribunis quos duos in Hispaniam ad exercitũ ire iuberent: ut Cornelius Edilis Curilis ad magistratũ gerendum ueniret. &. L. Manlius Acidinus decederet de Prouintia. Multos post annos Plebes Cornelio Lentulo &. L. Tercinio Proconsulibus imperium esse in Hispania iussit.

L. FURIUS TRIUMPHAT

C. TERENTIUS VARO

C. CORNELIUS cethegus p̃consul xv m hispanoꝝ uno p̃lio cedit.

CONS L. cornelius lentulus
A. Iulius apulus.

L. TERENTIUS MASSUS

ff2

Consules Pretoresq; cum Idibus martiis Magistratum inissent: Prouintias sortiti sunt. P. Lentulo Italia. P. Iulio Macedonia. Pretoribus. L. Quintio urbana. C. Bebio Ariminum. L. Valerio Sicilia. L. Iulio Sardinia: euenit. Lẽtulus Cõsul nouas legiões scribere iussus. Iulius a Procõsule Sulpitio exercitũ accipere: in supplementũ eius: quantũ militum uideret: ut scriberet: Ipsi per/missũ. Pretori Bebio: legiones quas. C. Aurelius Consul habuisset ita decrete: ut retineret eas: donec Cõsul nouo cũ exercitu succederet: in Gallia. Vbi is uenisset: omnes milites ex autoritate: domũ dimitterent preter quinq; milia sotium. his optineri circa Ariminũ Prouintiã satis esse. Prorogato imperio Pretoribus prioris anni Sergio ut militibus. qui in Hispania: Sicilia: Sardinia: stipendia p multos ãnos fecissent: agrũ assignandum curaret. Q. Minutio. ut Brutiis idem de coniurationibus questiones: quas Pretor cum fide curaq; exercuisset: perficeret. & eos: quos sacrilegii cõpertos i uiculis Romã misisset: Locros mitteret ad supplitiũ. Queq; sublata ex de/lubro pserpine eẽnt: reponẽda: causa piaculi seruaret. Ferie Latine Põtificũ decrete instaurate sũt: qđ legati ab Ardea questi in Senatu erãt: sibi in mõte Albano latinis carnẽ ut assolet: datam nõ esse. Ab Suessa nuntiatũ est: duas portas: quodq; inter eas muri erat: de celo tactũ. & Formiani Legati edem Iouis. Item Hostienses edem Iouis. & Veliterni Appollinis & Saturni edes & in Herculis ede capillũ enatum. & ex Brutiis ab. Q. Minutio Propretore scriptũ equũ cũ quiq; pedibus: pullos gallinaceos tres cum ternis pedibus natos esse. Inde a Sulpitio Proconsule ex Macedonia littere allate: in qbus inter cetera scriptũ erat. laureã in pupim nauis longe enatam. Priorũ prodigiorũ causa senatus censuerat: ut Consul maioribus hostiis: quibus diis uideret: sacrificaret. Ob hoc unũ prodigium Aruspices in Senatũ uocati. atq; ex responso eorũ: supplicatio populo in diem unũ edita. Et ad oĩa puluinaria res diuine facte. Carthaginenses eo anno argentũ in stipendiũ impositum: primũ Romã aduexerũt. Id quia probũ nõ esse Questores renuntiauerãt ex perientibus pars quarta decocta erat: pecunia Rome mutua sumpta. intertrimentũ argenti suppleuerũt. Petentibus deinde ut si iam uideret Senatui: obsides sibi redderentur: Centum redditi obsides. de ceteris: si in fide permanerent: spes facta. Petentibus iisdem: qui nõ reddebant obsides: ut ab Norbe: ubi parũ cõmode essent: alio traducerent. concessum: ut Signiã & Fe/rentinũ transirẽt. Gaditanis itẽ petentibus: remissum ne Prefectus Gadis mitteret. aduersus quod: ii in fidem Populi Romani uenientibus: cum. L. Martio Septimio cõuenissent. Et Narniensiũ legatis querẽtibus: ad numerũ sibi colonos nõ esse: & immixtos quosdam nõ sui generis: pro colonis se gerere: Earũ rerum causa triũuiros creare. L. Cornelius Cõsul iussus. Creati. P. & Sex. Elii Petus fuit ãbobus cognomẽ Et. C. Cornelius Lentulus: q Narniensibus datum erat: ut colonorum numerus co/geretur: ideo sani petentes non impetrauerunt. Rebus que Rome agende erant: perfectis: Consules in Prouintias profecti. P. Iulium in Macedoniam cum uenisset: atrox seditio militum: iam ante irritata: nec satis in principio compressa: excepit. Ea militum fuit: qui ex Africa: post deuictum Annibalem: in Siciliam: inde anno fere post in Macedoniam: p uolũtarii transportati erant. Id uoluntate factũ negabãt. ab tribunis recusãtes in naues positos. Sed utcũq;. seu inuita. seu suscepta foret: militia & iam exhaustã. & finem aliquem militandi fieri equum esse. Multis annis sese Italiã nõ uidisse. Cõsenuisse sub armis in Sicilia: Africa: Macedonia: cõfectos iam se labore: opere: exangues tot acceptis uulneribus esse. Cõsul causã postulãde missionis pbabilẽ

PRODIGIA

Gallinaceos

Decocta

Legati carthaginensibus [illegible] obsides reddita

P. IULIUS CONS. I MACEDONIA IT.

si modeste peteretur: uideri dixit. seditionis nec eam: nec ullam aliam satis iustã causã esse. Itaq; si manere ad signa: & dicto parere: uelint: se de missione eorum ad Senatũ scripturum. modestia facilius q̃ pertinacia quod uelint: impetraturos. ¶ Thaumagos eo tempore Philippus summa ui oppugnabat. aggeribus uineisq;. & iam arietem muris admoturus erat ¶ Ceterum incepto absistere eum coegit: subitus Etolorum aduentus. qui Archidamo duce inter custodias Macedonum menia ingressi: nec die: nec nocte: finem ullum erumpendi: nunc in stationes nunc in opera Macedonum faciebãt. & adiuuabat eos natura ipsa loci: Nãq; Thaumagi a Pyleis: sinuq; Maliaco per Lamiam eunti: loco alto siti sunt: in ipsis faucibus iminentes quas Coele uocant. Thessalieq; transeunti cõfragosa loca: implicatasq; flexibus uallium uias: Vbi uentũ ad hanc urbem est: repente uelut maris uasti: sic uniuersa panditur planicies: ut sub/iectos cãpos terminare oculis: haud facile queas. ab eo miraculo Thaumagi appellati. Nec altitudine solum tuta urbs: sed q saxo undiq; absciso rupibus imposita est ¶ He difficultates: & qđ haud satis dignum tãti laboris: periculiq; precium erat: ut absisteret incepto Philippus: effecerunt ¶ Hyems quoq; iam instabat: cum inde abscessit. & in Macedoniam in hyberna copias reduxit. Ibi ceteri quidem data quantacũq; quiete temporis simul animos: corporaq; remiserant ¶ Philippum quantum ab assiduis labo/ribus itinerum: pugnarumq; lassauerat animus: tantomagis intentum in uniuersum euentum belli: cure agunt. non Hostis modo timentem: qui terra mariq; urgebant: sed nunc sotiorũ: nunc etiã populariũ animos: ne & illi ad spem amicitie Romanoꝝ deficerent. & Macedonas ipsos cupido nouandi res caperet. Itaq; & ĩ Achaiã legatos misit simul qui iusiurandũ. (Ita enim pepigerant) quot ãnos iuraturos in uerba Phi/lippi: exigerent: simul qui redderent Achæis Orchomenõ: & Thereã: & Triphyliam. Eleis: Aliphera: contendentibus nunq̃ eam urbem fuisse ex Triphylia: sed sibi debere restitui: quia una esset ex iis: que ad condendam Megalepoli ex Concilio Arcadum contribute forent. Et cũ Acheis quidem ꝑ hec sotietatẽ firmabat. Macedonũ animos cum Heraclide. Nam cũ eum maxime inuide sibi esse cerneret: multis criminibus one/ratum: in uincla coniecit: ingenti popularium gaudio ¶ Bellum siquando unq̃ ante alias cũ magna cura apparuit. exercuitq; ĩ armis & Macedones & mercẽnarios milites. Principioq; ueris cum Athenagora om̃ia externa auxilia: quodq; leuis armature erat: in Chaoniam: per Epirum: ad occupandas que ad Antigoniam fauces sunt (Stenna uocant Greci) misit. Ipse post paucis diebus grauiore sequutus agmine: cũ situm omnẽ regionis aspexisset: maxime idoneum locum credidit eẽ: preter amnẽ Aoum. Is inter montes: quorum alterũ Meroum: alterum Asnaũ incole uocant: angusta ualle fluit. iter exiguum super ipsam prebens. ¶ Asnaũ Athenagoram cum leui armatura tenere: & cõmunire iubet. Ipse enim in Aeropo posuit castra: qua abscise rupes erant: statio paucorum armatorũ tenebat: que minus tuta erant: alia fossis: alia ualis: alia turribus muniebat. Magna tormentorum etiam uis: ut missilibus ꝓcul arcerent: hostẽ: idoneis locis disposita est. ¶ Tabernaculum regiũ pro uallo: in conspecto maxime tumulo: ut terrorẽ hostibus: suisq; spem ex fiducia faceret: positũ ¶ Consul ꝑ Charopũ Epiroten certior factus: quos saltus cũ exercitu insedisset: rex: Et ipse cũ Corcyre hybernasset. uere ꝑmo in continentẽ: trabeatus ad hostẽ ducere pergit. quiq; milia ferme ab regiis castris cũ abeẽt: loco munito relictis legionibus: Ipse cũ expeditis ꝓgressus ad specu/lãda loca postero die consiliũ habuit: utrũ per insessum ab hoste saltum (quanq̃ labor ingens: periculumq; proponeret) Transitum temptaret: an eodem itinere: quo ꝑore anno Sulpitius Macedoniam intrauerit: circunduceret copias. ¶ Hoc consiliũ per

Terminus nos

Philippus thaumagos oppugnat frustra

philippus eeropũ obsidet

multos dies agitanti nuntius uenit. T. Quintiũ Consulẽ factum: sortitũq; Prouinciã Macedoniam: maturato itinere iam Corcyram traiecisse. ¶ Valerius antias intrasse saltum Iulium tradit. quia recto itinere nequierit: omnibus a Rege insessis: sequutũ uallem: per quã mediã fertur Aous amnis: ponte rapti facto: in ripã in q̄ erant castra Regis: transgressum: acie conflixisse. fusum fugatumq; Regẽ. castris exutũ. xii. milia hostium eo prelio cesa. Capta duo milia: & ducenta. & signa militaria centum. xxxii. Equites. cc. xxx. Edẽ etiã Iouis in eo prelio uotam: si res ꝓspere gesta esset. ¶ Ceteri Greci Latiniq; autores: quorum quidem ego legi annales: nihil memorabile a Iulio actum. integrumq; bellum insequentem Consulem. T. Quintium accepisse tradunt.

Aous amnis

¶ Dum hec in Macedonia gerunt: consul alter. L. Lentulus: qui Rome substiterat comitia Censoribus creandis habuit multis claris petentibus uiris. Creati Censores. P. Cornelius Scipio Africanus: & . P. Elius Petus. Hi magna iter se cõcordia: & Senatũ sine ullius nota regebãt. & portoria uenaliũ Capue: Puteolisq;: Itẽ Castrũ portoriũ quo in loco nunc oppidũ est: fruendũ locarũt colonosq; eo trecentos: Is. n. numerus finitus ab Senatu erat: ascripserunt. & sub Tifatis Capue agrum uendiderũt. ¶ Sub id tempus. L. Manlius Acidinus ex Hispania decedens prohibitus a. M. Portio Leca Tribuno Pl. ne ouans rediret: cũ ab Senatu impetrasset: priuatus urbẽ ingrediẽs. M. .cc. pondo argenti. xxx. pondo ferme auri in erarium tulit. Eodem anno. C. Bebius Pamphilus: qui ab. Cn. Aurelio Consule: anni prioris: Prouinciã: Galliam acceperat: temere ingressus Gallorum Insubrium fines: prope cũ toto exercitu est circũuentus. Supra sex milia & sex centos milites amisit. ¶ Tanta ex eo bello: qđ iã timeri desierat: clades accepta est. ¶ Ea res. L. Lentulũ Cõsulem ab urbe exciuit. qui ut in prouinciã uenit: plenam tumultus: trepido exercitu accepto. pretorem multis probris increpitũ prouincia decedere: atq; abire Romam iussit. neq; ipse Consul memorabile quicquã gessit. ¶ Comitiorum causa Romam reuocatus: que ipsa ꝑ. M. Fuluium & . M. Curiũ Tri. Pl. impediebantur: qđ. T. Quintium Flaminium Consulatum ex Questura petere: non patiebantur. ¶ Iam Edilitatem Preturamq; fastidiri. nec per honorum gradus: documentũ sui dantes nobiles homines: tendere ad Consulatum. sed transcẽ- dendo media: summa imis cõtinuare. ¶ Res ex campestri certamine: in Senatũ uenit. Patres censuerunt: qui honorem: quem sibi capere per leges liceret: peteret: in eo: Populo creandi quem uelit: potestatem fieri equum esse. In autoritate Patrũ fuere Tribuni. ¶ Creati Cõsules. Sex. Elius Petus: & . T. Quintius Flaminius. Inde Pre- toꝝ comitia habita. creati. L. Cornelius Merula. M. Claudius Marcellus. M. Portius Cato. C. Elius: qui Ediles Plæbis fuerãt. Ab iis ludi Plebei instaurati. & epulũ Iouis fuit ludoꝝ causa. & ab Edilibus Curulibus. Cn. Valerio Flacco: Flaminediali: & . Cn. Cornelio Cethego: ludi Romam magno apparatu facti. Ser. Supplitius: & Galba Põtifices eo ãno mortui sũt. i eoꝝ locũ M. Emilius Lepidus & . Cn. Cornelius Scipio Pontifices suffecti sunt. ¶ Sex. Elius Petus. T. Quintius Flaminius Consules: Ma- gistratu inito: Senatũ in Capitolio cũ habuissent: decreuerũt Patres: ut Prouincias: Macedoniam atq; Italiam: Consules compararent inter se: sortirentur ue: utri eorũ Macedonia euenisset: in supplementum legionum tria milia militum Romanorum scriberet. & . ccc equites. item sotiorum Latini nominis quinq; milia peditũ: quingẽtos equites. alteri consuli nouus omnis exercitus decretus. L. Lentulo prioris anni Cõ- sules ꝓrogatum imperium est: neq; aut ipse Prouincia decederet: prius: aut ueterem deduceret exercitum: q̄ cum legionibus nouis Consul uenisset. Sortiti Consules Pro- uincias: Elio Italia: Quintio Macedonia: euenit. ¶ Pretores. L. Cornelius Merula:

P. Cornelius Scipio Africanus [illegible] creatus censor cũ p. elio peto.

Insubres [illegible]

CONS Sex. elius petus T. quintius Flaminius

M. PORTIUS CATO

Vrbanam. M. Claudius Siciliam: M. Portius Sardinam. C. Elius Galliam: ē sortitus. Delectus inde haberi est ceptus. nam preter Consularem exercitum: Pretores quoq; iussi scribere milites erant. ¶ Marcello in Siciliam quattuor milia peditum: sotium: & Latini nominis: & .ccc. equites. ¶ Catoni in Sardiniam ex eodem genere militū: mille peditum. cc. equites: ita ut hi Pretores ambo cum in Prouintiam uenissent: ueteres dimitterent pedites. equitesq;. ¶ Attali deinde Regis Legatos in Senatum consules introduxerunt. ¶ Hi Regem classe sua: copiisq; omnibus: terra: mariq; Romanā rem iuuare: queq; imperarent Romani. ¶ Consules impigre atq; obedienter ad eam diem fecisse: cum exposuissent: uereri dixerūt: ne id prestare ei: per Antiochum Regē ultra nō liceret uacuū nāq; presidiis naualibus: terrestribusq; Regnum Attali Antiochum iuasisse. itaq; Attalū orare Patres cōscriptos: si sua classe suaq; opa uti ad Macedonicū bellum uellent: mitterent ipse presidium ad Regnum eius tutandum. si id nollēt: ipsū ad sua defendenda: cū classe ac reliquis copiis: redire paterētur. ¶ Senatus ita Legatis responderi iussit. Quod Rex Attalus classe copiisq; aliis duces Romanos iuuisset: id gratū Senatui esse auxilia. nec ipsos missuros Attalo aduersus Antiochum sotium: & amicū Po. Ro. nec Attali auxilia retēturos ultra: q̄ Regi cōmodū eēt. Sēp Populū Romanum alienis rebus arbitrio alieno usum. & principium & finem in potestatem ipsorum: qui ope sua uelint adiutos Romanos: esse. ¶ Legatos ad Antiochum missuros qui nuntient Attali nauiumq; eius: & militum opera: aduersus Philippum cōmunem hostem: uti. Po. Ro. gratum facturum: & Senatui si regno Attali abstineat. belloq; absistat. equum esse sotios & amicos Po. Ro. Reges inter se quoq; ipsos pacem seruare. ¶ Consulem. T. Quintium: ita habito delectu: ut eos fere legeret: qui in Hispania: aut Africa meruissent spectate uirtutis milites: properantem in Prouitiam prodigia nuntiata: atq; eorum procuratio Rome retinuerunt. de celo tacta erat uia publica. Neiis forū. & edes Iouis Lanuuii. ¶ Herculis edes Ardee. Capue murus: & turres & edes: que alba dicit̄. ¶ Celū ardere uisū erat Arretii. ¶ Terra Velitris triū iugerū spatio: cauerna ingēti desederat. Suesse Aruspices nuntiabāt agnū cū duobus capitibus natū Et sinuesse procum humano capite. ¶ Eorum prodigiorum causa supplicatio unum diem habita. ¶ Et Consules rebus diuinis operam dederunt. Placatisq; dies profecti in Prouintias sunt. ¶ Elius cum. C. Elio Pretore in Galliam. ¶ Exercitūq; ab. L. Lentulo acceptum: quem dimittere debebat: Pretori tradidit. ¶ Ipse nouis legiōibus: quas secum adduxerat bellum gesturus: neq; memorabilis rei quicq̄ gessit. ¶ Et. T. Quintius alter Consul: maturius q̄ priores soliti erant Consules: a Brundusio cum transmisisset: Corcyram tenuit: cum octo milibus peditum. equitibusq; quingentis. a Corcyra in proxima Epiri quinq;remi traiecit. & in castra Romana magnis itineribus cōtendit. inde Iulio dimisso: paucos moratus dies: dum se copie a Corcyra assequerētur: cōsiliū habuit utrum recto itinere: per castra hostium uim facere conaretur: an ne tēptata quidē re tāti laboris: ac periculi: per Darsetios Lyncumq; tuto circuitu: Macedoniā intraret. ¶ Vicissetq; ea sententia: ni timuisset: ne cum a mari longius recessisset: misso e manibus hoste: si quod antea fecerat: solitudinibus siluisq; se tutari Rex uoluisset: sine ullo effectu: estas extraheret̄. utcunq; eēt igit̄: illo ipso: tam iniquo loco: aggredi hostē placuit. ¶ Sed magis fieri id placebat: q̄ quo modo fieret: satis expediebat. ¶ Dies .xl. sine ullo conatu sedentes: in cōspectu hostium absumpserant. ¶ Inde spes data Philippo est: per Epirotarū gentem temptande pacis: habitoq; consilio: delecti ad eam rem agendam Pausanias & Hyspellus ex Alexandri Magnis equitibus: Consulem & Regem ubi in arctissimas ripas Aous cogit̄ amnis: in colloquiū adduxerunt. ¶ Sūma

Attali regis Legati apud Senatū de Antiocho queruntur.

Senatus responsum

PRODIGIA

ALEXANDER MAGNUS

T. Quintius consul et philippus in colloquiū veniunt.

postulatorum Consulis erat: presidia Rex ex Ciuitatibus deduceret. iis: quorũ agros urbesq; populatus esset: redderet res: que comparerent. ceterorum equo arbitrio: esti/matio fieret. Philippus aliam: aliarum ciuitatum conditionem esse: respondit. quas ipse coepisset: eas liberaturum. que sibi tradite a maioribus essent: earũ hereditaria: ac iusta possessione non excessurum. siquas quererent belli clades. Ee ciuitates: cũ quibus bellatum foret: arbitrio quo uellẽt populorum. cum quibus pax utrisq; fuisset: se usurũ. Consul: ad id quidem nihil arbitrio aut iudice opus esse: dicere. cui enim nõ apparere: ab eo: qui prior arma intulisset: iuriam ortam? nec Philippũ ab ullis bello lacessitũ. Ipsũ priorem uim omnibus fecisse. Inde cum ageret: que ciuitates liberande essent. Thessalos primos omniũ nominauit Consul. Ad id uero adeo incẽsus indignatione est Rex: ut exclamaret. Quid uicto grauius imperares. T. Quinti. Atq; ita se col/loquio proripuit. Et temperatũ egre est: quin missilibus (quia dirẽpti medio anime fuerant: pugnam inter se consererent. Postero die per excursiones ab stationibus primo in planicie satis ad id patenti: multa leuia cõmissa sunt prelia. Deinde recipi/entibus se Regiis in arcta: & confragosa loca: auiditate accensi certaminis: eo quoq; Romani penetrauere. p his ordo: & militaris disciplina: & genus armorum erat: ad ãplũ proelium gerendũ. cariora illis R obostea loca. & catapulte balisteq; in omnibus ppe rupibus: quasi in muros disposite: multis hinc atq; illinc uulneribus acceptis: Cum etiã ut in prelio iusto aliqui cecidissent: nox pugne finem fecit. Cum in hoc statu: res eẽt: Pastor quidam a Chæropo Principe Epirotarum missus: deducitur ad Cousulem. Is se in eo saltu: qui tunc Regiis oneratus castris erat: armentũ pascere omnes montium eorum an fractus: callesq; nosse. si secum aliquos mittere uelit: non iniquo: nec per/difficili aditu: supra caput hostium deducturum. Hec Chæropus renuntiari iubet. ita crederet: ut sue potius omnia: q̃ ullius potestatis essent. Cum magis uellet credere: q̃ auderet Cõsul: mixtũq; gaudio: ac metu animũ gereret: autoritate motus Cheropi: experiri spem oblatam statuit. Et ut auerteret rem a suspitione: biduo insequenti lacessere hostem: dispositis ab omni parte copiis: succedentibusq; integris: in locum de/fessorum: non destitit. Quattuor milia inde lecta peditum: & .ccc. equites Tribuno Militum tradit. equites quoad loca patiantur ducere iubet. ubi ad inuia equiti uentũ est: in planicie aliqua locari equitatum. pedites qua dux monstraret uiam ire. ubi ut polliceretur super caput hostium peruentum sit: fumo dare signum. nec ãte clamorẽ tollere: q̃ ab se signo accepto: pugnã ceptã arbitrari posset. nocte itinera fieri iubet. & pernox forte luna erat: interdiu cibi: quietisq; sumeret tempus. Ducem promissis ingentibus oneratum: si fides extaret uinctum tamen: Tribuno tradit. His copiis ita dimissis: eo intẽtius Romanus undiq; instat capi stationes. Interim cum uerticem: die tertio: quem petierant Romani cepisse: ac tenere se fumo significarent: tum uero tri/phariam diuisis copiis: Consul ualle media: cũ militũ robore: succedit. cornua dextra: leuaq; admouet castris. nec segnius hostes obuiam eunt. & dum auiditate certaminis puecti: extra munitiones pugnãt: haud paulo superior ẽ Romanus miles: & uirtute: & scientia: & armorum genere. Postq̃ multis uulneratis: interfectisq;: recepere se Regii in loca: aut munimento: aut natura tuta uerterat periculum in Romanos: temere in loca iniqua: nec faciles ad receptum angustias: progressos. neq; impunita temeritate inde recepissent: sese: ni clamor primo a tergo auditus: dein pugna etiã cepta: amẽtes repentino terrore Regios fecisset. Pars in fugã effusi sunt. Pars: quia magis locus fuge deerat: q̃ qđ animi satis esset ad pugnam: cum substitissent: ab hoste: & a fronte & a tergo circũuenti sũt. Deleri totus exercitus potuit: si fugientes psequuti uictores

Re infecta disceditur

Rõ. duce pastore quodam p[er]ductũ mont

essent. sed equitem angustie: locorumq; asperitas: peditem armorum grauitas impedit. Rex primo effuse: ac sine respectu fugit. deinde quinq; milium spatium progressus: cum ex iniquitate locorum: id qd erat: suspicatus esset: sequi non posse hostem: substitit. in tumulo quodã. dimisitq; suos p omnia iuga uallesq; qui pallatos in unum colligeret non plus duobus milibus hominum amissis. ¶ Ceterum omnis multitudo: uelut signum aliquod sequuta in unum cum conuenissent: frequenti agmine petunt Thessaliam. Romani: quod tutum fuit insequuti cedentes: spoliantesq; cesos: castra regia: etiã sine defensoribus difficili aditu: diripiunt. atq; ea nocte in suis castris mãserunt. ¶ Postero die Consul per ipsas angustias: qua se inter ualles flumen insinuat: hostem insequitur. Rex primo die ad Castra Pyrrhi peruenit. locus: quem ita uocant: est in Triphylia terre Melotidis. in postero die: ingẽs iter agminis: & metus urgebat: in montẽ Lynchõ perrexit. ¶ Ipsi montes Epiri sunt interiecti Macedonie Thessalieq;. latus: qd uergit in Thessaliam: oriens spectat. septentrioni Macedonia obiicitur. uestiti frequentibus siluis sunt. iuga summa campos patentes: aquasq; perennis habent. ¶ Ibi statiuis Rex per aliquot dies habitis: fluctuatus animo est: utrum protinus in Regnũ se reciperet: an reuerti in Thessaliam posset. inclinauit sententia suum in Thessalia agmen dimit/teret. Trictam proximis limitibus petit. inde obuias urbes raptim peragrauit. ¶ Hoĩes qui sequi possent. sedibus excibat. oppida incendebat. rerum suarum: quas possent: fe/rendarũ secum: dominis ius fiebat. cetera militis pda erat. nec: quod ab hoste crudelius pati possent: reliqui quicq̃m fuit: q̃m que ab sotiis patiebantur. ¶ Hec etiam facienti Philippo acerba erant. Sed e terra: mox futura hostium: corpora saltem eripere so/tiorum uolebat. ¶ Ita euastata oppida sunt Phacium. Iresie. Euchidrium. Eretbria. Pala. Epharus. ¶ Pheras cũ peteret: exclusus: qa res egebat mora: si expugnare uellet: nec tempus erat: omisso incepto in Macedoniam transcendit. ¶ Nam etiam Etolos appropinquare fama erat. qui audito prelio quod circa amnem Aoum factum erat. proximis prius euastatis circa Sperchias: & Macranen: quã uocãt Comen: transgressi: inde in Thessaliã Cymines: & Angeias: primo impetu potiti sunt. A Metropoli dũ uastant agros: cõcursu oppidanorum ad tuenda moenia facto: repulsi sunt. ¶ Callithera inde aggressi: similem impetum oppidanorum pertinatius substinuerunt. compulsisq; intra moenia qui eruperant: contenti ea uictoria: quia spes nulla admodum expug/nandi erat: abscesserunt. ¶ Theuma inde: & Calathana uicos expugnant diripiuntq;. Acharras per deditionem receperunt. Xinie simili metu a cultoribus deserte sunt. hoc sedibus suis extorte agmen in presidiũ incidit: qd Athamanum: quo tutior frumẽtatio esset: ducebatur. incondita inermisq; multitudo: mixta imbelli turba: ab armatis cesa ẽ: Xinie deserte diripiunt. Cyphara inde Etoli capiunt: opportune Dolopie ĩminens castellum. ¶ Hec raptim intra paucos dies ab Etolis gesta. ¶ Nec Aminander: atq; A/thamanes post famam pspere pugne Romanorũ: quieuerunt. ceterũ qa Aminander suo militi parum fidebat: petito ab Consule modico presidio: cum Gomphos peteret: oppidum protinus nomine Phecam: situm inter Gomphos: faucesq; angustas que ab Athamania Thessaliam dirimunt: ni cepit. ¶ Inde Gomphos adortus: & per aliquot dies summa ui urbem tuentes: cum scalas ad menia erexit: eodem metu perpulit: ad de/ditionem. ¶ Hec traditio Gomphorum ingentem terrorem Thessalis intulit. dedidere deinceps sese: qui argenta: quiq; Pherinum: & Thymarum: & Lycinas: & Strymonẽ: & Lãpsum habent. aliaq; castella: iuxta ignobilia. ¶ Dũ Athamanes Etoliq; sũmoto Macedonũ metu: in aliena uictoria: suam predam faciũt: Thessaliaq; simul a tribus exercibus: incerta quem hostem: quem ue sotium crederet: uastatur. Consul faucibus

philippus fugiens oppida sua hostibus ... nuda...

Etoli contra philippũ et multa oppida capiunt.

Consul epirotis parcit

quas fuga hostiũ aperuerat: in Regionem Epiri trãgressus: & si probe scit: cui parti: Cheropo principe excepto: Epirote fauissent: tamẽ quia ab satisfaciẽdi quoq; cura: imperata enixe facere uidet: ex presenti eos potius: q̃ ex preterito existimat habitu. & ea ipsa facilitate uenie animos eorum in posterum conciliat. missis deinde nuntiis Corcyram: ut onerarie naues in sinũ uenirent Ambracium: ipse progressus modicis itineribus: quarto die in monte Cercetio posuit castra ¶ Eodem Aminandro cum suis auxiliis accito: non tam uiriũ eius egens: q̃m ut duces in Thessaliã haberet ¶ Ab eodẽ consilio & pleriq; Epirotarũ uoluntarii inter auxilia accepti ¶ Primã urbium Thessalie Phaleriam est aggressus ¶ Duo milia Macedonũ: in presidio habebat: qui primo summa ui restiterunt. quantũ arma: quantũ menia tueri poterant ¶ Sed oppugnatio continua: non nocte nõ die remissa: Cum Consul in eo uerti crederet ceterorũ Thessalorũ animos: si primi uim Romanã non sustinuissent: uicit pertinaciã Macedonũ.

PHALERIA THESSALORUM URBS CAPITUR
Metropolis et piera

Capta Phaleria: legati a Metropoli: & a Piera dedentes urbes: uenerũt ¶ Venia eisdẽ petentibus datur ¶ Phaleria incensa: ac direpta est ¶ Inde Eginium petit: quem locũ cum uel modico presidio tutum: ac prope inexpugnabilem uidisset: paucis in stationẽ proximam telis coniectis: ad Gomphorũ regionem agmen uertit. digressusq; in cãpos Thessalie: cum iam omnia exercitu deessent: qui Epirotarũ pepercerat agris: explorato ãte: utrũ Leucaem. an sinũ Ambraciũ onerarie tenuissent: frumentatũ Ambraciã inuicem cohortes misit ¶ Et ẽ iter Agomphis Ambraciã: sicut impeditũ: ac difficile: ita spacio ꝑbreui ¶ Intra paucos itaq; dies transuectis a mari cõmeatibus: repleta om̃i rerũ copia sũt castra ¶ Inde ad Rhagen est ꝓfectus. decem ferme milia a Larissa abest. ex Perrhebia oriundi sũt. sita ẽ urbs sup Peneium amnẽ ¶ Nihil trepidauere Thessali ad

PENEIUS AMNIS

primũ aduentũ Romanorũ. Et Philippus sicut ĩ Thessaliã ipse ꝓgredi nõ audebat: ita intra Tempe statiuis positis: ut quisq; locus ab hoste temptabatꝰ: presidia ꝑ occasiones submittebat. ¶ Sub idem fere tempus: quo Consul aduersus Philippum primum in Epiri faucibus: posuit castra: & L. Quintius frater Cõsulis: cui classis cura: maritimeq; ore Imperium mandatũ ab Senatu erat: cum duabus quinq;remibus Corcyrã transuectus: postq̃ profectam inde classem audiuit: nihil morandũ ratus: cum ad Zãmam insulam desequutus esset: dimissio Liuio cui successerat: tarde inde ad Maleũ trahẽdis plerunq; remulco nauibus: que cum commeatu sequebantur: ꝑuenit. A Maleo iussis ceteris: quantum maxime possent: maturare sequi: ipse tribus quinq;remibus expeditis: Pireũ precepit. accepitq; naues ibi: relictas ab. L. Apustio Legato: ad presidiũ Athenarum. ¶ Eodem tempore due ex Asia classes profecte. ¶ Vna cum Attalo Rege. ee .iiii. & .xx. quinq;remes erant ¶ Rhodia altera. xx. nauiũ tecta. Agesymbrotus ꝑerat. he circa Andrum insulam classes coniuncte. Euboeam inde exiguo distante freto traiecerunt. Carystiorum primum agros uastauerunt. deinde ubi Carystũs presidio a Chalcide raptim misso: firma uisa est: ad Eretriã accesserunt ¶ Eodem & L. Quintius cũ iis nauibus que Pirei fuerant: Attali regis aduentu audito: uenit. iussitq;: ut que ex sua classe uenissent naues: Euboeã peterẽt. ¶ Eretria summa ui oppugnabatur. nam & trium iunctarum classium naues omnis generis tormenta: machinasq; ad urbium excidia: secum portabant. & agri affatim materie prebebant ad noua molienda opa Oppidani primo haud impigre tuebantur moenia. deinde fessi: uulneratiq; aliquot: cum & muri partem euersam operibus hostium cernerent: ad deditionem inclinarũt. Sed presidium erat Macedonum: quos non minus q̃ Romanos metuebant. . & Philocles Regius Prefectus a Chalcide nuntios mittebat: se in tempore affuturum si sustinerent obsidionem ¶ Hec mixta metu spes ultra q̃m uellent: aut q̃ possent: trahere

L. Quintius fr consulis classem ducit ab urbe

eos tempus coegebat. Deinde postq̃m Philoclem repulsum: trepidantemq; refugisse Chalcidem acceperunt: oratores ex templo ad Attalum ueniam: fidemq; eius petẽtes: miserunt. Dum in spem pacis intenti segnius munera belli obeunt: ex ea modo parte: qua murus dirutus erat: ceteris neglectis: statiões armatas opponũt. Quintius noctu ab ea parte que minime suspecta erat: impetu facto: scalis urbem cepit. Oppidanoꝝ omnis multitudo cum cõiugibus: ac liberis: in arcem confugit. deinde in deditionem uenit. pecunie auriq; & argenti haud sane multum fuit. Signa: tabule prisce artis: ornamentaq; eius generis plura: q̃ pro urbis magnitudine: aut opibus ceteris: inuẽta. Carystus inde repetita: unde prius q̃ e nauibus copie exponerentur: omnis multitudo urbe deserta: in arcem cõfugit. inde ad fidem ab Romano petendã: oratores mittũt. oppidanis ex templo uita ac libertas concessa est. Macedonibus trecentoꝝ in capita statutũ est preciũ. & ut armis traditis: abirent. hac summa redempti in Boetiã inermes traiecti. nauales copie duabus claris urbibus Euboee ĩtra dies paucos captis: circũuecte Sumiũ Attice terre promontorium: Cenchreas Corinthiorum emporium petierunt. Consul interim omnium spe longiorem atrocioremq; oppugnationem habuit. & ea: qua minimum credidisset: resistebant hostes. nam omnem laborem in muro diruendo crediderat fore. si aditum armatis in urbem patefecisset: fugam inde cedemq; hostium fore. qualis captis urbibus: fieri solet. ceterum postq̃ parte muri arietibus decussa: per ipsas ruinas transcenderunt: in urbem armati: illud principium uelut noui: ac integri laboris fuit. nam Macedones: qui in presidio erant & multi: & delecti: gloriam etiam egregiam rati: si armis potius: & uirtute: q̃ menibus urbem tuerentur: cõferti pluribus introrsus ordinibus acie firmata: cum transcendere ruinas sensissent Romanos: per impeditum: ac difficilem ad receptũ locum: expulerunt. Id Consul egre passus: nec eam ignominiam: ad unius modo expugnande moram urbis: sed ad summã uniuersi belli: pertinere ratus: quod ex momentis paruarum plerunq; rerum penderet: purgato loco: qui strage semiruti muri cumulatus erat: turrim ingentis altitudinis: magnam uim armatorum: multiplici tabulato: portantem: promouit. & cohortes inuicem sub signis que cuneum Macedonum: Phalangem ipsi uocãt: si possent: ui perrumperent: emittebat. Sed ad loca angusta: haud late patente interuallo diruti muri: genus armoꝝ pugneq; hosti aptius erat. ubi conferti hastas ingentis longitudinis pre se Macedones obiecissent: uelut in constructã densitate clipeoꝝ testudinem Romani pilis nequicq̃ emissis: cũ strinxissent gladios: neq; cõgredi ꝓpius: neq; ꝑcidere hastas poterãt. & si qua incidissent: aut ꝑfregissent hastilia: fragmẽto ipso acuto ĩter spicula integrarũ hastaꝝ uelut uallum explebant. ad hoc. & muri pars ad huc integra: utraq; tuta prestabat latera. nec ex longo spatio aut cedẽdum: aut impetus faciendus: erat: que resturbare ordines solet. Accessit etiam forte res: ad animos eorum firmandos. nã cum turris per aggerem: parum densati soli: aggeretur: una rota: in altiorem orbitam depressa: ita turrim inclinauit: ut speciem ruentis hostibus: trepidationẽq; insanam superstãtibus armatis prebuerit. Cum parum quicq̃ succederet: Consul minime equo animo comparationẽ militum generis: armorumq; fieri patiebat. simul nec maturã expugnãdi spẽ: nec stationem procul a mari: & ĩ euastatis belli cladibus locis: hybernandi ullam cernebat. itaq; reiecta obsidione: qa nullus in tota Acarnanie: atq; Etolie ora portus erat: qui simul & omnis onerarias: que cõmeatum exercitui portabant: caperet: tecta ad hybernandum legionibus preberet: Anticyra in Phocide: in Corinthiũ uersa sinũ ad id opportunissime sita uisa. quia nec procul Thessalia: hostiumq; locis abibant. & ex aduerso Peloponnesũ exiguo maris spatio diuisã: ab tergo Etoliã: Acarnaniãq;

> Eretria multũ oppugnata capitur.

> Carystus urbs capta

> Cenchree diu frustra oppugnate

> PHALAHX

ab lateribus locridem: ac Boetiam habebat ¶ Phocidis primo impetu Phanoceam sine
certamine cepit ¶ Anticyra haud multum in oppugnando prebuit more. Ambrussũ
inde Iapolisq; recepte ¶ Daculisia quia in tumulo excelso sita ẽ: nec scalis: nec opibus
capi poterat: lacessendo missilibus eos: q in presidio erant: cũ ad excursiones elicuissẽt:
refugiendo inuicẽ: insequendoq;: & leuibus sine effectu certaminibus: eo negligentie
& cõtemptus adduxerunt: ut cum refugientibus in portam permixti impetum Ro/
mani facerẽt. ¶ Sex alia ignobilia castella Phocidis terrore magis: q̃ armis ĩ potestatẽ
uenerunt ¶ Elacia clausit portas. nec nisi ui cogerent: recepturi moenibus uidebant:
aut ducem: aut exercitum Romanum. ¶ Elaciam obsidenti Consuli: rei maioris spes
affulsit ¶ Acheorum gentem ab societate Regia in Romanam amicitiam auertendi.
Cycliadam principẽ factionis ad Philippum trahentiũ res: expulerant ¶ Aristhenus
qui Romanis gentem iungi uolebat: Pretor erat. ¶ Classis Romana cum Attalo et
Rhodiis Cenchreis stabat. parabantq; cõmuni omnes cõsilio Corinthũ oppugnare.
Optimum igitur ratus: prius q̃ eam rem aggredirentur: Legatos ad gentem Acheoꝝ
mitti: pollicentes si ab Rege ad Romanos defecissent: Corinthum iis cõtributuros:
in antiquum gentis Consilium: Autore Consule: legati a fratre eius. L. Quintio: &
Attalo & Rhodiis & Atheniensibus: ad Acheos missi ¶ Sicyone datum iis est Conciliũ
Erat autem non admodum simplex habitus inter Acheos animorum ¶ Terrebat eos
Lacedemonius grauis: & assiduus hostis. ¶ Horrebant Romana arma. ¶ Macedonũ
beneficiis: & ueteribus eius ore gentibus obligati erant. Regem ipsum suspectum ha/
bebãt: ꝑ eius crudelitate: perfidiaq;: ex iisque tum ad tempus facerẽt: estimantes: post
bellum grauiorem dominum futurum cernebant. neq; solum quid in Senatu quisq;
ciuitatis sue: aut ĩ cõmunibus Conciliis gentis pro sententia dicerent: ignorabant: sed
ne ipsis quidem secum cogitantibus: quid uellent: aut quid optarent: satis constabat.
Ad hoĩes ita incertos introductis Legatis: potestas dicendi data est ¶ Romanis primũ
Legatus. L. Calpurnius: deinde Attali Regis Legati: post eos Rhodii disseruerunt.
Philippi deiñ Legatis dicendi potestas facta ẽ. Postremi Athenienses: ut refellerent
Macedonũ dicta: auditi sunt ¶ Fere atrocissime in Regem: quia nulli: nec plura: nec
tã acerba passi erant: inuecti sũt. ¶ Et illa quidẽ cõtio sub occasum solis: tot Legatoꝝ
perpetuis orationibus die absumpto: dimissa est ¶ Postero die aduocatur conciliũ ubi
per preconem: sicut grecis mos est: suadendi potestas a magistratibus facta esset: nec
quis q̃ prodiret: diu silentium aliorum: alios intuentium: fuit ¶ Neq; mirum: si quibus
sua sponte uolutãtibus res inter se pugnantes: obtorpuerant quodãmodo animi: eos
oratiões quoq; insup turbauerant: utrinq; que difficilia eẽnt: promẽdo: admonẽdoq;
per totum diem habite. ¶ Tandem Aristenus Pretor Acheorum ne tacitum conciliũ
dimitteret. ¶ Ubi inquit illa certamina Achei animorum sunt: quibus in conuiuiis: &
circulis cum de Philippo & Romanis mentio incidit: uix manibus temperabatis? nũc
in Consilio ad eam rem unam indicto: cum Legatorum utrinq; uerba audieritis: cũ
referant magistratus: cum preco ad suadendum uocet: obmutuistis? si nõ cura salutis
cõmunis: ne studia quidem que in hanc: aut in illã partẽ animos uestros inclinarunt:
uocem cuiquam possunt exprimere: cum presertim nemo tam hebes sit qui ignorare
possit: dicendi ac suadendi: quod quisq; aut uelit: aut optimum putet: nunc occasionẽ
esse. Prius q̃ quicq̃: decernamus: ubi semel decretum erit: omnibus: id etiam quibus ãte
displicuerit: pro bono: atq; utili federe defendendum. ¶ Hec adhortatio pretoris non
modo quenq̃ unum eliciuit: ad suadendum: sed ne fremitũ quidẽ aut murmur cõtionis
tante ex tot populis congregate mouit ¶ Tum Aristhenus Pretor rursus ¶ Nõ magis

cõsilium uobis Principes Acheorũ deest: q̃ lingua. sed suo quisq; periculo in cõmune consultũ non uult: forsitan ego quoq; tacerẽ: si priuatus essem? Nunc Pretor uideo: aut non dandum Conciliũ Legatis fuisse: aut inde sine responso eos dimittendos nõ esse. Respondere autem nisi ex uestro decreto: qui possum? & quando nemo uestrũ: qui in hoc Conciliũ aduocati estis: pro sententia quicq̃ dicere uult: aut audet: oratiões Legatorum: hesterno die: ꝓ sententiis dictas: precenseamus: perinde ac si non postu/lauerint: que e re sua essent. sed suasuerint: que nobis censerent: utilia esse. ¶Romani Rhodiiq; & Attalus sotietatẽ amicitiamq; nostram petunt. & in bello: quod aduersus Philippum gerunt se a nobis adiuuari: equum censent. ¶Philippus sotietatis secum admonet: & iurisiurandi. & modo postulat: ut secum stemus. modo ne intersimus armis contentum ait se esse: nulli ne uenit in mentem: cur qui nõdum sotii sunt: plus petũt: q̃ sotius? non fit hoc: neq; modestia Philippi: neq; impudentia Romanorum. Achei portus & dat fiduciam postulantibus: & demit. ¶Philippi preter Legatum: uidemus nihil. Romana classis ad Cenchreas stat: urbiũ Euboee spolia pre se ferens: Consulẽ legionesq; eius exiguo maris spatio disiunctas Phocidem: & Locridem peruagantis uidemus. Miramini cur desidenter. Cleomedon Legatus Philippi: ut pro Rege arma caperemus: aduersus Romanos: modo egerit: qui si ex eodem federe: ac iureiurando: cuius nobis religionem iniciebat: rogemus eum: ut nos Philippus & ab Nabide ac La/cedemoniis: & ab Romanis defendat: non modo presidium: quo tueatur nos: sed ne quid respondeat quidem nobis: sit inuenturus? non hercle magis: q̃ ipse Philippus: qui priore anno pollicendo: se aduersus Nabidem bellũ gesturũ: cum temptasset nostrã iuuentutem hinc in Euboeã extrahere: postq̃ nos neq; decernere id sibi presidiũ: neq; uelle illigari Romano bello uidit: oblitus sotietatis eius quã nunc iactat: uastandos depopulandosq; Nabidi ac Lacedemoniis reliquit. ac mihi quidem minime cõuenienss inter se Cleomedontis oratio uisa est. Eleuabat Romanum bellum: euentumq; eius eundem fore: qui prioris belli: quod cum Philippo gesserunt: dicebat. cur ille nostrũ igitur auxilium absens potius petit: q̃m presens nos sotios ueteres simul ab Nabide ac Romanis tueatur? nos dico. quid ita passus est Erethriam Carystumq; capi? Quid ita tot Tessalie urbes? Quid ita Locridem: Phocidemq;? Quid ita nunc Elaciam op/pugnari patitur? cur excessit faucibus Epiri claustrisq; illis inexpugnabilibus: super Aoum amnem: aut ui: aut metu: aut uoluntate? relictoq;: quẽ insidebat saltu: penitus in regnũ abiit? si sua uoluntate tot sotios reliquit hostibus diripiendos: quid recusare potest: quin & sotii sibi consulant? si metu: nobis quoq; ignoscat: timentibus. si uictus armis cessit Achei: nos arma Romana sustinebimus Cleomedon? que uos Macedones non substinuistis? an tibi potius credamus Romanos non maioribus copiis: & uiribus nunc bellũ gerere q̃ antea gesserunt potius q̃ res ipsas intueamur. Etolos cũ classe ad/iuuerũt. nec Duce Consulari: nec exercitu: bellũ gesserunt. sotiorũ Philippi maritime etiam urbes in terrore: ac tumultu erant. meditarranea adeo tuta a Romanis armis fuerunt: ut Philippus Etolos nequicq̃ opẽ Romanoꝝ implorantes: depopularetur. nunc autem defuncti bello Punico Romani: quod per sedecim annos: uelut intra uiscera Italie tolerauerunt: non presidiũ Etolis bellantibus miserunt: sed ipsi duces belli arma terra: mariq; simul Macedonie intulerunt. Tertius iam Consul summa ui gerit bellum. Sulpitius in ipsa Macedonia cõgressus fudit fugauitq; Regem. partem opu/lentissimam regni eius depopulatus: nũc Quintius tenentem castra Epiri natura loci munimentis exercitus fretum: castris exuit. fugiẽtem in Thessaliam prosequutus ꝑsidia regia. sotiasq; eius urbes: prope in conspectu Regis ipsius expugnauit. ¶Ne sint uera:

que Athenienses modo Legati: de crudelitate: auaricia: libidine: Regis: dixerunt: nihil
ad nos pertineant: que in terra Attica scelera in superos inferosq; deos sint admissa:
multo minus que Cianii Abydeniq;: qui procul a nobis absunt: passi sunt. nostrorum
ipsi uulnerum si uultis: obliuiscamur. cedes direptionesq; bonorũ Messene in media
Pelopóneso facte: & hospitem Cyparissie Garitenem contra ius omne: ac fas: inter
epulas prope ipsas occisum: & armatum patrem filiumq; Sicyonios: cũ senem infelicẽ:
parentem etiam appellare solitus esset: interfectos Pyli eius uxorem libidinis causa in
Macedoniam apportatam. cetera stupra uirginum: matronarumq;: obliuioni dent.
ne sint cum Philippo res: cuius crudelitatis metu obmutuistis omnes. nam que alia ta/
cendi aduocatis in concilium causa est? cũ Antigono mitissimo: atq; iustissimo Rege:
& de nobis oĩbus optime merito: existimemus disceptationem esse. num id postularet:
facere nos: quod tum fieri non posset? poeninsula est Peloponnesus angustis Isthmi
faucibus cótinenti adherens: nulli appertior atq; opportunior: q̃ nauali bello. si centũ
tecte naues: & quinquaginta leuiores aperte. & centum triginta Isiaci lembi maritimã
oram uastare: & expositas prope in ipsis littoribus urbes: coeperint: oppugnare: in
meditarraneas scilicet nos urbes recipiemus. tanq̃m non intestino: & herente in ipsis
uisceribus: uramur bello. cum terra Nabis: & Lacedemonii: mari classis Romana ur/
gebunt: unde Regiam sotietatem: & presidia Macedonum implorem? an ipsi nostris
armis ab hoste Romano tutabimur urbes que oppugnabũtur? egregie enim Bimas
priore bello sumus tutati. Satis exemplorũ nobis aliene clades prebent. ne queramus
quemadmodũ ceteris exemplo simus. nolite: quia ultro Romani petunt amicitiam:
id quod optandum uobis: ac summa ope petendum erat: fastidire. metu enim uidelicet
cópulsi in aliena terra: quia sub umbra nostri auxilii latere uolũt: in sotietatẽ nostrã
cófugiunt: ut portubus nostris recipiatur. ut commeatibus utantur. Mare in po/
testate habent. terras: quascunq; adeunt: ex templo ditionis sue faciũt. Quod rogãt:
cogere possunt. quia pepercisse uobis uolunt: cómittere uos: cur pereatis: nó patiunt̃.
nam qđ Cleomedon modo tanq̃ uobis mediã: & tutissimã uiam consilii: ut quiesceretis
abstineretisq; armis: ostendebat. ea nó media: sed nulla uia est. &.n. preter q̃ quod aut
accipienda: aut aspernanda uobis Romana sotietas est: quid aliud: q̃ nus q̃m gratia
stabili: uelut qui euentum expectauerimus: ut fortune applicaremus nostra consilia
preda uictoris erimus? nolite si: quod omnibus uotis petendum erat: ultro offertur:
fastidire? non: quemadmodũ hodie utrunq; uobis licet: sic semper uobis liciturum ẽ.
nec sepe: nec diu eadem occasio erit. liberare uos a Philippo iam diu magis uotis q̃m
armis audetis. sine uestro labore: & periculo: qui uos in libertatem uindicarent: cum
magnis classibus: exercitibusq; mare traiecerunt. hos si sotios aspnamini uix sanę mẽti
estis. sed aut sotios: aut hostes habeatis oportet. Secundũ orationẽ Pretoris: mur/
mur ortum: aliorũ cum assensu: aliorum inclemẽter assentientes: increpantium. & iã
non singuli tantum: sed populi uniuersi inter se altercabantur. Tum inter magis/
tratus gentis: demiurgos uocant: Decem numero creãtur. Certamen nihilo segnius:
q̃ iter multitudinẽ esse. Quinq; relaturos de sotietate Romana: se aiebãt. suffragiũq;
daturos: Quinq; lege cautum testabant̃: nequid quod aduersus sotietatem Philippi
esset: aut referre magistratibus: aut decernere Cócilio: ius esset. Hic quoq; dies iurgiis
est consumptus. Supererat unus iusti Concilii dies. Tertio enim lex iubebat decretũ
fieri. in quẽ adeo exarsere studia: ut uix parentes: ab liberis temperauerint. Risiasus
Pellenensis erat: filium Demiurgum nomine Memnonem habebat. Is diu obtestatus
filiũ: ut cósulere Acheos cómuni saluti pateretur: neu pertinacia sua gentẽ uniuersã

ISTHMUS
PELOPÕNESUS

perditum iret: poſtq̃ parum proficiebãt preceſ: iuratuſ ſe cũ ſua manu interempturũ: nec ꝑ filio: ſed pro hoſte habiturum: miniſ peruicit: ut poſtero die cõiungeret iiſ ſe: qui referebant. ¶ Qui cũ pluref facti: referrent: omnibuſ fere populiſ: haud dubie approbantibuſ relationẽ: ac pre ſe ferẽtibuſ: qd decreturi eſſent: Dymei & Megalopolitani & quidam Argiuorũ: priuſ q̃ decretũ fieret: conſurrexerunt. ac reliquerũt Conciliũ. neq; morante ullo: nec improbãte. ¶ Nam Megalopolitanoſ: auorũ memoria pulſoſ ab Lacedemoniiſ: reſtituerat ĩ patriã Antigonuſ. ¶ Et Dymeiſ captiſ nuꝑ: dirreptiſq; ab exercitu Romano: cũ redimi eoſ ubicunq; ſeruirent: philippuſ iuſſiſſet: non libertatem modo ſed etiã patriam reddiderat. Iam Argiui preter q̃ qđ Macedonũ Regeſ ab ſe oriundoſ credunt: priuatiſ etiã hoſpitiiſ: familiariq; amicitia: pleriq; illigati Philippo erant. ¶ Ob hec Concilio: qđ inclinauerat: ad ſotietatem Romanam ineundam: exceſſerũt. ueniaq; iiſ huiuſ ſeceſſioniſ fuit: & magniſ: & recẽtibuſ colligatiſ benefitiiſ. Ceteri populi Acheorum cum ſententie perrogarentur: ſotietatem cum Romaniſ: ac Rhodiiſ preſenti decreto confirmarunt. ¶ Cum Romaniſ: quia iniuſſu Populi non poterat rata eẽ: in id tempuſ quo Romam mitti Legati poſſent: dilata eſt. ¶ In preſentia treſ legatoſ ad. L. Quintium mitti placuit. & exercitum omnem Acheorum ad Corinthum admoueri: captiſ Cenchreiſ iam urbem ipſam Quintio oppugnante: et ii quidem e regione porte: que fert Sicyonem poſuerũt caſtra. Romani ad Cencrheaſ uerſam partẽ urbiſ: Attaluſ traducto per Iſthmũ exercitu: ab Lecheo alteriuſ mariſ portu: oppugnabant. primo ſegniuſ: ſperanteſ ſeditionẽ intuſ fore: inter oppidanoſ: ac regium preſidium. poſtq̃ uno animo omneſ: & macedoneſ tanq̃ cõmunem patriã tuebantur: & Corinthii Ducem preſidii Androſthenẽ haud ſecuſ: q̃ ciuem: & ſuffragio creatum ſuo: imperio iuſto patiebantur: omniſ inde ſpeſ pugnantibuſ in ui: & armiſ & operibuſ: erat. undiq; aggereſ haud facili aditu: ad moenia admouebantur. ¶ Arieſ ex ea parte: quam Romani oppugnabant: aliquantũ muri diruerat. in quem locum: quia nudatuſ munimento erat: protegendũ armiſ cũ Macedoneſ cõcurriſſent: atrox prælium inter eoſ: ac Romanoſ ortum ẽ. ac primo multitudine facile expellebant Romani. aſſumptiſ deinde Acheorũ Attaliq; auxiliiſ: equabant certamen. nec dubiũ erat: quin Macedonaſ grecoſq; facile loco pulſuri fuerint. ¶ Tranſfugarum Italicorum magna multitudo erat. parſ ex Annibaliſ exercitu metu pæne a Romaniſ: Philippũ ſequuta. parſ naualeſ ſotii: relictiſ nuꝑ claſſibuſ: ad ſpẽ honoratioriſ militie trãſgreſſi. hoſ deſperata ſaluſ: ſi Romani uiciſſent: ad rabiem magiſ: q̃m audaciam accendebat. Promontorium eſt aduerſuſ Sicyonem Iunoniſ: quam uocant Acream: in altum excurrẽſ. tranſiectuſ inde Corinthũ ſeptem milia ferme paſſuũ. eo Philocleſ Regiuſ & ipſe ꝑfectuſ mille & quingentoſ militeſ: per Boetiã duxit. preſto fuere a Corintho lembi: qui preſidium id acceptum Lecheum traiicerent. ¶ Autor erat Attaluſ inceſiſ operibuſ omittẽde ex templo oppugnationiſ. ¶ Pertinaciuſ Quintiuſ a Miſmiſ nepio perſtabat. iſ quoq; ut pro omnibuſ portiſ diſpoſita uidit preſidia regia: nec facile erũpentium impetuſ ſuſtineri poſſe: in Attali ſententiã cõceſſit. ita irrito incepto dimiſſiſ Acheiſ reditum ad naueſ ẽ. ¶ Attaluſ Pireum: Romani Corcyram: petierunt. ¶ Dum hec a nauali exercitu geruntur: Conſul in Phocide ad Elaciam caſtriſ poſitiſ: primo colloquiiſ rem: per Principeſ Elacienſium temptauit. poſtq̃ nihil eſſe in manu ſua: et pluref ualidioreſq; eſſe Regioſ: q̃ oppida noſ reſpondebatur: tũ ſimul ab omni parte operibuſ: armiſq;: urbem eſt aggreſſuſ. ariete admoto quantum inter turreſ erat muri prorutum: cum ingenti fragore: ac ſtrepitu nudaſſet urbẽ: ſimul & cohorſ Romana per apertũ recenti ſtrage iter inuaſit: & ex omnibuſ oppidi partibuſ: relictiſ ſuiſ quiſq;

Fit ſocietaſ cum Acheiſ

Cenchree capte

Corinthuſ obſidetur fruſtra

Conſul ELACIAM expugnat

ſtationibuſ in eum qui premebatur: impetu hoſtium locum concurrerunt. ¶ Eodem
tempore Romani: & ruinaſ muri ſuperuadebāt: & ſcalaſ ad ſtantia moenia inferebāt
& dum in unā partem oculoſ: animoſq; hoſtium: certamen auerterat: pluribuſ locis
ſcaliſ capitur muruſ: armatiq; in urbem trāſcenderunt. ¶ Quo tumultu audito territi
hoſteſ: relicto quem conferti tuebantur loco in arcem omneſ: inermi quoq; ſequente
turba: confugerunt. ita urbe potitur Conſul. qua direpta: dimiſſiſ in arcem: qui uitam
regiiſ: ſi abire uellent inermeſ: libertatem elacienſibuſ pollicerent: fideq; in hec data:
poſt paucoſ dieſ: arcem recepit. Ceterum aduentu in Achaiam Philocliſ Regii Pre/
fecti: non Corinthuſ tantum liberata obſidione: ſed Argiuorum quoq; ciuitaſ per
quoſdam Principeſ Philocli prodita eſt: temptatiſ priuſ animiſ plebiſ. Moſ erat Co/
mitiorum die primo uelut ominiſ cauſa: Pretoreſ pronuntiare Iouem: Apollinemq;
& Herculem: additum legi erat: ut iiſ Philippuſ Rex adiiceretur: cuiuſ nomen poſt
pactam cū Romaniſ ſotietatem: quia preco non adiecit: fremituſ omniſ primo mul/
titudiniſ ortuſ: deinde clamor ſubiicientium Philippi nomen: iubentiumq; legitimum
honorem uſurpare: donec cum ingenti aſſenſu nomen recitatum eſt. huiuſ fiducia
fauoriſ Philocleſ accerſituſ: nocte occupat collem imminentē urbi. Lariſſam eam arcē
uocant. poſitoq; ibi preſidio: cum luciſ principio: ſigniſ infeſtiſ: ad ſubiectum arci forū
uaderet: inſtructa acieſ ex aduerſo ocurrit. ¶ Preſidium erat Acheorū nup impoſitū:
quingenti fere iuueneſ delecti omnium ciuitatum Eneſidemuſ Elimeuſ preerat. Ad
hortor: a Prefecto regio miſſuſ: qui excedere urbe iuberet. neq; enim pareſ eoſ oppi/
daniſ ſoliſ quidem: quod Macedoneſ ſentirent: ne dum adiunctiſ Macedonibuſ eſſe:
quoſ ne Romani quidem ad Corinthum ſuſtinuiſſent. ¶ Primo nihil nec Ducem: nec
ipſoſ mouit. ¶ Poſt paulo: ut Argiuoſ quoq; armatoſ ex parte altera uenietēſ magno
agmine uiderunt: certam perniciem cerneteſ: omnē tamē caſum: ſi pertinatior Dux
fuiſſet: uidebant ſubituri & Eneſidemuſ ne floſ acheorum iuuentutiſ ſimul cum urbe
amitteretur: pactuſ cum Philocle, ut abire illiſ liceret: ipſe quo loco ſteterat armatuſ:
cū pauciſ clientibuſ non exceſſit. miſſuſ a Philocle qui quereret: quid ſibi uellet: nihil
fatuſ tantum modo cū proiecto pre ſe clipeo ſtaret in preſidio credite urbiſ: moritu*rum*
ſe armatum reſpondit. ¶ Tum iuſſu Prefecti a Thracibuſ coniecta tela. interfectiq;
omneſ. Et poſt pactam inter Acheoſ & Romanoſ ſotietatem due nobiliſſime ciui/
tateſ Argi: & Corinthuſ: in poteſtate Regiſ erant. ¶ Hec ab Romaniſ ea eſtate in
Grecia terra: mariq; geſta. ¶ In Gallia nihil ſane memorabile: ab Sex. Elio Conſule
geſtum: cum duoſ exercituſ: in Prouintia habuiſſet: unum retentum: quem dimitti
oportebat. cui. L. Corneliuſ Proconſul prefuerat: ipſe ei. C. Elium Pretorem pfecit.
alterū quem in Prouintiā adduxit. totum prope annū: Cremonenſibuſ: Placētiniſq;
cogendiſ redire in coloniaſ: unde belli caſibuſ diſſipati erant: conſumpſit. ¶ Quemad/
modum eo anno Gallia preter ſpem quieta fuit: ita ppe ſeruiliſ tumultuſ circa urbē
eſt excitatuſ. ¶ Obſideſ Carthaginenſium Setie cuſtodiebantur. cum iiſ ut principum
liberiſ: magna uiſ ſeruorum erat. augebant eorū numerū: ut ab recenti Africo bello:
& ab ipſiſ Setiniſ captiua aliquot nationiſ eiuſ ex preda empta mancipia. Cum con/
iurationem feciſſent: miſſiſ ex eo numero: qui in Setino agro: deinde circa Norbem
& Cerceioſ ſeruitia ſollicitarent: ſatiſ iam omnibuſ preparatiſ: ludiſ qui Setie prope
diem futuri erant: ſpectaculo intētum populum aggredi ſtatuerant. Setia per cedē
& repentinum tumultum capta: Norbem & Cerceioſ occupare. ¶ Huiuſ rei tam fedū
inditium Romam: ad. L. Cornelium Lentulum Pretorem urbiſ delatum eſt. Serui
duo āte lucē ad eū uenerūt: atq; ordine omnia que acta: futuraq; erant: expoſuerūt.

Argos philocli philippi ductori per proditionem tradita

Insigne factū ENESIDEMI Prefecti Acheorum

OBSIDES CARTHA. Setie custoditi ingentem tumultū in urbe excitavere per servos.

Quibuſ domi cuſtodiri iuſſiſ: Pretor: Senatu uocato: edoctoq; que indiceſ afferrent: proficiſci ad eam coniurationem querendam: atq; opprimendam: iuſſuſ: cum quinq; legatiſ profectuſ eſt. obuioſ in agriſ ſacramẽto rogatoſ: arma capere: & ſequi cogebat. Hoc tumultuario delectu: duobuſ milibuſ ferme hominũ armatiſ: Setiã: oĩbuſ: quo ꝑgeret: ignariſ: uenit. ¶ Ibi raptim Principibuſ cõiurationiſ cõprehenſiſ: fuga ſeruoꝝ ex eo oppido facta ẽ: dimiſſiſ deĩn per agroſ: q ueſtigarent: egregia duoꝝ opa ſeruoꝝ indicũ: & uniuſ liberi fuit. Ei. c. milia grauiſ eriſ dari Patreſ iuſſerũt. ſeruiſ uicena q̃na milia eriſ: & libertatem. Precium eoꝝ ex erario ſolutũ eſt dominiſ. ¶ Haud ita multo poſt ex eiuſdem coniurationiſ reliquiiſ nuntiatum eſt ſeruitia Preneſte occupata. eo . L. Corneliuſ Pretor profectuſ: de quingentiſ fere hominibuſ: qui in ea noxa erant: ſupplitium ſumpſit. ¶ In timore ciuitaſ fuit: obſideſ captiuoſq; Poenorum: ea moliri. itaq; & Rome uigilie ꝑ uicoſ ſeruate. iuſſiq; circũire eam minoreſ Magiſtratuſ. ¶ Et triumuiri carceriſ latumiarum intentiorem cuſtodiam haberi iuſſi. ¶ Et circa nomen latinum a Pretore miſſe littere: ut obſideſ in priuato ſeruarentur. neq; in publicum prodeundi facultaſ daretur. & captiui ne minuſ. x. pondo cõpedibuſ: uincti: in nulla alia q̃ in carceriſ publici cuſtodia eſſent. ¶ Eodem anno legati ab Rege Attalo coro/nã auream. cc. xlvi. pondo in Capitolio poſuerunt. gratiaſq; Senatui egerunt quod Antiochuſ Legatorum Romanorum autoritate motuſ. finibuſ Attali exercitum deduxiſſet. ¶ Eadem eſtate equiteſ. cc. & elephanti decem: & tritici modium. cc. milia: ab Rege Maſaniſſa ad exercitum: qui in Gretia erat: peruenerant. ¶ Item ex Sicilia Sardiniaq; magni cõmeatuſ: & ueſtimenta exercitui miſſa. ¶ Siciliam. M. Marcelluſ. Sardiniã. M. Portiuſ Cato obtinebat. ſanctuſ: & innocenſ: aſperior tamẽ in fenore cohercendo habituſ. fugatiq; ex inſula feneratoreſ. Et ſumptuſ: quoſ in cultum Pre/torum ſotii facere ſoliti erant: circuncisi: aut ſublati. ¶ Sex. Eliuſ Conſul ex Gallia: comitioꝝ cauſa: Romam cum rediſſet: creauit Conſuleſ Cn. Cornelium Cethegum: & . Q. Minutium ruffum. ¶ Biduo poſt Pretorum Comitia habita. Pretoreſ illo anno primum creati Sex: creſcentibuſ iam Prouintiiſ: & latiuſ pateſcente imperio. Creati autem hi. L. Manliuſ Volſco. Cn. Semproniuſ Tuditanuſ: M. Sergiuſ Silluſ. M. Minutiuſ ruffuſ. L. Attiliuſ. A. Sẽproniuſ Eliuſ. ¶ Ex iiſ Edileſ Plebiſ erant. Curuleſ Edileſ. Q Minutiuſ Therinuſ. &. T. Semproniuſ Longuſ. Ludi Romani eo anno quater inſtaurati Cn. Cornelio: &. Q. Minutio Conſulibuſ omnium primũ de Pro/uintiiſ Conſulum: Pretorumq; actum. ¶ Priuſ de Pretoribuſ tranſacta reſ: que trãſigi ſorte poterat. ¶ Vrbana Sergio: Peregrina iuriſdictio Minutio: obtegit. Sardiniã Attiliuſ: Siciliam Manliuſ: Hiſpaniam Semproniuſ: citeriorem. A. Eliuſ ulteriorẽ. eſt ſortituſ. ¶ Conſulibuſ Italiam Macedoniamq; ſortiri parantibuſ: L. Oppiuſ: &. Q. Fuluiuſ Tribunuſ Plebiſ impedimento erant: quod longinqua Prouintia Macedo/nia eſſet: neq; ulla alia reſ maiuſ bello impedimentum ad eam diem fuiſſet: q̃m q̃d uix dum inchoatiſ rebuſ: in ipſo conatu gerende belli: prior Conſul reuocaretur. Quartũ iam annum eſſe ab decreto Macedonico bello. Querendo Regem & exercitum eiuſ Sulpitium maiorem partem anni abſumpſiſſe. ¶ Iulium congredientem cum hoſte: re infecta reuocatum. Quintium rebuſ diuiniſ Rome maiorem partem anni retentum ita geſiſſe tamen reſ: ut ſi aut maturiuſ in Prouintiam ueniſſet: aut hyemſ magiſ ſera fuiſſet: potuerit: debellare. nũc prope in hyberna profectum: ita cõparare dici bellũ ut niſi ſucceſſor impediat: perfecturuſ eſtate ꝓxima uideatur. ¶ Hiſ orationibuſ per/uicerunt: ut Conſuleſ in Senatuſ autoritate fore dicerent: ſe: ſi idem Tribuni facerẽt. Permittentibuſ utriſq; liberam conſultationem: Patreſ Conſulibuſ ambobuſ Italiam

Antiocho arte gr̃e q̃ finib; attali regis exercitum abduxiſſet.

M. PORTIUS CATO SACTUS & INNOCES.

COHS. Cn. cornelius cethegus & Minutius Ruffus.

Prouinciam decreuerunt. T. Quintio prorogarunt Imperium: donec successor ei uenisset ¶ Consulibus legiones bine decrete. & ut bellú eum Gallis Cisalpinis: qui de/
fecissent: ab Populo Ro. gererent ¶ Quintio in Macedonia supplementú decretum peditum. v. milia. ccc. equites: sotiorú naualiú tria milia ¶ Preesse eidem qui prefuerat classi. L. Quintius Flaminius iussus ¶ Pretoribus in Hispania octona milia peditú: sotium ac latini nominis data. & quadrigenti equites: ut dimitterent ueterem ex His/
paniis militem. & terminare iussi: qua ulterior: citerior ue Prouincia seruaretur. Ma/
cedonie legatos. P. Sulpitium: &. P. Iulium: qui consules in ea Prouincia fuerant: adiecerunt ¶ Prius q̃m Consules Pretoresq; in Prouincias proficiscerentur: prodigia pcurari placuit. qđ edes Vulcani: Súmaniq; Rome: & qđ Fregellis murus & porta: de celo tacta erant. & Frusinone inter noctẽ lux orta: & Esculo agnus biceps cú. v. pedibus natus: & Formiis duo lupi oppidú ingressi: obuios aliquot laniauerãt. Rome non in urbe solum sed in Capitolium: penetrauerat lupus. C. Acilius Tr. Pl. tulit: ut quinq; colonie in oram maritimam deducerentur ¶ Due ad ostia fluminum Vulturni Literniq; ¶ Vna ad puteolos. ¶ Vna ad castrum Salerni. ¶ His Buxentum adiectum Trecene familie in singulas colonias iubebantur mitti. iis triumuiri deducendis: ii qui per triennium Magistratum baberent: creati. M. Seruilius Geminus. Q. Minutius Therinus. T. Sempronius Longus ¶ Delectu rebusq; aliis diuinis humanisq;: que per ipsos agenda erant: perfectis: Consules ambo in Galliam profecti ¶ Cornelius recta ad Insubres uia: qui tum in armis erant: Cenomanis assumptis. Q. Minutius in leua Italie ad inferum mare flexit iter. Genuamq; exercitu adducto: ab Liguribus orsus est bellum. ¶ Oppida Clastidium: & Litubium utraq; Ligurum: & due gentis eiusdẽ ciuitates: Celelates: Cerdiciatesq; sese dediderunt. & iã omnia cis Padú: preter Gallorú Boios: Iluates Ligurum sub ditione erant. xv. oppida: hominum. xx. milia esse dice/
bantur: que sese dediderant. inde in agrum Boiorú legiones duxit ¶ Boiorum exercitus haud ita multo ante traiecerat Padum. iunxeratq; se Insubribus: & Cenomanis: quod ita acceperant: cóiunctis legionibus Consules rem gesturos: ut & ipsi collatas in unú uires firmarent. Postq̃ fama accidit alterum Consulem Boiorum urere agros: seditio ex templo est orta ¶ Postulare Boi: ut laborantibus opem uniuersi ferrent: Insubres negare: se sua deserturos. ita diuise copie. Boiisq; in agrum suum tutandum: profectis Insubres cum Cenomanis super amnis Mincii ripas consederunt. infra eú locú mille passuum milia: & Consul Cornelius eidem flumini castra applicuit. inde mittendo in uicos Cenomanorú & Brixiam quod caput gentis erat: ut satis comperit non ex au/
toritate seniorum iuuentutem in armis esse: nec publico consilio: Insubrú defectioni Cenomanos se adiúxisse: excitis ad se prícipibus: id agere & moliri cepit: ut desciscerẽt ab Insubribus Cenomani. & signis sublatis aut domos redirent: aut ad Romanos trã/
sirent. & id quidem impetrare nequiuit ¶ In id data fides Consuli est: ut in acie aut quiescerent: aut siqua: in re occasio fuisset: adiuuarent Romanos. Hec ita conuenisse Insubres ignorabant. suberat tamen quedã suspitio animis: labare fidem sotiorum. Itaq; cum in aciem eduxissent: neutrum iis cornu cómittere ausi: ne si dolo cessissent: rem totam inclinarent: post signa in subsidiis eos locauerunt ¶ Consul principio pugne uouit edem Sospite Iunoni: si eo die hostes fusi: fugatiq; essent ¶ A militibus clamor sublatus: compotem uoti Consulem se facturos. & impetus in hostes est factus. ¶ Non tulerunt Insubres primú concursum ¶ Quidam & a Cenomanis terga repente in ipso certamine aggressis: tumultum ancipitem iniectum autores sunt. cesaq; sunt in medio. v. &. xxx. milia hostiú. ¶ Quinq; milia &. dcc. uiuos captos: in iis Hamilcarem Penorum

PRODIGIA (margin, beside the lines on the prodigies)

CENOMANI (margin, beside the lines on the Cenomani)

Consul cornelius insubres cenomanosq; [illegible] (handwritten margin note)

HAMILCHAR PENORUM DUX CAPTUS. (margin, beside the last line)

Imperatorē: Qui belli causa fuisset. signa militaria. c. xxx. & carpēta supra. Oppida que defectionem sequuta erant: dediderūt se Romanis. ¶ Minutius Consul primo effusis populationibus peragrauerat finis Boiorū. deinde ut relictis Insubribus ad tuenda sua receperant sese: castris se tenuit: acie dimicandū cum hoste ratus. ¶ Nec Boii detractassēt pugnā: ni fama uictos Insubres allata: animos fregisset. Itaq; relicto Duce: castrisq;: dissipati per uicos sua ut quisq; defēderet: rationē gerendi belli hosti mutarunt. omissa enim spe: per unam dimicationem rei decernende: rursus populari agros: & urere tecta: uicosq; expugnare: coepit. ¶ Per eosdem dies Clastidium incensū inde in Ligustinos Iluates. qui soli non parebant: legiones ducte. ¶ Ea quoq; gens: ut Insubres acie uictos: Boios ita: ut temptare spem certaminis metuerent: territos: audiuit: in deditionem uenit. ¶ Littere Consulum a Gallia degestis prospere sub idem tempus Romam allate. M: Sergius Prefectus Vrbis in Senatu eas: deinde ex autoritate Patrū: ad Populum recitauit. ¶ Supplicatio in quatriduū decreta. ¶ Hyems iam eo tempore erat: cū. T. Quintius captis Latella in Phocide: ac Locride: hyberna disposita haberet. Opunte seditio orta est. factio una Etolos qui priores erant: altera Romanos arcessebat. Etoli priores uenerunt. sed opulentior factio exclusis Etolis: missoq; ad Imperatorem Romanum nuntio: usq; ad aduentum eius tenuit urbem. arcem Regium tenebat presidium. neq; ut discederent inde: aut Opuntiorum minis: aut autoritate imperantis Consulis Romani perpelli potuerunt. Mora: cur non extemplo oppugnarentur: ea fuit: quod caduceator ab rege uenerat: locum ac tempus petens colloquio. id grauate concessum Regi est. non quin cuperet Quintius: per se: partim armis: partim conditionibus confectum uideri bellum. nec dum enim sciebat utrum successor sibi alter ex nouis Consulibus mitteretur: an: quod summa ui: ut optinerent: amicis: & propinquis mandauerat: imperium prorogaretur. aptum autē fore colloquium credebat: ut sibi liberum esset: uel ad bellum manenti: uel ad pacem decedenti: rem inclinare. ¶ In sinum Maliacum: proppe niceam littus elegere. eo Rex ab Demetriade cum quinq; lembis & una naue rostrata uenit. ¶ Erant cum eo Principes Macedonum: & Acheorum exsules: & uir insignis Cycliadas. ¶ Cum Imperatore Romano Rex Aminander erat: & Dionysiodorus Attali Legatus: & Agesimbrotus Prefectus Rhodie classis. & Phaneas Princeps Etolorum: & Achei duo Aristhenus: & Xenophon. ¶ Inter hos Romanus ad extremū littus progressus: cū Rex in prorā nauis in anchoris stantis processisset. ¶ Commodius inquit si in terram egrediaris: ex propinquo dicamus inuicem: audiamusq;. ¶ Cum Rex facturum se id negaret. ¶ Quē tamen inquit Quintius times. Ad hec ille superbo & regio animo. Neminem equidē timeo: preter deos immortales. non omniū autem credo fidei: quos circa te uideo. atq; omnium minime Etolis. Istuc quidem: ait Romanus: par omnibus periculum est: q cum hoste ad colloquium congrediuntur: ut in nullo fides sit. ¶ Non tamen inquit o. T. Quinti par perfidie premium est: si fraude agatur: Philippus & Phaneas. neq; enī eque difficulter Etoli Pretorem aliū: ac Macedones Regem in meū locū substituāt. Secundum hec silentium fuit: cum Romanus eum equum cēseret priorem dicere: qui petisset: colloquium. ¶ Rex esse eius priorem orationem: qui daret pacis leges: non qui acciperet. ¶ Tum Romanus simplicem suam orationem esse dixit. ea enim se dicturū que ni fiant: nulla sit pacis conditio. deducenda ex omnibus Grecie ciuitatibus Regis presidia esse. Captiuos & transfugas sociis Populi Romani reddēdos. ¶ Restituēda Romanis ea Illyrici loca: que post pacem in Epiro factam: occupasset. ¶ Ptolemeo regi Egypti reddēdas urbes: quas post Philopatris Ptolemei mortē occupasset. Suas

Minutius consul i gallia ... se gerit

Opuntij se ro. ... arx presidio regio erat

Venit i colloquiu cons ro. & philippus

CONSULIS. ET. PHILIPPI. VERBA.

Leges pacis a consule philippo date

Populiq; Romani conditiones has esse. ¶ Ceterum & sotiorum audiri postulata uerũ
esse. ¶ Attali regis Legatus: naues: captiuosq; : que ad Chiũ nauali prelio capta essent:
& Niceporiũ: Venerisq; templũ: que spoliasset: euastassetq; : pro incorruptis: restitui.
Rhodii Pyrrhiam: regio est cõtinentis aduersus insulam: uetuste eorum ditionis re/
petebant. postulabantq; presidia deduci ab Iaso: & Bargiliis: & Euromensium urbe: &
Hellesponto: Sesto atq; Abido: & Penopolum Byzantiis in antiqui formulam iuris
restitui. ¶ Et liberari omnia Asie emporia. portusq; ¶ Achei Corinthum & Argos repe/
tebant. ¶ Pretor Etolorũ Phaneas cũ eadem fere que Romani: ut Grecia decederet:
postulasset: redderẽturq; Etolis urbes: que quõdam iuris aut ditionis eorum fuissent.
Excepit orationem eius Princeps Etolorũ Alexander uir: ut inter Etolos facũdus.
Iam dudum se reticere ait nõ quo quicq̃ agi putet eo colloquio: sed ne quem sotiorũ
dicentem interpellet. ¶ Neq; de pace cum fide Philippũ agere. neq; bella uera uirtute
unq̃ gessisse. in colloquiis insidiari & captare. in bello non congredi equo campo. neq;
collatis signis dimicare. sed refugientẽ incendere ac diripere urbes. & uincentiũ p̃mia:
uictum corrumpere. at non sic antiquos Macedonum Reges. sed acie bellare solitos.
urbibus parcere: quãtum possent: quo opulentius Imperiũ haberent. nam de quorũ
possessione dimicetur tollentem nihil sibi preter bellum relinquere: qđ cõsilium esse?
pluris priore anno sotiorum urbes in Thessalia deuastasse Philippum: q̃ omnes qui
unq̃ hostes Thessalie fuerũt. ipsis quoq; Etolis eum plura sotium: q̃ hostem ademisse.
Lysimachũ pulso Pretore: & p̃sidio Etolorũ occupasse eũ. ¶ Chiũ item sue dictiõis urbẽ
funditus euertisse: ac delesse. eadem fraude habere eum Thebas Pythias: & Chynum:
Larissam: & Pharsalum. ¶ Motus oratione Alexãdri Philippus: nauem: ut exaudi/
retur: propius terram applicuit. ¶ Orsum eum dicere in Etolos maxime uiolenter:
Phaneas interfatus. ¶ Non in uerbis rem uerti ait. aut bello uincendũ. aut melioribus
parendũ esse. ¶ Apparet id quidẽ inquit Philippus etiã ceco. ¶ Iocatus in ualitudinẽ
oculorum Phanee. & erat dicatior natura: q̃m regem decet. & ne inter seria quidem
risu satis temperans. ¶ Indignari inde coepit Etolos tanq̃m Romanos: decedi Grecia
iubere: qui quibus finibus Grecia sit: dicere non possint. ipsius enĩ Etolie Grecos Apo/
doctas & Amphilocos: que per magna eorum pars sit: Greciam non esse. ¶ An qđ a
sotiis eorum non abstinuerim: iustam querelam habent? cum ipsi pro lege antiquitus
hunc morem seruent: ut aduersus sotios ipsi suos publica tantum autoritate dempta
iuuentutem suam militare sinant? & contrarie persepe acies in utraq; parte Etolica
auxilia habeant. ¶ Neq; ego chium expugnaui. sed Prusiam sotium & amicum: op/
pugnãtem adiuui. & Lysimahũ ab Thracibus uendicaui. & quia me necessitas ad hoc
bellum: a custodia eius auertit: Thraces habent. Etolis hec. ¶ Attalo autẽ Rhodiisq;
nihil iure debeo: non enim a me: sed ab illis principium belli ortum est. ¶ Romanorũ
autem honoris causa: Pyrrheam Rhodiis: & naues Attalo: cum captiuis: qui cõpare/
bunt: restituam. Nam quod ad Nicephorium Venerisq; templi restitutionẽ attinet:
quid restitui ea postulantibus respondeam: nisi quo uno modo silue luciq; restitui cesi
possunt? curam impensamq; stationis me prestaturum. quoniam hec inter se Reges
postulare: & respondere: placet. ¶ Extrema eius oratio aduersus Acheos fuit. ¶ In qua
orsus ab Antigoni primum: suis deinde erga eam gentem meritis: recitari decreta eorũ
iussit: omnes diuinos: humanosq; honores complexa. atq; ad ea adiecit Recens de ex/
ercitu: quod abse desciuisset. Inuectusq; grauiter in perfidiam eorum: tamen Argos se
redditurum eis dixit. de Corintho cum Imperatore Romano deliberaturum esse.
Quesiturũq; ab eo: simul ne urbibus iis decedere se equũ censeat: quas a se ipso captas

iure belli habeat: an iis etiam: quas a maioribus suis accepisset. ¶ Parantibus Acheis
Etolisq; ad ea respondere: cum prope occasum sol esset: dilato in posterũ diem col/
loquio: Philippus in statione͂: a qua ꝓfectus erat. Romani sotiiq; in castra redierũt.
Quintius postero die ad Niceam: is enim locus placuerat: ad constitutũ tempus uenit.
Philippi nullus usquã: nec nuntius ab eo ꝑ aliquot horas: ueniebat. et iã desperãtibus
uenturum: repente apparuerunt naues. ¶ Atq; ipse quidem: cũ tam grauia & indigna
imperarentur: in opem consilii diem se consumpsisse deliberando aiebat. ¶ Vulgo cre/
debatur de industria rem in serum tractam: ne tempus dari posset Acheis: Etolisq; ad
respondendũ. ¶ Et eam opinione͂ ipse affirmauit: petendo: ut summotis aliis: ne te͂pus
altercãdo tereretur: et aliquis finis rei imponi posset: cum ipso Imperatore Romano
liceret sibi colloqui. ¶ Id primo non acceptum: ne excludi colloquio uiderentur sotii.
deinde cum haud absisteret petere: ex omnium consilio Romanus Imperator cum
.A. Claudio prefecto: & tribus Tribunis Militum ceteris summotis: ad extremũ littus
processit. ¶ Rex cum duobus: quos pridie adhibuerat: in terram est egressus. ibi cũ ali/
quãdiu secreto loquuti essent: que acta ad suos Philippus retulerit: minus cõpertum
est. ¶ Quintius hec retulit ad sotios Romanorũ. eum cedere tota Illyrici ora. ꝓfugas
remittere. ac siqui essent captiui. Attalo naues: & cũ iis captos naualis sotios: & Rho/
dus regionem: quã Pyrrheam uocant: reddere. Iaso & Bargilus: non cessurũ. ¶ Etolis
Pharsalũ Larissamq; reddere. Thebas non reddere. ¶ Acheis: non Argis modo: sed etiã
Corintho cessurum. ¶ Nulli omniũ placere: partium quibus cessurus: aut nõ cessurus
esset destinatio. ¶ Plus enim amitti in iis q̃ acquiri. nec unq̃: nisi tota deduxisset gretia
ꝓsidia: causa certaminũ deponere. Cũ hec toto ex cõcilio certatim oẽs uociferare͂t:
ad Philippum quoq; procul stantem uox est perlata. ¶ Itaq; a Quintio petit: ut rem
in posterum diem differret. profecto aut persuasurum se: aut persuaderi sibi passurũ.
Littus Athonium colloquio destinatur. ¶ Eo mature conuentũ est. ¶ Ibi Philippus
primo: & Quintium: & omnes: qui aderant: rogare: ne spem pacis conturbare uellent.
Postremo petere tempus: quo Legatos Romam ad Senatum mittere posset. ¶ Aut
his conditionibus se pacem impetraturum: aut quascũq; Senatus dedisset: leges pacis
accepturum. ¶ Id ceteris haudquaq̃ placebat. Nec enim aliud: q̃ moram & dilatione͂
ad colligendas uires queri. ¶ Quintius uerum id futurum fuisse dicere: si estas: & te͂pus
rerum gerendarum esset. nunc hyeme instante nihil amitti: dato spatio: ad Legatos
mittendos. nam neq; sine autoritate Senatus quicq̃ eorum ratum fore: que cũ Rege
ipsi pepigissent. & explorari: dum bello necessariam quiete͂ ipsa hyems daret: Senatus
autoritatem posse. ¶ In hanc sententiam & ceteri sotiorum Principes concesserunt.
Induciisq; datis: in duos me͂ses: ipsos mittere singulos Legatos: ad Senatum edocendũ
ne fraude regis caperetur: placuit. ¶ Additum induciarũ pacto: ut Regia ꝓsidia Pho/
cide: ac Locride: ex templo deducerent. ¶ Et ipse Quintius: cum sotiorũ legatis. Ami/
nandrum: Athamanũ Regem: utq; speciem Legationis adiiceret. Q. Fabium (uxoris
Quintii sororis filius erat) & .Q. Fuluium & .P. Claudium misit. ¶ Vt uentum Ro/
mam est: prius sotiorum Legati: q̃ Regis auditi sunt. ¶ Cetera eorum oratio cõuitiis
Regis cõsumpta est. ¶ Mouerunt eo maxime Senatũ: demõstrando maris: terrarũq;
eius regionis situm: ut omnibus appareret: si Demetriadem: in Thessalia. Chalcidem
in Euboea. Corinthum: in Achaia: Rex teneret: non posse liberam Greciam esse. et
ipsum Philippum non contumeliosius q̃ uerius cõpedes eas Gretie appellare. Legati
deinde Regis intromissi: quibus longiorem exorsis orationem: breuis interrogatio.
cessurus ne iis tribus urbibus esset: sermonem incidit. cũ mandatũ sibi de his nominatim

negarent quicq̃. Sic infecta pace Regii dimissi. Quintio liberum arbitrium pacis: ac
belli permissum. Quod: ut satis apparuit: non tedere belli Senatum: & ipse uictorie
q̃ pacis auidior: neq; colloquium postea Philippo dedit: neq; legationem: q̃ que omni
Grecia decedi nunciaret: admissurum dixit. Philippus cum acie decernendum ui/
deret: & undiq; ad se contrahendas uires: maxime de Achaie urbibus regionis ab se
diuerse & magis tamen de Argis: q̃ de Corintho sollicitus: optimum ratus Nabidi eam
Lacedemoniorum Tyranno: uelut fiduciarũ dare: ut uictori sibi restitueret. Siqd
aduersi accidisset: ipse haberet: Philocli qui Corintho: Argisq; preerat: scribit: ut Ty/
rannum ipse cõueniret. Philocles preter q̃ qđ iam ueniebat cum munere: adiicit: ad
pignus future Regis cum Tyranno amicitie filias suas Regem: Nabidis filiis ma/
trimonio coniugere uelle. Tyrannus primo negare: aliter urbem eam se accepturũ
nisi Argiuorum ipsorum decreto accersitus ad auxiliũ urbis esset. Deinde ut frequẽti
contione: nõ aspernatos modo: sed abominatos etiam nomen Tyranni audiuit: causã
se spoliandi eos: nactum ratus: traderet: ubi uellet urbem: Philocli ait. Sic nocte
ignaris omnibus acceptus in urbẽ est Tyrannus. prima luce occupat superiora omĩa
loca. porteq; clause paucis Principũ tumultum inter primũ elapsis. Eorum absentiũ
direpte fortune. Presentibus aurum: atq; argentũ ablatũ. pecunie imperate ingentes.
Qui non conctanter cõtulere: sine cõtumelia: & laceratione corporum: sunt dimissi.
quos occulere: aut retrahere aliquid: suspitio fuit: in seruilẽ modũ lacerati. Contione
inde aduocata rogationẽ ꝓmulgauit: unam de tabulis nouis. alterã de agro uiritim
diuidendo. duas faces: nouantibus res: ad plebẽ in optimates accendendam. Postq̃
in potestate: Argiuorũ ciuitas erat: nihil eius memor Tyrannus a quo eam ciuitatem
& quam: in conditionem accepisset: Legatos Elaciam ad Quintium: & Attalũ Egine
hybernantẽ: mittit: qui nũtiarent: Argos in potestate sua esse: eo si ueniret Quintius
ad colloquium: non diffidere sibi omnia cum eo cõuentura. Quintius: ut eo quoq;
presidio Philippum nudaret: cum annuisset se uenturum: mittit ad Attalum ut ab
Egina: Sicyonẽ sibi occureret. Ipse ab Anticyra decem quinq̃remibus: quas iis forte
diebus. L. Quintius frater eius adduxerat: ex hybernis Corcyre Sicyonẽ transmisit.
Iam ibi Attalus erat. qui cum Tyranno ad Romanum Imperatorem: nõ Romano
ad Tyrannum eundum diceret: in sententiam suam Quintium traduxit: ne in urbem
ipsam Argos iret. Haud ꝓcul urbẽ: Hyecenica uocat: in eo loco ut congrederentur:
conuenit. Quintius cum fratre: Tribunis militum paucis. Attalus cum Regio comi/
tatu: Nicostratus Acheorum Pretor cum auxiliaribus paucis: uenit. Tyrannum ibi
cum omnibus copiis opperientem inuenerunt. Progressus armatus: cum satellitibus
armatis est ĩ mediũ fere interiacentis campi. Inermis Quintius cum fratre: & duobus
Tribunis militum inermibus. Item Regii. Pretor Acheorũ & unus ex purpuratis:
latus cingebant. Initium sermonis ab excusatione Tyranni ortum: qđ armatus ipse
armatisq; septus: cum inermes Romanũ Imperatorem: Regẽq; cerneret: in colloquiũ
uenisset. neq; enim se illos timere dixit: sed exsules Argiuorũ. Inde ubi de conditio/
nibus amicitie ceptũ agi est: Romanus duas postulare res: unam: ut bellum cũ Acheis
finiret. alteram ut aduersus Philippum mitteret secum auxilia. Auxilia se missurum
dixit. Pro pace cum Acheis inducie impetrate: donec bellum cum Philippo finiret.
De Argis quoq; disceptatio ab Attalo Rege est nata: cum fraude Philoclis proditam
urbem: ui ab eo teneri argueret. Ille ab ipsis Argiuis: ut se defenderet: accitũ. Conti/
onem Argiuorũ Rex postulabat: ut id sciri posset. Nec Tyrannus abnuere. Sed
deductis ex urbe ꝑsidiis: liberam contionẽ: non immixtis Lacedemoniis declaraturã:

quid Argiui uellent: preberi debere: dicebat Rex. Tyrannus negauit deducturum. Hec disceptatio: sine exitu fuit. de colloquio discessũ. sexcẽtis Cretensibus ab Tyrãno datis Romano. Induciisq; inter Nicostratũ Pretorem Acheoꝝ & Lacedemoniorum Tyrannum: in quattuor menses factis. Inde Quintius Corinthum est profectus. & ad portam cum Cretensium coborte accessit: ut Philocli pfecto urbis cum appareret: Tyrannum a Philippo descisse. Philocles & ipse ad Imperatorem Romanũ in colloquium uenit. Hortantiq; ut ex templo transiret: urbemq; traderet ita respondit: ut distulisse rem magis q̃ negasse uideret. A Corintho Quintius Anticyram traiecit. Inde fratrem ad temptandũ Arcbarnanũ gentem misit. Attalus ab Argis Sicyonem est profectus. Ibi & ciuitas nouis bonoribus ueteres Regis bonores auxit. Et Rex: ad id: quod sacrum Apollinis agrum grandi quondã pecunia redemerat: uis tum quoq; ne sine aliqua munificentia preteriret ciuitatem sotiam: atq; amicam: decem talenta argenti dono dedit. & decem milia medimnum frumenti. atq; ita Cencbreas ad naues rediit. Et Nabis firmato psidio Argis Lacedemonẽ regressus: cũ ipse uiros spoliasset: ad feminas spoliandas: uxorem Argos remisit. Ea nunc singulas illustres: nũc simul plures genere inter se iunctas: domũ arcessendo: blandiendoq; ac minando: nõ aurũ modo iis: sed & postremo uestem: mundũq; omnem muliebrem: ademit.

Liber quartus

INter bellorum magnorum aut uix dum finitorum: aut imminentiũ curas: intercessit res parua dictu: sed que studiis: in magnum certamen excesserit. M. Fundanius & L. Valerius Tribuni Plebis: ad Plebem tulerunt: de Oppia lege abroganda. Tulerant eam. M. Oppius & T. Romuleius Tribuni Plebis. Q. Fabio. T. Sempronio: Consulibus in medio ardore: Punici belli. Nequa mulier plus semunciam auri baberet. Neu uestimento uersicolori uteretur. Neu iuncto uebiculo in urbe: oppido ue: aut propius inde mille passus: nisi sacrorum publicorũ causa: ueberet. M. & T. Iunius: Et Brutus: Tribuni Plebis legem Oppiam tuebant. neq; eam si abrogari passuros: aiebant. Ad suadendũ: dissuadendumq; multi nobiles prodibant. Capitolium turba bominum fauentium: aduersantiumq; legi complebatur. Matrone nulla nec autoritate: nec uerecundia: nec imperio uirorum: contineri limine poterant. omnes uias urbis: aditusq; in forum obsidebant. uiros descendentes ad forum orantes: ut florente Re Publica: crescente in dies priuata omnium fortuna: Matronis quoq; pristinum ornatum reddi paterentur augebatur bec frequentia mulierum in dies. nam etiã ex oppidis: Conciliabulisq; cõuenerant iam. & Consules Pretoresq; & alios Magistratus adire: & rogare audebant. Ceterum minime exorabilem: alterum utiq; consulem. M. Portium Catonẽ babebãt. qui pro lege que abrogabatur: ita disseruit. Si in sua quisq; nostrum Matrefamilie Quirites ius: & maiestatem uiri retinere instituisset. minus cum uniuersis feminis negotii baberemus. nunc domi uicta libertas nostra impotentia muliebri: Hic quoq; in foro obterit: & calcat. & qa singulas sustinere nõ potuimus: uniuersas borremus. Equidem fabulam: & fictam rem ducebam esse: uiroꝝ omne genus in aliqua insula cõiuratõne muliebri a stirpe sublatum esse: ab nullo genere non summum periculum est. si cetus & concilia: & secretas consultationes esse sinas. atq; uix statuere apud animum meum possum: utrum peior ipsa res: an peiore exemplo: agatur. quorum alterum ad nos Consules: reliquosq; Magistratus: Alterum ad uos Quirites magis pertinet. nam utrũ e Re. P. sit. nec ne id quod ad uos fertur: uestra estimatio est: qui in suffragium ituri estis. Hec consternatio muliebris: siue sua sponte: siue autoribus uobis. M. Fundanio

Philocles Corinthi pfectus ad ro. [illegible]

medimnum

Desideratur Liber XXXIII Novarum Edd. Creverii, Barbou &c. incipiens: Haec per Hiemem Gesta, et sic absolutus: senatus de quintium rejecit.

cette lacune existe aussi dans l'edit. de Rome, par Campanus. 1470.

conciliabula

M. PORTII CATONIS ORO [illegible] MULIER ORNATUM

& .L. Valerio facta est: haud dubie ad culpam Magistratuũ pertinens: nescio uobis
Tribunis: an Consulibus magis sit deformis. nobis sic ad feminas concitandas: Tribu/
nicias seditiones iam adduxistis. nobis sicut plebis quondã: sic nũc mulierũ secessione
leges accipiende sunt. equidem non sine rubore quodã: paulo ante per mediũ agmen
mulierũ in forum perueni. quod nisi me uerecundia singularum magis maiestatis: &
pudoris: q̃ uniuersarũ tenuisset: ne compellate a Consule uiderentur: dixissem. Qui hic
mos est in publicum procurrendi? & obsidendi uias? & uiros alienos appellandi? istud
ipsum suos queq; domi rogare non potuistis? an blandiores in publico: q̃ in priuato:
& alienis: q̃ uestris: estis? q̃q̃ ne domi quidẽ uos: si sui iuris finibus Matronas cõtineret
pudor: que leges hic rogarẽtur: abrogarent̃ ue: curare decuit. ¶ Maiores quidẽ nostri
nullam: ne priuatam quidem rem agere feminas: sine autore uoluerunt. in manu esse
parẽtum: fratrum: uirorum. Nunc si diis placet: iam Rem. P. etiam capessere eas pa/
timur. & foro quoq;: & contionibus: & Comitiis immisceri. Quid enim nunc aliud per
uias: & compita faciunt: q̃ qđ alie rogationes Tribunorum Plebi suadent: alie legem
abrogandam censent? date frenos impotenti nature. & indomito animali. desperate
ipsas modum licentie facturas: nisi uos faciatis. minimum hoc eorum est: que iniquo
animo femine sibi: aut moribus: aut legibus: iniũctum patiũtur omniũ rerũ libertatẽ:
immo licẽtiam: si uera dicere uolumus: desiderant. ¶ Quid enim si hoc expugnauerint:
non temptabunt? ¶ Recensete omnia muliebria iura: q̄bus licentiã earũ allegauerint
maiores nostri. per que quanq; subiecerint uiris. Quibus omnibus cõstrictas: uix tamẽ
continere potestis. qui si carpere singula: & extorqueri: & equari ad extremum uiris
patiemini: tolerabiles uobis eas fore creditis? extemplo simul pares esse ceperint: superi/
ores erunt. ¶ At hercule ne quid nouum in eas rogetur: recusant. non ius: sed iniuriam
deprecantur. immo ut quam accepistis. iussistis suffragiis uestris legem: quam usu tot
annorum: & experiendo cõprobastis: hanc ut abrogetis. id est ut unam tollẽdo legẽ
ceteras infirmetis. Nulla lex satis commoda omnibus est. id modo queritur: si maiori
parti: & in summã prodest. si quod cuiq̃ priuatim officiet: ius: id destruet: ac demoliet̃:
Quid attinebit uniuersos rogare leges: quas mox abrogare: in quos late sunt: possint?
Volo tamen audire: quid sit: propter quod Matrone consternate procurrant in
publicum. ac uix foro & contione abstineant. ut captiui ab Annibale redimantur
parentes: uiri: liberi: fratres eaꝝ. ¶ Procul abest. absitq;. semp talis fortuna Rei. P. sit:
Sed tñ cum fuit: negastis hoc piis pcibus earũ. At nõ pietas: nec sollicitudo ꝓ suis: sed
religio cõgregauit eas. Matrẽ Ideã Pessinũte ex Phrygia uenientẽ accepture sũt.
q̄d honestũ dictu saltẽ: seditioni pretendit̃ muliebri? Vt auro: & purpura fulgeamus
inquit: ut carpentis festis: pro festisq; diebus uelut triumphãtes de lege uicta & abro/
gata: & captis: & ereptis suffragiis uestris: p urbẽ uectemur. ne ullus modus sũptibus:
ne luxurie sit. ¶ Sepe me querentem de feminarum: sepe de uirorum: nec de priuatoꝝ
modo: sed etiam magistratuum sumptibus audistis: diuersisq; duobus uitiis auaricia: &
luxuria: ciuitatem laborare: que pestes omnia magna imperia euerterunt. hec ego:
quo melior: letiorq; in dies fortuna Rei. P. est: Imperiũq; crescit: et iam in Greciam
Asiamq; transcendimus. omnibus libidinũ illecebris repletas: & Regias etiã attractamus
gazas: eo plus horreo: ne ille magis res nos ceperint: q̃ nos illas. Infesta: mihi credite:
signa ab Syracusis illata sunt: huic Vrbi. iam nimis multos audio: Corinthi & Athe/
narum ornamenta laudantis: mirantisq;. & antefixa fictilia deorum Romanorum
ridentis. hos ego malo ꝓpitios deos: sed ita spero futuros: si in suis manere sedibus patie/
mur. ¶ Patrum nostrorum memoria per legatũ Cyneam Pyrrhus non uiroꝝ modo

contra feminas

Date frenos impoten̄ na & indomito ani

sed etiã mulierum animos donis temptauit. nondũ lex Oppia ad coercendã luxuriam muliebrem: lata erat. tamen nulla accepit. ¶ Quam causam fuisse censetis? eadẽ fuit: que maioribus nostris nihil de hac re lege santiendi. nulla erat luxuria. que coerceretur. sicut ante morbos necesse est cognitos esse: q̃ remedia eorũ: sic & cupiditates prius nate sunt: q̃ leges: que iis modum facerent. ¶ Quid legem Liciniam excitauit de quingẽtis iugeribus: nisi ingens cupido agros continuandi? ¶ Quid legem Cinciam de donis: et muneribus: nisi quia uectigalis iam & stipendiaria Plebes esse Senatui ceperat? itaq; minime mirũ est: nec Oppiam: nec aliam ullam tum legem desideratã esse: que modũ sumptibus mulierum faceret: cum aurum: & purpuram datam: & oblatam ultro non accipiebant. ¶ Si nunc cum illis donis Cyneas urbem circũiret: stantes in publico inue/nisset eas: que acciperent. atq; ego nonnullarũ cupiditatum: nec causam quidem: aut rationem inire possum. nã ut quod alii liceat: tibi nõ licere: aliquid fortasse naturalis: aut pudoris: aut indignationis: habeat. sic equat omniũ cultum: ꝙ unaqueq; uestrum ueretur: ne in se conspiciatur. pessimus quidem est pudor uel parsimonie: uel pauper/tatis. Sed utrunq; lex uobis demit: cum id: quod habere non licet. non habetis. Hanc inquit ipsam exequationem non fero illa locuples. cur non insignis auro: & purpura conspitior? cur paupertas aliarũ sub hac legis spetie latet? ut quod habere nõ possũt: habiture fuisse: si liceret: uideantur. ¶ Vultis hoc certamen uxoribus uestris inicere Quirites: ut diuites id habere uelint: quod nulla alia possit? pauperes: ne ob hoc ipsũ cõtemnantur: supra uires se extendant? ne simul pudere: quod non oportet: ceperit quod oportet: non pudebit. que de suo poterit: parabit. quæ non poterit: uirum ro/gabit. ¶ Miserum illum uirum: & qui exoratus: & qui non exoratus: erit. cum: quod ipse non dederit: datum ab alio uidebit. ¶ Nunc uulgo alienos uiros rogant. & quod maius est: legem & suffragia rogant. & a quibusdam impetrant. aduersus te: & rem tuã & liberos tuos inexorabiles. simul lex modum sumptibus uxoris tue facere desierit: tu nunq̃ facies. nolite eodẽ loco existimare ¶ Quirites futuram rem: que fuit: anteq̃ lex de hoc ferretur. & hominem improbũ: non accusari: tutius est: q̃ absolui. & luxuria: non mota tolerabilior esset: q̃ erit nunc ipsis uinculis solutis. sicut fere bestie irritate: deinde emisse. Ego nullo modo abrogãdam legem Oppiam censeo. uos quod facitis: deos omnes fortunare uelim. ¶ Post hec Tribuni quoq; plebis: q̃ se intercessuros ꝓfessi erant: cum pauca in eandem sententiam adiecissent. Tum. L. Valerius pro rogatiõe ab se promulgata: ita diseruit. ¶ Si priuati tantũmodo ad suadendum: dissuadendũq; id: quod a nobis rogatur: processissent: ego quoq; cum satis dictum pro utraq; parte existimarem: tacitus suffragia uestra expectassem. nunc cum uir grauissimus Consul .M. Portius non autoritate solum: qua tacita: satis momenti habuisset: sed oratione etiã longa: & accurata: insectatus sit rogationẽ nostram: necesse est: paucis respõdere qui tamen plura uerba in castigandis Matronis: q̃ in rogatione nostra dissuadenda: consumpsit. & quidem: ut in dubio poneret: utrum id: quod reprehenderet Matrone sua sponte: an nobis auctoribus fecissent. rem deflendã: non nos: in quos iecit magis hoc Consul uerbotenus: q̃ ut re insimularet: cetum: & seditiones: & interdum secessionẽ muliebrem: appellauit: ꝙ Matrone in publicum nos rogassent: ut legem in se datam per bellum: temporibus duris: in pace: & florẽte: ac beata Re. P. abrogaretis. ¶ Verba magna que rei augende causa conquirantur: & hec: & alia esse scio. & .M. Catonẽ nõ solum grauem: sed interdum etiam trucem. scimus omnes: cum ingenio sit mitis. Nam quid tandem noui Matrone fecerũt ꝙ frequentes: in causa ad se pertinẽte: in publicũ processerunt? ¶ Nunq̃m ante hoc tempus in publico apparuerunt? ¶ Tuas aduersus

L. VALERII ORO PRO MATRONIS

te Origines reuoluam. Accipe quotiens id fecerint. & quidē semp bono publico ¶ Iam a principio regnāte Romulo: cum Capitolio a Sabinis capto: medio in foro signis colatis dimicaretur: nonne intercursu Matronarum inter acies duas: prelium sedatum est? ¶ Quid Regibus ex actis: cū Coriolano Martio Duce legiones Volscorū castra ad quintū lapidem posuissent: nonne id agmen: quo obruta hec urbs esset: Matrone auerterūt ¶ Iam Vrbe capta a Gallis: aurum: quo Vrbs redempta est: nempe Ma/trone consensu omniū in publicū contulerunt ¶ Proximo bello: ne antiqua repetā: nonne & cum pecunia opus fuit Viduarum pecunie adiuuerunt erarium ¶ Et cum dii quoq; noui ad opem ferendam dubiis rebus arcesserentur: Matrone uniuerse ad mare profecte sunt ad Matrem Ideam accipiendā. ¶ Dissimiles inquit cause sūt ¶ Nec mihi causas equare prepositum est. nihil noui factum: purgare: satis est ¶ Ceterum qđ in rebus ad omnes pariter uiros feminasq; pertinentibus: fecisse eas: nemo miratus est: in causa proprie ad ipsas pertinente: miramur fecisse? Quid autē fecerūt? ¶ Superbas mediusfidius aures habemus: si cum domini seruorum non fastidiāt preces: nos rogari ab honestis feminis indignamur. ¶ Venio nunc: ad id: de quo agitur. in quo duplex Cōsulis oratio fuit. nam & legē ullam omnino abrogari ē indignatus. & eā precipue legem: que luxurie muliebris coerende: causa lata esset. ¶ Et illa cōmunis pro legibus suis Consularis oratio est. Et hec aduersus luxuriam seuerissimis moribus cōueniebat. itaq; periculū est: nisi qd in utraq; re uani sit: docuerimus: ne qs error nobis offundatͬ. Ego.n. quēadmodū ex iis legibus: que nō in tempus aliquod: sed perpetue utilitatis causa: ineternū late sunt: nullā abrogari deberi fateor: nisi quā: aut usus coarguit: aut status aliquis Rei. P. inutilē fecit: sic quas tēpora aliqua desiderarūt: leges mortales ut ita dicā: & tēporibus ipsis mutabiles esse uideo ¶ Que in pace late sūt: plerūq; bellū ab/rogat ¶ Que in bello: pax ¶ Vt in nauis administratione alia in secūda: alia in aduersa tēpestate usui sūt. ¶ Hec cū ita natura distincta sint: ex utro tandē genere ea lex esse uidetͬ: quā abrogamus? ¶ Quia uetus Regia lex: simul cū ipsa Vrbe nata: aut: qđ se/cundum est: a decemuiris ad condenda iura creatis: in. xii. tabulis scripta. sine qua: cum maiores nostri nō existimauerint decus matronale seruari posse: nobis quoq; uerendū sit: ne cum ea pudorem: sanctitatemq; feminarum abrogemus. ¶ Quis igitur nesciat: nouam istā legem esse? Q. Fabio: &. T. Sempronio Consulibus. xx. annis ante: latā sine qua: cum per tot annos Matrone optimis moribus uixerint: quod tandem: ne abrogata ea: effundantur ad luxuriam: periculū est? ¶ Nam si ista lex: aut ideo lata esset: ut finiret libidinem muliebrem: uerendum foret: ne abrogata: incitaret. ¶ Cur sit autem lata: ipsum indicauit tempus. ¶ Annibal in Italia erat: uictor ad Cannas. iam Tarentū: iam Arpos: iam Capuā: habebat. ad Vrbem Romam admoturus exercitū: uidebatur ¶ Defecerant socii. Non milites: i supplementū nō socios naualis: ad classem tuendam: non pecuniam in erario habebamus. ¶ Serui: quibus arma darentur: ita: ut precium pro iis: bello perfecto: dominis solueretur: emebantur ¶ In eadē die pecunie frumentū: & cetera: que belli usus postulabat: ꝑbenda: Publicani se cōducturos ꝓfessi erant. ¶ Seruos ad remum: numero ex censu cōstituto: cū stipendio nostro dabamus. aurum & argentum omne a Senatoribus eius rei initio orto: in publicū cōferebamus. Vidue & pupilli pecunias suas in erarium deferebant. cautum erat: quo ne plus auri: & argenti facti: quo ne plus signati: argenti: & eris: domi haberemus. ¶ Tali tempore in luxuria & ornatu matrone occupate erant: ut ad eam coercendam lex Oppia de/siderata sit. cum: quia Cereris sacrificium lugentibus omnibus Matronis intermissum erat: Senatus finiri luctum. xxx. diebus iussit ¶ Cui non apparet: miseria: & inopia

ciuitatis: & quia omnium priuatorum pecunie in usum publicum uertende erant: istā legem scripsisse: tamdiu māsuram: quā diu causa scribende legis mansisset? nam si que tunc tēporis causa: decreuit Senatus: aut populus iussit: in perpetuū seruari oportet: cur pecunias reddimus priuatis? cur publica: presenti pecunia locamus? cur serui: qui militent: non emuntur? cur priuati non damus remiges: sicut tunc dedimus? Omnes alii ordines: omnes homines: mutationē in meliorem statum Rei. P. sentient. ad coniuges tantū nostras pacis: & tranquillitatis publice fructus non perueniet. ¶ Purpura uiri utemur. pretextati in Magistratibus in Sacerdotiis: Liberi nostri pratextis: purpura togis utent̄. ¶ Magistratibus in coloniis: municipiisq; toge pretexte habende ius est. ¶ Nec id ut uiui solum habeant tantum insigne: sed etiam ut cum eo crementur mortui. feminis duntaxat usum purpure interdicemus? & cū tibi uiro liceat purpura in ueste stragula uti. Matremfamilie tuam purpureum amiculum habere non sines? & equus tuus speciosius instratus erit: q̄ uxor uestita? ¶ Sed in purpura que teritur. absumiturq; non iniustam quidem: sed aliquam tamen causam tenacitatis uideo. in auro uero: in quo: preter manus precium: nihil intertrimēti fuit: que malignitas est? Presidium potius in eo est: ad priuatos: & ad publicos usus: sicuti experti estis. ¶ Nullā emulationem inter se singularum: quādo nulla haberet: esse aiebat. ¶ At hercule uniuersis dolor & indignatio est: cū sotiorū Latini nominis uxoribus uident ea cōcessa ornamenta: que sibi adempta sint. ¶ Cum insignes eas esse auro: & purpura. ¶ Cum illas uehi per urbem: se pedibus sequi: tanq̄ in illarum ciuitatibus: non in sua imperiū sit. Virorum hoc animos uulnerare posset: quid muliercularum censetis? quas etiā parua mouent. ¶ Non Magistratus: nec Sacerdotia: nec triumphi: nec insignia: nec dona: aut spolia bellica: his contingere possunt. Mundicie: ornatus: & cultus: hec feminarū insignia sunt. his gaudent. & gloriant̄. hunc mundū muliebrem appellauerūt maiores nostri. ¶ Quid aliud in luctu q̄ purpuram: atq; aurū: deponūt? quid: cum eluxerūt: sumunt? quid in gratulatiōibus: supplicationibusq; nisi excellētiores ornatus adiiciūt? Scilicet si legem Oppiam abrogaueritis: non uestri arbitrii erit: siquid eius uetare uolueritis: qd' nunc lex uetat. ¶ Minus fide uxores: sorores etiam quibusdam in manu erunt. ¶ Nunq̄ saluis suis exuitur seruitus muliebris. & ipse libertatem: quam uiduitas: & orbitas facit: detestantur. ¶ In uestro arbitrio suum ornatū: q̄ in leges malunt eē. & uos ī manu: & tutela: nō in seruitio debetis habere eas. & malle patres uos: aut uiros q̄ dominos dici. ¶ Inuidiosis nominibus utebatur modo Consul: seditionem muliebrem & secessionem appellando. id enim periculum est: ne Sacrum montem sicut quōdam: irata Plebs: aut Auentinum capiant. ¶ Patiendum huic infirmitati est: quodcūq; uos censueritis. quo plus potestis: eo moderatius imperio uti debetis. ¶ Hec cum cōtra legē proq; lege dicta essent: aliquāto maior frequentia mulierū postero die: sese in publicū effudit. unoq; agmine omnes Tribunorū ianuas: obsederunt: qui Collegarū orationi intercedebant. ¶ Nec ante abstiterunt: q̄m remissa intercessio a Tribunis est. ¶ Nulla deinde dubitatio fuit: quin omnes tribus legē abrogarent. Annis. xx. post abrogata est: q̄ lata. .M. Portius Consul postq̄ abrogata est Oppia lex extemplo. xxv. nauibus longis: quarū quinq; sotiorū erant: ad Lune portum profectus: eodē exercitu cōuenire iusso: & edicto per oram maritimam misso: nauibus omnis generis cōtractis: a Luna proficiscens edixit: ut ad portum Pyrenei sequerētur. inde se frequēti classe ad Hostis iturum. ¶ Preteruecti Ligustinos montes: sinumq; Gallicum: ad diem: quā edixerat: conuenerunt. ¶ Inde Rhodam uentum. & presidium Hispanorum: quod in castello erat: ui detectum. Ab Rhoda secundo uento Emporias peruentum. ibi copie

Intertrimēti

Manus precium

Elugeo eluxi

viduitas orbitas

Abrogata est lex in mulieres

PORTVS LVNE

M. CATO. CONS. IN HISPANIA CV CLASSE TRAIICIT.

667

MASSILIĒSIŪ ORIGO.

omnes: preter socios nauales: in terrā exposite. ¶ Iam tūc Emporie duo oppida erāt: muro diuisa. ¶ Vnū Greci habebant: a Phocea: unde & Massilienses: oriundi. ¶ Alterū Hispani. ¶ Sed Grecum oppidum in mare expositum totum orbem muri minus qua/dringentos passus patētem: habebat. ¶ Hispanis retractior a mari: trium miliū passuū in circuitu: murus erat. ¶ Tertiū genus: Romani coloni ab diuo Cesare: post deuictos Pompeii liberos: allecti: nūc in corpus unū confusi omnes. ¶ Hispanis prius: postremo & Grecis: in ciuitatem Romanam ascitis. ¶ Miraretur: qui tum cerneret: aperto mari ab altera parte: ab altera Hispanis tam fera: & bellicosa gente: obiectis: que res eos tu/taretur. ¶ Disciplina erat custos īfirmitatis. quā inter ualidiores optime timor cōtinet. Partem muri uersam in agros: egregie munitam habebant. Vna tantum in eam re/gionē porta imposita. cuius uel assiduus custos: aliquis ex Magistratibus erat. ¶ Nocte pars tertia ciuium in muris excubabat. neq; moris tantum: aut legis causa: sed quanta: si hostis ad portas esset: obseruabant uigilias: & circumibant: cura. ¶ Hispanum neminē in urbem recipiebant. ne ipsi quidem temere urbe excedebant. ad mare patebat oībus exitus. ¶ Porta ad Hispanorū oppidum uersa: nunq̄ nisi frequentes: pars tertia fere: cuius proxima nocte uigilie in muris fuerant: egrediebant̄. causa exeundi: hec erat. commertio eorum Hispani: imprudentes maris: gaudebant. mercariq; & ipsi ea: que externa nauibus inueherentur: & agrorum exigere fructus uolebant. Huius mutui usus desiderium: ut Hispana urbs Grecis pateret: faciebat. ¶ Erant etiam eo tutiores: quod sub umbra Romane amicicie latebant. quam: sicut minoribus uiribus: q̄ Massi/lenses: ita pari colebant fide. ¶ Tunc quoq; Consulem exercitūq; comiter ac benig/ne acceperunt. ¶ Paucos ibi moratus dies Cato: dum exploraret: ubi & quante hostiū copie essent: ut ne mora quidem segnis esset: omne id tempus exercendis militibus consumpsit. ¶ Id erat forte tempus anni. ut frumentū in areis haberent. itaq; redemp/toribus uetitis frumentum parare: ac Romam dimissis: bellum inquit se ipsum alet. Profectus ab Emporiis agros hostiū urit. uastatq;. omnia fuga & terrore complet.

¶ Eodem tempere Heluio decedenti ex ulteriore Hispania: cum presidio sex miliū dato: ab. Ap. Claudio Pretore: Celtiberi agmine ingenti ad agrū Iliturgim occurrerūt .xx. milia armatorum fuisse Ualerius scribit. xii. milia ex iis cesa. oppidum Iliturgi receptum. & puberes omnis interfectos. inde ad castra Catonis Heluius peruenit. ¶ Et quia tuta iam ab hostibus regio erat: presidio in ulteriorem Hispaniā remisso: Romā est ꝓfectus. & ob rem feliciter gestam: ouans urbem est ingressus. argenti infecti tulit in erarium. xiiii. milia pondo. septingenta. xxxii. & signati bigatorum. xvii. milia xxiii. & oscensis argenti. cxx. milia. cccc. xxxviii. ¶ Causa negati triūphi fuit: ꝙ alieno auspicio: & in aliena Prouintia: pugnasset. ¶ Ceterum biennio post redierat. cū Pro/uintia quoq; successori minutio tradita: annū sequentem retentus ibi longo & graui fuisset morbo. itaq; duobus modo mensibus ante Heluius ouans urbem est ingressus: q̄ successor eius. Q. Minutius triūpharet. hic quoq; tulit argenti pōdo. xxxiiii. milia octingēta bigatoꝝ. lxxiii. milia. & oscensis argēti. cc. lxxviii. milia. In Hispania interī Consul haud ꝓcul Emporiis castra habebat. eo legati tres ab Ilergetū Regulo Bilis/tage: in q̄bus unus filius eius erat: cōuenerūt: querētes castella sua oppugnari. nec spē ullā esse resistēdi: nisi presidiū Romani misissent. q̄na milia militū satis esse. nec hostis: si tāta manus uenisset: mansuros. ¶ Ad ea Consul: moueri quidem se uel periculo eoꝝ: uel metu: dicere. sed sibi nequaq̄m tantum copiarum esse: ut cum magna uis hostium haud procul absit: cum qua mox signis collatis dimicandum sibi in dies expectet: diui/dendo exercitū: minuere tuto uires posset. Legati ubi hoc audierūt: flentes ad genua

Q. MINUTIUS TRIŪPHAT.

Consulis prouoluunt. orant ne se in rebus tam trepidis deserat. quo enim se: repulsos ab Romanis ituros? nullos se socios: nihil usq̃m in terris aliud spei habere. potuisse se extra id periculum esse: si decedere fide: si coniurare cum ceteris: uoluissent. nullis minis nullis periculis se motos. sperantes satis opis & auxilii sibi in Romanis esse. id si nullum sit: si sibi a Consule negetur: deos hominesq; se testes facere: inuitos & coactos se: ne eadem: que Saguntini passi sunt: patiātur: defecturos. & cum ceteris potius Hispanis: q̃ solos: perituros esse. ¶Et illo quidem die sic: sine responso dimissi. Consulem nocte: que insequuta est: anceps cura agitare. ¶Nolle deserere socios. nolle minuere exercitum: quod aut horam sibi ad dimicandū: aut in dimicando: periculū afferre posset. stat sententia non minuere copias: ne quid interim hostes inferant ignominie. Socius spem pro re ostendendam censet. sepe uana pro ueris: maxime in bello ualuisse. & credentem se aliquid auxilii habere: per inde atq; haberet: ipsa fiducia: & sperando: atq; audendo: seruatum. ¶Postero die legatis respondit. q̃q̃ uereatur ne suas uires aliis eas commodando: minuat: tamen illorum se temporis: ac periculi magis: q̃ sui: rationem habere. denuntiari militum parti tertie ex omnibus cohortibus iubet: ut cibum: quē in naues imponant: mature coquant. nauesq; in diem tertium expediri iussit. duos ex legatis Bilistagi: atq; Ilergetibus nūtiare ea iubet. ¶Filium Reguli comiter habēdo: & muneribus: apud se retinet. ¶Legati non ante profecti q̃ impositos in naues milites uiderunt. id: pro haud dubio iam nuntiantes: non suos modo: sed etiam hostis: fama Romani auxilii aduentantis: impleuerunt. ¶Consul ubi satis: quod in speciem fuit: ostentatum est: reuocari ex nauibus milites iubet. ipse cū iam id tempus anni appeteret. quo geri res possent: castra hyberna mille passuum ab Emporiis posuit. idē per occasiones: nunc hac parte: nunc illa: modico presidio: predatū milites in hostium agros educebat. nocte ferme proficiscebantur: ut & q̃m longissime a castris procederent: & inopinātis opprimerent. ¶Et exercebat ea res nouos milites. & hostium magna uis excipiebatur. nec iā egredi extra munimenta castellorū audebāt. ubi satis admodum: & suorum: & hostium animos est expertus: cōuocari Tribunos Prefectosq; & equites omnis: & Centuriones iussit. Tempus inquit: quod sepe optastis: uenit: quo uobis ptās fieret: uirtutem uestram ostendendi. adhuc predonum magis: q̃ bellantiū: militastis more. nūc iusta pugna: hostes cū hostibus conferatis manus. nō agros inde populari: sed urbium opes haurire: licebit. ¶Patres nostri: cum hispania Carthaginensium: et Imperatores ibi: & exercitus essent: ipsi nullū Imperatorem: nullos in ea milites haberent: tamē addere hoc in federe uoluerūt: ut Imperii sui Iberus fluuius esset finis. nunc cū duo Pretores: cū Consul: cum tres exercitus Romani Hispaniam obtineāt: & Carthaginensium iam prope decem ānis nemo in his Prouinciis sit: Imperiū nobis: citra Iberū amissum ē. hoc armis & uirtute recuperetis oportet. & nationē rebellantē magis temere. q̃ cōstanter bellantem: iugum: quo se exuit: accipere rursus cogatis. ¶In hunc modū maxime adhortatus: pronūtiat: se nocte ad castra hostiū ducturū. ita ad corpora curanda dimissi. nocte media: cū auspicio operam dedisset: profectus: ut locū quem uellet: prius q̃ hostes sentirent: caperet: preter castra hostium circumducit. et pma luce acie instructa: sub ipsum uallū tres cohortes mittit. mirantes Barbari a tergo apparuisse Romanum: discurrere ipsi ad arma. interim Consul apud suos: nusq̃ nisi in uirtute spes est milites inquit. & ego sedulo: ne esset feci. inter castra nostra: & nos medii hostes: & ab tergo hostium ager est. quod pulcherrimum: idem tutissimū ē: in uirtute spem positam habere. ¶Sub hec cohortes recipi iubet: ut Barbaros simulatione fuge educeret. id quod crediderat: euenit: ptimuisse & cedere rati Romanos: porta erūpunt.

Catonis exhortatio ad milites ad bellū

Verba consulis ad milites

& quantum inter castra sua: & hostium aciem relictum erat: loci armatis cōplent. dū trepidant: acie instruenda Consul: iam paratis: ordinatisq; oībus: incōpositos aggredit᷑. equites primos ab utroq; cornu in pugnam educit. ¶ Sed in dextro extemplo pulsi: cedentesq;: trepidi: etiam pediti terrorem intulere. quod ubi uidit Cōsul duas cohortes ab dextero latere hostiū circunduci iubet. & ab tergo eos tendere: prius q̃ cōcurrerent peditum acies. ¶ Is terror obiectus hosti: rem metu Romanorū equitum inclinatam equauit. tamen adeo turbati erant dextere ale equites: peditesq;: ut quosdam Consul manu ipse reprehenderit: uerteritq; in hostem. & q̃mdiu missilibus pugnatū ē: anceps pugna erat. & iam ab dextera parte: unde terror: & fuga ceperat: egre Romanus resistabant. a sinistro cornu: & ab fronte urgebant᷑ Barbari. & cohortes ab tergo instātes pauidi respiciebant. ¶ Et emissis solliferreis: falaricisq;: gladios strinxerūt. tum uelut redintegrata est pugna: non gesis ictibus procul ex improuiso uulnerabant᷑. sed pede collato tota in uirtute: ac uiribus spes erat. ¶ Fessos iam suos Consul: ex secunda acie subsidiariis cohortibus in pugnam inductis: accendit. noua acies facta. integri recentibus telis fatigatos adorti hostis: primū acri impetu: uelut cuneo perculerunt. deinde dissipatos in fugam auerterunt. effuso per agros cursu repetebātur. ¶ Vbi omnia fuga completa uidit Cato: ipse ad secūdam legionem que in presidio posita erat: reuehitur. & signa pre se ferri: plenoq; gradu ad castra hostium oppugnanda succedere: iubet. siquis extra ordinē auidius procurrit: & ipse inter equites sparo percutit. & Tribunos Centurionesq; castigare: iubet. ¶ Iam castra oppugnabantur. saxisq;: & sudibus: & omīi genere telorum: summouebantur a uallo Romani. ¶ Vbi recens admota legio est: tū & oppugnantibus animus creuit: & infensius hostes pro uallo pugnabant. ¶ Consul omnia perlustrat: ut qua minima ui resistitur: ea parte irrumpat. ¶ Ad sinistrā portā infrequentes uidet. eo secunde legionis principes: hastatosq; inducit. ¶ Non sustinuit impetum eorum statio: que porte apposita erat. ¶ Et ceteri: post q̃m intra uallum hostes uident: ipsi castris exuti signa: armaq; abiiciunt. ceduntur in portis suometipsi agmine in arcto herentes. ¶ Secundani terga hostium cedunt. ceteri castra diripiunt. Valerius Antias supra .xl. milia hostiū cesa eo die scribit. ¶ Cato ipse haud sane detractator laudū suarum multos cesos ait. numerum non scribit. Nihil deinde a uictoria cessatū. cū receptui signo dato suos spoliis honustos in castra reduxisset: paucis horis noctis ad quietem datis: ad predandum in agros duxit. ¶ Effusius: ut sparsis hostibus fuga: p̄dati sunt. que res nō minus qua pugna: p̄die aduersa: Emporitanos Hispanos accolasq; eorum: in deditionem cōpulit. ¶ Multi & aliarum ciuitatum: qui Emporias perfugerant: dediderunt se. ¶ Quos omnis appellatos benigne domos dimisit. ¶ Confestim inde castra mouit. Et quacunq; incedebat agmen: legati dedentium ciuitates suas occurrebant. ¶ Et cum tarraconem uenit: iam omnis cis Iberum Hispania perdomita erat. ¶ Captiuiq;: & Romani & sotium: ac Latini nominis: uariis casibus in Hispania oppressi: domum Consuli a Barbaris reducebantur. ¶ Fama deinde uulgat᷑: Consulē in Turdetaniam exercitū ducturum. & ad deuios Montanos profecturum etiā falso perlatum est. ¶ Ad hunc uanum: & sine autore ullo rumorem: Bergistanorū ciuitates septem: & aliquot castella defecerunt. eos deducto exercitu: compulsos ne memorādo prelio: in potestatē redegit. Haud ita multo post iidem: regresso tarraconē consule prius q̃ inde quoq̃ procederet: defecerūt. ¶ Iterum subacti. sed nō eadem uenia uictis fuit. ¶ Sub corona uenere omnes: ne sepius pacem sollicitarēt. ¶ Interim. P. Manlius Pretor exercitu uetere a. Q. Minutio: cui successerat: accepto: adiūcto & a. P. Claudio Nerone ex ulteriore Hispania uetere item exercitu: in Turdetaniam p̄ficiscitur.

Omnium Hispanorũ maxime imbelles habentur Turdetani. freti tamẽ multitudine sua: obuiam ierunt agmini Romano. Eques immissus turbauit extemplo acies eoꝝ. Pedestre prelium nullius ferme certaminis fuit. ¶ Milites ueteres periti hostiũ: belliq; haud dubiam pugnã fecerunt. ¶ Nec tamẽ ea pugna debellatũ est. x. milia Celtiberũ mercede Turduli conducunt. Alienisq; armis parabant bellum. ¶ Consul interim re/bellione Bergistanorũ ictus: ceteras quoq; ciuitates ratus: per occasionẽ idẽ facturas: arma omnibus cis Iberũ Hispanis ademit. ¶ Quam rẽ adeo egre passi: ut multi mortẽ sibimetipsis consciscerent. ferox gens nullã uitam rati sine armis eẽ. ¶ Quod ubi Cõsuli nuntiatum est: Senatores omnium ciuitatum ad se uocari iussit. atq; iis. ¶ Non nostra inquit magis: q̃ uestra refert: uos nõ rebellare. siquidem id maiore Hispanorum malo: q̃ exercitus Romani labore semp adhuc factum ẽ. id ut ne fiat uno modo cauendũ arbitror posse: si effectũ erit: ne possitis rebellare. ¶ Volo id q̃ mollissima uia cõsequi. uos quoq; in ea re consilio me adiuuate. nullum libentius sequar: q̃ quod uosmetipsi attuleritis. Tacentibus: spatium se ad deliberandum dierum paucoꝝ dare dixit. ¶ Cũ reuocati secundo quoq; consilio tacuissent: uno die muris omnium dirutis: ad eos qui nondũ parebant: ꝓfectus: ut in quanq; regionẽ uenerat: omnes qui circũ incolebãt populos: in deditionem accepit. ¶ Segestiam tãtum grauem atq; opulentam ciuitatẽ: uineis & pluteis cepit. ¶ Eo maiorem habebat difficultatem: in subigendis hostibus: q̃ qui primi uenerant in Hispaniam: ꝙ ad illos tedio Imperii Carthaginẽsium Hispani deficiebãt. ¶ Huic extirpata libertate: ĩ seruitutẽ uelut asserendi erant. ¶ Et ita mota omnia accepit: ut alii in armis eẽnt: alii obsidione ad defectionẽ cogerẽtur. nec nisi in tpe subuentũ foret: ultra sustẽtaturi fuerint. ¶ Sed ĩ Cõsule ea uis animi: atq; ingenii fuit: ut oĩa maxima: minimaq; per se adiret: atq; ageret. nec cogitaret modo: impe/raretq; que in rem essent: sed pleraq; ipse transigeret. nec in quenq̃m omnium grauius: seueriusq;: q̃ in semetipsum imperium exerceret. parsimonia: & uigiliis: & labore: cum ultimis militũ certaret. nec quicq̃ in exercitu suo ꝑcipui: preter honorem: atq; imperiũ haberet. difficilius bellum in Turdetania Pretori Romano. P. Manlio Celtiberi mercede exciti ab hostibus: sicut ante dictũ est: faciebãt. ¶ Itaq; eo Consul: accersitus litteris Pretoris: legiões duxit. ¶ Vbi eo uenit castra separatim Celtiberi & Turdetani habebãt. cum Turdetanis extemplo leuia prelia incursantes stationes eorũ: Romani faciebant. semperq; uictores ex: quãuis temere cepto: certamine: abibant. ¶ Ad Celti/beros in colloquiũ Tribunos Militũ ire Consul: atq; iis trium conditionũ electionẽ ferre iubet. ¶ Primam si transire ad Romanos uelint: & duplex stipendiũ accipere: q̃ quantũ a Turdetanis pepigissent. ¶ Alteram si domos abire publica fide accepta: nihil eam rem noxie futuram: ꝙ hostibus se Romanoꝝ iunxissent. ¶ Tertiam si utiq; bellũ placeat: diem locumq; constituant. ubi secum armis decernant. A Celtiberis dies ad consultandum petita: Concilium immixtis Turdetanis habitũ: magno cum tumultu. Eo minus decerni quicq̃ potuit. ¶ Cum incertum bellum an pax cum Celtiberis esset: commeatus tamen haud secus: q̃m in pace ex agris: castellisq; hostium Romani por/tabant. ¶ Deinde sepe munimenta eorum: uelut communi pacto cõmertio: priuatis induciis: ingredientes. ¶ Consul ubi hostes ad pugnam elicere nequit: primũ predatũ sub signis aliquot expeditas cohortis in agrũ integre regionis: ducit. ¶ Deinde audito Seguntie Celtiberũ omnis sarcinas: impedimentaq; relicta: eo pergit ducere ad op/pugnandum. ¶ Postq̃ nulla mouentur re persoluto stipendio: nõ suis modo. sed etiã Pretoris militibus: relictoq; omni exercitu in castris Pretoris: ipse cũ septẽ cohortibus ad Iberum est regressus. ¶ Ea tam exigua manu oppida aliquot: cepit. defecere ad eũ

Sedetani Auxetani Suessetani. ¶Lacetanos deuiam & siluestrem gentem: cum insita
feritas continebat in armis: tum conscientia dum Consul exercitusq; Turdulo bello
est occupatus: depopulatorum: subitis incursionibus: sotiorum. Igitur ad oppidum
eorum oppugnandũ Consul ducit: non Romanas modo cohortes: sed & iuuentutẽ
etiam: merito infensorum iis sotiorum. ¶Oppidum longum in latitudinem haudquaq̃
tantũdem patens habebat. ¶Quadringentos inde ferme passus constituit signa. Ibidẽ
lectarum cohortiũ stationem relinquens: precepit iis: ne se ex eo loco ante mouerẽt:
q̃ ipse ad eos uenisset. ¶Ceteras copias ad ulteriorem partem urbis circũducit. maximũ
ex omnibus auxiliis numerum Suessetane iuuentutis habebat. eos ad murũ oppug/
nandum subire iubet. ¶Quorum ubi arma: signaq; Lacetani cognouere: memores q̃
sepe in agro eorum impune persultassent: quotiens ipsos signis collatis fudissent pate/
facta repente porta: uniuersi in eos erumpunt. ¶Vix clamorem eoꝝ: nedum impetũ
Suessetani tulere: quod postq̃ suti futurum ratus erat: Consul fieri etiam uidit: equo
citato: subter murum hostium ad cohortes aduehitur: atq; eas arreptas: effusis omnibus
ad sequendos Suessetanos: qua silentiũ ac solitudo erat: in urbem ducit. priusq; omnia
cepit: q̃ se reciperent Lacetam. mox ipsos: nihil preter arma habentes: in deditionem
accepit. Confestim inde uictor ad Regium ducit castrum. ¶Receptaculum id maxie
predonũ erat. & inde incursiones in agros pacatos Prouintie eius fiebãt. Transfugit
inde ad consulem princeps Vergestanus: & purgare se ac populares cepit. ¶Non eẽ
in manu ipsis Rem. Pu. predones receptos totũ sue potestatis id castrũ fecisse. ¶Cõsul
eũ domũ redire: conficta aliqua ꝓbabili: cur abfuisset: causa iussit. Cũ se muros subisse
cerneret: intentosq; predones ad tuenda moenia esse: tum uti cum sue factionis homi/
nibus meminisset arcem occupare Id: uti preceperat: factum. ¶Repẽte anceps terror:
hinc muros ascendentibus Romanis: illinc arce capta: Barbaros circumuasit. ¶Huius
potitus loci Consul eos: qui arcem tenuerãt: liberos esse: cum cognatis: suaq; habere:
iussit. ¶Vergustanos: ceterosq;: questori: ut uenderet: imperauit. de predonibus suppli/
cium sũpsit. ¶Pacata Prouintia uectigalia magna instituit: ex Ferariis: Argentariisq;:
quibus tũ institutis: locupletior in dies Prouintia fuit. ¶Ob has res gestas supplicati/
onem in triduũ Patres decreuerunt. ¶Eadem estate alter Consul Valerius Flaccus:
in Gallia cum Boiorum manu propter Litanam siluam signis collatis: secundo prelio
conflixit. ¶Octo milia Galloꝝ cesa traduntur. ¶Ceteri omnes in uicos suos: atq; agros
dilapsi. Consul reliquũ estatis circa Padum: Placentie: & Cremone exercitũ habuit.
restituitq;: que in iis oppidis bello diruta fuerant. ¶Cum hic status rerum in Italia
Hispaniaq; esset. T. Quintius in Grecia ita hybernis actis: ut exceptis Etolis: quibus
nec ꝓ spe uictorie premia cõtigerant: nec diu quies placere poterat: uniuersa Grecia
simul pacis: libertatisq; perfruens bonis: egregie statu suo gauderet: nec magis in bello
uirtutem Romani ducis: q̃ in uictoria temperantiam: iusticiamq; & moderationem
miraretur: Senatus Consultum: quo bellum aduersus Nabin Lacedemonium decretũ
erat: affertur. ¶Quo lecto Quintius cõuentũ Corinthum omnium sotiarum ciuitatũ
Legationibus in diem certam edicit. ¶Ad quam ubi frequentes undiq; Principes cõ/
uenerũt: ita ut in ea ne Etoli quidẽ abessent: tali oratione est usus. ¶Bellũ aduersus
Philippum non magis cõmuni animo consilioq; Romani & Greci gesserunt: q̃ utriq;
suas causas belli habuerunt. nam & Romanorum amiciciam nunc Carthaginenses
hostis eorum iuuando: nunc hic sotiis nostris oppugnandis: uiolauerat. & in uos talis
fuit: ut nobis: etiam: si nostrarum obliuisceremur iniuriarum: uestre iniurie satis digna
causa belli fuerint. hodierna consultatio tota ex uobis pendet. Refero enim ad uos:

Laceta urbs capta a cõsule

Regiũ castrũ expugnatum

In Gallia

Valerius Flaccus consul [illegible]. Boioꝝ cedit

In Grecia

Senatus T. Q̃ntiũ cons. bellũ aduersus Nabin lacedemoniũ gerere iubet.

Consulis orõ in cõuentu corinthi de [illegible] argoꝝ

utrum Argos: sicut scitis ipsi ad Nabide occupatos: pati uelitis subditione eius esse? an equum censeatis: nobilissimam uetustissimamq; ciuitatem in mãdia Grecia sitam: repeti in libertatem? & eodem statu: quo ceteras urbes Pelopõnesi: & Grecie esse? Hec consultatio: ut uidetis: tota de re ptinente ad uos est. Romanos nihil cõtingit: nisi q̃tenus libertatis Grecie unius ciuitatis seruitus: nõ plenam: nec integram gloriam esse sinit. Ceterum si uos nec cura eius ciuitatis: nec exemplum: nec periculũ: mouet: ne serpat latius contagio eius mali: nos equi boniq; facimus. de hac re uos consulo: staturus eo: quod plures censueritis. ¶ Post orationem Romani Imperatoris: percenseri aliorum sententie cepte sunt. ¶ Cum legatus Athenensium: quantum poterat gratiis agendis: Romanorum in Grecia merita extulisset: imploratos auxiliũ aduersus Philippum tulisse: opem non rogatos: ultro aduersus Tyrannũ Nabin afferre auxiliũ: indignatusq; esset hec tanta merita sermonibus tamen aliquorũ carpi: futura calũniantiũ: cum fateri potius preteritorum gratiam deberent. ¶ Apparebat incensos Etolos. Igit̃ Alexander Princeps gentis: inuectus primũ in Athenienses q̧ libertatis quondã duces: & autores: assentationis proprie gratia cõmunem causam proderent: questus deinde est Acheos: Philippi quondã milites: postremũ ab inclinata fortuna eius transfugas: & Corinthum recepisse: & id agere: ut Argos habeant: Etolos primos hostes Philippi: semper sotios Romanorum: pactos in federe: suas urbes: agrosq; fore deuicto Philippo: fraudari Echineo: & Pharsalo: insimulauit fraudis Romanos: q̧ uano titulo libertatis ostentato Chalcidem & Demetridem presidus tenerent: qui Philippo cunctanti deducere inde presidia: obicere semper soliti sunt: nunq̃ donec Demetrias: Chalcisq;: & Corinthus tenerẽtur: liberam Greciam fore. postremo qui remaniendi in Grecia retinendiq; exercitus Argos & Nabin causam facerent. deportarent legiones in Italiam: Etolos polliceri: aut conditione: & uoluntate sua: Nabin presidiũ Argis deducturum: aut ui atq; armis coacturos: in potestate: cõsentientis Grecie esse. ¶ Hac uaniloquentia primum Aristhenum Pretorem Acheorum excitauit. ¶ Ne istuc inquit Iupiter Optimus Maximus sinat: Iunoq; Regina: cuius in tutela Argi sunt: ut illa ciuitas inter Tyrannum Lacedemoniũ: & latrones Etolos premium sit: posita in eo discrimine: ut miserius a nobis recipiatur: q̃ ab illo capta est. mare interiectum ab istis Predonibus non tuetur nos. T. Quinti. quid si in media Peloponneso arcẽ sibi fecerint: futurum nobis est? linguam tantum grecorum habẽt sicut spetiem hominũ. moribus ritibusq; efferatioribus: q̃ ulli Barbari: immanes belue uiuũt. itaq; uos rogamus Romani: ut & ab Nabide Argos recuperetis: & ita res Grecie cõstituatis: ut a latrocinio quoq; Etolorum satis pacata hec relinquatis. Romanus Consul: cunctis undiq; increpantibus Etolos. ¶ Responsurum se fuisse iis dixit: nisi ita infensos omnis in eos uideret: ut sedandi potius: q̃ irritandi essent. contentum itaq; opinione ea: que de Romanis Etolisq; esset: referre se dixit: qd de Nabidis bello placeret: nisi redderet Acheis Argos? ¶ Cum omnes bellum decreuissent: auxilia: ut pro uiribus suis quoq; ciuitates mitterent: est hortatus. ¶ Ad Etolos Legatos etiam misit: magis: ut nudaret animos: id qd̃ euenit: q̃ spe impetrari posse. ¶ Tribunis militũ: ut exercitũ ab Hellacia accerserent: imperauit. ¶ Per eosdem dies & Antiochi Legatis: de sotietate agentibus respondit: nihil se absentibus decẽ legatis: sententie habere. Romam eundũ ad senatũ iis eẽ. ipse copias eductas ab Hellacia ducere Argos pergit. atq; ei circa Cleonas Aristhenus Pretor Acheorum cum. x. milibus Acheorum militibus occurrit. & haud pcul inde iunctis exercitibus posuerũt castra. ¶ Postero die ĩ campũ Argiuorũ descẽderũt. & quattuor fere milia ab Argis locũ castris capiunt. ¶ Prefectus presidio Laconum

Legatus athẽn. bene p ro. loq̄s

Etolus iniuriose in ro. inuehitur

Aristhenus p̄tor acheorum in etolos p ro. uerba facit.

IN NABIN BELLŪ DECERNITUR: et Argon ad obsidẽdũ itur.

Pythagoras gener idem Tyranni: & uxoris eius frater: qui sub aduentū Romanorū & utrasq; arces: nam duas habent argi: & loca alia: que opportuna: aut suspecta erāt: ualidis presidiis firmauit. Sed inter agenda hec: pauorē iniectū aduentu Romanoꝝ dissimulare haudquaq̃ poterat. & ad externū terrorem intestina etiā seditio accessit. Damocles erat Argiuus adolescens: maioris animi: q̃m consilii. qui primo iureiurando interposito de presidio exppellendo cum idoneis colloquutus: dum uires adiicere co/iurationi studet: incautior fidei estimator fuit. Colloquentem eum cum suis satelles a Prefecto missus: cum accerseret: sensit proditum consilium eē. hortatusq; cōiuratos: qui aderant: ut potius q̃ extorti morerent: arma secum caperent. Atq; ita cū paucis in forum ire pergit: clamitans: ut qui saluam Rem. Pu. uellent: autorem & ducem se libertatis sequerentur. haud sane mouit quenq̃: quia nihil us q̃ spei propinq: nedum satis firmi presidii cernebant. Hec uociferantem eum Lacedemonii circunuentum cum suis interfecerunt. Comprehensi deinde quidam. & alii ex iis: occisi plures. pauci in custodiam coniecti: proxima nocte funibus per murum demissi: ad Romanos transfugerunt. Quintius affirmantibus iis: si ad portam Romanus exercitus fuisset non sine effectu motum illum futurum fuisse: si propius castra admouerentur: non quieturos Argiuos misit expeditos equites peditesq;: qui circa Cylarabin: Gymnasium id est minus trecentos passus ab urbe cum erumpentibus a porta Lacedemoniis ꝑlium cōmiserunt. atq; eos haud magno certamine: cōpulerunt in urbem. & castra eo ipso loco: ubi pugnatum erat: imperator romanus posuit. Diem unū in speculis fuit: siqd noui motus oriretur. Postq̃ oppressam metu ciuitatem uidit: aduocat consilium de oppugnandis Argis. Omnium Pricipum Grecie preter Aristhenū: eadem sententia erat. cum causa belli non alia esset: Inde potissimū ordiendi belli. Quintio id nequaq̃ placebat: Sed Aristhenum contra omnium consensum disserentem: cum haud dubia approbatione: audiuit. Et ipse adiecit. Cum pro Argis aduersus Tyrannum bellū susceptum sit quid minus conueniens esse q̃m omisso hoste: Argos oppugnari? se uero caput belli Lacedemonem & Tyrannum petiturū. Et dimisso consilio frumentatū expeditas cohortes misit. quod maturi erat circa. demessum: & conuectum est. uiride: ne hostes mox haberent: ꝓtritum. & corruptū. Castra deiñ mouit. & Parthenio mōte supato: ꝓter Tegeā tertio die ad Carrhias posuit castra. Ibi prius q̃ hostiū intraret agrū: sotioꝝ auxilia expectauit. Venerūt Macedones a Philippo duo milia: &. dcc. & Thessaloꝝ eqtes q̃dringēti. nec iā auxilia: quoꝝ affatim erat: sed cōmeatus finitimis urbibus impati: morabant Romanū. Nauales quoq; magne copie cōueniebant. iā ad Leucada. L Quintius cū. xl. nauibus uenerat. Iam Rhodie. x. & octo tecte naues. iam Eumenes Rex circa Cycladas insulas erat: cum decem tectis nauibus. xxx. lembis mixtisq; aliis minoris forme nauibus. Ipsoꝝ quoq; Lacedemonioꝝ exsules permulti Tyrannorum iniuria pulsi: spe recuperande patrie in castra Romana conuenerunt. Multi ante erant: iam per aliquot etates: ex quo Tyranni tenebant Lacedemonem: alii ab aliis expulsi. Princeps erat exsulum Gesipolis. cuius iure gentis: Regnū La/cedemonie erat. pulsus infans ab Lycurgo Tyranno: post mortē Cleomenis: q ꝓmus Tyrannus Lacedemonie fuit. Cum terra mariq; tm̄ bellum circunstaret Tyrannum: & prope nulla spes esset: uires suas hostiūq; estimanti: non tamen omisit bellum. sed a Creta mille delectos iuuentutis eorum exciuit. cum mille iam haberet. & tria milia mercennariorum militum. x. milia popularium cum Castellanis agrestibus in armis habuit. & fossa ualloq; urbem cōmuniuit: & nequid intestini motus oriretur metu & acerbitate penarum tenebat animos. Quoniam ut saluum uellēt Tyrannū: sperare

non poterat: cum suspectos quosdam ciuium haberet: eductis omnibus in campum copiis: positis armis: ad cõtionẽ uocari iubet Lacedemonios: atq; eorũ cõtioni satellites armatos circũdedit. ¶ Et pauca prefatus: cur sibi omnia timenti: cauentiq;: ignoscendũ in tali tempore foret: & ipsorum referre: si quos suspectos status presens rerũ faceret prohiberi potius: ne quid moliri possint: q̃m puniri molientis. Itaq; quosdam se in custodiam habiturũ: donec ea: que instat tempestas p̃tereat. hostibus repulsis: a qbus si modo proditio intestina satis cauetur: minus periculi esse extemplo eos emissurum. Sub hec citari nomina octoginta ferme Principũ iuuentutis iussit. atq; eos: ut quisq; ad nomen responderat: in custodiam tradidit. ¶ Nocte insequenti omnes interfecti. Ilotarum deinde quidam: ii sunt iam inde antiquitus Castellani agreste genus: transfugere uoluisse insimulati: per om̃es uicos sub uerberibus acti necant. ¶ Hoc terrore obstupuerant multitudinis animi ab omni conatu nouorũ consiliorum. ¶ Intra munitiones copias cõtinebat. nec parẽ se ratus si dimicare acie uellet: & urbẽ relinquere: tam suspectis: & incertis omnium animis: metuens. Quintius satis iam omnibus paratis: profectus ab statiuis die postero ad sellas: super Eurotam fluuium peruenit. ¶ Quo in loco Antigonus Macedonum rex: cum Cleomene Lacedemoniorũ Tyranno signis collatis dimicasse dicebatur. ¶ Inde cũ audisset ascensum difficilis: & arcte uie eẽ: breui: per montis circuitũ premissis: qui munirent: uiã: lato satis & patenti limite ad Eurotã amnem: sob ipsis prope fluentem menibus: peruenit. Vbi castra metantes Romanos Quintiumq; ipsum: cum equitibus: atq; expeditis pregressum auxiliis: Tyranni adorti ingentem terrorem: ac tumultum coniecerunt: nihil tale expectantis: quia nemo iis obuiis toto itinere fuerat. ac uelut pacato agro transierant. ¶ Aliquandiu peditibus: equites: equitibus: pedites: uocantibus: cum in se cuiq; minime fiducie esset: trepidatum est. ¶ Tandem signa legionum superuenerũt. & cum primi agminis cohortes inducte in preliũ essent: q modo terrori fuerant: trepidantes in urbem cõpulsi sunt. ¶ Romani cum tm̃ a muro recessissent: ut extra ictum teli essent acie directa paulisper steterũt. Postq̃ nemo hostium contra exibat: redierunt in castra. ¶ Postero die Quintius ꝓpe fluuium preter urbem sub ipsas Menali montis radices cum duceret copias instructas pergit. ¶ Prime legionarie cohortes ibant. leuis armatura & equites agmen cogebãt. Nabis intra murum instructos paratosq; sub signis habebat mercennarios milites: in quibus omnis fiducia erat: ut ab tergo hostem aggrederetur. ¶ Postq̃ extremũ agmẽ preterit: tum ab oppido: eodem quo pridie eruperant tumultu pluribus simul locis erumpunt. Ap. Claudius agmen cogebat. qui ad id: quod futurũ erat: ne inopinate accideret: preparatis suorum animis: signa extemplo cõuertit. totũq; in hostem agmẽ circumegit. itaq; uelut recte acies concurrissent: iustũ aliquandiu prelium fuit. tandẽ Nabidis milites in fugam inclinauerunt. ¶ Que minus trepida fuisset: ni Achei locorũ prudentes instituissent. ¶ Ii & cedes in gentes ediderũt. & dispersos passim fuga plerosq; armis exuerunt. ¶ Quintius prope Amyclas posuit castra. Vnde cum populatus om̃ia circuniecta urbi: frequentis & ameni agri loca: esset: nullo iam hostiũ portam excedente mouit castra ad flumẽ Aranta. inde uallem Taygeto subiectã: agrosq; ad mare pertinẽtis euastat. ¶ Eodem tempore. L. Quintius maritime ore oppida partim uoluntate: partim metu: aut ui: recipit. certior deinde factus Gytheum oppidũ omniũ maritimarũ rerum Lacedemoniis receptaculũ esse: nec ꝓcul a mari castra Romana abesse omnibus id copiis aggredi constituit. Erat eo tẽpore ualida urbs: & multitudine ciuium: incolarumq;: & omni bellico apparatu instructa. In tempore Quintio: rem haud facilem aggredienti: Rex Eumenes & classis Rhodiorum superuenerũt. Ingẽs

EVROTAS. FLV.

MENALVS. MONS.

AMICLE

multitudo naualium sotiorum e tribus concitata classibus: intra paucos dies omnia: que ad oppugnationẽ urbis: terra mariq; munite: facienda opera erant: effecit. ❡ Iam testudinibus admotis murus subruebatur. iam arietibus quatiebat͛. itaq; una crebris ictibus euersa est turris. quodq; circa muri erat: casu eius prostratum. & Romani simul a portu: unde aditus planior erat: ut discederent ab apertiore loco hostes: simul per patefactum ruina iter irrumpere conantur. ❡ Nec multum abfuit: quin qua inten/derant: penetrarent. sed tardauit impetum eorum spes obiecta dedende urbis. Mox deinde eadem turbata. Dexagorides: & Gorgopas pari imperio preerant urbi. Dex/agorides miserat ad Legatū Romanum traditurus urbem. & cum ad eam rem tempus & ratio cōuenisset: a Gorgopa ꝓditor interficit͛. intentiusq; ab uno urbs defendebat͛. & difficilior facta oppugnatio erat: ni. T. Quintius cum quattuor milibus delectoꝝ militum superuenisset. ❡ Is cum supercilio haud ꝓcul distātis tumuli ab urbe instructā aciem ostendisset: ex altera parte. L. Quintius ab operibus suis terra mariq; instaret: tum uera desperatio Gorgopam quoq; cogit id consilii: quod in altero morte uindi/cauerat: capere. & pactus ut abducere inde milites: quos presidii causa habebat: liceret: tradidit Quintio urbem. ❡ Prius q̄ Gytheum traderet͛: Pythagoras Prefectus Argis relictis: tradita custodia urbis Timocrati Pellenensi: cum mille mercennariis militibus: & duobus milibus Argiuorum: Lacedemonem: ad Nabin uenit. ❡ Nabis sicut primo aduentu Romane classis: & traditione oppidorum maritime ore conterritus erat: sic parua spe cum acquieuisset Gytheo ab suis retento: postq̄ id quoq; traditū Romanis audiuit esse: cum ab terra omnibus circa hostibus nihil spei esset: a mari quoq; toto se interclusum: tum cedendum fortune ratus: caduceatorem primum in castra misit: ad explorandū: si paterentur Legatos ad se mitti. qua impetrata re Pythagoras ad Im/peratorem uenit: nullis aliis mandatis: q̄ ut Tyranno colloqui cū Imperatore liceret. Consilio conuocato cum omnes dandum colloquium censuissent: dies locusq; consti/tuitur. in medio regionis tumulos: modicis copiis sequentibus: cum uenissent: relictis ibi in statione conspecta utrinq; cohortibus: Nabis cum delectis custodibus corporis: Quintius cū fratre: & Eumene Rege. & Sosila Rhodio: & Aristheno Acheorū Pre/tore Tribunisq; Militum paucis: descendit. ❡ Ibi permisso: ut seu dicere prius: seu audire mallet: ita cepit Tyrannus. ❡ Si ipse per me Quinti uosq; qui adestis: causam excogitare: cur mihi aut indixissetis bellum: aut inferretis: possem: tacitus euentum fortune mee expectassem. nunc imperare animo nequeo: quin prius q̄ reperirem: cur periturus essem: scirem. & hercule si tales essetis: q̄les esse Carthaginenses fama ẽ: apud quos nihil sotietatis fides sancti haberet: in me quoq; uobis quid faceretis minus pensi esse: non mirarer. Nunc uos cū intueor Romanos esse: qui rerum diuinarū foedera: humanarumq; fidem sotialẽ sanctissimam habeatis: cum me ipse respexi eum eẽ spero: cui & publice: sicut ceteris Lacedemoniis uobiscum uetustissimum foedus sit. & meo nomine priuatim amicicia ac sotietas: nuper Philippi bello renouata. ❡ At enim ego uiolaui: & euerti: qđ Argiuorum ciuitatem teneo. quo modo hoc tuear? re: an tpe? res mihi duplicem defensionem prebet. nam & ipsis uocantibus: & tradentibus urbem cepi: non occupaui. & accepi urbem cum Philippi partiū: non in uestra sotietate esset. tempus autem me liberat: ꝙ cum Argos haberem: sotietas mihi uobiscum cōuenit: ut uobis mitterem ad bellū auxilia: non ut Argis presidiū deducerem pepigistis. at hercle in ea controuersia: que de Argis est: superior sum: & equitate rei: ꝙ nō uestram urbẽ sed hostiū: ꝙ uolentem: non ui coactā: accepi. & uestra cōfessione: ꝙ in cōditionibus sotietatis mihi Argos reliquistis. Ceterum nomẽ Tyranni & facta premiunt: ꝙ seruos

Nabidi desperans [?] colloquium a con[sule] petit[?] datum

Nabidis oro ad con.

ad libertatem uoco. qđ in agros inopem Plebem deduco. de nomine hoc respondere possum. me qualiscunq; sum: eum esse: qui fui cum tu ipse mecũ. T. Quinti sotietatem pepigisti. tum me regem appellari a uobis memini. nunc Tyrannum uocari uideo. itaq; si ego nomen Imperii mutassem: mee incõstantie: cum uos mutetis: uobis uestre reddenda ratio ẽ. Quod ad multitudinẽ: seruis liberandis: auctam: & egentibus diuisũ agrum attinet: possum quidẽ & in hoc: me iure temporis tutari. nam feceram hec: qualiacunq; sunt: cum sotietatem mecum pepigistis. & auxilia in bello aduersus Philippũ accepistis. sed si nunc ea fecissem: non dico ꝙ in eo uos lesissem: aut uestram amiciciam uiolassem. sed illud me more atq; instituto maiorũ fecisse. nolite ad uestras leges atq; instituta exigere ea: que Lacedemone fiũt. nihil comparare singula necesse est. uos a censu equitem: a censu peditem: legitis. & paucos excellere opibus: Plebem subiectã esse illis uultis. Noster Legumlator non in paucorum manu Rem. P. esse uoluit: quẽ uos Senatum appellatis. Nec excellere unum: aut alterum ordinem in ciuitate. sed ꝑ equationem fore ad dignitates credidit: ut multi essent: qui arma pro patria ferrent. pluribus me peregisse: q̃ pro patrie sermone breuitatis fateor. & breuiter peroratũ esse potuit. nihil me postq̃ amiciciam institui: cur eius uos peniteret: commisisse. ¶Ad hec Imperator Romanus. Amicicia & sotietas nobis nulla tecum: sed cum Pelope Rege Lacedemoniorum iusto ac legittimo facta est. cuius ius: Tyranni quoq;: qui postea per uim tenuerunt Lacedemone Imperiũ: quia nos bella: nunc Punica: nũc Gallica: nunc alia ex aliis occupauerant: usurparunt. sicut tu quoq; hoc bello Macedonico fecisti. nam quid minus cõueniret: q̃ nos: qui pro libertate Grecie aduersus Philippũ gereremus bellũ: cum Tyranno instituere amiciciam? & eo Tyranno: q̃ qui unq̃: seuissimo: & uiolentissimo in suos? nobis uero: etiam si Argos nec cepisses per fraudẽ: nec teneres: liberantibus omnem Greciam: Lacedemon quoq; uindicanda in antiquam libertatem erat. atq; in leges suas. quarum modo tanq̃ emulus Lycurgi: mentionem fecisti. an ut ab Naso: & Bargillis presidia Philippi deducanť: cura erit nobis? Argos: & Lacedemones: duas clarissimas urbes: lumina quondam Grecie: sub pedibus tuis relinquemus: que titulum nobis libertatis grecie: seruientes deforment? At enim cum Philippo Argiui senserunt. remittimus hoc tibi: ne uicem nostram irascaris. Satis cõpertum habemus: duorũ aut summũ trium in ea re nouitatis culpam esse. tam hercle q̃ in te: tuoq; presidio arcessendo: accipiendoq; in arcem. nihil sit publico cõsilio actũ. Thessalos & Phocenses & Locrenses: consensu omnium scimus: partiũ Philippi fuisse. tamen cũ cetera liberauimus Grecia. quid tandẽ censes in Argiuis: qui insontes publici consilii sint facturos? seruorum ad libertatem uocatorũ: & egentibus hominibus agri diuisi: crimina tibi obici dicebas: nõ quidem: nec ipsa mediocria. sed quid ista sunt: pre iis: que a te tuisq; quottidie alia sup alia facinora edunť? exhiberes liberam cõtionẽ uel Argis: uel Lacedemone: sicut ire iubet uerba: dominationis impotẽtissime crimina. ut omnia alia uetustiora omittam: quam cedẽ argis Pythagoras iste gener tuus: pene in oculis meis edidit? quam tu ipse cum iam prope in finibus Lacedemoniorum essẽ? Agedum quos contione cõprehensos omnibus audientibus tuis in custodiã te habituꝝ esse pronunciasti: iube uinctos produci. miseri parẽtes: quos falso lugent: uiuere sciãt. Et enim ut iam ita sint hec: quid ad uos Romani. hoc tu dicas: liberantibus Greciam sotiis? qui ut liberare possent: mare traiecerunt. terra mariq; gesserunt bellum. uos tñ inquis: uestramq; amiciciam: ac sotietatem Populi Romani non uiolaui. quotiens uis te id arguã fecisse? sed nolo pluribus. summam rem cõplectar. Quibus igitur amicicia uiolatur? nempe his duabus maxime rebus: si sotios meos: pro hostibus habeas. si cum

hostibus te coniungas. utrum non a te factum est? nam & Messenen uno atq; eodẽ iure federis: quo & Lacedemonem in amiciciam nostram acceptam: sotius ipse: sotiam nobis urbem ui atq; armis cepisti. & cum Philippo hoste nostro non sotietatẽ modo: sed si diis placeat: affinitatem etiam: per Philoclem Prefectum eius: pepigisti. & bellũ aduersum nos gerens: mare circa Maleam infestum nauibus pyraticis fecisti. & plures prope ciues Romanos: q̃ Philippus cepisti. atq; occidisti. tutiorq; Macedonie ora: q̃m promontoriũ Malee cõmeatus ad exercitus nostros portantibus nauibus: fuit. ꝑinde parce: sic fidem: ac iura sotietatis iactare. & omissa populari oratione tanq̃ Tyrannus: & hostis: loquere. ❡Sub hec Aristhenus nunc monere Nabin: nũc etiam orare ut dũ liceret: dũ occasio esset: sibi ac fortunis suis consuleret. Et referre deinde nominatim Tyrannos ciuitatum finitimarum coepit: qui deposito Imperio: restitutaq; libertate suis: nõ tutam modo sed etiam honoratã inter ciues senectutem egissent. ❡His dictis inuicem: auditisq; nox ꝓpe diremit colloquiũ. ❡Postero die Nabis Argis se cedere: ac deducere ꝑsidiũ: ꝙ ita Romanis placeret: & captiuos & ꝑfugas redditurũ dixit: Aliud siqd pustularẽt: scriptũ ut ederent. petiit: ut deliberare cũ amicis posset. Itaq; ut Tyrãno ad cõsultandũ tẽpus datũ ẽ: & Quintius sotiorũ etiã pricipibus adhibitis habuit consiliũ. Maxime partis sentẽtia erat ꝑseuerandũ in bello esse: & tollendũ Tyrannũ. nunq̃ aliter tutã libertatem Grecie fore satius multo fuisse nõ moueri bellũ aduersus eum: q̃ omitti motum. & ipsum uelut comparata dominatione firmiorem futurum auctore: iniusti imperii assumpto Populo Romano: & extemplo multos & in aliis ciuitatibus: ad insidiandum libertate ciuium suorum incitaturum. Ipsius Imperatoris animus ad pacem inclinatior erat. uidebat enim compulso intra moenia hoste: nihil preter obsidionẽ restare. eam autem fore diuturnam. non. n. Gytheũ: quod ipsum tñ traditum: non expugnatum esset: sed Lacedemonem ualidissimã urbem uiris: armisq; oppugnaturos. unam spem fuisse siqua admouentibus exercitum dissensio: ac seditio inter ipsos excitari posset. cũ signa portis prope inferri cernerent: neminẽ se mouisse. adiciebat: & cum Antiocho infidam pacem Iuliũ Legatũ inde redeuntem nuntiare. multo maioribus q̃ ante terrestribus: naualibusq; copiis in Europam trãsisse. si occupasset obsidio Lacedemonis exercitum quibus aliis copiis aduersus Regem tam ualidũ: ac potentem: bellum gesturos? ❡Hec propalam dicebat. illa tacita suberat cura: ne nouus Consul Greciam Prouintiam sortiretur. & inchoati belli uictoria successori tradenda esset. Cum aduersus tendendo: nihil moueret sotios: simulando se transire in eorũ sententiã: omnes in assensum cõsilii sui traduxit. Beneuertat inquit obsideamus Lacedemonem: quando ita placet. ceterum cum res tam lenta: q̃ ipsi scitis: oppugnatio urbiũ sit: & obsidentibus prius sepe: q̃ obsessis tediũ afferat: iam nũc hoc ita ꝓponere uos animis oportet: hybernãdum circa Lacedemonis moenia esse: que mora si laborẽ tantum: ac periculum haberet: & animis & corporibus ad sustinẽda ea: parati essetis: hortarer uos. nunc impensa quoq; magna eget in opera: in machinationes & tormẽta: quibus tanta urbs oppugnanda est. in cõmeatus uobis hyeme expediendos. ❡Itaq; ne aut repente trepidetis: aut rem inchoatã turpiter destituatis: scribendum ante uestris ciuitatibus censeo. explorandumq; quid queq; animi: quid uirium: habeat. auxiliorũ satis: superq; habeo. Sed quo plures sumus: pluribus rebus egebimus. nihil iam preter nudum solum ager hostiũ habet. ad hec hyems accedit: ad portandum ex longinquo difficilis. ❡Hec oratio primum animos omnium ad respicienda cuiq; domestica mala conuertit. segniciam & inuidiam: & obtrectationem domi manentium aduersus militantes. libertatem difficilem ad consensum. inopiã publicã. malignitatem conferendi

orõ consulis i q ostendit difficultates futuras si Lacedemonia obsideat nr̃

ex priuato. uersis itaq; subito uolūtatibus: facere quod e Re. P. Populi Ro. sotiorūq;
esse crederet: Imperatori permiserunt ¶ Inde Quintius adhibitis Legatis tantū: Tri/
bunisq; militū: cōditiones: in quas cū Tyranno pax fieret has conscripsit. Sex mensiū
inducie ut eēnt Nabidi: Romanisq;. & Eumeni Regi: & Rhodiis ¶ Legatos extēplo
mitterent Romam. T. Quintius: & Nabis: ut pax ex autoritate Senatus confirma/
retur. ¶ Ex qua die scripte cōditiones pacis edite Nabidi forēt: ea dies ut induciarum
principium esset ¶ Et ut ex ea die intra decimum diem: ab Argis ceterisq; oppidisque
in Argiuorum agro essent: presidia omnia deducerentur. uacuaq; & libera traderent
Romanis. Et ne quod inde mancipium Regium: publicum ue: aut priuatum: edu/
ceretur. & siqua ante educta forent: dominis recte restituerentur ¶ Naues quas ciui/
tatibus maritimis ademisset: redderet. neue ipse nauem ullam preter duos lembos: qui
non plus q̄m sedecim remis agerentur: haberet. ¶ Perfugas & captiuos omnibus sotiis
Populi Romani ciuitatibus redderet ¶ Messeniis omnia: que comparerēt: queq; do/
mini cognoscerent: exsulibusq; Lacedemoniis coniuges: liberosq; restitueret. que earū
uiros sequi uoluissent. inuita nequa ex illis comes esset ¶ Mercennariorum militum
Nabidis: qui aut in ciuitates suas: aut ad Romanos transissent: iis res sue omnes recte
redderent ¶ In Cretā insulam nequā urbē haberet. quas habuisset: redderet romanis.
Nequā sotietatem cum ullo Cretensium: aut quoq̄m alio instituerent ¶ Neu bellum
gereret ciuitatibus omnibus quasq; & ipse restituisset. queq; se: suaq; in fidem ac dedi/
tionem Populi Romani tradidissent ¶ Omnia presidia deduceret. seq; ipse suosq; ab iis
abstineret ¶ Ne quod oppidum: ne quod castellum: in suo: alieno ue agro cōderet.
Obsides ea ita futura daret. v. quos Imperatori Romano placuisset. filium suum in
iis ¶ Et talenta centum argenti in presenti. & quinquaginta talenta in singulos ānos
per annos octo ¶ Hec cōscripta: castris propius urbem motis: Lacedemonē mittunt.
Nec sane quicq̄ eorum satis placebat Tyranno: nisi q̄ preter spem reducendorum
exsulum mentio nulla facta erat. ¶ Maxime autem omnium ea res offendebat: q̄ et
naues: & maritime ciuitates adempte erant. ¶ Fuerat autem ei magno fructui mare.
omnem oram Maleæ nauibus infestam habenti. ¶ Iuuentutem preterea ciuitatum
earum ad supplementum longe optimi generis militum habebat ¶ Has conditiones
quanq̄ ipse in secreto uolutauerat cum amicis: uulgo tamen omnes fama ferebant.
uanis: ut ad ceteram fidem: sic ad secreta tegenda: saltellitum Regiorum ingeniis. non
tam omnia uniuersi: q̄ ea: que ad quenq; pertinerent: singuli carpebant. ¶ Qui exsulū
coniuges in matrimonio habebant. aut ex bonis aliquid eorū possederant: tanq̄ amis/
suri: non reddituri: indignabantur ¶ Seruis liberatis a Tyranno non irrita modo
futura libertas: sed in ulto fedior: q̄ fuisset ante seruitus: redeuntibus in iratorū domi/
norum potestatem: ante oculos obuersabatur ¶ Mercennarii milites: & precia militiæ
casura in pace: egre ferebant. & reditum sibi nullum eē in ciuitates: uidebant infensas
non Tyranno magis: q̄ satellitibus eorum ¶ Hec inter se primo in circulis serentes fre/
mere. deinde ad arma subito discurrerunt. ¶ Quo tumultu: cum per se satis irritatam
multitudinē cerneret Tyrannus: contionem aduocari iussit. ibi cū ea: que imperarent
a Romāis exposuisset: & grauiora atq; īdigniora quedā falso adiūxisset: & ad singula
nunc ab uniuersis: nūc a partibus Contionis: acclamaret: interrogauit: qd se respōdere
ad ea: aut quid facere: uellent? prope una uoce omnes nihil respondere: bellum geri
iusserunt. & pro se quisq; qualia multitudo solet: bonū animū habere: & bene sperare
iubentes: fortes fortunā adiuuare: aiebant ¶ His uocibus incitatus Tyrannus: & An/
tiochum Etolosq; adiuturos pronuntiat. & sibi ad obsidionem sustinendā copiarum

Obsidetur Lacedemon

affatim esse ¶ Exciderat pacis mētio: ex omniū animis. & ĩ stationes nó ultra quieturi
discurrunt. paucorum excursio lacessentum: & emissa iacula extemplo: & Romanis
dubitationem: quin bellandum esset: exemerunt ¶ Leuia inde prælia per quatriduū
primum: sine ullo satis certo euentu cómissa. quinto die prope iusta pugna: adeo pa/
uentes in oppidum Lacedemonii compulsi sunt: ut quidam milites Romani terga
fugientium cedentes: per intermissa ut tunc erant. moenia urbem intrauerint. & nūc
quidem Quintius satis eo terrore coercitis excursionibus hostium nihil preter ipsius
oppugnationem urbis superesse ratus: missis qui omnes nauales socios a Gytheo ac/
cerserent: ipse interim cum Tribunis Militum aduisendum urbis situm menia circū/
uehitur. ¶ Fuerat quondā sine muris Sparta. Tyranni nup locis patentibus planisq;
obiecerunt murū. altiora loca: & difficiliora aditu: stationibus armatoꝝ p munimēto
obiectis: tutabantur. Vbi satis omnia inspexit corona oppugnandum ratus: omnibus
copiis (Erant autem Romanorum: sotiorumq; simul peditum: equitumq;: simul ter/
restrium: ac naualium: ad quinquaginta milia hominum.) urbem cinxit ¶ Alii scalas:
alii ignem: alii alia: quibus non oppugnarent modo: sed etiam terrerent: portabant.
iussi clamore sublato: subire undiq; omnes: ut qua primum occurerent: qua ue opem
ferrent: ad omnia simul pauentes Lacedemonii ignorarent. ¶ Quod roboris erat in
exercitu tripbariā diuisū: parte una a Phebeo: altera a Clycitineo: tertia ab eo loco:
quē Heptagonias appellāt (omnia aūt hec aperta: sine muro loca sūt) aggredi iubet.
Cū tantus undiq; terror urbē circūuasisset: pmo Tyrānis: & ad clamores repētinos: &
nuntios trepidos motus: ut quisq; maxime laborabat locus: aut ipse occurrebat: aut
aliquos mittebat. ¶ Deinde circumfuso undiq; pauore: ita obtorpuit: ut nec dicere:
quod in rem esset: nec audire: posset. nec inops modo consilii: sed uix mentis compos
esset. ¶ Romanos primo sustinebant: in angustiis Lacedemonii. terneq; acies tempore
uno: locis diuersis pugnabant ¶ Deinde crescente certamine nequaq̄ erat prelium par.
missilibus enim Lacedemonii pugnabant. a quibus se & magnitudine scuti perfacile
Romanus tuebatur miles. & quod alii uani: alii leues admodū ictus erant. nam ꝓpter
angustias loci: confertāq; turbam: non modo ad emittenda cum procursu quo plu/
rimum concitantur tela: spatiū babebant: sed ne: ut de gradu quidem libero: ac stabili
conarentur. Itaq; ex aduerso missa tela: nulla in corpibus: rara in scutis: herebant. A
circunstantibus ex superioribus locis uulnerati quidā sunt. mox progressos: iam etiā
ex tectis: non tela modo: sed tegule quoq; inopinantes perculerunt. Sublatis deinde
supra capita scutis: continuatis ita inter se: ut nó modo ad cecos ictus: sed ad ne inse/
rendum quidem ex propinquo telum loci quicq̄ esset: testudine facta: subibant. ¶ Et
prime angustie paulisper sua hostiumq; referte turba tenuerunt. Postq̄ in patentiorē
uiam urbis paulatim urgentes hostes ꝓcessere: nó ultra uis eoꝝ: atq; impetus sustineri
poterant. cum terga uertissent Lacedemonii: & effusa fuga superiora peterent loca:
Nabis quidem: ut capta: urbe trepidans: quanam ipse euaderet: circunspectat. Pytha/
goras tum ad cetera animo officioq; Ducis fungebatur. Tum uero unus: ne caperetē
urbs: causa fuit. ¶ Succendi. n. edificia proxima muro iussit. que cum momento tpis
arsissent: ut adiuuantibus ignem: qui alias ad extinguendum opem ferre solent: ruere
in romanos tecta: nec tegularū modo fragmenta: sed etiā ambusta tigna ad armatos
peruenere. & flamma late fundi. fumus terrorem etiam maiorem: q̄ periculum facere.
itaq; & qui extra urbem erant Romanorū: tum maxime impetus facientes: recessere
a muro. & qui iam intrauerant: ne incendio a tergo oriente intercluderentur a suis:
receperunt sese. ¶ Et Quintius: postq̄ quid rei esset: uidit: receptui canere iussit. ita iam

prope capta urbe reuocati: redierunt in castra. ¶ Quintius ex timore hostiũ. plus q̃
ex re ipsa spei nactus: per triduum insequens territauit eos: nunc prelus lacessendo:
nunc operibus intersepiendo quedã. ne exitus ad fugam esset. ¶ His cõminationibus
compulsus Tyrannus: Pythagoram rursus oratorem misit: quem Quintius primo
aspernatum excedere castris iussit. ¶ Deinde suppliciter orantem: aduolutumq; ge/
nibus: tandẽ audiuit. ¶ Prima oratio fuit: omnia permittentis arbitrio Romanoꝝ.
deinde cum ea uelut uana: & sine effectu nihil proficerent: eo deducte res: ut his
conditionibus: que exscripto paucis ãte diebus edite erãt: inducie fierent. pecuniaq;
& obsides accepti. ¶ Dum oppugnatur Tyrannus: Argiui nuntiis aliis prope sup alios
afferẽtibus non tm̃modo obsessã: sed iam captã urbẽ Lacedemonẽ esse: erecti & ipsi:
simul eo: ꝙ Pythagoras cũ parte ualidissima presidii excesserat: cõtempta paucitate
eorum: qui in arce erant: duce Archippo quodam: presidium expulerunt. ¶ Timo/
cratem Pellenensem: quia clementer prefuerat: uiuum: fide data: miserunt. ¶ Huic
leticie Quintius superuenit: pace data Tyranno: dimissis a Lacedemonie Eumene:
& Rhodiis: & L. Quintio fratre ad classem. ¶ Leta ciuitas celeberrimum festorum
dierum: ac nobile ludicrum Nemeorum: die stata: propter belli mala: pretermissum:
in aduentum Romani exercitus: ducisq; indixerunt. prefeceruntq; Ludis ipsum
Imperatorem. ¶ Multa erant: que gaudium cumularent. ¶ Reducti ciues a Lace/
demone erant: quos nuper Pythagoras: quosq; ante Nabis abduxerat. ¶ Redierãt
qui post compertam a Pythagora coniurationem: & cede iam coepta effugerant.
Libertatẽ ex longo interuallo: libertatisq; autores Romanos: quibus causa bellandi
cum Tyranno ipsi fuissent: cernebant. ¶ Testata quoq; ipso Nemeorum die: uoce
preconis libertas est Argiuorum. ¶ Acheis quãtum restitui Argi in cõmune Achaie
Concilium leticie afferebant: tantum serua Lacedemone relicta: lateri adherens
Tyranni: non sincerum gaudium prebebat. ¶ Etoli uero. eam rem omnibus Cõciliis
lacerare. cum Philippo non ante desitum bellari: q̃ omnibus excederet Grecie ur/
bibus. Tyranno relictam Lacedemonem. Regem autem legittimũ: qui in Romanis
fuerat castris: ceterosq; nobilissimos ciues in exsilio uicturos. Nabidis dominantis
satellitem factum Tribunum militum. ¶ Quintius ab Argis Helaciam: unde ad bellũ
spartanum profectus erat: copias reduxit. ¶ Sunt qui: nõ ex oppido proficiscentẽ
bellũ gessisse Tyrannũ: tradant: sed castris aduersus Romana castra positis. ¶ Diuq;
contatum: cum Etolorum auxilia expectasset: coactum ad extremum acie con/
fligere: impetu in pabulatores suos ab Romanis facto. ¶ Eo prelio uictũ: castrisq;
exutum: pacem petisse: cum cecidissent quindecim milia militũ: capta plus quattuor
milia essent. ¶ Eodem fere tempore & a T. Quintio de rebus ad Lacedemonem
gestis: & ab M. Portio Cõsule ex Hispania littere allate. ¶ Utriusq; nomine ternos
in dies supplicatio a Senatu decreta est. L. Ualerius Consul cũ post effusos circa
Littanam siluam Boios: quietam Prouinciam habuisset: Comitioꝝ causa Romam
rediit. & creauit Consules P. Cornelium Scipionem Africanum iterum. & Ualeriũ
Sempronium Longum. ¶ Horum patres primo anno secundi punici belli Cõsules
fuerant. Pretoria inde comitia habita. ¶ Creati. P. Cornelius Scipio. & duo. C. Cor/
nelii Merenda: & Blassius: & Cn. Cornelius Henobarbus: & Sex. Digitius: & T. Iu/
uentius Alua. ¶ Comitiis perfectis: Cõsul in Prouinciam rediit. ¶ Nouum ius eo ãno
a Ferentinatibus temptatum: ut Latini: qui in Coloniam Romanam nomina de/
dissent: ciues Romani essent: Puteolos: Salernumq; & Bussentum: adscripti Coloni
nomina dederant. ¶ Cum ob id se pro ciuibus Romanis ferrent: Senatus iudicauit:

Nabis leges pacis an datas a cõsule accepit.

ARGOS SE DEDIDIT RO.

P. CORNELIUS SCIPIO AFRICANUS
CONS. VALERIUS SEMPRONIUS LONGUS.

non esse eos ciues Romanos. Principio anni quo. P. Scipio Africanus iterum: et
.T. Sempronius Longus Consules fuerant legati Nabidis Tyranni Romam ue/
nerunt duo. extra urbem in ede Apollinis Senatus datus est. Pax que cum. T.
Quintio conuenisset: ut rata esset petierunt: impetraueruntq;. De Prouinciis cum
relatum esset: Senatus frequens in eam sententiam ibat: ut quoniam in Hispania: &
Macedonia debellatum foret: Consulibus ambobus Italia Prouincia esset. Scipio
satis esse Italie unum Consulem censebat. alteri decernēdam Macedoniā esse. bellū
graue ab Antiocho imminere. iam ipsum sua sponte in Europa transgressum. Quid
deinde facturum censerent: cum hinc Etoli: haud dubie hostes: uocarent ad bellum
illinc Annibal Romanis cladibus insignis Imperator: stimularet? Dū de Prouin/
tiis consulum disceptatur: Pretores sortiti sunt. C. Domitio Vrbana iurisdictio. T.
Iuuentio peregrina: euenit. P. Cornelio Hispania ulterior: Sex. Digitio citerior.
Duobus Cornelius Blassio Sicilia: Merende Sardinia. In Macedoniam nouum
exercitum transportari non placuit. eum qui esset ibi: reduci in Italiam a Quintio:
ac dimitti. Item eum exercitum dimitti: qui cum. M. Portio Catone in Hispania
esset. Consulibus ambobus Italiam Prouinciam esse. & duas urbanas eo legiones
scribere. ut dimissis: quos Senatus uoluisset exercitibus. viii. oīno Romane legiōes
essent. Ver sacrum factū erat priore anno. M. Portio &. L. Valerio Consulibus.
Id cum. P. Licinius Pontifex non esse recte factum: Collegio primo: deinde ex
auctoritate Collegii Patribus renuntiasset: de integro faciendum: arbitratu pon/
tificum: censuerunt. Ludosq; Magnos qui una uoti essent: tanta pecunia: quanta
assoleret: faciendos. Ver sacrū uideri pecus: quod natum esset inter. kal. Martias:
& Idus Maias. P. Cornelio &. T. Sempronio Longo Consulibus. Censorum inde
comitia habita sunt. creati Censores. Sex Helius Pætus. &. Cn. Cornelius Cethegus
principem senatorum. P. Scipionem Consulem: quem & priores Censores legerant:
legerunt. Tris omnino Senatores: neminē Curuli honore usum: preterierūt. Gra/
tiam quoq; ingentem apud eum ordinem pepererunt: q Ludis Romanis Edilibus
Curulibus imperarunt: ut loca Senatoria secernerent a populo. nam antea in pro/
miscuo spectarant. Equitibus quoq; perpaucis adempti equi. Nec in ullū ordinē
seuitum. Atrium libertatis & Villa publica ab eisdem refecta. amplificataq;. Ver
sacrum Ludiq; uotiui: quos uouerat. Ser. Sulpitius Galba Consul: facti. Cū spec/
taculo eorum occupati animi omnium essent: Q. Pleminius: qui propter multa in
deos homines q; scelera Locris admissa: in carcerem coniectus fuerat: comparauerat
hoīes: q pluribus simul locis urbis nocte incēdia facerent: ut in cōsternata nocturno
tumultu ciuitate: refringi carcer posset. Ea res indicio consciorum palam facta. de/
lataq; ad Senatum est. Pleminius in inferiorem demissus carcerem est. necatusq;.
Colonie Romanorum eo anno deducte sunt Puteoli. Vulturnum. Liternum.
treceni homines in singulas. Item Salernū Bussentumq; Colonie Romane deducte
sunt. Deduxere Triumuiri. T. Sempronius Longus: qui tum Consul erat. M.
Seruilius. Q. Minutius Thermus. Ager diuisus est: qui Campanorum fuerat. Si/
pontum item in agrum: qui Arpanorum fuerat: Coloniam ciuium Romanorum:
alii Triumuiri. D. Iunius Brutus. M. Bebius Pamphilus. M. Heluius: deduxerunt.
Tempsam item: & Crothonē ciuium Romanorum Colonie deducte. Tempsanus
ager de Brutiis captus erat. Brutii Grecos expulerant. Crothonem Greci habebant.
Triumuiri. Cn. Octauius. L. Emilius Paulus. C. Lectorius: Crothonem. Tempsam.
. L Cornelius Merula: deduxerunt.

Nabidi pax dat[ur] a Senatu

Pleminius ob admissa locris scelera carceratus quom urbi incendi parasset re cognita in carcere necatus est.

Sipontus

Prodigia quoq; alia uisa eo anno Rome sunt: alia nuntiata. ¶ In foro: & Comitio: & Capitolio sanguinis gutte uise sunt ¶ Et terra aliquotiens pluuit. ¶ Et caput uulcani arsit. ¶ Nuntiatum est Interamne fluxisse lac. Pueros ingenuos Arimini sine oculis: ac naso ¶ Et in Piceno agro non manus: non pedes babentem natum. ¶ Ea prodigia ex Pontificum decreto procurata ¶ Et sacrifitium Nouendiale factum: quod Hadriani nuntiauerant in agro suo lapidibus pluuisse. ¶ In Galia. L. Valerius procõsul: circa Mediolanũ: cum Gallis Insubribus: & Bois: qui Dorulaco duce ad concitandos Insubres Padum transgressi erant: signis collatis depugnauit. decem milia hostium sunt cesa. ¶ Per eos dies. M. Portius Cato ex Hispania triũphauit. tulit in eo Triumpho argenti infecti uigintiquinq; milia pondo. Auri mille põdo. Quadringenta milia militibus diuisit: in singulos ducenos septuagenos eris. triplex equiti. T. Sempronius Consul in Prouintiã profectus: in Boiorũ primum agrũ legiones duxit. ¶ Boiorex tum Regulus eorum cum duobus fratribus tota gente concitata ad rebellandum castra locis apertis posuit: ut appareret dimicaturos: si hostis fines intrasset ¶ Consul quante copie: quanta fiducia esset hosti: sensit. nuntium ad Collegam mittit: ut si uideretur ei: maturaret uenire. se tergiuersando in aduentum eius rem extracturũ. Que causa Consuli contandi: eadem Gallis: preterq̃ quod cõtatio hostium animos faciebat: rei maturande erat: ut prius: q̃ coniungerentur Consulũ copie rem transigerent. Per biduum tamen nihil aliud q̃ steterunt parati ad pugnã: si qui contra egrederentur. ¶ Tertio subiere ad uallum: castraq; ab omni simul parte aggressi sunt ¶ Consul arma extemplo capere milites iussit. armatos paulisper inde continuit: ut & stolidam fiduciam hosti augeret: & disponeret copias: quibus queq; portis erumperent. due legiones duabus principalibus portis signa efferre iusse. Sed in ipso exitu ita conferti stetere Galli: ut clauderent uiam. ¶ Diu in augustiis pugnatum est. nec dextris magis gladiis gerebatur res: q̃ scutis: corporibusq; ipsis obnixi: urgebãt ¶ Romani: ut signa foras efferrent ¶ Galli: ut aut ipsi in castra penetrarẽt: aut exire Romanos: prohiberent. nec ante in hanc: aut illam partem moueri acies potuerunt: q̃. Q. Fictorius Primipili Centurio &. C. Atinius quarte hic: ille secũde legionis: rem in asperis proeliis sepe temptatam: signa adempta signiferis in hostes iecerunt. dum repetunt enixe signum priores: Secundani se porta eiecere. ¶ Iam hi extra uallum pugnabant: quarta legione in porta herente: cum alius tumultus ex auersa parte castrorũ est exortus. ¶ In portam questoriã irruperant Galli. resistentesq; pertinatius: occiderant. L. Postumiũ Questorem: cui Timpano fuit cognomẽ. &. M. Atinium: & Sempronium Prefectos Sotium: & ducentos ferme milites: capta ab ea parte castra erant. donec cohors extra ordinaria missa a Consule ad tuendam Questoriã portam: & eos qui intra uallũ erãt partim occidit: partim expulit castris: & irrumpentibus obstitit. ¶ Eodem fere tempore: & quarta legio cum duabus extra ordinariis cohortibus: porta erupit. ¶ Ita simul tria prelia circa castra locis distãtibus erant. clamoresq; dissoni ad incertos suorum euentus a presenti certamine animos pugnantium auertebãt. usq; ad meridiem equis uiribus ac prope pari sępe pugnatũ est ¶ Labor & estus æmollida: & fluuida corpora Gallorũ: & minime patientia sitis: cum decedere pugna coegisset: in paucos restãtes impetũ Romani fecerunt. fusosq; compulerunt in castra. ¶ Signum inde receptui a Consule datum est. ad quod pars maior receperũt sese ¶ Pars certaminis studio: & spe potiundi castris hostiũ perstitit ad uallum. eorũ paucitate contempta Galli ex castris erumpunt. fusi inde Romani. Et qui imperio Consulis parere noluerant: suo pauore ac terrore castra repetunt.

Cesi galli a L. valerio circa Mediolanũ

M. portius cato ex hispania triumphat.

principalis

DE GALLIS

emollida et fluuida corpora gallorum & minime patientia sitis

Cũ gallis pugnatum est a T. Sempronio cons. paulo superiore fluo.

Ita varia hinc atq; illinc nunc victoria: nunc fuga: fuit. ¶ Gallorum tamen ad .xi. milia: Romanorum: quinq; milia sunt occisa. ¶ Galli recepere in intima finium sese. Consul Placentiam legiones duxit. ¶ Scipionem alii iuncto exercitu cum Collega: per Boiorũ agros populãtem isse: quoad progredi silue paludesq; passe sunt: scribũt. Alii nulla memorabili regesta comitiorum causa redisse Romam. ¶ Eodem anno . T. Quintius Helacie: quo in loco reduxerat copias: totum hyemis tempus iure di/cendo cõsumpsit. mutandisq; iis que aut ipsius Philippi: aut Prefectorum eius licẽtia in ciuitatibus facta erant: cum suæ factionis hominum vires augendo: ius atq; li/bertatem aliorum deprimeret. Veris initio Corinthum Conuentu edicto: uenit. ibi omnium ciuitatũ Legationes in Contionis modũ circũfusas: est alloquutus. ¶ Orsus ab inita primum Romanis amicicia cum Grecorum gente & Imperatorũ: qui ante se in Macedonia fuissent: suisq; rebus gestis. Omnia cũ approbatione ingenti sunt audita: preterq̄ cum ad mentionẽ Nabidis uentũ esset. id minime cõueniens liberãti Greciam uidebatur: Tyrannum reliquisse: non sue solum patrie grauem: sed om/nibus circa ciuitatibus metuendum. Nec ignarus huius habitus animoꝝ Quintius: si sine excidio Lacedemonis fieri potuisset: fatebat̃ pacis cum Tyranno mentionẽ admittendam auribus non fuisse. & cum aliter: q̄ ruina grauissime ciuitatis opprimi non posset: satius uisum esse: Tyrannũ debilitatũ: ac prope uiribus totis ad nocendũ cuiq̄m ademptis: relinqui. q̄ intermori uehementioribus: q̄ que pati posset remediis: ciuitatem sinere. in ipsa uindicta libertatis perituram. ¶ Preteritorum cõmemorationi subiecit proficisci sibi in Italiam: atq; omnem exercitum deportare in animo esse. Demetriadis Chalcidisq; presidia intra decimũ diem audituros deducta. ac Corinthũ ipsis extemplo uidentibus: uacuum Acheis tradíturũ: ut omnes scirent: utrum Ro/manis an Etolis mentiri mos esset: qui male commissam libertatem populo romano sermonibus distulerint. & mutatos pro Macedonibus Romanos dominos. sed illis nec quid dicerent: nec quid facerent: quicq̄ unq̄m pensi fuisse. ¶ Reliquas ciuitates monere: ut factis: non ex dictis: amicos pensent. intelligantq; quibus credendum: & a quibus cauendum sit. libertate modice utantur. temperatam eam salubrem eis: et singulis ciuitatibus esse. nimiam: & aliis grauem: & iis qui habeãt: precipitem: & effre/natam esse. cõcordie in ciuitatibus principes: & ordines inter se: & in cõmune omnes ciuitates consulerent. aduersus consentientes: nec Regem quenq̄ satis ualidum: nec Tyrannum fore. discordiam & seditionem omnia opportuna insidiantibus facere: cum pars: que domestico certamine inferior sit: externo potius se applicet: q̄m ciui cedat. alienis armis partam: externa fide redditam libertatem: sua cura custodirent. seruarentq;. ut Romanus Populus dignis datam libertatem: hinc munus suum bene positum scirent. Has uelut parentis uoces: cum audirent: manare omnibus lacbryme adeo ut ipsum quoq; confunderent dicentem. ¶ Paulisper fremitus approbantium dicta: fuit. monentiumq; aliorum alios: ut eas uoces uelut oraculo missas: in pectora animosq; demitterent. ¶ Silentio deinde facto: petit ab iis: ut ciues Romanos: siqui apud eos in seruitute essent: cõquisitos intra duos menses mitterent ad se in Thessaliã: ne ipsis quidem honestum esse in liberata terra liberatores eius seruire. ¶ Omnes ac/clamarunt: gratias se inter cetera etiam ob hoc agere: quod admoniti essent: ut tam pio ac necessario offitio fungerentur. ¶ Ingens numerus erat: bello punico captoꝝ: quos Annibal cum a suis non redimerentur: uenundederat. ¶ Multitudinis eorum argumentum est: ꝙ Polybius scribat centum talentis eam rem Acheis stetisse. cum quingentos denarios preciũ in capita: quod redderetur dominis statuisset: mille enim

T. Quintius conventu indicto corinthi & eius verba

Oro Quintii omnibus lachrymas movit

[illegible]

ducentos ea ratione Achaia habuit. ¶Aduce nunc proportionem. quot uerisimile sit Græciam totam habuisse. ¶Nondum conuentus dimissus erat: cum respiciunt pre/sidium a Corintho discedens protinus duci ad portam. atq; abire. quorum agmen imperatorem sequutũ prosequentibus cunctis: seruatoremq; acclamãtibus: salutatis dimissisq;: die eadem: qua uenerat uia Helaciam redit. ¶Inde cũ omnibus copiis. Ap. Claudium Legatum dimissis: per Thessaliam: atq; Epirum ducere Oricũ iubet. atq; ibi se opperiri. ¶Inde nanq; in animo esse in Italiam exercitum traducere. ¶Et. L. Quintio fratri: Legato: & prefecto classis scribit: ut onerarias ex omni Grecie ora eodem contraheret. Ipse Chalcidem profectus: deductisq; non a Chalcide solum: sed etiam ab Oreo: atq; Eretbria presidiis: conuentum ibi Euboicarum ciuitatum habuit. admonitosq; in quo statu rerum accepisset eos: & in quo relinqueret: dimisit. Demetriadẽ inde proficiscitur deductoq; presidio: prosequentibus cunctis: sicut Co/rinthi: & Chalcide: pergit ire in Thessaliam. ubi non liberande modo ciuitates erant: sed ex omni colluuione: & confusione: in aliquam tolerabilem formam redigende. nec enim temporum modo diuitiis: ac uiolentia: & licentia Regia turbati erant. sed inquieto etiam ingenio gentis: nec Comitia: nec Conuentum: nec Concilium ullũ: non per seditionem ac tumultum iam inde a principio ad nostram usq; etatem tra/ducentes. a censu maxime: et Senatum & Iudices legit. potentioremq; eam partem fecit: cui salua trãquillaq; oĩa magis eẽ expediebat: itaq; cũ presensuisset Thessaliã: per Epirum in Oricũ: unde erat traiecturus: uenit. ¶Ab Orico copie omnes Brun/dusium transportate. inde per totam Italiam ad urbem prope triumphantes: non minore agmine rerum captarum: q̃ suo: pre se acto: uenerunt. ¶Postq̃m Romam uentum est: Senatus extra urbem Quintio ad res gestas edisserendas: datus est. Tri/umphusq; meritis ab annuentibus decretus. ¶Triduum triumphauit. ¶Die primo: arma: tela: signaq;: erea: & marmorea transtulit. plura Philippo adempta: q̃ que ex ciuitatibus ceperat. ¶Secundo die aurum: argẽtumq; factũ: infectumq;: & signatũ: infecti argenti fuit: decem & octo milia pondo. & ducentum septuaginta facti. uasa multa oĩs generis: celata pleraq;: quedam eximie artis. & ex ere multa fabrefacta. ad hec clipei argentei decẽ. signati argenti octoginta quattuor milia fuere. atticorũ tettrarchiam uocant: trium fere denariorum in singulis argenti est pondus. ¶Auri pondo fuit tria milia septingẽtum decem quattuor. & clipeum unum ex auro totũ. & Philippei nummi aurei decẽ. iiii. milia quingenti. xiiii. ¶Tertio die corone auree: dona ciuitatum: translate. cxiiii. ¶Et hostie ducte. & ante currũ multi nobiles cap/tiui: obsidesq; inter quos Demetrius Regis Philippi filius fuit. & Armenes Nabidis Tyranni filius: Lacedemonius. ¶Ipse deinde Quintius urbem est inuectus. sequuti currũ milites frequentes: exercitu omni ex prouintia deportato. ¶His duceni quin/quageni eris in pedites: diuisi. duplex Centurioni: triplex equiti. ¶Prebuerunt spetiẽ triumpho sequuti capitibus rasis: qui seruitute exempti fuerant. ¶Exitu anni huius .Q. Helius Tubero Tribunus Plebis tulit ad Plebem: Plebesq; sciuit: ut latine due Colonie: una in Brutios: altera in Turinum agrum: deducerentur. ¶His deducendis Triumuiri creati: quibus in triennium imperium esset. Brutios. Q. Neuius. M. Mi/nutius Ruffus: M. Furius Crassipes. ¶In Turinum agrum. A. Manlius. P. Emilius .L. Apustius. Ea bina Comitia Cn. Domitius Pretor Vrbanus ĩ Capitoliũ habuit. Edes eo anno aliquot dedicate sunt. una Iunonis Matute in Foro Olitorio. uota: locataq;: quadriẽnio ante a. C. Cornelio Cõsule Gallico bello. Censor idẽ dedicauit. Altera Fauni Ediles eam biennio ante ex multaticio argento faciendam locarunt

.C. Scribonius: &. Cn. Domitius. qui Pretor Vrbanus eã dedicauit. Et edẽ Fortune Primigenie in colle Quirinali dedicauit. Q. Martius Ahala Duumuir ad ipsum creatus. uouerat eam decem annis ante Punico bello: P. Sempronius Sophus. loca/uerat idem Censor ¶ Et in insula Iouis edem. C. Seruilius Duumuir dedicauit. uota erat sex ãnis ante Gallico bello ab. L. Furio Purpurione. Pretore ab eodẽ Cõsule locata. Hec eo anno. ¶ Scipio ex prouintia gallia ad Consules subrogãdos rediit. Comitia consulũ fuere: quibus creati sunt. L. Cornelius Merula. &. Q. Minutius Thermus. ¶ Postero die creati sũt Pretores. L. Cornelius Scipio. M. Fuluius No/bilior. C. Scribonius. M. Valerius Messalla. L. Portius. M. Licinius: &. C. Flami/nius. Megalensia Ludos Scenicos Attilius Serranus. L. Scribonius Libo Ediles Curules primi fecerunt. horũ Edilium ludos Romanos primum Senatus a Populo secretus spectauit. pbuitq; sermones: sicut omnis nouitas solet. alius tandẽ: qđ multo ante debuerit: tributum existimãtibus amplissimo ordini. alius: demptũ ex dignitate Populi: quicquid maiestate Patrum adiectum esset: interpretantibus. & omnia dis/crimina talia: quibus ordines discernerent: & concordie & libertatis eque minuende esse. ad quingentesimum octauũ annum in promiscuũ spectatum esse. quid repẽte factũ: cũr immisceri sibi in cauia Patres Plebẽ nollent? cur diues pauperẽ cõsessorẽ fastidiret? nouã: superbam libidinem: ab nullius ante gentis Senatu: neq; desideratã neq; institutam. Postremo ipsum quoq; Africanum: q̃ Consul autor eius rei fuisset: penituisse ferunt. adeo nihil motũ ex antiquo probabile est. ueteribus: nisi que usus euidenter arguit: stari malunt. ¶ Principio anni: quo. L. Cornelius. Q. Minutius Consules fuerunt: terremotus ita crebri nuntiabantur: ut non rei tantum ipsius: sed feriarum quoq;: ob id indictarum: homines tederet. nam neq; Senatus haberi: neq; administrari Respublica poterat: sacrificando: expiandoq; occupatis Consulibus. Postremo Decemuiris adire libros iussis: ex responso eorum supplicatio per triduum fuit ¶ Coronati ad omnia puluinaria suplicauerunt. edictumq; est: ut omnes: qui ex una familia essent: pariter supplicarent. ¶ Item ex autoritate senatus: Consules edix/erunt: ne quisquo die terremotu nuntiato ferie indicte essent: eo die aliũ terremotũ nũtiaret ¶ Prouintias deinde Consules prius. Tum Pretores sortiti: Cornelius: Gal/liam: Minutius: Ligures: sortiti sunt. C. Scribonius: Vrbanam. M. Valerius: Pe/regrinam. L. Cornelius: Siciliam. L. Portius: sardiniam. C. Flaminius: Hispaniam Citeriorem. M. Fuluius: Hispaniã ulteriorem. ¶ Nihil eo anno belli expectãtibus Consulibus: littere. M. Cincii (pfectus Pisis erat) Allate: Ligurum. xx. milia armatorũ coniuratione per omnia conciliabula uniuerse gentis facta: Lunensem primum agrum depopulatos: Pisanũ deinde finem transgressos: omnẽ oram maris peragrasse. Itaq; Minutius Consul: cui Ligures Prouintia euenerat: ex autoritate Senatus in Rostra ascendit. ac edixit ut legiones due Vrbane: que superiore anno cõscripte essent: post diem decimum Arretii adessent. in earũ locum se duas legiones Vrbanas scripturũ ¶ Item Sotiis & Latino nomini: Magistratibus legatisq; eorũ: qui milites dare debebãt: edixit: ut in Capitolio se adirent ¶ Iis. xv. milia peditũ: & quingẽtos equites pro numero cuiusq; iuniorum: descripsit. & inde e Capitolio protinus ire ad portam: & ut maturaretur res: proficisci ad delectum iussit ¶ Fuluio Flaminioq; terna milia Romanorum peditum: & centeni equites: in supplementum: & quina milia Sotium Latini nominis: & duceni equites decreti. Mandatumq; Pretoribus: ut ueteres dimitterent milites: Cum in prouintiam uenissent ¶ Cum milites: qui in legi/onibus urbanis erant: frequentes Tribunos Plebeios adissent: uti causas cognoscerẽt

COHS. L. Cornelius Merula / Q. Minutius Thermus

TERREMOTUS EXPIATI.

.xx. ligurum 20. coeunt.

eorum: quibus aut emerita stipendia: aut morbus cause essent: quo minus militarent: eam rem littere. T. Sempronii discusserunt: in quibus scriptum erat: Ligurum. x. milia in agrum Placentinum uenisse. & usq; ad ipsa Colonie menia: & Padi ripas cũ cedibus: & incendiis perpopulatos esse. Boiorũ quoq; gentes ad rebellionẽ spectare. ob eas res tumultum esse decreuit Senatus Tribunos Plebei nõ placere causas Mi/litaris cognoscere: quo minus ad edictum conuenirent. Adiecerunt etiã: ut Sotiis nominis Latini: qui in exercitu. P. Cornelii. T. Sempronii fuissent: & dimissi ab iis Consulibus essent: ut ad quã diem. L. Cornelius Consul edixisset: & in quem locum edixisset Etrurie: cõuenirẽt. Et uti. L. Cornelius consul in Prouinciã proficiscẽs: in oppidis: agrisq; qua iturus esset: Si quos ei uideretur: milites scriberet: armaretq;. & duceret secum. dimittendiq; ei: quos eorum: quandoq; uellet: ius esset. Postq̃ Cõ/sules: delectu habito: ꝑfecti sunt in Prouincias tũ. T. Quintius postulauit: ut de iis que cum decem Legatis ipse statuisset: Senatus audiret. eaq; si uideretur: autoritate sua cõfirmaret. id eos facilius facturos: si legatorum uerba: qui ex uniuersa Grecia: & magna parte Asie: quiq; ab Regibus uenissent: audissent. He Legationes a. C. Scribonio Pretore urbis in Senatũ introducte sunt. benigneq; omnibus responsũ: Cum Antiocho quia lõgior disceptatio erat: decem Legatis: quoꝝ pars: aut in Asia: aut Lysimachie apud Regem fuerant: delegata est. Quintio mandatum: ut ad/hibitis iis: Legatorum regis uerba audiret. responderetq; iis: que ex dignitate: atq; utilitatate Populi Romani respõderi posset. Menippus & Hegisianax Principes Regie legationis erant. ex iis Menippus. Ignorare se dixit: quidnam perplexi sua legatio haberet: cum simpliciter ad amiciciã petendam: iũgendãq; societatẽ uenisset. Esse autem tria genera Federum: quibus integre paciscerentur amicicias ciuitates: Regesq;. Vnum cum bello uictis dicerentur leges. ubi enim omnia ei: qui armis plus posset: dedita essẽt: que ex iis habere uictor: quibus mulctari eos uelit: ipsius ius: atq; arbitrium esse. Alterum: cum pares bello: equo foedere in pacem atq; amiciciam uenirent. tunc enim repeti reddiq; per cõuentionem res: & siquarum turbata bello possessio sit: eas aut ex equo simul: aut ex iuris antiqui: aut partis utriusq; commodo componi. Tertium esse genus: cum qui hostes nunq̃ fuerint: ad amiciciã sotiali federe iungendam coeant: eos neq; accipere: neq; dicere leges. id enim uictoris: & uicti esse. Ex eo genere cum Antiochus esset: mirari se: ꝙ Romani equum censeant: ei leges dicere: quas Asie urbiũ liberas: & immunis: quas stipendiarias esse uelint. quas intrare presidia: Regia Regemq; uetent. Cum Philippo enim hoste pacem: non cum An/tiocho amico Sotietatis foedus ita sanciendum esse. Ad ea Quintius. Quoniam uobis distincte agere libet: & genera iungendarũ amiciciarũ enumerare: ego quoq; duas cõditiones ponã: extra quas nullam esse Regi nuntietis: amicicie cum Populo Romano iungende. unam si nos nihil: quod ad urbes Asie attinet: curare uelit. ut & ipse omni Europa abstineat: alteram si se ille Asie finibus non contineat: & in Eu/ropam transcẽdat: ut & Romanis ius sit Asie ciuitatũ amicicias: & tueri quas habeãt & nouas complecti. Enim uero id auditu etiam dicere indignum esse Hegesianax Thracie: & Chersonnesi urbibus arceri Antiochum: que Seleucus proauus eius Ly/simacho Rege uicto bello: & in acie ceso: per summum decus parta reliquerit. part cum laude ab Thracibus possessa partim armis receperit Antiochus: partim deserta: sicut ipsam Lysmachiã: & reuocatis cultoribus frequentauerit. & que strata ruinis: atq; incẽdiis erant: ingentibus impensis edificauerit. quid igitur simile esse: ex ea pos/sessione ita parata: ita recuperata: deduci Antiochum: & Romanos abstinere Asia:

Menippi legati Regis Antiochi uerba ad Quintum a senatu ad eum audiendum constitutum.

Quintij responsum

Hegesianacis alterius antiochi legati uerba.

que nunq̃ sua fuerit. amiciciam expetere Romanoꝝ Antiochum: sed que impetrata glorie sibi: non pudori sit. ¶ Ad hec Quintius quando quidem inquit honesta pen/samus: sicut aut sola: aut prima certe pensari decet: principi orbis terrarum Populo: & tanto Regi: utrum tandem uidetur honestius liberas uelle omnis: que ubiq; sunt Grecie urbes: an seruas: & uectigalis facere? si sibi Antiochus pulchrum esse censet: quas urbes proauus belli iure habuerit: auus: paterq; nunq̃ usurpauerint: pro suis eas repetere in seruitutem: & Populum Romanum susceptū patrociniū libertatis gre/corū non deserere: fidei cōstantieq; sue ducit esse: sicut a Philippo Greciā liberauit: ita ab Antiocho Grecas Asie urbes liberare: in animo habet. neq; enim in Eolidem Ioniamq; colonie in seruitutē Regiam misse sunt. sed stirpis augende causa: gentisq; uetustissime ꝑ orbem terrarū ꝓpagande ¶ Cum hesitaret Hegesianax: nec inficiari posset: honestiorem causam libertatis: q̃m seruitutis pretexi titulo ¶ Quin mittimus ābages inquit. P. Sulpitius: ꝗ maximus natu ex. x. legatis erat ¶ Alteram ex duabus conditionibus que modo diserte a Quintio date sunt: legite. aut supersedete de ami/cicia agere ¶ Nos uero inquit Menippus: nec uolumus: nec possumus pacisci quicq̃: quo Regnum Antiochi minuatur ¶ Postero die Quintius Legationes uniuersas Grecie: Asieq;: in Senatū: cū introduxisset: ut scirent q̃li animo Populus Romanus quali Antiochus erga ciuitates Grecie essent: postulata & sua: & Regis exposuit. Renuntiarēt ciuitatibus suis: Populum Romanum: qua uirtute: quaq; fide liber/tatem eorum a Philippo uindicauerit: ea ab Antiocho: ut decedat Europa uindi/caturum. ¶ Tum Menippus deprecari & Quintium: & patres institit: ne festinarent decernere: quo decreto: turbaturi orbem terrarum essent. tempus & sibi summerent & Regi ad cogitandum: darent. cogitaturum: cum renuntiate conditiones essent. & impetraturum aliquid: aut pacis causa consensurum. ¶ Ita integra dilata res legatos mitti ad Regem: eosdem qui Lysimachie apud eum fuerant: placuit. P. Sulpitium. P. Iulium. P. Helium. ¶ Vix dum ii profecti erant: cum a Carthagine legati: bellū haud dubie parare Antiochum: Annibale ministro: attulerunt. inieceruntq; curam: ne simul & punicum excitaretur bellum ¶ Annibal patria profugus peruenerat ad

ANTIOCHUS DUCE ANN. RO. BELLU INFERRE PARAT.

Antiochum: sicut āte dictum est. & erat apud Regem in magno honore. nulla alia arte: nisi quod uolutanti diu consilia de Romano bello: nemo aptior: super tali re: particeps esse sermonis poterat ¶ Sententia eius una: atq; eadē semꝑ erat: ut in Italia bellum gereretur. Italiam & milites & commeatus prebituram externo hosti. si nihil ibi moueatur: liceatq; Populo Romano uiribus & copiis Italie extra Italiam bellum gerere: neq; Regem: neq; gentem ullā parem Romanis esse. sibi centū lectas naues: sedecim milia peditum: mille equites deposcebat. ea se classe primum Africam petiturum. magnopere confidere: & Carthaginenses ad rebellandum ab se compelli posse. si illi contentur se aliqua parte Italie bellum excitaturum Romanis. Regem cum ceteris omnibus in Europam debere: & in liqua parte Grecie copias continere. neq; traiicientem. & quod in speciem famamq; belli satis sit: paratū traiicere. In hāc sententiam cum adduxisset Regem: preparandos sibi ad id populariū animos ratus: litteras: ne quo casu intercepte palam facerent conata: scribere non ē ausus. Aristonē quendam Tyrium natum Ephesi: expertūq; sollertiā: leuioribus ministeriis: partim donis: partim spe premiorum oneratum: quibus etiam ipse rex annuerat: Carthagi/nem cum mandatis mittit. edit nomina eorum: quibus conuentis opus esset. Instruit etiam secretis notis: per quas haud dubie cognoscerent sua mandata esse. Hūc Aris/tonem Carthaginem obuersantem: non prius amici q̃ inimici Annibalis: qua decausa

Annibal Aristonē carthaginē mittit ut rebellarent a ro[manis]

uenisset: cognouerunt. & primo in circulis conuiuiisq; celebrata sermonibus res est. deinde in Senatu. quidam nihil actum esse dicere exsilio Annibalis: si absens quoq; nouas moliri res sollicitandoq; animos hominum: turbare statum ciuitatis posset. Aristonem quendam Tyrium aduenam instructum mandatis ab Annibale: & ab Rege Antiocho uenisse. certos homines quottidie cum eo secreta colloquia serere: in occulto colloqui: quod mox in omniũ perniciem erupturũ esset. ¶ Conclamauere omnes uocari Aristonem debere. & queri quid uenisset. & nisi exprommeret: cum Legatis Romam mitti. satis pro temeritate unius hominis suppliciorum pensum esse. priuatos suo periculo peccaturos. Rem Publicam non extra noxã modo: sed etiã extra famam noxe: conseruandã esse. ¶ Vocatus Ariston purgare sese: & firmissimo propugnaculo uti: qđ nihil litterarũ ad quenq̃ attulisset. Ceterũ nec causã aduẽtus satis expediebat. & in eo maxime hesitabat: ꝙ cum Barchine solum factionis hominibus: colloquutũ eum arguebant. ¶ Orta deinde altercatio est. Aliis pro speculatore comprehendi iam: & custodiri iubentibus. ¶ Aliis negantibus tumultuandi causã eẽ. mali rem exempli esse: de nihilo hospites corripi. idem Carthaginensibus & Tyri: & in aliis Emporiis: que frequenter cõmeant: euenturũ. ¶ Dilata eo die res est. ¶ Ariston Punico ingenio inter Penos usus: tabellas conscriptas celeberrimo loco supra sedem quotidianam magistratuũ prima uespera suspendit. ipse deinde tertia uigilia nauẽ conscendit. & profugit. ¶ Postero die cum Suffetes ad ius dicendum consedissẽt: conspecte tabelle: demptęq;: & lecte. ¶ Scriptum erat: Aristonem priuatim: ad neminem publice ad Seniores: ita Senatum uocabãt: mandata habuisse. ¶ Publicato crimine minus intenta de paucis questio erat. ¶ Mitti tñ Legatos Romã: qui rẽ ad Cõsules: & Senatum referrent: placuit. simul qui de iniuriis Masanisse quererentˀ. Massanissa postq̃ & infames Carthaginẽses: & inter seipsos discordes: Principes propter colloquia Aristonis Senatui: Senatũ ꝑpter ĩdicia ipsius Aristõis: Populo suspectũ: locũ iniurie esse ratus: agrum maritimum eorum depopulatus est. & quasdam urbes Vectigalis Carthaginensiũ: sibi coegit stipendiũ pendere. ¶ Emporiã uocãt eam regionem. ora est minoris Syrtis. & agri uberis. una ciuitas eius Leptis: ea singula in dies talenta: uectigal Carthaginensibus dedit. ¶ Hanc tum regionem: & totam infestam Masanissa: & ex quadam parte: dubie possessionis: sui Regni: an Carthaginensium esset: effecerat. & quia simul ad purgãda crimina: & questũ de se Romam ituros: cõperit: qui & illa onerarent suspitionibus: & de iure uectigalium disceptarent: Legatos et ipse Romam misit. ¶ Auditi de Tyrio aduena primũ Carthaginenses curam iniecere Patribus: ne cum Antiocho simul & Penis bellandũ esset. maxime ea suspitio crimẽ augebat: ꝙ quem comprehensum Romam mitti placuisset: nec ipsum: nec nauẽ eius custodissent. ¶ De agro deinde cum Regis Legatis simul disceptari ceptum. ¶ Carthaginenses iure finium causam tuebantur: quod intra eos terminos esset: quibus. P. Scipio uictor agrum: qui iuris esset Carthaginensiũ finisset. ¶ Et confessione Regis: qui cum Aphyrem profugum ex regno suo cum parte Numidarũ uagantem circa Cyrenas persequeretur: precario ab se iter: per eum ipsum agrum: tanq̃ haud dubie Carthaginensium iuris petisset. ¶ Numide & de terminatione Scipionis: mentiri eos arguebant. & si quis ueram originem iuris exigere uellet: quem proprium agrũ Carthaginensiũ in Africã esse aduenis: quantũ secto bouis tergo ãplecti loci potuerint: tantum ad urbem communiendam precario datum. quicquid Byrsam: sedem suam excessserint: ui atq; iniuria partũ habere. neq; enim de quo agatur probare eos posse. nõ modo semper ex quo ceperint: sed ne diu quidem eos possedisse. ꝑ oportunitates

BYRSA

nunc illos: nunc Reges Numidarum usurpasse ius. semperq; penes eum possessionem fuisse: q plus armis potuisset. cuius cōditionis res fuerit: pus q̄ hostes Romanis Carthagineses: sotius atq; amicus Rex Numidarū esset: eius sinerēt. esse. nec se interponerēt quominus: qui possent: tenerēt. Responderi Legatis utriusq; partis placuit missuros se in Africam: qui inter populum Cartaginēsem: & Regē in re presenti disceptarēt. Missi. P. Scipio Africanus. & C. Cornelius Cethegus. & M. Minutius Ruffus. Audita inspectaq; re suspensa omnia: neutro inclinatis sententiis reliquere. Id utrum sua sponte fecerint: an quia mandatum ita fuerit: non tam certum est: q̄m uidetur tempori aptū fuisse: integro certamine eos relinqui. nam: ni ita esset: unus Scipio: uel noticia rei: uel autoritate: ita de utrisq; meritus: finire nutu disceptationē potuisset.

Liber quintus

PRincipio anni: Quo gesta sunt hec. Sex. Digitius Pretor in Hispania citeriore: cum ciuitatibus iis: que post profectionem. M. Catonis rebellauerant: crebra magis: q̄ digna dictu prælia fecit. & adeo pleraq; aduersa: ut uix dimidium militum: q̄ quod acceperat: successori tradiderit: nec dubiū est: quin omīs Hispania sublatura animos fuerit: ni alter Pretor. P. Cornelius Scipio. Cn. F. trās Hiberū multa secūda plia fecisset. quo terrore nō minus quinq̄ginta oppida ad eū defecerunt. Scipio idem Propretore Lusitanos peruastata ulteriori prouintia: cū ingenti preda domū redeuntis: in ipso itinere aggressus: ab hora tertia diei: ad octauam incerto euentu pugnauit. numero militum impar. superior aliis: nam & acie frequenti armatis aduersus longum: & impeditum turba pecorū agmē & recenti milite aduersus fessos longo itinere: concurrerat. tertia nanq; uigilia exierant: hostes. huic nocturno itinere: tres diurne hore accesserant. nec ulla qete data laborem uie prelium exceperat itaq; principio pugne uigoris aliquid incorporibus: animisq; fuit. & turbauerant primo Romanos. deinde equata paulisper pugna est. In hoc discrimine Ludos Ioui: si ui fudisset: cecidissetq; hostis: Pretor uouit. tandem gradum Romani acrius intulerunt. cessitq; Lusitanus. deinde prorsus terga dedit. & cum institissent fugientibus uictores: ad. xii. milia hostium sunt cesa. capti ducēti quinquaginta: omnes ferme equites. & signa militaria capta centum quinquaginta quattuor. Ex exercitu Romano septuaginta & tres amissi. pugnatum haud pcul Ilipa urbe est. Eo uictorem: opulentum prede exercitum. P. Cornelius reduxit. ea omnis ante urbem exposita est. potestasq; dominis suas res cognoscendi: facta est. cetera uendēda: Questori data. quod inde refectum est: militibus diuisum. Nondū ab Roma profectus erat. C. Flaminius Pretor: cum hec in Hispania gerebantur. itaq; tā aduerse q̄ secunde res p ipsum amicosq; eius magnis sermonibus celebrabant. & temptauerat: quoniam bellum ingens in Prouintia exarsisset: & exiguas reliquias exercitus ab Sex. Digitio: atq; eas ipsas plenas pauoris ac fuge: accepturus esset: ut unam sibi ex Urbanis legionibus decernerent. ad quā cum militē ab se ipso scriptū: ex Senatus Consulto adiecisset: eligeret ex omni numero tria milia: & ducentos pedites: & equites trecentos. ea se legione: nam in Sex. Digitii exercitu: haud multum spei esse rem gesturum. Seniores negare: ad rumores priuatos temere in gratiam Magistratuum confictos: Senatus Consulta facienda esse. nisi quod ex Prouintiis scriberetur: aut legati renuntiarent: nihil ratū haberi debere. Si tumultus in Hispania esset: placere ut tumultuarii milites extra Italiā legerētur. Valerius Antias

Scipio ppretor [illegible] Lusitanos subegit & hispanos ad rebellionē paratos

prope Ilipā urbem uicti Lusitani

& in Siciliam nauigasse delectus causa. C. Flaminiũ scribit. & ex Sicilia Hispaniam petentẽ tẽpestate in Africã delatũ. uagos milites de exercitu. P. Africani sacramẽto rogasse. his duarum Prouintiarũ delectibus: tertium in Hispania adlegisse. ¶ Nec in Italia segnius Ligurũ bellũ crescebat. Pisas iã q̃draginta milibus homiũ affluẽte multitudine: ad famam belli: spemq; prede: circumsedebãt. Minutius Consul Arretiũ: die quem dixerat: ad conueniendum militibus: uenit. inde quadrato agmine cum ad Pisas duxisset: dum hostes: nõ plus passuum tribus milibus ab oppido: trans fluuiũ mouissent castra: Consul urbem: haud dubie seruatam aduentu suo: est ingressus. Postero die & ipse trans fluuium ferme mille pãssus ab hoste posuit castra. inde le/uibus preliis a populationibus agrum sotiorũ tutabatur. in aciem exire nõ audebat. nouo milite: & ex multis generibus hominum collecto: nec dum noto satis inter se: ut uix fidere alii aliis possent. ¶ Ligures multitudine freti: & in aciem exibant: parati de summa rerum cernere. & abundantes militum numero: passim multas manus per extrema finium ad predandum mittebant. & cum coacta uis magna pecorũ: predeq; esset: paratum erat presidium: per quod in castella eorum: uicosq; ageretur. ¶ Cum bellum Ligustinum ad Pisas constitisset: Consul alter. L. Cornelius Merula: preter extremos Ligurum fines exercitum in agro Boiorum induxit. ¶ Vbi longe alia belli ratio: q̃ cum Liguribus erat. ¶ Consul in aciem exibat. hostes pugnam detrectabãt. predatũq;: ubi nemo obuiam exiret: discurrebant Romani. ¶ Boii diripi sua impune: q̃ tuendo ea conserere certamen malebant. ¶ Postq̃ omnia ferro: igniq; satis uastata erant: Cõsul agro hostiũ excessit. & ad Mutinã agmine incauto: ut inter pacatos: ducebat. Boii: ubi egressum finibus suis hostem sensere: sequebantur silenti agmine: locum insidiis querentes. ¶ Nocte ꝑtergressi castra Romana saltũ: qua transeundũ erat Romanis insederũt. ¶ Id cum parum occulte fecissent: Consul qui multa nocte solitus erat mouere castra: ne nox terrorem in tumultuario prelio augeret: lucem expectauit: & cum luce moueret: tamen turmam equitũ exploratum misit. ¶ Postq̃ relatũ est: quante copie & in quo loco essent: totius agminis sarcinas in mediũ cõici iussit. & Triarios uallum circumiicere. cetero exercitu instructo ad hostem accessit. Idem & Galli fecerunt: postq̃ apertas esse insidias: ac recto & iusto prelio: ubi uera uinceret uirtus. dimicandum uiderunt. ¶ Hora secunda ferme concursum. sinistra Sotiorum equitum ala: & Extraordinarii: prima in acie pugnabãt. ¶ Preerant duo Consulares Legati. M. Marcellus: &. T. Sẽpronius: prioris anni Consules. ¶ Nouus Consul nũc ad prima signa erat: nũc legiones continebat in subsidiis: ne certaminis studio prius procurrerent: q̃ datum signum esset. equites earum extra aciem in locũ patentem. Q. &: P. Mutios Tribunos militũ: educere iussit. unde cũ signum dedisset: impetum ex aperto facerent. ¶ Hec agenti nuntius uenit a. T. Sempronio Longo non sustinere Extraordinarios impetum Gallorum: & cesos permultos esse. & qui supersint partim labore: partim metu remisisse ardorem pugne. legionem alteram: ex duabus: si uideretur: transmitteret: prius q̃ ignominia acciperetur. Secunda missa est legio. & Extraordinarii recepti. tũ redintegrata est pugna: cũ & recens miles: & frequens ordinibus legio successisset. & sinistra ala ex prelio subducta est. dextra in primam aciem subiit. ¶ Sol ingenti ardore torrebat: minime patientia estus corpora Gallorum. Densi tamen ordinibus: nunc alii in alios: nunc in scuta incumbentes: sustinebant: impetus Romanorum. quod ubi animaduertit Consul: ad perturbãdos ordines eorum. C. Liuium Salinatorem qui preerat alaribus equitibus: q̃ concita/tissimos equos immittere iubet. & legionarios equites in subsidiis esse. ¶ Hec pro cella

Ligure Ligustinus

equestris primo confudit: & turbauit: deinde dissipauit aciem Gallorum. non tamē ut terga darent. ¶Obstabant Duces: hastilibus cedentes terga trepidantiū. & redire in ordines cogentes. sed inter equitantes Alarii non patiebantur. ¶Consul orabat

L. Cornelius merula consul Boios uicit. magna cede.

milites: ut parum niterentur. uictoriam in manibus esse. dum turbatos: & trepidantes uiderent: instarent. si restitui ordines siuissent: integro rursus eos prælio: & dubio dimicaturos. ¶Inferre uexillarios iussit signa. ¶Omnes connixi tandem auerterunt hostem. ¶Postq̄ terga dabant: & in fugā passim effundebant: tum ad persequēdos eos legionarii equites immissi quattuordecim milia Boiorum ea die cesa sunt. uiui capti mille nonagintaduo: equites .cc. & .xxi. Tres Duces eorum. signa militaria ducenta .xii. carpenta centum duo. ¶Nec Romanis incruenta uictoria fuit. ¶Supra quinq; milia militum ipsorum: aut Sotiorum sunt amissa. ¶Centuriones tres & .xx. Prefecti sotiū quattuor: & M. Martius Tribunus Militū secunde legionis. ¶Eodē fere tempore duorum Consulum littere allate sunt. L. Cornelii ad Mutinā de pᵉlio

Q. Minutius cons. Ligures superat prope pisis

cum Bois facto: & Q. Minutii a Pisis. ¶Comitia sue sortis esse. Ceterū adeo suspensa omnia in Liguribus se habere: ut abscedi inde: absq; pernicie sotiorum. Et damno Rei. P. non posset. Si ita uideretur Patribus: mitterent ad Collegam: ut is: qui profligatum bellum haberet: ad Comitia Romam rediret. si id facere grauaretur: q nō sue sortis id negotium esset: se quidem facturū quodcunq; Senatus censuisset. Sed etiam atq; etiam uiderent: si magis e. Re. P. esset: Interregnū iniri: q̄ a se in eo statu relinqui Prouinciam. ¶Senatus C. Scribonio negotium dedit: ut duos Legatos ex ordine Senatorio mitteret ad L. Cornelium Consulem: qui litteras College ad Senatum missas deferrent ad eum. & nuntiarent: Senatum: ni is: ad magistratus subrogandos Romam ueniret: potius: q̄m. Q. Minutius a bello integro auocaretur: Interregnū iniri passurum. ¶Missi Legati renuntiauerūt Corneliū ad magistratus subrogandos uenturū. ¶De litteris L. Cornelii quas scripserat: secundū præliū cum Bois factū: disceptatio in Senatu fuit. quia priuatim plerisq; Senatoribus. Legatus .M. Claudius scripserat: fortune Populi Romani & militum uirtuti: gratiam habendam: qd res bene gesta esset. Consulis opera: & militum aliquantum amissum: & hostiū exercitum: cuius delendi: oblata fortuna fuerit: elapsum. ¶Milites eo plures perisse: q tardius ex subsidiis: qui laborantibus opem ferrent: successissent. ¶Hostes e manibus emissos: q equitibus legionariis tardius datum signum esset: ut persequi fugientes non licuisset. ¶De ea re: nihil decerni placuit. ad frequentiores consultatio delata est. ¶Instabat enim cura alia: quod ciuitas fenore laborabat: & cum multis feneralibus legibus constricta auaricia esset: uia fraudis inita erat: ut in Sotios: qui non tenerentur iis legibus: nomina transcriberent. ¶In tali uero fenore obruebantur debitores. ¶Cuius cernendi cū ratio quereretᷓ: diem finiri placuit: Feneralia que ꝓxima fuissent: ut q post eam diē Sotii ciuibus Romanis credidissent pecunias: profiterētur. & ex ea die: pecunie credite: quibus debitor uellet legibus: creditori ius redderetur. ¶Inde postq̄ professionibus detecta est magnitudo eris alieni: per hanc fraudem contracti: M. Sempronius Tribunus plebis: ex autoritate Patrū Plebem rogauit: Plebesq; sciuit: ut cum Sotiis ac nomine Latino credite ius idem: quod cū ciuibus Romanis esset. ¶Hec in Italia domi militieq; acta. ¶In Hispania nequaq̄ tantum belli fuit: quantum auxerat: fama. C. Flaminius in Citeriori Hispania oppidum Iluciā in Oretanis cepit. ¶Deinde in hybernacula milites deduxit. & ꝑ hyemē prelia aliqua: nulla memoria digna: aduersus latronum magis: q̄ hostiū excursiones uario tamen euentu: nec sine militum iactura: sunt facta. ¶Maiores geste res a. M.

Fuluio. ¶ Is apud Toletum oppidū: cum Vacceis Vectonibusq;: & Celtiberis: signis collatis dimicauit. ¶ Exercitum earum gentium fudit. fugauitq;. Regem Hilermum uiuum cepit. ¶ Cum hec in Hispania agerentur Comitiorum iam appetebat dies. Itaq;. L. Cornelius Consul: relicto ad exercitum Claudio Legato: Romam uenit. Is in Senatu: cū de rebus a se gestis disseruisset: quoq; in statu Prouintia eēt: questus est cū Patribus conscriptis: ꝙ tāto bello una secūda pugna: iam feliciter ꝑfecto: nō esset habitus dis immortalibus honos. postulauit deinde supplicationem simul triū/phumq; decernerent. ¶ Prius tñ q̃ relatio fieret. Q. Metellus: qui Consul Dictatorq; fuerat: litteras eodē tpe dixit: & Consulis. L. Cornelii ad Senatū: &. M. Marcelli ad magnam partem Senatorum allatas esse: inter se pugnantes. eoq; dilatam esse con/sultationē: ut presentibus autoribus earū litterarū disceptaretur. itaq; expectasse sese: ut Consul qui sciret ab Legato suo aduersus se scriptum aliquid: cum ipsi ueniendū esset: deduceret eum secum Romam. cum etiam uerius esset. T. Sempronio Imperiū habenti: tradi exercitum: q̃ Legato. nunc uidere sese: amotum deindustria qui ea: que scripsisset: presens diceret: argueretq; coram. & siquid uani afferret: argui posset: donec ad liquidum ueritas explorata esset: itaq; nihil eorum: que postularet Consul: decernendum in presentia censere. ¶ Cum pergeret nihilo segnius referre: ut suppli/cationes decernerentur: triumphantiq; sibi in urbem inuehi liceret. M. & Crassus Ticinii. Tri. Plebis: se intercessuros: si de ea re fieret Senatus Consultum dixerunt. Censores erant priore āno creati. Sex. Elius Petus: &. C. Cornelius Cethegus. ¶ Cor/nelius lustrum condidit. ¶ Censa sunt ciuium capita. cxliii. septingenta. iiii. ¶ Aquæ ingentes eo anno fuerunt. & tyberis loca plana urbis inundauit. Circa portā Flu/mentanam: etiam collapsa quedam ruinis sunt. ¶ Et porta Celimontana fulmine icta est. ¶ Murus circa multis locis de celo tactus. & Aricie: & Lanuuio: & Auētino: lapidibus pluuit. ¶ Et a Capua nuntiatum est: examen uesparum ingens in forum aduolasse. & in Martis ede consedisse. eas collectas cū cura igni crematas eē. ¶ Horū prodigiorum causa decemuiri adire libros iussi. & nouendiale sacrum factum. & sup/plicatio indicta est. atq; urbs lustrata. ¶ Iisdem diebus ediculam Victorie Virginis ꝓpe edē Victorie. M. Portius Cato dedicauit. biennio post q̃ uouit. ¶ Eodem anno Coloniam Latinam in castrum Ferentinum Triumuiri deduxerunt. C. Manlius Volso. L. Apustius Fullo. P. Elius Tubero. ¶ Cuius lege deducebatur. Tria milia peditū fere. ccc. equites: numerus exiguus: pro copia agri. ¶ Dari potuere. xl. iugera in pedites. sexaginta in equites. ¶ Apustio autore tertia pars agri dempta est. quo postea: si uellent: nouos colonos ascribere possent. ¶ Vicena iugera pedites: quadra/gena equites acceperunt. ¶ In exitu iam annus erat. & ambitio magis: q̃m unq̃ alias: exarserat Consularibus Comitiis. ¶ Multi & potentes petebāt. Patritii: Plebeiiq;. P. Cornelius. Cn. F. Scipio: qui ex Hispania Prouintia nuꝑ recesserat. magnis rebus gestis. ¶ Et. L. Quintius Flaminius: qui: classi in Grecia prefuerat. ¶ Et. Cn. Mālius Volso. ¶ Hi Patritii. Plebei autē. C. Lelius. Cn. Domitius. C. Liuius Salinator. M. Acilius. ¶ Sed omnium oculi in Quintium & Cornelium coniecti. nam & in unum locum petebant Patritii ambo. & rei militaris gloria recens utrunq; comendabat. Ceterum ante omnia certamen accendebant fratres Canditatorum duo: clarissimi sue etatis Imperatores. ¶ Maior gloria Scipionis. & quo maior: eo propior inuidie. Quintii recentior: ut qui eo anno triumphasset. ¶ Accedebat ꝙ alter decimum iam prope annum assiduus in oculis hominum fuerat. que res minus uerendos magnos homines: ipsa sotietate: facit. ¶ Consul iterum post deuictum Annibalem. Censorq;

TOLETUM oppidū hispanie

EXAMEN VESPARUM

Magna gloria Scipioni inuidiā pariebat

fuerat. In Quintio noua & recentia omĩa ad gratiam erant. Nihil nec petierat a populo post triũphum nec adeptus erat. Pro fratre germano: nõ patruele: se petere aiebat. pro collega: & participe administrati belli. se terra: fratrẽ mari rem gessisse. His obtinuit ut preferretur candidato: quem Africanus frater ducebat. quem Cornelia gens Cornelio Consule comitia habente: quem tm̃ preiuditium Senatus uirũ e ciuitate optimum iudicatum: qui Matrem Ideam Pessimunte uenientem in urbẽ acciperet. L. Quintius &. Cn. Domitius ænobarbus Consules facti. Adeo ne in Plebeio quidem consule: cũ pro. C. Lelio niteretur Africanus ualuit. Postero die Pretores facti Creati. L. Scribonius Libio. M. Fuluius Centumalus. A. Attilius Serranus. M. Bebius Tamphilius. Q. Salonius Sarra. Edilitas insignis eo anno fuit. M. Emilii Lepidi: &. P. Emilii Pauli. multos pecuniarios damnarunt. & ex ea pecunia clipea inaurata in fastigio Iouis edis posuerũt. Porticũ unam extra portã Trigeminam Emporio ad Tyberin adiecto: alteram ad portam Fontinalem: ad Martis aram: qua in campis iter esset: perduxerunt. Diu nihil memoria dignum in Liguribus gestum erat. Extremo eius anni bis in magnum periculum res adducta est. nam & castra Cõsulis oppugnata: egre sunt defensa. & nõ ita multũ post: p saltũ angustum cum duceretur agmen Romanũ: ipsas fauces: exercitus Ligurum insedit. qua cum exitus non pateret: conuerso agmine redire Consul instituit. & a tergo fauces saltus occupate a parte hostium erant. Caudineq; cladis memoria: nõ animis modo: sed prope oculis: obuersabatur. Numidas octingentos ferme equites inter auxilia habebat. eorum Prefectus consuli pollicetur: se parte utra uellet: cum suis erupturum. tantum uti diceret: utra pars frequentior uicis esset. in eos se impetum facturum: & nihil prius: q̃ flammam tectis iniecturum: ut is pauor cogeret Ligures excedere saltu: quem obsiderent. & discurrere ad opem ferendam suis. Laudatum eum Consul: spe premiorum honerat. & Numide equos conscendunt. & obequitare stationibus: neminem lacessentes: ceperunt. Nihil primo aspectu contemptius. equi hominesq; pauluii: & graciles: discinctus: & inermis eques: pter q̃ ꝗ iacula secũ portat. equi sine frenis deformes. ipse cursus rigida ceruice: & extento capite currentium. Hunc contemptum de industria agentes: labi ex equis: & per ludibrium spectaculo esse. itaq; qui primo intenti: paratiq;: si lacesserentur: in stationibus fuerant: iam inermes: sedentesq;: pars maxima spectabant. Numide adequitare: & refugere: sed propius saltum paulatim euehi: uelut quos impotentes gerẽdi equos: inuitos efferrẽt. Postremo subditis calcaribus: per medias stationes hostium erupere: & in agrum latiorem euecti omnia peruastant. Fumus primo conspectus: deinde clamor trepidantium in uicis auditus: postremo seniores: pueriq; refugientes tumultũ in castris fecerunt. itaq; sine consilio: sine imperio: pro se quisq; currere ad sua tutanda. momẽtoq; temporis castra relicta erant. & obsidione liberatus Cõsul: quo intenderat: peruenit. Sed neq; Boii: neq; Hispani cum quibus eo anno bellatum erat: tam inimice infesti erant Romanis: q̃ Etoloꝝ gens. Ii post deportatos ex Grecia exercitus: primo in spe fuerant: & Antiochum in uacuam Europe possessionẽ uenturũ. nec Philippum: aut Nabin quieturos. Vbi nihil us q̃ moueri uiderunt: agitandũ miscendumq; rati ne contando senescerent consilia: Concilium Naupactum indixerunt. Ibi Thoas eorum Pretor conquestus iniurias Romanorum: statumq; Etolie: ꝗ omnium Grecie gentium ciuitatuũq; inhonoratissimi post eam uictoriã essent: cuius causa ipsi fuissent: legatos censuit circa Reges mittendos. qui non solum tentarent animos eorum: sed suis quenq; stimulis mouerent: ad Romanum bellum

Democrituſ ad Nabin nauigat. ¶ Ad Philippum Nicander. ¶ Dicæarchuſ frater
Pretoriſ ad Antiochum eſt miſſuſ. ¶ Tyranno Lacedemonio Democrituſ ademptiſ
maritimiſ ciuitatibuſ: eneruatā Tyrannidem dicere. inde militē: inde naueſ naualeſq;
ſotioſ: habuiſſe. incluſum ſuiſ prope muriſ Acheoſ uidere dominantiſ in Peloponeſo:
nunq̄ habiturum recuperandi ſua occaſionem: ſi eam: que tūc eſſet: pretermiſiſſet. &
nullum exercitum Romanū in Grecia eſſe. nec propter Gyttheum aut maritimoſ
alioſ Laconaſ: dignā cauſam exiſtimaturoſ Romanoſ: cur legioneſ rurſuſ in Greciā
tranſmittant. ¶ Hec ad incitandum animum Tyranni dicebantur: ut cū in Greciā
Antiochuſ traieciſſet: cōſcientia uiolate p ſotioꝝ iniuriaſ Rome: amiciciaſ iungeret
cū Antiocho. ¶ Et Philippū Nicander haud diſſimili oratione incitabat. ¶ Erat etiā
maior orationiſ materia: quo ex altiore faſtigio Rex: q̄ Tyrannuſ detractuſ erat.
quoq; pitureſ adempte reſ. ¶ Adhec uetuſta Regum Macedonie fama peragratuſq;
orbiſ terrarum uictoriiſ eiuſ gentiſ referebatur. & tutum uel incepto: uel euentu: ſe
conſiliū afferre. neq; ut ante ſe moueat Philippuſ: q̄ Antiochuſ cū exercitu trāſierit
in Greciam: ſuadere. & qui ſine Antiocho aduerſuſ Romanoſ Etoloſq; tam diu ſuſ/
tinuerit bellum: adiuncto Antiocho: ſotiiſ Etoliſ: qui tum grauioreſ hoſteſ cum
Romaniſ fuerint: quibuſ tandem uiribuſ reſiſtere Romanoſ poſſe? ¶ Adiciebat de
duce Annabale nato aduerſuſ Romanoſ hoſte: qui pluireſ & Duceſ & militeſ eorum
occidiſſet: q̄ quot ſupeſſent. ¶ Hec Philippo Nicander. ¶ Alia Dicearchuſ Antiocho
& omnium primum: predam de Philippo Romanorum eſſe dicere: uictoriā Eto/
lorum. & aditū in Greciam Romaniſ: nulloſ alioſ: q̄ Etoloſ dediſſe. & ad uincendum
uireſ eoſdem prebuiſſe. deinde quantaſ equitū: peditumq; copiaſ prebituri Antiocho
ad bellum eſſent. que loca terreſtribuſ copiiſ: quoſ portuſ maritimiſ. ¶ Tum de Phi/
lippo & Nabide libero mendatio ab utebantur. paratum utrunq; ad rebellandum
eſſe. & primam quanq; occaſionem recuperandi ea: que bello amiſiſſent: arrepturoſ.
Ita per totū ſimul orbem terrarū Etoli Romaniſ concitabant bellū. ¶ Et Regeſ
tamē: aut nō moti: aut tardiuſ moti ſunt. ¶ Nabiſ extemplo circa omniſ maritimoſ
uicoſ miſit: ad ſeditioneſ in iiſ miſcendaſ. Et alioſ principum: doniſ ad ſuam cauſam
perduxit. ¶ Alioſ ptinaciter in ſotietate Romana manenteſ: occidit. ¶ Acheiſ omniū
maritimorum locorum tuendorum a. T. Quintio cura mandata erat. itaq; extemplo
ad Tyrannum Legatoſ miſerunt: qui admonerent federiſ Romani. denūtiarentq;:
ne pacem: quam tantopere petiſſet: turbaret. & auxilia ad Gyttheū: quod iam op/
pugnabat a Tyranno: & Romam: qui ea nūtiarent: Legatoſ miſerūt. ¶ Antiochuſ

Antiochus filiā uxorē dat ptolomeo Regi egypti

Rex ea hyeme Raphei in Phenice: Ptolemeo Regi Egypti filia in matrimonium
data: cum Antiochiam ſe recipiſſet: per Ciliciam: Tauro monte ſuperato: extremo
iam hyemiſ Epheſū peruenit. ¶ Inde principio ueriſ: Antiocho filio miſſo in Syriā:
ad cuſtodiam ultimarum partiū Regni: nequid abſente ſe a tergo moueretur: ipſe cū
omnibuſ terreſtribuſ copiiſ: ad Pyſidaſ: qui circa Sicam incolunt: oppugnandoſ: ē
profectuſ. ¶ Eo tempore Legati Romani. P. Sulpitiuſ: & P. Iuliuſ qui ad Anti/
ochum: ſicut ante dictum eſt: miſſi erant: iuſſi priuſ Eumenem adire: Eleam uenere.
inde Pergamum: ubi Regia Eumeniſ fuit: deſcenderunt. ¶ Cupiduſ belli aduerſuſ
Antiochum Eumeneſ erat. grauem: ſi pax eſſet: accolam: tanto potentiorem Regē

Eumenes Antiochi inimicus & vicinus Ro. cū ad bellū stimulat.

credenſ. eundem ſi motū bellum eſſet: non magiſ parem Romaniſ fore: q̄ Philippuſ
fuiſſet. & aut funditus ſublatum iri: aut ſi pax uicto daretur: multa illi detracta: ſibi
acceſſura: ut facile deinde ſe ab eo: ſine ullo romano auxilio tueri poſſet. etiā ſiquid
aduerſi caſurum foret: ſatiuſ eſſe Romaniſ ſotiuſ quancūq; fortunam ſubire: q̄ ſolū

aut Imperium pati Antiochi: aut abnuentem: ui atq; armis cogi. ob hec quantum
autoritate: quantũ consilio ualebat. incitabat Romanos ad bellum. ¶ Sulpitius eger
pergami substitit. ¶ Iulius cũ Pysidie bello occupatũ esse Regem audisset: Ephesũ
profectus: dum paucos ibi moratur dies: dedit operam: ut cum Annibale: qui tum
ibi forte erat: sepe congrederetur: ut animũ eius: & temptaret: siqua posset: & metũ
demeret: periculi ei quicq̃m ab Romanis esse. ¶ His colloquiis aliud nihil actum est.
Sequutum tamen sua sponte est: uelut consilio petitum esset: ut uilior ob ea Regi
Annibal: suspectiorq; ad om̃ia fieret. ¶ Claudius sequutus Grecos Acilianos libros:
P. Africanum: in ea fuisse Legatione tradit. eumq; Ephesi colloquutum cum An/
nibale: & sermonem etiã unum refert: quo querenti Africano: quem fuisse maximũ
Imperatorem Annibal crederet: respondisse. ¶ Alexandrum Macedonum Regem.
ꝙ parua manu innumerabiles exercitus fudisset. ꝙ ultimas oras: supra spem humanã
peragrasset. ¶ Querenti deinde: quem secundum poneret. ¶ Pyrrhum dixisse castra
metari primum docuisse. adhoc: neminem elegantius loca cepisse. presidia deposuisse:
artem etiam conciliandi sibi homines. eum habuisse: ut Italice gentes Regis externi
q̃ Populi Romani tam diu Principis in ea terra: Imperiũ esse mallent. ¶ Exequẽti
deinde quem tertium diceret. ¶ Haud dubie semetipsum dixisse. ¶ Tum risum obortũ
Scipioni subiecisse: ¶ Quidnam tu diceres: si me uicisses? ¶ Tum me uero inquit: & ante
Alexandrum: & ante Pyrrhum: & ãte omnes alios Imperatores esse. ¶ Et perplexum
Punico astu responsum: & improuisum assentationis genus: Scipionem mouisse: ꝙ
e grege se Imperatorũ uelut inestimabilem: secreuisset. ¶ Iulius ab Epheso Apameã
processit. eo & Antiochus audito Romanorũ legatorũ aduentu occurrit. Apameã
congressis disceptatio eadẽ ferme fuit: que Rome inter Quintiũ & Legatos Regis
fuerat. ¶ Mors nũtiata Antiochi filii regis: quẽ missũ pauloante dixeram in Syriã
diremit colloquia. Magnus luctus in Regia fuit. magnumq; eius iuuenis desideriũ.
Id enim iam specimen sui dederat: ut si uita longior contigisset: magni iustiq; Regis
in eo indolem fuisse appareret. ¶ Quo carior: acceptiorq; omnibus erat: eo mors eius
suspectior fuit. grauem successorem eum: instare senectuti sue patrem credentem: per
Spadones quosdam: taliũ ministerio facinorũ acceptos Regibus: ueneno sustulisse.
Eam quoq; causã clandestino facinori adiciebant: ꝙ cũ Seleuco filio Lysimachiã
dedisset Antiocho quam similem daret sedem: ut procul ab se honore eum quoq; ab/
legaret: non habuisset. ¶ Magni tamẽ luctus species per aliquot dies Regiam tenuit.
Legatusq; Romanus ne alieno tempore incommodus obuersaretur: Pergamum
cõcessit. ¶ Rex Ephesum: omisso quod inchoauerat bello: redit. ibi: per luctũ regia
clausa: cum Minione quodam: qui princeps amicoꝝ eius erat: secreta cõsilia agitauit.
Minio ignarus omnium externorum: uiresq; existimans Regis: ex rebus in Syria
aut Asia gestis: non causa modo superiorem esse Antiochũ: ꝙ nihil equi postularent
Romani: sed bello quoq; superaturum: credebat. ¶ Fugienti regi disceptationem cũ
Legatis: seu iam experto eam minus prosperam: seu merore recẽti confuso: ꝓfessus
Minio se que pro causa essent: dicturũ: persuasit ut a Pergamo acerserent Legati.
Iam conualuerat Sulpitius. itaq; ambo Ephesum uenerunt. ¶ Rex a Minione ex/
cusatus: & absente eo res agi cepta est. ¶ Ibi preparata oratione Minio. ¶ Specioso
titulo inquit uti uos Romani Grecarum ciuitatum liberandarum uideo. sed facta
uestra orationi non conueniunt. & aliud Antiocho iuris statuistis: alio ipsi utimini.
quid enim magis Smyrnei Lãpsaceniq; Greci sunt: q̃m Neapolitani & Regini: &
Tarentini: a quibus stipẽdium: a quibus naues: ex federe exigitis? ¶ Cur Syracusas:

atq; in alias Sicilie Grecas urbes Pretorem: quot annis cum imperio: & securibus: & uirgis: mittitis? nihil aliud pfecto dicatis: q̃ armis superatis uos iis has leges ĩposuisse. Eandem de Smyrna: & Lãpsaco ciuitatibusq;: que Ionie: aut Eolidis sunt: causã ab Antiocho accipite. bello superatas a maioribus stipendarias ac uectigales factas. Antiochus repetit. itaq; ad hec ei responderi uelim: si ex equo disceptaturi: nõ belli causa: queritur. ❡Ad ea Sulpitius. ❡Fecit uerecunde inquit Antiochus: qui si alia pro causa eius non erant: que dicerentur: quenlibet ista: q̃ se dicere maluit. Quid. n. simule habet ciuitatum earum: quas comparasti causa? ab Reginis: & Neapolitanis: & Tarentinis: ex quo ĩ nostram uenerũt potestatem: uno & perpetuo tenore iuris semper usurpato: nunq̃ intermisso: que ex foedere debent: exegimus. potes ne tandẽ dicere: ut ii populi: non per se: non per alium quenq̃m: foedus mutauerint: sic Asie ciuitates: ut semel uenerunt in maiorũ Antiochi potestatẽ: in perpetua possessiõe regni uestri permansisse? & non alias earum in Philippi: alias in Ptolemei fuisse po/testate? alias per multos annos nullo ãbigente: libertatem usurpasse? nam si q aliqñ seruierunt temporum iniquitate pressi: ius post tot secula asserendi eos in seruitutem faciet: quid abest: quin actum nobis nihil sit: q a Philippo liberauimus Greciam? & repetant posteri eius Corinthum: Chalcidem: Demetriadem: & Thessalorum totam gentem? Sed quid ego causam ciuitatum ago: quam ipsis agentibus: & nos: & Regẽ ipsum cognoscere. equius est. ❡Vocari deinde ciuitatium Legationes iussit. p̃paratas iam ante: & instructas ab Eumene: qui quantũcunq; uirium Antiocho decessisset: suo id accessurum Regno: ducebat. ❡Admissi plures: dum suas quisq; nunc querelas: nunc expostulationes inserit: equa iniquis miscentes e disceptatione: alterationem fecerunt. itaq; neq; remissa ulla re: neq; impetrata: eque ac uenerant omniũ incerti Legati Romam redierunt. ❡Rex dimissis iis: consilium de bello Romano habuit. Ibi alius alio ferocius: quia quo quisq; asperius aduersus Romanos loquutus esset: eo spes gratie maior erat: alius superbiam postulatorum increpare: tanq̃m Nabidi uicto: Antiocho maximo Asie Regum: imponentium leges. quanq̃ Nabidi tamen Dominationem in patriam suam: & patriam Lacedemonem remissam Antiocho si Smyrna: & Lãpsacus imperata faciant: indignum uideri. ❡Alii paruas: & uix dictu dignas: belli causas: tanto Regi eas ciuitates esse. Sed initium semper per ius iniusta imperandi fieri. nisi crederẽt: Persas: cum aquã: terramq; ab Lacedemoniis petierũt: gleba terre: & haustu aque eguisse. psimilem temptationẽ Romanis de duabus ciui/tatibus agi: & alias ciuitates: simul duas iugũ excuisse uidissent: ad liberatorẽ Populũ defecturas. si non libertas seruitute potior sit: tamẽ omnem presenti in statu spem: cuiusq; nouãdi res suas blandiorem esse. ❡Alexander Acarnas in Cõcilio erat: Phi/lippo quondam amicus. nuper relicto eo sequutus opulentiorem Regiam Antiochi & tanq̃ peritus grecie: nec ignarus Romanorũ: in eum gradum amicicie Regis: ut consilius quoq; Arcanis interesset: acceptus erat. ❡Is tanq̃ non utrum bellandum esset: nec ne: consulerẽt: sed ubi: & qua ratione: bellum gereretur: uictoriã se haud dubiã proponere animo affirmabat: si in Europã transisset Rex. & in aliqua Grecie parte sedem bello cepisset. ❡Iam primum Etolos: qui umbilicum grecie incolerent: in armis eum inuenturum Antesignanos ad asperrima queq; belli paratos in duobus uelut cornibus Grecie. ❡Nabin a Peloponneso concitaturũ omnia: repetentẽ Argiuoꝝ urbem. repetentem maritimas ciuitates: quibus eũ depulsum Romani Lacedemonis muris inclusissent. A Macedonia Philippũ: ubi primum bellicũ cani audisset: arma capturum. nosse se spiritus eius. nosse animũ. scire ferum. ferarũ modo: que claustris:

Ann^lis orō ad Antiochū q ei suspectus factus
ī ꝯsiliū nō adhibebatur.

aut uinculis teneantur: ingentis iam diu iras in pectore uoluere. ¶ Meminisse etiam
se quotiens in bello precari omnes deos solitus sit: ut Antiochū sibi darent adiutorē.
cuius uoti si compos nunc fiat: nullam morā debellandi facturum. tantum nō con/
tandum: neq; cessandum esse: in eo enim uictoriam uerti: si loca opportuna: & sotii
preoccuparētur. ¶ Annibalem quoq; sine mora mittendum in Africā esse: ad estrin/
gendos Romanos. ¶ Annibal non adhibitus est in consilium: propter colloquia cū
Iulio suspectus Regi. & in nullo postea bonore habitus. primo eam contumeliam
tacitus tulit. deinde melius esse ratus: & percontari causam repentine alienationis: &
purgare sese: a tēpore quesita simpliciter iracūdie causa: auditaq; ¶ Pater Amilchar
inquit Antioche: paruum admodum me: cum sacrificaret: altaribus admotum iure/
iurando adegit: nunq̃ amicū fore Populi Romani. sub hoc sacramēto sex &. xxx.
annos militaui. hoc me in pace patria mea expulit. hoc patria extorrē in tuā Regiā
adduxit. hoc duce: si tu spem meam destitueris: ubicunq; uires: ubi arma esse sciam:
huc ueniam: toto orbe terrarum querens aliquos: Romanis hostes. itaq; si cui tuoꝝ
meis criminibus apud te crescere libet: aliam materiam crescendi q̃m ex me querat.
odioq; ꝙ sim Romanis: id me uerum dicere: pater Amilchar & dii testes sunt. proinde
cum de bello Romano cogitabis: inter primos amicos Annibalem habeto. Si qua
res te in pacem compellet: in id consilium: cum quo deliberes: querito. ¶ Non mouit
modo talis oratio Regem: sed etiā reconciliauit Annibali. ¶ Ex consilio ita discessū
est: ut bellum gereretur. ¶ Rome destinabāt quidem sermonibus: hostē Antiochū.
sed nihil dum: ad id bellum: preter animos: parabant. ¶ Consulibus ambobus Italia
Prouintia decreta est. ita ut inter se compararent sortirenturue uter comitiis eius āni
preesset. ad utrum ea non pertineret cura: ut paratus esset: siquo extra Italiā opus
esset: duceret: legiones nouas: & sotium ac nominis Latini milia. xx. & equites. d. ccc.
Alteri Consuli due legiones decrete: quas. L. Cornelius Cōsul supioris anni habuisset.
& Sotiū ac Latini nominis ex eodē exercitu pedites. xv. milia: & equites quingētos.
Q. Minutio cum exercitu: quem in Liguribus habebat: prorogatum Imperium.
additum in supplementum: ut quattuor milia peditum Romanorum scriberentur
. cl. equites. & Sotiis eodem. v. peditum milia imperarentur. ccl. equites. Cn. Domitio
extra Italiam: quo Senatus censuisset: Prouintia euenit. L. Quintio Gallia. ¶ Et
Comitia Pretorum habita. ¶ Pretores deinde Prouintias sortiti. M. Fuluius cen/
tumalus: Vrbanam. L. Scribonius libo: Peregrinam. L. Valerius tappo: Siciliam
. Q. Solonius Sarra: Sardiniam: M. Bebius Tamphilus Hispaniam citeriorem. M.
Attilius Serranus: ulteriorem. ¶ Sed his duobus primum. S. C. deinde Plebiscito per/
mutate prouintie sunt. A. Acilio classis: & Macedonia. A. Bebio Brutii decreti.
Flaminio Fuluioq; in Hispaniis prorogatum Imperium. ¶ Acilio in Brutios due
legiones decrete: que priore anno urbane fuissent. ut & sotiis eodem milia quindecim
imperarent. & quingenti equites. Bebius Tamphilus. xxx. naues quinq;remes facere
iussus. & ex naualibus ueteres deducere. sique utiles essent. & scribere nauales Sotios.
Et Consuli imperatū: uti duo milia Sotium ac Latini nominis: & mille Romanos
daret pedites. ¶ Hi duo ꝑtores: & duo exercitus: terrestris: naualisq; aduersus Nabin
aperte iam oppugnantem Sotios Populi Romani: dicebantur parari. ¶ Ceterum
Legati ad Antiochū missi expectabātur. & ꝑusq̃ ii redissent: uetuerat. Cn. Domitiū
Consulem Senatus ab Vrbe discedere. ¶ Pretoribus Fuluio & Scribonio quibus: ut
ius dicerent: Roma Prouintia erat: negotium datum: ut preter eam classem: cui Be/
bius prefuturus erat: centum quinq;remes pararent. ¶ Prius q̃ Consul: Pretoresq; in

BOVE · LOCVTA · ROMA · CAVE · TIBI ·

prouintias proficiscerentur: supplicatio fuit prodigiorum causa. ¶ Capram sex bedos
uno fetu edidisse: ex Piceno nuntiatum est. ¶ Et Arretii puerũ unum natum uni/
manum. ¶ Amiterni terrã pluisse. ¶ Formiis portam: murumq; de celo tacta. ¶ Et
quod maxime terrebat Consulem. Cn. Domitium: bouem locutam. ¶ Roma caue

PRODIGIA

tibi. ¶ Ceterorum prodigiorum causa supplicatũ est. ¶ Bouem cũ cura seruari aliqui
Aruspices iusserunt. ¶ Tyberis infestiore: q̃ priore impetu inlatus urbi: duos pontis
edificia multa: maxime circa Flumentanam portam: euertit. ¶ Saxum ingens siue
hymbribus: seu motu terre leniore: q̃ ut alioquin sentiretur: labefactatum in uicum
Iugariũ ex Capitolio p̄cidit. & multos oppressit. ¶ In agris passim inundatis pecora
ablata. uillarum strages facta est. ¶ Prius q̃. L. Quintius Proconsul in Prouintiã
perueniret. Q. Minutius in agro Pisano: cum Liguribus signis collatis pugnauit.

Q. Minutius ligures i agro pisano vicit: et ... ligurũ ... agrosq; ... uasta[uit]

Nouem milia hostium occidit. ceteros fusos: fugatosq; in castra compulit. ea usq; in
noctem magno certamine oppugnata: defensaq; sũt. nocte clam profecti Ligures
prima luce Romanus uacua castra inuasit. prede minus inuentum est: q̃d sub inde
spolia agrorũ capta domos mittebant. ¶ Minutius nihil deinde laxamenti hostibus
dedit. ex agro Pisano in Ligures profectus: castella uicosq; eorum igni: ferroq; per/
uastauit. ibi p̄da Etrusca que missa a populatoribus fuerat: repletus ẽ miles Rõanus.
¶ Sub idem tempus Legati ab Regibus Romã reuerterunt. qui cũ nihil quod satis
maturam causã belli haberet: nisi aduersus Lacedemoniũ Tyrannũ attulissent: quẽ
& Achei Legati nuntiabãt: cõtra fedus maritimã oram laconũ oppugnare: Attilius
Pretor cũ classe missus est in Greciã: ad Socios tuendos. ¶ Consules q̄ nihil ab Anti/
ocho instaret: p̄ficisci ambos in p̄uintias placuit. ¶ Domitius ab Arimino qua p̄ximũ
fuit: Quintius p̄ Ligures in Boios uenit. ¶ Duo Consulũ agmina diuersa late agrum
hostiũ peruastarũt. primo equites eorũ pauci cũ prefectis: deĩ uniuersus Senatus:
postremo ĩ q̄bus aut fortuna: aliq̃: aut dignitas erat ad mille: ad Cõsules trãsfugerũt.
¶ Et in utraq; Hispania eo ãno res p̄spere geste. nã &. C. Flaminius oppidũ Lita/
brũ munitũ opulentũq;: uineis expugnauit. ¶ Et nobilẽ Regũ Corribilonẽ uiuũ

In utraq; hispania p̄spere pugnatũ a ro.

cepit. ¶ Et. M. Fuluius Proconsul cũ duobus exercitibus hostiũ duo secunda prælia
fecit. ¶ Oppida duo Hispanorũ Vescelia: Holonẽq;: & castella multa: expugnauit.
¶ Alia uoluntate ad eum defecerunt. ¶ Tum in Oretanos progressus: & ibi duobus
potitus oppidis: Noliba & Cusibi: ad Tagum amnem ire pergit. ¶ Toletũ ibi parua
urbs erat. sed loco munito. eam cum oppugnaret. ¶ Vectonum magnus exercitus
Toletanis subsidio uenit. ¶ Cum his signis collatis prospere pugnauit. & fusis Vec/
tonibus operibus Toletum cepit. ¶ Ceterũ eo tempore ea bella: que gerebant̃: minus

Toletũ munitũ oppidũ ui ceptũ

cure patribus erant: q̃m expectatio nondum cepti cum Antiocho belli. nam & per
Legatos identidem omnia expromebantur. q̄ rumores temere sine ullis autoribus
orti: multa falsa ueris miscebant. ¶ Inter que allatum erat: cum in Etoliam uenisset
Antiochus: ex templo classem eum in Siciliam missurum. ¶ Itaq; Senatus: & si Pre/
torem Attilium cum classe miserat in Greciam: tamen quia non copiis modo: sed etiã
autoritate opus erat: ad tuendum sociorum animos. L. Quintium: &. Cn. Octauiũ
&. Cn. seruilium &. P. Iuliũ Legatos in Greciam misit. ¶ Et ut. M. Bebius ex Brutiis
ad Tarentum & Brundusium promoueret legiones: decreuit. ¶ Inde si res posceret:
in Macedoniam traiiceret. ¶ Et. M. Fuluius Pretor classem nauium. xxx. mitteret
ad tuendam Sicilie oram. ¶ Et ut cũ imperio esset: qui classem eam duceret. ¶ Duxit

Apparatus senatus ... contra Antiochũ

.L. Oppius Salinator: qui priore anno Edilis Plebis fuerat. ¶ Et ut idem Pretor.
.L. Valerio Collega scriberet: periculum esse: ne classis regis Antiochi ex Etolia in

Siciliam traiceret: itaq; placere Senatui ad eũ exercitũ: quẽ haberet: tumultuariorum militum. xii. milia & .cccc. equites scriberet: quibus oram maritimam Prouintie: que uergeret in Greciam tueri posset. ¶ Eum delectum Pretor: non ex Sicilia ipsa tm̃: sed etiã ex circũiacentibus Insulis habuit. ¶ Oppida oĩa maritima: que in Greciã uersa erant: p̃sidiis firmauit. ¶ Addidit alimenta rumoribus aduentus Attali Eumenis fratris: qui nũtiauit Antiochũ Regem Hellespontũ cum exercitu transisse. & se parare Etolos: ut sub aduentũ eius in armis essent. ¶ Et Eumeni absenti: & p̃senti Attalo: gratie acte. & edes libere: loca Lautia decreta: & munera data: quina boum equestria arma. & uasa argẽtea centũ põdo. ¶ Cum alii atq; alii nũtii bellũ instare afferrent: ad rem pertinere uisum est: Consules primo quoq; tempore creari. itaq; Senatus Consultũ factum est: ut. M. Fuluius Pretor litteras extemplo ad Consulẽ mitteret: q̃bus certior fieret: Senatui placere: Prouintia: exercituq; tradito Legatis: Romam reuerti eum. & ex itinere premittere edictum: quo Comitia Consulibus creandis ediceret. Paruit his litteris Consul. & premisso edicto Romam uenit. Eo quoq; anno magna ambitio fuit: q̃d Patricii tres in unum locũ petierunt. P. Cornelius. Cn. filius Scipio: qui priore anno repulsam tulerat. ¶ Et. L. Cornelius Scipio Cn. Manlius Volso. P. Scipioni uiro tali: ut dilatum: non negatum: honorem appareret: Cõsulatus datus ẽ. additus ei de plebe Collega. M. Acilius Glabrio. Postero die Pretores creati. L. Emilius Paulus. M. Emilius Lepidus. M. Iunius. L. Cornelius Mamula. L. Liuius. & . L. Oppius. Vtriq; eorum Salinator cognomẽ erat. ¶ Oppius is erat: qui classem. xxx. nauium in Siciliam duxerat. ¶ Interim dum noui Magistratus sortirent̃ Prouintias. Cn. Bebius a Brundusio cum omnibus copiis transire in Epirum est iussus. & circa Apolloniam copias continere. & . M. Fuluio Pretori Vrbano negotium datum est: ut quinq;remes nouas. l. faceret. ¶ Et Populus quidem Romanus ita se ad omnes conatus Antiochi preparabat. ¶ Nabis iam non differebat bellum sed summa ui Gyttheum oppugnabat: & infestus Acheis: q̃d miserant obsessis presidium: agros eorum uastabat. ¶ Achei non antea ausi capessere bellum: q̃m ab Roma reuertissent Legati: ut quid Senatui placeret: scirent: Post reditum Legatorum: & Sicyonem concilium edixerunt: & Legatos ad. T. Quintiũ miserunt: qui consilium ab eo peterent. ¶ In concilio omnium ad bellum extemplo capessendum: inclinate sententie erant. ¶ Littere. T. Quintii contationem fecerũt: quibus autor erat Pretorem classemq; Romanam expectandi. ¶ Cum Principum alii in sententia permanerent: alii utendum eius quod ipsi consuluissent consiliũ censerent: multitudo Philopomenis sententiã expectabat. Pretor is tum erat. & omẽs eo tempore: & prudentia: & autoritate anteibat. ¶ Is profecto bene comparatũ apud Etolos esse ait ne Pretor cum de bello consuluisset: ipse sententiam diceret: statuere q̃primum ipsos: quid uellent: iussit. decreta eorum cum fide & cura exequuturũ. adnixurumq;: ut quantum in consilio humano positum esset: nec pacis eos peniteret: nec belli. ¶ Plus ea ratio momenti: ad concitandos ad bellum habuit: q̃ si aperte suadendo: cupiditatem res gerendi ostendisset. itaq; ingenti consensu bellum decretum est. tẽpus & ratio administrandi eius: libera Pretori permissa Philopomeni sũt. p̃terq̃ q̃ ita Quintio placeret: & ita existimabat classem Romanam expectandam: que mari Gyttheum tueri posset. sed metuens ne dilationem res non pateretur: & non Gyttheum solum: sed presidium quoq; missum: ad tuẽdam urbem amitteret: naues Acheorum deduxit. Comparauerat: & Tyrannus modicam classem. ad prohibẽda: siqua obsessis mari submiterentur presidia. tres tectas naues: & lembos tris. Isq; tradita

COHS P. SCIPIO M. ACCILIUS GLABRIO

Nabis Gythẽu oppugnat

Achei se ad bellũ accingũt contra Nabim

uetere classe ex federe Romanis: harū ut nouarū tum nauiū agilitatem experiteē: simul omnia satis apta ad certamen essent: prouectos in altum quottidie remigem: militemq; simul Acheis nauibus pugnā exercebat. in eo ratus uerti spem obsidionis: si presidia maritima interclusisset. ¶ Pretor Acheorum sicut terrestrium certaminum arte quenuis clarorum Imperatorū: usu uel ingenio equabat: ita rudis in re nauali erat. Arcas meditarraneus homo: externorum etiam omnium: nisi ꝙ in Creta Prefectus auxiliorū militauerat: quadriremi uectus: capta: annis ante. viii. cū Crateri uxorem Nicalam a Naupacto Corinthum ueberet. ¶ Huius fama motus: uenit. & nobilem in classe regia quōdam nauim deduci: ad eo putrem iam admodum: & uetustate dilabentē: iussit. hac cum pretoria naue precedente classem: cū in ea Patrēsis Piso Prefectus classis ueheretur: occurrunt a Gyttheo Laconum naues. et primo statim incursu: ad nouā: & firmam nauem: uetus que per se ipsa omnibus cōpagibus aquam acciperet: diuulsa est. ¶ Captiq; omnes: qui in naue erant. Cetera classis: Pretoria naue amissa: quantum queq; remis ualuit: fugit. ¶ Ipse Philopomenes in leui piscatoria naue fugit. nec ante fuge finem: q̄ Patras uentum sit: fecit. ¶ Nihil ea res animum militantis uiri: & multos experti casus: imminuit. quin contra: si in re nauali cuius esset ignarus: offendisset: eo plus in ea: quorum usu calleret: spei nactus: breue id Tyranno gaudium se effecturum affirmabat. ¶ Nabis tum spem haud dubiam nactus: iam nihil mari periculi timens. & terrestres aditus claudere opportune positis presidiis uoluit. tertia parte copiarū ab obsidione Gytthei abducta: ad Pleias posuit castra. Imminet is locus & Leucis: & Acris: qua uidebant hostes exercitū admoturi. Cū ibi statiua essent: pauci tabernacula haberēt: multitudo alia casas ex arundinibus textas: fronde que umbram modo preberent erexissent: Prius q̄ in conspectum hosti ueniret: Philopomenes: nec opinantem eum improuiso genere belli aggredi statuit. nauigia parua in stationem occultā agri Argiui contraxit: in ea expeditos milites cetratos plerosq; cum fundis: & iaculis: & alio leui genere armature imposuit. Inde littora legens cum ad propinquum castris hostium Promontorium uenissent: egressus: callibus notis nocte Pleias peruenit. & sopitis uigilibus: ut in nullo propinquo metu: ignem casis ab omni parte castrorum iniecit. ¶ Multi prius incendio absumpti sunt: q̄m hostium aduentum sentirent. & qui senserant: nullam opem afferre potuerunt. ferro: flammaq; omnia absumpta. perpauci tamē ancipiti peste: ad Gyttheum in maiora castra perfugerunt. ¶ Ita perculsis hostibus Philopomenes protinus ad depopulandam Tripolin Laconici agri: qui proximus fines Megalopolitarum est: duxit. & magna ui pecorum: hominumq; inde abrepta: priusquā a Gyttheo Tyrannus presidium agris mitteret: discessit. ¶ Inde Telegam exercitu contracto: concilioq; eodem & Acheis & sotiis indicto: in quo & Epirotarum: & Acarnanum fuere Principes: statuit: quoniam satis essent testes suorum: & a pudore maritime ignominie restituti animi: & hostium conterriti essent: ad Lacedemonem ducere. eo modo uno ratus ab obsidione Gytthei hostem abduci posse. ¶ Ad Carias primum in hostium terra posuit castra. Eo ipso die Gyttheum expugnatum. cuius rei ignarus Philopomenes castra ad Barbosthenes: mons est decē milia passuū ab Lacedemone: processit. ¶ Et Nabis recepto Gyttheo: cum expedito exercitu inde profectus: cum preter Lacedemonem raptim duxisset: Pyrrhi que uocant castra: occupauit. quem peti locum ab Acheis non dubitabat. inde hostibus occurrit. obtinebant autē longo agmine propter angustias uie prope quinq; milia passuum. ¶ Cogebatur agmen ab equitibus. & maxime a parte auxiliorum ꝙ existimabat Philopomenes: Tyrannū

Achei unā nauē putē bello nauali amittunt ꝫ Nabin.

pessima nauis descriptio

philopomenes nocturno et improuiso incendio pleias nabydis obsidione liberat

Gytthium a Nabyde captum

mercennariis militibus: quibus plurimum fideret: a tergo suos aggressurum. ¶ Due res simul inopinate perculerũt eum. una preoccupatus: quem petebat locus. Altera q̃d primo agmini occurrisse hostem cernebat. ubi cum per loca cõfragosa iter esset: sine leuis armature presidio. signa ferri non uidebat posse. ¶ Erat autem Philopomenes precipue inducendo agmine: locisq; capiendis sollertie. atq; usus. nec belli tantũ temporibus: sed etiam in pace se ad id maxime exercuerat. ubi iter copiam faceret: et ad difficilem transitu saltum uenisset: contemplatus ab omni parte loci naturam: cum solus iret secum ipse agitabat animo: cum comites haberet: ab iis querebat: si hostis eo loco apparuisset: quid si a fronte? quid si ab latere hoc: aut illo? Quid si a tergo adorıretur? capiendũ consilii foret. hos se instructos recta acie posse in cognitũ agmẽ: & tantummodo aptum uie: occurrere. quem locum ipse capturus esset: cogitando: aut querendo: exequebatur. aut quot armatis: aut quo genere armorum: plurimũ enim interesse usurus: quo impedimẽta: quo sarcinas: quo turbã inermem traiceret? quanto ea: aut q̃li p̃sidio custodiret? & utrũ pergere: qua cepisset ire uia: an ea qua uenisset: repetere melius esset. castris quoq; quem locum caperet? quantũ munimẽto amplecteretur loci? qua opportuna aquatio. qua papuli lignorũq; copia esset? qua postero die castra mouenti tutum maxime iter? que forma agminis esset? His curis cogitationibusq; ita abineunte etate animum agitauerat: ut nulla ei noua in tali re cogitatio esset. & tum omnium primum agmẽ constituit. Dein Cretensis auxiliares: & quos Tarentinos uocabant equites binos secum trahentis equos: ad prima signa misit. & iussis equitibus subsequi: super torrentem unde aquari possent: rupem occupauit. eo impedimenta omnia & calonum turbam conlectam armatis circundedit. & pro natura loci castra cõmuniuit. tabernacula statuere in aspretis: & inequabili solo difficile erat. ¶ Hostes quingentos passus aberant. ex eodem riuo: utriq;: cũ presidio leuis armature: aquati sunt. & prius: q̃: qualia in propinquis castris solent: cõtraheretũ certamen: nox interuenit. ¶ Postero die apparebat pugnandum pro aquatoribus circa riuum esse. ¶ Nocte in ualle a cõspectu hostium auersa quantam multitudinẽ locus occulere poterat: condidit Cetratorum. luce orta Cretensium leuis armatura: & Tarentini equites: super torrentem prelium commiserunt. Letennastus Cretensis: popularibus suis: equitibus Lyportas Megalopolitanus preerat. Cretenses & hostiũ auxiliares: equitumq; iidem genus. Tarentini presidio aquatoribus erant. aliquandiu dubium prelium fuit: ut eodem ex parte utraq; hominum genere: & armis paribus. procedente certamine & numero: uicere Tyranni auxiliares: & quia ita preceptum a Philopomene Prefectis erat: ut modico edito prelio in fugam inclinarẽt. hostẽq; ad insidiarum locum pertraherent. effuse sequuti fugientes per conuallem pleriq; & uulnerati: & interfecti sunt. prius q̃ occultũ hostem uiderent. Cetrati ita: quantum latitudo uallis patiebatur: instructi sederant: ut facile: per interualla hominum fugientes suos acciperent. ¶ Consurgunt deinde ipsi integri: recentes: instructi: et in hostis inordinatos: effusos: labore etiam: & uulneribus fessos: impetum faciunt. nec dubia uictoria fuit. extẽplo terga dedit Tyranni miles. & haud paulo concitatiore cursu: q̃ sequutus erat: fugiens: in castra est compulsus. multi cesi: captiq; in fuga sunt. & ĩ castris quoq; foret trepidatũ: ni Philopomenes receptui cani iussisset: loca magis confragosa: quacũq; temere precessisset: nequaq̃ hostem metuens. ¶ Inde ex fortuna pugne: & ingenio ducis coniectans: in quo tum iis pauore esset: unum de auxiliaribus specie transfuge misit ad eum: Qui pro comperto afferret: Acheos statuisse postero die ad Eurotã amnẽ: quippe sub ipsis affluit moenibus: p̃cedere: ut intercluderent.

ne aut Tyrannus: cum uellet: receptum ad urbem haberet. aut commeatus ab urbe in castra portarentur. simul etiam temptaturus: si quorum animi sollicitari ad defec/tionem a Tyranno possent. ¶ Non tam fidem dictis perfuga fecit: q̄ perculso metu relinquēdi castra: causam probabilem prebuit. ¶ Postero die Pythagoram cū auxi/liaribus: & equitatu stationem agere pro uallo iussit. ipse tanq̄ in aciem cum robore exercitus egressus: signa ocius ferri ad urbem iussit. ¶ Philopomenes postq̄m citatum agmen per angustam & procliuem uiam duci raptim uidit: equitatum omnem et Cretensium auxiliares: in stationē hostiū que pro castris erat: emittit. illi ubi hostes adesse: & a suis se desertos esse uiderunt: p̄mo in castra se recipere conati sunt. deinde postq̄ instructa acies tota Acheo⁊ admouebatᷣ: metu: ne cum ipsis castris caperentᷣ: sequi suorum agmen aliquantū pregressum insistunt. ¶ Ex templo Cetrati Acheo⁊ in castra impetum faciunt. ceteri ad persequendos hostis ire pergunt. erat iter tale: p quod uia tranquillū ab hostili metu agmē expedire posset. ut uero ad postremos prælium ortum est: clamorq; terribilis a tergo pauentiū ad prima signa est sublatus: pro se quisq; armis abiectis in circumiectas itineri siluas diffugiūt. momentoq; tēporis strage armorum septa uia est. maxime hastis: que plereq; aduerse cadētes: uelut uallo obiecto iter impediebant. ¶ Philopomenes utcunq; instare: & persequi auxiliaribus iussis: utiq; enim equitibus haud facile futuram fugam: ipse grauius agmen uia pa/tentiore ad Eurotam amnem deduxit. ibi castris sub occasum solis positis: leuem ar/maturam: quā ad persequendū reliquerat hostē: opperiebatur. qui ubi prima uigilia uenerunt: nuntiantes Tyrannū cū paucis ad urbem penetrasse: ceteram multitudinē inermē: toto sparsam uagari saltu: & corpora curare eos iubet. ipse tū ex cetera copia militum: qui quia priores in castra uenerant: refecti & cibo sumpto: & modica quiete erant. delectos: nihil preter gladios secū ferentes: ex templo educit. & duarū porta⁊ itineribus que Phæcas: queq; Barbosthenes ferunt: eos instruxit. qua & fuga recep/turos sese hostis credebat. ¶ Nec eum opinio fefellit. nam Lacedemonii: quoad lucis superfuit aliquid a deuiis callibus medio saltu recipiebant se. p̄mo uespere: ut lumina in castris hostiū conspexere: e regione eorum: occultis semitis se tenuerunt. ubi pro/gressi ea sunt: iam tutum rati in patentis uias descenderant. ibi excepti ab insidente hoste passim: ita multi cesi captiq; sunt: ut uix quarta pars de toto exercitu euaserit. Philopomenes incluso Tyranno in urbem: insequentis dies prope. xxx. uastandis agris Laconum absumpsit. Debilitatisq; ac prope fractis Tyranni uiribus: domum redit: equantibus eum gloria rerum: Acheis Imperatori Romano. & quod ad La/conum bellum attineret: preferentibus etiam. ¶ Dum inter Acheos & Tyrannum bellum erat: Legati Romanorum circūire solliciti sotiorum urbes: ne Etoli partis alicuius animos ad Antiochum auertissent. minimum opere in Acheis adeundis con/sumpserant. quos quia Nabidi infesti erant: cetera quoq; satis fidos censebant esse. Athenas primum: inde Chalcidem: inde in Thessaliam iere. alloquutiq; concilio fre/quenti Thessalos: Demetriadem iter direxere. Eo Magnetum Consilium indictū est. ¶ Acuratior ibi habenda oratio fuit: q̄ pars principū alienati a Romanis: totiq; Antiochi: & Etolorum erant. quia cum reddi filium obsidem Philippo allatum eēt: stipendiumq; impositum remitti: inter cetera uana allatum erat Demetriadem quoq; redditu ros Romanos esse. id ne fieret: Eurilochus Princeps Magnetū: factionisq; eius: quidam: nouari Etolorum Antiochiq; aduentum malebant. aduersus eos: ita differendum erat: ne timorem uanum iis demendo: spes incisa Philippū abalienaret. in quo plus ad omnia momenti: q̄ in Magnetibus esset. ¶ Illa tantum cōmemorata

p̄mo uespere

Achei duce philopomene Nabin intra Lacedemonam compellunt fugere amissa maiore parte exercitus.

kk.x

cum totam Greciam beneficio libertatis obnoxiam Romanis esse: tum eam ciuitatē precipue. Ibi enim non presidia modo Macedonum fuisse: sed Regiam exedificatā: ut presens semper in oculis habendus esset dominus. ceterū nequicq̄ ea facta: si Etoli Antiochum in Philippi regiam abducerent. & nouus & incognitus pro noto: & experto habendus Rex esset. ¶ Magnetarchen summum Magistratum uocant. Istū Eurilochus erat. ¶ Ac potestate ea fretus: negauit dissimulandū sibi & Magnetibus esse: Que fama uulgata de reddenda Demetriade Philippo foret. id ne fieret: oīa & conāda: & audenda Magnetibus eē. ¶ Et interdicēdi cōtentionē incōsultius euectus: proiecit tum quoq; spetie liberam Demetriadem esse: reuera omnia ad nutum Romanoꝝ fieri. Sub hac uoce fremitus uariantis multitudinis fuit. partim assentientiū: partim indignantium dicere id ausum eum. ¶ Quintius quidem adeo exarsit ira: ut manus ad celum tendens: deos testes ingrati: ac perfidi animi Magnetum inuocaret. Hac uoce perterritis omnibus. ¶ Zeno ex Principibus unus Magnetum: cum obeleganter actam uitam autoritate: tum qđ semper Romanorum haud dubie partis fuerat: ab Quintio Legatisq; aliis flens petiit: ne unius amentiā ciuitati assignarent. suo quēq; periculo furere. Magnetas nō libertatē modo: sed omnia que hominibus sancta: caraq; sunt. T. Quintio: & Populo Romano debere. nihil quenq̄m ab immortalibus diis precari posse: qđ non Magnetes ab illis haberent. & in corpora sua citius per furorem seuituros: q̄ ut Romanam amiciciā uiolarent. ¶ Huius orationē subsequute multitudinis preces sunt. Eurilochus ex concilio itineribus occultis ad portam: atq; protinus in Etoliā profugit. iam enim: & id magis in dies: Etoli defectionem nudabant. eoq; ipso forte tempore Thoas Princeps gentis: quem miserant ad Antiochum redierat. indeq; Menippū secum adduxerat Regis Legatū. qui prius q̄ Concilium iis daretur: impleuerant omnium aures terrestris naualisq; copias commemorando ingētem uim peditum: equitumq; uenire. ex India elephātos. ad oīa: quo maxime moueri credebant multitudinis animos: tantum aduehi auri ut ipsos emere Romanos posset. ¶ Apparebat quid ea oratio in Concilio motura esset. nam & uenisse eos: & que agerent: omnia Romanis Legatis deferebantur. & quanq̄ ꝓpe abscisa res erat: tamen non ab re esse Quintio uisum est: Sotiorum aliquos legatos interesse ei Concilio: qui admonerēt Romane sotietatis Etolos. qui uocem liberam mittere aduersus Regis Legatum audirent. ¶ Athenienses maxime in eā rem idonei uisi sunt: propter & ciuitatis dignitatem: & amiciciā cum Etolis. ab iis Quintius petiit: ut legatos ad Panetolicum Concilium mitterent. Thoas in eo concilio primum renuntiauit Legationem. ¶ Menippus post eum intromissus: optimum fuisse omnibus qui Greciam: Asiamq; incolerent ait: integris rebus Philippi potuisse interuenire Antiochum. sua quenq; habiturū fuisse. neq; omnia sub nutū ditionemq; Romanam peruentura. nūc quoq; inquit si modo uos: que inchoatis consilia: cōstanter ꝑducitis ad exitum: poterit: diis iuuantibus: & Etolis sotiis: Antiochus quanuis inclinatas Grecie res restituere in pristinam dignitatem. ea autem in libertate posita est: que suis stat uiribus: non ex alieno arbitrio pendet. Athenienses q́bus primis post regiā legationem dicendi que uellent potestas facta est: mētione omni Regis ꝑtermissa Romane sotietatis Etolos: meritorumq; in uniuersam Greciam. T. Quintii admonuerunt. ne temere eam: celeritate nimia consiliorum euerterent. consilia callida: et audacia: prima specie leta: tractu dura: euentu tristia esse. ¶ Legatos Romanos: et in iis. T. Quintium haud procul inde abesse. dum integra omnia essent. uerbis potius de iis: que ambigerentur: disceptarent: q̄ Asiam Europamq; ad funestum armarent

Concilium apud Magnetes indictum …

Thoas princeps Etolorum ab Antiocho redit … concilium indictum …

Menippi oratio legati Antiochi regis ad Etolos.

Atheniensium legatorum verba

bellum. ¶ Multitudo auida nouādi res: Antiochi tota erat. & ne admittendos quidē in Concilium Romanos censebant. ¶ Principum: maxime seniores: autoritate obtinuere: ut daretur iis cōcilium. ¶ Cum hoc decretum Athenienses retulissent: eundū in Etoliam Quintio uisum est. aut enim motura aliquid: aut omnis homines testes fore: penes Etolos belli culpā esse. Romanos iusta ac prope necessaria sumpturos arma. ¶ Postq̄ uentum est eo. ¶ Quintius in eo concilio orsus a principio Societatis Etolorum cum Romanis: & quotiens ab iis fides mota federis esset: pauca de iure ciuitatum: de quibus ambigeretur: disseruit. siquid tamē equi se habere arbitrarent: quanto esse satius Romam mittere Legatos: seu disceptare: seu rogare Senatum mallent: q̄ Populum Romanum cum Antiocho immixtis Etolis: non sine motu magno generis humani: & pernicie Grecie: dimicare? nec ullos prius cladē eius belli sensuros: q̄ qui mouissent. hoc nequicq̄ uelut uaticinatus Romanus. Thoas deinde: ceteriq; factionis eiusdem: cum assensu omniū auditi: peruicerūt: ut ne dilato quidē Concilio: & absentibus Romanis decretum fieret: quo accerseretur Antiochus ad liberandam Greciam. disceptandumq; inter Etolos: & Romanos. ¶ Huic tam supbo decreto addidit: propriam contumeliam Democritus pretor eorum. ¶ Nam cum id ipsum posceret decretum. T. Quintius: non ueritus Maiestatem uiri: primo aliud in presentia: qđ magis instaret: preuertendū sibi esse dixit. decretum: responsumq; breui in Italia castris super ripam tyberis positis: daturum. ¶ Tantus furor illo tempore gentem Etolorū: tantusq; Magistratus eorū cepit. ¶ Quintius Legatiq; Corinthū rediere. ¶ Inde ut queq; de Antiocho: nihil per se ipsi moti: & sedentes: expectare aduentum uiderentur Regis: Concilium quidem uniuerse gētis: post dimissos Romanos: non habuerunt per Apocletos autem: ita uocant sanctius Concilium: ex delectis constat uiris: id agitabant: quomodo res in Grecia nouarentur. inter omnis cōstabat: in ciuitatibus Principes: optimū quenq; Romane Societatis esse. & p̄senti statu gaudere. multitudinem: & quorum res: non ex sententia ipsorum esset: omnia nouare bella. ¶ Etoli consilium uno die: spei quoq; non audacis modo: sed etiam impudētis ceperunt: Demetriadem: Chalcidem: Lacedemonem occupandi. Singuli in singulas missi sunt Principes. ¶ Thoas Chalcidem. ¶ Alaxamenus Lacedemonem. Diocles Demetriadem. ¶ Hunc exsul Eurilochus: de cuius fuga: causaq; fuge: ante dictum est: Quia reditus in patriam nulla spes alia erat: adiuuit. litteris Eurolichi admoniti propinqui amiciq; & qui eiusdem factionis erant: liberos: & coniugem: cum sordida ueste: tenentes uelamenta supplicū: contionem frequenter adierūt: singulos uniuersosq; obtestantes: ne insontē indemnatum consenescere in exsilio sinerent. Et simplices hoīes misericordia: & improbos immiscendi res tumultu Etolico spes mouit. pro se quisq; reuocare iubebant. ¶ His preparatis Diocles cum omni equitatu: Et erat tunc Prefectus equitum: spetie reducentis exsulem hospitem profectus die ac nocte ingens iter emēsus: cum milia sex ab urbe abesset: luce prima tribus electis turmis cetera multitudine equitum subsequi iussa processit. ¶ Postq̄ porte appropinquabat: desilire oēs equis iussit. & loris ducere equos itineris maxīe modo: solutis ordinibus ut comitatus magis Prefecti uideretur: q̄ presidium. ¶ Ibi una ex utrinis ad portam relicta: ne excludi subsequēs comitatus posset. media urbe: ac per forum manu Eurilochum tenens: multis occurrentibus: gratulātibusq; domum deduxit. mox equitū plena urbs erat. & loca opportuna occupabantur. ¶ Tum in domos missi: qui Principes aduerse factionis interficerent. ita Demetrias Etolorū facta ē. ¶ Lacedemoni non urbi uis adferenda: sed Tyrannus dolo capiēdus erat: quem spoliatū maritimis

Egre obtentum ut Quintius in concilium etolorum admitteretur.

Quintij verba

Superbum responsum etolorum Quintio

Etoli sub specie reductionis euriloci Demetriadē urbem occupant.

oppidis a Romanis: tunc intra moenia etiam Lacedemonis ab Acheis compulsum: qui occupasset occidere: eum: potius gratiam rei apud Lacedemones laturum. causã mittendi ad eum habuerunt. q fatigabat precibus: ut auxilia sibi: cum illis autoribus rebellasset: mitterent. cc. pedites Alaxameno dati sunt: & . xxx. delecti ex iuuẽtute equites. iis a Pretore Democrito in Concilio Arcano gentis: de quo ante dictum est: denuntiatum: ne se ad bellum Achaicum: aut rem ullam: quam sua quisq; opinione percipere posset: crederent missos esse. quicquid Alaxamenum res monuisset subiti consilii capere: ad id quamuis inopinatum: temerariũ: audax: obedienter exequendũ parati essent. ac pro eo acciperent: tanq̃ ad id unũ agendũ missos a domo se scirent: Cum his ita preparatis Alaxamenus ad Tyrannum uenit. Quem adueniens ex templo spei impleuit. Antiochũ in Europam transisse. mox in Greciam fore. terras: maria: armis: uirisq; completurum. non cum Philippo rem eẽ crediturus Romanos. numerum iniri peditum: equitumq;: ac nauium: nõ posse. elephantorum aciem cõ/spectu ipso debellaturã. Etolos suo exercitu ꝓparatos eẽ uenire Lacedemonem: cũ res poscat. Sed frequentis armatos ostẽdere aduenientĩ Regi uoluisse. Nabidi quoq; & ipsi faciendum esse: ut quas haberet copias: non sineret sub tectis marcescere ocio. sed educeret. & in armis decurrere cogeret. simul animos acueret. & corpa exerceret. consuetudine leuiorem laborem fore. & comitate & benignitate ducis: etiam non in iucundum fieri posse. Educi inde frequenter ante urbem in campum ad Eurotam amnem cæpere satellites Tyranni. Media fere in acie consistebat Tyrannus: cum tribus summũ equitibus inter quos plerũq; Alaxamenus erat: ante signa uectabat: cornua extrema inuisens: In dextro cornu Etoli erant. & q ãte auxiliares Tyrãni fuerant: & qui uenerant milites cum Alaxameno fecerant sibi amorem. Alaxamenus nunc cum Tyranno inter paucos ordines circumeundi monendiq; eum que in rem esse uidebantur: nũc in dextrũ cornu ad suos adequitandi: mox inde: uelut impato quod res poposcisset: recipiendi se ad Tyrannum. sed quem diem patrandi facinoris statuerat: eo paulisper cum Tyranno uectatus cum ad suos cõcessisset: cũ equitibus a domo secũ missis. Agenda inquit res est iuuenes: audẽdaq; quam me duce impigre exequi iussi estis. parate animos. dextras ue: ne quis eo quod me uiderit facientem: cesset. qui contatus fuerit: & suum consilium in eo interponet: sciat sibi reditum ad penates nõ esse. Horror contos cepit. & meminerant cũ quibus mandatis exissent. Tyrannus ab leuo cornu ueniebat. ponere hastas equites Alaxamenus iubet. et se intueri. colligit & ipse animũ confusum tante cogitatione rei. postq̃ appropinq̃bat impetum facit. & transfixo equo Tyrannum deturbat. iacentem equites cõfodiunt. multis frustra in loricam ictibus: tandem in nudum corpus uulnera peruenerunt. & prius q̃m media acie succurreretur: expirauit. Alaxamenus cum omnibus Etolis citato gradu ad Regiam occupandam pergit. Corporis custodes: cum res in oculis gereretur pauor primo cepit. Deinde postq̃ abire Etolorum agmen uidere: con/currunt ad relictũ Tyranni corpus. perpaucorũ turba ex custodibus uite mortisq; ultoribus facta est. Nec mouisset se quisq̃: si ex templo positis armis uocata in cõ/tionẽ multitudo fuisset. & oratio habita tempori cõueniens. frequentes inde retenti sine armis Etoli: sine iniuria cuiusq̃. sed ut oportet in cõsilio fraude cepta: omnia in maturandã perniciem eoꝝ: qui fecerant: sunt facta. Dux regia inclusus diẽ ac noctẽ in scrutandis thesauris Tyranni cõsumpsit. Etoli uelut capta urbe: quam liberasse uideri uolebant: in predã uersi. Simul indignitas rei: ac simul contemptus: animos Lacedemonius ad coeundũ fecit. Alii dicere exturbandos Etolos. & libertatem cum

Nabys p ꝓditione ab etolis occidit[ur]

Caput etoli lacedemonem et populant[ur]

restitui uiderẽt: interceptam: repetendã. ¶ Alii: ut caput agẽde rei esset: Regii generis aliquẽ in speciem assumendũ. ¶ Laconicus eius stirpis erat: puer admodũ educatus cũ liberis Tyranni. eũ in equũ imponũt. & armis arreptis Etolos uagos ꝑ urbem cedunt. tũ regiã inuadũt: Ibi Alaxamenũ cũ paucis resistentẽ obtrũcant. Etoli circa Chalci/oten: minerue ẽ templũ ereũ: congregati cedunt. pauci armis abiectis: pars Tegeã ꝑs Megalopolin ꝑfugiũt. ubi cõprehensi a magistratibus: sub corona uenierũt. ¶ Philo/pomenes audita clade Tyranni profectus Lacedemonẽ cum omnia turbata metu inuenisset: euocatis Principibus & oratiõe habita: qualis habenda Alaxameno fuerat: sotietati Acheorum lacedemõios adiũxit. eo etiã facilius qđ ad id forte tẽpus. A. Attilius: cũ. IIII. & XX: quinqueremibus ad Gyttheũ accessit. ¶ Iisdẽ diebus: circa Chalcidẽ Thoas: per Euthymidã Principem pulsũ opibus eorũ: qui Romane sotietatis erant post. T. Quintii: Legatorũq; aduentũ: & Herodorum mercatorem: sed potentẽ Chalcide ꝑpter diuitias: ꝓparatis ad ꝑditionem iis qui Euthymide factionis erant: nequaq̃ eandẽ for/tunã: qua Demetrias ꝑ Eurilochũ occupata erat: habuit. ¶ Euthymidas ab Athenis (eũ domicilio delegerat locũ) Thebas primũ: hinc Salganea processit. Herodorus ad Thoroniũ: inde haud ꝑcul in Maliaco sinu uiginti milia peditum & Thoas ducẽtos eqtes: naues onerarias leues ad. XXX. habebat. eas cũ quingentis peditibus Herodorus traiicere in insulã Adlantẽ iussus: ut inde: cũ pedestris copias appropinq̃re iam Aulidi: atq; Euripo sensisset: Chalcidẽ traiiceret. ipsi ceteras copias nocturnis maxĩe itineribus: quanta poterant celeritate: Chalcidem ducebant. ¶ Myctilo & Enoclides penes quos tum summa rerũ pulso Euthymida Chalcide erat: seu ipsi per se suspicati: seu indicata re: primo pauidi: nihil usq̃ spei: nisi ĩ fuga ponebãt. deinde postq̃ resedit terror: & ꝑdi & deseri: nõ patriã modo: sed etiã Romanorum sotietatem cernebant. cõsilio tali: animũ adiecerunt. ¶ Sacrum anniuersariũ eo forte tꝑe Eretbrie Amarynthidis Diane erat. quod non popularium modo: sed Caristiorum etiam cetu celebratẽ. ¶ Eo miserũt: qui orarent Eretbrienses Caristiosq;: ut & suarũ fortunarũ in eadẽ insula geniti misere/rentur. & Romanã sotietatẽ respicerent ne sinerent Etolorũ Chalcidẽ fieri: Euboeã habituros si Chalcidẽ habuissent. ¶ Graues fuisse Macedonas dominos. multo minus tolerabiles futuros Etolos. Romanorum maxime respectus ciuitates mouit. & uirtutẽ nuꝑ: in bello: in uictoria: iusticiã: benignitatẽq;: exꝑtos. itaq; qđ roboris in iuuẽtute erat: utraq; ciuitas armauit. misitq;. his tuenda menia Chalcidis oppidã cũ tradidissent: ipsi oĩbus transgressi Euripũ ad Salganea posuerũt castra. Inde Caduceator primũ: deiñ Legati ad Etolos missi: ꝑcontatũ: quo suo dicto: factoue sotii ad se oppugnãdos uenirẽt? Respõdit Thoas: Dux Etolorum: nõ ad oppugnãdos: sed ad liberãdos ab Ro/manis uenire sese. splẽdidiore nũc eos cathena: sed multo grauiore uinctos esse: q̃ cum presidiũ Macedonũ in arce habuissent. ¶ Se uero negare chalcidienses aut seruire ulli: aut ꝓsidio cuius q̃ egere. Ita digressi ex colloquio Legati: ad suos Thoas & Etoli: ut q spem omnẽ in eo: ut imꝓuiso opprimerẽt: habuissent ad iustũ bellũ oppugnationẽq; urbis mare: ac terra munite: haudquaq̃ pares: domũ rediere. Euthymidas postq̃ castra populariũ: ad Salganea esse: ꝓfectosq; Etolos audiuit: & ipse Athebis Athenas rediit. Et Herodorus cum ꝑ aliquot dies intentus ab Atlante signum nequicq̃ exspectasset: missa speculatoria naue: ut qd more esset: sciret: postq̃ rẽ omissã a sotiis uidit: Thoro/nium: unde uenerat: repetit. ¶ Quintius quoq; his auditis: a Corintho ueniens nauibus In chalcide Euripo Eumeni Regi occurrit. ¶ Placuit quingẽtos milites presidii causa relinqui Chalcide ab Eumene Rege. ¶ Ipsũ Athenas ire. Quintius quo ꝓfectus erat: Demetriadẽ cõtendit: ratus Chalcidem liberatã: momenti aliquid apud Magnetas: ad

Lacedemonij etolos omnes intra urbem interfecerunt & se acheis iungunt federe.

Anniuersarium

CONS · L. Quintius / CN. Domitius

TERREMOTUS XXXVIII dierum

repetendã societatẽ romanã: facturũ. & ꝑsidii aliquid eẽ sue partis hoĩbus. ¶ Eunomo pretori Thessalorũ scripsit: ut armaret iuuentutẽ: & Iuliũ ad Demetriadem ꝑmisit: ad temptãdos animos. nõ aliter: nisi pars aliqua inclinaret ad respectũ pristine societatis: rẽ aggressurus. Iulius quinqremi naue: ad hostiũ portus ẽ inuectus. eo multitudo Magnetũ omnis cũ se effudisset: quesiuit Iulius utrũ ad amicos: an ad hostes uenire mallẽt. Respondit Magnetarches Eurilochus ad amicos uenisse eum. sed abstineret portu. & sineret Magnetas in cõcordia: & libertate eẽ. nec ꝑ colloquii speciẽ multitudinẽ sollicitaret. Altercatio inde nõ sermo fuit: cũ Romanus ut ingratos increparet Magnetas. ĩminẽtisq; ꝑdicaret cedes. multitudo obstreperet: nũc Senatũ: nũc Quintiũ accusando. ita irrito incepto Iulius ad Quintiũ sese recepit. At Quintius nũtio ad Pretorẽ misso: ut reduceret domũ copias: ipse nauibus Corinthum redit. ¶ Abstulerunt me: uelut de spatio Grece res ĩmixte Romanis. nõ qa ipsas ope preciũ esset ꝑscribere: sed qa cause fuerũt: cũ Antiocho belli. ¶ Cõsulibus designatis: inde nãq; diuerterã. L. Quĩtius: & . Cn Domitius Cõsules: in Prouintias ꝑfecti sũt. ¶ Quintius in Ligures. Domitius aduersus Boios. Boii q fuerũt: atq; etiã Senatus eoꝝ cũ liberis: & Prefecti cũ eqtatu: sũma omniũ mille: & quingẽti cõsuli dediderũt sese. ¶ Ab altero cõsule ager Ligurũ: late ẽ uastatus. castellaq; aliquot capta: unde nõ ꝑda modo om̃is generis: cũ captiuis parta: sed recepti quoq; aliquot ciues: sotiiq;: qui in hostiũ potestate fuerant. ¶ Eodẽ hoc ãno Vibonẽ colonia deducta ẽ ex. S. C. Plebisq; Scito mille septingẽti pedites ierũt. trecenti eqtes. triumuiri deduxerũt eos. Q. Neuius: M. Minutius: M. Furius Crassus. ¶ Quina dena iugera agri data ĩ singulos pedites sũt. duplex eqti. Brutioꝝ ꝓxime fuerat ager. Brutii ceperãt de Grecis. ¶ Rome ꝑ idẽ tẽpus duo maximi fuerũt terrores. diutius alter. sed segnior. terra dies duodeq̃dragınta mouit. ꝑ totidẽ dies ferie ĩ metu ac solitudine fuere. in triduũ eius rei causa supplicatio habita ẽ. ille nõ pauor uartus: sed uera multoꝝ clades fuit: incẽdio a foro Boario orto diẽ noctẽq; edificia ĩ tyberi uersa arsere. taberneq; omnes: cũ magni ꝑcii mercibus cõflagrauerũt. ¶ Iam fere in exitu ãnus erat: & in dies magis fama de Antiochi bello: & cura Patribus crescebat. itaq; de ꝓuintiis Magistratuũ designatoꝝ: quo intẽtiores eẽnt om̃es: agitari ceptũ ẽ. decreuere: ut Cõsulibus Italia: & quo Senatus censuisset: iã esse bellũ aduersus Antiochũ regẽ omnes sciebãt: Prouintie eẽnt. cuius ea sors esset. iiii. milia peditũ ciuiũ Romanorũ: & . ccc. eqtes: sex milia sotiũ Latini noĩs cũ. cccc. eqtibus sũt decreta. Eoꝝ delectũ habere. L. Quintius cõsul iussus. moraretẽ quo minus cõsul nouus:: quo Senatus cẽsuisset: extẽplo ꝓficisci posset. Item de Prouintiis Pretoꝝ decretũ ẽ. Prima ut sors due Peregrina: Vrbanaq; & inter ciuis: ac ꝑegrinos: iurisdictio esset. Secũda Brutii. Tercia classis ut nauigaret: quo Senatus cẽsuisset. ¶ Quarta Sicilia. Quĩta Sardinia. Sexta Hispãia ulterior. ¶ Imperatũ ꝑterea . L. Quintio Cõsuli ẽ. ut duas legiones ciuiũ Romanoꝝ nouas scriberet. & Sotiũ ac Latini noĩs. xx. milia peditũ: & octingẽtos eqtes. Eũ exercitũ Pretori: cui Brutii prouintia euenisset: decreuerũt. Edes Ioui eo ãno in Capitolio dedicate sũt. Vouerat. L. Furius Purpurio Pretor Gallico bello unam: alterã Cõsul. ¶ Dedicauit. Q Martius Ralla duũuir. Iudicia ĩ feneratores eo ãno multo seuere sũt facta accusãtibus ꝑuatos Edilibus Curulibus. M. Tutio & . P. Iunio Bruto. de multa dãnatorũ: q̃drige inaurate in Capitolio posite & ĩ cella Iouis supra fastigiũ edicule: & . xii. clipea inaurata: & iidẽ porticũ extra portã Trigeminã inter lignarios fecerunt. ¶ Intentis in apparatũ noui belli Romanis: ne ab Antiocho quidẽ cessabat. tres eũ ciuitates tenebant Smyrna: & Alexãdria Troas: & Lãpsacus. q̃s neq; ui expugnare ad eã diẽ poterat: neq; cõditiõibus in amiciciã ꝑlicere. neq; a tergo relinquere traiciẽs ipse ĩ Europã uolebat. Tenuit eũ

& de Annibale deliberatio. & ꝑmo naues apte: q̃s cũ eo missurus ĩ Africã fuerat: morate sunt. Deinde an omnino mittẽdus eẽt: cõsultatio mota ẽ. maxĩe a Thoante Etolo: q omnibus in Grecia tumultu cõpletis: Demetriadẽ deferebat in potestatẽ eẽ. & quibus mẽdaciis de Rege multiplicãdo uerbis copias eius erexerat multoꝝ in Grecia animos: iisdẽ & regis spẽ inflabat: omniũ uotis eũ accersiri. cõcursũ ad littora futurũ unde classẽ Regiã ꝓspexissent. Hic idẽ ausus de Annibale ẽ mouere sententiã: ꝓpe iã certã regis: nã neq; dimittẽdã partẽ nauiũ a classe regia cẽsebat. neq; si mittẽde naues forẽt: minus quenq̃ ei classi: q̃ Annibalẽ ꝑficiendũ. exsulẽ illũ: & penũ esse. cui in dies noua cõsilia: uel fortuna sua: uel ingeniũ posset facere. & ipsã eã gloriã belli: q̃ uelut dote Annibal conciliet: nimiã in Prefecto regio eẽ. Regẽ unũ ducẽ: unũ Imperatorẽ uideri debere: si classem: si exercitũ amittat Annibal idẽ damni fore: ac si ꝑ aliũ ducẽ amittant. siquid ꝓspere eueniat Annibalis eã: nõ Antiochi gloriã fore. Si uero uniuerso bello uincẽdi Romanos fortuna detur: quã spem eẽ sub Rege uicturũ Annibalẽ uni subiectũ: qui patriã ꝓpe nõ tulerit? nõ ita se a iuuẽta eũ gessisse. spe animoq; cõplexũ orbis terraꝝ Imperium: ut in senectute dominũ laturus uideat. nihil opus eẽ Regi Annibale duce: comite: & cõsiliario eodẽ ad bellũ uti posse. modicũ fructũ ex ingenio tali neq; grauẽ: neq; inutilẽ: fore. si sũma petant: & dãtem: & accipientẽ: ꝑgrauatura. Nulla ingenia tam prona ad inuidiã sũt: q̃ eoꝝ: qui genus ac fortunã suã animis nõ equãt: q̃a uirtutẽ & alienũ bonũ oderũt. Extẽplo consiliũ mittẽdi Annibalis: qđ unũ in principio belli utiliter cogitatũ erat: abiectũ ẽ. Demetriadis maxĩe defectiõe ab Romãis ad Etolos elatus: nõ ultra differre ꝓfectionẽ in Greciã cõstituit. prius q̃ solueret naues: Ilium a mari ascendit: ut Minerue sacrificaret. Inde ad classẽ regressus: ꝓficiscit̃. xl. tectis nauibus aptis. Lx. & ducẽte onerarie cũ omis generis cõmeatu: belli quoq; alio apparatu sequebant̃. Imbrũ primo insulã tenuit. Inde Scyatũ traiecit. ubi collectis ĩ alto que dissipate erãt nauibus: ad Pteleũ ꝑmũ cõtinentis uenit. ibi Eurilochus & Magnetarches Principesq; Magnetũ ab Demetriade occurerrũt. Quoꝝ frequentia letus die postero in portũ urbis nauibus ẽ inuectus. Copias haud ꝓcul inde xposuit. x. milia peditum fuere. & quingenti eq̃tes. sex elephanti. uix ad Greciã nudã occupandã satis copiarũ: ne dum ad sustinendũ Romanũ bellum. Etoli postq̃ Demetriadẽ uenisse Antiochũ allatũ est: cõcilio indicto decretũ quo accerserẽt eũ fecerũt. Iam ꝓfectus ab Demetriade rex: q̃a ita decreturos sciebat: Phalera in sinũ Maliacũ ꝓcesserat. Inde decreto accepto: Hyameã uenit. exceptus ingẽti fauore multitudinis: cum plausibus: clamoribusq;: & q̃bus aliis leticia effusa uulgo significat̃: in Conciliũ: ut uentũ est a Phanea Pretore Principibusq; introductus. inde silẽtio facto dicere orsus Rex. Prima eius oratio fuit: ꝑmo excusantis qđ tãto minoribus spe: q̃ opinione omniũ: copiis uenisset: id sue impense erga eos uolũtatis: maximũ debere indiciũ esse: qđ nec paratus satis ulla re: & tp̃e ad nauigandũ immaturo: uocantibus legatis eorũ: haud grauate obsequutus esset. credidissetq;: cũ se uidissent Etoli: omnia uel in se uno posita ꝑsidia existimaturos esse. Ceterũ eoꝝ quoq; se: quoꝝ expectatio destituta in ꝑsentia uidebat̃: spem abunde expleturũ. nã simul primũ anni tẽpus nauigabile ꝑbuisset mare: omnẽ se greciã armis: uiris: equisq;: omnẽ orã maritimã classibus cõpleturũ. nec impẽse: nec labori: nec ꝑiculo parsurũ: donec depulso ceruicibus eoꝝ Imperio Romano liberã uere Greciã: atq; in ea Principes Etolos fecisset. cũ exercitibus cõmeatus quoq; omnis generis: ex Asia uenturos. in ꝑsentia cure eẽ Etolis debere: ut copia frumẽti suis: & annona tolerabilis rerũ aliarũ suppeditet̃. In hãc sententiã Rex cũ magno omniũ assensu loquutus: decessit. Post discessũ regis inter duos Principes Etoloꝝ Phaneã: & Thoantem cõtentio fuit.

Ne Ann[ibal] classi p[re]fect[us] mitt[er]et[ur] i[n] Afric[am] [marginal note, partly illegible]

Antiochus cu[m] magna classe traijcit i[n] greciam.

Antiochi uerba ad etolos i[n] c[on]silio

Phaneas recóciliatore pacis: & disceptatore: de iis: que in cótrouersia cú Po. Ro. eént: utendú potius Antiocho cẽsebat: q̃ Duce belli. aduentú eius & maiestatẽ ad uerecúdiá inferendá Romanis uim maiorẽ habiturá. q̃ arma. multa hoíes ne bellarent uolútate remittere: que bello: & armis cogi nó possint ¶ Thoas negare paci studere Phaneá. sed discutere apparatú belli uelle: ut tedio & impetus relánguescat Regis: & Romani tẽpus ad cóparandú habeát. Nihil. n. equi ab romanis ĩpetrari posse totiẽs legatióibus missis Romá: totiens cú ipso Quintio disceptãdo satis expertú esse ¶ Nec nisi abscisa omĩ spe: auxiliú Antiochi ĩploraturos fuisse. quo celerius spe omniú oblato nó eẽ elanguescẽ/dú. sed orandú potius Regẽ: ut qm̃: quod maximú fuerit: ipse uindex Grecie uenerit: copias quoq; terrestres: naualisq; accersat ¶ Armatú regẽ aliq̃d impetraturú. inermẽ nó ꝑ Etolis mó: sed ne ꝑ se quidẽ ipso momẽti ullius futurú apud Romanos. Hec uicit: sentẽtia. Imperatorẽq; Regẽ appellandú cẽsuerút: & .xxx. Principes: cú q̃bus siq̃ uellet: cósultaret: delegerút ¶ Ita dimisso Cócilio multitudo omnis in suas ciuitates dilapsa ẽ. Rex postero die: cú Apocletis eoꝝ unde bellú ordiretẽ: consultabat. optimú uisum est Chalcidẽ: frustra nuꝑ ab Etolis temptatá: primú aggredi. & celeritate in eá rẽ magis: q̃ magno conatu: & apparatu: opus esse. ¶ Itaq; cú mille peditibus Rex: q Demetriade sequuti erant: ꝓfectus ꝑ Phocidẽ ẽ. & alio itinere Principes Etoli: iuniorú paucis euo/catis: ad Cheroniá occurrerút. x. tóstratis nauibus sequuti sunt. ¶ Rex ad Salganeá castris positis: ipse cú Prĩcipibus Etoloꝝ Euripú traiecit. & cú haud ꝓcul portu egressus esset: magistratus quoq; Chalcidensiú & Principes ante portá ꝓcesserút ¶ Pauci utrinq; ad colloquiú cógressi sunt ¶ Etoli magnopere suadere: ut salua Romanorú amicicia Regẽ quoq; assumerẽt sotiú: atq; amicú. neq; ení eú inferendi belli: sed liberãde Grecie causa: in Europá traiecisse. ¶ Liberande uero re: nó uerbis: & simulatione: q̃d fecissent Romani ¶ Nihil aút utilius Greciæ ciuitatibus eẽ: q̃ utranq; cóplecti amiciciá. ita ení ab utriusq; iniuria tutá alterius semꝑ p̄sidio & fiducia fore. ná si nó recepissent Regẽ: uiderent q̃d patiendú iis exẽplo foret: cú Romanoꝝ ꝓcul auxiliú: hostis Antiochus cui resistere uiribus suis nó possent: ante portas esset ¶ Ad hec Mictilo unus ex Princi/pibus: mirari se dixit: ad quos liberandos Antiochus relicto regno suo in Europam traiecisset. nullá ení ciuitatẽ se in Grecia nosse: que aut presidiú habeat: aut stipendiú Romanis pẽdat. que federe ĩiquo alligata: q̃s nolit. leges patiatẽ. itaq;. Chalcidẽses neq; uindice libertatis ullo egere: cú liberi sint: neq; presidio cú pacem eiusdẽ Populi. Ro. benefitio: & libertatẽ habeant ¶ Amiciciá regis nó aspernari. neq; ipsorú Etolorú. Id primú eos ꝑ amicis facturos: si insula excedát. atq; abeát. nam ipsis certú esse non mó non recipere menibus: sed ne sotietatẽ quidẽ pacisci ullá: nisi ex autoritate Romanoꝝ. Hec renuntiata Regi ad naues ubi restiterat: cú essent: in presentia (neq;. n. iis uenerat copiis: ut ui agere quicq̃ posset) reuerti Demetriadẽ placuit ¶ Ibi quoniá primú inane inceptú euasisset: cósultare cú Etolis Rex: quid deiñ fieret ¶ Placuit: Acheos: & Anmi/nandrú Regẽ Athamanú tẽptare Boetoloꝝ gentẽ: auersá ab Romanis: iam inde ab Rhachilli morte: & que sequute eá fuerant: cẽsebant ¶ Acheoꝝ Philopomenẽ Prin/cipem emulatione glorie in bello Laconú infestú: inuisumq; esse Quintio credebát. Aminãder uxorẽ Apamiá filiá Alexãdri cuiusdá Megalopolitãi habebat: q se oriúdú a magno Alexandro ferens: filiis duobus Philippú atq; Alexandrú: & filie Apamiam: nomina imposuit. quá regiis indultá nuptiis maior ex fratribus Philippus sequutus in Athamaniá fuerat. Hunc forte ingenio uanú Etoli & Antiochus impulerant in spẽ: q̃d is uere Regú stirpis esset regni Macedonie: si Aminandrú Athamanes Antiocho cóiunxisset. & ea uanitas ꝓmissorú: nó apud Philippú modo: sed etiá apud Aminãdrú

ualuit. In Achaia Legatis Antiochi Etolorūq; coram. T. Quintio Egei datum est Cōciliū. Antiochi Legatus prior: q̄ Etoli: est auditus. Is: ut pleriq; : quos opes Regie alunt: uaniloquus maria: terrasq; inani sonitu uerboꝝ cōpleuit. equitū innumerabilē uim traici Hellespōto in Europā: partim loricatos: quos Cataphractos uocāt. parti sagittis ex equo utētis: & a quo nihil satis tecti sit. auersos refugiēte equo certius figē/tes. his equestribus copiis quanq̄m: uel totius Europe exercitus in unum coacti: obrui possent: adiiciebat multiplicis copias peditū. & noībus quoq; gentiū uix fādo auditis: terrebat. Dahas Medos. Elimaeosq; & Cadusios: appellās. Naualiū uero copiarū: q̄s nulli portus capere in Grecia possent. dextrum cornu Sidonios & Tyrios: sinistrum Aradios: & ex Pāphylia Hydetas tenere: quas gentes nulle unq̄: nec arte: nec uirtute nauali: equassēt. iam pecuniā: iā alios belli apparatus: referre superuacaneū esse. scire ipsos abundasse semꝑ auro regna Asie. itaq; nō cū Philippo: nec Annibale rem futurā Romanis principe altero: Macedonie tantū regni finibus incluso. Sed cum magno Asie totius: partisq; Europe Rege. eum tamen quanq̄ ab ultimis orientis terminis ad liberandū Greciam ueniat: nihil postulare: ab Acheis in quo fides eoꝝ: aduersus Ro/manos priores Sotios: atq; amicos ledat. non enim ut secū aduersus eos arma capiant: sed neutri parti sese cōiungant petere. pacem utriq; parti: qd' medios deceat amicos: optent. bello se nō interponāt. Idem ferme & Etolorū Legatus Archidamus petit: ut que facillima & iustissima esset quietem prestarent. spectatoresq; belli fortunarum alienarū euētum: sine ullo discrimine rerum suarū opperirentur. Prouectus deinde est in temperantia lingue in maledicta: nunc cōmuniter Romanoꝝ: nunc ꝓpe ipsius Quintii. ingratos appellans: & exprobrans non uictoriā modo de Philippo: uirtute Etolorum partam: sed etiā salutem: ipsumq; & exercitū sua opera seruatos. quo enim illum unq̄ Imperatoris functum offitio esse? auspicantem: immolantemq; : & uota nuncupantem: sacrificuli uatis modo: in acie uidisse: cum ipse corpus suum: ꝑ eo telis hostium obiiceret. Ad ea Quintius. coram quibus magis: q̄ apud quos uerba faceret: dicere Archidamum rationem habuisse. Acheos enim probe scire Etolorum omnem ferociā in uerbis: nō in factis esse. & ī Conciliis magis: cōtionibusq; : q̄ in acie apparere. itaq; parui Acheorū existimationē: qbus notos esse se scirent: fecisse. Legatis Regis: & per eos absenti regi eum se iactasse. q̄ si quis antea ignorasset: que res Antiochum & Etolos coniunxisset ex legatorum sermone potuisset: apparere. mentiendo inuicem iactandoq; uires: quas non habent: inflasse uana spe: atq; inflatos esse. dū ii ab se Phi/lippum uictum sua uirtute protectos Romanos: & que modo audiebatis narrant: uos ceterasq; ciuitates: & gentes suam sectam esse sequuturos. Rex contra peditum equitumq; nubes iactat: & cōsternit maria classibus suis. Est autem res simillima cene Chalcidensis hospitis mei: hominis: & boni: & sciti conuiuatoris. apud quem solstitiali tempore communiter accepti: cum miraremur unde illi eo tempore anni tam uaria: & multa uenatio: homo non q̄ isti sunt gloriosus: renidens: cōdimentis ait uarietatem illam: & speciem ferine carnis ex mansueto sue factam. hoc dici apte in copias Regis: que pauloante iactate sunt posse. uaria enī genera armorū: & multa nomina gentiū: inauditarum: Dahas & Medos: & Chadusios & Elimeos uiros omnes esse haud paulo manciporum melius: propter seruilia ingenia: q̄ militū genus: & utinā subiicere oculis uestris Achei possem concursationem Regis magni ab Demetriade: nunc Lamiam in Concilium Etolorum: nunc Chalcidem. uideretis uix duarum male plenarum legi/unculanū instar in castra Regis. uideretis Regē nunc mendicantem ꝓpe frumentū ab Etolis: qd' militi admentiatur. nūc mutuas pecunias fenore in stipendiū querentē.

nunc ad portas Chalcidis stantem: & mox inde exclusum: nihil aliud q̃m Aulide atq; Euripo spectatis in Etoliã redeuntẽ. Male crediderũt & Antiochus Etolis: & Etoli Regie uanitati. Quo minus decipi debetis. Sed expte totiens spectateq; Romanorum fidei credere. Nam qđ optimũ esse dicant: nõ interponendi uos bello: nihil immo tã alienum rebus uestris ẽ quippe sine gratia: sine dignitate: premiũ uictoris eritis. Nec absurde aduersus utrosq; respõdisse uisus est. & facile erat orationem apud Fauentis equis auribus accipi. nulla. n. disceptatio fuit: quin omnes gentes fidos: & amicos: quos Populus Ro. censuisset: iudicarent. belluq; & Antiocho: & Etolis nuntiari iuberent. Auxilia etiã: que censuit Quintius: quingentorum militũ Chalcidẽ: quingentorum Pireũ: extemplo miserũt. Erat. n. haud pcul seditione Athenis res: trahẽtibus ad Antiochũ quibusdã: spe largitionũ: uenalem pcio multitudinẽ: donec ab iis: qui Romane partis erant: Quintius ẽ accitus. & accusante Leone quodã: Apollodorus autor defectiõis dãnatus: atq; in exsiliũ est eiectus. Et ab Acheis quidẽ cum tristi responso Legatio ad Regẽ redut. Boetiani nihil certi responderũt. Cum Antiochus in Boetiã uenis/set: tũ quid sibi faciundũ esset: deliberaturos esse. Antiochus cũ ad Chalcidis presidiũ: & Acheos: & Eumenem misisse audisset: maturandum ratus: ut & preuenirent sui: & uenientis si possent: exciperent: Menippum cum ferme tribus milibus: & cum omni classe Polyxenidam mittit. ipse paucos post dies sex milia suorum militum: & ex ea copia: que Lamie repente colligi potuit: non ita multos Etolos ducit. Achei quingenti ab Eumene rege modicũ auxiliũ missum: duce Xenoclide Chalcidensi nondum obses/sis itineribus: tuto transgressi Euripum: Chalcidem peruenerunt. Romani milites quingenti ferme & ipsi: cum iam Menippus castra ante Salganea: ad Herinium: qua transitus ex Boetia in Euboeam insulam esset: haberet: uenerunt. Mictilo erat cum iis legatus a Chalcide ad Quintium ad ipsum presidium petendum: missus. qui postq̃ obsessas ab hostibus fauces uidit: omisso ad Aulidem itinere Delium conuertit. ut inde in Euboeam transmissurus. Templum est Apollinis Delium imminens mari: quinq; milia passuum ab Tanacra abest. minus quattuor inde milium proximus in Euboeã est maris traiectus. ubi & in fano: lucoq; & ea regione: & eo iure sancta quoq; sunt tẽ/pla: Asyla greci appellãt: & nondum indicto bello aut ita cõmisso: ut strictos gladios: aut sanguinem us q̃ factum audissent: cum per magnum ocium milites alii ad specta/culum templi: lucIq; uerni: alii in littore inermes uagarentur: magna pars per agros lignatum: pabulatũq; dilapsa esset: repente Menippus palatos passim aggressus cecidit. ad quinquaginta uiuos cepit: perpauci effugerunt. in quibus Mictilo parua oneraria naue exceptus. Ea res Quintio Romanisq; sicut iactura militũ molesta: ita ad ius inferendi Antiocho belli: adiecisse se aliquantũ uidebat. Antiochus admoto ad Aulidẽ exercitu: cũ rursus oratores partim ex suis: partim Etolos Chalcidẽ misisset: qui eadem illa: que nup cũ minis grauioribus agerent: nequicq̃ contra Mictilone & Xenoclide tendentibus: facile tenuit: ut porte sibi aperirent. Qui Romane partis erant: sub ad/uentu regis urbe excesserunt. Acheorum & Eumenis milites Salganea tenebant: & in Euripo castellũ Romani milites pauci: custodie causa locũ cõmuniebãt. Salganeam Menippus: rex ipse castellũ Euripi oppugnare ẽ adortus. Priores Achei & Eumenis milites pacti: ut sine fraude liceret abire: presidio excesserunt. Pertinatius Romani Euripũ tuebant. hi quoq; iam cũ terra mariq; obsiderent: & iam machinas tormẽtaq; cõportari uiderent: nõ tulere obsidionẽ. Cum id qđ caput erat Euboee teneret rex: ne cetere quidẽ eius insule urbes Imperiũ abnuerũt. magnoq; principio sibi orsus bellũ uidebat: qđ tante Insule tot opportune urbes in suã ditionẽ uenissent.

Athenienses plebei i Antiochi ptes inclinabãt. sz accersito Quintio [illegible] est defectionis autor

Mictilo qui presidium chalcidensibus mitte- bant [illegible]

Antiocho chalcis se dedit

Antiochus euboea insula potitur

Cornelium Scipionem

liber sextus

C Ornelīū Scipionē & .M. Attilium Glabrionē. inito magistratu Patres: priusq̄ de Prouintiis ageret: res diuinas facere: maioribus hostiis iusserunt. in omnibus fanis: in quibus lectisterniū maiorē partem anni fieri solet. precariq;: quod Senatus de nouo bello in animo haberet: ut ea res Senatui: po. q; Romano bene ac felici/ter eueīret. ea oīa sacrificia læta fuerūt. primisq; hostiis ꝑlitatū est. & ita aruspices responderunt: eo bello terminos populi. ro. propagari uictoriam: ac Triumphum ostendi. Hæc cum renuntiata essent: solutis religione animis: Patres rogationem ad populum ferri iusserūt: uellent: iuberent ne cum Antiocho Rege: quiq; sectā eius sequuti essēt: bellū iniri. Si ea perlata rogatio esset: tamē si ita uideret Consulibus: rem integram ad Senatū referrent. P. Cornelius eam rogationē ꝑtulit. Tum Senatus decreuit: ut Cōsules Italiā & Gretiā Prouintias sortirentur. Cui Gretia euenisset: ut preter eum numerū militum: quem. L. Quintius in eam Prouintiam: ex autoritate Senatus scripsisset: imperasset ue: ut eum exercitū acciperet: & quem .M. Bebius Pretor anno priore ex. S.C. in Macedoniā traiecisset: & extra Italiā: permissum ut si res postulasset: auxilia ab Sotiis: ne supra qnq; milia numerum acciperet. L. Quintium superioris anni Consulē: legari ad id bellū placuit. alter consul cui Italia Prouintia euenisset: cū Boiis iussus bellū gerere: utro exercitu mallet ex duobus: quos superiores consules habuissent. alterum ut mitteret Romam. eæq; urbane legiones essent parate: quo Senatus censuisset. ¶ His ita in Senatu: ad id quod cuius Prouintia foret: decretis: tum demū sortiri Consules placuit. Attilio Gretia Cornelio Italia euenit. Certa deinde sorte. S.C. factum est: ꝙ populus. ro. eo tēpore duellum iussisset cum Rege Antiocho esse: quiq; sub Imperio eius essent: ut eius rei cā supplicationem imperarent Consules. utiq; .M. Attilius Consul: ludos Magnos Ioui uoueret. & dona ad oīa puluinaria id uotū ī hec uerba: preeūte. P. Licinio Pōtifice Maximo Consul nuncupauit. ¶ Si duellū: quod cū Rege Antiocho sumi: populus iussit: id ex sententententia Senatus: Populiq; Romani confectū erit: tum tibi Iuppiter pop. romanus ludos Magnos dies .x. continuos faciet. donaq; ad omnia puluinaria dabuntur: de pecunia: quantam Senatus decreuerit. quisquis magistratus eos ludos: quādo: ubiq; faxit: Hi ludi recte facti: donaq; data recte sunto. ¶ Supplicatio inde ab duobus Consulibus edicta ꝑbiduum fuit. ¶ Cōsulibus sortitis Prouintias: ex tēplo & Pretores sortiti sūt. M. Iunio Brutio iurisdictio utraq; euenit. A. Cornelio Mām/mille Brutii. M. Emilio Lepido Sicilia. L. Oppio Salinatori Sardinia. C. Liuio Salinatori Classis. L. Emilio Paulo Hispania ulterior. bisita exercitus decreti. A. Cornelio noui Milites cōscripti priore anno: ex .C. S. a. L. quintio Consule dati sūt. iussusq; tueri omnem oram: circa Tarentum: Brundisiumq; .L. ¶ Emilio Paulo in Vlteriorē Hispaniā: preter eum exercitū: quē. A. M. Fuluio Procōsule accepturus esset: decretum: ut nouorum militum: tria milia duceret: & tricentos equites. ita: ut in iis due partes Sotium Latini nominis: tertia ciuiū Romanoꝝ: esset. idē supplemēti ad. C. Flaminiū: cui Imperium prorogabatur in Hispaniam Citeriorem est missum. .M. Emilius Lepidus a. L. Valerio: cui successurus eēt: simul Prouintiā exercitūq; accipe iussus. L. Valeriū: si ita uideret Propretore ī Prouītia retinere: & Prouintiā ita diuidere: ut una: ab Agrigēto ad Pachynū esset: altera a pachyno Tyndariū: cū maritimā orā. L. Valerius .xx. nauibus longis custodiret: eidem Pretori mandatū: ut duas decimas frumenti exigeret. idq; ad mare conportandum: deuehendumq; in

Senatus po. q. ro. bellū adv(er)sus Antiochū decrevit

Gretiã curaret. ¶ Idem. L. Oppio de alteris decimis exigendis in Sardinia imperatũ Ceterum nõ in Gretiam: sed Romam id frumentum portari placere. .C. Liuius Pretor: cui classis euenerat: a .xxx. nauibus paratis traiicere in Gretiam primo quoq; tempore iussus. & ab Attilio naues accipere. ueteres naues: que in naualibus erant: ut reficeret: & armaret. M. Iunio Prætori negotium datum est. ¶ In eam classẽ socios nauales libertinos legeret. ¶ legati terni in africam ad Carthaginenses: in Numidiam ad frumentum rogandũ: quod in Gretiam portaretur: missi. pro quo pretiũ solueret Populus Romanus. adeoq; in apparatum Curamq; eius belli: Ciuitas intenta fuit: ut. P. Cornelius Consul ediceret: qui Senatores essent: quibusq; in Senatu sententiã dicere liceret: quiq; minores Magistratus eẽnt: ne quis eorũ longius ab Vrbe Roma abiret: q̃ unde eo die redire posset. neue uno tẽpore qnq; Senatores ab Vrbe Roma ab essent. ¶ In conparando impigre classem C. Liuium Pretorem: contentio orta cũ colonis: maritimis paulisper tenuit. Nam cũ cogerent̃ in classem Tr. Pl. appellarũt ab iis ad Senatum reiecti sũt. Senatus ita: ut ad unum omnes consentirent: decreuit: uacationem rei naualis: eis colonis non esse. ¶ Ena: & Frigena: & Castrum nouum: & Pyrgi: & Antium: & Tarracina. & Minturne: & Sinuesse: fuerũt: que cum Pretore de uacatione certauerũt. ¶ Consul deinde. M. Attilius: ex. S. C. ad Collegiũ Fecialiũ retulit: ipsi ne utiq; regi Antiocho indiceretur bellum: an satis esset ad presidiũ aliqđ eius nuntiare? & num Etolis quoq; seperatim indici iuberent bellum? & num prius societas eis & amicicia renuntianda esset: q̃ bellum indicendũ? ¶ Feciales responderũt: iam ante sese: cum de Philippo consulerentur: Hec decresse: nihil referre ipsi corã: an presidio nuntiaretur. amiciciam renuntiatã uideri: cum legatis totiens repetentibus res: nec reddi: nec satisfieri equum censuissent. Etolos ultro sibi bellum indixisse: cũ Demetriadẽ Sociorum urbem: perinde occupassẽt. Chalcidẽ terra: mariq; oppugnatũ essent. Regem Antiochum in Europam ad bellum Populo Romano inferendum: traduxissent. ¶ Omnibus iam satis comparatis. M. Attilius Consul edixit: ut quos. L. Quintius milites conscripsisset: & quos Sotiis nominiq; latino imperasset: quos secum in Prouintiam ire oporteret: Tr. Mil. legionis prime & tertie: uti omnes Brundusiũ: Idibus maiis conuenirent: ipse ad quinto nonas maias paludatus urbe egressus ẽ. ¶ Per eosdem dies: & Pretores in Prouintias profecti sũt. ¶ Sub idẽ tẽpus legati ab duobus Regibus Philippo: & Ptolemeo Egipti Rege Romam uenerũt: pollicẽtes ad bellũ auxilia: & pecuniam: & frumentum: ab Ptolemeo. & mille pondo auri. mille uiginti pondo argenti allata. nihil est acceptum. Gratie Regibus acte. et cũ uterq; se cũ omnibus copiis in Etoliam uenturum: belloq; interfurum: polliceretur: Ptolemeo id remissum. ¶ Philippi Legatis responsum: gratum eum Senatui. Populoq; Romano facturum: si. M. Attilio Consuli nõ defuisset. ¶ Item ab Carthaginẽsibus: & Masanissa Rege legati uenerunt. ¶ Carthaginenses tritici modium mille: ordei quingenta milia: ad exercitum: dimidium eius Romam apportaturos polliciti sunt. Id ut ab se munus Romani acciperent: petere se. & classem suorũ: suo sumpto cõparaturos. & stipendiũ qđ pluribus pensionibus: in multos annos deberent: presẽs omne daturos. ¶ Masanisse Legati quingenta milia modium tritici. tricenta. hordei ad exercitum: in Gretiam. Romã tricẽta milia modiũ tritici. cc. qnquaginta hordei: eqtes qngentos: elephãtes .xx. Regem ad. M. Attilium consulem missurum. de frumento utrisq; responsum: ita usurum Populum Romanum eo: si pretium acciperẽt. de classe Cartaginẽsibus remissum: preterq̃ siquid nauium ex federe deberent. de pecunia item responsum nullam ante diem accepturos. ¶ Cum hec Rome. agebãtur: Chalcide Antiochus: ne

cessaret per Hybernorum tēpus: partim ipse sollicitabat Ciuitatū animos: mittēdis legatis: partim ultro ad eum ueniebāt. sicut Epirote comuni gētis consensu: & Pelei: & Peloponenses uenerunt. Pelei auxiliū aduersus Acheos petebant: quos post bellū: non ex sua sentētia indictum Antiocho primum: Ciuitati sue arma: illaturos. mille iis pedites: cum Duce Cretensi Euphane: sūt missi. ¶ Epirotaꝝ Legatio erat: minime ī partē ullam liberi: aut simplicis animi. apud regem: gratiam initam uolebant: cū eo: ut cauerent: nequid offenderent Romanos. petebant ei: ne se temere in causam deduceret: expositos aduersus Italiā: ꝓ omni Gretia. & primos impetus Romanoꝝ excepturos. Sed si ipse posset terrestribus naualibusq; copiis ꝓsidere Epiro: cupide eū omnes Epirotas: & urbibus: & portubus suis accepturos. Si id non posset: deprecari: ne se nudos: atq; inermes Romano bello obiceret. ¶ Hac Legatione apparebat: ut sicut siquod magis credebant: abstinuisset Epiro: integra sibi omnia: apud exercitus Romanos essent: conciliata satis apud Regē gratia: quod accepturi fuissēt uenientē: si uenisset: sic quoq; spes uenie ab Romanis foret: ꝙ non expectato longinquo ab se auxilio: presentis uiribus succubuissent. ¶ Huic tam perplexe legationi: quia nō satis in promptu erat: quid responderet: legatos se missurum ad eos dixit: qui de iis: que ad illos: seq; communiter pertinerent: loquerentur. in Boetiam ipse profectus est. causas in speciem: ire aduersus Romanos: eas: q̃s ante dixi: habentem: Brachilli necē: & bellū a Quintio Coneam: propter Romanorum militum cedes illatū. ¶ Re uera ꝑ multa iam secula publice priuatimq; labante egregia quondam disciplina gētis: & multoꝝ: eo statu: qui diuturnus esse: sine mutatione rerum: non posset. obuiam effusis undiq; Boetie Principibus Thebas uenit. Ibi in cōcilio gentis: q̃q̃ & ad Eliū impetu in ꝓsidiū Romanū facto: & ad Chalcidem commiserat: nec a paruis: nec dubiis principiis bellū: tamē eadē oratione exorsus: qa in colloquio primo ad Chalcidē: quaq; ad Legatos in Concilio Acheorum usus erat: ut amiciciā secū instituti. non bellū indici Romanis: postularet: neminem quid ageret: fallebat. decretum tamē sub leui uerboꝝ ꝑtextu: pro Rege: aduersus Romanos: factum est. ¶ Hac quoq; gente adiuncta Chalcidem regressus: premissis inde litteris: ut Demetriadem conuenirent Principes Etolorū: cum quibus de summa rerum deliberaret: nauibus eo ad diem indictam Concilio uenit & Aminander accitus: ad consultandū ex Athamania. & Annibal Penus. iam diu nō adhibitus: interfuit ei Cōcilio ¶ Consultatum de Thessalorum gente est. quoꝝ oībus: qui aderant: uoluntas tentanda uidebatur. In eo modo diuerse sententie erant: ꝙ alii ex templo agendum: alii ex hyeme: que tunc ferme media erat: differendum in ueris principium. & alii legatos tantum modo mittendos: alii cum omnibus copiis eundū: censebant. terrēdosq; metu: si contarent. ¶ Cū circa hāc fere consultationē disceptacō oīs uerteret: Annibal nomīatim interrogatus sententiā: in uniuersi belli cogitatiōem: Regem: atq; omnis eos: qui aderant: tali oratione auertit. ¶ Si ex quo traiecimus in Gretiam adhibitus essem in consilium cum de Eubæa: deq; Acheis: de Boetia agebat: eandem sententiam dixissē: quam hodie cum de Thessalis agitur: dicam. ante omnia Philippum & Macedonas belli in societatem: quacunq; ratione: censeo deducendos esse. Nam quod ad Eubæam Boetios Thessalosq; attinet: cui dubium est: quin cum utrisq; nulle sue uires sint: presētibus adulādo sēper: quem metū in concilio habeāt: eodem ad impetrandum ueniam: utantur: simile ac Romanum exercitum in Gretia uiderint: ad consuetū imperium se auertant? nec iis noxie futurū sit: qđ cū Romani procul ab essent: uim tuam presentis: excercitusq; tui experiri noluerint: ¶ Quanto igitur prius: potiusq; est: Philippum nobis coniungere: q̃ hos: cui si semel in causam

ANN. DIU. CONSILIO. NO. ADHIBITUS. AFFUIT

ANN. ORO I CONSILIO DEMETRIADIS.

descenderit: nihil integrum futurum sit. quiq; eas uires afferat: que non accessio tãtũ: ad Romanum esse bellum: sed per se ipse nuper sustinere potuerint Romanos. Hoc ergo adiuncto: absit uerbo inuidia: ¶ quid dubitare de euentu possim? cum quibus aduersus Philippum ualuerint Romani: iis nunc fore uideam: ut ipsi oppugnentur. ¶ Etoli: qui Philippum: quod inter omnes constat: uicerũt: cum Philippo: aduersus Romanos pugnabunt. Aminander: atq; Athamanum gens: quorum: secundũ Etolos: plurima fuit opera: in eo bello: nobiscum stabunt. ¶ Philippus tum te quieto: totam molẽ sustinebat belli. Nunc duo maximi reges Asie Europeq; uiribus aduersus unũ populum: ut iam utranq; fortunã taceam: patrum certe etate: ne uni quidẽ Epirotarum Regi parem: Quicquid tandem erit: uobiscum comparatum: gentis bellum. ¶ Quæ igitur res mihi fiduciã prebet: coniungi nobis Philippũ posse? una: cõmunis utilitas: que societatis maximum uinculũ est: altera autores uos Etoli. uester enim Legatus Hictboas inter cetera: que ad exciendum in Gretiam Antiochum dicere est solitus: ante omnia hec semp affirmauit: fremere Philippũ: & egre pati: sub specie pacis leges seruitutis sibi impositas. Ille qdẽ: ut fere bestie: uicte: aut clause: & refrigere claustra cupiẽtes: regis irã uerbis equabat. cuius si talis animus est: soluamus nos eius uincula. & claustra refrigamus. ut erũpe diu coercita ira i hostis cõmunes possit. Quod si nihil eum legatio nostra mouerit: at nos: quoniam nobis eum adiungere non possumus: ne hostibus nostris ille adiungi possit: caueamus. ¶ Seleucus filius tuus Lysimachie est. q si eo excercitu: quem secum habet: per Thraciam: proxima Macedonie ceperit depopulari: facile ab auxilio ferendo Romanis Philippum: ad sua potissimum tuenda: auertet. de Philippo meam sententiã habes. de ratione uniuersi belli: quid sentirẽ: iam abinitio non ignorasti. quod si tum auditus forẽ: nõ in Eubea Chalcidẽ captã: & castellum Euripi expugnatum: Romani: sed Etruriam: Ligurumq;: & Galliæ Cisalpine oram: bello ardere. & qui maximus iis terror est: Annibalẽ in Italia esse: audirent. ¶ Nunc quoq; arcessas censeo omnis nauales: terrestresq; copias. Sequantur classẽ onerarie cum comeatibus. Nam hic sicut ad belli munera pauci sumus: sic nimis multi pro inopia comeatuum. cum omnis tuas contraxeris uires: diuisam classem: partim corcyre instatore habebis: ne transitus Romanis liber: ac tutus: pateat: partim ad littus Italie: quod Sardiniam Africamq; spectat: traiicies. ¶ Ipse cum omnibus terrestribus copiis: in Billinum agrũ procedes. inde Gretie p̃sidebis & speciem Romanis traiecturum te prebebis. & si res poposcerit: traiecturus. ¶ Hec suadeo: qui ut non oĩs peritissimus sum belli: cum Romanis certe bellare: bonis malisq; meis didici. ¶ In quæ consilium dedi: in eadem: nec infidelem: nec segnem operam polliceor. dii approbẽt eam sententiam: que tibi optima uisa fuerit. ¶ Hec ferme Annibalis oratio fuit. quam laudarunt magis in presentia: qui aderant: q̃ rebus ipsis exequuti sunt. nihil enim eorum est factum: nisi q ad classem copiasq; arcessendas ex Asia Polyxenidã misit. Legati Larissã ad Conciliũ Thessalorum sunt missi & Etolis: Aminandroq;: dies ad conueniẽdũ exercitui Pheras est dictus. Eodẽ & rex cũ suis copiis confestim uenit. Vbi dũ opitẽ: Aminandrum: atq; Etolos: Philippũ Megalopolitanũ cum duobus milibus hoĩm: ad legenda ossa Macedonum: circa Cynocephalas: ubi debellatum erat: cũ Philippo: misit. siue ab ipo querẽte sibi cõmẽdationẽ: ad Macedonũ gentẽ: & inuidiã Regi. qđ insepultos milites reliqsset moitus siue ab insita Regibus uaĩtate: ad consiliũ spe amplum: re inane: animo adiecto. tumulus est in unum ossibus: que passim strata erant: coaceruatis: factus: qui nullã gratiã ad Macedonas: odiũ ingens ad Philippũ mouit. ¶ Itaq; qui ad id tempus: fortunam impetum fecisse esset in consilio habiturus:

is ex templo ad. M. Bebium Propretorem misit: Antiochum in Thessaliam si uideret ei: moueret ex Hibernis: se obuiam processurum: ut quid agendū esset: consultarēt.
¶ Antiocho ad pheras iā castra habēti: ubi coniunxerant ei se Etoli: & Aminander: Legati ab Larissa uenerunt: querentes: quod ob factum: dictum ue Thessalorum bello lacesseret eos. simul orantes: ut remoto excercitu: per Legatos: siqd ei uideret: secum disceptaret. ¶ Eodem tempore quingentos armatos duce Hippolocho Pheras in presidiū miserūt. Hi exclusi aditu: iam omnia itinera obsidentibus Regiis: Scotusā se receperunt. Legatis Larisseorum Rex clementer respondit: non belli faciendi: sed tuende & stabiliende libertatis Thessalorum causa Thessaliam intrasse. ¶ Similia his qui cum Phereis ageret: missus. cui nullo dato responso: Pherei ipsi suum legatum ad Regē Principē ciuitatis Pausamā miserūt. qui cū haud dissimilia his: ut in causa pari: que pro Chalcidensibus in colloquio: ad Euripi fretū dicta erant: quedā etiā ferotius egisset. ¶ Rex etiam atq; etiam deliberare eos iussos: ne id consiliu caperent: cuius dum in futurū minus cauti: & prouidi essent: ex tēplo peniteret: dimisit. ¶ Hec renuntiata Pheras Legatio cū esset: ne paulū quidē dubitarunt: quin pro fide erga Romanos quicquid sors belli tulisset: paterentur. ¶ Itaq; & hi summa ope parabant se: ad urbem defendendam. & Rex omni parte simul oppugnare menia est aggressus. & ut qui satis inteligeret: neq; enim dubiū erat: in euentum eius urbis positum esse: quā primam aggressus esset: aut sperni deinde ab uniuersa gēte Thessalorum: aut timeri: sic omnē undiq; terrorem obsessis iniecit. primum impetum oppugnationis satis cōstanter su/stinuerunt. deinde cum multi propugnantes caderent: aut uulnerarent: labare animi cepere. reuocati deīde castigatione Principū ad perseuerandū in proposito: relicto exteriore circulo muri deficientibus iam copiis: in interiorē partem urbis concesserūt: Cui breuior orbis munitionis circuniectus erat. postremo uicti malis: cum timerent: ne ui captis nulla apud uictorem uenia esset: dediderunt sese. ¶ Nihil deinde moratus Rex: .iiii. milia armatorum: dum recens terror esset: Scotusam misit. Nec ibi mora deditionis est facta. cernentibus Phereorum recens exemplum: qui: quod pertinaciter primo abnuerāt: malo domiti tandē fecissēt. ¶ Cum ipā urbe Hippolochus Larisse/orumq; deditum est presidium. dimissi ab Rege inuiolati omnes: q eam rem magni momenti futuram rex ad conciliandos Larisseorum animos credebat. intra decimū diem: q̄ Pheras uenerat. ¶ His perfectis Cramonem cū toto excercitu primo aduētu cepit. Inde Cierū: & Metropolim & iis circuniecta castella recipit. omniaq; iā regio/nis eius preter ad Regem: & Cyrnonem in potestate erant. ¶ Tum aggredi Larissam constituit. ratus uel terrore: ceterarū: expugnaturū: uel beneficio presidii dimissi: uel exemplo tot ciuitatū dedentium sese: nō ultra in pertinatia mansuros. ¶ Elephātis agi ante signa terroris cā iussis: quadrato agmine ad urbē incessit. ut incerti fluctua/rentur animi magne partis Larisseorū: inter metum presentē hostium: & uerecūdiā absentium sotiorum. ¶ Per eosdē dies Aminander cum Athamanū iuuētute occupat Pellincum. & Menippus cum tribus milibus peditum Etolorum & .cc. equitibus in Perrhebiam profectus: Malleolam: & Cyrechias ui cepit. depopulatusq; est agrum Tripolitanum. ¶ His raptim peractis: Larissam ad Regem redeunt. consultāti quidnam agendum esset: de Larissa. superuenerunt. Ibi in diuersum sententie tendebant: aliis uim adhibendam: & non differendū: censentibus: quin operibus: ac machinis simul undiq; menia aggrederentur urbis site in plano: aperte campestri. undiq; aditu. aliis: nunc uires urbis nequaq̄ Phereis conferende memorantibus. nunc hyemem & tēpus anni: nulli bellice rei: minime obsidioni urbiū: aptū. ¶ Incerto regi: inter spem metūq;

Tempe

Descendit Antiochus ab obsidione Larisse [illegible] aduentu

Antiochus puella chalcydese uxorem ducit et uoluptatibus [illegible] omnibus

Antiochus Medionem proditione occupat

legati a Pharsalo: qui ad dedendum urbem suam forte uenerant: animos auxerunt.
.M. bebius Interim cum Philippo in Classaretis congressus Appium Claudium ex
communi cõsilio ad presidium Larisse misit. qui per Macedoniã magnis itineribus
in iugum montium: quod super Connos est: peruenit. ¶ Oppidum Conni. xxx. milia
ab Larissa abẽ. in ipsis faucibus saltus: que Tempe appellantur: si tum ubi Castrame/
tatus latius: q̃ qđ satis in usum erant: ignes cũ accendissent: speciẽ quã quesierat: hosti
fecit: omnem ibi Romanum excercitum: cũ Rege Philippo esse. Itaq; hyemẽ ĩstare
apud suos cantus Rex: unum tm̃ moratus diem: ab Larissa recessit ad Demetriadem
¶ Etoliq; & Athamanes in suos receperũt se fines. ¶ Appius & si cuius rei gratia missus
erat: solutam cernebat obsidionem: tamen Larissam: ad confirmandos in reliquum
sotiorum animos: descendit. duplexq; letitia erat: q & hostes excesserant finibus. & ĩtra
menia presidium Romanum cernebãt. ¶ Rex a Chalcide ad Demetriadẽ ꝓfectus:
amore captus uirginis Chalcidensis Deoptolemi filie dum patrem: primo ab legãdo:
deici coram ipse rogãdo: fatigasset: inuitũ se grauiori fortune conditioni illigantẽ:
tandem impetrata re tanq̃ in media pace: nuptias celebrat. & belli: tũ hyemis oblitus:
quasi tum non simul duas res suscepisset: bellum Romanum: & Gretiam liberandã:
omissa omnium rerum cura. in conuiuiis: & uinum sequentibus uoluptatibus: ac deiñ
ex fatigatione magis q̃ satietate earum in somno: traduxit. ¶ Eadẽ omnis Prefectos
Regios: qui ubiq;: ad Boetiam maxime: prepositi hybertus erant: cepit luxuria ¶ In
eandem & milites effusi sunt. nec quisquã eorum: aut arma induit aut stationem: aut
uigilias seruauit: aut quicq̃: qđ militaris operis: aut muneris esset: fecit. Itaq; prĩcipio
ueris: cum per Phocidem Cheroneam: quo cõuenire omnẽ undiq; excercitũ iusserat:
uenisset: facile animaduertit nihilo segniore disciplina milites: q̃ Ducem Hybernasse.
¶ Alexandrum inde Acarnanem & Menippum Macedonẽ: magistratum Etoliæ:
copias ducere iubet Ipse Delphis sacrifitio Appollinis facto: Naupactum processit.
concilio principum Etolie habito: uiam quæ preter Chalcidem & Lysimachiam:
fert ad stratum: suis: qui per Maliacum sinum ueniebãt: occurrit. ibi Mansilochus
princeps Acarnanũ multis ẽptus donis: nõ ipse solũ gentẽ Regi cõciliabat: sed Clytũ
etiam pretorem: penes quem: tum summa potestas erat: in suam sententiã adduxerat.
Is cum Leucadios: quod Acarnanie caput est: non facile ad defectionem posse cer/
neret impelli: propter metũ Romane classis: que cũ Attilio: que ue circa Cephaleniã
erat: arte eos est aggressus. ¶ Nam cũ in consilio dixisset: tuenda mediterranea Acar/
nanie esse: & omnibus qui arma ferrent: exeundum ad Medionem: & Tyrrheum: ne
ab Antiocho aut Etolis occuparentᷓ: fuere q dicerent nihil attinere: omnis tumultus
concitari. satis esse quingentorum hominum presidium. eam iuuentutẽ nactus: .ccc.
Medione .cc. Tyrrhei ĩ p̃sidio positis: id agebat: ut ꝓ obsidibus futuri: uenirẽt ĩ po/
testatẽ regis ¶ Per eosdẽ dies legati Regis Medionẽ uenerũt. quibus auditis: cum in
cõtione quid nã respondendũ Regi eẽt: consultaretᷓ: & alii manẽdum in Romana
sotietate: alii non aspernandam amiciciam Regis censerent: media uisa est Clyti sñia.
eoq; accepta. ut ad Regem mitterent legatos. peterentq; ab eo: ut Medios sup tanta
re consultare in concilio Acarnanum pateretur. in eã Legationẽ Mansilochus: &
qui eius factionis erant de industria coniecti: clam missis: q Regẽ ad mouere copias
iuberent: ipsi terebant tempus. itaq; uix dum iis egressis legatis: Antiochus in finibus:
mox ad portas erat. & trepidantibus qui expertes proditionis fuerant: tumultuoseq;
iuuentutem ad arma uocantibus: ab Clyto & Mansiolocho in urbem est inductus. &
aliis sua uolũtate affluẽtibus: metu coacti: etiam q dissentiebãt: ad Regẽ cõuenerũt.

Quos placida oratione territos cum permulxisset: ad spem uulgate clemētie aliquot populi Acarnanie defecerunt. ¶ Tyrrheum a Medione profectus est. Mansilocho eodem: & legatis premissis. Ceterum detecta Medione fretus cautiores: non timidiores Tyrrhensis fecit dato ei haud perplexo respōso: nullam se nouam societatem: nisi ex autoritate Imperatorum Romanorum accepturos. portis quoq; clausis: armatos in muris disposuerunt. & peropportune ad confirmandos Acarnanum animos .C.N. Octauius missus a Quintio: cum presidium & paucas naues ab .A. Postumo: qui ab Attilio legato: Cephalenie Prepositus fuerat accepisset: Leucadem uenit. impleuitq; spei socios. M. Attilium Consulem: iam cum legionibus mare traiecisse. & in Thessalia castra Romana esse. Hunc rumorem: quia similem ueri tempus anni maturum iam ad nauigandū: faciebat: Rex ꝑsidio Medione imposito: & in qbusdā aliis Acarnanie oppidis Tyrrheo abscessit. & per Etolie ac Phocidis urbes Chalcidem redut. ¶ Sub idē tempus. M. Bebius: & Philippus Rex: iam ante per hyemem in Classaretis congressi: cum. Ap. Claudium: ut obsidione Larissam eximeret: in Thessaliam misissent: quia id tempus rebus agendis immaturum erat: in hyberna regressi: principio ueris: coniūctis copiis. in Thessaliam descenderunt. ¶ In Acarnania tum Antiochus erat. aduenientes Philippus Maleam Perrhebie: Bebius Phacium est agressus. quo primo ꝓpe impetu capto: Phaustum eadem celeritate capit. inde Athracem cum se recepisset: Cytherias hinc: & Eritium occupat. presidiisq; ꝑ recepta oppida dispositis: Philippo rursus obsi/denti Maleam se coniungit. sub aduentu Romani exercitus: seu ad metum uiriū: seu ad spem uenie: cū dedidissēt sese: ad ea recipiēda oppida que Athamanes accupa/uerant: uno agmine ierunt. Erant autem hec Eginum: Hercissum Gompissilana: Tacta: Moebile: Phaleria. ¶ Inde Pellimenum: ubi Philippus Megalopolitanus cū quingentis peditibus in presidio erat: circunsidunt. & priusq̄ oppugnarent: mittunt ad Philippum: qui moneret ne uim ultimam experiri uellet. ¶ Quibus ille satis ferociter respondit: uel Romanis: uel Thessalis se crediturum fuisse. in Philippi se potestatē cō/missurum non esse. postq̄ apparuit ui agendum: quia uidebatur & Limneum eodem tēpore oppugnari posse: Regē ad Limneum ire placuit. Bebius restitit ad Pleineū oppugnandum. ¶ Per eos forte dies. M. Attilius Consul cum decem milibus peditū: duobus milibus equitū: .xu. elephātis: mari traiecto: pedestres copias: Larissā ducere: tricentos militum Tribunos iussit. Ipse cum equitatu Limneum: ad Philippum uenit. aduentu Consulis deditio sine contatione est facta. traditumq; presidium Regium. & cū iis Athamanes. ab Limneo Pellineū: Consul proficiscit̄. Ibi primi Athamanes tradiderunt sese. deinde & Philippus Megalopolitanus. cui decedenti de presidio: cum obuius forte fuisset Philippus Rex: ad ludibrium: Regem eum consultari iussit. Ipse congressus: fratrē: haud sane decoro maiestatis sue loco: appellauit. deductus inde ad Consulem custodiri iussus. & haud ita multo post in uinculis Romam missus. Cetera multitudo Athamanum: aut militum Antiochi Regis: que in presidiis deditorū per eos dies oppidorum fuerat: Philippo tradita Regi est. fuere autē ad tria milia hoīm ¶ Consul Larissam est ꝓfectus. Ibi de sūma belli consultaturus. ¶ In itinere ab Cieria: & Metropoli: Legati tradentes. urbes suas occurrerūt. Philippus Athamanū ꝑcipue captiuis indulgenter habitis: ut per eos conciliaret gentem: nactus spem Athamaniæ potiunde: excercitū eo duxit: premissis in ciuitates captiuis. & illi magnā autoritatē apud populares habuerunt clementiā erga se Regis: munificentiāq; cōmemorantes. & Amināder: cuius presentis maiestas aliquos in fide cōtinuisset: ueritus: ne traderet Philippo: iam pridem hosti: & Romanis: merito tum propter defectionem infensis:

cum coniuge ac liberis Regno excessit. Ambrachiãq; se contulit. Ita Athamania oĩs in ius dictionemq; Philippi concessit. ¶ Consul ad reficienda maxime iumenta que ẽ nauigatione & postea itineribus fatigata erant: paucos Larissæ moratus dies: uelut reparato: modica quiete excercitu: Cannonẽ est ꝑfectus. uenienti Pharsalus Scotusa & Phere queq; in eis presidia Antiochi erant: deduntur. ex iis interrogati qui manere secum uellent. mille uolentis Philippo tradit. ceteros inermes Demetriadem remittit. ¶ Pærnam inde recepit. & quæ circa eam castella erant ducere tum porro in sinum Maliacũ cepit. appropinquanti faucibus: super quas siti Thaumati sũt: deserta urbe: iuuentus omnis armata siluas: & itinera insedit. & in agmen Romanũ ex superioribus locis incursauit. primo missi q ex propinquo colloquẽtes deterrerẽt eos a tali furore: postq̃ perseuerare in incepto uidit Tribuno cũ duoꝝ signoꝝ militibus circummisso: interclusit ad urbem iter armatis. uacuamq; eam cepit. tum clamore ab tergo captæ urbis audito: refugientium undiq; ex siluis insidiatorum cedes facta ẽ ¶ A thaumatis altero die consul ad Spargetum amnẽ peruenit. Inde Hypata eoꝝ agros uastauit ¶ Cum hec agebantur: Chalcide erat Antiochus: qui iã tũ cernens nihil se ex Gretia: preter amoena chalcide hyberna: & infames nuptias petisse Etolorum uana promissa incusare. & Thoantem. Annibalem uero: non ut prudentem tantum uirum: sed prope uatem omnium que tum euenerant: admirari. ne tamẽ temere cepta: segnitia insuper euerteret: nuntios in Etoliam mittit: ut omni contracta iuuentute conuenirẽt. Iã & ipse eo. x. milia fere peditum: ex iis qui postea uenerant ex asia: expleta: & equites quingentos duxit. quod cum aliquanto pauciores: q̃ ante conuenissent: & principes tantũmodo cum paucis clientibus essent: atq; ii dicerent omnia sedulo ab se facta: ut q̃ plurimos ex ciuitatibus suis euocarẽt: nec autoritate: nec gratia nec imꝑio: aduersus detractantes militiam ualuisse: destitutus undiq;: & ab suis: qui morabantur in Asia: & ab sociis q ea in quoꝝ spem uocauerãt: nõ ꝑstabunt intra saltũ Thermophylaꝝ sese recepit. Id iugũ sicut Apẽnini dorso Italia diuidit: ita mediã Gretiã dirimit. ãte saltũ Thermophylarũ ĩ Septẽtrionẽ uersa Epirus: & Perrhebia: & Magnesia & Thessa/ lia ẽ. & Thyote & sinus Maliacus. intra fauces ad meridiẽ uergũt Etolie pars maior: & Acarnania: & cũ Locride Phocis: & Boetia: adiũctaq; insula Euboea. & excurrẽte in altum uelut promontorio: Attica terra: sita ab tergo. & Peloponesus. hoc iugum ab Leucade: & mari: ad occidentem uersa: ꝑ Etoliam ad alterum mare orienti obiectũ tendens. ea aspreta rupes. interiectas habet: ut non modo exercitus: sed ne expediti quidem facile ullos ad transitum calles inueniant. extremos ad orientẽ montis Oetã uocant. quoꝝ: quod altissimũ est: Gallidromon appellatᷓ. in cuius ualle ad Maliacũ sinum uergente iter est: nõ latius: q̃. lx. passus. Hec una uia militaris est: qua traduci excercitus: si non prohibeantᷓ: possint. Ideo Phyle: & ab aliis: qa calide aque in ipsis faucibus sunt: Thermophyle: locus appellatur. Nobilis Lacedemoniorum aduersus Persas: morte magis memorabili: q̃ pugna. haud q̃q̃ pari tamẽ animo Antiochus ĩtra portas loci eius: castris positis: munitionibus insuper saltum impediebat. & cũ duplici uallo: fossaq; & muro etiã: qua res postulabat: ex multa copia passim iacentiũ lapi/ dum permunisset: satis fidens: nunq̃ ea uim romanum excercitum facturum Etolos: ex quattuor milibus: tot enim conuenerant: parti ad Heracleã: presidio obtinendã: ante ipsas fauces posita est: partim Hypatã: mittit. & Heracleã haud dubius cõsulem oppugnaturum: & iam multis nuntiantibus: circa Hipatam oĩa euastari ¶ Consul depopulatus Hyppatensẽ agrꝝ primo: deinde Heracleensẽ: inutili utrobiq; auxilio Etoloꝝ: in ipsis faucibus prope fontes calidarũ aquarũ: aduersus Regẽ posuit castra.

Etolorum utreq; manus: Heracleam sese incluserunt. ¶ Antiochum cui priusq̃ hostē cerneret: satis omnia permunita: & presidiis obsepta: uidebant: timor incessit: ne quos per imminētia iuga calles inueniret ad transitū Romanus. Nam & Lacedemonios condā ita a Persis circuitos: fama erat. & nuper Philippum ab iisdem Romanis. Itaq; nuntium Heracleam ad Etolos mittit: ut hāc sa item sibi operam eo bello prestarēt. uertices locorum circa omnium occuparent: obsi derentq; : nequa transire Romanus posset. ¶ Hoc nuntio audito discensio inter Etolos orta est. pars imperio parendum Regis: atq; eundum: censebant. pars subsistendum Heraclee: ad utranq; fortunam: ut siue uictus a Consule Rex esset: in expedito haberent integras copias: ad opem pro/pinquis ferendā ciuitatibus suis. siue uiceret: ut dissipatos ī fugā Romanos ꝑsequerent. utraq; pars nō māsit mō in sententia sua: sed etiam exequuta est Consiliū. Duomilia Heraclee subsisterunt. duo trifariā diuisa Gallidromū: & Rhodontia. & Thycunta: hec nomina cacuminibus occupauere. ¶ Cōsul: postq̃ insessa supiora loca ab Etolis uidit. M. Portium Catonem: & . L. Valerium Flaccum: Consulares Legatos: cum binis milibus delectorum militum ad castella Etolorum: Flaccum in Rhodontiō & Thycunta: Catonē ī Gallidromū mittit. Ipse priusq̃ ad hostē copias admoueret: uocatos incontionem milites: paucis est alloquutus. ¶ Plerosq; omniū ordinū milites inter uos eē uideo: q in hac eadē ꝓuintia. T. Quintii ductu: auspitioq; militaueritis. Macedonico bello Inexuperabilis magis saltus ad amnem acum fuit: q̃ hic. quippe porte sunt hæ & unus inter duo maria clausis omnibus: uelut naturalis transitus est. munitioribus tunc fuerūt: & ualidioribus impositi excercitus hostium locis. exercitus Ille & numero maior: & militum genere aliquanto melior. Quippe illic Macedones: Thracesq; & Illyrii erant. ferocissime omnes gentes. Hic Syri: & Asiatici: Greci sunt: leuissima genera hominum. & seruituti nata. Rex ille bellicosissimus: excercitatus iā illeab iuuenta: finitimis Thracum. atq; Illiriorum: & circa omnium accolarum: bellis. Hic: ut omnem aliam uitam sileam: est: qui cum ad inferendum. Po. Romano bellū ex Asia in Europam transisset: nihil memorabilius toto tēpore Hybernoꝝ gesserit: q̃ ꝙ amoris causa ex domo priuata: & obscuri etiam inter populares generis uxorē duxit. & nouus maritus: uelut saginatus nuptialibus cenis: ad pugnam processit. sūma uirium speiq; eius in Etolis fuit: gente uanissima: & ingratissima. ut uos prius experti estis: Nunc Antiochus experitur. nam nec uenerūt frequentes. nec cōtineri in castris potuerunt. & in seditione ipsi inter sese sunt. & cum Hypatam tuēdam: Heracleāq; depoposcissent: neutram tutati pars: refugerunt in iuga mōtium. pars inclluserūt sese. Rex ipse confessus nusq̃ equo campo: non modo congredi se ad pugnam audere: sed ne castra quidem in aperto ponere: relicta omni ante se regione ea: quam se nobis ac Philippo ademisse: gloriabatur: condidit se intra rupes. ne ante fauces quidem saltus ut cōdā Lacedemonios fama ē: sed intra penitus retroactis castris: qđ quantū interē ad timorē ostendendum? an muris urbis alicuius obsidendum sese incluserit. Sed neq; Antiochum tuebuntur angustie. nec Etolos uertices illi: quos ceperunt. satis undiq; prouisum: anteq; precautū est: nequid aduersus uos in pugna: preter hostis esset. Illud proponere animo uestro debetis: non uos pro Gretie libertate tantum (q̃q̃ is quoq; egregius titulus esset: liberatā a Philippo ante: nūc ab Etolis: & ab Antiocho liberare) neq; ea tantum in premiū uestꝝ cessura: que nunc in regiis castris sunt: sed illū quoq; omnē apparatū: qui in dies: ab Ephoso expectat: prede futuꝝ. Asiā deinde: Syriāq; : & omnia usq; ad portus solis ditissima Regna imperio Romano aperturos. quid deīn aberit: quin ab Gadibus: ad mare rubꝝ Oceano finis terminemus: qui orbē terrarū:

M. attilij consulis oro

Mare rubrum

amplexu finit. & omne humanum genus: secundum deos nomē Romanū uenerēt?
In hec tanta premia dignos parate animos: ut crastino die bene iuuantibus diis acie
decernamus ¶ Ab hac cōtione dimissi milites priusq̃ corpora curarēt: arma telaq; parāt.
¶ Luce prima signo pugne proposito: instruit aciē Consul. arcta fronte: ad naturā:
& angustias loci. ¶ Rex preterq̃ signa hostium conspexit: & ipse copias educit. leuis
armature partē: āte uallū in primo locauit. Tū macedonū robur: quos Sariphorus
appellabant: uelut firmamentū: circa ipsas munitiones constituit. Is ab sinistro cornu
iaculatorum: sagittariorumq;: & funditorum manū: sub ipsis radicibus montis posuit:
ut ex altiore loco nuda latera hostium incesserēt. ab dextro macedonibus: ad ipsum
munimentorum finē: que loca ad mare inuia: palustri limo: & uoraginibus claudunt:
elephātos: cū assueto presidio: posuit. post eos equites. tum modico interuallo relicto:
ceteras copias in secunda acie. Macedones ꝓ uallo locati: prīo facile sustinebāt Ro/
manos tentantis ab omni parte aditus. multū adiuuātibus: q ex loco superiore fundis
uelut nimbum grandinis: & sagittas simul: ac iacula ingerebant. deinde ut maior nec
iā toleranda uis hostiū inferebat se: pulsi loco intra munimēta sub ductis ordinibus:
concesserunt. Inde ex uallo prope alterum uallū: hastis prese abiectis: fecerūt. & ita
modica altitudo ualli erat: ut & locum superiorem ad pugnandū preberet: & ꝓpter
longitudinem hastarum subiectum haberet hostem. ¶ Multi temere subeūtes uallū
transfixi sunt. & aut incepto irrito recessissent: aut plures cecidissent: ni. M. Portius
ab iugo Gallidromi: deiectis inde Etolis: & magna ex parte cæsis (incautos enim &
plerosq; sopitos oppresserat) super imminentē castris locum: apparuisset. ¶ Flacco nō
eadem fortuna ad Thycunta & Rhodontion: ne quicq̃ subire ad ea castella conato:
fuerat ¶ Macedones quiq; alii in castris fuerant Regis: primo dum procul nihil aliud:
q̃ turba: & agmē apparebat: Etolos credere: uisa ꝓcul pugna: subsidio uenire. Ceterꝫ
ut primum signaq; & arma ex improuiso cognita: errorem aperuerunt: tantus repēte
pauor omnis cepit: ut abiectis armis: fugerent. ¶ Et munimenta sequentis impedierūt.
& angustie uallis: per quam sequendi erant. & maxime q̃ elephanti nouisse agminis
erant. quos pedes egre preterire: eques nullo poterat modo timētibus equis tumultūq;
inter se maiorem: q̃ in prelio: dantibus. ¶ Aliquantū temporis direptio castrorꝫ tenuit.
Carpenia tamen eodem die cōsequuti sunt hostem. multis in ipso itinere cesis: captisq;
non equis: uirisq; tantū: sed etiam elephantis. quos capere non potuerant: interfectis:
in castra reuerterūt. ¶ Que tētata eo die: inter ipsū pugne tēpus: ab Etolis Heracleā
obtinentibus presidio: sine ullo: haud parum audacis incepti effectu fuerant. ¶ Cōsul
noctis insequentis tertia uigilia: premisso eq̃tatu: ad ꝑsequendū hostē: signa legionū
prima luce mouit. aliquantum uie preceperat Rex: ut qui nō ante q̃ elatie a cōfuso
cōstiterit cursu. ubi primum reliquis pugneq; & fuge collectis: cum perexigua manu
semiermium militum Chalcidem se recepit. Romanus equitatus ipsum quidē Regē
Elatiæ assequutus non est. magnam partem agminis aut lassitudine subsistentis: aut
errore: ut qui sine ducibus: per ignota itinera fugerūt: dissipatos oppresserūt. nec ꝑter
quingentos: qui circa Regem fuerūt: ex isto excercitu quisq̃ effugit. ¶ Etiam ex. x.
milibus militum quos Polybio autore traiecisse secum Regem in Gretiam scripsimus:
exiguus numerus. ¶ Quod si Antiati Valerio credamus. lx. milia militū fuisse ī Re/
gio excercitu scribenti q̃dragīta inde milia cecidisse supra qnq; milia capta. cū signis
militaribus. ccxxx. Romanorum. c. l. interfecti sunt. ¶ Consuli per Phocidem Boetie
excercitum ducenti conscie defectionis ciuitates: cum uelamentis ante portas stabāt:
metu ne hostiliter diriperētur ¶ Ceterum per omnes dies haud secus q̃ in pacato agro

sine uexatione ullius rei agmen processit: donec in agrum Coronæum uentum est. ¶ Ibi statua Regis Antiochi posita in templo Mineruæ irã: accendit. permissũq; militi est: ut circumiectum templo agrum popularetur. ¶ Deiñ cogitatio animũ subit: cum comuni decreto Boetiorum posita eẽt statua: indignum esse in unũ Coronensẽ agrũ seuire. reuocato ex templo milite finis populãdi factus. castigati tantũ uerbis Boetii: ob ingratũ in tantis tamq; recentibus beneficiis animũ erga Romanos. ¶ Inter ipsum pugne tempus. x. naues Regie cũ prefecto Isidoro ad Torontum in sinu Maliaco stabãt. eo grauis uulneribus Alexãder Acarnanũ nũtius aduerse pugne cũ pfugisset: trepide inde recenti terrore naues: Ceneũ Euboee petierũt. ¶ Ibi mortuus sepultusq; Alexander. ¶ Tresque ex Asia profectæ eundem portum tenuerunt naues: audita excercitus clade: Ephesum redierunt. ¶ Isidorus ab Cenæo Demetriadem: si forte eo deferret fuga Regẽ: traiecit. ¶ Per eosdẽ dies. A. Attilius Prefectus Romane classis: magnos Regios commeatus: iam fretum: quod ad Andrũ insulam est: preter uectos: excepit. alias mersit: alias cepit naues. ¶ Quæ nouissime agminis erant: cursum in Asiã uerterunt. ¶ Attilius Piraeum unde profectus erat: cum agmine captiuarum nauiũ reuectus: magnam uim frumenti & Atheniensibus: & aliis eiusdẽ regionis sociis diuisit. ¶ Antiochus sub aduẽtu Consulis a Chalcide profectus Tenedum primo tenuit. Inde Ephesum transmisit. ¶ Consuli Chalcidẽ uenienti porte patuerunt. Cũ ap ppinquãte eo Christoteles Prefectus Regis urbe: excessisset Et cetere urbes ĩ Euboea sine cer/tamine tradite. paucosq; p dies omnibus preparatis: sine ullius noxa urbis: excercitus Thermophylas reductus: multa modestia post uictoriã: q̃ ipsa uictoria: laudabilior ¶ Inde consul. M. Catonẽ: p quẽ: que gesta eẽnt: Senatus Populusq; Romanus: haud dubio autore sciret: Romã misit. Is Creusa (Thespiensiũ emporiũ est) in intimo sinu Corinthiaco retractum) Patras Achaie petit A. Patris Corcyrã usq;: Etolie atq; Acarnaĩe littora legit. atq; ita ad Hydruntẽ Italie traiecit. Quinto die inde pedestri itinere Romam: ingẽti cursu: puenit. Ante lucẽ ingressus Vrbem a porta ad Pretorẽ. M. Iunium iter intendit. Is prima luce Senatũ uocauit. ¶ Quo. L. Cornelius Scipio aliquot diebus ante a Cõsule dimissus: cum adueniens: audisset pregressum Catonem in senatu eẽ: superuenit exponenti que gesta essent. ¶ Duo inde legati iussu Senatus: in contionẽ sunt producti. Atq; ibi eadem quæ in Senatu: de rebus in Etolia gestis exspouerunt. ¶ Supplicatio in triduum decreta est: & ut. xl. hostiis maioribus Pretor: quibus diis ei uideretur: sacrificaret. ¶ Per eosdẽ dies &. M. Fuluius Nobilior q biẽnio ante Pretor in Hispaniam profectus est: ouans Vrbem est ingressus. argenti Bigati pre se tulit. C. xxx. milia: & exnumeratum decẽ milia pondo argenti. ¶ Auri pondo. C. xxvii. ¶ Attilius Cõsul ab Thermophylis Heracleã ad Etolos p̃misit: ut tũc saltẽ expti Regiã uanitatẽ resipiscerẽt. traditaq; Heraclea: cogitarẽt de petẽda ab senatu: seu furoris sui: seu erroris: uenia. ¶ Et ceteras Grætiæ Ciuitates defecisse eo bello ab optime meritis Romanis. sed qa post: fugã Regis cuius fiducia ab offitio decessissent: non addidissent pertinatiam culpe: in fidẽ receptas esse. Etolos quoq;: q̃q̃ nõ sequuti sint Regem: sed arcessissent: & Duces belli: non socii fuerint: si penitere possint: posse & incolumes esse. ¶ Ad eacũ pacati nihil responderetur: appareretq; armis rẽ gerendã: & Rege superato bellũ Etolicũ integrũ restare: castra ab Thermophylis ad Hera/cleam mouit. Eoq; ipso die: ut situm nosceret urbis: ab omni parte equo mænia est circũuectus. ¶ Sita ẽ Heraclea in radicibus Etbe mõtis. ipsa in cãpo. arcẽ imminentẽ loco alto: & undiq; precipiti: habet. ¶ Contẽplatus omnia: que noscẽda erant: q̃ttuor simul locis aggredi urbẽ cõstituit. a flumine Asore qua & Gymnasiũ est. L. Valeriũ

Caput Attilius p̃fectus classis rõ. naues antiochi cõmeatus uehẽtes.

Chalcis dedidit se cõsuli & ceteræ urbes euboee

M. cato Romã cũ nũtio gestarum rerũ it.

Cõsul hortatus etolos frustra ad petendã ueniã a senatu heracleam oppugnat

operibus: atq; oppugnationi preposuit. frequentius prope q̃ in urbe habitabatur. T.
Sempronio longo oppugnandam dedit & regionem a Malea quæq; aditum haud
facilē pars habebat. M. Bebiū ab altero amniculo quē in Elena uocāt. ¶ Aduersus
Diane templum: Apium Claudium opposuit. Hoꝝ magno certamine infra paucos
dies turres: arietesq; & alius omnis apparatus oppugnandarū urbium perficitē. ut tum
ager Heracliensis paluster omnis: frequēsq; proceris arboribus benigne ad om̄e genus
operum materiam suppeditabat: tum quia refugerant intra menia Etoli desertaq; in
uestibulo urbis erant tecta: in uarios usus non tigna mō: & tabulas: sed laterē quoq;:
& cemēta: & saxa uarie magnitudinis prebebant. ¶ Et Romani quidē opibus magis
q̃ armis urbem oppugnabāt. Etoli contra armis se tuebantē. nam cū ariete quaterētē
muri non laqueis ut solet exceptos declinabant ictus: sed armati frequentes quidam
ignes etiam: quos aggeribus inicerent: ferebāt fornices quoq; in muro erant: apti ad
excurrendū. & ipsi cū ꝓdirutis reficerētē muros: crebriores eos: ut pluribus erumperetē
in hostis locis: faciebant. ¶ Hoc primis diebus: dum integre uires erant: & frequentes
impigre fecerunt. In dies deinde pauciores: & segnius. & enim cum multis urgerentur
rebus: nulla eos res eq; ac uigilie cōficiebāt. Romanis ī magna copia militū succedēti-
bus alius in stationem: alioꝝ Etolos propter paucitatē eosdem dies: noctesq; assiduo
labore urente. ¶ Per quattuor &. xx. dies: ita ut nullū tēpus uacuū dimicatione esset:
aduersus quattuor e partibus siml oppugnantē hostē: nocturnus diurno cōtinuatus
labor est: Cum fatigatos iam Etolos sciret Consul: & expectatione temporis: & ꝙ ita
transfugæ affirmabant: tale consilium init. Media nocte receptui signum dedit: &
ab oppugnatione simul omnes milites deductos: usq; ad tertiam diei horam: quietos
ī castris tenuit. Inde cepta oppugnatio ad mediā rursus noctē ꝑducta ē. Intermissa
deinde usq; ad tertiā diei horam. ¶ Fatigationē rati esse causā Etoli: nō cōtinuandæ
oppugnationis: que & ipsos affecerat: ubi Romanis datum receptui signū esset: uelut
ipsi quoq; hoc reuocati: pro se quisq; ex statione decedebāt. nec ante tertiā diei horā
armati in muris apparebant. Consul cum nocte media intermisset oppugnationem:
quarta uigilia rursus: ab tribus partibus summa ui aggressus. una Semproniū tenere
intentos milites: signūq; expectantes iussit. ad ea in nocturno tumultu: unde clamor
exaudiretur: haud dubie ratus hostis concursuros. Etoli pars sopiti: affecta labore ac
uigiliis corpora: ex somno moliebantur. pars uigilantes ad hūc strepitum pugnātiū
in tenebris currunt. hostes partim per ruinas iacentis muri: transcendere conanē. ꝑtim
scalis ascensus temptāt. aduersus quos undiq; ad opem ferendā: occurrunt Etoli: pars
una qua progressi erant: neq; defenditē: neq; oppugnatur. sed qui oppugnarētē intētī
signum expectabant. defensor nemo aderat. ¶ Iam dilucescebat: cum signum Consul
dedit: & sine ullo certamine: partim scalis integros muros transcendere: simul clamor
index capti oppidi est exauditus: undiq; Etoli desertis stationibus: in arcem fugiunt.
oppidum uictores: per missu Consulis: diripiūt. nō tam ab ira: nec ab odio: q̃ ut miles
coercitus in tot receptis hostium urbibus: aliquo tandem loco fructū uictorie sētiret
¶ Reuocatos inde a medio ferme die milites: cū in duas diuisisset partes: unā radicibus
montium circunduci ad rupem iussit. quæ fastigio altitudinis pars media ualle: uelut
obruta ab arce erat. Sed adeo prope geminata cacumina eorum montium sūt ut ex
uertice altero conici tela in arcem possint. ¶ Cum dimidia militum parte Consul ab
urbe ascensurus in arcē: signū ab iis qui ab tergo in rupē euasuri erant expectabat.
¶ Non tulere: qui in arce erant Etoli primum eorum: qui rupem ceperant: clamorē.
deinde impetum ab urbe: Romanorum. effractis iam animis: & nulla ibi preparata re

diluce[sc]o

ad obsidionem diutius tolerandam: utpote congregatis feminis: puerisq; & imbelli alia turba: in arcem: que uix capere: ne dum tueri: multitudinem tantam posset. Itaq; ad primum impetum ab iectis armis dediderunt sese. ¶ Traditus inter ceteros princeps Etolorum Democritus est: qui principio belli decretum Etolorum quo accersendũ Antiochum cẽsuerat: L. Quintio poscenti: respõderat: in Italia dataq;: cũ castra ibi Etoli posuissẽt. ¶ Ob eam ferotiã maius uictoribus gaudium traditus fuit. ¶ Eodẽ tẽpore quo Romani Heracleam: Philippus Lamiam ex composito oppugnabãt: circa Termophylas cum Consule redeunti ex Boetia ut uictoriã ipsi Populoq; Ro. gratularetẽ: excusaretq; q morbo impeditus bello nõ interfuisset congressus. ¶ Inde diuersi ad duas simul oppugnandas urbes profecti. intersunt VII milia ferme passuũ. & quia Lamia posita in tumulo est: tum regionem maxime eodem spectat: oppidoq̃ breue interuallum uidetur. & omnia in conspectu sunt. cum enixe uelut proposito certamine Romani Mocedonesq; diẽ ac noctẽ: aut in operibus: aut in preliis eẽnt: Hoc maior difficultas Macedonibus erat: q Romani aggere & uineis: & omnibus supra terram operibus: subtus Macedones cuniculis oppugnabant: & in asperis locis: silex sæpe impenetrabilis ferro occurrebat. & cum parum procederet incæptum: per colloquia Principum oppidanos temptabat Rex: ut urbem dederent. haud dubius: qn si prius Heraclea capta foret: Romanis se potius: q̃ sibi dedituri essent. suaq; gratiã Consul: in obsidione liberanda facturus esset. ¶ Nec eũ opinio est frustrata. cõfestim enĩ ab Heraclea capta nũtius uenit: ut oppugnare abstineret: Equius eẽ Romanos milites: qui acie dimicassent cũ Etolis: premia uictorie habere. Ita recessũ ab Lamia est. & propinque clade urbis: ipsi nequid simile paterentur: effugerũt. ¶ Paucis prius q̃ Heraclea caperetur: diebus: Etoli Cõcilio Hypatã coacto: legatos ad Antiochũ miserunt. inter quos: & Thoas idem: qui & antea missus est. ¶ Mandata erant: ut ab Rege peterẽt premiũ. ut ipse coactis rursus terrestribus: naualibusq; copiis in Gretiã traiceret. deinde siqua ipsum teneret res: ut pecuniam & auxilia mitteret. id cum ad dignitatem eius fidemq; pertineret: non prodi sotios: tum etiam ad incolumitatem Regni: non sinere Romanos omni cura uacuos: cum Etolorum gentem sustulissẽt: oĩbus copiis in Asiam traicere. ¶ Vera erant que dicebant: eo magis Regẽ mouerũt. itaq; in presentia pecuniam que ad usus belli necessaria erat: Legatis dedit. auxilia terrestria naualiaq; affirmauit missurum. ¶ Thoantem unum ex legatis retinuit: & ipsum haud inuitum morantem: ut exactor presens promissorum adesset. ¶ Ceterum Heraclea capta fregit tandem animos Etolorum. & ad paucos post dies: q̃ ad bellũ renouandum: acciendumq; Regem in Asiam miserant legatos: abiectis belli cõsiliis: pacis petende oratores ad Consulem miserũt. ¶ Quos dicere exorsos: Cõsul interfatus: cum alia sibi preuertenda esse dixisset: redire Hypatam eos: datis dierum. x. induciis: & L. Valerio Flacco cũ iis misso: iussit ei que secũ acturi fuissent: exponere. & siq̃ uellent alia. ¶ Hypatam ut est uentum: principes Etolorum apud Flaccum cõciliũ habuerunt. consultantes: quonam agendũ modo: apud consulẽ foret. ¶ Parantibus iis antiqua federũ ordiri merita: ¶ Quin absistere iis Flaccus iussit: que ipsi uiolassẽt confessionem iis culpe: magis profuturam. & totam in preces orationem uersã. Nec. enim in causã ipsorum: sed in populi romani clementiam spem salutis positam esse. & suppliciter agentibus iis profuturum: & apud Consulem: & Rome in Senatu. Eo quoq; enim mittendos fore legatos. ¶ Hec una uia omnibus ad salutem uisa & ut se in fidem permitterent Romanorum. ita enim & illi uiolandi supplices: uerecundiam se impositurOs: & ipsos nihilominus sue potestatis fore: siqd melius fortuna ostẽdisset.

¶ Postq̃ ad consulem uentum est: Phaneas Legationis princeps: longam orationem: & uarie ad mitigandam iram uictoris compositam: ita ad extremű finiuit. ut diceret. ¶ Etolos se suaq; omnia fidei Po. Ro. permittere. ¶ Id Consul ubi audiuit. ¶ Etiam atq; etiam uidete inquit Etoli: ut ita permittatis. ¶ Tum decretum Phaneas in id: qđ diserte scriptum erat: ostendit. ¶ Quando ergo inquit ita permittitis: postulo id mihi: Dicearchum ciuem uestrum: & Menetam Epirotam: Naupactum is cum presidio ingressus: ad defectionem compulerat. & Aminandrum cum Principibus Athamanű: quorum consilio: ab nobis defecistis: sine mora dedatis. ¶ Prope dicentem: interfatus Romanum: ¶ Non in seruitutem inquit: sed in fidem tuam: nos tradimus. & certum te habeo inprudentia labi: qui nobis impares: que moris Grecorum nő sint. ¶ Ad hec Cősul. nec hercule inquit magnopere nűc curo: quid Etoli satis ex more Grecoꝝ factű eẽ censeant dű ego more Romano Imperiű id habeam in deditos: mő decreto suo: ante armis uictos. Itaq; ni ꝓpere fit: quod impo: uinciri uos iã iubeo. ¶ Afferriq; cathenas: & circűsistere lictores iussit. ¶ Tum fracta Phanee ferotia Etolisq; aliis est. & tandem cuius conditionis essẽt sensere & Phaneas ¶ Se quidẽ: & qui adsint Etoloꝝ: scire facienda esse: que imperentur: dixit. Sed ad decernenda ea concilio Etolorum opus esse: ad id petere: ut. x. dierű inducias daret. ¶ Petente Flacco ꝓ Etolis: îducie date. & Hypatam reditum est. ubi cű in concilio Delectoꝝ: quos Apocletus uocãt: Phaneas: & que imperarẽtur: & que ipsis prope accidissent: exposuisset: Ingemuerűt quidem Principes conditionis sue. parendum tamen uictori censebant. & ex omnibus oppidis conuocandos Etolos ad Concilium ¶ Postq̃ uero omnis coacta multitudo: eadem illa audiuit: adeo seuitia imperii: atq; indignitate: animi exasperati sunt: ut si in pace fuissent: illo impetu ire: concitari potuerint ad bellum. ad iram accedebat: & difficultas eorum: que imperarentur ¶ Quonam mő enim utiq; regem Aminandrű se tradere posse ¶ Et spes forte oblata ꝙ Nicãder: eo ipso tẽpore ab Rege Antiocho ueniens impleuit expectatione uana multitudinem: terra mariq; ingẽs parari bellű. ¶ Duodecimo is die: q̃ conscenderat nauem: in Etoliam: perfecta legatione rediens: Phalara: in sinu Maliaco tenuit. Inde Lamiam pecuniã cum deuexisset: ipse cum expeditis prima uespa: inter Macedonű Romanaq; castra: medio agro: dű Hypatã notis callibus petit: in stationem incidit Macedonum. deductusq; ad Regem est: non dum conuiuio dimisso. ¶ Quod ubi nuntiatum est: uelut hospitis: nő hostis aduentu: motus Philippus: accumbere eum epulariq; iussit. atq; inde dimissis aliis: solű retentű. ¶ Ipsum quidem: de se timere quicq̃ uetuit. Etolorum praua consilia: atq; in ipsorű caput sẽper racidiẽtia: accusauit. Qui primű Romanos deinde Antiochű in Græciã adduxissent. Sed preteritorum: quæ magis reprehendi: q̃ corrigi possint: oblitum se: non facturum: ut insultet aduersis rebus eorum. Etolos quoq; uenire tandẽ aduersus se odia debere. & Nicandrű priuatim eius diei: quo seruatus a se foret: meminisse. Ita datis qui in tutum eum prosequerentur: Hypatã Nicander consultantibus de pace Romana superuenit .M. Attilius uendita: aut cőcessa militi: circa Heracleã ꝑda: postq̃ nec Hypate pacata consilia esse: & Naupactum concurrisse Etolos: ut inde totum impetű belli sustinerẽt: audiuit: premisso. Ap. Claudio: cum quattuor milibus militű: ad occupãda iuga: qua difficiles transitus montiű erant: Ipse Ethan ascẽdit. Herculiq; sacrifitiű fecit. in eo loco: quẽ Pyrã: qđ ibi mortale corpus eius dei sit cre/matű appellãt. Inde toto excercitu ꝓfectus: reliquű iter satis expedito agmĩe fecit ut ad Coracen est uentum: mons est altissimus: inter Calipolin: & Naupactum: ibi & iumenta multa ex agmine precipitata: cum ipsis oneribus sunt. & homines uexati.

HERCVLES

& facile apparebat: q̃ cum inerti hosti res esset: qui tã impeditũ saltum: nullo p̄sidio: ut clauderet transitum: insedisset. ¶ Tum ergo uexato excercitu: ad Naupactum descendit: & in castello aduersus arcem posito: ceteras partes urbis: diuisis copiis: p situ menium circunsedit: nec minus operis: laborisq; ea oppugnatio q̃ Heracleæ habuit. ¶ Eodem tempore & Messene in Pelopõneso. ab Acheis: q concilii eorum: recusaret esse: oppugnari cepta ẽ. ¶ Et enim due ciuitates Messene: & Elis que extra conciliũ Achaicum: erant cũ Etolis: sentiebãt. & alii tamẽ post fugatũ ex Grecia Antiochũ Legatis Acheorum lenius responderant: dimisso presidio Regio: cogitaturos se: quid sibi faciendum esset: Messenii sine responso: dimissis legatis mouerãt bellum. trepidiq; rerum suarum: cum iam ager effuso exercitu ureretur: castraq; prope urbem poni uiderent: Legatos Chalcidem ad. T. Quintium autorẽ libertatis: miserunt: q nũtiaret Messenios: Romanis: nõ Acheis: & aperire portas: & dedere urbẽ paratos eẽ. ¶ Auditis legatis ex tẽplo profectus Quintius a Megalopoli ad Diaphanẽ Pretorẽ Acheorũ misit: q ex templo reducere: eũ a Messene excercitũ: & uenire ad se iuberet. ¶ Dicto paruit Diaphanes. & soluta obsidiõe: expeditus ip̃e p̃gressus: agmĩe circa Eudaniã: paruum odpidum inter Megalopolin Messeneq; positum: Quintio occurrit. & cum causas oppugnationis exponeret: castigatum leniter: q tantam rem: sine autoritate sua conatus eẽt: dimittere excercitũ iussit. nec pacem omniũ bono partam: turbare. Messeniis imperauit: ut exsules reducerent. & Acheorum concilii essẽt. siqua haberẽt: de quibus aut recusare inposterum: aut cauere sibi uellent: Corinthum ad se uenirẽt. Diaphanẽ conciliũ Acheoꝝ ex tẽplo sibi p̄bere iussit. ¶ Ibi de Zacyntho intercepta p fraudẽ ĩsula: questus: postulauit ut restitueret Romanis. Philippi macedonũ regis Zacynthus fuerat. & eam mercedem Aminandro dederat ut per Athamaniã ducere excercitũ in superiorẽ partẽ Etolie liceret. Qua expeditione: fractis animis: Etolos compulit ad petendam pacem. ¶ Aminander Philippum Megalopolitanum insulæ prefecit. postea per bellũ: quo se Antiocho: aduersus Romanos coniunxit: Philippo ad munia belli reuocato: Hierodem Agrigentinum successorem misit. ¶ Is post fugã ab Thermophylis Antiochi: Aminãdrumq; a Philippo Athamania pulsũ: missis ultro ad Diaphanem Pretorem Acheorum nuntiis: pecunia pactus: Insulã Acheis tradit. ¶ Id p̄mium belli suum esse. equũ censebant Romani non enim. M. Aciliũ Consulẽ: legiõesq; Romanas: Diaphani: & Acheis ad Thermophylas pugnasse. ¶ Diaphanes aduersus hec purgare interdum sese: gẽtemq;: interdũ de iure facti disserere. ¶ Quidã Acheorum: & initio eam se rem aspernatos testabant: & tunc pertinatiã increpabãt Pretoris: autoribusq; iis decretũ ẽ: ut. T. Quintio ea res p̄mitteret. ¶ Erat Quintius: sicut aduersãtibus asper ira: ita si cederes: idẽ placabilis. omissa cõtẽtiõe: uocis: uultusq;: Si utilem inquit possessionem eius insule censerem Acheis esse: autor essem Senatui: Po. q; Ro. ut eam uos habere sineret. Ceterum sicut testudinẽ: ubi collecta in suum tegumẽ ẽ: tutã ad omnis ictus uideo esse: ubi exiret partes aliq̃s: quodcunq; nudabit: obnoxium: atq; infirmum habere: haud dissimiliter uos Achei clausis undiq; mari: q̃d intra pelopõnesũ est termino: ea & iũgere uobis: & iuncta tueri: facile. simul auiditate plura amplectendi hinc excedatis: nuda uobis omnia: que extra sint: & exposita ad oẽs ictus esse. ¶ Assentiẽte omni cõcilio: nec Diaphane ultra tẽdere auso Zacynthus Romanis traditur. ¶ Per Idem tempus Philippus Rex proficiscentem Consulem ad Naupactum percontatus: si se interim quæ defecissent ab sotietate romana: urbes recipere uellet: permittente eo ad Demetriadem copias ad mouit. haud ignarus: q̃nta ibi conturbatio esset. ¶ Destituti enim ab omni spe: cum desertos se ab Antiocho: spem

Messene dedunt se ro.

Zacynthus insula

Quintij sententia de Zacynto insula

philippus permittente consule Demetriadem petit

nullā in Etolis esse cernerēt: dies noctesq;: aut Philippi hostis aduentū: aut īfestiorē:
etiā quo iustius irati erāt: Romanoꝝ expectarēt. Turbe erāt ibi incondite Regioꝝ:

Demetriade dedit se philippo [?]

q primo paucin p̄sidio relicti: postea plures: pleriq; inermes: ex prelio aduersa fuga
delati: nec uirium: nec animi satis ad obsidionē tolerandam habebant. Itaq; p̄missis a
Philippo: qui spem impætrabilis ueniæ ostendebant: responderunt: patere portas
Regi ad primum eius ingressū: Principes quidā urbe excesserūt. Eurolochus mortē
sibi consciuit. ¶ Antiochi milites: sic enim pacti erant: per Macedoniam: Thratiamq;:
prosequentibus Macedonibus: ne quis eos uiolaret: Lysimachiā deducti sūt. ¶ Erant
& pauce naues Demetriade: quibus præerat Isidorus. eæ quoq; cum Prefecto suo
dimisse sunt. ¶ Inde Dolopiam: & Aperanthiam: & Perrhebie quasdā ciuitates recepit
¶ Dū hec a Philippo geruntᷣ. T. Quintius recepta Zacyntho: ab Achaico cōcilio
Naupactū traiecit: que iā per duos mēses: sed iam prope excidiū erat: oppugnabatᷣ.
& si capta ui foret: omne ibi nomen Etolorum ad internitionē uidebatur uentuꝝ.
¶ Ceterum q̄q̄ merito iratus erat Etolis: ꝙ solos obtrectasse glorie sue: cum liberaret
Gretiam: meminerat: & nihil autoritate sua motos esse. cū: que tū maxime acciderāt:
casura premones a furioso incepto eos deterreret: tamē sui maxime operis esse credēs:
nullā gentē liberate ab se Gretie fūditus euerti: ob ambulare muris: ut facile nosceretᷣ
ab Etolis: cepit. ¶ Cōfestim a primis stationibus cognitus est. uulgatumq; per omnes
ordines Quintiū eē. Itaq; cōcursu facto: undiq; ī muros: manus pro se quisq; tēdentes:
consonante clamore: nominatim Quintium orare: ut opem ferret. ac seruaret. ¶ Et
tum quidem q̄q̄ moueretur his uocibus: manu tamē annuit: quidnam opis inse esset?
¶ Ceterum postq̄ ad Consulem uenit. ¶ Vtrum fallit inquit te. M. Acili quid agatur?
an cum satis prouideas: nihil id magnopere ad summā Rei Publice pertinere censes?
¶ Erexerat expectatione Consulem. ¶ Et quin expromis inquit quid rei sit? Tum
Quintius. ¶ Et quid uides te deuicto Antiocho in duabus urbibus oppugnādis: tēpus
terere? cum iam prope annus circumactus sit Imperii tui? Philippum autem: qui nō
aciem: non signa hostiū uidit: nō solū urbes: sed tot iā gentes Athamaniā: Perrhebiā:
Aperanthiam: Dolopiā: sibi adiunxisse? at qui non tantū interest nostra Etolorū
opes: ac uires minui: quantum non supra modum Philippum crescere. & uictorie tue
premium: te milites q; tuos: nondum tot urbes quot Philippū gentes Gretie haberet.
assentiebatᷣ his Cōsul. sed pudor: si irrito incepto abscederet obsidione: occurrebat.
tota inde Quintio res permissa est. ¶ Is rursus ad eam partem muniri: qua paulo ante
uociferati Etoli fuerant: redit. ¶ Ibi cum impensius orarent: ut misereretᷣ gētis Etoloꝝ.
exire aliquos ad se iussit. ¶ Phaneas ipe: Principesq; alii ex tēplo egressi sūt. Quibus

Oro Quintij ad etolos naupacti obsessos [?]

p̄uolutis ad pedes. ¶ Fortūa inqt uestra facit: ut & ire mee: & orōni tp̄a euenerint:
que predixi euētura. & ne hoc quidē reliqui uobis ē: ut indignis accidisse ea uideātᷣ.
Ego tamen sorte quadā nutriēde Gretie datus: ne ingratis quidē benefacere absistā.
mittite oratores ad Consulem: qui inducias tm̄ temporis petant: ut mittere Legatos
Romam possitis: per quos Senatui de uobis permittatis. Ego apud Cōsulem defēsor:
deprecatorq; uobis adero. ¶ Ita ut censuerat Quintius: fecerunt. nec aspernatus est
legationem Consul. induciisq; in diem certā datis: qua legatio renuntiari ab Roma
posset: soluta obsidio: & excercitus ī Phocidē missus. Cōsul cū. T. Quītio ad Achaicū
Concilium Egium traiecit. ¶ Ibi de Etolis & de exsulibus Lacedemonioꝝ restituēdis
actū. & neutra perfecta sunt quia sue gratie reseruari ea Achei: per seipsi: q̄ p Ro.
maluerūt Achaico contribui Concilio. ¶ Epirotarum legati ad Conciliū uenerunt.
quos non sincera fide: in amicitia fuisse: satis constabat. militē tamē nullū Antiocho

dederant. pecunia iuuisse eum insimulabantur. Legatos ad Regem: ne ipsi quidem: misisse: inficiabantur. iis petentibus ut in amicicia pristina esse liceret: respondit Cõsul. ¶ Se utrum hostiũ an pacatorum eos numero haberet: nondum scire. Senatum eius rei iudicem fore: integram se causam eorum Romam reiicere. inducias ad id dierum .xc. dare. ¶ Epirote Romam missi: Senatum adierunt. responsum datum est: quo ueniam impetrasse: non causã probasse: uideri possent. ¶ Et Philippi Regis Legati sub idem tempus in Senatum introducti: gratulantes de uictoria. ¶ Iis petentibus ut sibi sacrificare ĩ capitolio: donũq; ex auro liceret ponere ĩ ede Iouis. Optimi Maximi. permissum ab Senatu. c. pondo coronam auream posuerunt. ¶ Non responsum solũ benigne Legatis est: sed Philippi quoq; filius Demetrius: qui obses Rome erat: ad patrẽ reducendus: Legatis datus est. ¶ Bellũ quod Antiocho rege in Grecia gestũ est: a. M. Acilio Consule: hunc finem habuit. ¶ Alter Consul. P. Cornelius Scipio Galliam Prouinciã sortitus: priusq̃ ad bellum: qđ cũ Bois gerendũ erat: pficisceret: postulauit ab Senatu: ut pecunia sibi decerneret ad ludos: quos Pretor in Hispania inter ipsum discrimen pugne uouisset. ¶ Nouum atq; iniquum postulare est uisus. Censuerunt ergo: quos ludos in consultu Senatu ex sua unius sententia uouisset: eos ut idem manubiis: si quã pecuniã ad id reseruasset: uel sua ipe impẽsa faceret. ¶ Eos ludos per dies. x. P. Cornelius fecit. ¶ Per idem fere tẽpus edes Matris Magne dee dedicata est. quam deam is. P. Cornelius aduectã ex Asia. P. Cornelio Scipione: cui post Africano fuit cognomen: P. Licinio Consulibus in Palatium a mari detulerat. ¶ Locauerant edem faciendam. M. Liuius. C. Claudius Censores. M. Cornelio. T. Sempronio Consulibus tertio decimo anno: postq̃ locata erat: dedicauit eam. M. Iunius Brutus ludiq; ob dedicationem eius facti. quos primos Scenicos fuisse: Ancias Valerius est autor. Megalesia appellatos. ¶ Item Iuuentutis edẽ in Cyrco maximo .C. Licinius Lucullus Duũuir dedicauit. ¶ Vouerat eã. xvi. annis ante. M. Liuius Cõsul: quo die Hasdrubalẽ excercitũq; eius cecidit. ¶ Idẽ Censor eã faciẽdã locauit .M. Cornelio. T. Sempronio Consulibus. ¶ Huius quoq; dedicãde causa ludi facti. & omnia cũ maiore religione facta: ꝙ nouũ cũ Antiocho instabat bellũ. principio eius anni: quo hec: profecto ad bellũ. M. Acilio manente ad hec Rome. P. Cornelio Consule: agebant: boues duos domitos in carinis: per scalas puenisse in tegulas edifitii proditũ memorie est. eos uiuos conburi cinereq; eorum deiici in tyberim Aruspices iusserũt. ¶ Tarracine & Amiterni nuntiatũ ẽ: aliquotiẽs lapidibus pluisse. Minẽnis edem Iouis: & tabernas circa forum: de celo tactas esse. Vulturni in ostio fluminis: duas naues fulmine ictas: conflagrasse. ¶ Eorum prodigiorum causa libros Sibyllinos ex. S.C. decem uiri cum adiissent: renuntiarunt: ieiunium instituendũ cereri esse. & id qnto quoq; anno seruandũ. & ut Nouendiale sacrũ fieret. & unũ diẽ supplicatio esset. coronati supplicarẽt. & Consul. P. Cornelius: qbus diis: quibusq; hostiis: edixissẽt decemuiri sacrificaret. ¶ Placatis diis: nũc uotis rite soluẽdis: nunc prodigiis expiãdis: in prouintiã: pficiscitur Cõsul. atq; inde. Cn. Domitiũ Proconsulẽ: dimisso excercitu: Romam decedere iussit. ¶ Ipse in agrum Boiorum legiones induxit. ¶ Sub idẽ fere tempus Ligures: lege sacrata coacto excercitu: nocte improuiso castra Q. Minutii Proconsulis aggressi sunt Minutius usq; ad lucem intra uallum militem instructum tenuit intẽtus ne qua transcẽderet hostis munimẽta. prima luce duabus simul portis eruptionẽ fecit. Nec primo impetu: qđ sperauerat: Ligures pulsi sunt. duas amplius horas dubium certamen sustinuere. ¶ Postremo cũ alia: atq; alia agmina erumpent: & integri fessis succederẽt ad pugnã: tandẽ Ligures inter cetera: etiã uigiliis cõfecti:

FINIS BELLI CV ANTIOCHO I GRECIA

PRODIGIA

LIBRI SIBYLLINI

IEIVNIUM

LIGURES

P. Cornelius Boios [illegible]

terga dederunt. cesa super quattuor milia hostium. Ex Romanis sotiisq; minus.ccc.
perierunt. Duobus fere post mensibus. P. Cornelius cum Boiorum excercitu signis
collatis: egregie pugnauit. duo de.xxx. milia hostium cesa: Antias Ualerius scribit.
capta tria milia.&.cccc.signa militaria.cxxvii. Ex uictoribus mille &.cccc. lxxxvi
cecidisse. Ut in numero scriptoris parū fidei sit: qa in augēdo eo non alius intēpe/
rantior est: magnam uictoriam fuisse apparet: q & castra capta sunt. & Boii post eā
pugnā ex tēplo dediderūt sese. & q supplicatio eius uictorie causa decreta ab Sena/
tu: uictieq; maiores cese. Per eosdē dies. M. fuluius nobilior: ex ulteriore Hispāia
ouans urbē est ingressus. argēti transtulit. x. milia pondo. bigati argenti. cxxx. auri
.cxxvi P. Cornelius Consul primo obsidibus a Boiorum gente acceptis: agri parte
fere dimidia: eos mulctauit. quo si uellet. Populus Romanus Coloniā mittere posset.
Inde Romam ut ad triumphum: haud dubium decedēs: excercitum dimisit: & adeē
Rome ad diē triūphi iussit. Ille postero die: q̄ uenit: Senatu in edē Bellone uocato:
cum de rebus ab se gestis disseruisset: postulauit ut sibi triumphanti liceret in urbem
in uehi. P. Sēpronius Blesus. Tr. Pl. nō negandū Scipioni: sed differendū: honorē
triumphi cēsebat. bella Ligurum Gallicis sēp iuncta fuisse. eas inter se gētes mutua
ex ppīquo ferre auxlia. si. P. Scipio deuictis acie Boiis: aut ipe: cū uictore excercitu
in agrum Ligurū transisset: aut partem copiarū. Q. Minutio misisset: qui iam tertiū
ibi annū dubio retineretē bello: debellari cū Liguribus potuisse. Nūc ad triumphū
frequentandū deductos esse milites: qui egregiā nauare operā rei publice potuissēt.
possent etiam: si Senatus: quod festinatione triumphi pretermissū esset: id restituere
differēdo triumpho uellet. iuberent Consulem cum legionibus redire in Prouintiā.
dare operam ut Ligures subigantur: nisi illi cogantur in iusditionemq; Populi. Ro:
ne Boios quidē quieturos: aut pacem: aut bellū: utrobiq; habēda. deuictis Liguribus
paucos post mēses per Consulem. P. Cornelium: multoꝝ exemplo: q in Magistratu
non triumphauerūt: triumphatuꝝ esse. Ad ea Consul. neq; se Ligures Prouintiā
sortitum esse ait. neq; cum Liguribus bellum gesisse. neq; triumphum de iis postulare
.Q. Minutium confidere breui subactis iis: merito triumphum postulaturum: atq;
impetraturum esse. se de Gallis Boiis postulare triumphum: quos acie uicerit. castris
exuerit. Quorum gentē biduuo post pugnam totā acceperit in deditiones. a quibus
obsides abduxerit: pacis futurū pignus. Uerum enimuero illud multo maius esse: q
tantum numerum Gallorum occiderit in acie. q cum tot milibus certe Boiorū nemo
ante se Imperator pugnauerit. pluss partem dimidiam: ex quinquaginta milibus
hominū cesam: multa milia capta. senes puerosq; Boiis superesse. Itaq; id quēq̄ mirari
posse: cur uictor exercitus: cum hostem in Prouintiam neminem reliquisset: Romā
uenerit: ad celebrandum cōsulis triumphum? Quorū militum: si & in alia Prouintia
opera uti senatus uelit: ultro tandem modo promptiores ad aliud periculū nouumq;
laborē ituros credat: si per soluta iis sine detractione prioris periculi: laborisq; merces
sit? an si spem pro re ferentibus dimittant iā semel in prima spe deceptos? Nam qđ
ad se attineat: sibi glorie in omnem uitā illo die satis quesitū esse: quo se uirū optimū
iudicatū: ad accipiendā matrē Ideam misisset Senatus. Hoc titulo & si nec cōsulatus:
nec triumphus adicitur: satis honestam honoratamq; . P. Scipionis Nasice imaginē
fore. Uniuersus senatus: non ipse modo: ad decernendum triumphum consentit: sed
etiā Tribunū Pl. autoritate sua compulit: ad remittendā intecessionē. P. Cornelius
Cōsul triumphauit de Boiis. In eo triūpho gallicis carpētis arma signaq;: & spolia
omnis generis trauexit. & uasa enea gallica: & cum captiuis nobilibus equorū quoq;

P. SCIPIO NASICA [illegible]

captorum gregem traduxit. aureos torques transtulit. M. cccc. lxx. ad hoc auri. cc.
.xlvi. argẽti infecti factiq; in gallicis uasis: non infabre suo more factis. ccc. xl. põdo
bigatorum nummorum. cc. xxxiiii. ¶ Militibus qui currum sequuti sũt: centenos uicenos
quinos asses diuisit. duplex cẽturioni. triplex equiti. ¶ Postero die cõtione aduocata:
de rebus ab se gestis: & de iniuria Tribuni bello alieno se illigantis: ut sue uictoriæ
fructu se defraudaret: cũ disseruisset: milites exautoratos dimisit. ¶ Dũ hec in Italia
gerũt Antiochus Ephesi securus admodũ de bello Romano erat: tanq̃ nõ trãsituris
in Asiam Romanis. Quam securitatem ei magna pars amicorum: aut per errorem: aut
assentãdo: faciebat. ¶ Annibal unus: cuius eo tẽpore: ut maxĩa apud Regẽ autoritas
erat. ¶ Magis admirari se aiebat: q iam nõ in Asia essent Romani: q̃ uenturos dubi-
tabat. propius esse ex Gretia in Asiã: q̃ ex Italia in Gretiã traiicere. & multo maiorẽ
causam Antiochum q̃ Etolos esse. neq; enim minus q̃ terra: pollere Romana arma.
Iam pridem classẽ circa Maleũ esse. Audire sese nuper nouas naues nouũq; Imperatorẽ
rei gerẽde causa: ex Italia uenisse. Itaq; desineret Antiochus pacẽ sibi ipse: spe uana:
facere in Asia & de ipa Asia breui: terra mariq; dimicandũ ei: cũ Romanis eẽ. Et aut
Imperiũ adimendũ orbẽ terrarum affectantibus: aut ipsi Regnũ amittendũ. ¶ Vnus
uera & prouidere: & fideliter prędicere uisus. Itaq; ipse Rex nauibus que parate ĩstructeq;
erãt Chersonnesũ petit: ut ea loca: si forte terra uenirẽt Romani: presidiis firmaret.
ceteram classẽ Polyxenidam parare: & deducere iussit. speculatorias naues ad omnia
explorãda circa insulas dimisit. C. Liuius Prefectus Romane classis: cũ quinq̃ginta
nauibus tectis profectus ab roma Neapolin: quo ab sotiis eius ore conuenire iusserat
aptas naues: que ex federe debebant: Siciliã ĩde petit. fretoq; Messanã pręteruectus:
cum sex Punicas naues ad auxilium missas accepisset: ab Reginis: Locrisq; & eiusdem
iuris sotiis debitas exegisset naues: lustrata classe: ad Lacinium: altum petit: Corcyrã
q̃ primum Gretie ciuitatem ad id cum uenisset: percontatus de statu belli: nec dũ enĩ
omnia in Gretia perpacata erant: & ubi classis Romana esset: postq̃ audiuit circa
Thermophylarum saltum in statione Consulem: ac Regem esse: classem Pirei stare:
rerum causa: pergit protinus nauigare. Pelopõnesum tamẽ Saguntumq;. qa partis
Etolorum maluerant esse: protinus depopulatus Maleum petit. prospera nauigatiõe
usus: paucis diebus Pireum: ad ueterem classẽ peruenit. ¶ Ad Scylleum Eumenes Rex
cum tribus nauibus occurrit. Cum Egine diu: incertus consilii fuisset: utrũ ad tuẽdũ
rediret Regnum: audiebat enim Antiochũ. Ephesi naualis terrestrisq; parare copias:
an nusq̃ absçederet ab Romanis: ex quorum fortuna sua pẽderet. a Pireo. A. Acilius
traditis successori quinq; & .xx. nauibus tectis: Romam est profectus. Liuius una
& .lxxx. rostratis nauibus: multis preterea minoribus que aut apte rostrate: aut sine
rostris speculatorie erant: Delum traiecit. ¶ Eo tempore consul Acilius Naupactum
oppugnabat. Liuiũ deliberantẽ aliquot dies: ut ẽ uentosissima regio: inter Cycladas:
fretis aliis mĩoribus diuisas: aduersi uẽti tenuerũt. ¶ Polyxenidas certior p dispositas
speculatorias naues factus: Deli stare Romanam classem: nuntios ad Regem misit:
qui omissis que in Hellespõto agebat: cũ rostratis nauibus quantũ accelare poterat:
Ephesum redit. & consilium ex tẽplo habuit: faciendũ ne periculũ naualis certamĩs
foret? ¶ Polyxenidas negabat cessandũ: & utiq; prius confligendũ: q̃ classis Eumenis
& Rhodie naues coniungerentur Romanis. ita numero ferme impares futuros. ipsũ
ceteris omnibus superiorẽ eẽ celeritate nauiũ: & uarietate auxiliorum. Nã & Romanas
naues: cũ ipsas inscite factas immobiles esse: tũ etiam ut que in terrã hostium ueniãt:
oneratas cõmetatu uenire. suas autẽ: ut pacata omnia circa se relinquẽtes: nihil pręter

ANTIOCHVS

ANNIBAL

C. Livius prefectus classis contra Antiochum navigat cum eo Rex eumenes

polyxenidas prefectus classis antiochi

militem: atq; arma habituras. multum etiam adiuturam notitiã maris: terrarumq; & uentorum que omnia ignaros turbatura hostes essent. ¶ Mouit omnes autor consilii: qui & re consilium exequuturus erat. ¶ Biduum in apparatu morati: tertio die .c. nauibus: quarum .lxx. tecte: cetere aperte minores omẽs ferme erant: profecti Phoceã petierunt. Inde cum audisset appropinquare iam Romanam classem Rex: quia nõ interfuturus nauali certamini erat: Magnesiam: que ad Sipilũ ẽ: cõcessit: ad terrestris copias cõparandas. classis ad Cyssincẽ portũ Erythreorum: tanq̃ ibi aptius expectatura hostẽ: contẽdit. ¶ Romani ubi primũ aquilones duo: nãq; p aliquot dies ceciderãt: tenuerũt: ab Delo: Phanas portum Chiorum: in Egeum mare uersum: petunt. inde ad urbem circunegere naues. commeatuq; sumpto: Phoceam traiciunt. ¶ Eumenes Eleum ad suã classẽ profectus: paucis post inde diebus cũ quattuor & .xx. nauibus. tectis: apertis pluribus paulo: a Phocea ad Romanos paratis: instructisq; se ad nauale certamẽ: redit. ¶ Inde centum quinquaginta tectis nauibus apertis ferme .l. pfecti: primo aquilonibus transuersis cum urgerentur in terram: cogebantur tenui agmine prope in ordinem singule naues ire. deinde ut lenita paulum uis uenti est: ad Coricũ portum: qui super Cyssuntẽ est: conati sũt traicere. Polyxenidas ut appropinquare hostes allatum est: occasione pugnandi letus: sinistrum ipse cornu in altum extendit: dextrum cornu Prefectos nauiũ ad terrã explicare iubet. & equa fronte ad pugnã procedebat. ¶ Quod ubi uidit Romanus: uela contrahit. malosq; inclinat. & simul armamenta componens: opperitur insequentes naues. ¶ Iam fere .xxx. in frontem erant: quibus ut equaret leuum cornu: doloĩbus erectis: altum petere intendit. iussis qui sequebantur aduersus dextrum cornu: prope terram proras dirigere. Eumenes agmen cogebat. Ceterum ut demendis armamentis tumultuari primum ceptum ẽ: & ipse q̃nta maxime celeritate potest concitat naues. ¶ Iam omnes in conspectu erãt. due Punice naues antecedebant Romanam classem. quibus obuie tres fuerũt Regie naues: & ut in numero impari due Regie unam circunsistunt. & primum ab utroq; latere: remos defringũt. de inde transcendũt armati. & deiectis cesisq; ppugnatoribus nauem capiunt. una que pari marte concurrerat: postq̃ captam alteram nauẽ uidit: priusq̃ ab tribus simul circunueniretur: retro ad classem refugit. ¶ Liuius indignatiõe accensus Pretoria naue in hostes tendit. aduersus quem eadem spe: due que Punicam unam nauem circunuenerant: cum inferentur: demittere in aquam remos: ab utroq; latere: remiges: stabiliẽde nauis causa: iussit: & in aduenientis hostium naues: ferreas manus inicere. & ubi pugnam pedestri similem fecisset: meminisse Romane uirtutis: nec pro uiris ducere regia mancipia. ¶ Haud paulo facilius: q̃ ante due unã: tũc una duas naues expugnauit. cepitq;. ¶ Et iam classes undequaq; concurrerant. & passim permixtis nauibus pugnabatur. ¶ Eumenes qui commisso certamine aduenerat: ut aduertit leuum cornu hostium: ab Liuio turbatum: dextrum ipse: ubi equa pugna erat: inuadit. nec ita multo post: primum ab leuo cornu fuga cepit. ¶ Polyxenidas .N. ut uirtute militum haud dubie superari se uidit: sublatis dolonibus: effuse fugere intendit. mox idem: & qui prope terram cũ Eumene contraxerant certamen: fecerũt. ¶ Romani & Eumenes: qũoad sufficere remiges potuerunt: & in spæ erant extremi agminis uexandi. satis pertinaciter sequuti sunt. ¶ Postq̃ celeritate nauium: utpote leuium: suas commeatu onustas: eludi frustra tendentes: uiderunt: tandem abstiterũt .xiii. captis nauibus cum milite: ac remige. x. demersis. ¶ Romane classis: una Punica nauis in primo certamine: ab duabus circunuenta periit. ¶ Polyxenidas non priusq̃ in portu Ephesi: fugæ finem fecit. ¶ Romani eo die unde egressa Regia classis erat:

manserunt. postero die hostem persequi intenderunt. ¶ Medio fere in cursu: obuiae fuere iis: quinq; & .xx. tecte Rhodie naues: cũ Pausistrato pfecto classis: iis adiũctis Ephesum hostem persequuti: ante hostium portus acie instructa steterunt. ¶ Postq̃ confessionẽ uictis satis expresserũt Rhodii & Eumenes domos dimissi. Romãi Chiũ petẽtes: Penicunte primũ portu Erythreo pteruecti: nocte anchoris iactis: postero die ĩ insulã: ad ipsam urbem traiecerunt. ubi paucos dies: remige maxime reficiendo: morati: Phoceam transmittunt. Ibi relictis ad presidium urbis .iiii. quinqremibus ad Cannas classis uenit. ¶ Et cũ iam hyems appeteret: fossa ualloq; circũdatis: naues sub/ducte. ¶ Exitu ãni Comitia rome habita: qbus creati cõsules. L. Cornelius Scipio. & C. Lelius Africanus. intuẽtibus cũctis: ad finiendũ cum Antiocho bellum. ¶ Postero die Petores creati. M. Aurunculeius. Cn. Fuluius. L. Emilius. P. Iunius. C. Antistius Labeo.

Liber septimus

Ornelio Scipiõe. C. Lelio Cõsulibus: nulla pus secũdũ legationẽ acta in Senatu res: q̃ de Etolis. & legati eorũ institere: qa breuẽ induciarum diem habebant: & ab. T. Quintio qui tũ Romam ex Grecia redierat: adiuti sũt. Etoli: ut qbus plus ĩ misericordia Sena/tus: q̃ in causa spei esset: suppliciter egerunt: ueteribus benefactis noua pensantes malefitia. ¶ Ceterũ & presentes: interrogationibus undiq; Senatorũ: confessionẽ magis: noxe: q̃ resposa exprimẽtiũ fatigati sũt. & excedere curia iussi: magnũ certamẽ pbuere. ¶ Plus ira: q̃ misericordia in causa eorum ualebat: quia non ut hostibus modo: sed tanq̃ indomite: & insotiabili genti: succensebant. ¶ Per aliquot dies cum certatum esset: postremo neq; dari: neq; negari pacem placuit. due conditiones iis late sunt: uel Senatui liberum arbitrium: de se permitterent: uel mille talenta darent. ¶ Eosq; amicos atq; inimicos haberent: exprimere cupientibus: quarum rerum in se arbitriũ Senatui permitterent: nihil certi respõsum est. ita infecta pace: dimissi: Vrbe eodẽ die: Italia intra .xv. dies: excedere iussi. ¶ Tũ de Consulũ prouinciis ceptũ agi est. ¶ Ambo Greciam cupiebãt. ¶ Multũ Lelius in Senatu poterat. Is cũ Senatus aut sortiri: aut comparare inter se pnuntias Consules iussisset: elegantius facturos dixit: si iuditio Patrum: q̃ sorti eã rẽ pmisissẽt. ¶ Scipio: responso ad hoc dato: cogitaturum: quid sibi faciendum esset: cum fratre uno loquutus: iussusq; ab eo permittere audacter Senatui: renũtiat collegẽ facturũ se: quod is censeret. ¶ Cũm res aut noua: aut uetustate exemplo⁊: memorie iã exolete relata: expectatiõe certaminis Senatum erexisset. P. Scipio Africanus ait. ¶ Si. L. Scipioni fratri suo Prouintiam Greciam decreuissent se Legatũ iturum. ¶ Hec uox magno assensu audita: sustulit certamẽ. ¶ Experiri libebat utrũ plus Regi Antiocho in Annibale uicto: an in uictore Africano Consuli: legionibusq; Romanis auxilii foret. ac prope omnes Scipioni Greciam: Lelio Italiã decreuerũt. ¶ Pretores Inde Prouintias sortiti sũt. M. Aurunculeius Vrbanam. L. Emilius Regillus classem: P. Iunius Brutos Tuscos Cn. Fuluius apuliam. & brutios. C. Antistius Siciliam. ¶ Cõsuli dein cui Grecia Prouintia decreta erat: ad eum exercitũ quem a. M. Acilio (due autẽ legiones erant) accepturus esset: in supplementum addita: peditum ciuiũ Romanorũ tria milia: equites centũ: & sotium Latini nominis quinq; milia: equites. cc: & adiectũ: ut: cum in Prouintiam uenisset: si e Re Publica uideretur esse: excercitum in Asiam traiceret. ¶ Alteri Consuli totus nouus excercitus decretus. due legiones Romane: & sotium Latini nomĩs .xv. milia peditum. eqtes. cc. ¶ Excercitum ex Liguribus. Q.

classis rhodia iungit se ro.

hostibus se uictos fatentibus eumenes rhodiiq domũ dimissi.

cons. L. cornelius Scipio. C. Lelius Africanus.

Etolorum legati re infecta urbe atq italia expulsi.

L. Scipio consul p. Scipione africano se pro legatũ pollicente greciã a senatu obtinuit.

Minutius iã enim confectã prouintiã scripserat: & Ligurũ omne nomẽ in deditionẽ ueisse: traducere ĩ Boios: & .P. Cornelio Procõsuli tradere iussus ex agro quo uictos bello mulctauerat Boios: deducte urbane legiones: que priore anno cõscripte erãt: Cn. Fuluio Pretori date. ¶ Et sotium ac Latini nominis peditum .xv. milia. equites cc. ad Apuliã Brutiosq; obtinendos. A. Cornelio superioris anni Pretori: qui Brutios cum excercitu obtinuerat: imperatum: si ita Consuli uideretur: ut legiones in Etoliã traiectas .M. Acilio traderet. Si is manere ibi uellet. si Acilius redire Romam mallet: ut .A. Cornelius cum eo excercitu: in Etoliam remaneret. .C. Antistium labeonem Prouintiam Siciliam: excercitũq; ab. L. Emilio accipere placuit. & in supplementũ scribere ex ipsa Prouintia si uellet: peditũ duo milia: & .c. equites. P. Iunius Brutus Consulis excercitum nouũ: legionem unam Romanam. & .x. milia sotium ac Latini nominis scribere & quadringentos equites. L. Emilius cui Prouintia maritima erat. uiginti naues longas: & sotios nauales a .M. Iunio Pretore superioris anni accipere iussus. & scribere ipse nauales sotios mille peditũ. ¶ Cum iis nauibus militibusq; in Asiã proficisci: & classem a. C. Liuio accipere. ¶ Duas Hispanias Sardiniãq; obtinentibus prorogatum in annum Imperium est. & idem excercitus decreti. ¶ Sicilie Sardinieq; bine eo anno decime frumenti imperate. Siculum omne frumentum in Etoliam ad excercitum portari iussum. ¶ Ex Sardinia pars Romam: pars in Etoliam eodẽ quo Siculum. ¶ Priusq̃ Consules in prouintiam proficiscerentur: prodigia per Pontifices ꝓcurari placuit. ¶ Rome Iunonis Lacinie templũ de celo tactũ erat: ita ut fastigiũ: ualueq; deformarentur. ¶ Puteolis pluribus locis murus: & porta fulmĩe icta: & duo homines exaĩati. ¶ Nursie sereno satis constabat nimbũ ortũ Ibi quoq; duos liberos homĩes exaĩatos. ¶ Terrã apud se pluuisse Tusculani nuntiabãt. ¶ Et Reatini mulã in agro suo peperisse. ¶ Ea ꝓcurata: Latinaq; instaurata: quod Laurentibus carnis que dari deberet: data non fuerat. ¶ Supplicatio quoq; religionum causa: fuit. q̃bus dis decẽuiri ex libris: ut fieret: ediderũt .x. ingenui. x. uirgĩes patrimi oẽes matrimiq; ad id sacrifitiũ adhibiti. & decẽuiri nocte latẽtes rem diuinã fecerunt. P. Cornelius Scipio Africanus: priusq̃ proficisceretur: fornicẽ in Capitolio aduersus uiam: qua in Capitolium ascenditur: cum signis septem auratis: duobus equis: marmorea dolabra ante fornicẽ posuit. ¶ Per eos dẽ dies principes Etoloꝝ tres & .xl. inter quos Demo/critus: & frater eius erant: ab duabus cohortibus missis a. M. Acilio Romam deducti: & in Latumias coniecti sũt. Cohortes inde ad excercitũ redire. L. Cornelius Cõsul iussit. ¶ Legati ab Ptolemeo: & Cleopatra Regibus Egypti gratulãtes: q̃. M. Acilius Consul Antiochũ Regẽ Gretia expulisset: uenerũt. adhortãtesq; ut ĩ Asiã excercitũ traiicerẽt omĩa ꝑculsa metu: nõ ĩ Asia mõ: sed etiã in Syria eẽ. Reges Egypti ad ea que cẽsuisset Senatus: paratos fore. ¶ Gratie Regibus acte. Legatis munera dari iussa: ĩ singulos q̃ternũ miliũ eris. L. Cornelius Cõsul pactis que Rome agenda erãt: ꝓ cõtione edixit: ut milites: quos ipse in supplemẽtũ scripsisset: quiq; ĩ Brutiis cũ. A. Cor/nelio Proptore eẽnt: ut biduo oẽs Idibus Quintilibus Brundusiũ conuenirẽt. ¶ Itẽ tris legatos nominauit. Sex. Digitiũ. L. Apustiũ. C. Fabritium Luscinũ: qui ex ora maritima undiq; naues Brundusiũ cõtraherẽt. & oĩbus iã pactis: paludatus ab urbe est ꝓfectus. ¶ Ad .v. milia uoluntarioꝝ ex Romanis: sotiisq; q enumerata stipẽdia sub Imptore. P. Africano habebant: presto fuere: exeunti Cõsuli: & nomina dederũt. ¶ Per eos dies: quibus est profectus ad bellum Cõsul: ludis Appollinaribus ad quintũ idus quintiles celo sereno interdiu obscurata est lux: cũ luna sub orbẽ solis subiisset. ¶ Et. L. Emilius Regillus: cui naualis Prouintia euenerant: eodẽ tempore ꝓfectus

PRODIGIA
NURSIA
MULAM PEPISSE
P. CORNELIUS SCIPIO AFRICAN. FORNICE FECIT.
Celo sereno interdiu obscurata est lux

est. L. Auruncul[e]io negotium ab Senatu datũ est: ut. xxx. quinq̃remes faceret: quia fama erat Antiochum post preliũ nauale: maiorem classem aliquanto repare.
¶ Etoli postq̃ legati ab Roma retulerũt nullã spem pacis esse: q̃q̃ omissora maritia eorum: que in Peleponnesum uersa est: depopulata ab Acheis erat: periculi magis: q̃ damni memores: ut Romanis intercluderetur iter: Coracem occupauerunt montem neq; enim dubitabant: ad oppugnationem Naupacti eos: principio ueris rediturós esse. ¶ Acilio: quia id expectari sciebat: satius uisum est: inopinatam aggredi rem: & Lamiã oppugnare. nã & a Philippo prope excidium adductos esse. & tunc eo ipso: ꝙ nihil tale timerent: opprimi incautos posse. profectus ab Elatia: primũ in hostiũ terra: circa Sperchiũ amnẽ posuit castra inde nocte motis signis: prima luce corona menia est aggressus. ¶ Magnus pauor. ac tumultus: ut in re inprouisa: fuit. cõstantius tamen: q̃ quis facturos crederet: in tam subito periculo: cũ uiri ꝓpugnarent: femine tela omnis generis: saxaq; in muros gererent: multifariam scalis appositis: urbẽ eo die defenderunt. ¶ Acilius signo receptui dato: suos in castra medio ferme die reduxit. & quidẽ cibo: & quiete refectis: corporibus: priusq̃ pretorium dimitteret: denunciauit: ut ante lucẽ armati: paratiq; eẽnt: nisi expugnata urbe se eos ĩ castra nõ reductu℞.
¶ Eodẽ tempore quo pridie pluribus locis aggressus: cum oppidanos iam uires: iam tela: iam ante omnia animus deficeret: intra paucas horas urbem cepit. ¶ Ibi partim diuẽdita: partim diuisa ꝑda: consiliũ habitũ: ꝙd deinde faceret. nemini ad Naupactũ iri placuit: Occupato ad Coracẽ ab Etolis saltu. ne tamẽ segnia estiua eẽnt: & Etoli non impetratã pacẽ ab Senatu nihilominus ꝑ suã contationẽ haberent: oppugnare Acilius Amphisam statuit: ab Heraclea: per Oetham exercitus eo ductus. ¶ Cum ad menia castra posuisset: nõ corona: sicut Lamiã: sed operibus: oppugnare urbẽ ẽ adortus: pluribus siml locis aries admouebat. & cũ quatterent muri nihil aduersus tale machinationis genus: parare aut eminisci oppidani conabantur. omnis spes in armis: & audatia erat. eruptionibus crebris: & stationes hostiũ: & eos ipsos: qui circa opera: & machinas erant: turbabãt. multis tamẽ locis decussus murus erat: cũ allatũ ẽ: successorẽ Apollonie exposito excercitu: ꝑ Epirium ac Thessaliã uenire. ¶ Cum tribus milibus peditum: & quingentis equitibus: Consul ueniebat. iam in sinu Maliaco uenerat. & premissis Hypatam: qui tradere urbem iuberent: postq̃ responsum est: nihil nisi ex communi Etolorum decreto facturos: ne teneret se oppugnatio Hypate nondum Amphisa recepta: premisso fratre Africano amplissimum agmẽ ducit. ¶ Sub aduentũ eorũ oppidani relicta urbe (iã enim magna ex parte nudata menibus erat) in arcem: quam inexpugnabilem habẽt: omnes armati: atq; inermes: cõcessere. sex milia ferme passuum inde posuit castra. ¶ Eo legati Athenienses primũ: ad. P. Scipionẽ: ꝓgressũ agmen: sicut ante dictum est: deinde ad Consulem uenerũt: deprecantes pro Etolis. Clementius responsum ab Africano tulerũt: qui causam relinquendi honeste Etolici belli: querens: Asiam: & Regem Antiochum spectabat. ¶ Iusseratq; Athenienses: non Romanis solum: ut pacem bello preferrent: sed etiam Etolis persuadere. ¶ Celeriter autoribus Atheniensibus frequens ad Hypatam legatio Etolo℞ uenit. & spem pacis eis sermo etiã Africani: quem priorem adierunt: auxit. commemorantes multas gẽtes: populosq; in Hispania primo: deĩde in Africa: in fidẽ suã uenisse: se maiora clemẽtie benignitatisq;: q̃ uirtutis bellice monumenta reliquisse. ¶ Perfecta uidebatur res: cum aditus cõsul: idem illud responsũ retulit: quo fugati ab Senatu erant. eo tanq̃ nouo: cum icti Etoli essent (nihil enim nec legatione Atheniensium: nec placido Africani responso perfectũ uidebant) referre ad suos dixerunt uelle. reditum inde Hypatã

Etoli

Sperchius amnis

Acilius Lamiã etolo℞ urbẽ oppugnat.

est: nec consiliũ expediebãt. nam neq; unde mille talentum daretur: erat. & permisso libero arbitrio: ne in corpora sua seuiretur: metuebãt. ¶ Venire itaq; eosdẽ Legatos ad Consulem: & Africanum iusserunt: & petere: ut si dare uere pacem non tantum ostendere: frustrantes spem miserorum: uellent aut ex summa pecunie demerent: aut permissionem: extra ciuium corpora fieri iuberent. ¶ Nihil impetratum: ut mutaret Cõsul. & ea quoq; irrita legatio dimissa est. ¶ Sequuti & Athenienses sũt: & Princeps legatiõis eorũ Euthidemus fatigatos tot repulsis Etolos: & cõplorantes inutili lamẽtatione fortunam gentis: ad spem reuocauit: autor inducias sex mensium petendi: ut Legatos Romam mittere possent. dilationem nihil ad presentia mala: quippe que ultima essent) adiecturã. leuari per multos casus: tempore interposito: presẽtes clades posse. ¶ Autore Euthidemo iidem missi: prius. P. Scipione conuento: per eũ inducias temporis eius: quod petebant: a Consule impetrauerunt. & soluta obsidione Amphise M. Acilius tradito cõsuli excercitu: Prouintia decessit. ¶ Et Cõsul Amphisa Thessaliam repetit. ut per Macedoniã Thraciãq; duceret in Asiam. ¶ Tum africanus fratri ¶ Iter quod insistis. L. Scipio: ego quoq; approbo. Sed totum id uertitꝰ in uolũtate Philipppi. qui si imperio nostro fidus est: & iter: & commeatus: & omnia: quæ: in longo itinere excercitus alunt: iuuantq;: nobis suppeditabit. Si is destituat nihil per Thratiã satis tutum habebis. Itaq; prius Regis animũ explorari placet. opportune explorabitꝰ: si nihil ex preparato agentẽ opprimet: qui mittetur. T. Sempronius Gracchus longe tum acerrimus iuuenũ ad id delectus: per dispositos equos prope incredibili celeritate ab Amphisa: inde Elim est dimissus: die tertio Pellã peruenit. ¶ In cõuiuio Rex erat. & ĩ multũ uini ꝓcesserat. Ea ipsa remissio animi suspitionẽ dẽpsit: nouare eũ quicq̃ uelle. ¶ Et tũ quidẽ comiter acceptus hospes: postero die cõmeatus excercitui paratos benigne: põtes in fluminibus factos: uias ubi transitus difficiles erãt munitas uidet. ¶ Hec referens eadem qua ierat celeritate Thaumatis occurrit Cõsuli. Inde certiore: & maiore spe letus exercitus ad ꝑparata omnia in Macedoniã ꝑuenit. ¶ Venientes regio apparatu accepit. & ꝓsequutus est Rex. multa in eo: & dexteritas: & humanitas uisa. que commendabilia apud Africanum erant: uirum: sicut ad cetera regium: ita a comitate: que sine luxuria esset non auersũ. ¶ Inde nõ ꝑ Macedoniã mõ: sed etiã Thratiam ꝓsequente: & ꝑparante oĩa Philippo: ad Hellespontũ ꝑuentũ est. ¶ Antiochus post naualem ad Coricen pugnam: cum totam hyemem liberam in apparatus terrestris: maritimosq; habuisset: classi maxime reparandæ: ne tota maris possessione pelleretur: intentus fuerat. Succurrebat superatum se: cum classis abfuisset Rhodiorum. ꝙ si ea quoq;: nec commissuros rhodios: ut iterũ morarentur: certamini adesset: magno sibi nauiũ numero: opus fore ut uiribus & magnitudine classẽ hostiũ equaret. ¶ Itaq; & Annibalẽ in Syriã miserat: ad phenicũ arcessẽdas naues. ¶ Polyxenidam: quo minus prospere gesta res erat: eo enixius & eas que erant reficere: & alias parare naues iussit. ¶ Ipse in Phrygia hybernauit undiq; auxilia accersens: etiam in Gallogretiã miserat. bellicosiores ea tẽpestate erãt gallogreci: adhuc nondũ exoleta stirpe gentis seruantes animos. ¶ Filium seleucum Eolide reliquerat: cum exercitu: ad maritimas continẽdas urbes: q̃s illinc a ꝑgamo Eumenes: hinc a Phocea: Erythrisq; Romani sollicitabãt. ¶ Classis Romana sicut ante dictũ est: ad Cannas hybernauit. Eo media ferme hyeme: Rex Eumenes cum duobus milibus peditum: equitibus: c. uenit. ¶ Is cum magnam predam agi posse dixisset: ex hostiũ agro: qui circa Hiatirã esset: hortando perpulit Liuium: ut quinq; milia militum secũ mitteret. missi ingentẽ predam intra paucos dies auerterunt. Inter hec Phocee seditio orta: quibusdam ad

Consul dans indutias sex mensium etolis in asia tendit.

VERBA AFRICANI ad consulem

PHILIPPVS REX BENE BIBEBAT

Antiochi apparatus

Antiochum multitudinis animos auocantibus. grauia hyberna nauium erant. graue tributum: q̄ toge quingente imperate erant: cũ quingentis tunicis. grauis etiã inopia frumenti: propter quam naues quoq; & presidium Romanum excessit. Tum uero liberata metu factio erat: que plebẽ in contionibus ad Antiochũ trahebat. Senatus & Optimates in Romana sotietate perstandum censebant. defectionis autores plus apud multitudinem ualuerunt. ¶ Rhodii quo magis cessatum priore estate erat: eo maturius equinoctio uerno: eundẽ Pausistratum classis Prefectum: cũ sex &. xxx. nauibus miserũt. Iam Liuius a Cannis cum. xxx. nauibus: &. vii. quadriremibus quas secum Eumenes Rex adduxerat: Hellespontum petebat: ut ad transitũ exercitus: quem terra uenturum opinabatur: prepararet: que opus essẽt. in portum quẽ uocãt Acheorum classem primum auertit. Inde Ilium ascendit. sacrifitioq; Minerue facto: legationes finitimas ab Eleũte: & Dardano & Rhoetio tradẽtes in fidem ciuitates suas benigne audiuit. Inde ad Hellesponti fauces nauigat. &. x. nauibus in statione cõtra Abydum relictis: cetera classe: in Europam ad Sexton oppugnãdum traiecit. ¶ Iam subeũtibus muros Fanatici Galli primum cum sollemni habitu ante portam occurrũt: iussu se Matris deũ famulos dee uenire memorant: ad precandũ Romanũ: ut parceret menibus urbiq; ¶ Nemo eorum uiolatus est. ¶ Mox uniuersus Senatus: cum Magistratibus ad dedendam urbem processit. ¶ Inde Abydum traiecta classis: ubi cum temptatis per colloquia animis nihil pacati respõderetur: ad oppugnationẽ sese expediebãt. ¶ Dũ hec in Hellesponto gerunẽ: Polyxenidas Regius Prefectus: (erat autem exsul rhodius) cum audisset profectam ab domo populariũ suoꝝ classẽ: & pausistratum prefectum: superbe quedã: & contemptim inse contionantẽ: dixisse: precipuo certamine animi aduersus eum sumpto: nihil aliud dies: noctesq; agitabat animo: q̃ ut uerba magnifica eius: rebus confutaret. mittit ad eum hominem: & illi notũ q diceret: & se Pausistrato patrieq; sue magno usui: si liceat: fore. & a Pausistrato se restitui in patriã posse. ¶ Cũ quo nã modo ea fieri possẽt: mirabunde Pausistratus percontaretur: fidem petenti dedit: agende cõmuniter rei: aut silentio tegẽde. ¶ Tum internuntius classem Regiam ait totã: aut maiorẽ eius partẽ Polyxenidã traditurũ ei: pretium tanti meriti nullum aliud pacisci: q̃ reditum in patriã. ¶ Magnitudo rei: nec ut crederet: nec ut aspernaretẽ dicta: effecit. Panborniũ Samie terræ petit. Ibiq; ad explorandam rem: que oblata erat: substitit. ultro: citroq; nuntii cursare. ¶ Nec fides ante Pausistrato facta est: q̃ coram nuntio eius Polyxenidas sua manu scripsit: se: ea que pollicitus essẽt: facturũ. signoq; suo impressas tabellas misit. & uero pignore uelut autoratũ sibi proditorẽ ratus est. neq; enim eũ: q sub Rege uiueret: cõmissurũ fuisse: ut aduersus semetipsũ ĩditia manu sua testata: daret. Inde rõ simulate ꝓditiõis composita. omnium se rerum apparatum omissurum Polyxenidas dicere. nõ remigẽ: nõ sotios naualis: ad classem frequentes habiturum. subducturum per simulationem reficiendi: quasdam naues alias in propinquos portus dimissurum. paucas ante portũ Ephesi in salo habiturũ. quas si exire res cogeret: obiecturus certamini foret. ¶ Quã negligentiam Polyxenidã in classe sua habiturum Pausistratus audiuit: eam ipse ex templo habuit. partem nauium ad commeatus accersendos Alicarnasũ: partẽ Samũ ad urbẽ misit: ut paratus eẽt cũ signũ aggrediẽdi a ꝓditore accepisset. ¶ Polyxenidas augere simulando errorẽ. subducit quasdã naues. alias uelut subducturus eẽt naualia reficit. ¶ Remiges ex hybernis: non Ephesum accersit: sed Magnesiã occulte cogit. ¶ Forte quidã Antiochi miles: cũ samũ rei priuate causa uenisset: pro speculatore comprehensus: deducitur Panhormum ad Prefectum. ¶ Is percontanti quid Ephesi

ageretur: incertū metu: an erga suos haud sincera fide: omnia aperit: classē instructā
paratamq; in portu stare. remigium omne Magnesiā: ad Sypilum missum p paucas
naues subductas esse. & naualia tegi. nunq̄ intentius rem naualem administratā esse.
Hec ne ꝑ ueris audirent: animus errore: & spe uana ꝑoccupatus: fecit. ❡ Polyxenidas
satis omnibus comparatis: nocte remige a Magnesia accersito: deductisq; raptim: quæ
subducte erant nauibus: cum diem non tam apparatu absumpsisset: q̄ quod conspici
proficiscentem classem nolebat: post solis occasū profectus. lxx. nauibus tectis: uento
aduerso: ante lucem Pygela portum tenuit. ubi cum interdiu ob eandē causā quiesset:
nocte in proxima Samie terre traiecit. hinc Nicandro quodam Archipirata quinq;
nauibus tectis Palynurum iusso petere: atq; inde armatos: qua proximum iter esset:
per agros Panhormum ad tergum hostium ducere: ipse intrim classe diuisa ex utraq;
classe fauces portus tenere: Panhormū petit. ❡ Pausistratus ut ī re primū nec opinata
turbatus parumper: deinde uetus miles celeriter collecto animo: terra melius arceri:
q̄ mari hostes posse ratus: armatos duobus agminibus ad promōtoria: quæ cornibus
obiectis ab alto portū faciunt: subducit. inde facile ex ancipitibus hostē submoturus
❡ Id inceptū eius Nicander a terra uisus cū turbasset: repēte mutato cōsilio ascēdere
naues omnes iubet. ❡ Tum uero ingens pariter militum: nautarumq; trepidatio orta:
& uelut fuga ī naues fieri. cū se mari: terraq; simul cernerēt circūuētos. ❡ Pausistratus
unā uiā saluti esse ratus: si uim facere ꝑ fauces portus: atq; erumpere in mare aptum
posset: postq̄ conscendisse suos uidit: sequi ceteris iussis? ipse princeps concitata naue
remis: ad ostium portus tendit. superātem iam fauces nauem eius Polyxenidas tribus
quinqueremibus circūsistit? nauis rostris icta supprimitᵉ. telis obruuntᵉ ꝓpugnatores.
inter quos: & Pausistratus impigre pugnans interficitur. nauiū reliquaꝝ ante portū
alie: alie in portu deprehense: quedam a Nicandro dum moliuntur a terra: captæ.
quinq; tantum Rhodie naues: cū duobus Cypriis effugerunt. terrore flāme micātis:
uia sibi inter cōfertas naues facta. contis enī binis a prora ꝓminentibus: trullis ferreis:
multum conceptum ignem pre se portabant. ❡ Erythree triremes: cum haud procul
a Samo: Rhodiis nauibus: quibus: ut essent presidio: ueniebant: obuie fugientibus
fuissēt: in Hellespontū ad Romanos cursum auertūt. ❡ Sub idē tempus Seleucus
proditam Phoceam: porta una per custodes aperta: recepit. & Cyma Heliaq; eiusdē
ore urbes ad eum metu defecerunt. ❡ Dum hec in Eolide geruntur: Abydus cum ꝑ
aliquot dies obsidionem tolerasset: presidio regio tutante menia: iam omnibus fessis:
Philota quoq; prefecto presidii permittente. Magistratus eorum de conditionibus
tradende urbis agebāt. ❡ Rem detinebat: quod utrū armati: an inermes emitterentᵉ
regii: parū cōueniebat. ❡ Hec agentibus cum interuenisset nuntius Rhodioꝝ cladis:
omissa de maibus res est. ❡ Metuens enim Liuius ne successu tāte rei īflatus Polyxe/
nidas classē: que ad Cānas erat: opprimeret: Abydi obsidione: custodiaq; Hellesponti
ex templo relicta: naues que subducte Cannis erant: deduxit. ❡ Et Eumenes Eleā
uenit. Liuius omni classe cui adiunxerat triremes duas Mitylenaeas Phoceam petit.
quā cū teneri ualido Regio ꝑsidio audisset: nec ꝓcul Seleucia castra eē: depopulatus.
maritimā oram: & preda maxime hominū raptim in naues imposita: tantū moratus:
dum Eumenes cum classe absequeretur: Samum petere intendit. ❡ Rhodiis primo
audita clades simul pauorem: simul metum ingentē fecit: nam preter nauiū: militūq;
iacturam: quod floris. quod roboris in iuuentute fuerat: amiserant. multis nobilibus
sequutis: inter cetera autoritate Pausistrati: que inter suos merito maxima erat. ❡ De
inde quod fraude capti: quod a ciue potissimū suo forent: in iram luctus uertit. decē

ex templo naues: & diebus post paucis decē alias Prefecto omniū Eudemo miserūt. quem aliis uirtutibus bellicis haudquaq̃ Pausistrato parē: cautiorē: quo minus animi erat: ducem futurū: credebant. ¶ Romani & Eumenes Rex in Erythrea primum classē applicuerūt. ibi noctē unā morati: postero die Corycū Peloriū ꝓmontorium tenuerunt. inde cum in proxima Samie uellent traiicere: non expectato solis ortu: ex quo statum celi notare gubernatores possent: in certam tempestatem miserunt. medio incursu aquilonis in septentrionem uerso. exasperato fluctibus mari: iactari ceperunt. Polyxenidas Samū petituros ratus hostis: ut se Rhodie classi cōiungerent: ab Epheso profectus: primo ad Myonesum stetit: inde ad Macrin: quam uocant insulā. traiecit: ut ꝑteruehentes: q̃s aberrātes ex agmine naues posset: aut postremū agmen opportune adoriretur. ¶ Postq̃ sparsam tempestate classem uidit: occasionem primo aggrediendi ratus: paulo post increbrescente uento: & maiores iam uoluente fluctus: quia peruenire se ad eos uidebat non posse: ad Ethaleam insulam traiecit: ut inde postero die Samū ex alto petētes naues aggrederet. ¶ Romani pars exigua primis tenebris portū desertū Samie tenuerūt. classis cetera nocte tota: i alto iactata: in eundem portum currit. ibi ex agrestibus cognito: hostiū naues ad Ethaleā stare: consilium habitum utrum ex templo decernerent: an Rhodiam expectarent classē. dilata re (ita enim placuit) Corycū unde uenerant: traiecerunt. ¶ Polyxenidas quoq; cum frustra stetisset: Ephesum redit: Tum romane naues uacuo ab hostibus mari: Samū traiecerūt. ¶ Eodē & Rhodia classis: post dies paucos uenit: quā ut expectatā esse appareret: profecti ex tēplo sūt Ephesum. ut aut decernerēt nauali certamine: aut si detractaret hostis pugnā: quod plurimū intererat ad animos ciuitatū: timoris confessionem exprimerent: contra fauces portus instructa in frontem nauium acie: stetere. ¶ Postq̃ nemo aduersus ibat: classe dimissa pars in salo ad hostium portus in anchoris stetit: pars in terrā milites exposuit. ¶ In eos: iā ingētē ꝑdā late depopulato agro: agētes: Andronicus Macedo: q in presidio Ephesi erat: menibus aꝓpinquātes eruptionem fecit. exutosq; magna parte prede: ad mare ac naues redegit. ¶ Postero die insidiis medio ferme uie positis: ad eliciendū extra menia Macedonem: Romani ad urbem agmine iere. unde: cum ea ipsa suspitio: ne quis exiret: deterruisset: redierūt ad naues. & terra mariq; fugientibus certamen hostibus: Samum unde uenerat: classis repetit. ¶ Inde duas sociorum ex Italia: duas Rhodias triremes: cū Prefecto Epicrate Rhodiorum ad fretum Cephalenie tuēdum Pretor misit. ¶ Infestum id latrocinio: Lacedemonius Hybristas cum iuuētute Cephalenū faciebat. clausumq; Iam mare commeatibus Italicis erat. ¶ Pirei. L. Emilio Regillo succedenti: ad nauale imperiū Epicrates occurrit. qui audita clade Rhodiorū: cum ipse duas tantū quinqueremes haberet: Epicratem cum quattuor nauibus in Asiam secum reduxit. prosequute etiā aperte naues Athenensium sūt. Egeo mari traiecit. dein Ptimasicrates Rhodius cum duabus quadriremibus ab Samo nocte intempesta uenit. deductusq; ad Emilium: presidii causa se missum ait: quod eam oram maris infestā onerariis: Regie naues ex cursionibus crebris ab Hellesponto: atq; Abydo facerēt. ¶ Traiicienti Emilio: Achio Samū: due Rhodie quadriremes: misse obuiā a Liuio: & Rex Eumenes: cū duabus quinqueremibus occurrit. ¶ Post Samum quam uentum est: accepta a Liuio classe: & sacrificio: ut assolet: rite facto: Emilius consilium aduocauit. (Ibi. C. Liuius: is enim ut primus rogatus sententiam: neminem fidelius dare posse consilium dixit: q̃ eum: q id alteri suaderet: quod ipse: si in eodē loco eēt: facturus fuerit. se in animo habuisse: tota classe Ephesum petere. & onerarias ducere: multa Saburra grauatas: atq; eas in

Livius classem tradit Emilio pretori

plures sunt de bello nauali

pugna naualis

faucibus portus supprimere? & eo minoris molimēti ea claustra esse: quo in fluminis
modum longum: & augustum: & uadosum: hostiū portus sit. ita ademptur ū se maris
usū hostibus fuisse. inutilēq; classē facturū ¶ Nulli ea placere sentētia ¶ Eumenes
Rex quesiuit ¶ Quid tandem: ubi demersis nauibus frenassent claustra maris? utrum
libera sua classe abscessuri inde forent ad opem ferendam sotiis: terroremq; hostibus
prebendū: an nihilominus tota classe portum obsessuri? siue enim abscedāt: cui dubiū
esse: quin hostes detracturi demersas moles sint: & minore molimēto aperturi portū:
q̃ instruatur? Sin autem manēdum ibi nihilominus sit: quid attinere claudi portū?
quid contra: illos tutissimo portu opulentissima urbe fruentes: omnia Asia prebente:
quieta estiua acturos Romanos aperto in mari fluctibus tempestatibusq; obiectos:
omnium inopes in assidua statione futuros: ipsos magis alligatos impeditosq;: nequid
eoꝝ: que agenda sint: possint agere: q̃ ut hostes clausos habeāt ¶ Eudemus Prefectus
Rhodie classis magis eam sibi displicere sententiā ostēdit: q̃ ipse qd censeret: faciendū
dixit ¶ Epicrates Rhodius omissa in presentia Ephesο: mittendam nauium partem
in Lyciam censuit. & Patharam caput gentis: in sotietatem adiungēdam. in duas res
magnas usui fore. & Rhodios: pacatis circa insulam suā terris: totis uiribus incumbere
in unius belli: quod aduersus Antiochum sit: curam posse. & eā classē: que in Lyciam
compareƭ: intercludi ne Polyxenide cōiūgatur ¶ Maxime mouit sentētia. ¶ Placuit
tamen Regillum tota classe euehi ad portū Ephesi: ad inferendū hostibus terrorē.
L. Liuius cum duabus qnqueremibus Romanis: & q̃ttuor quadriremibus rhodiis:
cum duabus apertis Smyrneis in Lyciam est iussus? Rhodum prius missus adire: &
omnia cū iis cōmunicare cōsilia. ¶ Ciuitates quas preteruectus est: Miletus: Mindus:
imperata enixe fecerunt. Rhodum ut est uentum: simul & ad quam rem emissus esset
iis exposuit: & consuluit eos: approbantibus cunctis: & ad eam quam habebat classē:
assumptis tribus quadriremibus: nauigat Patharā ¶ Primo secundus uētus ad ipsam
urbem ferebat eos sperabantq; subito terrore aliquid moturos. ¶ Postq̃ circunagente
uento fluctibus dubiis uolui ceptum est mare peruicerunt quidem remis: ut tenerent
terram ¶ Sed neq; circa urbem tuta statio erat: nec ante hostium portus in salo stare
poterant: aspero mari: & nocte imminente: preteruecti menia portū Phenicū minus
duum milium spacio inde distantem: petiere nauibus: ad maritima uix tutum. ¶ Sed
alte insuper eminebant rupes: quas celeriter oppidani assumptis Regiis militibus: quos
in presidio habebant: ceperunt ¶ Aduersus quos Liuius: q̃q̃ erant iniqua: & difficilia ad
exitus loca: Isseos auxiliares: & Smyrneoꝝ ex peditos iuuenes misit ¶ Ii dū missilibus
primo: & aduersus paucos lenibus lacessebatur pugna: sustinuerunt certamen. ¶ Postq̃
plures ab urbe affluebant: & iā omnis multitudo effundebaƭ: timor incessit Liuiū:
ne & auxiliares circunuenirentur: & nauibus etiam ab terra periculum esset: ita non
milites solū: sed nauales etiam sotios: naualiū remigum turbam: quibus quisq; poterat
telis armatos: in prelium eduxit. ¶ Tum quoq; anceps pugna fuit. non ꝙ milites solū
aliquot: sed ꝙ. L. Apustius tumultuario prelio cecidit. postremo tamē fusi: fugatiq;
sunt Licy. & ad urbem compulsi. ¶ Et Romani cum haud incruenta uictoria ad
naues redierunt. inde in Telesicū profecti sinum: qui latere uno Cariā: altero Lyciā
contingit: omisso Patharam amplius temptandi: Rhodii domū dimissi sunt. ¶ Liuius
preteruectus Asiam: in Gretiam transmisit: ut conuentus Scipionibus qui tum circa
Thessaliam erant: in Italiā traiceret. ¶ Emilius postq̃ omissas in Cilicia res: & Liuiū
profectum in Italiā: cognouit: cū ipse ab Ephesο repulsus tempestate irrito incepto
Samum reuertisset: turpe ratus temptatam frustra Patharam esse: proficisci eo tota

classe: & summa ui aggredi urbẽ: statuit. ¶ Miletũ: & ceteram orã sotiorũ pteruecti: in Barciliam & Icoson descensionem ad Iachum fecerunt. ¶ Vrbem regium tenebat presidiũ. agrũ circa Romani hostiliter depopulati sunt: Missis deinde qui p colloquia principũ & magistratuũ temptarẽt animos: postq̃ nihil in potestate sua responderũt eẽ: ad urbẽ oppugnandã ducit. ¶ Erant Iachensium exsules cũ Romanis frequẽtes: Rhodios orare instituerunt: ne urbem & uicinam sibi: & cognatã innoxiam perisse liceret. sibi exsilii nullam aliã causã esse: q̃ fidem: erga Romanos. eadẽ ui regionũ: qua ipsi pulsi sunt: teneri eos: qui in urbe maneant. omnium Iachensium unã mentẽ esse: ut seruitutẽ regiam effugerent. ¶ Rhodii moti precibus & Eumene etiam Rege assumpto: simul duas necessitudines cõmemorando: simul obsesse regio presidio urbis casũ miserando: peruicerũt: ut oppugnatiõe absisterẽt. pfecti inde pacati. ¶ Ceterũ cum oram asie legerent: Lornna (portus aduersus rhodum est) peruenerunt. Ibi in Principiis sermo: primo inter tribunos militum secretus oritur: deinde ad aures ipsius Emilii puenit: abduci classẽ ab Epheso: ab suo bello: ut ab tergo liber relictus hostis: in tot ppinquas sotiorũ urbes oĩa impune conari posset: mouere Emiliũ: uocatosq; rhodios: cũ percontatus esset: utrũ nã Patharis uniuersa classis in portu stare posset: cum respondissent: non posse: causam nactus omittende rei: Samum reduxit naues.

¶ Per idem tempus Seleucus Antiochi cum per omne hybernorum tẽpus exercitũ in Eolide continuisset: partim sotiis ferendo opem partim quos in sotietatẽ pellicere non poterat: depopulandis: transire in fines Regni Eumenis (dum is procul a domo: cum Romanis & Rhodiis Lycie maritima oppugnaret) statuit. ¶ Ad Eleam primo infestis signis accessit. deinde omissa oppugnatiõe urbis: agros hostiliter depopulatus: ad caput arcemq; regni Pergamum ducit oppugnandum. ¶ Attalus primo ante urbẽ stationibus positis: & excursione equitũ: leuisq; armature: magis lacessebat: q̃ sustinebat hostem. postremo cum per leuia certamina expertus nulla parte uirum se parẽ eẽ: intra menia se recepisset: obsideri urbs cepta ẽ. ¶ Eodẽ ferme tẽpore: & Antiochus ab Apamea pfectus Sardibus primũ: deinde haud procul Seleuci castris: in caput Chaici amnis statiua habuit: cũ magno excercitu: mixto uariis ex gentibus: plurimũ terroris: Gallorum mercede conductis quattuor milibus erat. hos paucis admixtis: ad peruastandum Pergamenum agrum milites misit. ¶ Que postq̃ Samum sunt nũtiata: primo Eumenes auocatus domestico bello: classe Eleam petit. Inde cum profectus fuisset: equitum peditumq; expeditis: presidio eorũ tutus: priusq̃ hostes sentirent: aut mouerentur: Pergamum contendit. ibi rursus leuia per excursiones prelia fieri cepta. Eumene summe rei discrimen haud dubie retractante. ¶ Paucos post dies Romana Rhodiaq; classis: ut Regi opẽ ferrent: Eleam ꝯmouerũt. quos ubi exposuisse copias Elee: & tot classes in unum conuenisse portum: Antiocho allatũ est: & sub idẽ tẽpus audiuit Consulẽ cũ exercitu iã ĩ Macedonia eẽ: parariq;: que ad transitũ Hellespõti opus essent: tempus uenisse ratus: priusq̃ terra mariq; simul urgeretur: agendi de pace esse: tumulum quemdã aduersus Eleã castris cepit. ¶ Ibi peditũ copiis omnibus relictis: (coequitauerant autem sex milia equitum: in campos:) sub ipsa Elee menia: descendit. misso caduceatore ad Emilium: uelle se de pace agere. ¶ Emilius Eumene a pgamo accito: adhibitis Rhodiis: haud aspernari pacẽ. ¶ Eumenes nec honestum esse dicere: eo tempore de pace agi: nec exitum rei imponi posse. quid enim inquit aut honeste inclusi menibus: & obsessi: uelut leges pacis accipiemus? aut cui rata ista pax erit: quã sine Consule: non ex autoritate Senatus: in iussu Populi Romani peregimus? quero enĩ pace p te facta: rediturusne ex tẽplo in Italiã sis. classẽ excercitũq; reducturus:

CHAICVS AMNIS.

Elea obsidetur ab Antiocho

Antiochus pacem petit et auctore eumene negatur ei

Eumenis verba

m·m·C

an expectaturus: quid de ea re Consuli placeat: quid Senatus censeat: aut Populus
iubeat: Restat ergo ut maneas in Asia: & rursus in hyberna copie reducte omisso ibi
bello: exhauriant commeatibus prebēdis: socios. deinde sicta uisum sit iis. penes quos
potestas fuerit: instauremus nouum deītegro bellū: quod possumus: si ex hoc impetu
rerum nihil prolatando remittitur: ante hyemem: dis uolentibus: perfecisse. ¶ Hæc
sententia uicit. ¶ Responsumq; Antiocho est: ante Consulis aduētum de pace agi nō
posse. ¶ Antiochus pace nequicq̄ temptata: uastādis Eleensiū primū: deinde Perga/
menorum agris: relicto ibi Seleuco filio: Adramitheum hostiliter itinere facto: petit:
agrum opulentum: quem Thebes uocāt: carmine homeri nobilitatum. neq; alio ullo
loco maior Asie Regiis militibus parta est preda. ¶ Eodē Adramitheū: ut urbi p̄sidio
essent: nauibus circunuecti Emilius: & Eumenes uenerunt. ¶ Per eosdem forte dies
Eleam ex Achaia mille pedites: cum centum equitibus: Diaphane omnibus his copiis
preposito: accesserunt. quos egressos nauibus: obuiā missi ab Attalo nocte Pergamū
deduxerunt. ueterani omnes: & periti belli erant. & ipse Dux Philopomenis sūmi tū
omnium Grecorum Imperatoris discipulus. qui biduum simul ad quietem hominū:
equorumq;: & ad uisendum hostium stationes: quibus locis stationibusq; accederent:
recipentq; sese sumpserūt. ad radices uere collis: ī quo posita ē urbs: Regii succedebāt.
ita libera ab tergo populatio erat: nullo ab urbe: ne in stationes quidem qui procul
iacularetur: excurrente. nequicquam semel compulsi metu: se menibus incluserunt.
¶ Contemptus eoꝝ: & inde neglegētia apud Regios oritur. nō stratos: nō infrenatos
magna pars habebāt equos. paucis ad arma & ordines relictis: dilapsi ceteri sparserāt
se toto passim cāpo. pars in iuuenales lusus: lasciuiāq;: pars uescētes sub umbra: q̄dam
somno etiā strati. ¶ Hec Diaphanes ex alta urbe Pergamo: contemplatus: arma suos
capere: & ad portam presto eē: iubet. ¶ Ipse Attalum adit. & in animo sibi esse dixit:
hostium stationē temptare. ¶ Egre id permittere Attalus: quippe qui centū eq̄tibus
aduersus sex cētos: mille peditibus cū quattuor milibus pugnaturū cerneret. ¶ Porta
egressus: haud procul statione hostiū: occasionē operiens: considet. & qui Pergami
erant amentiam magis: q̄ audaciā credere esse. & hostes pauliper in eos uersi: ut nihil
mouere uiderunt: nec quicq̄ ex solita neglegētia: insuper etiam eludētes paucitatē:
mutarūt. Diaphanes quietos aliquanto suos: uelut ad spectaculum modo eductos:
cōtinuit. Postq̄ dilapsos ab ordinibus hostes uidit: peditibus q̄ntū accelerare possēt:
sequi iussis: ipse princeps inter equites cum turma sua: q̄ possent effusissimis habenis:
clamore ab omni simul pedite atq; equite sublato: stationē hostiū improuiso īuadit.
¶ Non homines solum: sed equi etiam territi: cum uincula abrupissent: trepidationem
& tumultū inter suos fecerūt. ¶ Pauci stabant impauidi equi. ¶ Eos ipsos: nō sternere:
non infrenare: aut ascēdere: facile poterant. multo maiorem q̄ pro numero equitum:
terrorē Acheis inferētibus. Pedites uero ordinati: & preparati: sparsos p negligentiā:
& semisomnes ꝓpe adorti sunt. cedes passim fugaq; p campos facta est. ¶ Dyaphanes
sequutus effusos quoad tutum fuit: magno Acheoꝝ genti decore parto (spectauerāt
enim e menibus Pergami: non modo uiri: sed femine etiam) in presidium urbis redit.
¶ Postero die regie magis cōposite: & ordinate stationes: quingentis passibus ab urbe
posuerunt castra. & Achei eodem ferme tempore: atq; in eundem locum processerūt.
permulti intenti utrinq;: uelut iam futurum impetū: expectauere. postq̄ haud ꝓcul
occasu solis redeundi in castra tempus erat: Regii signis collatis abire agmine: ad iter
magis: q̄ ad pugnam composito cepere. ¶ Quieuit Diaphanes cum in conspectu erāt.
deinde eodem quo pridie impetu: in postremū agmē incurrit. tantūq; rursus pauoris:

ac tumultus incussit: ut cū terga cederent: nemo pugnādi causa restiterit. trepidātesq;
& uix ordinem agminis seruantes in castra compulsi sunt. ¶ Hec Achæorum audacia
Seleucū ex agro Pergameno mouere castra coegit. ¶ Antiochus postq̄ Romanos:
& adtuēdum Adramitheum uenisse audiuit: ea quidem urbe abstinuit: depopulatus
agros. Pheream inde coloniam Mitileneorum expugnauit. Cottō. & Corylenus: &
Aphrodisias: & Prienne primo impetu capte sunt. ¶ Inde per Tyatira Sardis rediit.
Seleucus in maritima ora permanēs: aliis terrori: aliis presidio erat. ¶ Classis Romana
cum Eumene Rhodiisq; Mitylenen primo: inde retro: unde profecta erat: Eleam
rediit. ¶ Inde Phocæam petentes: ad insulam quam Bæchium uocant: (imminet urbi
Phocensium) appulerunt. & quibus ante abstinuerant templis: signisq;: (egregie autē
exornata insula erat) cum hostiliter diripuissent: ad ipsam urbem transmiserunt. eam
diuisis interse partibus: cum oppugnarent: & uiderent sine operibus: armis: scalisq; capi
non posse: missum ab Antiocho presidium: trium milium armatorum: cum intrasset
urbem: ex templo oppugnatione omissa: classis ad insulam se recepit: nihil aliud q̄
depopulato circa urbem hostium agro. ¶ Inde placuit Eumenem domum dimitti. &
preparari Consuli: atq; exercitui: que ad transitū Hellesponti opus essent. Romanā
Rhodiamq; classem redire Samum: atq; ibi in statione eē: ne Polyxenidas ab Epheso
moueret. ¶ Rex Eleam Romani & Rhodii Samū redierūt. ¶ Ibi. M. Emilius frater
Pretoris decessit. ¶ Rhodii celebratis exequiis: aduersus classē: quā fama erat: ex Syria
uenire. xiii. suis nauibus & una Coccha quinqueremi ad terram Nidiarorum: ut ibi in
statione essent: profecti sunt. ¶ Biduo ante q̄ Eudemus cum classe a Samo ueniret:
xiii. a Rhodo naues: cum Pamphilida Præfecto aduersus eandem Syriacam classem
misse: assumptis nauibus quattuor: que Carie presidio erant: oppugnantibus Regiis
Dedala: & quedam alia parua castella: obsidione exemerunt. Eudemum confestim
exire placuit. addite huic quoq; sunt: ad eam classem: quā habebat: sex aperte naues.
¶ Profectus: cū quantum accelerare poterat: maturasset: ad portum quē Magisten
uocant: pregressos consequitur. inde uno agmine Phaseliden cum uenisset: optimum
uisum est: ibi hostem opperiri. in cōfinio Lycie & Pamphylie Phaselis est: prominēs
penitus in altum. conspiciturq; prima terrarum Rhodum: a Cilicia petētibus. & p̄cul
nauium prebet prospectū. Eo maxime: uti obuii classi hostiū essēt: electus locus ē.
ceterum: quod non prouiderunt: & loco graui: & tempore anni (medium enim estatis
erat) ad hec insolito odore ingruere: morbi uulgo: maxime in remiges ceperunt. cuius
pestilentie metu: profecti: cum p̄terueherentur Pamphyliū sinum: ad Eurimedontē
amnem appulsa classe: audiunt ad Aspendiis iam hostes esse. ¶ Tardius nauigauerūt
Regii: aduerso tempore Etesiarū: quo uelut status Fauonii uentis esset. Rhodiorum
due quadriremes: quattuor triremes fuere: Regia classis septē & . xxx. maioris forme
nauiū erant. in quibus tres Hepteres & quattuor Hexeres habebāt. preter has decē
triremes erāt. ¶ Et ii adeē hostes ex specula quadā cognouere. ¶ Vtraq; classis postero
die: luce prima: tanq̄ eo die pugnature: portu mouit. ¶ Et postq̄ superauere Rhodii
promontorium: quod ab Sida prominet in altū: ex templo & cōspecti ab hostibus
sunt: & ipsi eos uiderunt. ¶ Ab regio sinistro cornu: qđ ab alto obiectū erat: Annibal:
dextro Appolonius purpuratorum unus preerat. & iam in frontem directas habebāt
naues. ¶ Rhodii longo agmie ueniebāt prima Pretoria nauis: Eudemi erat. cogebat
agmen Eraclitus. Pamphylidas medie classi p̄erat: ¶ Eudemus postq̄ aciē instructā:
& paratam ad concurrendū uidit: & ipse in altū uehitur: & deinceps que sequebant:
ferentes ordinem: in frontem dirigere iubet. ea res primo tumultum prebuit: nam

Eudemus in alto euectus erat: ut ordo omnium nauium ad terram explicari posset. ¶ Et festinans ipse prepropere: cũ quinq; solis nauibus Annibali occurrit ¶ Ceteri q̃ in frontẽ dirigere iussi erãt: non sequebant. ¶ Extremo agmine loci nihil ad terram relicti erat. trepidãtibusq; iis: iter se: iã i dextro cornu aduersus Annibalẽ pugnabãt. Sed momento tẽporis: & nauium uirtus: & usus rei maritime: terrorẽ omnẽ Rhodiis dempsit. nam & in altum celeriter euecte naues locũ post se quoq; uenienti ad terrã dedere. & siqua concurreat porro: cũ hostiũ naue: aut proram lacerabat: aut remos detergebat. aut libero inter ordĩes discursu: præteruecta in pupim impetum dabat: maxĩe exterruit Hepteris Regia: a multo mĩore Rhodia naue: uno ictu demersa: Itaq; iam haud dubie dextrum cornu hostium in fugam inclinabat. ¶ Eudemum in alto multitudĩe nauiũ maxime: Annibal ceteris omnibus lõge prestãter: urgebat. & circunuenisset: ni signo sublato: ex Pretoria naue: quo dispersam classem in unum colligi mos erat: omnes quæ in dextro cornu uicerant naues: ad opem ferendam suis concurrissent. ¶ Tum & Annibal: queq; circa eũ erant naues: capessunt fugã ¶ Nec insequi Rhodii: ex magna pte egris: & ob id celerius fessis remigibus: potuerũt. Cũ in alto ubi substiterant: cibo reficerẽt uires: contemplatus Eudemus hostes: claudas: mutilatasq; naues aptis nauibus remulco trahẽtes. xx. paulo amplius integras ascen/dentes: e turri Pretorie nauis silentio facto ¶ Exurgite inquit & egregiũ spectaculũ capessite oculis. Cõsurrexere omnes contemplatiq; expugnationem fugãq; hostiũ: prope una uoce exclamauere omnes: ut sequerentur. ipsius Eudemi multis ictibus uulnerata nauis erat: Pamphylidam & Heraclitum insequi: quod putarent tutum: iussit. aliquandiu sequuti sunt. ¶ Postq̃ terræ appropinquabat Annibal: ueriti ne intercluderentur uento in hostium ora: ad Eudemum reuersi Hepterem captã: que primo concursu icta erat: egre Phaselidem pertraxerunt. ¶ Inde Rhodum: non tã uictoria læti: q̃ alius alium accusantes: ꝙ cum potuissent: non omnis summersa: aut capta classis hostium foret: redierunt? ¶ Annibal ictus uno prælio aduerso: ne tum quidem preteruehi Lyciam audebat: cũ coniungi ueteri Regie classi q̃primũ cuperet. & id: ne ei facere liberũ eẽt: Rhodii Heraclitũ cũ. xx. nauibus rostratis ad Patharã: & Megesten portum miserunt. ¶ Eudemum cum. vii. nauibus maximis: ex ea classe: cui præfuerat: Samum redire: ad Romanos iusserunt: quantum consilio: quantum autoritate ualeret: compelleret Romanos: ad Patharam expugnandam ¶ Magnam Romanis leticiã ꝑus uictorie nũtius: deĩde aduẽtus attulit Rhodioꝝ. & apparebat: si ea cura Rhodiis dẽpta esset: uacuos eos tuta eius regionis maria prestaturos. ¶ Sed profectio Antiochi ab Sardibus: ne opprimerent urbes maritime abscedere custodia Ionie atq; Eolidis prohibuerunt. Pamphylidam cum quattuor nauibus tectis: ad eã classẽ: que circa Patharã erat: miserũt. ¶ Antiochus: non ciuitatũ modo: que circa se erant: cõtrahebat ꝑsidia. Sed ad Prusiã Bithynie Regẽ: miserat Legatos: litterasq;: quibus transitũ in Asiã Romanoꝝ increpabat. ¶ Venire eos ad omnia regna tollẽda: ut nullum usq̃ orbis terrarum: nisi Romanum imperium esset. Philippum & Nabin expugnatos. se tertiũ peti. ut quisq; proximus ab oppresso sit: ꝑ omnis uelut cõtinens incendium peruasurũ. ab se gradũ in Bithyniã fore: quando Eumenes in uoluntariã seruitutem concessisset. ¶ His motum Prusiã littere Scipionis Consulis: sed magis eius fratris Africani: a suspitione tali auerterunt. qui preter consuetudinem ꝑpetuam Po. Romani augẽdi omni bonore Regum sotiorum maiestatẽ: domesticis ipse exẽplis Prusiam ad promerẽdam amiciciam suam compulit ¶ Regulos se acceptos in fidem: Hispaniæ Reges reliquisse. Masanissam non in patrio modo locasse regno: sed in

Syphacis: a quo ante expulsus fuisset: regnum imposuisse & esse eum: non Africe mō
Regnum longe opulentissimū sed toto in orbe terrarū: cui uis Regnū uel maiestate:
uel uiribus parem. Philippum & Nabin hostes: bello superatos: ab. T. Quintio: tamē
in regno relictos. Philippo quidem anno priore etiam stipendium remissū. & filium
obsidē redditū. & quasdā ciuitates extra Macedoniā patiētibus Romanis Impato/
ribus: recepisse eum ¶ In eadem dignitate: & Nabin futurū fuisse: nisi eum suus ꝓmū
furor: deinde fraus Etolorū absumpsisset. ¶ Maxime cōfirmatus est animus Regis:
postq̃ ad eum. C. Liuius qui Pretor ante classi prefuerat: Legatus ab Roma uenit.
& docuit quanto & spes uictorie certior Romanis: q̃ Antiocho: & amicicia sanctior:
firmiorq;: apud Romanos futura esset. ¶ Antiochus postq̃ a spe societatis Prusiæ
decidit: Ephesū ab Sardibus est ꝓfectus: ad classē: que ꝑ aliquot menses instructa:
ac parata fuerat: uisendam. magis quia terrestribus copiis exercitum Romanum: &
duos Scipiones Imperatores uidebat sustineri nō posse: q̃ quia res naualis ipsa per se: aut
tēptata sibi unq̃ feliciter: aut tūc magne & certe fiducie esset ¶ Erat tamē momentū
in presētia spei: & quod magnā partē Rhodie classis circa Patharā esse: & Eumenē
Regem cū omnibus nauibus suis Consuli obuiā in Hellespontum profectū: audierat.
¶ Aliquid etiam inflammabat animos classis Rhodia ad Samū per occasionē fraude
preparatam: absumpta. his fretus: Polyxenida cum classe: ad temptandum omni mō
certaminis fortunam misso: ipse copias ad Nothium ducit. id oppidum Colophoniū
mari imminens: abest uetere Colophone duo ferme milia passuum. & ipsam urbē suē
esse potestatis uolebat: adeo propinquam Epheso: ut nihil terra mariue ageret: quod
nō sub oculis Colophoniorū: ac per eos notū ex templo Romanis esset. quos audita
obsidione nō dubitabat: ad opem ferendā socie urbi classem a Samo moturos. ¶ Eā
occasionem Polyxenide ad rem gerendam fore ¶ Igitur operibus oppugnare urbem
aggressus: & ad mare partibus duabus pariter munitionibus deductis: utrinq; uineas
& aggerem muro iniunxit. & testudinibus arietes admouit. ¶ Quibus territi malis:
Colophonii oratores Samū ad. L ¶ Emiliū fidē Pretoris Populiq; Romani implo/
rantes: miserunt ¶ Emiliū & Sami segnis diu mora offendebat: nihilominus opinantē:
q̃ Polyxenidam bis nequicq̃ ab se prouocatum: potestatem pugne facturū esse ¶ Et
turpe existimabat: Eumenis classē adiuuare Consulē: ad traiciendas in Asiā legiones:
se Colophonis obsesse auxilio in certam finē habituro: alligari. Eudemus Rhodius:
qui & tenuerat eum: Sami cupientem proficisci in Hellespontum cunctiq;: instare:
& dicere ¶ Quāto satius esse: uel socios obsidione eximere: uel uictam iā semel classē
uincere iterum: totamq; maris possessionē eripere: q̃ desertis sociis tradita Antiocho
Asia terra mariq; in Hellespontum: ubi satis esset Eumenis classis: a sua parte belli:
discedere. ¶ Profecti a Samo ad petendos commeatus: cōsumptis iam omnibus: Chiū
parabant traicere ¶ Id erat horreum romanis. eoq; omnes ex Italia missæ onerariæ
dirigebāt cursum. ¶ Circunuecti ab urbe ad auersa insule obiecta aquiloni (ad Chiū
& Erythras sunt) cū pararent traicere: litteris certior fit Pretor frumenti: uim magnā
Chium: ex Italia uenisse. uinum portantes naues: tempestatibus retentas esse: simul:
allatum est Theios Regie classi benigne commeatus prebuisse. quinquemilia uasorū
uini pollicitos esse ¶ Theium ex medio cursu classem repente: auertit: aut nolentibus
iis usurus commeatu parato hostibus: aut ipsos ꝑ hostibus habituros ¶ Cū direxissēt
ad terrā proras: quīdecim ferme eis naues circa Mynonnesū apparuerūt. q̃s primo ex
classe Regia Pretor eē ratus: instituit sequi. apparuit īde Piraticas celones: & lēbos eē.
Chiorū maritimā oram depopulati cū omnis generis præda reuertētes: postq̃ uidere

Antiochus Nothum oppugnat

ex alto classẽ: in fugã uerterũt. & celeritate supabãt: leuioribus: & ob id fabrefactis nauigiis: & propiores terræ erant. Itaq; priusq̃ appropinquaret classis: Mynonnesum pfugerũt. ¶ Vnde se e portu ratus abstracturũ naues: ignarus loci sequebatur Pretor.
Mynonnesus promontorium inter Theium Samumq; est. ipse collis est in modum mete in acutũ cacumen a fundo satis lato: fastigatus: a continenti arcte semite aditũ habet. a mare rupes exese fluctibus super claudũt. ita ut quibusdã locis suppendentia saxa plus in altũ: q̃ que in statione sũt naues: pmineant. Circa ea nõ apppinquare ause naues: ne sub ictu superstantiũ rupibus Piratarũ eẽnt: diẽ triuere. tandem sub noctẽ uano icepto: cũ abstitissẽt: Theiũ postero die accessere: & in portu: q a tergo urbis est: Gereticũ ipsi appellant: nauibus constitutis: Pretor ad depopulandũ circa urbem agrum milites emisit. ¶ Theii cum in oculis populatio esset: oratores cũ infulis: & uelamẽtis ad Romanum miserũt: quibus purgãtibus ciuitatẽ omnis facti: dictiq; hostilis aduersus Romanos: & iuuisse eos omni commeatu classem hostium arguit. & quantũ uini Polyxenide pmisissent. que si eadẽ classi Romane darẽt: reuocaturũ se a populatione militem. si minus p hostibus eos habiturũ. ¶ Hoc tã triste responsũ cum retulissent legati: uocatur in contionẽ: a magistratibus populus: ut quid agerẽt consultarent. ¶ Eo forte Polyxenidas cũ regia classe a Colophone profectus: postq̃ mouisse a Samo Romanos audiuit: & ad Mynonnesũ piratas prosequutos Theiorũ agrũ depopulari. naues in Gerestico portu stare: ipse aduersus Mynonnesũ ĩ insulã: Macrin nautici uocãt: ancoras portu occulto iecit. ¶ Inde ex propiquo explorãs: quid hostes agerent: primo in magna spe fuit: quemadmodum Rhodiam classem ad Samũ: circunsessis ad exitũ faucibus portus: expugnasset: sic & Romanã expugnaturum. ¶ Nec est dissimilis natura loci. promontoriis coeuntibus inter se: ita claudĩt portus: ut uix due simul inde naues possĩt exire. ¶ Inde nocte occupare fauces Polyxenidas in animo habebat. & denis nauibus ad promõtoria stãtibus: que ab utroq; cornu: in latera exeuntium nauiũ pugnarẽt: & ex cetera classe: sicut ad Panhormũ fecerat: armatis in littora expositis: terra mariq; simul hostes opprimere. qđ nõ uanũ ei consilium fuisset: ni cum Theii facturos se imperata promisissent: ad accipiendos commeatus: aptius uisum eẽt romanis: in eum portũ: qui ante urbẽ est: classe trãsire.
¶ Dicitur & Eudamus Rhodius uitium alterius portus ostendisse: cũ forte due naues in arcto ostio implicitos remos fregissent. & inter alia: id quoq; mouit Pretorem: ut traduceret classem: quod ab terra periculũ erat. haud procul inde Antiocho statiua habente. ¶ Traducta classe ad urbem: ignaris omnibus egressi milites: nauteq; sũt ad commeatus: & uinum maxime diuidendũ in naues. cũ medio forte diei agrestis qdam: ad Pretorem adductus: nuntiat alterum iam diem classem stare ante insulã Macrin. & pauloante uisas quasdam moueri tanq̃ ad profectionẽ naues. ¶ Re subita pculsus Pretor tibicines canere iubet: ut si qui per agros pallati essent: redirent. ¶ Tribunos in urbẽ mittit: ad cogẽdos milites: nautasq; in naues. Haud secus q̃ in repẽtino incẽdio: aut capta urbe: trepidatur: aliis in urbẽ currẽtibus: ad suos reuocandos: aliis ex urbe naues cursu repetẽtibus. incertisq; clamoribus: quibus ipsis tube opstreperent: turbatis imperiis: tandem concursum ad naues est. ¶ Vix suam quisq; noscere: aut audire: pre tumultu: poterat. ¶ Trepidatumq; cũ periculo: & in mari: & in terra foret: ĩ partibus diuisis Emilius cum Pretoria naue primum portu in altũ euectus: excipiẽs insequẽtis suo quanq; ordine in frontem instruxisset. ¶ Eudamus Rhodiaq; classis substitissent ad terram: ut & sine trepidatione conscenderẽt: & ut queq; parata eẽt: exiret nauis. ¶ Ita & explicuere ordinẽ prime in cõspectu Pretoris: & coactũ agmẽ ab Rhodiis

est.instructaq; acies uelut cerneret regios: in altum processit. ¶ Inter Mynonnesum: & Choricum promontorium erat: cum hostem conspexere. & Regia classis binis in ordinem nauibus: longo agmine ueniens. & ipsa aciem aduersam explicauit: leuo tm̄ euecta cornu: ut amplecti & circunire dextrum cornu Romanoꝝ posset. ¶ Quod ubi Eudamus: qui cogebat agmen: uidit: non posse equare ordinem Romanos: & tantũ non iam circuniri a dextro cornu: concitat naues. & erant Rhodie naues lõge omniũ celerrime tota classe. eq̃toq; cornu: Pretorie naui in qua Polyxenidas erat: suã obiecit. Iam totis simul classibus: ab om̄i pte pugna cõserta erat. ab Romãis. lxxx naues pugnabãt. ex qbus Rhodie due &. xx. erãt. hostiũ classis tres: &. xc. nauiũ fuit. & maxĩe forme naues. tres Hexeres hẽbat. duas Hepteres. ¶ Robore nauiũ: & uirtute militum: Romani lõge Rhodios prestabãt. ¶ Rhodie naues agilitate: & arte gubernatoꝝ: & scĩa remigũ. ¶ Maximo tamẽ hostibus terrori fuere: que ignes pre se portabãt. & quidẽ unus is mõus ad Panhormũ circũuentis saluti fuerat. ¶ Id tũ maximũ momentũ ad uictoriã fuit. nã metu ignis aduersi regie naues: ne ꝓpe cõcurrerẽt cũ declinassent: neq; ipse ferire rostro hostem poterant: & obliquas se ipse ad ictus prebebant. & sique occurrerant: obruebãtur in fuso igni. magisq; ad incendium: q̃ ad prælium: trepidabant. ¶ Plurimum tamen que solet militum uirtus in bello ualuit. mediam nanq; aciem hostium Romani cũ rupissẽt: circunuecti ab tergo pugnãtibus aduersus Rhodios: Regiis: sese obiecere. momẽtoq; temporis & media acies Antiochi: & leuo cornu circunuente naues: mergebãtur. ¶ Dextra pars integra: sociorũ magis clade: q̃ suo prelio: terrebatur. ¶ Ceterum postq̃ alias circunuentas: pretoriam nauem Polyxenidæ: relictis sociis: uela dantem uidere: sublatis raptim dolonibus: Ephesum petũt fuga. xlii. nauibus in ea pugna amissis: quarum. x. & tres capte in potestatem hostium uenerunt: cetere incense: aut demerse. Romanorum due naues fracte sunt. uulneratæq; aliquot. ¶ Rhodia una capta: memorabili casu. nam cũ rostro ꝑcussisset Sidomã nauẽ in anchora: ictu ipso excussa naue sua: unco dente: uelut manu ferrea iniecta: alligauit alterius prorã. inde tumultu iniecto: cũ diuellere se ab hoste cupiẽtes inhiberẽt rhodii: tractu anchorali & implicitũ remis latus alterũ detersit. debilitate ea: ipsa que icta coheserat: nauim cepit. ¶ Hoc maxime modo ad Mynõnesũ nauali prelio pugnatũ est. Quo territus Antiochus: quia possessione maris pulsus: longinqua tueri diffidebat se posse: presidiũ ab Lysimachia: ne opprimeretur ibi ab Romanis: deduci: prauo (ut res ipsa postea docuit) cõsilio: iussit. nõ enim tueri solũ Lysimachiã a primo impetu Romanorum facile erat: sed obsidionem etiã tota hyeme tolerare. & obsidentes quoq; ad ultimam inopiã deducere: extrahendo tempus. & interim spẽ pacis per occasiones temptare. ¶ Non Lysimachiam tantum hostibus tradidit: post aduersam naualem pugnam: sed etiã Colophonis obsidione abscessit. & Sardis recepit se. ¶ Atq; inde Cappodociam. & ad Ariarathen qui auxilia accerseret: & quocũq; alio poterat ad copias contrahendas: in unum iam consilium: ut acie dimicaret: intentus: misit. ¶ Regillus Emilius post uictoriam naualem profectus Ephesum: direptis ante portum nauibus: cum confessionem concessi maris ultimam hosti expressisset: Chiũ quo ante nauale preliũ cursu a Samo intenderat: nauigat. ibi naues in ꝑlio q̃ssatas cum refecisset: L. Emilium Scaurum: cum. xxx. nauibus Hellespontũ ad excercitũ traiciendũ misit. ¶ Rhodias parte prede: & spoliis naualibus decoratas domũ redire iubet. ¶ Rhodii impigre preuertere. ad traiciẽdasq; copias cõsulis iere. atq; eo quoq; functi offitio: tũ demũ Rhodum rediere. ¶ Classis romana ab Chiolphoceã traiecit. ¶ In sinu maris infimo: posita hec urbs est oblõga forma. duum milium: & q̃ngentorũ

passuum spatium murus amplectit̃. totidẽ ex utraq; parte in arctiorẽ uelut cuneũ:
Lamptera ipsi appellãt: mille & ducẽtos passus ibi latitudo patet. inde in altũ lingua
mille passuum excurrens: medium ferme sinum: uelut nota: distinguit. urbs cohæret
faucibus angustis. duos ĩ utranq; regionẽ uersos portus tutissimos habet. qui ĩ meridiẽ
uergit: Nausa themon ab re appellatur: quia ingẽtem uim nauium capit. alter ꝓpe
ipsum Lamptera est. ❡Hos portus tutissimos cum occupasset Romana classis: priusq̃
aut scalis: aut operibus: menia aggrederetur: mittendos censuit Pretor: qui Principũ
Magistratuũq; aĩos tẽptarẽt. ❡Postq̃ obstinatos uidit: duobus simul locis oppugnare
est adortus. altera pars infrequens edifitiis erat. templa deum aliquantũ tenebãt loci.
ea prius ariete admoto: q̃tere muros: turresq; cepit. deĩn cũ eo multitudo occurreret:
ad defendendum: altera quoq; parte admotus aries & iam utrinq; sternebãtur muri:
ad quoꝝ casum cum impetum Romani milites per ipsam stragem ruinaꝝ facerent:
alii scalis etiam ascensum in muros temptarent: adeo obstinate restiterunt oppidani:
ut appareret plus in armis: & uirtute: q̃ in menibus auxilii esse. coactus ergo periculo
militum Pretor: receptui cani iussit ne obiiceret in cautos furentibus desperatiõe: ac
rabie. dirempto prelio: ne tum quidẽ ad quietẽ uersi. sed undiq; omnes ad munienda:
& obmoliendа: que ruinis strata erant: concurrerũt. ❡Huic operi intentis superuenit
Q. Antonius a Pretore missus: qui castigata ꝑtinatia eoꝝ: maiorẽ curã Romanis:
q̃ illis ostẽderet eẽ: ne in perniciẽ urbis pugnarẽt. si absistere furore uellẽt: potestatẽ
iis dare eadem conditione qua prius. C. Liuii in fidem uenissent: se tradendi. ❡Hæc
cum audissent: quinq; dierum spatio ad deliberandum assũpto: temptata interim spe
auxilii ab Antiocho: postq̃ Legati missi ad Regẽ: nihil in eo esse presidii retulerãt:
tum portas aperuerunt: pacti ne quid hostiliter paterentur. ❡Cum signa in urbem
inferẽntur: & pronuntiasset Pretor parci se deditis uelle: clamor undiq; est sublatus:
indignũ facinus eẽ: Phocẽses nunq̃ fidos socios: sẽper infestos hostes impune eludere.
❡Ab hac uoce: uelut signo a Pretore dato: ad diripiendam urbem passim discurrerũt.
❡Emilius primo resistere. & reuocare: dicendo: captas non deditas diripi urbes. Sed in
his tamen imperatoris nõ militũ arbitriũ eẽ: ❡Postq̃ ira & auaricia imperio potẽtiora
erant. ❡Preconibus per urbem missis: liberos omnes in forum ad se conuenire iubet:
ne uiolarentur. & in omnibus quæ ipsius: potestatis fuerunt: fides constitit Pretoris.
❡Vrbẽ agrosq;: & suas leges iis restituit. ❡Et quia iã hyems appetebat: Phocee portus
ad hybernandum classi delegit. ❡Per idem fere tẽpus Consuli transgresso Eniorũ
Maronitarumq; fines: nuntiat̃ uictam Regiam classem ad Mynonnesũ. relictamq;
presidio Lysimachiam esse. id multoq̃ de nauali uictoria letius fuit. utiq; postq̃ eo
uenerunt refertaq; urbs omnium rerum commeatibus: uelut in aduentum excercitus
preparatis: eos excepit. ubi inopiam ultimã laboreq; in obsidenda urbe proposuerãt.
ibi paucos dies statiua habuere. impedimenta egriq; ut consequerentur: qui passim ꝑ
omnia Thracie castella fessi morbis: ac lõgitudine uie: relicti erant. ❡Receptis oĩbus
ingressi rursus iter: per Cherõnesum Hellespontum perueniunt. ubi omnibus cura
regis Eumenis ad traiiciendum preparatis: uelut in pacato littore: nullo prohibente:
alii alio delatis nauibus: sine tumultu traiecere. ❡Ea uero res Romanis auxit animos:
concessum sibi transitum cernentibus in Asiam. quam rem magni certaminis futuram
crediderant. ❡Statiua dẽ inde ad Hellespontũ aliquandiu habuerũt: quia dies forte:
quibus Ancilia mouent̃: religiosi ad iter inciderãt. ❡Iidem dies. P. Scipionẽ propiore
etiã religione: quia Salius erat: deiunxerant ab exercitu. causaq; & his ipse more erat:
dũ cõsequeret̃. ❡Per eos forte dies legatus ab Antiocho castra intrauerat: Bizantius

infrequens

Consul Scipio in Asiam traiicit

Heraclides: de pace afferens mandata. quã prestabilem fore magnam ei spem attulit mora: & contatio Romanorum. quos simul Asiã attigissent: effuso agmine ad castra Regia ituros crediderat. statuit tamen non prius adire Consulem: q̃. P. Scipionem: & ita mandatum ab rege erat. in eo maximam spem habebat: preterq̃ ꝙ & magnitudo animi: & satietas glorie placabilem eum maxime faciebat. notumq; erat gentibus: q uictor ille in Hispania: qui deinde in Africa fuisset: etiam quod filius eius captus in potestate regis erat. ¶ Is ubi: & quando: & quo casu: captus sit: sicut pleraq; alia: parũ inter autores constat. ¶ Alii in principio belli a Chalcide oricũ petentẽ: circunuentũ ab Regiis nauibus tradunt. ¶ Alii postq̃ transitũ in asiam est: cũ turma Fregellana missum exploratum ad regia castra: effuso obuiam equitatu: cum reciperet sese: in eo tumultu delapso equo: cum duobus equitibus oppressum: ita ad regem deductum eẽ. ¶ Illud satis constabat: si pax cum Populo Romano maneret: hospitiumq; priuatim Regi cum Scipionibus eẽt: neq; liberalius: neq; benignius haberi coliq; adolescentẽ: q̃ cultus est: potuisse. ¶ Ob hec cum aduentũ. P. Scipionis Legatus expectasset: ubi is uenit: Consulem adit. petitq; ut mandata audiret. ¶ Aduocato frequenti concilio Legati uerba sũt audita. ¶ Is multis ante legationibus nequicq̃ ultro: citroq; de pace missis: eam ipsam fiduciã impetrandi sibi eẽ dixit: qđ priores Legati nihil impetrassẽt Smyrnam enim & Lampsacũ: & Alexandriã Troadem: & Lysimachiã ĩ Europa iactatas in illis disceptationibus esse. quarũ Lysimachia cessisse regẽ: neqđ in Europa habere eum dicerẽt. eas que sint in Asia ciuitates: tradere paratum esse: & siquas alias Romani. ꝙ suarum partium fuerint: uẽdicare ab Imperio Regio uelint. ¶ Impẽse quoq; in bellum facte partem dimidiam Regem prestaturũ Populo Romano. ¶ He cõditiones erant pacis. ¶ Reliqua oratio fuit: ut memores rerum humanarum: & sue fortune moderarentur: & alienam ne urgerent. finirẽt Europe Imperium. id quoq; immensum esse. & parari singula acquirendo facilius potuisse: q̃ uniuersa teneri posse. ¶ Quod si Asie quoq; partem aliquã abstrahere uelit: dummodo nõ dubiis regiõibus finiant: uinci suam temperantiã Romana cupiditate: pacis & concordie causa Regẽ passurũ. ¶ Ea: que Legato magna: ad pacẽ impetrandã uidebant: parua Romanis uisa. & impensam: que in bellũ facta esset: omnem prestare Regem equũ censebãt: cuius culpa bellum excitatum esset. ¶ Et nõ Ionia modo atq; Eolide deduci debere ꝑsidia Regia: sed sicut Gretia omnis liberata esset: ita que ĩ Asia sint: omnes liberari urbes. id aliter fieri non posse: q̃ ut cis Taurum montem possessione Asie Antiochus cedat. ¶ Legatus postq̃ nihil equi in Cõcilio impetrare se censebat: priuatim (sic enim imperatum erat:) P. Scipionis temptare animum est conatus. ¶ Omnium primum ei sine precio filium redditurum Regem dixit. ¶ Deinde ignarus & animi scipionis: & moris romani: auri põdus ingẽs pollicitus. & nomine tantũ Regio excepto sotietatẽ omnis Regni: si per eum pacẽ impetrasset. ¶ Ad ea Scipio. ¶ Quod Romanos omnis. ꝙ me: ad quẽ missus es: ignoras: minus miror: cũ te fortunã eius: a quo uenis: ignorare cernã. ¶ Lysimachia tenẽda erat. ne Chersonnesũ intraremus. ¶ Aut ad Hellespontũ obsistendũ: ne in Asiã traiceremus: si pacem: a sollicitis de belli euentu: petituri eratis. concesso uero in Asiã transitu: & nõ solũ frenis sed etiã iugo accepto: que disceptatio ex equo cum Imperiũ patiendũ sit: relicta est? ego ex munificentia regia maximũ donum filium habebo. aliis deos precor: ne unq̃ fortuna egeat mea: animus certe nõ egebit. pro tanto in me munere: gratum me esse in se sentiet: si priuatam gratiam: pro priuato benefitio desiderat. Sed publice: nec habeo quicq̃ ab illo: nec dabo. ¶ Quod in presentia dare possim: fidele consilium est. ¶ Abi nuntia meis uerbis: bello absistat.

Antiochus legatum de pace mittit ad cons.

Filius Scipionis ab hostibus captus.

Legati antiochi uerba de conditionibus pacis

Legatus frustratus spe sua P. Scipionem priuatim oraturus mittitur

Scipionis responsum

pacis conditionem nullam recuset. ¶ Nihil ea mouerūt Regem: tutā fore bellis Asiā ratum: quando perinde: ac uicto iam sibi leges dicerentur. ¶ Omissa igit̃ in presentia mentione pacis: totā curam in belli apparatum intendit. ¶ Consul omnibus preparatis ad proposita exequenda cū ex statiuis mouisset Dardanū primū: deinde Roetheū: utraq; ciuitate obuiam effusa: uenit. ¶ Inde Ilium processit. castrisq; in campo: qui ē subiectus mænibus: positis: in urbem: arcemq; cum ascendisset: sacrificauit Mineruæ presidi arcis. & Iliensibus: in omni rerum uerborūq; honore ab se oriundos Romanos præferentibus: & Romanis letis origine sua. ¶ Inde profecti sextis castris: ad caput Caici amnis peruenerūt. ¶ Eo & omnes: & Rex Eumenes conatus pmo ab Helles/ponto reducere classem in hyberna: Eleā aduersis uentis: cum aliquot deinde diebus superare uento in promontorio non potuisset: in terrā egressus: ne deesset principiis rerum: qua proximū fuit: in castra Romana: cū parua manu contēdit. ¶ Ex castris Pergamum remissus: ad commeatus expediendos: tradito frumento: quibus iusserat Consul: in eadem statiua rediit. inde plurium dierum præparatis cibariis: consilium erat ire ad hostem: priusq̃ hyems opprimeret. ¶ Regia castra circa Tyatiram erant. ¶ Ibi cum audisset Antiochus. P. Scipionem egrum Elæam delatū: Legatos: q filiū ad eum reducerent: misit. non solum animo patrio gratum munus: sed corpori quoq; salubre gaudium fuit. satiatusq; tandem conplexu filii. ¶ Renuntiate inquit gratias Regi me agere. referre gratiam aliam nunc non posse: q̃ ut suadeam: ante in aciem non descendat: q̃ ut in castra me redisse audierit. ¶ Quamq̃ .lx. milia peditum: plus xii. milia equitū animos interdū ad spem certaminis faciebāt: motus tamē Antiochus tanti autoritate uiri: in quo ad incertos belli euētus: omnis fortune potuerat subsidia recepisse: transgressus Phrygium amnem: circaq; Magnesiam: quæ ad Sypilum est: posuit castra. & ne: dum extrahere tempus uellet: munimenta Romani temptarent: fossam sex cubitis altā: .xii. latam: cū duxisset: extra duplex uallum fosse circūdedit. interiore labro murum cum turribus crebris obiecit: unde facile arceri transitu fosse: hostis posset. ¶ Consul circa Thyatiram esse Regem ratus: cōtinuis itineribus quinto die ad Hyrcanum campū descendit. ¶ Inde cū profectū audisset: sequutus uestigia citra Phrigium amnē quattuor milia ab hoste: posuit castra. ¶ Eo mille ferme eqtes: maxima pars Gallogreci erant: & Dahe quidam: aliarumq; gētium sagittarii equiti intermixti: tumultuose amne traiecto in stationes impetū fecerunt. primo turbauere incompositos: deinde cum longius certamen fieret: Romanorū ex propinquo castris facile subsidio cresceret numerus: Regii fessi iam: & plures non sustinentes: recipere se conati: circa ripam amnis: priusq̃ flumen ingrederentur: ab instantibus tergo: aliquot interfecti sunt. ¶ Biduum deinde silentiū fuit. neutris transgrediētibus amnē. ¶ Tertio post die Romani simul omnes transgressi sūt. & duo milia ferme & quingētos passus ab hoste posuerunt castra. ¶ Metantibus: & muniendo occupatis: tria milia delecta equitum peditūq; Regiorū magno terrore: ac tumultu aduenere. aliq̃nto pauciores in statione erant. duo tamē milia per se: nullo a munimēto castrorū milite auocato: & primo equum prelium sustinuere & crescente certamine: pepulerūt hostes. centūq; ex his occisis: centum ferme captis. ¶ Per quatriduū insequens instructe utrinq; acies pro uallo stetere. ¶ Quinto die Romani processere in medium campi. ¶ Antiochus nihil promouit signa. ita ut extremi minus mille pedes: a uallo abeēnt. ¶ Cōsul postq̃ detractari certamē uidit: postero die: in consilium aduocauit: quid sibi faciendū eēt: si Antiochus pugnandi copiā non faceret. instare hyemem. aut sub pellibus habēdos milites fore: aut si concedere in hyberna uellet: differendum esse in æstatem bellum.

¶Nullū unq̃ hostem Romani eque contempserunt. conclamatū undiq; est: duceret extemplo: & uteretur ardore militum: qui tanq̃ non pugnandum cum tot milibus hostium: sed par numerus pecoꝝ trucidandus esset: per fossas: ꝑ uallū: castra iuadere parati erant: si in prelium hostis non exiret. ¶Cn. Domitius ad explorandum iter: & qua parte adiri uallum hostium posset: missus: postq̃ omnia certa retulit: postero die propius castra admoueri placuit. Tertio signa in mediū cāpi prolata. & instrui acies cepta ē. nec Antiochus ultra tergiuersādū ratus: ne & suoꝝ aīos minueret detractādo certamen: & hostium spem augeret: & ipse copias eduxit. tantum progressus a castris: ut & dimicaturum appareret. Romana acies unius prope forme fuit: & hominum: & armorum genere. due legiones Romane: due sotium: & Latini nominis erāt. qna milia: & quadragenos sigule habebāt. Romani mediā aciē: cornua Llatini tenuerūt. Hastatorum prima signa: deinde Principū erāt. Triarii postremos claudebāt. Extra hanc ueluti iuxtā aciē: a parte dextra Consul Acheoꝝ cetratis immixtos auxiliares Eumenis tria milia ferme peditum: equata frōte instruxit. ultra eos equitum minus tria milia opposuit. ex qbus Eumenis. octingēti reliquus omnis equitatus Romanus erat. extremos Thrallios & Cretenses: quingentoꝝ utriq; numerum explebāt: statuit.

¶Leuum cornu non uerebatꝛ obiectis talibus auxiliis: quia flumē ab ea parte ripeq; deruptæ claudebant. quattuor tamen inde turme equitum opposite. Hec summa copiarum erat romanis & duo milia mixtorū Macedonum Thraciumq; q uolūtate sequuti erant: ꝓsidio castris relicti sūt. ¶Sedecim elephantos post Triarios: i subsidio locauerunt. nec preterq̃ ꝙ multitudinem Regioꝝ elephantorum (erant autē q̃ttuor & .l.) sustinere non uidebantur posse ne pari quidem numero Indicis Africi resistunt. siue quia magnitudine (longe enim illi præstant) siue robore animorum: uincuntur.

¶Regia acies uaria: magis: multis gentibus: dissimilitudine armorum: auxiliorumq; erat. X. & sex milia peditū more Macedonū armati fuere. q Phalāgite appellabātꝛ.

¶Hec media acies fuit. ¶In fronte: in decem partes diuisa: partes eas interpositis binis elephantis distinguebat. a fronte introrsus in duos & .xxx. ordines: armatorum acies patebat. hoc & roboris in regiis copiis erat. & perinde: cum alia specie: tū eminentibus tantum inter armatos elephantis: magnū terrorē prebebat. ingentes ipsi erāt. addebāt speciē frōtalia: & criste: & tergo imposite turres: turribusq; supstantes: ꝑter rectorē: q̃terni armati. ¶Ad latus dextrū Phalangitaꝝ mille & qngentos pedites Gallogræ/corum opposuit. iis tria milia peditū loricatoꝝ: Cataphractos ipsi appellāt: adiūxit. addita iis ala mille ferme equitum: hanc Gemcam uocabant. Medi erant lecti uiri: & eiusdem regionis mixti: multarū gentiū equites. cōtinens iis grex. xvi. elephantoꝝ est oppositus in subsidiis. ¶Ab eadē parte paulum prorupto cornu: regia cohors erat. Argyraspides a genere armorū appellabantur. ¶Dahe deinde equites. ¶Sagittariorū mille & ducentitum leuis armatura trium milium pari ferme numero pars Cretenses: pars Thralles. Duo milia & quingenti missi: sagittariis adiuncti erant. ¶Extremum cornu claudebant & quattuor milia mixti Cyrthei funditores: & Elymei sagittarii.

¶Ab leuo cornu Phalāgitis adiūcti erāt Gallogreci pedites mille & qngenti: similiter his armati duo milia Cappadocū ab Ariarathe missi erāt Regi. inde auxiliares mixti omnium generum duo milia: & septingenti. ¶Et tria milia Cataphractorum equitū. & mille alii eqtes. ¶Regia ala leuioribus tegumētis suis: equoꝝq; alio haud dissimili habitu: Syri pleriq; erant: Phrygibus & Lydis immixti. ante hunc equitatū falcate quadrige & cameli: quos appellāt Dromadas. iis insidebant Arabes sagittarii: gladios habētes tenues: lōgos quaterna cubita: ut ex tanta altitudine cōtingere hostē possēt.

CAMELI QVOS APPELLAT DROMADAS.

Inde alia multitudo par ei que in dextro cornu erat. primi Tarẽtini. deinde Gal/logrecorum equitum duo milia: & quingẽti. inde Neocretes mille. & eodem armatu Cares: & Cilices mille: & quingẽti. & totidem Thralles & tria milia Cetratorum Pyside. erãt & Pamphylii & Lycii tum Cyrthiorum: & Elymeorum paria in dextro cornu locatis auxilia. & .xvi elephanti: modico interuallo distantes. ¶ Rex ipse in dextro cornu erat. ¶ Seleucum filium: & Antipatrum fratris filiũ in leuo preposuit. ¶ Media acies tribus pmissa Mynioni & Zeuxidi: & Philippo magistro elephãtorum. ¶ Nebula matutina: crescente die: leuata in nubes: caliginẽ dedit. humor inde ab austro uelut perfudit omnia. quæ nihil ad malum Romanis: eadem perincõmoda Regiis erant. nã & obscuritas lucis: ĩ acie modica Romanis nõ adimebat in omnis partis cõspectũ. & humor toto fere graui armatu: nihil gladios: aut pila hebetabat. ¶ Regii tam lata acie: ne ex medio qdẽ cornu sua circũspicere poterãt: ne dũ extremi ĩter se cõspicerẽt & humor arcus: fũdasq; & iaculorum amẽta mollierat. ¶ Falcate quoq; q̃drige: qbus se pturbaturum hostiũ aciẽ Antiochus crediderat: in suos terrorẽ uerterũt. armate autẽ in hunc maxĩe modũ erãt. cuspides circa temonẽ ab iugo decem cubita extantes: uelut cornua habebãt. qbus qcquid obuiũ daret: trãsfigerẽt. & ĩ extremis iugis bine circa emĩebãt falces. altera equata iugo. altera ĩferior: in terrã deuexa. illa: ut quicqd ab latere obiceret: absciderẽt. Hec: ut plapsos: subeũtisq; cõtigeret. itẽ ab axibus rotarum utrinq; bine: eodem modo: diuerse deligabantur falces. sic armatas quadrigas: quia si aut in extremo: aut in medio locate forent: per suos agende erant: in prima acie: ut dictum est: locauerat Rex. ¶ Quod ubi Eumenes uidit. haud ignarus pugne: & q̃ anceps esset auxilii genus: siquis pauorẽ magis equis iniceret: q̃ iusta adoriretur pugna: Cretenses sagittarios: funditoresq;: & iaculatores equitũ: non confertos: sed q̃ maxĩe possent dispsos: excurrere iubet. exq; omnibus simul partibus: tela ingerere. hec uelut procella: partim clamoribus dissonis: ita cõsternauit equos: ut repente uelut effrenati passim incerto cursu ferrentur. quorũ impetũ & leuis armatura: & expediti funditores: & uelox Cretensis: momento declinabãt: & equos in sequendo tumultum ac pauorẽ equis: camelisq;: & ipsis simul consternatis: augebant. clamore: & ab alia circunstantiũ turba multiplici adiecto: ita medio ĩter duas acies cãpo: exigunt quadrige. ¶ Amotoq; inani ludibrio: tum demum ad iustũ prelium: signo utrinq; dato: concursũ ẽ. Ceterum uana illa res: uere mox cladis: causa fuit. auxilia enĩ subsidiaq;: que pxima locata erant: pauore & consternatione quadrigarum territa: & ipsa in fugã uersa: nudarũt omnia: usq; ad Cataphractos equites. ad quos: cũ dissipatis subsidiis: puenisset eqtatus Romanus: ne primum quidem impetum pars eorum sustinuerunt. alii fusi sunt. alii propter grauitatem tegumentorum: armorumq; oppressi sũt. totum deinde leuum cornu inclinauit. & turbatis auxiliaribus: qui inter equites: quos appellãt Phalangitas: erãt: usq; ad mediam aciem terror peruenit. ibi simul perturbati ordines: & impeditus: inter-cursu suorum: usus prelõgarum hastarum: sarissas Macedones uocant: intulere signa Romane legiones: & pila inpturbatos cõiecere. ne interpositi quidẽ elephanti militẽ Romanum deterrebant: assuetum iam ab Africis bellis: & uitare impetum beluæ ex trãsuerso: aut pilis incessere: aut: si propius subire posset: gladio neruos incidere. Iam media acies fere omnis a fronte prostrata erat. & subsidia circunita a tergo cedebant. Cum in parte alia fugam suorum: & prope iam ad ipsa castra clamorem pauentium accepere. nanq; Antiochus: a dextro cornu: cum ibi: fiducia fluminis: nulla subsidia cerneret: preter quattuor turmas equitum: & eas: dum applicãt se suis: ripam nudãtes: impetũ in eam partẽ cum auxiliis: & Cataphractato eqtatu fecit. nec a fronte tantũ

instabat. Sed circumito a flumine cornu iam ab latere urgebat. donec fugati eqtes primũ: deinde proximi peditũ effuso cursu: ad castra compulsi sũt. Preerat castris. M. Emilius Tribunus Militum. M. Lepidi filius: qui post annos paucos Pontifex Maximus factus est. is qua fugam cernebat suorum: cum presidio omni occurrit. & stare primo: deinde redire in pugnam iubebat. pauorem: & turpem fugã increpans. Mine exinde erant: in perniciem suam cecos ruere: ni dicto parerent. Postremo dat signum suis: ut primos fugientiũ cedant. turbam insequentiũ ferro & uulneribus in hostes redigant. Hic maior timor minorẽ uicit. ancipiti coacti metu primo cõ/stiterunt. deinde & ipsi rediere in pugnam. & Emilius cũ suo presidio (erant autẽ duo milia uirorum fortiũ) effuse sequẽte Rege: acriter obstitit. & Attalus Eumenis frater: a dextro cornu. a quo leuum hostiũ primo impetu fugatum fuerat: ab sinistro fugã suorum: & tumultũ circa castra uidit: in tẽpore cũ. cc. equitibus aduenit. Antiochus postq̃ & eos: quorum terga modo uiderat: repetentes pugnam: & aliam: & a castris: & ex acie affluentẽ turbã conspexit: in fugã uertit equũ. itaq; utroq; cornu uictores Romani: per aceruos corporum: quos in media maxime acie cumulauerant: ubi & robur fortissimorum uiroꝝ: & arma grauitate fugam impedierant: pergũt ad castra diripienda. equites primi omniũ Eumenis: deinde alius equitatus: toto passim cãpo sequuntur hostem. & postremos: ut quosq; adepti sunt: cedunt. Ceterũ fugientibus maior pestis in permixtis quadrigis: elephantisq;: & camelis erat. & sua ipsorum turba: cum solutis ordinibus: uelut ceci super alios alii ruerent: in cursu beluarũ obtererentᷓ. In castris quoq; ingens: & maior prope: q̃ in acie cedes est edita. nam & primorum fuga in castra maxime inclinauit. & huius fiducia multitudinis: que in presidio erat: pertinatius ꝑ uallo pugnarũt. retenti in portis. ualloq; que se impetu ipso capturos crediderant. Romani: postq̃ tandem perruperunt: ab ira grauiorem ediderunt cedẽ. Ad qnquaginta milia peditũ cesa eo die: dicunᷓ. equitũ tria milia. mille & q̃dringẽti capti. & . xv. cũ rectoribus elephanti. Romanoꝝ aliquot uulnerati sũt. ceciderũt non plus. ccc. pedites. quattuor & uiginti equites. & de Eumenis exercitu quinq; & uiginti. Et illo quidem die uictores direptis hostiũ castris: cum magna preda in sua reuerterũt. Postero die spoliabãt cesoꝝ corpora. & captiuos contrahebãt. Legati ab Tyatira: & Magnesia & ab Sypilo: ad dedendas urbes: uenerunt. Antiochus cum paucis fugiens: in ipso itinere pluribus congregantibus se: modica manu armatorum: media ferme nocte: Sardis concessit. Inde cum audisset Seleucum filium: & quosdam amicorum Apameam pregressos: quarta uigilia cum coniuge: ac filia petit Apameã. Zenoni tradita custodia urbis. Timone Lydiæ præposito. quibus spretis: consensu oppidanorum: & militũ: qui in arce erant: Legati ad Consulem missi sunt. Sub idẽ fere tempus: & a Thrallibus: & a Magnesia: que super Meandrum est: & ab Ephesо Legati: ad dedendas urbes: uenerunt. Reliquerat Ephesum Polyxenidas audita pugna. & classe usq; ad Patharam Lyciæ præteruectus: metu stationis Rhodiarum nauium: que ad Megisten erant: in terram egressus: cũ paucis: itinere pedestri Syriã petit. Asie ciuitates in fidem Cõsulis: ditionemq; Po. Ro. sese tradebant. Sardibus iam Consul erat. & eo. P. Scipio: ab Elæa: cum primum pati laborem potuit: uenit. Sub idẽ fere tẽpus: caduceator ab Antiocho: ꝑ Scipionẽ a Cõsule petit ĩpetrauitq;: ut oratores mittere liceret regi. Paucos post dies Zeusis: q Prefectus Lydie fuerat: & Antipater fratris filius: uenerunt. prius Eumene conuento: quem propter uetera certamina auersum maxime a pace credebant esse: & placatiore eo sua: & Regis spe inuento: tum. P. Scipionem: & per eum Consulem adierunt. præbitoq; iis petentibus

frequenti consilio: ad mandata edenda. ¶ Non tam quid ipsi dicamus: inquit Zeusis: q̃ ut a uobis queramus Romani: quo piaculo: expiare errorẽ Regis: pacem ueniãq; ĩpetrare a uictoribus possimus. maxĩo sẽper aĩo uictis Regibus populisq; ignouistis. quanto id maiore & placatiore animo decet uos facere: ĩ hac uictoria: que uos do/minos orbis terrarũ fecit. positis iã aduersus omnes mortales certaminibus: haud secus: q̃ deos: cõsulere: & parcere uos generi humano oportet. ¶ Iã ante q̃ Legati uenirẽt: decretum erat: quid responderet. ¶ Respondere Africanũ placuit. ¶ Is in hũc modũ loquutus fert. Romani ex iis: que in deũ immortaliũ potestate erant: ea habemus: que dii dederunt. animos: qui nostre mentis sunt: eosdem in omni fortuna gessimus. gerimusq;. neq; eos secũde res extulerũt. nec aduerse minuerũt. eius rei: ut alios omittã: Annibalem uestrum: uobis darẽ testẽ: nisi uos ipsos dare possem. Postq̃ Hellespontũ traiecimus: priusq̃ castra Regia: priusq̃ aciem uideremus: cũ cõmunis Mars: & ĩcertus belli euẽtus esset: de pace uobis agentibus: quam pares paribus ferebamus: cõdiciones easdem nunc uictores: uictis ferimus. Europa abstinete. Asiaq; omni: que cis Taurũ montem est: decedite. pro impensis deinde: in bellũ factis: xv. milia talentũ euboicoꝝ dabitis. ¶ Quingenta presentia. ¶ Duo milia: & quingẽta cũ Senatus Populusq; Ro. pacẽ comprobauerint. ¶ Mille deinde talentũ: per .xii. annos. ¶ Eumeni quoq; reddi cccc. talenta: & quod frumenti reliquum: ex eo: quod patri debitum est: placet. ¶ Hec cum pepigerimus: facturos uos: ut pro certo habeamus: erit quidem aliquod pignus: si obsides uiginti nostro arbitratu dabitis. ¶ Sed nunq̃ satis liquebit nobis: ibi pacẽ eẽ Populo Romano: ubi Annibal erit. ¶ Eũ ãte omnia deposcimus. ¶ Thoantẽ quoq; Etolum concitorẽ Etolici belli: qui & illoꝝ fiducia uos: & uestra illos ĩ nos armauit: dedetis. ¶ Et cũ eo Mnasymmachũ Arcarnana: & Chalcidensẽ Philonẽ: & Eubolũ. ¶ In deteriore sua fortuna pacem faciet Rex: qa seruis facit: q̃ facere potuit. si nũc remoratus fuerit: sciat: Regum maiestatem: difficilius ab summo fastigio: ad medium detrahi: q̃ a mediis: ad ima precipitari. ¶ Cũ iis mãdatis: ab Rege missi erãt Legati: ut omnem pacis condicionem acciperent. itaq; Romam mitti Legatos placuit. ¶ Consul in hyberna exercitum: Magnesiam ad Meandrum: & Thrallis Ephesumq; diuisit. ¶ Ephesum ad Consulem paucos post dies obsides ab Rege adducti sunt. & Legati: qui Romam irent: uenerunt. ¶ Eumenes quoq; eodẽ tempore profectus est Romã: quo Legati Regis. sequute eos sunt Legationes omnium Asie populorum. ¶ Cum hec in Asia gerũtur: duo fere sub idem tempus: cũ triumphi spe Pretores de Prouinciis Romã redierũt. Q. Minutius ex Liguribus. M. Acilius ex Etolia auditis utriusq; rebus gestis: Minutio negatus Triumphus. Acilio magno cõsensu decretus. Isq; tri/umphans de Rege Antiocho: & Etolis Vrbem est inuectus. ¶ Prelata in eo triũpho sunt signa militaria. cc. xxx. & argenti infecti tria milia põdo. ¶ Signati tetracinnũ atticum. c. xiii. milia. ¶ Cistophori. ccxlviii. ¶ Vasa argentea celata multa. magniq; ponderis. ¶ Tulit & suppellectilem Regiam argenteã. ¶ Ac uestẽ magnificã: coronas aureas: dona sotiarum ciuitatũ .xlv. spolia omnis generis. captiuos nobiles Etolos: & Regios Duces sex & triginta duxit. Democritus Etolorum Dux: paucos ante dies cum e carcere effugisset: nocte in ripa Tyberis consequutis custodibus: priusq̃ cõpre/henderetur: gladio se transfixit. ¶ Milites tantum qui sequerentur currum defuerũt. alioquin magnificus & spectaculo: & fama rerum triumphus fuit. ¶ Huius triumphi minuit leticiam nuntius ex Hispania tristis aduersa pugna in Vascetanis: ductu. L. Emilii Proconsulis apud oppidũ Lyconem cũ Lusitanis. sex milia de exercitu Ro. cecidisse. ceteros pauentes intra uallum compulsos. egre castra defendisse. & ad modũ

fugientiũ magnis itineribus in agrum pacatũ reductos. ¶ Hec ex Hispania nũtiata. ¶ Ex Gallia Legatos Placentinorum: & Cremonensium. L. Aurunculeius Pretor in Senatum introduxit. iis querentibus inopiã colonoꝝ: alios belli casibus: alios morbo: absumptis quosdã tedio accolarum Gallorum reliquisse Colonias: decreuit Senatus: uti. C. Lelius Consul: si ei uideretur: sex milia familiarum conscriberet: quæ in eas Colonias diuiderent. & ut. L. Aurunculeius Pretor triumuiros crearet: ad eos dedu/cendos. creati. M. Acilius Serranus. L. Valerius. P. F: L. Valerius P. F. L. Valerius C. F. Tappo. ¶ Haud ita multo post cum iam Consularium Comitiorũ appeteret tempus: C. Lelius Consul ex Gallia Romam rediit. Is non solum ex facto absente se S.C. in supplementum Cremone & Placentiæ colonos scripsit: sed ut noue Coloniæ due in agrum qui Boiorũ fuisset ducerent: & retulit: ex autore eo: Patres censuerũt. ¶ Eodem tẽpore. L. Emilii Pretoris littere allate de nauali pugna ad Mynõnesũ facta: &. L. Scipionem Consulem exercitum in Asiam traiecisse. ¶ Victorie naualis gratia in diẽ unum supplicatio decreta est. ¶ In alterũ diem ꝙ exercitus Romanus tum in Asia posuisset cast ra ut ea res prospera: & leta eueniret. ¶ Vicenis maioribus hostiis in singulas supplicationes sacrificare Cõsul est iussus. ¶ Inde cõsularia comitia magna contentione habita. M. Emilius Lepidus petebat: aduersa omnium fama: quod Prouinciam Siciliam: petendi causa nõ cõsulto Senatu: ut sibi id facere liceret: reliquisset. ¶ Petebant cum eo. M. Fuluius Nobilior. C. N. Manlius. M. Valerius Messalla. ¶ Fuluius Consul unus creatur cum cæteri Centurias non explessent: isq; postero die. Cn. Manlium: Læpido deiecto: nam Messalla iacuit: Collegam dixit Pretores exinde facti: duo Q. Fabius Labeo: & Pictor: Flamẽ Quirinalis eo ãno in auguratus fuerat. M. Sempronius Tuditanus. L. Postumius Albinus. L. Plautius Hypseus. L. Bebius Diues. M. Fuluio Nobiliore: &. Gn. Manleo Volsone Cõ/sulibus: Valerius Ancias autor est: rumorem celebrem Rome fuisse: & pene pro certo habitum: recipiendi Scipionis adolescentis causa. Consulem. L. Scipionem: & cum eo P. Africanum in colloquium euocatos Regis: & ipsos comprehensos esse: & Ducibus captis confestim ad castra Romana exercitum ductum. eaq; ex pugnata. & deiectas omnes copias Romanoꝝ esse. ¶ Ob hec Etolos sustulisse animos. & abnuisse imperia facere. ¶ Principesq; eorum ĩ Macedoniã: & in Dardanos: & ĩ Thraciã ad cõducẽda mercede auxilia: profectos. ¶ Hec qui nuntiarent Romam. A. Terentiũ Varronẽ: &. M. Claudiũ Lepidũ: ab. A. Cornelio Proptore ex Etolia missos eẽ. Subtexit deiñ fabule huic: legatos Etolos in senatum inter cetera hoc quoq; interrogatos: eẽ: unde audissẽt Imperatores Romanos ĩ Asia captos: ab Antiocho Rege: exrecitũ deletũ esse. ¶ Etolos respondisse: ab suis Legatis: se qui: cũ Consule fuerint: certiores factos ¶ Rumoris huius: quia neminem aliũ autorẽ habeo: neq; affirmata res mea opinione sit: nec pro uana pretermissa. ¶ Etoli Legati in Senatum introducti: cũ & causa eos sua: & fortuna hortaretur: ut confitendo: seu sue culpe: seu errori ueniam peterent supplices: orsi a beneficiis in Populum Romanum: & prope exprobrantes uirtutem suã: in Philippi bello: & offenderũt aures insolẽtia sermõis: & eo uetera & oblitterata repetendo: rem adduxerunt: ut haud paulo pluriũ maleficioꝝ gentis: ꝙ̃ beneficiorũ memoria subiret animos Patrũ. & quibus misericordia opus erat: irã & odiũ irritarẽt. Interrogati ab uno Senatore: permitterent ne arbitrium de se Populo Romano. deĩde ab altero. ¶ Habituri ne eosdem quos Populus Romanus sotios & hostis eẽnt: nihil ad ea respondentes: egredi templo iussi sunt. ¶ Conclamatum deinde prope ab uniuerso Senatu est: totos adhuc Antiochi Etolos esse: & ex unica ea spe pendere

Colonie deducte placentiam et cremon[am]

CONS. M. fuluius nobilior / CN. Manlius volso.

Falsus rumor de Scipionibus captis.

Etoli legati e senatu eiciuntur

animoſ eorum ¶ Itaq; bellum cum haud dubiiſ hoſtibuſ gerendum. perdomandũq;
feroceſ animoſ eſſe ¶ Illa etiam reſ accẽdit: qđ eo ipſo tẽpore: quo pacẽ ab Romaniſ
petebant: Dolopie atq; Athamanie bellum inferebant ¶ Senatuſ Conſultum in. M.
Acilii ſententiã: qui Antiochũ Etoloſq; deuicerat: factũ eſt: ut Etoli eo die iuberentẽ
proficiſci ab Vrbe. & intra quintum decimũ diẽ Italia excedere .A. Terentiuſ Varro
ad cuſtodiendum iter eorũ miſſuſ ¶ Denuntiatumq; ſiqua deinde legatio ex Etoliſ
niſi permiſſu Imperatoriſ qui eam Prouintiam obtineret: & cum Legato Romano
ueniſſet Romã: pro hoſtibuſ omneſ futuroſ. ita dimiſſi Etoli ¶ De Prouintiiſ deinde
Conſuleſ retulerunt. ſortiri eoſ Etoliam & Aſiã qui Aſiam ſortiuſ eſſet: exercituſ ei:
quem. L. Scipio haberet: eſt decretuſ. & ĩ eum ſupplementum quattuor milia peditũ
Romanoꝝ: ducenti eqteſ: & ſocioꝝ ac Latini nominiſ ſex milia peditũ: & q̃dringẽti
equiteſ. hiſ copiiſ bellũ gereret. ¶ Alteri Cõſuli exercituſ. q erat in Etolia ẽ decretuſ.
& ut in ſupplementum ſcriberet: permiſſum: ciuium ſociorumq; eundem numerum:
quẽ Collega. ¶ Naueſ quoq; idẽ Conſul: que priore anno parate erant: ornare iuſſuſ.
ac ducere ſecum. ¶ Nec cum Etoliſ ſolum bellum gerere ſed etiã in Cephalaniã ĩſulã
traiicere ¶ Mandatũ eidem ut ſi ꝑ commodum Rei. P. facere poſſet: ut ad Comitia
Romam ueniret ¶ Nam preter q̃ ꝙ Magiſtratuſ annui ſubrogandi eſſent: Cenſoreſ
quoq; placere creari. ſiqua reſ eum teneret: Senatũ certiorẽ faceret: ſe ad Comitiorũ
tempuſ occurrere non poſſe ¶ Etolia. M. Fuluio ¶ Aſia. Cn. Manlio ſorte euenit.
¶ Pretoreſ deinde ſortiti ſunt. L. Poſtumiuſ Albinuſ: Vrbanam: & inter peregrinoſ.
¶ M. Sẽproniuſ Tuditanuſ Siciliã. Q. Fabiuſ Pictor Flamẽ Quirinaliſ: Sardiniã
Q. Fabiuſ Labeo claſſem. .L. Plauciuſ Hypſeuſ Hiſpaniã citeriorẽ. .L. Bebiuſ
Diueſ Hiſpaniam ulteriorem. ¶ Sicilie legio una: & claſſiſ que in ea Prouintia erat:
decreta. & ut duaſ decimaſ frumenti Pretor imperaret Siculiſ. Earum alterã in Aſiã
¶ Alteram in Etoliã mitteret. idẽ ab Sardiſ exigi. atq; ad eoſdẽ exercituſ id frumẽtũ:
ad quoſ Siculum: deportari iuſſum. L. Bebio ſupplementum in Hiſpaniam datum.
mille Romani pediteſ. equiteſ quinquaginta. & ſex milia peditum Latini nominiſ: &
cc. equiteſ. cum hiſ ſupplemẽtiſ: ut ſingulaſ legioneſ due Hiſpanie haberent ¶ Prioriſ
anni Magiſtratibuſ. C. Lelio: cum ſuo exercitu prorogatũ in annum Imperium eſt.
¶ Prorogatum &. P. Iunio Propretori in Etruria: cũ eo exercitu: qui in Prouintia
eẽt: ¶ Et. M. Tucio Propretori ĩ Brutiiſ: & Apulia. ¶ Priuſ q̃ in Prouintiaſ Pretoreſ
irent: certamen inter. P. Licinium Põtificem Maximum fuit: & Q. Fabiũ Pretorẽ
Flaminem Quirinalem: quale patrum memoria inter. L. Metellum: & Poſtumium
Albinum fuerat. ¶ Conſulem illum cum .C. Luctatio collega in Siciliam ad claſſem
proficiſcentem ad ſacra retinuerat Metelluſ: Pontifex Maximuſ ¶ Pretorem hunc:
ne in Sardiniam proficiſceretẽ: P. Liciniuſ tenuit. & in Senatu: & ad Populũ magniſ
cõtentionibuſ certatũ eſt. & Impia inhibita ultro citroq;. & pignera capta. & mulcte
dicte. & Tribuni appellati. & prouocatum ad Populum eſt ¶ Religio ad poſtremum
uicit: ut dicto audienſ eſſet Flamẽ Pontifici. & mulcte ex iuſſu Populi remiſſe. ¶ Ita
prouintia erepta. Pretorem Magiſtratu addicare ſe conantem: Patreſ autoritate ſua
deterruerunt. & ut iuſ inter peregrinoſ diceret: decreuerunt ¶ Delectibuſ deinde intra
paucoſ dieſ (neq; enim multi militeſ legendi erant) perfectiſ: Cõſuleſ Pretoreſq; in
Prouintiaſ proficiſcuntur. ¶ Fama deinde de rebuſ in Aſia geſtiſ: temere uulgata:
ſine autore. & poſt dieſ paucoſ nuntii certi: littereq; Imperatoriſ Romani allate que
non tantum gaudium ab recẽti metu attulerunt (deſiderant enim uictum ni Etoliã
metuere) q̃ auerterũt famam: quod ineuntibuſ id bellum: grauiſ hoſtiſ & ſuiſ uiribuſ:

& ꝙ Annibalem rectorem milicie haberet: uisus fuerat. ¶ Nihil tamen: aut de Cõsule mittendo in Asiam mutandum: aut minuendas eius copias: censuerunt: metu: ne cum Gallis foret bellandum. ¶ Haud multo post. M. Aurelius Cotta Legatus Scipionis: cum Antiochi Regis Legatis: & Eumenes Rex: Rhodiiq; Romã uenerũt. ¶ Cotta in Senatu primum: deinde in Contionẽ iussu Patrum: que acta in asia essẽt: exposuit. ¶ Supplicatio inde in triduũ decreta ẽ. & .xl. maiores hostie immolari iusse. ¶ Omniũ primum Eumeni Senatus datus est. Is cũ breuiter egisset gratias Patribus: ꝙ obsidiõe se ac fratrem exemissent: Regnumq; ab iniuriis Antiochi uindicassent: & gratulatus eẽt: quod mari terraq; prospere res gessissẽt: quodq; Regem Antiochũ fusũ fugatũq; & exutum castris prius Europa: post Asia: que cis Taurum montem est: expulissẽt: sua deinde merita malle eos: ex Imperatoribus suis: Legatisq;: q̃ se commemorante: cognosci: dixit. Hec ap ꝓbantibus cũctis: iubẽtibusq; dicere ipsũ: omissa ĩ id uerecũdia: quid sibi ab Senatu: Populoq; Romano tribui equum censeret: propensius cumula/tiusq; siquo possit: ꝓut eius merita sint Senatũ facturum. ¶ Ad ea Rex. si ab aliis sibi premiorum optio deferretur: libenter data modo facultate consulendi: Senatũ Romanum: cõsilio amplissimi ordinis usurũ fuisse: nequid aut immoderata cupisse: aut petisse parũ modeste uideri posset. uerũ enim uero: cũ ipsi daturi sit multo magis munificentiam eorum in se: fratresq; suos: ipsorum arbitria debere esse. ¶ Nihil hac oratione eius. P. C. deterriti sũt: quo minus dicere ipsum iuberent: & cum aliquandiu hinc indulgẽtia: hinc modestia: inter ꝑmittentes inuicem: nõ magis mutua: q̃ inexpli/cabili facilitate certatum esset: Eumenes templo. excessit. ¶ Senatus in eadem ꝑstare sentẽtia: ut absurdum esse diceret: ignorare Regem: quid sperans: aut petens: uenerit. que accommodata Regno suo sint: ipsũ optime scire. Asiam longe melius: q̃ Senatũ nosse. Reuocandũ igit̃: & cogendũ: que uellet: queq; sentiret: ex ꝑmere. ¶ Reductus a Pretore in templũ Rex: & dicere iussus: perseuerassẽ inquit tacere. P. C. nisi Rho/diorum Legationem mox uocaturos uos scirem: & illis auditis mihi necessitatem fore dicendi: que quidem eo difficilior oratio erit: quod postulata eorum futura sunt: ut non solum nihil: quod contra me sit: sed ne quod ad ipsos quidem proprie pertineat: petere uideantur. agent enim causam ciuitatũ Grecarũ: & liberari eas dicent debere. quo impetrato cui dubiũ ẽ: quin & a nobis auersuri sint: non eas modo ciuitates: que liberabunt: sed etiã ueteres stipendiarias nostras. sibi autẽ tanto obligatos beneficio: uerbo socios: re uera subiectos imperio: & obnoxios habituri sint? & si dis palcet: cum has tantas opes affectabunt: dissimulabunt ulla parte ad se pertinere. uos modo id decere: & conueniens esse ante factis dicent. Hec uos ne decipiat oratio: prouidendũ uobis erit. neue non solum inequaliter alios nimium deprimatis ex sociis uestris: alios preter modum extollatis: sed etiam: ne qui aduersus uos arma tulerint: meliore statu sint: q̃ socii: aut amici uestri. quod ad me attinet: in his rebus cessisse ĩtra finẽ iuris mei cuilibet uideri malim: q̃ nimis ꝑtinaciter in obtinendo eo tẽdisse. in certamĩe amicicie uestre: beniuolentie erga uos: honoris qui a uobis habebitur: minime equo aĩo uinci possum. hanc ego maximam hereditatem a patre accepi: qui primus omnium Asiã: Gretiamq; incolentium in amiciciã uestram uenit. eamq; perpetua & constanti fide: ad extremum finem uite perduxit. nec animum duntaxat uobis bonum ac fidelem prestitit: sed omnibus interfuit bellis: que ĩ Gretia gessistis: terrestribus: naualibusq;: omni genere commeatuum: ita ut nemo sociorũ uestrorum equari ulla parte possit: uos adiuuit. Postremo cũ Boetios ad societatem uestram hortaretur: in ipsa contione intermortuus: haud multo post expirauit. Huius ego uestigia ingressus uoluntate

quidem: & studio: uobis adiicere: & enim inexuperabilia hec erant: nihil potui. rebus ipsis meritisq; & impẽsis officiorum: ut superare possem: fortuna: tempora: Antiochus: & bellum in Asia gestũ: prebuerũt materiam. Rex asie: & partis europe Antiochus filiã suam in matrimoniũ mihi dabat. restituebat ex templo ciuitates: que defecerãt a nobis: spem magnam in posterum ampliandi regna faciebat: si secum bellũ aduersus uos gessissem. nõ gloriabor: eo ꝙ nihil in uos deliquerim. illa potius: que uetustissima domus nostre uobiscum amicicia digna sunt: referam. pedestribus naualibusq; copiis: ut nemo uestrorũ sotioꝝ me eqparare posset: Imperatores uestros adiuui. cõmeatus terra mariq; suppeditaui. naualibus preliis que multis locis facta sunt: omnibus affui. nec labori meo: nec periculo us q̃ peperci. quod miserrimum est in bello: obsidionem passus sum. Pergamum clusus cũ discrimine ultimo simul uite regniq;. liberatus deĩde obsidione: cũ alia parte Antiochus: alia Seleucus: circa arcẽ regni mei castra haberẽt: relictis rebus meis: tota classe ad Hellespontum. L. Scipioni Consuli uestro occurri: ut eũ in traiiciẽdo exercitu adiuuarẽ. Postea q̃ĩ Asiã exercitus uester ẽ trãsgressus: nunq̃ a Consule abscessi. nemo miles Romanus magis assiduus in castris uestris fuit: q̃ ego: fratresq; mei. nulla expeditio: nullum equestre prelium: sine me factum est. in acie ibi steti. eam partem sum tutatus: in qua me Consul esse uoluit. Non sum hoc dicturus. P. C. qs hoc bello meritis erga uos mecũ cõparari potest? Ego nulli omniũ neq; populorum: neq; regũ: quos in magno honore habetis: non ausim me cõparare. Masanissa hostis uobis: anteq̃ sotius fuit. nec incolumi Regno cum auxiliis suis: sed ex torris: expulsus: amissis omnibus copiis: cum turma equitũ in castra cõfugit uestra. tamen eum: qui in Africa aduersus Syphacẽ: & Carthaginensis fideliter atq; impigre uobiscum stetit: non in patrium solum Regnũ restituistis: sed adiecta opulẽtissima parte Syphacis Regni: prepotentem inter Africe Reges fecistis. Quo tandem igitur nos premio: atq; bonore digni apud uos sumus: qui nunq̃ hostes: semp sotii: fuimus? Pater: ego: fratresq; mei: non Asia tantum: sed etiã procul ab domo in Pelopõneso: in Boetia: in Etolia? Philippi: Antiochi: Etolico bello: terra mariq; pro uobis arma tulimus. quid ergo postulas: dicat aliquis? ego Patres. C. quoniã dicere utiq; uolẽtibus uobis parendũ est: si uos ea mẽte ultra Tauri iuga Antiochũ eiecistis: ut ipsi teneretis eas terras: nullos accolas: nec finitimos habere: q̃ uos malo nec ulla alia re tutius sta/bilius q; Regnũ meũ futuꝝ spero. sed si uobis decedere inde: atq; deducere exercitus: in animo est: neminẽ digniorẽ esse ex sotiis uestris: qui bello a uobis parta possideat: q̃ me: dicere ausim. At enim magnificũ est liberare ciuitates seruas. ita opinor: si nihil hostile aduersus uos fecerunt. Sin autem Antiochi partis fuerunt: quanto est uestra prudentia & eqtate dignius: sotiis bene meritis: q̃ hostibus uos cõsulere? Grata oratio Regis Patribus fuit. & facile apparebat munifice omnia: & ꝓpenso animo facturos. Interposita Smyrneorum breuis Legatio est: quia nõ aderant quidã Rhodiorũ. Collaudatis egregie smyrneis: quod omnia ultima pati: q̃ se regi tradere: uoluissẽt: introducti Rhodii sunt. Quorum princeps Legationis: expositis initiis amicicie cũ Populo Romano: meritisq; Rhodioꝝ: Philippi prius: deĩde Antiochi bello. Nihil inqt nobis tota nostra actione. P. C. neq; difficilius: neq; molestius ẽ: q̃ ꝙ cũ Eumene nobis disceptatio est: cum quo uno maxime Regum: & priuatum singulis: & quod magis nos mouet: publicum ciuitati nostre hospitium est. ceterum nõ animi nostri. P. C. nos sed rerum natura: que potentissima est: disiungit. ut nos liberi: etiam aliorum libertatis causã agamus Reges serua omnia & subiecta Imperio suo eẽ uelĩt. utcũq; tamen res sese habet: magis uerecundia nostra aduersus Regem nobis obstat: q̃ ipsa

disceptatio: aut nobis impedita est: aut uobis perplexā deliberationē ꝓbitura uidet̄.
Nam si aliter sotio & amico Regi: & benemerito hoc ipso in bello: de cuius premiis
agit̄: honos haberi nullus posset: nisi liberas ciuitates traderetis ei: eēt deliberatio ācepsi:
ne aut Regem amicum: inhonoratum dimitteretis. aut decederetis instituto uestro.
gloriam Philippi: bello partam: nūc seruitute tot ciuitatum deformaretis. sed ab hac
necessitate: aut gratie in amicum minuēdæ: aut gloriæ uestræ: egregie uos fortuna
uindicat. Est enim deum benignitate non gloriosa magis: q̄ diues uictoria uestra:
quæ uos facile isto uelut ere alieno exoluat. nam & Lycaonia: & Phrygia utraq;:
& Pysida omnis: & Chersōnesus: queq; circumiacent Europe: in uestra sūt potestate.
quarum una quelibet Regi adiecta: multiplicare regnum Eumenis potest. omnes
uero datæ: maximis eum Regibus preferre. licet ergo uobis: & in premiis belli ditare
sotios: & nō decedere instituto uestro. debetis etiam meminisse: quē titulū ꝓtenderitis
prius aduersus Philippū: nunc aduersus Antiochū belli. quid feceritis Philippo uicto:
quid nunc a nobis: non magis: quia fecistis: q̄ quia id uos facere decet: desideret̄. atq;
expectetur. alia enim aliis honesta: & probabilis est causa armoꝝ. illi agrum: hi uicos:
hi oppida: hi portus: oramq; aliquam maris: ut possideant: uos nec cupistis hec: anteq̄
haberetis: nec nunc cū orbis terrarū in ditione uestra sit: cupere potestis. ꝓ dignitate:
& gloria: apud omne humanum genus: quod uestrum nomen: imperiumq; iuxta ac
deos immortales iam pridem intuetur: pugnatis. ¶ Que parare: & querere arduū fuit:
nescio an tueri difficilius sit. gentis uetustissime: nobilissimeq; uel fama rerum gestarū:
uel omni commendatione humanitatis: doctrinarumq;: tuendam ab seruitio Regio
libertatem suscepistis. hoc patrocinium recepte in fidē: & clientelā uestram uniuerse:
perpetuum uos prestare decet. ¶ Non que in solo modo antiquo sunt: Grece magis
urbes sunt: q̄ colonie earū: illinc quondā profecte in Asiā. nec terra mutata mutauit
genus: aut mores. certare pio certamine cuius libet bone artis: ac uirtutis: ausi sumus cū
parentibus: queq; ciuitas: & conditoribus suis. adistis Asie urbes pleriq;: nisi ꝙ a uobis
lōgius absumus nulla uincimur alia re. ¶ Massiliēsis: quos: si natura īsita uelut ingenio
terre: uinci posset: iam pridē efferassēt tot indomite circunfuse gentes: in eo honore:
in ea merito dignitate audimus apud uos esse: ac si medium umbilicū Grecie incolerēt.
non enim sonum modo lingue: uestitumq; & habitū: sed ante omnia mores: & leges:
& ingenium sincerum: integrumq; a contagione accolarum seruarunt. ¶ Terminus ē
nūc imperii uestri mons Taurus. quicquid intra eum cardinem est. nihil longinquum
uobis uideri debet. quo arma peruenerūt: eodē ius hinc profectū ꝑueniat. ¶ Barbari:
quibus pro legibus: semper dominoꝝ imperia fuerunt: quo gaudent: Reges habeāt.
Greci suam fortunā: uestros animos gerūt. domesticis quondā uiribus etiā Imperiū
amplectabantur. nunc Imperium ubi est: ibi ut sit perpetuum: optant. libertatem
uestris tueri armis satis habent: quoniam suis non possunt. At enim quedam ciuitates
cum Antiocho senserūt. & alie prius cum Philippo: & cum Pyrrho Tarentini ne alios
populos enumerem: Carthago libera cū suis legibus est. huic uestro exemplo quātum
debeatis uidere. P. Cn. inducetis in animū negare Eumenis cupiditati: quod iustissime
ire uestre negastis. ¶ Rhodii & ī hoc & ī omnibus bellis: que ī illa ora gessistis q̄ forti:
fideliq; opera uos adiuuerimus: uestro iudicio relinquimus nunc in pace id consilium
afferrimus: quod si cōprobaritis: magnificentius uos uictoria usos esse: q̄ uicisse: omnes
estimaturi sint. ¶ Apta magnitudini Romane oratio uisa ē. ¶ Post rhodios Antiochi
Legati uocati sūt. Ii uulgato petentium ueniā more: errorē fassi Regis: obtestati
P. C. ut sue potius clemētie: q̄ Regis culpe: q satis superq; penarū dedisset: memores:

Legatorum antiochi uerba

consulerēt. ¶ Postremo pacem datā a. P. Scipione imperatore: quibus legibus dedisset: confirmarēt autoritate sua ¶ Et Senatus eam pacem seruandā censuit. ¶ Et paucos post dies Populus iussit ¶ Foedus in Capitolio: cum Antipatro Principe Legationis: & eodem fratris filio Regis Antiochi est ictum. ¶ Audite deinde & alie Legationes ex Asia sunt: quibus omnibus datum est responsum ¶ Decē Legatos: more maiorū: Senatum missurum: ad res Asie disceptandas: componendasq;. ¶ Summam tamen hāc fore: ut cis Taurum montem: que infra Regni fines Antiochi fuissēt: Eumeni attri/buerent: preter Lyciā: Cariamq;: usq; ad Meandrū amnē. ¶ Ee ciuitates Rhodiorū essēt. cetere ciuitates Asiæ que Attali stipendiarie fuissent: eedem Eumeni uectigal penderent. quæ uectigales fuissent Antiochi: eæ libere atq; immunes essent ¶ Decem legatos hos decreuerunt. Q. Minutium Ruffum. .L. Furium Purpurionē. Q. Minutium Teremum ¶ Appium Claudium Neronem. Cn. Cornelium Merulam. M. Iunium Brutum. L. Auruncuieium. L. Emiliū Paulū. P Corneliū Lētulū. P. Elium Tuberonē ¶ His que presentis disceptationis essent: libera mandata. ¶ De summa rerū Senatus constituit ¶ Lycaoniam omnē: & Phrygiam utranq;: & Mysias Regias siluas: & Lydie Ionieq; extra oppida: que libera fuissent: Quo die cū Rege Antiocho pugnatū est: & nominatim Magnesiā: & Sypilū & Cariam que Hydrella appellatur: agrumq; Hydreletanum ad Phrygiam uergētem: & castella uicosq; ad Meandrum amnem: nisi que libera ante bellū fuissent: Thelmessontem nominatim: & castra Thelmessium: preter agrum qui Ptolemei Thelmessii fuisset: hec omnia: que supra sunt scripta Regi Eumeni iussa dari. ¶ Rhodiis Lycia data: que extra eundē Thelmessontem: & castra Thelmessium: & agrū qui Ptolemei Thelmessii fuisset. hæc & ab Eumene & ab Rhodiis excepta. ¶ Ea quoq; his pars data Cariæ: quæ prope Orchorum insulam: trans Meandrum amnem: est. oppida: uici: castella: agri qui ad Pysidiam uergūt: nisi que eorum oppida in libertatē fuissent pridie: q̄ cū Antiocho Rege in Asia pugnatum est ¶ Pro his cū gratias egissent Rhodii: de Solis urbe: que in Lycia est: egerūt ¶ Argis & illos: sicut sese oriundos esse. ab ea germanitate fraternā sibi cum iis caritatem esse. petere hoc extraordinarium munus: ut eam ciuitatem ex seruitute Regia eximerent ¶ Vocati sunt Legati Regis Antiochi. actumq; cum iis. nec quicq̄ impetratum est: testante federa Antipatro: aduersus que ab Rhodiis non Solos: sed Ciliciam peti. & iuga Tauri transcendi. Reuocatis in Senatum Rhodiis: cum quantopere tenderet Legatus Regius exposuissent: adiecerunt. ¶ Si utiq; eam rē ad ciuitatis sue dignitatē ptinere censerent rhodii: Senatū omnimodo expugna/turum pertinatiam Legatorum. ¶ Tum uero impēsius q̄ ante: Rhodii gratias egerūt. cessurosq; se potius arrogantie Antipatri: q̄ causas turbāde pacis prebituros: dixerūt. ¶ Ita nihil de Solis mutatū ē. ¶ Per eos dies: qbus hec gesta sūt: Legati Massiliēsiū nuntiarunt. L. Bebiū Pretorē in Prouintiā Hispaniā proficiscentē: ab Liguribus circunuentum: magna parte comitū cesa: uulneratū ipsū: cum paucis: sine lictoribus Massiliam pfugisse. & intra triduum expirasse. ¶ Senatus ea re audita: decreuit: uti P. Iunius Brutus: qui Propretore in Etruria eēt: Prouintia: exercituq; traditis uni: cui uideret ex Legatis: ipse in ulteriorē Hispaniā proficisceretur. eaq; ei Prouintia esset. hoc Senatus consultum. littereq; a. Sp. Postumio Pretore in Etruriā missæ sūt. pfectusq; in Hispaniā est. P. Iunius Propretore. in qua Prouintia prius aliq̄nto: q̄ successor ueniret. L. Emilius Paulus: q postea Regem Persea magna gloria uicit: cum priore anno haud prospere rem gessisset: tumultuario exercitu collecto: signis collatis: cum Lusitanis pugnauit. ¶ Fusi: fugatiq; sunt hostes. cesa. x. & octo milia

Pax cum Antiocho

Meander amnis

Diuisio facta Eumeni et Rhodijs

L. Bebius pretor in hispaniam proficiscens a liguribus uulneratus obijt cum magna cede suorum

P. Iunius propretor Lusitanos uicit

armatoꝝ. ¶ Tria milia capti. & castra expugnata. ¶ Huius uictorie fama trãquilliores res in Hispania recepit. ¶ Eodẽ anno ante diẽ. iii. kalendas ianuarii. Bononiã Latinã: Coloniam: ex. S. C. L. Valerius Flaccus: M. Acilius Serranus: L. Valerius Trappo Triumuiri deduxerunt. ¶ Tria milia hominũ sũt deducta. ¶ Equitibus septuagena. iugera: ceteris colonis: quinq̃gena: sũt data. ager captus de Gallis Bois fuerat. ¶ Galli Tuscos expulerant. ¶ Eodem anno censuram multi & clari uiri petierunt. quæ res tanq̃ ipse parum magni certaminis causam haberet: aliã contentionẽ: multo maiorẽ excitauit. ¶ Petebant. T. Quintius Flaminius. P. Cornelius. Cn. filius Scipio. L. Valerius Flaccus. M. Portius Cato. M. Claudius Gelo. M. Acilius Glabrio: qui Antiochũ ad Thermopylas Etolosq; deuicerat. ¶ In hunc maxime: ꝙ multa cõgiaria habuerat: quibus magnam partem hominum obligarat: fauor populi se inclinabat. ¶ Id cũ egre paterentur tot nobiles: nouũ sibi hominẽ tantũ preferri. P. Sẽpronius Gracchus: & C. Sempronius Rutilius. Tr. Pl. ei diẽ dixerũt. ꝙ pecunie Regie: ꝑdeq; aliquantũ: capte in Antiochi castris: neq; in triumpho tulisset. neq; ĩ erariũ detulisset. ¶ Varia testimonia Legatorum tribunorumq; militum erant. M. Cato ante alios testes conspiciebatur. cuius autoritatem perpetuo tenore uite partam: toga candida eleuabat. is testis: que uasa aurea atq; argẽtea captis castris inter aliam Regiã predã uidisset: ea se ĩ triũpho negabat uidisse. ¶ Postremo ĩ huius maxime inuidiã desistere se petitione: Glabrio dixit: quãdo quidẽ taciti indignarent nobiles homines: Ideoq; nouus cõpetitor: in estimabili periurio intercessierit. ¶ Centũ miliũ mulcta irrogata erat. bis de ea certatũ ẽ. tertio cũ de peticione destitisset reus: nec populus de mulcta suffragiũ ferre uoluit. & Tribuni eo negotio destiterũt. ¶ Cẽsores. T. Quĩtius Flãminius. M. Claudius Marcellus creati. ¶ Per eosdem dies. L. Emilio Regillo: qui classe Prefectũ Antiochi Regis deuicerat: extra Vrbem in ede Apollinis cũ Senatus datus eẽt: auditis rebus gestis eius: q̃ntis cũ classibus hostiũ dimicasset: quot ĩde naues demersisset: aut cepisset: magno cõsensu Patrũ triumphus naualis est decretus. ¶ Triũphauit kalendas februarii. ¶ In eo triumpho undequinquaginta corone auree translate sũt. ¶ Pecunie nequaq̃ tanta pro specie Regii triũphi. ¶ Tetracina attica. cc. xxxiii. milia Cystophori. ccc. xxxii. milia. ¶ Supplicationes deinde fuerũt ex Senatus Cõsulto: qđ. L. Emilius in Hispania prospere Rem. P. gessisset. ¶ Haud ita multo post. L. Scipio ad Vrbẽ uenit. qui ne cognomini fratris cederet. Asiaticũ se appellari uoluit. & in Senatu: & ĩ cõtione: de rebus ab se gestis disseruit. ¶ Erant qui fama id maius bellum: q̃ difficultate rei fuisse: interpretarentur. uno memorabili prælio debellatũ. gloriamq; eius uictorie defloratam ad Termophilas esse. ¶ Ceterum uere æstimanti: Etolicum magis ad Thermophylas bellum: q̃ Regium fuit. quota enim parte uiriũ suarum ibi dimicauit Antiochus? in Asia: totius Asie steterũt uires: ab ultimi orientis partibus omniũ gentiũ cõtractis auxiliis. ¶ Merito ergo & diis immortalibus: q̃ntus maximus poterat habitus est honos. ꝙ ingentem uictoriam facilem etiam fecissent. ¶ Imperatori triumphus est decretus. triumphauit mense intercalario: pridie kalẽdas martias. ¶ Qui triũphus spectaculo oculoꝝ maior: q̃ Africani fratris eius fuit. ¶ Recordatione rerum: & estimatione periculi: certaminisq;: non magis comparandus: q̃ si Imperatorem Imperatori: aut Antiochum Ducem Annibali conferres. ¶ Tulit in triumpho signa militaria. ccxxiiii. ¶ Oppidoꝝ simulacra. cxxxiiii. ¶ Eburneos dẽtes M. cc. xxxi. ¶ Aureas coronas. cc. xxxiiii. ¶ Argẽti pondo. cxxxvii. milia & . ccccxx. ¶ Tetracinum atticorũ. ccxiiii. milia. ¶ Cystophori. ccc. xxxi. milia & . lxx. ¶ Nũmos aureos Philippeos. cxl. milia. ¶ Vasoꝝ argenteoꝝ: omnia celata erant. ¶ Mille põdo.

&. ccccxxiiii. ¶ Aureo⁊ mille pódo. xxiiii. ¶ Et Duces Regii: Prefecti: & Purpurati duo &. xxx. ante currū ducti. ¶ Militibus qui uiceni denarii dati. ¶ Duplex cēturiōi. ¶ Triplex equiti. ¶ Et stipēdium militare: & frumentū duplex: post triumphū datū. ¶ Prelio in Asia facto: duplex dederat. ¶ Triūphauit anno fere postq̄ cósulatu abiit. ¶ Eodem fere tempore. Cn. Manlius Cósul: in Asiam: & Q. Fabius Labeo Pretor: ad classem uenit. ceterum Consuli non deerat cū Gallis belli materia. ¶ Mare pacatū erat: deuicto Antiocho. cogitantiq; Fabio: cui rei potissimum insisteret: ne ociosam Prouinciam habuisse uideri posset: optimum uisum est in Cretam insulam traiicere. ¶ Cydoniate bellū aduersus Cortynios: Gnosiosq;: gerebāt. & captiuo⁊ Romano⁊: atq; Italici generis magnus numerus in seruitute esse per totā insulā dicebat. ¶ Classe ab epheso profectus: cumprimum Crete littus attigit: nuntios circa ciuitates misit: ut armis absisterent. captiuosq; in suis quenque urbibus agrisq; conquisitos reducerent. & legatos mitterēt ad se: cū qbus de rebus ad Cretēses piter: Romanosq; ptinētibus: age/ret. Nihil magnope ea Cretēses mouerūt. captiuos: pter Cortynios: nulli reddiderūt. ¶ Valerius Antias ad. iiii. milia captiuorum: quia belli minas timuerūt: ex tota insula reddita scripsit. eāq; causā Fabio: cū rē nullā aliam gessisset: naualis triūphi ītpetrādi ab Senatu fuisse. ac Ephesū Fabius rediit. ¶ Inde tribus nauibus ī Thracie orā missis: ab Heno & Maronia presidia Antiochi deduci iussit: ut ī libertate ee ciuitates eēnt.

Liber octauus

DVm in Asia bellum geritur: ne in Etolia quidē: quiete res fuerāt. principio a gente Athamanum orto. ¶ Athamani ea tempestate pulso Aminādro: sub Prefectos Philippi Regio tenebant p̄sidio. qui superbo: ac immodico imperio: desideriū Aminandri fecerāt. Exsulanti tum Aminādro in Etolia: litteris suorum indicantiū statum Athamaniæ: spes recuperandi Regni facta est. remissiq; ab eo: nuntiāt Principibus Argitheā (id enim caput Athamaniæ erat) si popularium animos satis perspectos haberent: impetrato ab Etolis auxilio in Athamaniam se uenturum: Delectis q̄ consilium esset gentis: & Nicandro Prætore. quos ubi ad omnia paratiores esse uidit: certiores subinde facit: quo die cum exercitu Athamaniā ingressurus esset. ¶ Quattuor primo fuere cóiurati aduersus Macedonū presidium. ¶ Bissenos adiutores sibi ad rem gerendam assumpserunt. deinde paucitate parum freti: que celande rei: q̄ agende: aptior erat: parem priori numerum adiecerūt. ¶ Ita duo &. xxx. facti quadrifariam se diuiserunt. ¶ Pars una Heracleam. Altera Tetraphyliā petit: ubi custodia Regie pecunie esse: solita erat. ¶ Tertia Theudoriā. ¶ Quarta Argitheam. ¶ Ita inter omnes conuenit: ut primo quieti: uelut ad priuatā rem agendā uenissent: in foro ob uersarent. die certa multitudinē omnē cóuocarēt: ad præsidia Macedonum arcibus expellenda. ¶ Vbi ea dies aduenit: & Aminander: cum mille Etolis se in finibus posuerat. ex composito quattuor simul locis præsidia Macedonum expulsa. litteræq; in alias urbes passim dimissæ: ut uindicarent sese ab impotenti dominatione Philippi. & restituerent Aminādrum in patriū ac legittimū Regnum. ¶ Vndiq; Macedones expelluntur. ¶ Theium oppidum litteris a Zenone Prefecto p̄sidii īterceptis: & arce ab Regiis occupata: paucos dies obsidētibus restitit. deinde id quoq; traditū Aminandro est. & omnis Athamania in potestate erat: pter Atheneum castellum finibus Macedoniæ subiectum. ¶ Philippus audita defectione Athamaniæ: cum sex milibus armato⁊ pfectus: ingenti celeritate Gomphos puenit.

Aminander Rex athamanie exul regnū p proditionē recuperat eiectis p̄sidijs philippi.

ibi relicta maiore parte exercitus (neq; enim ad tanta itinera suffecerant) cũ duobus
milibus Atheneum (quod unum a presidio suo retentũ fuerat) peruenit. inde pximis
temptatis: cum facile animaduertisset cetera hostilia esse: Gomphos regressus: oĩbus
copiis simul in Athamaniam redit. ¶ Zenonem inde cum mille peditibus præmissum
Ethopiam occupare iubet: opportune Argitheæ imminentem. ¶ Quem ubi teneri a
suis locum uidit: ipse circa templum Ioui sacrum posuit castra. Ibi unum diem fæda
tempestate retentus: postero die ducere ad Argitheam intendit. ¶ Euntibus extẽplo
apparuere Athamanes in tumulos imminentis uie: discurrẽtes. ad quorum conspectũ
cõstitere prima signa. totoq; agmine timor: & trepidatio erat. & pro se quisq; quidnã
futurum esset: cogitare: si in ualles subiectas rupibus: agmen foret dimissum. ¶ Hæc
tumultuatio: Regem cupientẽ: si se sequerentur: raptim euadere angustias: reuocare
primos: & eadem: qua uenerat uia: referre coegit signa. ¶ Athamanes primo ex inter/
uallo quieti sequebant̃. postq̃ Etoli se cõiunxerũt: hos: ut ab tergo agmini ĩstarẽt:
reliquerunt. ipsi a lateribus se circunfuderunt. quidam per notos colles breuiore uia
pregressi transitus insedere. tantumq; tumultus Macedonibus est iniectum: ut fugæ
magis effuse: q̃ itineris ordinati modo: multis armis: uirisq; relictis: flumen traiecerint.
¶ Hic finis sequẽdi fuit. ¶ Inde tuto Macedones Gomphos: & a Gomphis in Mace/
doniam redierũt. ¶ Athamanes Etoliq; Ethopiam: ad Zenonẽ: ac mille Macedonas
opprimẽdos undiq; concurrerũt. Macedones parũ freti loco: ab Ethopia ĩ altiorẽ:
deruptioremq; undiq; tumulũ: concessere. quo pluribus locis aditu inuento expulere
eos Athamanes. dispersosq;: & per inuia: atq; ignotas rupes iter fuge non expedientis:
partim ceperunt: partim interfecerũt. ¶ Multi pauore ĩ derupta pcipitati. ¶ Perpauci
cũ Zenone ad Regẽ euaserunt. ¶ Postea p inducias sepeliendi cesos: potestas facta ẽ.
¶ Aminander recuperato Regno: Legatos Romam ad Senatum: & ad Scipiones in
Asiam Ephesi: post magnum cum Antiocho preliũ morãtes: misit. ¶ Pacem petebat.
excusabatq; sese: q per Etolos recuperasset paternũ Regnum. ¶ Philippũ incusabat.
¶ Etoli ex Athamania in Amphilocos profecti sunt. & maioris partis uoluntate: in
ius ditionemq; totam redegerunt gentem. ¶ Amphilocia recepta (nam fuerat quondã
etolorum) eadem spe in Aperanciã transcenderunt. ¶ Ea quoq; magna ex parte sine
certamine in deditionem uenit. ¶ Dolopes nunq̃ Etolorum fuerant. ¶ Philippi erãt.
hi primum ad arma concurrerunt. ceterum postq̃ Amphilocos cũ Etolis esse: fugãq;
ex Athamania Philippi: & cedem presidii eius accepere: & ipsi a Philippo: ad Etolos
deficiunt. ¶ Quibus circuniectis gẽtibus: iã undiq; se a Macedonibus tutos credẽtibus:
eẽ Etolis: fama affertur Antiochũ in Asia uictũ ab Romanis. ¶ Nec ita multo post
Legati ab Roma rediere: sine pacis spe. ¶ Fuluiumq; consulem nuntiantes iam cum
exercitu traiecisse. ¶ His territi: prius ab Rhodo: & Athenis legationibus excitis: ut p
autoritatem ciuitatum sue preces nup repudiate: faciliorẽ aditũ ad Senatũ haberẽt:
Principes gẽtis ad temptandũ ultimã spem Romam miserunt. nihil ne bellũ haberẽt:
prius q̃ pene in conspectu hostis erat: premeditati. ¶ Iam. M. Fuluius Appolloniam
exercitu traiecto: cum Epirotarum Principibus consultabat: unde bellum inciperet.
¶ Epirotis Ambraciam placebat aggredi: que tum contribuerat se Etolis. ¶ Siue ad
tuendã eã uenirent Etoli: apertos circa campos ad dimicandũ esse. ¶ Siue detractarẽt
certamen: oppugnationem fore haud difficilem. nam & copiã in propinquo materie
ad aggeres excitãdos. & cetera opa eẽ. & Arethontẽ nauigabilem amnem opportunũ
ad comportanda: que usui sint: preter ipsa menia fluere. & estatem: aptam rei gerẽde:
adesse. his persuaserunt: ut per Epirũ duceret. ¶ Consuli ad Ambraciã uenĩeti magni

Philippus ab athamanibus fugatur

Zeno maiore parte suorum capta ut trucidata aufugit cum paucis

Dolopes deuiunt se Etolis

Etoli pacem a senatu obtinere nequeunt

operis oppugnatio uisa est: Ambracia tumulo aspero subiecta est: Perranthẽ incole uocãt. urbs qua murus uergit in cãpos: & flumen: occidentẽ: arx que posita i tumulo est: orientem spectat. amnis Arethon ex Acarnania fluens cadit in sinum maris: ab nomine propique urbis Ambracium appellatum. Preterq̃ quod hinc amnis munit: hinc tumuli: muro quoq; firmo septa erat: patente in circuitu paulo amplius. iii. milia passuum. Fuluius bina a campo castra: modico inter se distantia interuallo unum castellum loco edito: contra arcem obiecit. ea omnia uallo ac fossa iungere parat: ne exitus inclusis ab urbe: neue aditus foris: ad auxilia intromittenda: esset. Ad famam oppugnationis Ambracie Stratum iam edicto Nicandri pretoris: conuenerãt Etoli. inde primo copiis omnibus: ad prohibendã obsidionẽ uenire: in animo fuerat. deinde postq̃ urbem iam magna ex parte operibus septã uiderũt: Epirotarum trans flumẽ loco plano castra posita esse: diuidere copias placuit. cũ mille ex peditis Eupolemus Ambraciã profectus: per nondũ commissa inter se munimẽta: urbẽ intrauit. Nicãdro cum ceteris primo Epirotarum castra nocte aggredi cõsilium fuerat: haud facili ab Romanis auxilio: quia flumẽ intererat. deinde periculosum inceptum ratus: nequa sentirent Romani: & regressus inde in tuto non esset: deterritus: ab hoc consilio: ad depopulandum Acarnaniam iter conuertit. Consul iam munimentis: qbus sepiẽda urbs erat: iam operibus: que admouere muris parabat: perfectis: quinq; simul locis menia est agressus. tria paribus interuallis faciliore aditu a cãpo aduersus Pyrheũ qd̃ uocãt: admouit. unus aduersus arcẽ aries muros q̃tiebat. asseribus falcatis detergebat pinnas. Oppidanos primo & ad speciẽ: & ad ictus menium: cũ terribili sonitu editus: pauor ac trepidatio cepit. deinde ut preter spẽ stare muros uiderũt: collectis rursus aĩs: in arietes tellenonibus libramẽta plombi: aut saxoꝝ stipites robustos: incutiebãt. falces anchoris ferreis in iectis in interiorẽ partem muri trahentes asserẽ ꝑfringebãt. ad hoc eruptionibus nocturnis: in custodias operũ: & diurnis instatiões ultro terrorẽ inferebant. In hoc statu res ad Ambraciam cum essent: iam Etoli a populatione Acarnanie Stratum redierant. inde Nicander spem nactus soluendæ incepto forti obsidionis: Nicodamũ quendam cũ Etolis qngentis Ambraciam intromittit. noctẽ certam: tempusq; etiã noctis cõstituit: quo & illi ab urbe opera hostiũ: que aduersus Pyrrheum erãt: aggrederentᷤ: & ipse ad castra Romana terrorẽ faceret. posse ratus ancipiti tumultu: & nocte augente pauorem: memorabilem rem geri. & Nicodamus intempesta nocte cum alias custodias fefellisset: per alias impetu constanti erupisset: superato brachio in urbem penetrat. animiq; aliquantum: ad omnia audenda: & spei: obsessis adiecit. & simul constituta nox uenit: ex cõposito repẽte opera est aggressus. Id inceptũ conatu: q̃ effectu grauius fuit: qa nulla ab exteriore parte uis admota est: seu metu deterrito Pretore Etolorum: seu quia potius uisum est Amphilocis opẽ ferre: nuper receptis: quos Perseus Philippi filius missus ad Dolopiam: Amphilocosq; recipiendos summa ui oppugnabat. Tribus locis: sicut ante dictum est: ad Pyrrheum opera romana erant. que omnia simul: sed nec apparatu: nec ui simili: Etoli aggressi sunt. alii cũ ardentibus facibus: alii stuppã: picẽq;: & maleolos ferentes: tota collucẽte flammis acie: aduenere. multos primo impetu custodes oppresserunt. Deinde postq̃ clamor: tumultusq; in castra est perlatus: datumq; a Consule signum: arma capiunt: & omnibus portis ad opem ferendam effunduntur. uno loco ferro igniq; gesta res est: a duobus irrito incepto cũ intentassent: magis q̃ inissent certamen: Etoli abscesserũt. Atrox pugna in unũ iclinauerat locũ. ibi diuersis partibus: duo Duces Eupolemus: & Nicodamus pugnantes hortabantur. & prope certa fouebantur spe: iã Nicandrũ

excõposito affore: & terga hostiũ inuasurũ. Hæc res aliq̃ndiu animos pugnantiũ sustinuit. Ceterum postq̃ nullum excomposito signum a suis accipiebãt: & crescere numerum hostium cernebant: destituti: segnius instare. Postremo re omissa: iã uix tuto receptu fugientes: in urbẽ compellunt. parte operũ incẽsa: & pluribus aliq̃nto: q̃ ipsi ceciderant: interfectis. Quod si excomposito acta res fuisset: baud dubiũ erat. expugnari una utiq; parte: opera: cum magna cede hostium. potuisse. Ambracienses quiq; intus erant: Etoli: non ab eius solum noctis incepto recessere: Sed in reliquum quoq; tẽpus: uelut ꝑditi a suis: segniores ad pericula erant. Iam nemo eruptiõibus: ut ante: instationes hostiũ: sed dispositi ꝑ muros. & turres: ex tuto pugnabãt. Perseus: ubi adeẽ Etolos audiuit: omissa obsidione urbis: quã oppugnabat: depopulatus tantum agros: Ampbilociam redit. Et Etolos inde auocauit: populatio maritime ore. Pleuratus Illyriorum rex: cũ. lx. lembis Corinthium sinum inuectus: Acheorũ: que partis erant nauibus maritĩa Etolie uastabat. Aduersus quos mille Etoli missi: quacunq; se classis circunegerat: per littoꝝ anfractus: breuioribus semitis occurrebãt. Et Romani ad Ambraciam pluribus locis: quatiendo arietibus muros: aliquantum urbis nudauerant. nec tamẽ penetrare in urbẽ poterant. nã & pari celeritate nouus pro diruto murus obiiciebatur. & armati ruinis superstantes: instar munimenti erant. itaq; cum aperta ui parum procederet Consuli res: cuniculum occultum: uineis ante collecto loco: agere instituit. & aliquandiu cum dies: noctesq; in opere essent: non solum sub terra fodientes: sed egerẽtes etiam humũ: fefellere hostẽ. Tumulus repẽte terra eminens index operis: oppidanis fuit. pauidiq; ne iã sub rutis muris facta ĩ urbẽ uia esset: fossam intra murum e regione eius operis: quod uineis contectũ erat: ducere instituunt. Cuius ubi: ad tantam altitudinem: quante esse solum infimum cuniculi poterat: peruenerunt: silentio facto: pluribus locis: auree admota: sonitum fodientiũ captabant. quem ubi acceperunt: aperiunt rectam in cuniculũ uiam. nec fuit magni operis. momento enim ad inanem: suspenso furculis: ab hostibus muro peruenerũt. ibi commissis operibus: cum e fossa in cuniculum pateret iter: primo ipsis ferramentis: quibus in opere usi erant: dein celeriter armati: etiam subeuntes: occultam sub terram ediderunt pugnã. Segnior deinde ea facta est: intersepientibus cuniculũ: ubi uellẽt: nunc ciliis: pretẽtis. nunc foribus raptim obiectis. Noua etiam: haud magni operis: aduersus eos: qui in cuniculo erant: excogitata res est. dolium a fundo pertusum: qua fistula modica inseri posset: & fistulam ferream: operculumq; dolii ferreum: & ipsum pluribus locis perforatum: fecerũt. hoc tenui pluma completũ dolium: ore ĩ cuniculũ uerso: posuerunt. per operculi foramina: prælongæ hastæ: quas sarissas uocant. ad summouendos hostes: eminebant. scintilla leuem ignis inditam: plume: folle fabrili ad caput fistule imposito: flando accenderunt. inde non solum magna uis fumi: sed acrior etiam fedo quodam nidore: ex adusta pluma: cum totum cuniculum complesset: uix durare quisquam intus poterat. Cum in hoc statu res ad Ambraciam esset: Legati ab Etolis Phaneas: & Damocles: cũ liberis mãdatis: decreto gẽtis: ad Cõsulẽ uenerũt. nam Pretor eorum: cum alia parte Ambraciam oppugnari cerneret: alia infestã orã nauibus esse hostiũ: alia Amphilocos Dolopiãq; a Macedonibus uastari: nec Etolos simul ad tria diuersa bella occursantes: sufficere: cõuocato Concilio: Etolæ Principes quid agendum esset: cousuluit. Omnium eo sententie decurrerunt: ut pax: si posset equis: si minus: tolerandis conditionibus peteretur. Antiochi fiducia bellũ susceptũ. Antiocho terra: mariq; superato: & ꝓpe extra orbẽ terre: ultra iuga Tauri: exacto: quam spem esse sustinendi belli? Phaneas & Damocles: quod e re Etoloꝝ: ut in tali

Legator etolor uerba pacem petentium

Consulis responsum

Captiui legati etolorum ab acarnanibus

AMBRACIA PYRRHI REGIA DEDIT RO.

casu: fideq; sua esse censerent: agerent. quod enim sibi consiliũ: aut cuius rei electionẽ a fortuna relictam? ❡Cum his mandatis missi: orauere Consulem: ut misereret̃ gentis quondã sotie. nolle dicere iniuriis: miserie certe: coacte insanire. nõ plus mali meritos Etolos Antiochi bello: q̃ boni ante: cum aduersus Philippũ bellatũ sit: fecisse. ❡Nec tum large gratiam relatam sibi. nec nunc immodice pænam iniungi debere. ❡Ad ea Consul respondit: magis sepe: q̃ uere unq̃ Etolos pacem petere. imitarent̃ Antiochũ in petenda pace: quem in bellum traxissent. non paucis urbibus eũ: de quarũ libertate certatum sit: sed omni Asia: cis Taurum montẽ: opimo regno: excessisse. ❡Etolos nisi inermes: de pace agentes: nõ auditurum se. ❡Arma illis prius: equosq; omnes tradẽdos esse. ❡Deinde mille talentũ argenti Populo Romano dandũ. cuius summe dimidiũ presẽs numeraret̃: si pacem habere uellẽt. ad ea adiecturũ etiã in fedus esse: ut eosdẽ: quos Populus Romanus amicos: atq; hostes habeant. ❡Aduersus que Legati: & quia grauia erant: & quia suoꝝ animos indomitos ac immutabiles nouerant: nullo reddito responso: domum regressi sunt. ut etiam atq; etiam: quid agendum esset: re integra Pretorem & Principes consulerent. ❡Clamore & iurgio excepti: quid rem traherẽt? qualencunq; pacem referre iussi. ❡Cum redirẽt Ambraciam: Acarnanum insidiis ꝓpe uiam positis: quibus cum bellum erat: circunuenti: Tyrrheum custodiendi deducunt̃. ❡Hec mora iniecta est paci. ❡Cum iam Athenienslum: Rhodiorumq; Legati: q ad deprecandum proiis uenerant: apud Consulem essent Aminander quoq; Athamanũ Rex: fide accepta: uenerat in castra Romana: magis ꝓ Ambracia: ubi maiorẽ partẽ temporis exsulauerat: q̃ pro Etolis sollicitus. ❡Per hos certior factus Consul: de casu Legatorum: adduci eos a Tyrrheo iussit. ❡Quorum post aduentum agi ceptum est de pace. ❡Aminander: quod sui maxime operis erat: impigere agebat: ut Ambraciẽses compelleret: ad deditionem. ❡Id cum p colloquia Principum: succedens murũ: parũ proficeret: postremo Cõsulis permissu: ingressus urbẽ: partim consilio: partim p̃cibus: euicit: ut permitterent se Romanis. ❡Et Etolos. C. Valerius Leuini filius: qui cũ ea gente primum amiciciam pepigerat: Consulis frater: matre genitus eadem: egregie adiuuit. ❡Ambracienses prius pacti: ut Etolorum auxiliares sine fraude emitterent: aperuerunt portas. dein: ut quingenta euboica darent talenta: ex quibus. cc. p̃sentia ccc. per annos sex: pensionibus equis. ❡Captiuos ꝑ fugasq; redderẽt Romanis. ❡Urbẽ ne quam formule sui iuris facerent: que post id tempus quo. T. Quintius traiecisset in Gretiã: aut ui capta ab Romanis eẽt: aut uolũtate in amiciciã uenisset. ❡Cephalania insula ut extra ius federis esset. ❡Hec quanquam spe ipsorũ aliquanto leuiora eẽnt: petẽtibus Etolis: ut ad conciliũ referrẽt: permissũ ẽ. ❡Parua disceptatio de urbibus tenuit. que cũ sui iuris aliquando fuissent: auelli: uelut a corpore suo: egre patiebant̃. ❡Ad unum tamen omnes accipi pacẽ: iusserunt. ❡Ambracienses coronã aureã Cõsuli c. & quinquaginta pondo dederunt. ❡Signa enea: marmoreaq;: & tabule picte: q̃bus ornatior Ambracia quia Regia ibi Pyrrhi fuerat: q̃ cetere regionis eius urbes erant: sublata omnia. auectaq;. ❡Nihil p̃ter ea tactũ: uiolatũ ue. ❡Profectus ab Ambracia Consul: in mediterranea Etolie: ad Argos Amphilocum. xxii. milia ad Ambracia ẽ: castra posuit. ❡Eo tandem Legati Etoli: mirante Consule: q morarentur: uenerũt. ❡Inde postq̃ approbasse pacem Concilium Etoloꝝ accepit: iussis proficisci Romã ad Senatum: permissoq; ut Athenienses & Rhodii deprecatores irent: dato qui simul cum iis proficisceret̃. C. Valerio fratre: ipse in Cephalaniam traiecit. ❡Preoccupatas aures: animosq; Principum Rome: criminibus Philippi: inuenerunt. q per legatos: per litteras: Dolopas: Amphilocosq; & Athamanam ereptas sibi querens: præsidiaq; sua:

postremo etiam filium Persea ex Amphilociis pulsum auerterat Senatū ab audiendis
precibus eorum ¶ Rhodii tamen: & Athenienses cum silentio auditi sunt ¶ Atheniēsis
Legatus Leon Icesie filius: eloquentia etiam dicitᷤ mouisse: qui uulgata similitudine:
mari tranquillo: quod uentis concitaretur: equiparando multitudinem Etoloꝝ usus:
cū in fide Romane sotietatis mansissent: insita gētis tranquillitate: quiesse eos aiebat.
¶ Postq̄ flare ab asia Thoas & Dicearchus: ab Europa: Menestas & Democritus cæ/
pissent: tum illam tempestatem cohortam: que eos apud Antiochū: sicuti ad scopulū
intulisset ¶ Diu iactati Etoli: tandem: ut ad cōditiones pacis conuenirent: effecerūt.
¶ Fuerunt autem hæ ¶ Imperium: maiestatemq; Populi Romani: gens Etolorum
conseruato sine dolomalo. ¶ Ne quem exercitum q aduersus sotios amicosq; eorum
ducetᷤ: per fines suos transire sinito ¶ Neue ulla ope iuuato. ¶ Hostes eosdem habeto:
quos Populus Romanus ¶ Armaq; in eos ferto ¶ Bellumq; pariter gerito ¶ Perfugas:
fugitiuos: captiuos: reddito Romanis. sotiisq;. preterq̄: siqui capti: cum domos redissēt:
aut siqui eo tempore ex iis capti sūt: qui tum hostes erant Romanis. cum intra p̄sidia
Romana Etoli eēnt ¶ Alioꝝ: q cōparebunt: intra dies. c. Corcyreoꝝ Magistratibus:
sine dolomalo tradantur. ¶ Qui non comparebūt: quando quisq; eoꝝ primū inuētus
fuerit: reddatᷤ. ¶ Obsides quadragīta: arbitratu Cōsulis Romani dato. ¶ Ne minores
xii. annorum: neu maiores. xl. ¶ Obses ne esto. Prætor: Præfectus equitum: Scriba
publicus: neu quis: q ante obses fuerit: apud Romanos. Cephalania extra pacis leges
esto ¶ De pecunie summa quam penderent: pensionibusq; eius: nihil ex eo: quod cum
Consule conuenerat: mutatum. ¶ Pro argento: si aurū dare mallent: darent: cōuenit:
dū pro argenteis decē: aureus unus ualeret ¶ Que urbes: qui agri: qui homines: Etoloꝝ
iuris aliquando fuerunt: qui eoꝝ. T. Quintio. Cn. Domitio Consulibus: postue eos
Consules: aut armis sub acti: aut uoluntate in deditionem Populi Romani uenerūt:
neq; eos Etoli recepissēt: uel in Etolia essent: ee urbes: agriq: Acarnanū sunto ¶ His
legibus fedus ictum cū Etolis est. ¶ Eadem non estate solū: sed etiam iis diebus qbus:
hec a. M. Fuluio in Etolia gesta sūt: Consul alter. Cn. Manlius in Gallogretia bellū
gessit. quod nunc ordiri pergam. ¶ Vere primo ephesū Cōsul uenit. acceptisq; copiis
a. L. Scipione: & exercitu lustrato: Contionē apud milites habuit. Qua: collaudata:
uirtute eorum: ꝙ cum Antiocho uno prelio debellassent: adhortatus eos nouum cū
Gallis suscipiendū bellū: qui & auxilio iuuissēt Antiochū: & adeo indomita haberēt
ingenia: ut nequicq̄ Antiochus emotus ultra iuga Tauri montis esset: nisi frangerentᷤ
opes Gallorum: de se quoq; nec falsa: nec modica adiecit. ¶ Leti milites cū frequenti
assensu Consulem audiuerunt. partem uirium Antiochi fuisse Gallos credentes. Rege
superato nullum momentum in solis per se Gallorum copiis fore ¶ Eumenem haud in
tempore abesse: (Rome tum erat). credere Consul: ignarus locorū: hominūq;: & cuius
interest frangi illoꝝ opes ¶ Attalum igitur fratrē eius accersit a Pergamo. hortatusq;
ad capessēdum secum bellū: pollicentē suam suorūq; operam: domū ad comparandū
copias dimittit ¶ Paucos post dies: profecto Cōsuli Ephesō: ad Magnesiam occurrit
Attalus. cū mille peditibus: eqtibus. cc. Atheneo fratre iusso cū ceteris copiis subsequi:
cōmendata iis custodia p̄gami: quos fratri: regnoq; fidos credebat ¶ Cōsul collaudato
iuuene: cum omnibus copiis ad Meandrū progressus: castra posuit: qa uado superari
amnis non poterat. & contrahēde naues erant ad exercitum traiciendū ¶ Trāsgressi
Meandrum ad Comenen peruenerūt. Famum ibi augustum Appollinis: & oraculū
sortes autem uersibus haud inconditis dare: uates dicuntur. ¶ Hinc alteris castris ad
Harpasum flumē uentum est: quo Legati ab Alabandis uenerunt. quod castellum

HIC APOLLO CV̄ MARSYA TIBIAR[um] CANTV CERTASSE D[icitu]R

Celene / Apamea } urbs

abipsis nuper descisset: aut autoritate: aut armis cogeret: iura antiqua pati. eodem & Atheneus Eumenis & Attali frater cũ Cretense Leuso: & Corrago Macedone: uenit. mille pedites mixtarũ gentiũ: & trecentos equites secũ adduxerũt. ¶ Consul Tribuno militũ misso: cũ modica manu castellũ ui receptũ: Alabadensibus reddidit. ¶ Ipse nihil uia degressus: ad Antiochiã super Meandrum amnem posuit castra. ¶ Huius amnis fontes Celenis oriuntur. Celene urbs: caput quondam Phrygie fuit. ¶ Migratum inde haud procul ueteribus celenis. nouęq; urbi Apamee nomẽ inditũ: ab Apamea sorore Seleuci Regis. ¶ Et Marsias amnis haud ꝓcul a Meandri fõtibus oriẽs: in Meandrũ cadit. ¶ Famaq; ita tenet: Celenis Marsyã cũ Apolline tibiarũ cãtu certasse. Meãder ex arce summa Celenarũ ortus: media urbe discurrẽs: per Caras primũ: deinde Ionas: in sinu maris editur: quod inter Priennem: & Miletum est. ¶ Ad Antiochiã in castra Cõsulis Seleucus Antiochi filius ex federe icto cũ Scipione: ad frumentũ exercitui dandum: uenit. ¶ Parua disceptatio de Attali a[u]xiliaribus orta est. quod Romano tantum militi: pactum Antiochũ: ut daretur frumentũ: Seleucus dicebat. ¶ Decussa ea quoq;: cõstantia Cõsulis: q̃ dimisso Tribuno edixit: ne Romani milites acciperẽt: prius: q̃ Attali auxilia accepissẽt. inde ad Cordiuticos quos uocant: processum est. ex eo loco ad Thabas tertiis castris peruentum. in finibus Pisidarum posita est urbs. in ea parte: que uergit ad Pamphiliũ mare: integris uiribus regiõis eius: feroces ad debellã-dum habebat uiros. Tum quoq; equites in agmen Romanum eruptione facta: haud modice primo impetu turbauere. ¶ Deinde ut apparuit: nec numero se: nec uirtute pares esse: in urbe compulsi ueniam erroris petebant: dedere urbem parati. v. &. xx. talenta argenti: &. x. milia medimnum tritici: imperata. ¶ Ita in deditionem accepti. Tertio inde die ad Cabum amnem peruẽtum. inde profecti Erizam urbem primo impetu ceperũt. ad Tabusion: castellũ imminens flumini Indo uẽtum est. cui fecerat nomen Indus ab elephanto deiectus. ¶ Haud ꝓcul a Cybira aberant. nec Legatio ulla ab Megeate: Tyranno ciuitatis eius: homine ad omnia infido atq; importuno: ueniebat. ad temptãdum eius animum: C. Manlium cum quattuor milibus peditum: & q̃ngentis equitibus Consul ꝑmittit. huic agmini iã primis ingrediẽtibus: occurrerũt: nuntiantes: paratum esse Tyrannum imperata facere. orabant: ut pacatus finis iniret. cohiberetq; a populatione agri militem. & in corona aurea. xv. talenta afferebant. ¶ Manlius integros a populatione agros seruaturũ pollicitus: ire ad Consulẽ legatos iussit. ¶ Quibus eadem referentibus: Consul ¶ Neq; Romani inquit bone uoluntatis ullum signum erga nos Tyranni habemus. & ipsum talem esse inter omnes cõstat: ut de pena eius: magis: q̃ de amicicia nobis cogitandũ sit. ¶ Perturbati hac uoce Legati: nihil aliud petere: q̃ ut coronam acciperet. ueniendiq; ad eum potestatem Tyranno: ac copiam loquendi: ac purgãdi se: faceret. ¶ Permissu Consulis: postero die in castra Tyrannus uenit uestitus comitatusq; uix ad ad priuati modice locupletis habitum. & oratio fuit summissa & infracta extenuantis opes suas: urbiumq; sue ditionis. egestatẽ querentis. erant autẽ sub eo ꝑter Cybira: Mulleum: & Alimne: que Allimẽ appellat. ex his: ut se: suosq; spoliaret. v. &. xx. talẽta se collecturũ: ꝓpe ut diffidens: pollice-batur. ¶ Enim uero inquit Consul: ferri iam ludificatio ista non potest. parum est: non erubuisse absentes: cum per Legatos frustrareris. nunc quoq; presens in eadem perstas impudentia? . v. &. xx. talẽta tyrannidẽ tuã ex haurirẽt q̃ngẽta ergo talẽta: nisi triduo numeras: populationẽ i agris: obsidionẽ i urbẽ: expecta hac denũtiatione cõterritus ꝑstare tamẽ inpertinaci simulatiõe inopie. & paulatim illiberali adiecti-one: nunc per cauillationem: nunc precibus: & simulatis lachrymis: ad centum talenta

ẽ pductus. adiecta. x. milia medimnum frumẽti. ¶ Hec omnia intra dies sex acta. A
Cybira p agros Idensiũ exercitu sductus. transgressusq; Caularẽ amnẽ posuit castra.
Postero die: & preter Caralliten paludẽ: agmẽ ductum ad Madamprum. manserũt.
inde progrediẽtibus ab Lago pxima urbe metu incole fugerũt. uacuũ hominibus
oppidum diripuerunt. inde ab Lysis fluminis fonte postero die ad Cobulatũ amnẽ
progressi. ¶ Telmenses eo tempore Isiondem arcem: urbe capta: oppugnabãt. inclusi:
cũ alia spes nulla esset: Legatos ad Consulem: orantes opem: miserunt. cũ cõiugibus
ac liberis: in arcem inclusos se mortẽ indies: aut ferro: aut fame patiendam: expecta/
re. ¶ Volenti consuli causa in Pamphiliã reuertendi oblata est. ¶ Aduenien s obsidione
Isiondẽses exemit. Telmenso pacẽ dedit. ¶ Quinquaginta talentis argenti acceptis itẽ
Aspendus ceterisq; Pamphylie populis. ex Pamphylia rediens: ad flumẽ Taurũ primo
die: postero ad Sylenen: quã uocãt Comen: posuit castra. pfectus inde cõtinentibus
itineribus: ad Cormasa urbẽ peruenit. ¶ Darsa proxima urbs erat. eam metu incolarũ
desertam: plenã omniũ rerum copia inuenit. ¶ Progredienti preter paludes: Legati
ab Lysinoe dedentes ciuitatẽ uenerunt. ¶ Inde in agrum Agalassenum urbẽ fertileq;
omni genere frugum: uentum est. colũt Pyside: longe optimi bello regionis eius. tũ
ea res animos facit: tum agri fæcunditas. & multitudo hominum. & situs: inter paucas
munite urbis. ¶ Cõsul: quia nulla Legatio ad fines presto fuerat: predatum in agros
misit. tum demũ fracta pertinatia est: ut ferri: agiq; res suas uiderũt. ¶ Legatis missis:
pacti quinquaginta talẽtis &. xx. milibus medimnũ tritici: xx. hordei: pacẽ impetra/
uerunt. progressus inde ad Rhotrinos fontes ad uicum: quẽ Aporides comen uocãt:
posuit castra. ¶ Eo Seleucus ab Apamea postero die uenit. egros inde: & i utilia impe/
dimenta: cum Apamee dimisisset: ducibus iterum a Seleuco acceptis: profectus ea die
in Metropolitanum campũ: postero die Dymas Phrygie processit. ¶ Inde Synnada
uenit: metu omnibus circa oppidis desertis: quorum iam preda graue agmen trahens:
uix qnq; miliũ die toto itinere pfecto: ad Beundos: qđ Vetus appellãt: puenit. ¶ Ad
antibura inde. ¶ Et altero die ad Alexandri fõtes. ¶ Tertio ad Abbassũ posuit castra.
ibi plures dies statiua habuit: quia peruentũ erat ad Tolobostogorum fines. ¶ Galli
magna hoĩm uis: seu inopia agri: seu prede spe: nullã gentẽ: per quã ituri eẽnt: parem
armis rati: Brẽnone Duce in Dardanos peruenerũt. ¶ Ibi seditio orta. & ad. xx. milia
hominũ cum Lomnorio: ac Lutario Regulis: secessione facta a Brennone: in Tracia
iter auertunt. ubi cũ resistentibus pugnando. pacem petẽtibus: stipendiũ imponẽdo:
Byzantium cũ peruenissent: aliquãdiu oram Propontidis uectigalẽ habendo: regiõis
eius urbes obtinuerunt. cupido inde eos in Asiam transeundi: audientes ex propinquo
q̃nta ubertas terre eius eẽt: cepit. & Lysimachia fraude capta: Cherronesoq; omni
armis possessa: ad Hellespontũ descẽderũt. ¶ Ibi uero exiguo diuisis freto: cernenti/
bus Asiam: multo magis animi ad transeundum accensi. ¶ Nuntiosq; ad Antipatrum
Prefectum eius: de transitu mittebant. que res: cum lentius spe ipsorum traheret: alia
rursus noua inter Regulos seditio orta. Lomnorius retro: unde uenerat: cum maiore
parte hominum: repetit Bizantium. Lutarius: Macedonibus per speciem legationis
ab Antipatro ad speculandum missis: duas tectas naues: & tres lembos adimit. his alios:
atq; alios: dies noctesq; trauehẽdo: intra paucos dies omnes copias traiecit. ¶ Haud ita
multo post Lomnorius adiuuante Nicomede Bithynie Rege a Bizantio transmisit.
coeunt deinde in unum rursus Galli. & auxilia Nicodemi: aduersus Zyboeã: partẽ
tenentem Bithynie: gerenti bellum: atq; eorũ opera deuictus Zyboea ẽ. ¶ Bithiniaq;
omnis in ditionem Nicomedis decessit. ¶ Profecti ex Bithynia: in Asiam processerũt.

non plus ex. xx. milibus hominũ: q̃ decẽ armata erãt. tamẽ tm̃ terroris omnibus: que cis Taurũ incolũt: gẽtibus iniecerũt: ut q̃s adissẽt: q̃sq; nõ adissent: pariter ultĩe: ppin/quis: impio pareret. Postremo cũ tres essẽt gẽtes: tolobostogi: trocini: tectosagi: In tris ptes. qua cuique populorũ suorũ uectigalis asia eẽt: diuiserũt. Trocinis Hellespõti ora data. Tolostobogis Eolida atq; Ionia. Tectosagi mediterranea asie sortiti sũt. & stipendium tota cis Taurum asia exigebant. Sedem autem ipsi sibi circa Halyn flumen ceperunt. Tantusq; terror eorum nominis erat: multitudine etiam magna sobole aucta: ut Syrie quoq; ad postremum Reges stipendium dare non abnuerẽt. Primus Regum Asiam incolentium: abnuit attalus pater Regis Eumenis. audaciq; incepto preter opinionem omnium: affuit fortuna. & signis collatis superior fuit. nõ tamen ita infregit animos eorũ: ut abstinerent imperio. Eiusdem opes usq; ad bellũ Antiochi cum Romanis: manserunt. Tum quoq; pulso Antiocho magnam spem habuerunt: quia procul mari incolerent: Romanum exercitum ad se non peruen/turum. Cum hoc hoste: tam terribili omnibus regionis eius: quia bellum gerendum erat: pro contione milites maxime in hunc modum alloquutus est cõsul. Non me preterit milites: omnium que Asiam colunt gentium: Gallos fama belli prestare. inter mitissimum genus hominũ ferox natio. peruagata bello prope orbem terrarũ. sedẽ cepit. procera corpora. promisse & rutilate come. uasta scuta. pre longi gladii. adhoc inchoantium prelium cantus: & ululatus: & tripudia: & quatientium scuta in patriũ quendam modũ: horrẽdus armorũ crepitus: omnia de industria composita ad terrorẽ. Sed hec qbus insolita: atq; insueta sũt: Greci: & Phryges: & Cares timeant. Romanis Gallici tumultus: assuetis: etiam uanitates note sunt. semel primo congressu ad Alliam olim fuderũt maiores nostros. ex eo tẽpore per ducentos iam annos pecorũ in modũ cõsternatos cedũt. fugantq;. & plures quoq; de gallis triũphi: q̃ de toto orbe terrarũ acti sunt. iam hoc cognitum est: si primum impetum: quem feruido ingenio: & cæca ira effundũt: sustinueritis: fluũt sudore: & lassitudĩe mẽbra. labãt arma. mollia corpa. molles: ubi ira consedit: animos: sol: puluis: sitis: ut ferrum nõ admoueas: prosternũt. nõ legionibus legiones eorũ: soli experti sumus. sed uir unus cũ uiro uno cõgrediendo T. Mãlius: M. Valerius: quantũ Gallicã rabiẽ uinceret Romana uirtus docuerũt. iã. M. Manlius unus agmine scandẽtis in Capitoliũ Gallos detrusit. & illis maioribus nostris: cũ haud dubiis Gallis: in sua terra genitis res erat. hi iam degeneres sũt: mixti: & Galli & Greci: unoq; nomine Gallogreci appellanẽ. Sicut in frugibus pecudi/busq; non tantum semina ad seruandum indolem ualent: quantum terre proprietas: celiq; sub quo aluntur: mutat. Macedones q Alexandriam in Egypto: qui Seleu/ciam ac Babiloniam: quiq; alias sparsas per orbem terrarum colonias habent: in Syros: Parthos: Egyptios: degenerarunt. Massilia inter Gallos subtraxit aliquantulum ab accolis animorũ. nisi qđ ex Spartana dura illa & horrida disciplina: mãsit. generosius in sua quicquid sede gignitur. insitum aliene terre: in id quod alitur: natura uertente se: degenerat. Gallicos igitur: Gallicis oneratos armis: sicut ĩ acie Antiochi cecidistis uictos: uictores cedetis. Magis uereor ne parũ ĩde glorie: q̃ ne nimiũ belli sit. Atta/lus eos Rex sepe fudit. fugauitq;. Nolite existimare beluas tantum recentis captas feritatem illam siluestrem primo seruare: deĩde cũ manibus humanis alanẽ: mitescere: in hominũ feritatẽ mulcendam nõ eandẽ naturam esse. eosdẽ ne hos creditis esse: qui patres eorum: auiq; fuerunt? extorres inopia agrorum: profecti domo: per asperrimã Illyrici oram: Peoniam inde: & Thraciam: pugnãdo cum ferocissimis gẽtibus: emensi: has terras ceperunt? duratos eos tot malis: exasperatosq; accepit terra: que copia rerũ

NATURA GALLORŨ

GALLOGRECI UNDE DICANTUR

omniū saginaret. uberrimo agro: mitissimo celo: clementibus accolaꝝ ingeniis: omnis illa: cū qua uenerāt: mansuefacta ē feritas. nobis mehercule Martiis uiris: cauēda ac fugienda q̃primum amenitas est Asie. tantū he peregrine uoluptates: ad extinguendū uigorem animorum: possunt: quantum contagio discipline morisq; accolarum: ualet. hoc tamē feliciter euenit. ꝙ sicut uim aduersus nos nequaq̃ ita famam apud Grecos: parē illi antique obtinēt: cū qua uenerūt. belliq; gloriam uictores eandē inter socios habebitis: quam si seruantes antiquam speciem animorum. Gallos uicissetis. Cōtione dimissa: missisq; ad Eposognatū Legatis: q unus ex Regulis: & i Eumenis amicicia manserat: & negauerat Antiocho aduersus Romanos auxilia: castra mouit. Primo die ad Aladrum flumē. postero: cum ad uicum quē uocant Tysco eēt uentū: eo legati oroandensium cū uenissent: amiciciā petentes. cc. talēta iis sūt imperata. ꝑcantibusq;: ut domum renunciarēt: potestas facta. Ducere inde exercitū Consul ad Plitendū. Deinde ad halyattos castra posita. Eo: missi ad Eposognatum redierunt Legati Reguli orantes: ne Tectosagis bellū inferret. ipsū in eam gentē iturū Eposognatū. persuasurūq; ut imperata faciāt. Data uenia regulo: duci inde exercitus ꝑ Axylon: quam uocant terram: ceptus. ab re nomen habet. non ligni modo quicq̃: sed: ne spinas quidem: aut ullum aliud alimentum fert ignis. fimo bubulo pro lignis utuntur. Ad Euballum Gallogretie castellum: castra habētibus Romanis: apparuere cū magno tumultu hostiū equites. nec turbarunt tantum stationes Romanas repente inuecti: sed quosdam etiā occiderunt. qui tumultus: cum in castra perlatus esset: effusus repēte omnibus portis equitatus Romanus fudit fugauitq; Gallos. & aliquot fugiētes occidit. Inde Consul: ut qui iam ad hostes peruentum cerneret: explorato deinde: & cum cura coacto agmine procedebat. & continentibus itineribus: cum ad Sangarium flumen uenisset: pontem: quia uado nusq̃ transitus erat: facere instituit. Sangarius ex adoreo mōte: per phrygiam fluens: admiscetur ad bithyniam tymbri fluuio. inde maior iam geminatis aquis: per Bithyniam fertur. & in Propontidem sese effundit. nō tamen: tam magnitudine memorabilis: q̃ quod piscium accolis ingentem uim præbet. Transgressis ponte perfecto: flumen: preter ripam euntibus: Galli Matris Magne a Pessimonte: occurrere: cū insignibus suis: uaticinātes fanatico carmine deā Romanis uiam belli: & uictoriā dare. Imperiumq; eius regionis. Accipere se omen: cū dixisset Consul: castra eo ipso loco posuit. Postero die ad Cordiū peruenit. Id haud magnū quidem oppidum est. sed plus q̃ mediterraneum celebre: & frequens emporium. tria maria: pari ferme distātia īteruallo habet. ad Hellespontū. ad Synopen. & alterius ore littora: que Cilices maritimi colūt. multarum magnarumq; preterea gentiū fines contingit. quarum comercium: in eum maxime locum: mutui usus contraxere. id tū desertum: fuga incolarum: oppidum: refertū idem copia rerū omniū inuenerūt. Ibi statiua habētibus: Legati ab Eposognato uenerunt nunciantes profectum eū ad Regulos Gallorum: nihil equi impetrasse. ex campestribus uicis: agrisq; frequentes migrare. & cū coniugibus ac liberis: que ferre: ac gerere possēt: pre se agētes: portātisq; Olympum montem petere: ut inde armis: locoꝝq; situ: sese tueant. Certiora postea Oroandēsium Legati attulerunt. Tolostobogorum ciuitatem Olympum montem cepisse. Diuersos Tectosagos: alium mōtem qui Magaua dicatur: petisse. Trocinos coniugibus ac liberis apud Tectosagos depositis armatoꝝ agmine Tolostobogis statuisse auxilium ferre. Erant autem tum trium populoꝝ Reguli: Ortiago: & Combolomarus: & Gaudotus. Iis hec maxime belli ratio sumendi fuerat: ꝙ cum montes editissimos eius regionis tenerent: cōuectis omnibus que ad usū: quanuis longi tēporis:

sufficerent: tedio se fatigaturos hostes censebant. nã neq; ausuros per tam ardua: atq;
iniqua loca subire eos. & si conarentur: uel parua manu: probibere: aut deturbari:
posse. nec getos ĩ radicibus gelidoꝝ montiũ sedẽtes: frigus: aut inopiã: laturos. ¶ Et cũ
ipsa altitudo locoꝝ eos tutaret: fossã quoq;: & alia munimẽta uerticibus iis: quos inse/
derant: circũiecere. ¶ Minima apparatus missilium: telorũ cura fuit: ꝙ saxa affatim
ꝓbituram asperitatẽ ipsã locorũ credebãt. ¶ Cõsul: quia nõ cominus pugnã: sed ꝓcul:
locis expugnãdis: futurã ꝑceperat aĩo: ingentẽ uim piloꝝ: uelitariũ bastaꝝ: sagittarũ:
glãdisq; & modicoꝝ: qui fũda mitti lapidũ possẽt: parauerat. ĩstructosq; missiliũ appa/
ratu ad olympũ montẽ ducit. & a qnq; ferme milibus locat castra. ¶ Postero die cũ
quadringẽtis equitibus: & Attalo: progressũ eũ: ad naturam montis: situmq; galleorũ
castroꝝ uisendũ: equites hostiũ: duplex numerus: effusus e castris in fugã auerterũt.
occisi quoq; pauci fugientium. ulnerati plures. ¶ Tertio die: cũ omnibus ad loca ex/
ploranda profectus: quia nemo hostiũ extra munimenta processit: tuto circũuectus
montẽ: animaduertit meridiana regione terrenos: & placide accliuos: ad quendã finẽ
colles eẽ. septentriõe ardue erectas prope rupes: atq; omnibus ferme aliis inuias. ¶ Iti/
nera tria esse. unum medio monte: qua terrena erãt. duo difficilia: ab hyberno solis
ortu: & ab æstiuo occasu. Hæc contemplatus: eo die sub ipsis radicibus posuit castra.
¶ Postero die: sacrificio facto: cum primis hostiis litasset: trifariam exercitum diuisũ
ducere ad hostem pergit. ipse cum maxima parte copiarum: qua equissimum aditum
ꝓbebat mõs. ascẽdit & L. Manliũ fratrẽ: ab hyberno ortu: quoad loca patiantur: &
tuto possit: subire iubet. siqua periculosa: & prerupta occurrant: non pugnare cum
iniquitate locoꝝ. neq; inexuperabilibus uim afferre. sed obliquo mõte ad se declinare:
& suo agmini coniungi. C. Heluium cũ tertia parte circũire sensim ꝑ infima mõtis.
deinde ab æstiuo occasu erigere agmen. & Attali auxilia: trifariam æquo numero
diuisit. secum eẽ ipsum iuuenem iussit. equitatum cũ elephantis in proxima tumulis
planicie: reliquit. ¶ Edictum Prefectis: ut intenti: quid ubiq; geratur: animaduertãt.
opẽq; ferre: quo postulent res: properent. ¶ Galli & ab duobus lateribus: satis fidentes:
inuia esse: ab ea parte: que in meridiẽ uergeret: ut armis clauderent uiam: quattuor
fere milia armatorum: ad tumulum imminentem uie minus mille passuum a castris
occupandum mittunt. eo se rati: uelut: castello: iter impedituros. ¶ Quod ubi Romani
uiderunt: expediunt sese ad pugnam. ¶ Ante signa modico interuallo: Velites eunt.
¶ Et ab Attalo Cretenses sagittarii: & fũditores Et Tralli Thraces signa peditum: ut
per arduum: leui gradu ducuntur: ita pre se habentiũ scuta: ut missilia tantũ uitarẽt:
pede collato non uiderenẽ pugnaturi. ¶ Missilibus ex interuallo loci preliũ cõmissũ.
¶ Et primo pares: Gallos loco adiuuãte: Romanos: uarietate & copia telorũ. ¶ Pro/
cedente certamine: nihil iam equi erat. scuta longa: ceterum ad amplitudinẽ corporũ
parum lata: & ea ipsa plana: male tegebant gallos. nec iam tela alia habebant preter
gladios. quorũ: cum manũ hostis non cõsereret: nullus usus erat. ¶ Saxis nec modicis:
ut que nõ preparassent: sed quod cuiq; trepidanti ad manum uenisset: ut insueti: nec
arte: nec uiribus adiuuãtes ictũ: utebanẽ. sagittis: glãde: iaculis: ĩcauti. & ab omni ꝑte
configebantur. ¶ Nec quid agerent: ira & pauore obcecatis animis: cernebant. & erãt
deprebensi genere pugne: in quod minime apti sunt. nõ quemadmodum cominus: ubi
inuicem pati & inferri uulnera licet: accendit ira animos eorũ: ita ubi: ex occulto: &
ꝓcul leuibus telis: uulnerantẽ. nec quo ruant ceco impetu babẽt. uelut fere transfixe:
in suos temere incurrunt. detegebat uulnera eorum: & ꝙ nudi pugnant. & sunt fusa:
& candida corpora: ut que nunq̃ nisi in pugna nudentur. ita & plus sanguinis e multa

carne fundebatur. & fediores patebāt plage. & candor corporū magis ſanguine atro
maculabatᷣ. ſed non tā patētibus plagis mouentur: interdum inſecta cute: ubi latior:
q̄ altior plaga eſt. & etiā glorioſius ſe pugnare putant. Idem cum aculeus ſagitte: aut
glandis abdite introrſus tenui uulnere in ſpeciem: urit: & ſcrutantis que uellant: telum
non ſequitur: tum in rabiem: & pudorē tam parue perimentis peſtis uerſi: proſternūt
corpora humi. ſicut paſſim procumberent. alii ruētes in hoſtem undiq; configebantᷣ.
& cū cominus uenerant: gladiis a uelitibus trucidabantᷣ. ¶ Hic miles tripedalē parmā
habet. & in dextra haſtas: q̄bus eminus utitur. gladio hiſpaniēſi eſt cinctus. ꝙ ſi pede
collato pugnādum eſt: tranſlatis in leuam haſtis: ſtringit gladium. ¶ Pauci ſupererāt
iam gallorꝫ: qui poſtq̄ ab leui armatura ſuperatos ſe uiderunt: & ſtare legionū ſigna:
effuſa fuga caſtra repetunt: pauoris & tumultus iam plena. ut ubi femine: puerīq;: &
alia imbellis turba permixta eēt. ¶ Romanos uictores deſerti fuga hoſtiū acceperūt
tumuli. ¶ Sub idem tēpus. L. Manlius & . C. Heluius cum: quoad uiā colles obliqui
dederūt: aſcendiſſēt: poſtq̄ adinuia uentū eſt: flexere iter: in partem montis: que una
habebat iter. & ſeq Cōſulis agmē modico uterq; īteruallo: uelut ex cōpoſito ceperūt.
¶ Quod primo optimum factu fuiſſet: in id neceſſitate ipſa compulſi (ſubſidia enim in
talibus iniquitatibus locorum maxime ſpei ſuis fuerant. ut primis forte deturbatis.
ſecundi & tergant pulſos: & integri pugnam excipiant. ¶ Conſul poſtq̄ ad tumulos
ab leui armatura captos: prima ſigna legionum peruenerunt: reſpirare & conquieſcere
pauliſper militem iubet. ſimul ſtrata per tumulos corpora Gallorum oſtentat. & cū
leuis armatura prelium tale ediderit: quid ab legionibus: quid ab iuſtis armis: quid ab
animis fortiſſimorum militum: expectari? caſtra illis capienda eſſe: in que compulſus
ab leui armatura hoſtis trepidet. ¶ Precedere tamen iubet leuem armaturam. que: cum
ſtaret agmen: colligendis per tumulos telis: ut miſſilia ſufficerent: haud ſegne id ipſum
tempus cōſumpſerat. ¶ Iam caſtris appropinquabāt: & Galli: ne parum ſe munimēta
ſua tegerent: armati pro uallo conſtiterant. obruti deinde omni genere telorum: cum:
quo plures atq; denſiores erant: eo minus uani quicq̄ intercideret teli: intra uallum
momento temporis compelluntur. ſtationibus tantum firmis: ad ipſos aditus portarū
relictis. ¶ In multitudinē compulſam in caſtra uis ingēs miſſilium telorꝫ cōiicebatur.
& uulnerari multos: clamor permixtus mulierū: atq; puerorꝫ ploratibus ſignificabat.
¶ In eos: q portas ſtationibus ſuis clauſerāt legionū anteſignaui pila coniecerūt. ¶ Hi
uero non uulnerabantᷣ ſed tranſuerberatis ſcutis pleriq; inter ſe conſerti herebāt. nec
diutius impetum Romanorū ſuſtinuerūt. ¶ Patentibus iam portis. priuſq̄ irrūperent
uictores: fuga e caſtris Gallorū in omnes partis facta eſt. ruūt ceci per uias per inuia.
nulla precipitia ſaxa. nulle rupes: obſtant. nihil: preter hoſtē: metuunt. Itaq; pleriq;
precipites per uaſtam altitudinē prolapſi: aut debilitati: exanimantᷣ. ¶ Conſul caſtris
captis direptione præda: quibuſq;: abſtinet. militē ſequi: ꝓ ſe quenq;: inſtare: & ꝑculſis
pauorē addere: iubet. ¶ Superuenit & alterum cum . L. Manlio agmen. nec eos caſtra
intrare ſinit. ꝓtinus ad perſequendos hoſtes mittit. ¶ Et ipſe paulo poſt: tradita capti/
uorum cuſtodia Tribunis Militum: ſequitur debellatū ratus: ſi ī illo pauore q̄plurimi
ceſi forent: aut capti. ¶ Egreſſo conſule . C. Heluius cum tertio agmine aduenit. nec
continere ſuos a direptione caſtrorum ualuit. prædaq;: eorum: iniquiſſima ſorte: qui
pugne non interfuerant: facta eſt. ¶ Equites diu ignari: & pugne: & uictorie: ſuorū:
ſteterunt. deinde: & ipſi quantum equi in colles ſubire poterant: ſparſos fuga gallos
circa radices montis conſectati: cecidere. aut cepere. Numerus interfectorum haud
facile iniri potuit: quia late inter omnes anfractus montium fugaq;: & cedes fuit. ¶ Et

Uxor reguli gallorum ui stuprata a rõ cẽturione trucidato ei caput ad uirum refugit.

Bellũ cũ tectosagis

magna pars rupibus inuiis in profunda altitudinis cõ ualles delapsa est. ¶ Pars in siluis
uepribusq; occisa. ¶ Claudius qui bis pugnatũ in Olympo monte scribit: ad. lx. milia
hominum autor est cesa. ¶ Valerius Antias: qui magis in numero augendo esse solet:
non plus decẽ milia. numerus captiuorũ haud dubie milia . xl. expleuit. quia omnis
generis: etatisq; turbã secũ traxerãt: demigrãtiũ magis: q̃ i bellũ euntiũ mõ. ¶ Consul
armis hostiũ ĩ uno cõcrematis tumulo: ceterã predã cõferre oẽs iussit. & aut uẽdidit:
qđ eius in publicũ redigendũ. erat: aut cũ cura: ut q̃ eqssima esset: per milites diuisit.
¶ Laudati quoq; ꝓ cõtione oẽs sũt. donatiq;: ꝓ merito qsq;. ¶ Ante oẽs Attalus sũmo
ceteroꝝ assẽsu. ¶ Nã singularis eius uiri tũ uirtus: & industria in omnibus laboribus:
ꝑiculisq;: tũ modestia etiã fuerat. ¶ Supererat bellum integrũ cũ Tectosagis. ad eos
profectus Consul tertiis castris Angiram nobilem in illis locis urbem: peruenit. unde
hostes paulo plus. x. milia aberant. ubi cũ statiua eẽnt: facinus memorabile a captiua
factũ ẽ. ¶ Orgisgontis Reguli uxor: forma eximia custodiebatᷓ ĩter plures captiuos.
cui custodie Cẽturio p̃erat. & libidinis: & auaricie militaris. Is p̃mo animũ tẽptauit.
quem cum abhorrentem a uolũtario uideret stupro: corpori: quod seruum fortuna
erat: uim fecit. ¶ Deinde ad lenĩẽdam indignitatẽ iniurie: spem reditus ad suos mulieri
fecit. & ne eam quidem: ut amans gratuito. certo auri põdere pactus. ne quẽ consciũ
suoꝝ haberet: ipsi permittit ut quẽ uellet unũ ex captiuis nuntium ad suos mitteret.
locum prope flumen constituit: quo duo ne plus necessarii captiue cũ auro uenirẽt
noctæ insequenti ad eam accipiendam. ¶ Forte ipsius mulieris seruus: inter captiuos
eiusdem custodiæ erat. ¶ Hunc nuntium primis tenebris extra custodiam Centurio
educit. ¶ Nocte insequenti & duo necessarii mulieris ad cõstitutum locũ: & Cẽturio
cum captiua uenit. ubi cum aurum ostenderent: quod summam talenti attici: tanti
enim pepigerat: expleret. mulier lingua sua: ut stringerent ferrum: & Centurionem
pensantem aurum occiderent: imperauit. ¶ Iugulati precisum caput: ipsa inuolutum
ueste ferens: ad uirũ Orgisgontẽ: qui ab Olympo domũ effugerat: peruenit. ¶ Quẽ
priusq̃ complecteretur: caput cẽturionis ante pedes eius abiecit. ¶ Mirantiq;: cuiusnã
id caput hominis? aut quod id facinus haudquaq̃ muliebre eẽt? ¶ Et iniuriã corporis:
& ultionem uiolate per uim pudicicie confessa uiro est. aliaq;: ut traditur sanctitate:
& grauitate uite: huius matronalis facinoris decus: ad ultimũ conseruauit. ¶ Angirã
in statiua Tectosagũ Oratores: ad Consulẽ uenerũt: petẽtes: ne ante castra moueret:
q̃ colloquutus cũ suis Regibus esset. nullas cõditiones pacis iis: nõ bello: fore potiores:
tempus in posterũ diẽ cõstituitur. locusq;. qui maxime medius inter castra: Gallorũ:
& Angiram: est uisus. ¶ Quo cum Consul ad tempus: cũ presidio quingentoꝝ equitũ:
uenisset: nec ullo Gallorum ibi uiso: regressus in castra esset: Oratores iidem redeũt:
excusantes religione obiecta uenire Reges nõ posse. principes gentis: per quos eque
res trãsigi posset: uẽturos. ¶ Cõsul se quoq; Attalũ missurũ dixit. ¶ Ad hoc colloquiũ
utrinq; uentum est. trecentos equites Attalus presidii causa cum adduxisset: iacte sunt
pacis conditiones. finis rei: quia absentibus Ducibus imponi nõ poterat: conuenit: uti
Cõsul: regesq; eo loco postero die cõgrederent. ¶ Frustratio Galloꝝ eo spectabat:
primum: ut tererent tẽp us: donec res suas: cũ quibus periclitari nolebãt: cũ cõiugibus
ac liberis trans Halyn flumẽ traiicerent. deinde: ꝙ ipsi Consuli parũ cauto aduersus
colloquii fraudem: insidiabãtur. ¶ Mille ad eam rẽ ex omni numero audacie experte
delegerunt equites. ¶ Et successisset fraus: ni pro iure gentium: cuius uiolandi consiliũ
initium erat: stetisset fortuna. ¶ Pabulatores lignatoresq; Romani in eam partem: in
qua colloquium futurum erat: ducti sunt. tutius id futurũ Tribunis ratis: qa Cõsulis

presidium: & ipsum pro statione habituri erant hosti oppositum. suam tamen a tera stationem propius castra sexcentorum equitũ: posuerunt. ¶ Consul affirmãte Attalo uenturos Reges: & transigi rem posse: profectus e castris: cum eodẽ quo antea psidio equitum quinq; milia fere processit. ¶ Sed cum nec multum: a constituto loco abesset: repẽte concitatis equis: cũ impetu hostili uidet Gallos uenientes. ¶ Constituit agmẽ. & expedire tela animosq; equitibus iussis: primo cõstanter initium pugne accepit. nec cessit. deinde: cũ pregrauaret multitudo: cedere sensim nihil cõfusis turmarũ ordibus cepit. ¶ Postremo cum iam plus in mora periculi: q̃ in ordinibus conseruandis: presidii esset: omnes passim in fugam effusi sunt. Tum uero instare dissipatis galli. & cedere. magnaq; pars oppressa foret: ni statio pabulatorũ. cc. equites occurrissent. ¶ Ii pcul clamore pauido suoꝝ audito: cum tela equosq; expedissent integri profligatã pugnã acceperũt. itaq; uersa extẽplo fortuna est. uersus in uictores a uictis terror. & primo impetu fusi. Galli sunt. & ex agris concurrebant pabulatores. & undiq; obuius hostis Gallis erat: ut ne quidem fugam facilem: aut tutam haberent: quia recentibus equis Romani fessos sequebantur. pauci ergo effugerunt. captus est nemo. maior multo pars per fidẽ uiolati colloqui: penas morte luerũt. ¶ Romani ardẽtibus animis postero die omnibus copiis ad hostem peruenerunt. ¶ Biduum ad naturam mõtis: per seipsum explorandam: nequid ignoti esset: absumpsit Consul. tertio die cum auspicio operam dedisset: deinde immolasset: in quattuor partes diuisas copias educit. duas: ut medio monte duceret. duas a lateribus: ut aduersus cornua gallorum erigeret. hostiũ quod roboris erat: Tectosagi: & Trogi mediam tenebant aciem: milia hominũ quinq̃ginta. equitatum: quia equorum nullus inter equales rupes usus erat: ad pedes deductum. x. milia hominũ ab dextro locauerũt cornu. ¶ Ariartis Cappadoces: & Morzi auxili/ares: in leuo quattuor ferme milium numerum explebant. ¶ Consul sicut in Olympo monte prima acie locata leui armatura: telorum omnis generis: ut eque magna uis ad manũ esset: curauit. ubi appropinquarũt: omnia eadem utrinq; : que fuerãt in priore prelio: erant: preter animos: & uictoribus: ab re secunda auctos: & hostibus: quia etsi non ipsi uicti erant: suæ gentis hominum cladem: pro sua ducebant. Itaq; a paribus initiis cepta res: eundem exitum habuit. ¶ Velut nubes leuium teloꝝ cõiecta obruit aciẽ gallorũ. nec aut procurrere quisquã ab ordinibus suis ne nudarent undiq; corpus adiectus: audebant. & stantes quo densiores erant: hoc plura: uelut destinatũ petẽtibus: uulnera accipiebant. ¶ Consul iam per se turbatis: si legionũ signa ostẽdisset: uersuros extemplo in fugã omnes ratus: receptis inter ordines uelitibus: & alia turba auxilioꝝ: aciẽ promouit. galli & memoria Tolobostogoꝝ cladis: territi: & inherẽtia corpibus gerentes tela: fessiq; & stando: & uulneribus: ne primum quidem impetum: & clamorẽ romanorũ tulerũt. fuga ad castra inclinauit. sed pauci intra munimẽta sese recipere. pars maior dextra: leuaq; palati: qua quenq; impetus tulit: fuerunt. ¶ Victores usq; ad castra sequuti ceciderunt terga. deinde in castris cupiditate præde hæserunt. nec sequebatur quisq̃. ¶ In cornibus Galli diutius steterunt: quia serius ad eos peruentum est. ceterum ne primum quidem cõiectum telorum tulerunt. ¶ Consul qui ingressos in castra ab direptione abstrahere non poterat: eos qui in cornibus fuerant: protinus ad sequendos hostes misit per aliquantum spatium sequuti: nõ plus tamẽ octo milia hominũ: in fuga (nam pugna nulla fuit) ceciderũt. ¶ Reliqui flumẽ Halyn trãsierũt. ¶ Romanorum magna pars ea nocte in hostiũ castris mansit. ¶ Ceteros in sua castra Consul reduxit. ¶ Postero die captiuos prædamq; recensuit. que tanta fuit: quanta auidissima rapiendi gens: cum cis montem Taurum omnia armis: per multos tenuisset

Regule gallorum & collegij ipsum consulem inuadunt.

Galli tectosagi victi et castris spoliati

annos: coaceruare potuit. ¶ Galli ex dissipata fuga passim congregati: magna pars saucia: ut inermes: nudati omnibus rebus: Oratores de pace ad Consulem miserũt. eos Manlius Ephesum uenire iussit. ¶ Ipse: (iam enim medium autumni erat) locis gelidis propinquitate montis Tauri: excedere properans: uictorem exercitum in hyberna maritime ore reduxit. ¶ Dum hec in Asia geruntur: in ceteris prouinciis tranquillæ res fuerunt. ¶ Censores Rome. T. Quintius Flaminius: & . M. Claudius Marcellus: Senatũ p̄legerũt. ¶ Princeps ĩ senatu tertiũ lectus. P. Scipio Africanus ¶ Quattuor soli p̄teriti sũt ¶ Nemo curuli usus honore. ¶ Et in eq̃tatu recensẽdo: mitis admodũ Censura fuit. ¶ Sub structionem superequimelium in Capitolio: & uiam sternendam a porta Capena ad Martis edem locauerunt. ¶ Campani ubi censerentur: Senatum consuluerunt. decretũ: uti Rome censerent. ¶ Aque ingẽtes eo anno fuerũt. Tyberis duodecies campũ martium planaq; urbis inundauit. ¶ Ab. Cn. Manlio Cõsule bello in Asia cum Gallis prefecto: alter Cõsul. M. Fuluius p̄domitis Etolis: cũ traiecisset in Cephalaniam: circa ciuitates insule misit percontatum utrum se dedere Romanis: an belli fortunam experiri mallent. metus ad omnes ualuit: ne deditionẽ excusarẽt. obsides inde imperatos pro uiribus inopis populi. uicenos autẽ Granonii: & Phalẽses: & Samei dederũt. Insperata pax Cephalanie affulserat: cũ repẽte una ciuitas: incertũ quam ob causam: Samei desciuerunt. quia opportuno loco urbs posita esset: timuisse se aiebant: ne demigrare cogerent ab Romanis. ¶ Ceterum ipsi ne sibi confinxerint metum: & timore uano quietũ excitauerint malum: an iactata sermonibus res apud Romanos perlata ad eos sit: nihil comperti ẽ: nisi q̄ datis iã obsidibus: repẽte portas clauserunt: & ne suorũ quidẽ precibus (miserat enim sub muros Consul: ad temptandũ misericordiam parẽtum: populariumq;) desistere ab incepto uoluerũt. ¶ Oppugnari deinde: postq̃ nihil pacati respondebãt: cepta urbs ẽ. ¶ Apparatũ omnẽ tormentorũ: machinarũq; transuectũ ab Ambracie oppugnatione habebat. & opera que faciẽda erãt: impigre milites perfecerũt. duobus igitur locis admoti arietes: quatiebãt muros. ¶ Nec ab Sameis quicq̃: quo aut opera: aut hostis arceri posset: pretermissũ ẽ. ¶ Duabus tamen maxime resistebant rebus. ¶ Vna: interiorem semper iuxta uallũ: p̄ diruto nouum obstruentes murum. ¶ Altera eruptionibus subitis nunc in opera hostiũ: nũc in stationes. & plerunq; iis preliis superiores erant. ¶ Vna ad terrẽdos inuenta haud memorata res est. centũ fũditores ab Egio & Pathris & Dimis acciti: a pueris ii: more quodam gentis: saxis globosis: quibus ferme arene immixtis strata littora sunt: funda in mare apertum incessentes exercebantur. itaq; longius certiore: & ualidiore ictu: q̃ balearis funditor: eo telo usi sunt. & est non simplicis habenæ ut balearica: aliarumq; gentium funda. ¶ Sed triplex scutale: crebris suturis duratũ: ne fluxa habena uolutetẽ in iactu glans. sed librata: cũ sederit: uelut neruo missa excuciatur. coronas circuli: magno ex interuallo loci: asueti traiicere: nõ capita solum hostium: uulnerabãt. sed quem locum destinassent oris. ¶ Ee funde Sameos cohibuerunt: ne tam crebro: neue tã audacter erũperẽt. adeo ut precarent ex muris Acheos: ut parumper abscederẽt. & se cũ Romanis stationibus pugnantes quiete spectarent. ¶ Quatttuor mẽses obsidionem Samei sustinuerunt. ¶ Cum ex paucis: quottidie aliqui eorum caderent: aut uulnerarentur. & qui superrarent: fessi & corporibus: & animis essent: Romani nocte per arcem quam cyathiden uocant (nam urbs in mare de uexa in occidẽtem uergit:) muro superato: in forũ peruenerũt. ¶ Samei postq̃ captam partẽ urbis ab hostibus senserunt: cum coniugibus ac liberis in maiorem refugerunt arcem. inde postero die dediti direpta urbe sub corona omnes uenierunt. ¶ Cõsul cõpositis rebus Cephalanie

Oratores de pace ad consulem missi a gallis

Tyberis inundauit

M. Fuluius consul domitis etolis cephalaniam insulam in deditionem accepit preter Sameos qui datis obsidibus rebellarunt

Glans

Samei capti sub corona ueniunt

presidio imposito: in Peloponnesum iam diua accersentibus Egiensibus maxime: ac Lacedemoniis traiecit. ¶ Egium a principio Achaici Concilii: semper conuẽtus gẽtis indicti sunt: seu dignitati urbis id: seu loci opportunitati: datum est. ¶ Hunc morem Philopomenes in eo primum anno labefactare conatus: legem parabat ferre: ut in omnibus ciuitatibus que Achaici Concilii essent: inuicem conuentus agerentur. ¶ Et sub aduentum Consulis. Demiurgis ciuitatium: qui summus est Magistratus: Egium euocantibus (Philopomenes: Pretor tum erat) Argos conuentum edixit. ¶ Quo cum appareret omnes fere conuenturos: Consul quanq̃ Egiensium fauebat cause: Argos uenit. ubi cũ disceptatio fuisset: & rẽ inclinatã cerneret: incepto destitit. ¶ Lacedæmonii deinde eũ in sua certamina auerterũt. ¶ Sollicitã eã ciuitatẽ exsules maxime habebãt. quoꝝ per magna pars in maritimis Laconice ore castellis: que omnes adepti erant: habitabant. Id egre patientes Lacedemonii: ut aliquẽ liberũ ad mare haberẽt aditum: siquando Romam: alioue quo mitterẽt Legatos: simulq; ut Emporium: & receptaculum peregrinis mercibus ad necessarios usus eẽt: nocte adorti uicũ maritimũ nomine Lamin improuiso occupauere. ¶ Vicani quiq; ibi exsules habitabãt: primo in opinata re territi sunt. deinde sub lucem congregati: leui certamine expulerunt Lacedemonios. ¶ Terror tamen omnẽ maritimã oram peruasit. legatosq; cõmuniter & castella omnia: uiciq;: & exsules quibus ibi domicilia erant: ad Achæos miserunt. ¶ Philopomenes Pretor iam inde ab initio exsulum causæ: & amicus: & autor: semper Acheis minuendi opes: & autoritatem Lacedemoniorum: Conciliũ querẽtibus dedit. decretumq;: referente eo: factum est: cum in fidẽ Acheorum: tutelamq;. T. Quintius & Romani Laconice ore castella: & uicos tradidissent: ut cum abstinere his ex federe Lacedemõii deberẽt: Lamis uicus oppugnatus eẽt: cedesq; ibi facta: q eius rei autores: affinesq; essent: nisi dederentur Achæis: uiolatum uideri fedus. ¶ Ad exposcendos eos legati extemplo Lacedemonem missi sunt. ¶ Id imperiũ adeo superbum: & indignũ Lacedemoniis uisũ est: ut si antique ciuitatis fortuna esset: haud dubie arma extẽplo capturi fuerit. Maxime aũt consternauit eos metus: si semel p̃mis imperiis obediẽdo iugũ accepissent: ne id: quod iam diu moliretur Philopomenes: exsulibus Lacedemonẽ traderet. ¶ Furentes igitur ira: triginta hominibus ex factione: cum qua Conciliorũ aliqua societas Philopomeni atq; exsulibus erat: interfectis: decreuerunt renutiandã sotietatẽ Acheis. legatosq; extemplo Cephalaniam mittendos: q Cõsuli. M. Fuluio: quiq; Romanis Lacedemonem dederent. orarentq; eum: ut ueniret in Peloponnesũ: ad urbem Lacedemonem in fidem: ditionemq; populi romani accipiendam. ¶ Id ubi Legati ad Acheos retulerunt: omnium ciuitatum que eius Concilii erant: consensu: bellũ Lacedemoniis indictũ est. ¶ Ne extemplo gererẽt: hyems impediuit. ¶ Incursionibus tamen paruis latrocinii magis: q̃ belli modo: nõ terra tantum: sed etiã nauibus a mari: fines eorum uastati. ¶ Hic tumultus Consulem Peloponnesũ adduxit. Iussuq; eius Elin cõcilio indicto. Lacedemonii ad disceptandũ acciti. magna ibi nõ disceptatio modo: sed etiam altercatio fuit. cui Consul: cum alia satis ambiciose: partẽ utrãq; fouendo: incerta respondisset: una denuntiatione: ut bello abstinerẽt: donec Romã Legatos ad Senatũ misissẽt: finẽ imposuit. utrinq; legatio missa romã est. ¶ Exsules quoq; Lacedemonioꝝ suam causam Legationemq; Acheis iniunxerũt. ¶ Diaphanes & Lycortas Megapolitani ambo: Principes legationis Acheorum fuerũt. q dissidẽtes in Re. P. tum quoq; minime inter se cõuenientes oratiões habuerũt. ¶ Diaphanes Senatui disceptationem omnium rerum permittebat. eos optime controuersias inter Acheos ac Lacedemonios finituros eẽ. ¶ Lycortas ex p̃ceptis Philopõenis postulabat:

Consul ad dissensiones achaeorum et lacedemoniorum accersitur

Achei et lacedemonii exsules legatos romã mittunt.

ut Acheis ex federe ac legibus suis que decressẽt: agere liceret. libertateq; sibi illibatã: cuius ipsi autores essent: prestarent. ¶ Magne autoritatis apud Romanos tum gens Acheorum erat. nouari tamen nihil de lacedemoniis placebat. ¶ Ceterum responsum ita perplexũ fuit: ut & Achei sibi de Lacedemone permissũ acciperẽt. ¶ Et Lacede/monii non omnia concessa iis interpretarentur. ¶ Hac potestate immodice Achei: ac sup̃be: usi sũt. Philopomeni continuatꝰ Magistratus. q ueris initio: exercitu indicto: castra in finibus Lacædemoniorum posuit. ¶ Legatos deinde misit: ad deposcendos autores defectionis: & ciuitatẽ in pace futuram: si id fecissẽt: pollicens: & illos nihil indicta causa: passuros. ¶ Silentiũ. p̃ metu: ceteroꝝ fuit. quos nominati depoposcerat: ipsi se ituros professi sũt: fide accepta ab legatis uim abfuturam: donec causã dixissẽt. ¶ Ierunt alii etiam illustres uiri: & aduocati priuatis: & quia pertinere causam eorum ad Rem. P. cẽsebant. nunq̃ alias exsules Lacedemoniorum Achei secum adduxerãt in finis: quia nihil eque alienaturũ animos ciuitatis uidebatꝰ. ¶ Tunc exercitus totius prope Antesignani exsules erant. ¶ Ii uenientibus Lacedemoniis ad portam castroꝝ agmine facto occurrerunt. & primo lacessere iurgiis: deinde altercatione orta: cum accenderentur ire: ferocissimi exsulum impetum in Lacedemonios fecerunt. ¶ Cũ illi deos: & fidem Legatorum testarentur: & Legati & Prætor summoueret turbas: & p̃tegeret Lacedemonios: uinculaq; iã quosdã inicientes: arceret: crescebat tumultus: cõcitata turba. ¶ Et Achæi ad spectaculũ primo cõcurrerũt. ¶ Deinde uociferãtibus exsulibus que passi forẽt: & orantibus opẽ: affirmantibusq; simul nũq̃ talẽ occasionẽ habituros: si eam pretermisissent: fedus quod in Capitolio: quod Olympie: qđ in Arce Athenis sacratum fuisset: irritum per illos esse: prius q̃ alio de itegro federe obligentꝰ noxios puniendos esse: Accensa his uocibus multitudo: ad uocem unius: qui: ut ferirẽt: inclamauit: saxa coniecit. atq; ita. xvii. quibus uincula per tumultum iniecta erant: interfecti sũt. lxiii. ¶ Postero die comprehensi: a quibus Pretor uim arcuerat: nõ q̃a saluos uellet: sed quia perire causa indicta nolebat. ¶ Obiecti multitudini irate: cũ auersis auribus pauca loquuti eẽnt: damnati omnes: & traditi sũt ad suppliciũ. ¶ Hoc metu iniecto: Lacedemoniis imperatum: primũ: ut muros diruerẽt. deinde ut omnes externi auxiliares: q mercede apud Tyrannos militassẽt: terra Laconica excederẽt. tum: uti que seruitia Tyranni liberassent. ea magna multitudo erat. ante diem certã abirẽt. qui ibi mansissẽt: eos prehendendi uendendi: abducẽdi: Acheis ius eẽt. Lycurgi leges: moresq; abrogarent. Achæorum assuescerent legibus. institutisq;. ita unius eos corporis fore: & de omnibus rebus facilius consensuros. ¶ Nihil obedientius fecerũt: q̃ ut muros diruerent. Nec egrius passi sunt: q̃ exsules reduci. ¶ Decretum Tegeæ in Concilio communi Acheorũ de restituendis iis: factũ est. & mẽtione illata: externos auxiliares dimissos: & Lacedemoniis ad scriptos: ita enim uocabãt: qui a tyrannis libe/rati erant: urbe excessisse: in agros dilapsos: prius q̃ dimitteretur exercitus: ire pretorẽ cum expeditis: & comprehendere id genus hominum: & uendere: iure prede: placuit. ¶ Multi cõprehensi uenierũt. ¶ Porta ex ea pecunia Megalopoli: permissu Acheoꝝ: refecta est. quam Lacedæmonii diruerant. ¶ Ager Belbinatis: quem iniuria tyranni Lacedemoniorum possederant: restitutus. eidem ciuitati: ex decreto uetere Acheoꝝ: quod factum erat Philippo Amynte filio regnante. ¶ Per hec uelut eneruata ciuitas Lacedemonioꝝ diu Acheis obnoxia fuit. nulla tamẽ res tanto erat dãno: q̃ disciplĩa Lycurgi: cui per octingentos annos assueuerant: sublata. ¶ A concilio: ubi a Consule inter Acheos Lacedemoniosq; disceptatum est. M. Fuluius: quia iã in exitu annus erat. Comitioꝝ causa: profectus Romam: creauit Cõsules: M. Valeriũ Messallã:

Imperata achaeorum Lacedemoniis

Lycurgi leges abrogate

&.C. Liuiū Salinatorē. M. Emilium Lepidum inimicum: eo quoq; anno petentē: discessisse ¶ Pretores inde creati Q. Martius Philippus. M. Claudius Marcellus. C. Stertinius. C. Catinius. P. Claudius pulcher. L. Mālius Acidinus ¶ Comitiis ꝑfectis: Cōsulem. M. Fuluium in Prouintiam ad exercitū redire placuit. eiq; & illi coege. Cn. Manlio imperium in annum prorogatum est ¶ Eo anno in edem Herculis signum dei ipsius ex decemuirorum responso: & Seiuges in Capitolio aurati: ab. Cn. Cornelio positi ¶ Cōsulem dedisse: inscriptum est. &. xii. clipea erata ab Edilibus Curulibus. P. Claudio: &. P. Sulpitio galba: sunt posita: ex pecunia qua frumentarios ob annonā compressam damnarunt. & Edilis plebis Q. Fuluius Flaccus: duo signa aurata: uno reo dānati: nā seperatim accusati erāt: posuit. Collega eius. A. Cecilius neminē con/demnauit ¶ Ludi Romani ter: Plæbei quinquies: toti instaurati. M. Valerius Messalla inde: &.C. Liuius Salinator Cōsulatum Idibus martiis cum inissent: de Re Publica deq; Prouintiis: & exercitibus Senatum consuluerunt ¶ De Etolia & Asia: nihil mutatum est ¶ Cōsulibus: alteri Pise: cum Liguribus ¶ Alteri Gallia Prouintia decreta est ¶ Comparare inter se: aut sortiri iussi: & nouos exercitus: binas legiones: scribere. & ut Sotiis Latini nominis quina dena milia peditum imperarent. & mille & ducētos eqtes. Messalle Ligures ¶ Salinatori obtigit Gallia ¶ Pretores inde sortiti sunt. M. Claudio urbana. P. Claudio peregrina iurisdictio euenit. Q. Martius Siciliam. C. Stertinius Sardiniam. L. Manlius Hispaniam: citeriorem. C. catinius ulteriorem: est sortitus ¶ De exercitibus ita placuit. ¶ E gallia legiones: que sub. C. Lelio fuerāt: ad. M. Tutium Propretorem in Brutios traduci. ¶ Et q in Sicilia esset: dimitti exercitū. Et classem: que ibi esset: Romā reduceret. M. sempronius. ¶ Pro Hispaniis legiones singule que tum in iis Prouintiis erant: decrete. & ut terna milia peditum: ducenos eqtes ambo Pretores in supplementū Sotiis imperarent. ¶ Secū q; transportarent. ¶ Priusq̃ in Prouintias noui magistratus proficiscerent: supplicatio primo pro Collegio Decemuirorum imperata fuit in omibus compitis: ꝙ luce: inter horam tertiam ferme & quartam: tenebre oborte fuerant. ¶ Et nouendiale sacrificiū indictū est: quod in Auentino lapidibus pluisset ¶ Campani: cum eos ex. S. C. quod priore anno factū erat Rome Censores cēseri coegissent: nam antea incertū fuerat: ubi censerētur: petierunt ut sibi ciues romanas ducere uxores liceret ¶ Et siqui prius duxissent: ut habere eas. ¶ Et ante eam diem nati: uti iusti sibi liberi: heredesq; essent. ¶ Vtraq; res ĩpetrata ¶ De formianis: Fundanisq; Municipibus: & Arpinatibus. C. Valarius Tappo Tribunus Plebis ꝓmulgauit: uti iis suffragii latio (nā āte sine suffra/gio habuerant ciuitatem) esset ¶ Huic rogationi. quattuor Tribuni Plebis: quia non ex autoritate Senatus ferretur: cum intercederent: edocti: populi esse: nō senatus ius: suffragium quibus uelit: impartiri: destiterunt incæpto ¶ Rogatio perlata est. ut in Emilia tribu Formiani: : & Fundani ¶ In Cornelia Arpinates ferrent ¶ Atq; in his Tribubus tū primū ex Valerio Plebiscito censi sunt. M. Claudius Marcellus Cēsor sorte superato. T. Quintio: Lustrum condidit ¶ Censa ciuium capita. cc. lviii. milia ccc. viii. Lustro perfecto: Consules in Prouintias profecti sunt. ¶ Hyeme ea: qua hæc Romæ gesta sunt: ad. Cn. Manlium Consulem primum: deinde Proconsulem hybernantem in Asia Legationes undiq; ex omnibus ciuitatibus gentibusq; quæ cis Taurum montē incolūt: conueniebāt. Sed ut clarior: nobiliorq; uictoria Romanis de Rege Antiocho fuit: q̃ de Gallis: ita lætior Sotiis erat de Gallis: q̃ de Antiocho. ¶ Tolerabilior Regia seruitus fuerat: q̃ feritas immanium Barbarorum. incertusq; in dies terror: quo: uelut tēpestas: eos populātes inferret. itaq; ut qbus libertas Antiocho

cons. M. valerius messala / C. Livius Salinator

Messale ligures / Salinatori gallia obtigit

oop.

pulso: pax: Gallis domitis data eēt: nó gratulatū mó uenerāt: sed coronas etiā aureas
p suis queq; facultatibus attulerāt. Et ab Anticho Legati: & ab ipis Gallis: ut pacis
leges dicerent: & ab Ariathe Rege Cappadocū uenerūt: ad ueniā petendā: luendāq;
pecunia noxā: quod auxiliis Antiochū iuuisset. ¶ Ei. cc. talenta argenti sūt imperata.
¶ Gallis responsum: cum Eumenes rex uenisset: tum daturum iis legem. ¶ Ciuitatum
legationes cū benignis responsis: letiores etiam ǭ uenerant: dimisse. ¶ Antiochi legati
pecuniā in Pamphiliā: frumentūq;: ex pacto cū. L. Scipione federe: iussi aduehere.
¶ Eo se cum exercitu uenturū. ¶ Principio deinde ueris lustrato exercitu: profectus:
die. viii. Apameā uenit. ¶ Ibi triduū statiuis habitis: tertius rursus ab Apamea castris:
in Pamphiliam: quo pecuniam frumentumq; Regios conuehere iusserat: peruenit.
¶ Mille & quingenta talenta argenti accepta. Apameam deportantur. ¶ Frumentū
exercitui diuidit. ¶ Inde ad Pergamum ducit: quæ una in iis locis Regio tenebatur
presidio. ¶ Appropinquanti Prefectus presidii obuius fuit .xxx. dierum tēpus petēs:
ut Regem Antiochum de urbe tradenda cōsuleret. dato tēpore: ad eam diē decessit
præsidio: & a pergamo. L. manlio fratre cum quattuor milibus militum oroāda ad
reliquum pecunie ex eo: quod pepigerant: exigendū misso: ipse qa Eumenē Regē
& decem legatos ab Roma Ephesum uenisse audierat: iussis sequi Antiochi Legatis:
Apameam exercitum reduxit. ¶ Ibi ex. x. Legatorum sententia fedus: in hec uerba:
cum Antiocho conscriptum est. ¶ Amicicia Regi cum Populo Romano his legibus:
& conditionibus esto. ¶ Ne quem exercitum: q cum Populo Romāo sotiisue bellū
gesturus erit: Rex per fines Regni sui eorumue: qui sub ditione eius erunt: transire
sinito. ¶ Ne commeatu: neue qua alia ope iuuato. ¶ Idē Romani Sotiiq;: Antiocho:
& iis qui sub imperio eius erunt: præstent. ¶ Belli gerendi ius Antiocho: ne esto: cum
illis: qui insulas colunt. neue in Europam transeundi. ¶ Excedito urbibus. agris. uicis.
castellis. cis Taurum montem: usq; ad Tanain amnem. & ea ualle Tauri: usq; ad
iuga: qua in Lycaonia uergit. ¶ Neq; arma efferto: ex iis oppidis: agris: castellisq;:
quibus excedat. ¶ Siqua extulit: que quoq; oportebit recte restituito. ¶ Ne militem
neue quē aliū ex Regno Eumenis recipito. ¶ Siqui earum urbiū ciues: quæ Regno
abscedunt: cum Rege Antiocho: intraq; fines eius Regni sūt: Apameam omnes: ante
diem certam redeant qui ex regno Antiochi: apud Romanos Sotiosq; sunt: iis ius
abeūdi: manēdiq;: esto. ¶ Seruos seu fugitiuos: seu bello captos: seu qs liber captus: aut
trāsfuga: reddito Romāis. Sotiisq;. ¶ Elephātos tradito omēs. Neq; alios pato. ¶ Tra/
dito & naues lōgas. armamētaq; earū. ¶ Neue plures ǭ decē naues: nulla plusǭ .xxx.
remis agat: habeto. ¶ Minorē ea: belli cā: qđ ipse illaturus erit. ¶ Neue nauigato circa
Calicandrum: neue Sarpedoniū: promōtoria. extra ǭ siqua nauis pecuniā: stipendiū:
aut legatos: aut obsides: portabit. ¶ Milites mercede conducendi ex iis gentibus: quæ
sub ditione Populi Romani sunt: Antiocho regi ius ne esto. ¶ Ne uoluntarios quidē
recipiendi. ¶ Que edes: edificiaq; intra fines rgni Antiochi sunt: quo iure ante bellum
fuerunt: eo rhodiorum: sotiorumue sunto. ¶ Sique pecunie debentur earum exactio
esto. ¶ Siquid ablatum est: id conquirendi: cognoscendi: repetendiq; ius esto. ¶ Siquas
urbes ǭs tradi oportet ii tenent: qbus Antiochus dedit: ex iis psidia deducito. ¶ Utiq;
recte tradantur: curato. ¶ Argenti probi. xii. milia: attica talēta dato intra duodecim
annos: pēsionibus equis. ¶ Talentū ne minus pondo. lxxx. romanis pōderibus pendat.
¶ Et tritici. xl. milia modiū. ¶ Eumeni Regi talēta. cccl. intra qnquenniū dato. ¶ Et
pro frumento quod estimatione fit: talenta. cxxvii. ¶ Obsides romanis. xx. dato. et
triennio mutato. ¶ Ne minores octonū denū annorū: neu maiores quinū ǭdragenū.

Ariarathes rex cappadocū ueniā a cōsule petit

Pergamū dedit[ur] cō[nsuli]

Conditiones amicitie Antiochi cū rō[manis]

siqui sociorũ populi Romani ultro bellum inferẽt Antiocho: uim ui arcendi ius esto:
dum ne quam urbem: aut belli iure teneat: aut in amicitiam accipiat. Contrauersias
inter se iure ac iuditio disceptent. aut si utrisq; placebit: bello. De Annibale peno:
& Etolo Thoante: & Lysimacho Acarnane: & Chalcidensibus: Eubulyda: & Phi/
lomene dedendis: in hoc quoq; foedere ascriptum est. Consul iurauit in hoc foedus.
ab Rege q exigerent iusiurandum ꝑfecti. Q. Minutius Thermus. & L. Manlius:
q forte tũ ab Oroandis redut. Et Q. Labeoni qui classi ꝑerat: scripsit: ut Pathara
extẽplo ꝓficisceretur. queq; ibi naues Regie essẽt: cõcideret. cremaretq;. Profectus
ab Epheso: quinquaginta tectas naues aut concidit: aut incendit. Telmessum eadẽ
expeditione: territis subito aduentu classis oppidanis: recepit. Ex Lycia protinus:
iussis ab Epheso sequi: qui ibi relicti erant: per insulas in Græciam traiecit. Athenis
paucos moratus dies: dum Pireum ab Epheso naues uenirent: totam inde classem in
Italiam reduxit. Cn. Manlius cum inter cetera: que accipienda ab Antiocho erant:
elephãtos quoq; accepisset: donoq; Eumeni omnes dedisset: deinde causa ciuitatium:
multis inter nouas res turbatis: cognouit. Et Ariathes Rex: parte dimidia pecuniæ
imprate: beneficio Eumenis: cui desponderat filiam: per eos dies dimissa: in amicitiam
est acceptus. Ciuitatiũ autem cognitis causis: decem Legati aliam aliarum fecerunt
conditionem. Que stipẽdiarie Regi Antiocho fuerant: & cum Populo Romano
senserant: iis immunitatem dederunt. Que partiũ Antiochi fuerant: aut stipẽdiarie
Attali Regis: eas omnis uectigal pendere Eumeni iusserunt. Nominatim preterea
Colophoniis q in Notho habitant: & Cymeis: & Milesenis: immunitatẽ cõcesserũt.
Clazomeniis super immunitatem. & Dromissã insulam dono dederũt. Et Milesiis:
quem sacrum appellant agrum: restituerunt. Et Iliensibus Rhoetium: & Gergicũ
addiderunt: non tã ob recentia ulla merita: q̃ originũ memoria. Eadẽ & Dardanũ
liberandi causa fuit. Chios quoq; & Smyrneos & Erithreos pro singulari fide: quam
eo bello prestiterũt: & agro donarũt: & in omni precipuo honore habuerũt. Pho/
cẽsibus & ager: quẽ añ bellũ habuerãt: redditus: & ut legibus antiquis uterenẽ ꝑmissũ.
Rhodiis affirmata: quæ data priore decreto erant. Lycia & Caria data. & usq; ad
Meandrum amnem: preter Messum. Regi Eumeni Chersonnesum in Europa &
Lysimachiam: & castella: uicos: agrũ: quibus finibus tenuerat Antiochus: adiecerũt.
in Asia Phrygiam utranq;. alteram ad Hellespontum. maiorem alteram uocant. &
Mysiam: quam Prusias Rex ademerat: restituerunt: ut Lucaniam & Milyadam: &
Lydiã. & nominati urbẽ Trallis. atq; Ephesũ & Telmessũ. De Pãphylia disceptatũ
inter Eumenis: & Antiochi Legatos cũ esset: quia pars eius citra: pars ultra Taurũ ẽ:
integra ad Senatũ reiicit. His federibus decretisq; datis Manlius cum decẽ Legatis
omniq; exercitu ad Hellespontum profectus: euocatis eo Regulis Gallorum: leges:
quibus pacem: cum Eumene seruarent: dixit. denuntiauitq;: ut morem uagandi cum
armis finirent. agrorumq; suorũ terminis se continerent. Contractis deinde ex omni
ora nauibus & Eumenis etiam classe: per Atheneum fratrem Regis ab Elea adducta:
copias omnis in Europam traiecit. inde per Chersonnesum modicis itineribus graue
ꝑda omnis generis agmẽ trahẽs: Lysimachie statiua habuit. ut q̃ maxime recẽtibus:
& integris iumentis Thraciam: per quam iter uulgo horrebant: ingrederetur. Quo
profectus est ab Lysimachia die ad amnem Melana quem uocãt. Inde postero die
ad Gypsæas peruenit. A Gypsæis: uia fere decẽ miliũ siluestris: angusta: confragosa.
excipiebat. ꝓpter cuius difficultatẽ: itineris: in duas ꝑtes diuisus exercitus: & ꝓcedere
ꝑma iussa: altera magno interuallo cogere agmen. media impedimenta interposuit.

plaustra cum pecunia publica erant. preciosaq; alia preda. Itaq; cum per saltum iret Thracum decem: haud amplius milia: ex quattuor populis: Astii: & Cornelii: ad ipsas angustias uiam circunsederunt. ¶ Oppinio erat non sine Philippi Regis Macedonũ fraude id factum. Eum scisse nõ alia q̃ per Thraciã redituros Romanos. & quantã pecuniam secum portarent. ¶ In p̄mo agmine Imperator erat sollicitus: ꝓpter iniq/tatem locorum. ¶ Thraces nihil se mouerunt: donec armati transirent: postq̃ primos superasse angustias uiderunt: postremos nondum appropinquantes: impedimenta: & sarcinas inuadunt. cesisq; custodibus: partim ea que in plaustris erant: diripere partim sub oneribus iumenta abstrahere ceperunt. ¶ Vnde postq̃ clamor primum ad eos: qui iam ingressi saltum sequebantur: deinde etiam: ad primum agmen est perlatus: utriq; in mediũ cõcurritur. ¶ Et inordinatũ simul pluribus locis preliũ conseritũ. ¶ Thracas preda ipsa: impeditos oneribus: & plerosq;: ut ad rapiendum manus uacuas haberent: inermes: ad cædem prebet. ¶ Romanos iniquitas locorum: barbaris per calles notas: occursantibus: & latentibus interdum: per cauas ualles: prodebant. ¶ Ipsa etiã onera: plaustraq;: ut sors tulit: his: aut illis incommode obiecta: pugnantibus impedimento sunt. ¶ Alibi predo: alibi prede uindex cadit. prout locus iniquus equusue his: aut illis: prout animus pugnantiũ est. ꝓut numerus. alii pluribus q̃ ipsi erant: alii paucioribus: occurrerant. uaria pugne fortuna est. multi utrinq; cadũt. ¶ Iam nox appetebat: cũ prelio excedũt Thraces: nõ fuga uulnerum: aut mortis. sed quia satis prede habebãt. ¶ Romanoꝝ primũ agmen extra saltum circa templum Mẽdidium castra loco apto posuit. ¶ Pars altera ad custodiam impedimentorũ medio in saltu duplici circũdata uallo mansit. postero die prius explorato saltu: q̃ mouerent: primis se coniungit. ¶ In eo prelio cum & impedimentorum pars: & calonũ: & milites aliquot: cum passim toto prope saltu pugnaretur: cecidissẽt Q. Minutii Thermi morte: omissum est inceptũ: fortis ac strenui uiri. ¶ Eo die ad Hebrum flumen peruẽtum est. inde Eniorũ fines preter Appollinis Geruntium quem uocant incole: templũ superant. ¶ Alie angustie circa Tempyra excipiunt. hoc loco nomen est. nec minus confragose q̃ priores. sed qa nihil siluestre circa est: ne latebras quidem ad insidiandum prebent. ¶ Hoc ad eandem spem prede Thransi gens & ipsa Thracum: conuenire sed quia nude ualles procul: ut conspicerentur angustias obsidentes efficiebant: minus terroris: tumultusq; fuit apud Romanos. qppe etsi iniquo loco: prelio: tamẽ iusto: acie aperta: collatis signis: dimi/candum erat. conferti subeuntes cum clamore impetu facto primum expulere loco hostes: deinde auertere. fuga inde cedesq; suis ipsos impedientibus angustiis: fieri cepta est. ¶ Romani uictores ad uicũ Maronitarum (Salentum appellãt) posuerũt. castra. postero die patẽti itinere Priaticus cãpus eos excepit. triduũq; ibi: frumẽtũ accipiẽtes: manserunt. partim ex agris Maronitarũ: conferentibus ipsis: partim ex nauibus suis: que cum omnis generis commeatu sequebantur. ¶ Ab statiuis diei uia Appoloniã fuit. ¶ Inde per Adderitarum agrum: Neapolin peruentum est. hoc omne per Grecorũ colonias pacatũ iter fuit. reliquũ inde p medios Thracas dies noctesq;: & si nõ infestũ: tamen suspectum: donec in Macedoniã peruenerũt. mitiores Thracas idẽ exercitus: cum a Scipione eadem uia duceretur: habuerat. nullam ob aliam causam: q̃ ꝙ prede minus: quod peterẽt: fuerat. ¶ Quanq̃ tũ quoq; claudius autor est: ad quĩdecim milia Thracum precedenti ad exploranda loca agmini: Mudini Numide occurrisse .cccc. equites fuisse Numidas paucos elephantos. Mudinis filium per medios hostium cum centum delectis equitibus perrupisse: eundem cũ mox Mudines iam medio elephãtis collocatis in cornu equitibus dispositis manum cũ hoste conseruisset terrorẽ ab tergo

prebuisse. atq; inde turbatos: equestri uelut procella: hostis: ad peditum agmen non accessisse ¶ Cn. Manlius per Macedoniam: in Tessaliam exercitum traduxit. inde per Epirum Appolloniam cũ peruenisset: nondũ ab hyberno contẽpto mari: ut traicere auderet: Appollonie hybernauit. ¶ Exitu prope anni. M. Valerius Cõsul: ex Li/guribus: ad magistratus subrogandos Romam uenit. nulla memorabili in Prouintia gesta re: ut ea ꝓbabilis more causa eẽt: ꝙ solito serius ad Comitia uenisset. ¶ Comitia Consulibus rogandis fuerunt. ad .xii. kalendas martias. creati. M. Emilius Lepidus C. Flaminius ¶ Postero die Pretores facti. Ap. Claudius Pulcher. Seruius Sulpitius Galba Q. Terẽtius Culeo Q. Terẽtius Messalla Q. Fuluius Flaccus. M. Furius Crassus. ¶ Comitiis perfectis: q̃s Prouĩtias Pretoribus esse placeret: retulit ad Senatum Cõsul. ¶ Ii decreuerũt. ¶ Duas Rome: iuris dicẽdi causa ¶ Duas extra Italiã: Siciliã: & Sardiniam. ¶ Duas in Italiam Tarentum: & Galliam. & extemplo prius q̃ inirent magistratum: sortiri iussi. ¶ Ser. Sulpitius Vrbanam. Q. Terentius Peregrinam: est sortitus. L. Terẽtius Siciliã. Q. Fuluius Sardiniã. M. Claudius Tarentũ ¶ M Furius Galliã. ¶ Eo anno. l. minutius myrtillus: &. L. Mãlius: ꝙ legatos carthagi/nenses pulsasse dicebantur: iussu. M. Claudii Pretoris Vrbis: per Feciales traditi sunt Legatis & Carthaginẽ aduecti. ¶ In Liguribus magni belli: & gliscẽtis ĩ dies magis fama erat. Itaq; Consulibus nouis quo die de Prouintiis & de Re. P. retulerunt: Se/natus utriq; Ligures Prouintiam decreuit ¶ Huic Senatus Cõsulto Lepidus Cõsul intercedebat. ¶ Indignum esse predicans Consules ambos in ualles Ligurum includi. M. Fuluium: & . Cn. Manlium biennium iam: alterum in Europa: alterum in Asia uelut pro Philippo: atq; Anthiocho substitutos: regnare. si exercitus in his terris esse placeat: Cõsules iis potius: q̃ priuatos: preesse oportere. Vagari eos cum belli terrore per nationes: quibus bellum indictum nõ sit: pacẽ precio uenditantes. si eas ꝓuintias optinere opus eẽt: sicut. M. Tullio. L. Scipioni Cõsulibus: M. Fuluius &. Cn. Mãli/us successissẽt Consules: ita Fuluio Manlioq;. C. Liuium &. M. Valerium Consules debuisse succedere. nũc certe perfecto Etolico bello: recepta ab Antiocho Asia: de/uictis Gallis: aut Consules ad exercitus Cõsulares mitti: aut reportare legiones inde: reddiq; tandẽ Rei. P: debere ¶ Senatus his auditis: ĩ sentẽtia ꝑseuerauit: ut Cõsulibus ambobus Ligures Prouintia esset. ¶ Manlium Fuluiumq; decedere de Prouintiis. & exercitus inde deducere. ac redire Romam: placuit. inimicicie inter. M. Fuluium: & P. Emilium Consulem erant. ¶ Et super cetera: Emilius serius biennio: se Consulem factũ. M. Fuluii opera dicebat. ¶ Itaq; ad inuidiã ei faciendã Legatos Ambraciẽses in Senatum subornatos criminibus introduxit. qui sibi cum in pace essent: imperata: que prioribus consulibus fecissẽt: & eadem prestare obediẽter. M. Fuluio parati eẽnt: bellum illatum questi: agros primum depopulatos: terrorem direptionis & cedes urbi iniectum: ut eo metu claudere cogerentur portas ¶ Obsessos deinde: & oppugnatos se & oĩa alia exẽpla belli habita in se: cedibus: incẽdiis: ruinis: direptiõe urbis: cõiuges: liberos: in seruitium abstractos: bona adempta: & : quod se ante omnia moueat: tẽpla tota spoliata ornamentis: simulacra deum: deos immo ipsos: conuulsos ex sedibus suis: ablatos esse. parietes postesq; nudatos: quos adorent: ad quos precentur: & supplicent: Ambraciensibus nõ superesse. ¶ Hec querentes: interrogando criminose ex composito: Consul ad plura: uelut non sua sponte dicẽda: eliciebat ¶ Motis patribus: alter Cõsul C. Flaminius. M. Fuluii causam excepit. ¶ Qui ueterem: & obsoletam uiã ingressos dixit. ¶ Sic. M. Marcellum a Syracusanis. ¶ Sic Q. Fuluium: a campanis: accusatos. ¶ Quin eadem opera. T. Quintium: a Philippo Rege. M. Acilium &. L. Scipionẽ

cons. M. Emilius lepidus C. flaminius

Q. TERETIUS CVLEO

ab Antiocho. Cn. Manlium a Gallis: & ipsum Fuluium ab Etolis: & Cephalaniæ populis: accusari pateretĩ? ¶ Ambraciã oppugnatã: & captã: & signa inde ornamẽtaq; ablata: & cetera facta: que captis urbibus soleant: negaturũ: aut me pro. M. Fuluio: aut ipsum. M. Fuluium censetis Patres Conscripti: cum ob has res gestas triumphum a uobis postulaturus sit? ¶ Ambraciam captam: signaq; que ablata criminanẽ: cetera spolia eius urbis: ante currũ laturus: & fixurus ĩ postibus suis? nihil est: q se ab Etolis separent. eadem Ambraciensium: & Etolorum causa est. itaq; Collega meus: uel in alia causa inimicicias exerceat: uel in hac utiq;: si mauult: retineat Ambracienses suos in aduentum. M. Fuluii. ¶ Ego nec de Ambraciẽsibus: nec de Etolis decerni quicq̃: absente. M. Fuluio patiar. ¶ Cum Emilius callidam maliciã inimici: uelut omnibus notam: insimularet: & tempus eum morando extracturum diceret: ne cõsule inimico Romam rediret: certamine Consulũ biduum assumptum est. nec presente Flaminio decerni quicq̃ uidebatur posse. captata occasio est: cum eger forte Flaminius abeẽt: & referente Emilio Senatus Consultum factũ est: ut Ambraciensibus omnes sue res redderentur. in libertate essent. ac legibus suis uterenẽ. ¶ Portari ea que uellẽt terra: mariq; caperent. dum eoꝝ immunes Romani ac Socii Latini nominis essent. ¶ Signa aliaq; ornamenta que quererentur ex edibus sacris sublata esse: de iis cũ. M. Fuluius Romam reuertisset: placere ad Collegiũ Pontificum referri. ¶ Et quod ii cẽsuissent: fieri. ¶ Neq; his cõtentus Cõsul fuit. sed postea per ĩfrequentiã adiecit. S. C. ¶ Ambraciam nõ uideri ui captã esse. ¶ Supplicatio inde ex decemuiroꝝ decreto ꝓ ualitudĩe populi fuit per triduum: quia grauis pestilẽtia urbem atq; agros uastabat. ¶ Latinæ inde fuerũt. ¶ Quibus religionibus liberati Cõsules: & delectu perfecto (nouis enim uterq; maluit uti militibus) in Prouinciam profecti sunt. ueteresq; omnes dimiserũt.

¶ Post Cõsulum profectionem. Cn. Manlius Proconsul Romam uenit. cui cum ab. Ser. Sulpitio Pretore Senatus ad edem Bellone datus esset: & ipse: commemoratis rebus: ab se gestis: postulasset: ut ob eas diis immortalibus honos haberetĩ: sibiq; triũphanti urbem inuehi liceret: contradixerũt pars maior decem Legatorum: qui cum eo fuerant. ¶ Et ante alios. L. Furius Purpurio & L. Emilius Paulus. Legatos sese Cn. Manlio datos pacis cum Antiocho faciende causa. federisq;: & legum: quæ cum L. Scipione inchoate fuissent: perficiendarum. Cn. Manlium summa ope tetendisse. ut eam pacem turbaret. & Antiochum: si sui potestatem fecisset: insidiis exciperet. sed illum cognita fraude Consulis cum sepe colloquiis petitis captus esset: non congressũ modo: sed conspectum etiam eius uitasse. cupientem transire Taurum: egre omnium Legatorum precibus: ne carminibus Sibylle: predictam superãtibus terminos fatalis: cladem: experiri uellet: retentum. admouisse tamen exercitum. & prope ipsis iugis: ad diuortia aquarũ: castra posuisse. ¶ Cum nullã ibi causam belli inuenirei: qescentibus Regiis: circũegisse exercitũ ad Gallogrecos. cui nationi nõ ex Senatus Autoritate: non ex populi iussu: bellum illatum. quod quem unquã de sua sententia facere ausũ? Antiochi: Philippi: Annibalis: & Penoꝝ recẽtissima bella eẽ. de omnibus his consultũ Senatum. Populum iussisse. sepe Legatos ãte missos. res repetitas. postremo q bellũ indicerent missos. ¶ Quid eorum. Cn. manlii factũ est: ut istud publicum Populi Ro. bellum: & non tuum priuatum latrocinium: dicamus? ¶ An eo ipso contentus fuisti? recto itinere duxisti exercitum ad eos: quos tibi assumpseras? an per omnis anfractus uiarũ: cum uia consistens? ut quo flexisset agmen Attalus Eumenis frater: eo Cõsul mercennarius cum exercitu Romano sequereris? ¶ Pysidie Lycaoniaq;: & Phrygiæ recessus omnes: atq; angulos pagrasti. stipem a Tyrannis Castellanisq; deuiis: colligẽs.

SENATUSCÕ. CÕTRA. FULUIŨ. OPA EMILII CONS. INIMICI. SUI.

L. furij purpurionis et L. emilij pauli uerba ꝯ cn. mãliũ ꝯsulẽ triumphũ petentem.

Castellani

quid enim tibi cum Oroandis: quid cum alijs: eque innoxijs populis? ¶Bellum autem ipsum: cuius nomine triumphum petis: quomodo gessisti? loco equo: tempore tuo pugnans? Tu uero recte: ut dijs immortalibus honos habeatur: postulas. primū: qđ pro temeritate Imperatoris: nullo iure gētium bellū inferentis: penas luere exercitū noluerunt sinuerunt. deinde quod beluas: non hostes: nobis obiecerunt. nolite nomē tantum existimare: mixtū esse Gallogrecorum. multo ante: & corpore: & animo mixti: ac mutati sunt. an si illi Galli essent: cū quibus milies uario euētu in Italia pugnatū est: quantum in Imperatore uestro fuit: nuntius illinc redisset. bis cum ijs pugnatum est. bis loco iniquo subiit. in ualle inferiore: pedibus pene hostium aciē subiecit. ut nō tela ex superiore loco mitterēt: sed corpora sua nuda inicerēt: obruere nos potuerūt. quid igitē incidit? magna fortuna Populi Romani ē. magnū & terribile nomē. recēti ruina Annibalis ¶Philippi: Antiochi: prope attoniti erant. tāte corporū moles: fūdis: sagittisq; in fugam consternati sunt. gladius in acie cruentatus nō est. Gallico bello. uelut auium examina ad crepitum primum missiliū auolauere. ¶At hercule: idē nos admonente fortuna. quid si hostem habuissemus: casurum fuisset: cum redeuntes in latrunculos Thracas incidissemus: cesi: fugati: exuti impedi(m)ētis sumus. Q. Minutius Thermus: in quo aut paulo plus damni factum est: q̄ si. Cn. Manlius: cuius temeritate ea clades inciderat: perisset: cū multis uiris fortibus cecidit. exercitus spolia Regis An/tiochi referēs trifariā dissipatus. alibi primū alibi postremū agmen: alibi impedimēta: inter uepres in latebris ferarum noctem unā delituit. ꝓ his: triumphus petitur? ¶Si nihil in thraciam cladis: ignominieq; foret acceptum: de quibus hostibus triumphum peteres? ¶De ijs: ut opinor: quos tibi hostes Senatus: aut Populus Romanus dedisset. sic huic. L. scipiōi. ¶Sic illi. M. Acilio: de Rege Antiocho: sic paulo ante. T. Quītio de Rege Philippo ¶Sic. P. Africano de Annibale Penis: & Syphace: triūphus datus. & minima illa: cum iam Senatus censuisset bella: quesita tamen sūt: quibus nuntiandū esset: ipsis utiq; Regibus nuntiarentur? an satis esset: ad presidium aliquod nuntiari? Vultis ergo hec omnia pollui? & cōfundi? tolli fecialia iura? nullos esse feciales? fiat. pace deum dixerim: iactura religionis: obliuio deorum: capiat pectora uestra. Num Senatum quoq; de bello consuli non placet? n(um)on referri uelint: iubeāt ne cum gallis bellum geri? ¶Modo certe Consules Greciam: atq; Asiā uolebāt. tamē ꝑseuerantibus uobis: Ligures Prouinciam decernere: dicto obedientes fuerūt. merito ergo a uobis prospero bello gesto triumphum petent: quibus autoribus gesserunt. ¶Talis oratio furii: & emilii fuit. ¶Manliū in hunc maxime modū respondisse accepimus. ¶Tri/buni Plebis antea solebant triumphum postulantibus aduersari. P.C. quibus ego gratiam habeo: ꝙ seu mihi: seu magnitudini rerum gestarum hoc dederunt: ut non solum silentio comprobarēt honorem meum: sed referre etiam: si opus esse uideretur: parati essent. ex decem legatis si dijs placet: quod consiliū dispensande cohonestādeq; uictorie: Imperatoribus maiores dederunt nostri: aduersarios habeo. L. Furius: & L. Emilius: currum Triumphalem me conscendere prohibent. coronā insignē capiti detrahunt. quos ego: si Tribuni me triumphare prohiberent: testes citaturus fui. rerū a me gestarum. nullius equidem inuideo honori. uos Tribunos Plebei nuper uiros fortes ac strenuos impediētes Q. Fabii Labeōis triumphū autoritate uestra. deter/ruistis. triumphauit quem nō bellum iniustum gessisse: sed hostē omnino nō uidisse: inimici iactabant. ¶Ego qui cum cētum milibus ferocissimorū hostiū: signis collatis: totiens pugnaui: qui plus. xl. milia hominum cepi: aut occidi: qui bina castra eorum expugnaui: q citra iuga Tauri omnia pacatiora: q̄ terra Italia est reliqui: nō triūpho

Manlij oratio

modo fraudor: sed causā apud uos. P. C. accusātibus ipse Legatis dico. ¶ Duplex eoꝝ: ut animaduertistis. P. C. accusatio fuit. ¶ Nam nec gerendum mihi fuisse bellum cum gallis ¶ Et gestum temere: atq; impudenter dixerunt ¶ Non erant galli hostes. sed tu eos pacatos. imperata facientes: uiolasti. ¶ Non sum postulaturus a uobis. P. C. ut que cōmuniter: de immanitate gētis Galloꝝ: de infestissimo odio ī nomē Romanū: scitis: ea de illis quoq;: qui terras has incolūt: existimetis Gallis. remota uniuerse gētis infamia: atq; inuidia: per se ipsos æstimate. ¶ Utinam Rex Eumenes: utinam Asiæ ciuitates omnes adessent. & illos potius querentes: ꝗ me accusantē. audiretis ¶ Mittite agedum Legatos circa Asiam: ad omnes urbes. & quærite: utrum a grauiori seruitute Antiocho ultra Tauri iuga moto: an Gallis subactis: liberati sint. quotiens agri eoꝝ uastati sint: quotiens prede abacte: referant. cum uix redimendi captiuos copia esset. Et mactatas humanas hostias: ímolatosq; liberos suos: audirēt. ¶ Stipendiū scitote pepēdisse socios uestros Gallis. & nūc liberatos per uos Regio imperio: fuisse pēsuros: si a me foret cessatum. quo longius Antiochus emotus esset: hoc impotentius in Asia Galli dominarētur. & quicquid est terrarum: citra Tauri iuga: Gallorum imperio: nō uestro adiecissetis. At enim sunt hec ita? ¶ Verū etiam Delphos quondā: cōmune humani generis oraculū: umblicū orbis terrarū: Galli spoliauerēt. nec ideo populus Romanus his bellum indixit: aut intulit. equidē aliqd interesse rebar: inter id tēpus: quo non dū in iure ac ditione uestra Gretia: atq; Asia erat: ad curandū animaduer/tendumq;: quid in his terris fieret. & hoc quo finem Imperii Romani Taurū montē statuistis: quo libertatē immunitatēue ciuitatibus datis: quo aliis fines adiicitis: alias agro multatis: uectigal īponitis: regna augetis: minuitis: donatis: adimitis: cure uestre censetis esse: ut pacē terra: mariq; habeant. an nisi presidia deduxisset Antiochus: que quieta in suis partibus erant: non putaretis liberatam Asiam? si Gallorum exercitus effusi uagarent: Rata dona uestra: que dedistis Regi Eumeni: rata libertas ciuita/tibus esset? Sed quid ego hec: ita argumentor? tanꝗ nō acceperim: sed fecerim hostes gallos? ¶ Te. L. Scipio appello: cuius ego imꝑio succedens in uicē imperii tui uirtutē felicitatemq; pariter: non frustra ab diis immortalibus precatus sum. ¶ Te. P. Scipio: qui legati ius: college maiestatē: & apud fratrem Consulē: & apud exercitū habuisti: Scitisne in exercitu Antiochi Gallorum legiones fuisse? uideritis in acie eos ī cornu utroq; (id enim roboris esse uidebatur) locatos? pugnaueritis: ut cum hostibus iustis? cecideritis? spolia eoꝝ retuleritis? ¶ Atqui cū gallis bellū: & Senatus decreuerat: & Po/pulus iusserat. sed simul ut opinor cū his decreuerāt: iusserātq; ꝗ ītra eius ꝓsidia fuissēt: ex ꝗbus ꝓter Antiochū: cū quo pacē pepigerat Scipio: & cū quo: nominatí fedus ut fieret: mādaueratis: oīs hostes erāt: qui ꝓ Antiocho arma aduersus nos tulerūt ¶ In qua causa cū Galli ante oīs fuissēt: & Reguli quidā: & Tyranni: ego tamē & cū aliis ꝓ dignitate imꝑii uestri coactis luere peccata sua: pacē pepigi. & Galloꝝ aīos: si possēt mitigari a feritate insita: temptaui. & postꝗ indomitos atq; implacabiles cernebā: tum demum ui atq; armis coercendos ratus sum. ¶ Nunc quoniam suscepti belli purgatum est crimen: gesti reddēda est ratio. in quo confiderem equidem cause mee: etiam si nō apud Romanū: sed apud Cartaginensē Senatū agerē: ubi in crucem tolli imꝑatores dicuntur. si prospero euentu: prauo consilio rē gesserunt ¶ Sed ego in ea ciuitate: que ideo omnibus incipiendis: gerendisq; deos adhibet: quia nullius calumnie subiicit ea: que dii comprobauerūt. & in sollemnibus uerbis habet: cū supplicationē aut triūphū decernit: quod bene & feliciter rem. p. administrarit: si nollem si graue ac superbum existimarem: uirtute gloriari: pro felicitate mea: exercitusq; mei: ꝙ tantam nationē

sine ulla militũ iactura deuicimus: postularemq; ut diis immortalibus: honos haberet̃
& ipse triumphans in Capitolium ascenderẽ: unde uotis rite nuncupatis: profectus sũ:
negaretis hoc milicie: cum diis immortalibus? ¶ Iniquo enim loco dimicaui. ¶ Dic igit̃
quo equiore potuerim dimicare: cũ montẽ hostes cepissent? loco munito se tenerẽt?
nẽpe eundũ ad hostes erat: si uincere uellẽ. quid si urbem eo loco haberẽt: & menibus
se tenerẽt? nẽpe oppugnãdi erãt. ¶ Quid ad Termophylas: equo ne loco. M. Acilius
cum rege Antiocho pugnauit. ¶ Quid Philippum: non eodem modo super Acũ amnẽ
iuga tenentem montiũ. T. Quintius deiecit? ¶ Equidem adhuc qualẽ: aut sibi fingãt
aut nobis uideri uelint hostem fuisse: nõ inuenio. si degenerem: & emollitũ amenitate
Asie: quid periculi: uel iniquo loco: subeũtibus: fuit? ¶ Si timendũ & feritate animoꝝ:
& robore corporum: huic ne tãte uictorie triumphum negatis? ¶ Ceca inuidia est:
Patres. C. nec quicquã aliud scit: ꝗ detractare uirtutes. corrũpere honores. ac premia
eoꝝ. ¶ Mihi queso ita ignoscatis. P. C. si longiorẽ orationẽ: nõ cupiditas gloriãdi: sed
necessaria criminũ defensio fecit. An etiam per Thraciã saltus: patentes: qui angusti
erant: & plana: ex arduis: & culta: ex siluestribus: facere potui? & prestare: ne qlibet
sub iis latenibus delitescerẽt latrones Thraces. neq d sarcinarũ raperẽt. ne qđ iumentũ
ex tanto agmine abstrahetur. ne qs uulnerarẽt. ne ex uulnere fortis uir ac strenuus
Q. Minutius morerẽt. i hoc quoq; casu infeliciter incidit: ut talẽ ciuẽ amitteremus.
herent ꝙ saltu iniquo: loco alieno: cum adortus hostis nos esset. due simul acies primi
& nouissimi agminis herentẽ ad impedimẽta nostra exercitũ babaroꝝ circũuenerũt.
ꝙ multa milia ipso die: plura multo: post dies paucos ceciderunt: & ceperunt? hoc si
ipsi tacuerint: uos scituros: cum testis orationis mee totus exercitus sit: non credunt. si
gladium in Asia non strinxissem: si hostem nõ uidissẽ: tamẽ Triumphum in Thracia:
duobus preliis merueram. Sed iam dictum satis ẽ. quin pro eo: ꝙ pluribus uerbis uos.
ꝗ uolui: fatigaui: ueniam a uobis petitã: impetratãq; uelim. P. C. Plus crimẽ eo die:
ꝗ defensio ualuisset: in altercationem in serum: perduxissent. ¶ Dimittitur Senatus in
ea opiniõe: ut negaturus Triumphũ fuisse uideret. ¶ Postero die: & cognati amiciq;
Cn. Manlii summis opibus adnixi sunt: & autoritas senioꝝ ualuit: negantiũ exemplũ
proditum memorie esse: ut Imperator qui deuictis perduellibus confecta Prouintia
exercitũ reportasset: sine curru: & laurea: priuatus: inhonoratusq; Vrbẽ iniret. ¶ Hic
pudor malignitatem uicit. Triumphumq; frequentes decreuerunt. ¶ Oppressit deide
mentionem: memoriamq; omnem cõtentionis huius. maius: & cũ maiore uiro: certamẽ
ortum. P. Scipioni Africano: ut Valerius Antias autor est: duo Q. Petilii diem
dixerũt. ¶ Id prout cuiusq; ingeniũ erat interpretabãtur. ¶ Alii nõ Tribunos Plebis:
sed uniuersã ciuitatẽ: incusabãt: que id pati posset: duas maximas orbis terrarũ Vrbes:
ingratas: uno prope tẽpore in Principes inuẽtas. Romam ingratiorem. siquidẽ uicta
Carthago: uictum Annibalẽ in exsiliũ expulisset. Roma uictrix: uictorẽ Africanũ
expellat. ¶ Alii neminem unum tantum eminere ciuem debere: ut legibus interrogari
non possit. nihil tam equande libertatis esse: ꝗ potentissimũ quenq; posse dicere causã.
quid autem tuto cuiꝗ: nedum summam Rem. P. permitti: si ratio non sit reddẽda?
qui ius equũ pati non possit: in eum uim: haud iniustã esse. ¶ Hec agitata sermonibus:
donec dies dicẽde cause uenit. nec alius ante quisꝗ: nec ille ipse Scipio Cõsul: Cẽsoru e:
maiore omnis generis hominum frequentia: ꝗ reus illo die in forum est deductus.
¶ Iussus dicere causam: sine ulla criminum mentione: orationem adeo magnificam de
rebus ab se gestis: est exorsus: ut satis constaret neminem unꝗ neq; melius: neq; uerius
laudatum eẽ. dicebantur enim ab eodẽ animo: ingenioq; a quo gesta erant. & auriũ

Manlio triumphus decretus

DVO Q PETILII SCIPIONI AFRI=
CANO DIEM DICVT

fastidium aberat: quia pro periculo: non in gloriam: referebantur. ¶ Tribuni Plebis
uetera luxurie crimina Syracusanorum hybernorũ: & Locris Pleminianũ tumultũ:
cum ad fidem presentiũ criminũ retulissent: suspitionibus magis: q̃ argumẽtis: pecunie
captæ reum accusarunt. filium captum: sine precio redditum. omnibusq; aliis rebus
Scipionem: tanq̃ in eius unius manu pax Romana: bellũq; esset. ab Antiocho cultũ.
Dictatorem eum Consuli: non Legatum: in Prouintia fuisse. nec ad aliam rem eo
profectum: q̃ ut id: quod Hispaniæ: Gallie: Sicilie: Africe iam pridem persuasũ eẽt:
Hoc Grecie Asieq;: & omnibus ad orientẽ uersis Regibus: gentibusq; appareret: unũ
hominem caput: columniamq; imperii Romani esse. sub umbra Scipionis ciuitatem
dominam orbis terrarum latere. nutus eius: pro decretis Patrum: pro Populi iussis esse.
infamia intactum. inuidia: qua possunt: urgent. ¶ Orationibus in noctem perductis:
ꝑducta dies est. ¶ Ubi ea uenit Tribuni in rostris prima luce consederunt. citatus reus
magno agmine amicorum cliẽtiumq; per mediam contionẽ ad rostra subiit. silẽtioq;
facto ¶ Hoc inquit die Tribuni Plebis: uosq; Quirites cũ Annibale: & Carthaginẽ/
sibus signis collatis in Africa bene: ac feliciter pugnaui. itaq; cũ hodie litibus: & iurgiis
supersederi equũ sit: ego hinc extemplo in Capitoliũ ad Iouem Optimũ Maximũ:
Iunonemq; & Mineruã: ceterosq; deos: qui Capitolio atq; Arci president: salutãdos
ibo. hisq; gratias agam: ꝙ mihi: & hoc ipso die: & sepe alias: egregie gerende Rei. P.
mẽtem facultateẽq;: dederũt. uestrũ quoq; Quirites quibus commodũ est: ite mecum.
& orate deos: ut mei similes Principes habeatis. ita si ab ãnis septemdeci ad senectutẽ:
semper uos etatem meã honoribus uestris anteistis: ego uestros honores rebus gerẽdis
precessi. ¶ Ab rostris in capitoliũ ascẽdit. simul se uniuersa Contio auertit. & sequuta
Scipionem est. adeo ut Uiatores Tribunos relinquerent. nec cum iis preter seruilem
comitatũ: & Preconẽ: qui reũ ex rostris citabat: quisq̃ esset. ¶ Scipio nõ in Capitolio
modo: sed per totam Urbem omnia templa deum: cum Populo Romano: circuniit.
¶ Celebratior is prope dies: fauore hominum: & æstimatione ueræ magnitudinis eius
fuit: q̃ quo triumphans: de Syphace Rege: & Carthaginensibus urbem est inuectus.
hic speciosus ultimus dies. P. Scipioni illuxit. ¶ Post quem cum inuidiam & certamĩa
cum Tribunis prospiceret: die longiore prodicta: in Literni concessit. certo cõsilio:
ne ad causã dicendã adeẽt. ¶ Maior animus: & natura erat. ac maiori fortũe assuetus:
q̃ ut reus esse sciret. & summitteret se in humilitatẽ causam dicẽtium. ¶ Ubi dies uenit:
citariq; absens est ceptus. L. Scipio morbum causam esse: cur abesset: excusabat. quã
excusationem: cum Tribuni qui diem dixerant: non acciperent: & ab eadem superbia
non uenire ad causã dicendã arguerẽt: qua iudiciũ: & Tribunos Plebis: & Contionẽ
reliquisset: & quibus ius dese dicendæ sententie: & libertatem ademisset. iis comitatus:
uelut captos trahens: Triumphum Populi Romani egisset: secessionem eo die: quo in
Capitolium a Tribunis Plebis fecisset: habetis ergo temeritatis illius mercedem: quo
duce: & autore nos reliquistis: ab eo ipsi relicti estis. & tantum animorum indies nobis
decrescit: ad quem antea exercitum: & classem habentem. Tri. Ple. Edilesq; in Siciliã
mittere ausi sumus: qui prehenderent eum: & Romam reducerent: ad eum priuatum
ex uilla sua trahendum ad causam dicendã: mittere non audemus? ¶ Tribuni Plæbis
appellati: ab. L. Scipione: ita decreuerunt: ut si morbi causa excusaretur: sibi placere
accipi eã causã. diẽq; a Collegis produci. ¶ Tribunus Plebis eo tẽpore. T. Sẽpronius
Gracchus erat: cui inimicicie cum. P. Scipione intercedebant. is cum uetuisset nomen
suum decreto Collegarũ ascribi: tristioreẽq; omnes sententiã expectarẽt: ita decreuit.
¶ Cum. L. Scipio excuset morbũ esse causam fratri: satis id sibi uideri se. P. Scipionẽ:

priusq̃ Romam redisset: accusari non passurum. tum quoq; si se appellet: auxilio ei futurum: ne causam dicat. ad id fastigium: rebus gestis: honoribus Populi Romani. P. Scipionem deorum: hominumq; consensu: peruenisse: ut sub rostris reum stare: & prebere aures adolescentium conuitiis Populo Romano magis deforme: q̃ ipsi sit. ¶ Adiecit decreto indignationem. ¶ Sub pedibus uestris stabit Tribuni domitor ille Africe Scipio? ideo quattuor nobilissimos Duces Penorum in Hispania: quattuor exercitus fudit: fugauit: ideo Syphacem cepit: Annibalem deuicit: Carthaginem uectigalem nobis fecit: Antiochum: recepto eius fratre cõsorte huius glorie. L. Cornelius Scipio ultra Tauri iuga emouit: ut duobus Petiliis succumberet? uos de pace Africani palmã peteretis? nullisne meritis suis: nullis uestris honoribus: senectus eorũ considat? Mouit & decretum: & adiecta oratio: non ceteros modo: sed ipsos etiam accusatores. ¶ Et deliberaturos se: quid sui iuris: & offitii esset: dixerunt. ¶ Senatus deinde concilio Plebis dimisso: haberi est ceptus. ibi gratie ingentes ab uniuerso ordĩe: precipue a Consularibus senioribusq;: Ti. Sẽpronio Graccho acte sunt: q Rem. P. priuatis simultatibus: potiorem habuisset. ¶ Et Petilii uexati sunt probris: q splẽdere aliena inuidia uoluissent. & spolia ex Africano Trũipho peterent. ¶ Silentiũ deinde de Africano fuit. uitã Literni egit. sine desiderio Vrbis. morientem rure eo ipso loco sepeliri se iussisse ferunt. monumentumq; ibi edificari: ne funus sibi in ingrata patria fieret. uir memorabilis bellicis tamen: q̃ pacis artibus memorabilior. cui par habita ẽ materia ingenio. quo ad primum Consulatum. secundo etiam si Censuram adicias. quid Asiatica Legatio: & ualitudine aduersa inutilis: & filii casu deformata? & post reditum: necessitas: aut subeundi iudicii: aut simul cum patria deserẽdi. ¶ Punici tamẽ belli pperrati: quo nullũ neq; maius neq; periculosius: Romani gessere: unã precipuã gloriam tulit. ¶ Morte Africani creuere inimicorum animi. quorũ Princeps fuit. M. Portius Cato. qui uiuo quoq; eo adlatrare eius magnitudinem solitus erat. hoc autore existimãtur Petilii & uiuo Africano reo causam ingratam: & mortuo rogationem: promulgasse. ¶ Fuit autẽ rogatio talis. ¶ Velitis: iubeatis: querat: que pecunia capta: ablatã: [illegible]acta: ab rege Antiocho est: quiq; sub eius Imperio fuerũt: qd̄ eis in publicũ relatum non est: uti de ea re. Ser. Sulpitius Pretor Vrbanus: ad Senatũ referat: quẽ eam rem uelit Senatus querere: de iis qui Pretores nũc sunt. ¶ Huic rogationi primo Q. & L. Nummii intercedebant. Senatũ querere de pecunia non relata in publicũ: ita ut antea semper factum esset: equum censebant. Petilii nobilitatem & Regnum in Senatu Scipionum accusabant. L. Purpurio Consularis: qui in decem Legatis in asia fuerat: latius rogandũ censebat: non que ab Antiocho modo pecunie capte forẽt: sed que ab aliis Regibus: gẽtibusq;. Cn. Manlium inimicũ incessens. Et. L. Scipio: quem magis pro se: q̃ aduersus legem dicturum apparebat: dissuasor processit. Is post mortem. P. Africani fratris: uiri omniũ fortissimi: clarissimiq;: eam exortã rogationẽ est conquestus. parum enim fuisse: nõ laudari pro rostris. P. Africanum: post mortẽ: nisi etiã accusaretur. & Carthaginenses exsilio Annibalis contentos esse. Populũ Rome morte quidẽ. P. Scipionis exatiari: nisi ipsius fama sepulti laceretẽ: & frater ĩsuper accessione inuidiæ mactetur. M. Cato suasit rogationem. extat & oratio eius de pecunia Regis Antiochi: & Nũmios Tribunos autoritate deterruit: ne aduersarent rogationi. ¶ Remittẽtibus ergo his intercessionẽ: omnes tribus uti rogassẽt: iusserũt. ¶ Ser. Sulpitio: deinde referente: quem rogationem pecuniarum querere uellent: Q. Terentium Culleonem Patres iusserunt. ¶ Alii hunc Pretorem: adeo amicũ Cornelie Familie: ut qui Rome mortuum: elatumq;. P. Scipionem (est enim ea quoq; fama)

L. Scipio accusatus & dānatus est.

tradūt pilleatum: sicut in Triumpho ierat: in funere quoq; ante lectum isse: memorie prodiderunt: & ad portam Capenam mulsū prosequutis funus dedisse: ꝙ ab eo inter alios captiuos in Africa ex hostibus receptus esset. ¶ Alii adeo inimicū eundē: ut ꝓpter insignē simultatē: ab ea factione: que aduersa Scipionibus erat: delectus sit potissimū ad questionem exercendam. ¶ Ceterum ad hunc: minis equum aut iniquum Pretorē: reus extemplo factus. L. Scipio: simul & delata & recepta nomina Legatorum eius A. & L. Hostiliorū: Catonū: & C. Furiacii Leonis Questoris: & ut omnia cōtacta sotietate peculatus uiderentur. ¶ Scribe quoq; duo: & Accensus. L. Hostilius: & Scribe & Accēsus: priusq̄ de Scipiōe iudiciū fieret: absoluti sūt. Scipio & Hostilius Legatus & C. Furius: damnati. quo commodior pax Antiocho daretur: Scipionem sex milia pōdo auri q̄dringentū octogīta argēti plus accepisse: q̄ i erariū retulerat. A. Hostilium. lxxx. pondo auri. & argenti. cccciii. pondo. Furium Questorem auri centum xxx. argenti. cc. pondo. ¶ Has ego sūmas auri & argenti relatas apud Antiatē iueni. ¶ In. L. Scipione: malim equidem librarii mendum: q̄ mendacium scriptoris esse: in sūma auri atq; argēti. similius enim ueri ē argēti: q̄ auri maius pondus fuisse. & potius quadragies: q̄ ducencies quadragies litē estimatā. eo magis: quod tante sūme rationē: etiam ab ipso requisitam esse. P. Scipione in Senatu tradūt. librumq; rationis eius cū L. Fratrē afferre iussisset: inspectante Senatu: suis ipsū manibus cōpressisse: īdignatū: ꝙ cum bis milies in ærarium retulisset: quadragies ratio ab se posceretur. ¶ Ab eadem fiducia animi cum Questores pecuniam ex erario cōtra legem promere nō auderēt: poposcisse claues: & se aperturum erariū dixisse: qui ut clauderet: effecisset. ¶ Multa alia ī scipionis: exitu maxime uite: dieq; dicta: morte: funere: sepulchro: in diuersum trahunt. ut cui fame: q̄bus scriptis assentiar: non habeā. ¶ Non de accusatore cōuenit. ¶ Alii. M. Nauium. ¶ Alii Petilios: diem dixisse: scribunt. ¶ Non de tempore quo dicta dies sit: nō de anno: quo mortuus sit: aut elatus. ¶ Alii Rome: alii Literni & mortuū: & sepultum. ¶ Vtrobiq; monumenta ostendunt & statue. nā & Literni monumentū. monumentoq; statua super imposita fuit: quam tempestate disiectā nuper uidimus ipsi. ¶ Et Rome extra portam Capenam: in Scipionum monumento tres statue sūt. due. P. & L. Scipionum dicuntur esse. tertia Poete Q. Ennii. ¶ Nec inter scriptores rerum discrepat solum: sed orationes quoq;: si modo ipsorum sunt: que ferunt: & Ti. Gracchi aberrant inter se. ¶ Index orationis. P. Scipionis. nomē. M. Nauii Tribuni Plebis habet. ¶ Ipsa oratio sine nomine ē accusatoris: nebulonē mō: modo nugatorē: appellat. ¶ Ne Gracchi quidem oratio: aut Petiliorum accusatorū Africani: aut diei dicte Africano ullā mentionē habet. ¶ Alia tota serenda fabula est: Gracchi orōni conueniens: & illi autores sequendi sunt: qui cum. L. Scipio: & accusatus: & damnatus sit pecuniæ captæ ab Rege Legatum in Etruria fuisse Africanum tradunt. quo post famam de fratris casu allatam: relicta legatione: cucurrisse eum Romam. & cum a porta recta ad forum se cōtulisset: quod in uincula duci fratrem iussū erat: repulisse a corpore eius Viatorem. & Tribunis retinentibus magis pie: q̄ ciuiliter: uim fecisse. ¶ Hæc enim ipse Gracchus quæritur. dissolutam esse a priuato Tribuniciam potestatem. & ad postremum: cū auxiliū. L. Scipioni pollicetē: adicit: tolerabilioris exēpli esse: a Tribuno plebis potius q̄ a ꝑuato uictā uideri & Tribuniciā potestatē: & Rem. P. esse. ¶ Sed ita hāc unā impotentē eius iniuriā: inuidia onerat: ut increpādo qđ degenerauerit tantū a se ipso: cumulatas & ueteres laudes moderationis: & temperantie pro reprehensione presenti reddat. ¶ Castigatum enim quondam ab eo Populū ait: quod eum perpetuū Consulem: & Dictatorem uellet facere. prohibuisse statuas

sibi in Comitio: i rostris: incuria: i capitolio: i cella Iouis poni. ꝓhibuisse ne decernerẽt:
ut imago sua Triumphali ornatu: e templo Iouis Optimi Maximi exiret. Hec uel
in laudatione posita: ingentem magnitudinem animi: moderandis ad ciuilem habitũ
honoribus: significarent. que exprobrãdo inimicus fateretũ. Huic Graccho minorẽ
ex duabus filiabus: nam maior p. cornelio nasice haud dubie a patre collocata erat:
nuptam fuisse cõuenit. Illud parum constat: utrum post mortem patris & despõsa
sit: & nupserit: an uere ille opiniones sint Gracchũ: cũ. L. Scipio in uincula duceretũ:
nec quisq̃ Collegarũ auxilio esset: iurasse sibi inimicicias cum Scipionibus: que fuissẽt:
manere. nec se gratie querende causa quicq̃ facere. sed in quem carcerem: Reges: &
Imperatores hostium ducentem uidisset. P. Africanum: in eum fratrem eius duci non
passurum. Senatum eo die forte cenantem in Capitolium consurrexisse: & petisse:
ut inter epulas Graccho filiã Africanus desponderet. quibus ita inpublicũ sollemne:
spõsalibus rite factis: cum se domum recepisset: Scipionem Emilie uxori dixisse: filiã
se minorem despondisse. cũ illa muliebriter indignabũda: nihil de communi filia secũ
consultatum adiecisset: non si. Ti. Graccho daret: expertem consilii debuisse matrem
esse: letum Scipionem tam concordi iudicio: & ipsi desponsam respondisse. Hæc de
tanto uiro: q̃q̃ & opinionibus: & monumentis litterarũ uariarent: proponenda erãt.
Iudiciis: a Q. Terentio Pretore perfectis: Hostilius & Furius dãnati: predes eodẽ
die Questoribus Vrbanis dederunt. Scipio cum contenderet omnẽ: quã accepisset:
pecuniã: in erario eẽ: nec se quicq̃ publici habere: in uincula duci ceptus est. Publius
Scipio Nasica Tribunos appellauit. orationemq; habuit plenam ueris: decoribus:
non communiter modo cornelie gentis: sed proprie familie sue. Parentes suos &. P.
Africani: ac. L. Scipionis: qui in carcerẽ duceretũ: fuisse. Cn. &. P. Scipiones: clarissimos
uiros. eos cũ ꝑ aliquot annos i terra Hispania aduersus multos Penoꝝ Hispanoꝝq;
Duces & exercitus: nominis Romani famã auxissent: nõ bello solũ: sed ꝙ Romane
temperantie: fideiq; specimen illis gentibus dedissent: ad extremũ ambo pro. Po. Ro.
morte occubuisse. cum illorum tueri gloriam posteris satis esset. P. Africanum tantũ
paternas superauisse laudes: ut fidem fecerit: non sanguine humano: sed stirpe diuina
satũ se esse. L. Scipionẽ: de quo agatũ: ut que in Hispania: que in Africa: cũ Legatus
fratris esset: gessisset: pretereantur: Consulem: & ab Senatu dignum uisum: cui extra
sortem Asia Prouintia: & bellum cũ Antiocho Rege decerneretũ. & a fratre: cui post
duos Cõsulatus: Censuramq; & Triumphũ: Legatus in Asiam iret. ibi ne magnitudo:
& splẽdor: legati laudibus Cõsulis officeret: forte ita incidisse: ut quo die ad Magne-
siam signis collatis. L. Scipio Antiochũ deuicisset: eger. P. Scipio: E lee dierũ aliquot
uia abesset. non fuisse minorem eum exercitum: q̃ Annibalis: cum quo in Africa esset
pugnatũ. Annibalẽ eũdem fuisse: inter multos alios Reges Duces: q Imꝑator Punici
belli fuerit. dum & bellũ quidem ita gestũ esset: ut ne fortunã quidem quisq̃ criminari
possit: in pace crimen queri. causã dici. uenisse huc decẽ Legatos simul: arguiq; quoꝝ
ex cõsilio data pax esset. quam extitisse ex decẽ legatis qui. Cn. Manliũ accusarẽt.
tamen non modo ad criminis fidẽ: sed ne ad moram quidẽ Triumphi: eã accusationẽ
ualuisse. At hercule in Scipionem: leges ipsas pacis ut nimiũ accõmodatas Antiocho
suspectas esse. integrum enim ei Regnum relictum. omnia possidere eum uictũ: que
ante bellũ eius fuerint. auri & argentei uim magnã habuerit. nihil in publicũ relatũ.
omne in priuatũ uersum. an preter omnium oculos tantũ auri: argentiq; in Triũpho
L. Scipionis: quantum nõ decem alius triumphis: si omne in unum conferatur: sit latũ.
Nam quid de finibus Regni dicã? Asiã omnẽ: & ꝓxima Europe tenuisse Antiochũ.

Africanus filiã gracho despõdet

ea quanta regio orbis terrarum sit: a Tauro monte: in Egæum usq; prominēs mare: quot non urbes modo: sed gētes amplectantur: omnes scire. hanc regionem dierum plus .xxx. lōgitudinē: decē inter duo maria latitudinē patentē: usq; ad Tauri mōtis iuga: Antiocho ademptā. expulso eo in ultimo angulo orbis terrarū: qd si gratuita pax eēt: plus adimi ei potuisse. ¶ Philippo uicto: Macedoniā: Nabidi: Lacedemonē: relictam. nec Quintio crimen quesitum. non enim habuisse eum Africanum fratrē. cuius gloria prodesse. L. Scipioni debuisset: inuidiam nocuisse. tantum auri: argētiq; iudicatum esse in domum. L. Scipionis illatum: quantū uenditis omnibus bonis redigi non posset. id ubi ergo esse regium aurū? ubi tot hereditates acceptas? in domo: quā sumptus non exhauserint: extare debuisse noue fortunæ cumulum. At enim: quod ex bonis redigi non possit: ex corpore: & tergo per uexationem: & contumelias. L. Scipiōis petituros inimicos: ut in carcere inter fures nocturnos: & latrones: uir clarissimus includatur. & in robore: & tenebris expiret. deinde nudus ante carcerē pиciat: non id Corneliæ magis Familie q̄ Urbi Romane fore erubescendum. ¶ Aduersus ea: Terentius Pretor rogationē Petiliā ex Senatus Consulto: & iudiciū de. L. Scipione factū: recitauit. ¶ Se nisi referat pecunia in publicū: que iudicata sit: nihil habere: qđ faciat: nisi ut prehendi damnatū: & in uincula duci: iubeat. ¶ Tribuni cum in consiliū secessissent: paulo post. C. Fannius ex sua Collegarumq; aliorum: preter Gracchum sententia: pronuntiauit: Prætori non intercedere tribunos: quo minus sua potestate utatur. ¶ Ti. Gracchus ita decreuit: quo minus ex bonis. L. Scipiōis: quod iudicatum sit: redigatur: se nō intercedere Pretori. L. Scipionem: qui Regem oppulentissimū orbis terrarum deuicerit: Imperiū Populi Romani prorogauerit in ultimos terrarū fines: Regem Eumenē: Rhodios: alias tot urbes Asiæ deuinxerit Populi Romani beneficiis: plurimos Duces hostiū in Triumpho ductos carcere incluserit: nō passurū inter hostes Populi Romani. L. Scipionem in carcere & in uinculis esse. imittiq; eū se iubere. ¶ Tanto assensu auditum est decretum. adeo dimissum. L. Scipionem læti homines uiderunt: ut uix in eadem ciuitate uideretur factum iudicium. ¶ In bona deinde. L. Scipionis possessum publice: Questores: Pretor misit. neq; in his nō modo uestigium ullum comparuit pecunie Regie: sed nequaq̄ tantum redactum est: quāte summe damnatus fuerat. ¶ Collata ea pecunia a cognatis: amicis: & clientibus est. L. Scipioni: ut si acciperet eam locupletior aliquanto esset: q̄ ante calamitatem fuerat. nihil accepit. quæ necessaria ad cultum erant: redempta ei a proximis cognatis sunt. Verteratq; Scipionum inuidia in Pretorem: & Consilium eius: & accusatorem.

Liber nonus

DVm hec Rome geruntur: Cōsules ambo in Liguribus gerebāt bellū. is hostis uelut natus ad continendā per interualla bellorū Romanis militarem disciplinam erat. nec alia Prouintia militem magis: ad uirtutem acuebat. Nam Asia: & amenitate urbium: & copia terrestrium: maritimarūq; rerū: & mollicia hostiū: Regiisq; opibus: ditiores: q̄ fortiores: exercitus faciebat. ¶ Præcipue sub Imperio. Cn. Manlii solute: ac neglīgēter habiti sūt. itaq; asperius paulo iter in Thracia: & exercitatior hostis: magna clade eos castigauit. ¶ In Liguribus omnia erāt: que militem excitarent. loca montana: & aspera. que & ipsis capere labor erat. & ex preoccupatis deiicere hostē. & infra ardua: accepta: infesta ab insidiis. hostis leuis: & uelox: & repētinus: qui nullum usq̄ tempus: nullum locum: quietū: aut

ſecurum eē ſineret.oppugnatio neceſſaria munitorum caſtellorum. laborioſa ſimul:
periculoſaq; inſidiiſ regio. que ſi parſimonia aſtringeret militeſ:haud præde multum
preberet.itaq; non lixa ſequebatur:non iumentoꝝ longuſ ordo:agmē expediebat.
nihil preter arma: & uiroſ:omnem ſpem in armiſ habenteſ: erat. ¶Nec deerat unq̄ cū
iiſ:uel materia belli: uel cauſa.q̄a ꝓpter domeſticā inopiā:uicinoſ agroſ incurſabāt.
nunq̄ tamen in diſcrimē ſumme rerū pugnabāt. ¶Flaminiuſ Conſul cū Frinatibuſ
Liguribuſ:in agro eorum:pluribuſ preliiſ ſecundiſ factiſ: in deditionē gentē accepit.
& arma ademit. ¶Ea quia ſincera fide non tradebant:cū caſtigarentur:relictiſ uiciſ
in montē Auginū cōfugerūt. cōfeſtim ſequutuſ ē Cōſul. ceteri effuſi rurſuſ: & parſ
maxīa īermeſ.ꝑ inuia & rupeſ deruptaſ ꝑcipitanteſ fugerūt:qua ſeq hoſtiſ nō poſſet.
ita trāſ Apenninū redierūt.q̄ caſtriſ ſe tenuerāt circūſeſſi: expugnati ſūt. ¶Inde trāſ
Apenninū ducte legiōeſ.ibi mōtiſ quē ceperāt: altitudīe pauliſper ſe tutati: mox in
deditionē conceſſerūt. ¶Tūc cōquiſita cū intētiore cura arma.& oīa adēpta. ¶Tranſ/
latū deīde ad apuanoſ ligureſ bellū.qui ī agrū Piſanū Bononienſeq; ita īcurſauerāt:
ut coli non poſſet.hiſ quoq; perdomitiſ Conſul pacē dedit finitimiſ. ¶Et quia a bello
quieta ut eſſet prouintia:effecerat:ne in ocio militē haberet: uiā a Bononia ꝑduxit
Arretiū. M. Emiliuſ alter Conſul agroſ Ligurū:uicoſq; qui in campiſ:aut uallibuſ
erant: ipſiſ monteſ duoſ Balliſtam Suiſmontiumq; tenentibuſ deuſſit: depopulatuſq;
eſt.deinde eoſ:qui in mōtibuſ erāt:adortuſ:primo leuibuſ preliiſ fatigauit.poſtremo
coactoſ in aciē deſcendere:iuſto ꝑlio deuicit.in quo & Edē Diane uouit. ¶Subactiſ
ciſ Apenninum omnibuſ:tum Tranſmontanoſ adortuſ: in hiſ & Friſinateſ Ligureſ
erant:quoſ non adierat.C. Flaminiuſ. omneſ Emiliuſ ſubegit armaq; ademit.& de
montibuſ in campoſ multitudinem deduxit. ¶Pacatiſ Liguribuſ:in agrum Gallicū
exercitum duxit.uiamq; ab Placentia:ut Flaminie committeret:Ariminum:ꝑduxit.
¶Proelio ultimo quo cum Liguribuſ ſigniſ collatiſ conflixit: ædem Iunoni Regine
uouit. ¶Hec in liguribuſ eo anno geſta. ¶In Galliam Furiuſ Prætor inſontibuſ
Cenomaniſ:in pace ſpeciē belli querenſ:ademerat arma. ¶Inde Cenomani conqueſti
rome apud ſenatum:reiectiq; ad Conſulem Emilium:cui ut cognoſceret: ſtatueretq;:
Senatuſ permiſerat:magno certamine cum Pretore habito:tenuerunt cauſā. ¶Arma
reddita Cenomaniſ. decedere Prouintia Prætor iuſſuſ. ¶Legatiſ deinde Sotiorum
Latini nominiſ:qui toto undiq; ex Latio frequēteſ conuenerant: Senatuſ datuſ eſt.
hiſ querentibuſ magnam multitudinem ciuium ſuoꝝ Romam commigraſſe:& cēſoſ
eſſe: Q. Terentio Culleoni Pretori negotium datum eſt:ut eoſ conquireret.& quem
C.Claudio. M. Fuluio Cenſoribuſ poſtue eoſ Cēſoreſ:ipſum:parentemue eiuſ apud
ſe cenſū eſſe probaſſent ſotii:ut redire eo cogeret:ubi cenſi eſſent. ¶Hac cōquiſitione
duodecim milia Latinorum domoſ redierunt. iam tum multitudine alienigenarum
Vrbem ornante. M. Fuluiuſ priuſq̄ Cōſuleſ romam redit.iſq; ad edem Apolliniſ
in Senatu:cū de rebuſ ī Etolia Cephalaniaq; ab ſe geſtiſ:diſſeruiſſet:petiit a Patribuſ:
ut equum cenſerent: ob Rem. P. bene ac feliciter geſtā:& diiſ immortalibuſ honorē
haberi iubere.& ſibi Triumphum decernere. M. Aburiuſ Tribunuſ Plebiſ: ſiquid
de ea re ante Emilii conſuliſ aduentum decerneretur:interceſſurum ſe oſtendit. eum
cōtradicere uelle. proficiſcentemq; in Prouintiam:ita ſibi mandaſſe:ut ea diſceptatio
integra in aduētum ſuum ſeruaretur. ¶Fuluiuſ temporiſ iacturam ſe facere. Senatū
etiam præſente Conſule:quod uellet:decreturum. M. Fuluiuſ:ſi aut ſimultaſ.M.
Emilii ſecū ignota hominibuſ eſſet:aut q̄ iſ eaſ inimiciciaſ impotenti:ac prope Regia
ira exerceret:tamen non fuiſſe ferendum:abſentem Conſulem: & deorū immortaliū

Transmontanus

Q. TERETIUS. CVLLEO.

bonori obstare: & debitum meritumq; Triumphū morari. Imperatorē rebus egregie gestis: uictoremq; exercitum cum preda ac captiuis ante portas stare: donec Consuli ob hoc ipsū moranti: redire Romam libitū esset. uerum enimuero cū sint nobilissie sibi cum Consule inimicicie: quid ab eo quenq̄ expectare equi: qui per infrequentiā furtim Senatus Consultum factum ad erarium detulerit: Ambraciam non uideri ui captā: que aggere: ac uineis oppugnata sit. ubi incensis operibus alia deintegro facta sint. ubi circa muros supra: subterq; terram: per dies quindecim pugnatum: ubi a prima luce: cum iam transcendisset muros miles: usq; ad noctē: diu anceps prelium tenuerit: ubi plus tria milia hostiū sint cesa. ¶Iam de deorum immortalium templis spoliatis in capta urbe: qualem calumniam ad Pontifices attulerit. nisi si Syracusa/rum ceterarumq; captarum ciuitatū ornamentis urbē ornari fas fuerit: in Ambraciā unā captā non ualuerit belli ius. &. P. C. orare: & a Tribuno petere: ne se supbissimo inimico ludibrio esse sinant. ¶Vndiq; omnes alii deprecari Tribunū: alii castigare.

¶Ti. Gracchi college plurimū oratio mouit. Ne suas quidē simultates pro Magi/stratu exercere: boni exēpli eē. alienarū uero simultatium Tribunū Plebis cognitorē fieri: turpe: & indignū collegii eius potestate & sacratis legibus esse. suo quenq; iuditio & homines odisse: aut diligere: & res probare: aut improbare debere: non pendere: ex alterius uultu: ac nutu. nec alienis momētis animi circunagi. astipulariq; irato Cōsuli Tribunū Plebis. & quid priuatim. M. Emilius mandauerit: meminisse. Tribunatum sibi a Populo Romano mandatum pro auxilio: & libertate priuatorum. non pro Consulari regno. hoc quidem cernere equum fore: ut memorie mandaretur: eiusdem Collegii: alterum e duobus Tribunis Plebis: suas inimicicias remisisse Rei. P. alterū alienas: & mandatas: exercuisse. ¶His uictus castigationibus Tribunis: cum Templo excessisset: referente. Ser. Sulpitio Pretore: Triumphus. M. Fuluio est decretus. ¶Is cū gratias Patribus cōscriptis egisset: adiecit: Ludos Magnos se Ioui Optīo Maxīo eo die: quo Ambraciā cepisset uouisse. in eā rem: centū decē pondo auri a ciuitatibus collatum. petere ut ex ea pecunia quā in Triumpho latam in erario positurus eēt: in erarium secerni iuberet. ¶Senatus Pontificum Collegiū consuli iussit. num id oīne aurum in ludos consumi necessarium esset. ¶Cum Pontifices negassent ad religionem pertinere: quāta impensa in ludos fieret: Senatus Fuluio quantū impēderet pmisit: dum ne summam octoginta miliū excederet. ¶Triūphare mēse ianuario statuerat. sed cum audisset Consulem Emiliū litteris Aburii Tribuni Plebis acceptis: de remissa intercessione: ipsum ad impediendum Triumphum Romam uenientem: agrum in uia substitisse: ne plus in Triumpho certaminum: q̄ in bello haberet: prætulit Triumphi diē. ¶Triūphauit ad. x. kalēdas ianuarias de Etolis & de Cephalania. auree coronæ centum: due decem pondo: ante currū late sūt. ¶Argenti pondo milia. lxxxiii. ¶Auri pōdo. ccxliii: tetracina Attica. cxviii. milia. ¶Philippei nummi decem milia. ccccxxii. ¶Signa enea duxit. cclxxxv. ¶Signa marmorea. ccxxx. ¶Arma: tela: cetera spolia hostiū: magnus numerus. ¶Ad hec cata pulte: baliste: tormenta oīs generis. duces aut Etoli & Cephalāes: aut Regii: ab Antiocho ibi relicti: ad. vii. &. xx. ¶Multos eo die: priusq̄ in urbem inueheret: in Cyrco Flaminio Tribunos: Prefectos: Eqtes: Cēturiones: Romanos Sociosq; donis militaribus donauit. Militibus ex pda qnos uicenos denarios diuisit. duplex Cēturioni. triplex equiti. ¶Iā consulariū Comitiorum appetebat tempus: quia. M. Emilius: cuius sortis ea cura erat: occurrere non potuit: C. Flāinius Romā uenit. Ab eo creati consules. Postumius Albinius. Q. Martius Philippus. ¶Pretores inde facti. T. Menius. P. Cornelius Sulla. C. Calphurnius

Piso. M. Licinius Lucullus. C. Aurelius Scaurus. L. Quitius Crispinus. ¶ Extrēo anni Magistratibus creatis: iā ad tertiū nonas marcias. Cn. Manlius Volso de Gallis: qui Asiam incolūt: triumphauit. ¶ Serius ei triumphandi causa fuit: ne Q. Terentio Culleone Pretori causam lege Petilia diceret: & incēdio alieni iudicii quo. L. Scipio damnatus erat: conflagraret: eo infensioribus in se: q̄ in illum iudicibus: quo disciplinā militarē: seuere ab eo conseruatam: successor ipse: omni genere licentie: corruperat. ¶ Neq; ea sola infamie erant: que in prouintia procul ab oculis facta narrabantur. sed etiam magis ea: que in militibus eius conspiciebantur. ¶ Luxuriæ enim peregrinæ origo ab exercitu asiatico inuecta in urbem est. inde primum lectos eratos uestem stragulam preciosam. plagulas. & alia textilia. & quæ tum magnificæ suppellectilis habebantur: monopodia: & abacos romā adduxerūt. ¶ Tunc psaltrie sābucistriæq;: & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis. ¶ Epulæ quoq; ipse & cura: & sūptu maiore apparari cepte. ¶ Tum coquus uilissimū antiquis mancipiū: & estimatione: & usu: in precio eē. & quod ministerium fuerit: ars haberi cepta. uix tamē illa: que tū conspiciebant: semina erant future luxurie. ¶ In triumpho tulit. Cn Manlius coronas aureas. cc. ¶ Decem pondo duas. ¶ Argenti pondo .ccxx. milia centum tria. ¶ Tetracinum Atticum. c. vii. milia. xx. ¶ Cistophori. ccl. ¶ Philippeorum aureorum nummoꝝ sedecim milia. ccc. xx. ¶ Et arma spoliaq; multa Gallica carpētis traueċta. ¶ Duces hostium duo & quinquaginta ducti ante currum. ¶ Militibus quadragenos binos denarios diuisit. Duplex Centurioni. ¶ Et stipēdium duplex in pedites dedit. ¶ Triplex in eqtes. ¶ Multi omniū ordinum donati militaribus donis: currū sequuti sunt. ¶ Carminaq; a militibus ea in Imperatorem dicta: ut facile appareret in Ducē indulgentē: ambiciosūq; ea dici. Triumphūq; esse militari magis fauore: q̄ populari: celebrem. ¶ Sed ad populi quoq; gratiam conciliandam: amici Manlii ualuerūt qbus adnitētibus Senatus Consultum factū est: ut ex pecunia: que in Triumpho trāslata esset: stipendium collatum a Populo in publicum: quod eius solutum antea non esset: solueretur. ¶ Vicenos quinos & semisses in milia eris. Questores Vrbani: cū fide: & cura soluerunt. ¶ Per idem tempus Tribuni militū duo: & ex duabus Hispaniis cū litteris C. Atinii &. Cn. Manlii: q eas Prouintias obtinebāt uenerūt. ¶ Ex iis litteris cognitū est: Celtiberos Lusitanosq; in armis eē. & Sotioꝝ agros populari. ¶ De ea re cōsultationem integrā Senatus ad nouos Magistratus reiecit. Ludis Romanis: eo āno: quos P. Cornelius Cethegus. A. Postumius Albinus faciebant: malus in Cyrco instabilis: in signū Pollentiæ procidit. atq; id deiecit. Ea religione moti Patres: & diē unum adiiciendum ludorū celebritati censuerūt. & signa duo pro uno reponenda. & nouū auratū faciendū. Et Plebei ludi ab Edilibus. C. Sempronio blæso. ¶ Et. M. Furio Lusco diem unum instaurati sūt. ¶ Insequēs annus. Sp. Postumium Albinum. Et Q. Martium Philippum Consules ab exercitu bellorumq; & Prouintiarum cura: ad intestine cōiurationis uindictā auertit. ¶ Pretores Prouintias sortiti sūt. T. Menius: Vrbanam. M. Licinius Lucullus: inter ciues: & peregrinos. C. Aurelius Scaurus: Sardiniam. P. Cornelius Sulla: Siciliam. ¶ Hispaniam citeriorem: C. Calphurnius piso. ¶ Hispaniā ulteriorē Q. Crispinus. ¶ Cōsulibus ambobus questio de clandestinis cōiurationibus decreta est. ¶ Grecus ignobilis in Etruriam primum uenit. nulla cum arte earum: quas multas ad animorum: corporumq; cultū nobis eruditissima omniū gens inuexit: Sacrificulus: & Vates. nec is: qui aperta religione propalam: & questum & disciplinam profitendo: animos errore imbueret. sed occultorum antistes sacrorum. ¶ Initia erant: que primo paucis tradita sunt. dein uulgari cepta per uiros: mulieresq;.

Addite uoluptates religioni uini: & epularum: quo plurium animi illicerentur. cum uinum animos: & nox: & mixti feminis: mares: etatis tenere: maioribus: discrimē om̄e pudoris extinxissēt. corruptele primum omnis generis fieri cepte. ꝙ ad id quisq; quo natura pronioris libidinis esset: paratam uoluptatem haberet. nec unum genus noxe stupra promiscua ingenuoꝝ: feminarūq; erant: sed falsi testes: falsa signa: testimoniaq; & iudicia: ex eadē officina exibāt. uenena indidē intestinæq; cedes. ita ut ne corpora quidem interdum: ad sepulturam extarent. multa dolo: pleraq; per uim audebantur.

Huius mali tabes ex Etruria Romā: uelut cōtagione morbi: penetrauit. ¶ Primo Vrbis magnitudo capacior: patientiorq; talium malorū celauit. ¶ Tandem indiciū hoc maxime modo: ad Postumiū consulē peruenit. P. Ebutius: cuius pater publico equo stipēdia fecerat: pupillus relictus: mortuis deīde Tutoribus: sub tutela Duronie matris: & uitrici. T. Sēpronii Rutilii educatus fuerat. mater dedita uiro erat. & uitricus quia tutelā ita gesserat: ut rationem reddere non posset: aut tolli pupillum: aut obnoxium sibi uinculo aliquo fieri: cupiebat. uia una corruptelæ Bachanalia erant. mater adolescentem appellat. se pro egro eo uouisse: ubi primū conualuisset: Bacchis eum se initiaturam. damnatam uoti: deum benignitate: exoluere id uelle. decē dierū castimonia opus esse. decimo die cenatū: deinde pure lautum: in sacrarium deducturā. ¶ Scortum nobile: libertina Hispala: Fecenia nomine: digna quæstu: cui ancillula assueuerat: libera huic uni adolescenti animum applicuit. adeo non damnosa fame: reiq; ut: maligne prebentibus suis: ipsa eum magna ex parte opibus suis sustentaret. iamq; eo processerat cōsuetudine capta: ut post Patroni mortē: quia in nullius manu erat: Tutore a Tribunis & Pretore petito: cum testamentum faceret: unum Ebutiū institueret heredem. ¶ Hæc amoris pignora cum essent: nec quicq̄ secretum alter ab altero haberent: per iocū adolescens uetat eā mirari: si per aliquot noctes secubuisset. religionis se causa: ut uoto pro ualitudine sua facto liberet: Bacchis initiari uelle. ¶ Id ubi mulier audiuit perturbata. ¶ Dii meliora inquit. mori & sibi & illi satius esse: q̄ id faceret. ¶ Et in caput eorum detestari minas: periculaq;: qui id suasissent. ¶ Admiratus tum uerba: tum perturbationem tantam adolescens: parcere execrationibus iubet. ¶ Matrem id sibi: assentiēte uitrico imperasse. ¶ Vitricus ergo inquit tuus: (matrē enim insimulare forsitan fas non sit) pudiciciam: famam: spem: uitamq; tuam perditum ire hoc facto properat. Eo magis mirabundo: querentiq;: quid rei esset: pacem: ueniamq; precata deorum: dearumq;: si coacta caritate eius: silenda nūtiasset. ¶ Ancillam se ait domine comitem id Sacrariū intrasse. liberā nunquā eo accessisse. scire corruptelarū omnis generis eam officinam esse. & iam biennio consulta re: neminem initiatum ibi maiorem annis. xx. ¶ Vt quis introductus sit: uelut uictimam tradi Sacerdotibus. eos inducere in locum: qui circūsonet ululatibus. cantuq; symphonie: & cymbalorum: & tympanorum: pulsu ne uox queritantis cum per uim stuprum inferretur: exaudiri posset. ¶ Orare deinde: atq; obsecrare: ut eā rē quocūq; discuteret mō. nec se eo p̄cipitaret: ubi omnia infāda: patiēda primū: deinde faciēda: essent. ¶ Neq; ante dimisit eū: q̄ fidē dedit adolescēs: ab his sacris se tēperaturū. ¶ Postq̄ domū uenit: & mater mētionē intulit: qd eo die: quid deinceps ceteris que ad sacra pertinerēt: faciendū esset: negat eoꝝ se quicq̄ facturū. nec initiari se in animo eē. ¶ Aderat sermoni uitricus. ¶ Cōfestim mulier exclamat: Hispale concubitu carere eum decē noctes nō posse. illius excrete delinimentis: & uenenis imbutum: nec parentis: nec uitrici: nec deorum: uerecundiam habere. ¶ Et iurgātes hinc mater hic uitricus: cū quattuor eū seruis domo exegerūt. ¶ Adolecens inde ad Ebutiam se amitā cōtulit. ¶ Causamq; cur eiectus eēt: narrauit.

¶Deinde ex autoritate eius: postero die ad Consulem postumium: arbitris remotis: rem detulit. ¶Consul post diem tertiũ ad se iussum redire: dimisit. ipse Sulpitiã: grauẽ feminam: socrũ suam: percontatus est: ecquam anum Ebuciam: ex Auentino nosset. cum ea nosse probam: & antiqui moris feminã respondisset: opus esse sibi ea cõuenta dixit. mitteret nuntium ad eam: ut ueniret. ¶Ebucia accita ad Sulpitiam uenit. ¶Et cõsul paulo post: uelut forte interuenisset: sermonẽ de Ebucio fratris eius filio infert. ¶Lachryme mulieri oborte. & miserari casũ adolescẽtis cepit: qui spoliatus fortunis a quibus minime oporteret: apud se tunc esset: eiectus a matre: ꝙ probus adolescens: (dii propitii essent) obscenis: ut fama eẽt: sacris: initiari nollet. ¶Satis de Ebutio explo/ratum ratus Consul: non uanum autorẽ esse: dimissa Ebutia: socrũ rogat ut Hispalã

Indicium

indidem ex Auentino libertinam: non ignotam uicinie: accerseret ad sese. eam quoq; esse: que percõtari uellet. ¶Ad cuius nuntium perturbata Hispala: ꝙ ad tam nobilẽ: & grauem feminam: ignara cause: accerseretur: postq̃ lictores in uestibulo: turbamq;: Consulemq; ipsum conspexit: prope exanimata est. ¶In interiorem partem ædium adductã: socru adhibita: Cõsul: si uera dicere: ĩducere ĩ animũ posset: negat ꝑturbari debere. fidẽ uel ab Sulpitia: tali femina: uel ab se acciperet: ex ꝓmeret sibi: que in luco simili bachanalibus: in sacro nocturno solerẽt fieri. ¶Hec ubi audiuit: tantus pauor: tremorq; omnium membrorum mulierem cepit: ut diu hiscere non posset. ¶Tandem cõfirmata. puellam admodum se: ancillam initiatam cum domina ait: aliquot annis ex quo manu missa sit: nihil: quid ibi fiat: scire. ¶Iam id ipsum consul laudare: cum initiatam se non inficiaretur. sed & cætera eadem fide expromeret. ¶Neganti ultra quicq̃ scire: non eandem dicere: si coarguatur ab alio: ut fatenti: ueniam: aut gratiam fore. ¶Cum: tibi omnia exposui. ¶Nam q ab illa audisset alia. ¶Mulier haud dubie: id quod erat: Ebutium indicem arcam rata esse: ad pedes Sulpitiæ procidit. & eam primo orare cepit: ne mulieris libertine cũ amatore sermonẽ: in rem non seriã modo: sed capitalem etiam: uerti uellet. se terrendi eius causa: non quod sciret quicq̃: loquutã esse. ¶Hic Postumius accensus ira: Tum quoq; ait eã cũ Ebutio se amatore cauillari credere? nõ in domo grauissime femine: & cũ Cõsule loqui. ¶Et Sulpitia attollere pauẽtem. simul illam adhortari: simul iram generi lenire. ¶Tandẽ cõfirmata. multũ incusata ꝑfidiam Ebutii: qui optime in eo ipso merite: talẽ gratiã retulisset: magnũ sibi metum deorum: quorum occulta initia nũtiaret: maiorem multo dixit hominũ esse: qui se indicem manibus suis discerpturi essẽt. itaq; hoc se Sulpiciam: hoc Consulem orare: ut se extra Italiam aliquo ablegarent: ubi degere reliquum uite tuto posset. ¶Bono animo esse iubere eã Cõsul. & sibi cure fore dicere: ut Romæ tuto habitaret. ¶Tum Hispala originem sacrorum expromit. ¶Primo Sacrariũ id feminarũ fuisse. nec quenq̃ uirũ eo admitti solitũ. ¶Tres in anno dies statutos habuisse: qbus interdiu

BACCANALIA

Bacchis initiarentur. ¶Sacerdotes inuicem Matronas creari solitas. Pacullam Miniã Esoponam Sacerdotem omnia: tanq̃ deũ monitu: immutasse. nam & uiros eã primã: suos filios initiasse: Minium & Herenniũ Cerinios. ¶Et nocturnũ sacrũ ex diurno. ¶Et pro tribus in anno diebus: quinos singulis mẽsibus dies initiorum fecisse. ex quo inde promiscua sacra sint. & permixti uiri fæminis. & noctis licentia accesserit. ¶Nihil ibi facinoris: nihil ibi flagitii pretermissum. ¶Plura uirorum inter se: q̃ feminarũ esse stupra. ¶Siqui minus patiẽtes dedecoris sit: & pigriores ad facinus: ꝓ uictimis ĩmolari. nihil nefas ducere. ¶Hanc summam inter eos religionem esse: uiros uelut mẽte capta cum iactatione fanatica corporis: uaticinari. Matronas Baccharũ habitu: crinibus passis cum ardentibus facibus: decurrere ad tyberim: demissasq; in aquã faces: qa uiuũ

sulphur cū calce insit: itegra flāma efferre. Raptos a diis homines dici: quos machie illigatos: ex cōspectu in abditos specus abripiant. eos esse: qui aut cōiurare: aut sociari facinoribus: aut struprum pati: noluerint. Multitudinem ingentem: alterū iā ꝓpe populum: esse. in his nobiles quosdam uiros: feminasq; Binnio proximo institutū esse: ne quis maior. xx. annis initiaretur. captare etates: & erroris: & strupri: patientes. Peracto indicio: aduoluta rursus genibus: preces easdem ut se ablegaret: repetiuit. Consul rogat socrum: ut aliq̃ partem edium uacuā faceret: quo Hispala immigra/ret. Cenaculum super edes datum est. scalis ferētibus in publicum obseratis. aditu in edes uerso. Res omnes Fecenie extemplo translate. & familia accersita. & Ebutius migrare ad Consulis clientem iussus. Itaq; cum indices ambo in potestate essent: rē ad Senatum Postumius defert. Omnibus ordine expositis: quæ delata primo: quæ deinde a se inuestigata forent: Patres pauor ingens cepit: cum publico nomine: quid ee cōiurationes: cetusq; nocturni fraudis occulte: aut periculi importarent: tū priuata quisq; suorum uice: nequis affinis noxie esset. Censuit autem Senatus: gratias Cōsuli agēdas: ꝙ eam rem: & cum singulari cura: & sine tumultu: inuestigasset. Questionē deīde de bachanalibus: sacrisq; nocturnis extra ordinē mādant. Indicibus Ebutio: ac Fecenie ne fraudi ea res sit: curare. Et alios illicere ac ꝑmiis inuitari iubent. Sa/cerdotes eorum sacrorum: seu uiri: seu femine essent: non Rome modo: sed per omnia fora: & conciliabula cōquiri: ut in Consulum potestate essent. Edici preterea: & in Vrbe Romana: & per totam Italiam emitti: ne quis qui Bacchis initiatus esset: coisse: aut conuenisse: causa sacrorum uelit. neu quid talis rei diuine fecisse. Ante omnia adū: questio de his haberetur: qui coissēt: cōiurassentq;: quo struprū flagitiū ue inferret. Hec Senatus decreuit. Consules Edilibus Curulibus imperarūt: ut Sacerdotes eius sacri omnes cōquirerent. comprehensosq; libero conclaui ad questionē conseruarēt. Ediles Plebis uidere: ne qua sacra in operto fierēt. Triūuiris Capitalibus mandatū est: ut uigilias disponerent per Vrbem. seruarentq; ne qui nocturni cetus fierent. utiq; ab incendiis caueretur. Adiutores Triumuiris Quinqueuiri: uti cis Tyberī sue qsq; regionis edifitiis preessent. Ad hec officia dimissis Magistratibus: Cōsules in Rostra ascenderūt. Et contione aduocata: cum sollemne carmē precationis: qđ fari priusq̃ populum alloquantur magistratus solent: peregisset: Consul ita cepit. Nulli unq̃ Contioni: quidē: tam nō solū apta: sed etiā necessaria: hec sollemnis deoꝝ cōprecatio fuit: que uos admoneret: hos esse deos: quos colere: uenerari: precariq; maiores nostri instituissēt: nō illos: qui prauis & externis religionibus captas mētes uelut furialibus stimulis ad omne scelus: & ad omnem libidinem agerent. equidem nec quid taceam: nec quatenus proloquar: inuenio. si aliquid ignorabitis: ne locum negligentie dem. si omnia nudauero: ne nimium terroris offundā uobis uereor. quicquid dixero: minus: q̃ pro atrocitate: & magnitudine rei dictum. scitote esse. ut ad cauendū satis sit: dabitē opera a nobis. Bachanalia tota iampridem Italia: & nunc per Vrbem etiam multis locis esse: non fama modo accepisse uos: sed crepitibus etiam ululatibusq; nocturnis: qui personāt tota Vrbe: certum habeo. ceterū que hec res sit: ignorare. Alios deoꝝ aliquem cultum. Alios cōcessum ludum: & lasciuiam: credere esse. & qualecunq; sit: ad paucos pertinere. ꝙ multitudinem eoꝝ: si dixero multa milia hominū esse: necesse est exterreri animos: nisi adiūxero qui & quales: sint. Primū igitur mulierū magna pars ē: & is fons mali huiusce fuit. deīde similimi feminis mares: stuprati: & cōstrupra/tores: fanatici uigiles: uino: strepitibusq; nocturnis attoniti. Nullas adhuc uires coniuratio: ceterum incrementum ingens uirū habet. ꝙ indies plures fiunt. Maiores

nostri: ne nos quidem: nisi cũ aut uexillo in arce posito: Comitiorũ causa exercitus edictus esset: aut Plebi Concilium Tribuni edixissẽt: aut aliqui ex Magistratibus: ad Contionem uocassent: forte temere coire noluerunt. & ubicunq; multitudo eẽt: ibi & legittimũ rectorẽ multitudinis censebãt debere eẽ. ¶ Quales primũ nocturnos cætus: deinde promiscuos mulierum: ac uirorum: esse creditis? ¶ Si quibus ætatibus initientur mares sciatis: non misereat uos eorũ solũ: sed etiã pudeat. ¶ Hoc sacramẽto initiatos iuuenes milites faciẽdos cẽsetis Quirites? ¶ His ex obsceno Sacrario eductis arma committẽda? hi cooperti stupris suis: alienisq; ꝑ pudicicia coniugũ ac liberorũ uestrorum ferro decernent? minus tamen esset: si flagitiis tantum effeminati forent. ipsorum id magna ex parte dedecus erat. a facinoribus manus: mentem a fraudibus abstinuissent. nunq̃ tantum malũ in Re. P. fuit. nec ad plures: nec ad plura ꝑtinens. quicquid scelere peccatum est: ex illo uno Sacrario scitote ortum esse. nec omnia: in que coniurauerunt edita facinora habent. adhuc priuatis noxiis: quia nondum ad rem publicam opprimendam satis uirium est: coniuratio sese impia tenet. crescit & serpit quottidie malum. iam maius est: q̃ capere id priuata fortuna possit. ad sũmam Rei. P. spectat: nisi precaueritis Quirites. ¶ Iã huic diurne legittĩe: ab Cõsule uocate: par nocturna Contio esse poterit. ¶ Nunc illi uos singuli uniuersos contionantes timent. ¶ Iã ubi uos dilapsi domos: & in rura uestra eritis: illico coierint: consultabũt de sua salute simul: ac uestra ꝑnicie. tũ singulis uobis uniuersi timẽdi erũt. ¶ Optare igitur unusquisq; uestrum debet: ut bona mens suis omnibus fuerit. ¶ Siquem libido: si furor: in illum gurgitem abripuit: illorum eum: cum quibus in omne flagitium & facinus coniurauit: nõ suum: iudicet esse. ¶ Nequis etiam errore labatĩ uestrũ q̃dem: non sum securus. nihil enim in speciem fallacius est: q̃ praua religio. ubi deorũ numẽ pretenditur: celerius subit animum timor: ne fraudibus humanis uindicandis: diuini iuris aliquid mixtũ uiolemus. ¶ Hac uos religione innumerabilia decreta Pontificũ: Senatus Consulta: Aruspicum deniq; respõsa liberant. quotiens hoc patrũ auorũq; etate negotium est Magistratibus datũ: ut sacra externa fieri uetarẽt? Sacrificulos Vatesq; foro: cyrco: Vrbe: prohiberẽt? & acinos libros conquirerent? cõburerentq;? omnem disciplinam sacrificandi preterq̃ more romano abolerent? iudicabant enim prudentissimi uiri omnis diuini: humaniq; iuris: nihil eq; dissoluende religionis esse: q̃ ubi non patrio: sed externo ritu: sacrificaretur. ¶ Hec uobis predicenda ratus sum: neq̃ suspitio agitaret animos uestros: cum demolientis nos Bachanalia: discutiẽtesq; nepharios cetus: cerneretis. omnia diis propitiis: uolentibusq; ea faciemus. qui q͞a suũ numẽ sceleribus: libidinibusq; cõtaminari indigne ferebant: ex occultis ea tenebris in lucem extraxerũt. nec patefieri ut impunita essent: sed ut uindicarentĩ: & opprimerentur: uoluerũt. ¶ Senatus questionem extra ordinem de ea re mihi: Collegeq; meo: mãdauit. nos que ipsis nobis agẽda sũt: impigre exequemur. uigiliarũ nocturnarum curam per Vrbem minoribus Magistratibus mãdauimus. ¶ Vos quoq; equũ est: que uestra munia sunt: quo quis loco positus erit: q̃d imperabitĩ: impigre ꝓstare: & dare operam: nequid fraude noxiorum periculi: aut tumultus oriatur. ¶ Recitari deinde Senatus Cõsulta iusserunt. indiciq; præmium proposuerunt. ¶ Siquis quem ad se deduxisset: nomẽq; de absentibus detulisset. q nominatus profugisset: diẽ certã finituros: ad quã: nisi citatus respondisset: absens damnaretur. ¶ Siquis eorum: qui tũ extra terram Italiam esset: nominaretĩ: ei laxiorem se diẽ daturos: si uenire ad causã dicendam uellet. ¶ Edixerunt deinde: nequis quid fugæ causa uẽdidisse: neue emisse uellet. ne quis reciperet: celaret: ope ulla iuuaret: fugiẽtis. ¶ Contione dimissa terror

Munia

Terra Italia

magnus Vrbe tota fuit: nec menibus se tãtum Vrbis: aut finibus Romanis cõtinuit. sed passim per totam Italiam litteris hospitum de Senatus Consulto: & contione: & edicto cõsulum acceptis: trepidari ceptũ est. ¶ Multi ea nocte: que diẽ insequuta est: quo in Contione res palã facta est: custodiis circa portas positis: fugiẽtes a Triumuiris comprehensi: & reducti sũt. multorum delata quidem nomina. ¶ Ex iis uiri femineq; mortem sibi consciuerũt. ¶ Conspirasse supra septẽ milia uirorum: ac mulierũ dicebantur. ¶ Capita autẽ coniurationis cõstabat esse. M. Catiniũ de Plebe romana. A. Faliscum. L. Opiterniũ. ¶ Et Minium Cerrinium Campanum. ¶ Ab his omnia facinora & flagitia orta. ¶ Eos maxĩos Sacerdotes: conditoresq; eius sacri eẽ. ¶ Datã operam esse: ut primo quoq; tempore comprehenderentur. ¶ Adducti ad Consulem: fassiq; de se nullam moram iudicio fecerunt. ¶ Ceterum tanta fuga ex Vrbe facta erat: ut quia multe sationes: & res peribant: cogerẽtur pretores. T. Menius. ¶ Et. M. Licinius per Senatum rem indiem tricesimum differre: donec questiones a cõsulibus perficerentur. ¶ Eadem solitudo: quia Rome non possidebant: nec inueniebantur: quorum nomina delata erant: coegit Consules circa fora proficisci. ¶ Ibi querere: & iudicia exercere. ¶ Qui tantũ initiati erãt: & ex carmine sacro precationes fecerãt: in quibus nefanda coniuratio in omne facinus ac libidinem continebatur. nec earũ rerum: ullam rem: in quas iureiurando obligati erant: inse: aut alios admiserant: eos in uinculis relinquebãt. ¶ Qui stupris: aut cedibus uiolati erant: qui falsis testimoniis: signis adulterinis: subiectione testamentorũ: fraudibus aliis: contaminati eos capitali pena afficiebant. ¶ Plures necati q̃ in uincula coniecti sunt. ¶ Magna uis in utraq; causa uirorum mulierumq; fuit. ¶ Mulieres damnatas cognatis: aut in quorum manu essent: tradebant: ut ipsi in priuato animaduerterent. in eas. ¶ Si nemo erat idoneus supplitii exactor: in publico animaduertebatur. ¶ Datũ deinde Cõsulibus negotiũ est: ut omnia Bachanalia: Rome primum: deinde per totam Italiã diruerẽt. extra q̃ si que ubi uetusta ara: aut signum consecratum esset. ¶ In reliquũ deinde Senatus Consulto cautum est: ne qua Bachanalia Rome: neu. in Italia essent. ¶ Siquis tale sacrũ sollẽne: & necessariũ duceret: & nec sine religiõe: & piaculo se dimittere posse: apud Pretorẽ ut ꝓfiteret. ¶ Pretor Senatũ cõsuleret: si ei permissũ eẽt: cũ in Senatu c. nõ minus eẽnt: ita id sacrũ faceret: dũ ne plus: quã q sacrifitio: eẽnt: neu que pecunia cõmunis: neu qs magister sacrorum: aut Sacerdos eẽt. ¶ Aliud deinde huic coniunctum referẽte Q. Martio Cõsule: Senatus Consultũ factũ est: ut de iis: quos ꝓ indicibus Cõsules habuissẽt: integra res ad Senatũ referret. ¶ Cũ Sp. Postumius: questiõibus pfectis: Romã redisset: Minium Cerrinium Campanũ Ardeã in uincula mittendũ censuerunt. Magistratibusq; Ardeatium predicendum: ut intentiore eum custodia asseruarent: non solum ne effugeret: sed ne mortis consciscende locũ haberet. ¶ Sp. Postumius aliquãto post romã uenit: eo referẽte de. P. Ebutii & Hispale Fecenie premio: ꝙ eorum opera indicata Bachanalia essent: Senatus Consultum factum ẽ: ut in singulis cẽtena milia eris Questores Vrbani ex erario darẽt. ¶ Vtiq; Cõsules cum Tribunis placeret: uti: ad Plebem primo quoq; tempore ferrent: ut. P. Ebutio emerita stipendia essẽt: ne inuitus militaret. neue Censores equũ publicũ assignarẽt. ¶ Vtiq; Fecenie Hispale datio: deminutio: gentis enuptio: tutoris optio ita eẽt: q̃si ei uir testamẽto dedisset. utiq; ei ingenuo nubere liceret: nequid ei qui eam duxisset: ob id fraudi ignominieue esset. ¶ Vtiq; Consules Pretoresq; q nũc essẽt: quiue postea futuri essent: curarent nequid ei mulieri iniurie fieret. utiq; tuto esset. ¶ Id Senatum uelle: & equũ censere: ut ea fierent. ¶ Omnia lata ad Plebẽ: factaq; sũt ex Senatus

Signa adulterina

Ebutio et hispale bacchanalium [illegible] prima decreta

Consulto. Et de ceterorum indicium impunitate premiisq; permissum est Consuli. Et iam Q. Martius questionibus sue regionis perfectis: in Ligures Prouintiam proficisci parabat: tribus milibus peditum Romanorum. cl. equitibus: in supplementū acceptis. Eadem Prouintia idem numerus peditum: equitumq; & College decretus erat. Exercitus acceperūt: quos priore anno .C. Flaminius &. M. Emilius Cōsules habuerunt. Duas preterea legiones nouas ex Senatus Consulto scribere iussi sunt. Et. xx. milia peditū Sotiis & nomini Latino imperarūt. & eqtes octingētos. Et tria milia peditum Romanorum. cc. equites. Totum hunc exercitū: preter legiōes: in supplementū Hispaniensis exercitus duci placebat. Itaq; Cōsules: dū ipsi questi/onibus impediebanē. T. Meniū delectui habēdo pfecerunt. Perfectis questiōibus Q. Martius in Ligures. Apuanos est profectus. dum penitus in abditos saltus: que latebre receptaculaq; illis semper fuerant: persequitur: in preoccupatis angustiis loco iniquo est circunuentus. quattuor milia militū amissa. & legionis secunde signa tria: undecim uexilla. Sotium ac Latini nominis in potestatē hostiū uenerunt. & arma multa: que quia impedimento fugientibus per siluestres semitas erant: passim iacta/bantur. Prius sequendi Ligures finē: q̃ fuge Romani fecerunt. Cōsul ubi primū ex hostium agro euasit: ne quantū diminute copie forent: appareret: in locis pacatis exercitum dimisit. non tamen oblitterare famam rei male geste potuit. nam saltus unde eū Ligures fugauerāt: Martius ē appellatus. Sub hūc nuntiū ex Ligustinis uulgatum: littere ex Hispania mixtam gaudio tristitiā afferrētes: recitate sūt. C. Catinius: qui biennio Antepretor in eam Prouintiam profectus erat: cum Lusitanis in agro Hastensi signis collatis pugnauit. ad sex milia hostium sunt cesa. ceteri fusi. & fugati: castrisq; exuti. Ad oppidū deinde Hastam oppugnandū legiones ducit. id quoq; haud multo maiore certamīe cepit: q̃ castra. Sed dū īcautius subit muros: ictus ex uulnere post dies paucos moritur. Litteris de morte Propretoris recitatis: Senatus cēsuit mittendū qui ad Lune portū .C. Calphurniū Pretorē consequeretē. nuntiaretq;: Senatum censere equum: ne sine imperio Prouintia esset: maturare eū proficisci. Quarto die qui missus erat lunā uenit. Paucis ante diebus Calphurnius profectus erat. Et in citeriore Hispania. L. Manlius Acidinus: qui eodem tēpore: quo. C. Acinius in Prouītia erat: cū Celtiberis acie cōflixit. incerta uictoria discessū est. nisi quod Celtiberi castra ibi nocte pxima mouerūt. Romanis: & suos sepeliēdi: & spolia legendi ex hostibus: potestas facta est. Paucos post dies maiore coacto exercitu: Celtiberi ad Calagurram oppidum ultro lacessiuerunt prelio Romanos. Nihil traditē: que causa numero aucto infirmiores eos fecerit. superati prelio sūt. ad. xii. milia hoīm cesa. plus duo capta. & castris Romāus potitus. Et nisi successor: aduētu suo inhibuisset impetum uictoris: subacti Celtiberi forent. Noui Pretores ambo exercitus in hiberna deduxerūt. Per eos dies qbus hec in Hispania nūtiata sunt: ludi Taurii per biduum facti: religionis causa. Decem apparatos deīde ludos M. Fuluius quos uouerat Etolico bello fecit. multi artifices ex Gretia uenerant: honoris eius causa. Athletarū quoq; certamen: tū primo Romanis spectaculo fuit: & uenatio data leonum: & pantherarum: & prope huius seculi copia: ac uarietate ludicrum celebratum est. nouendiale deinde sacrum tenuit q in Piceno per triduū lapidibus pluuerat. ignesq; celestes multifariā orti adussisse complurīū leui afflatu: uestimenta maxime: dicebantur. Addita & unum diem supplicatio est: ex decreto Pontificum: q edes Opis in Capitolio de celo tacta erat. hostiis maioribus Cōsules procurarunt. urbemq; lustrauerunt. Sub idem tempus & ex umbria nuntiatum ē

AQVILEIA

L. SCIPIO

CONS. Appius claudius pulcher
M. Sempronius Tuditanus

Sipontum

BELLV QD PSEVS REX CV RO GESSIT A PHILIPPO EMANAVIT

semimarem duodecim ferme annos natum inuentum ¶ Id prodigium abbominātes arceri Romano agro: necariq; q̄primū iusserunt ¶ Eodē quoq; āno galli trāsalpini transgressi in uenetiam sine populatione: aut bello: haud procul inde ubi nunc est aquileia locum oppido condendo ceperūt ¶ Legatis Romanis de ea re trans alpes missis: responsum est: neq; ꝓfectos ex autoritate gētis eos: nec qđ in Italia facerēt: se scire. L. Scipio eo tempore ludos: quos bello Antiochi uouisse sese dicebat: ex collata ad id pecunia ab Regibus ciuitatibusq;: per dies decem fecit. ¶ Legatū eum post damnationem: & bona uendita: missum in Asiam ad dirimenda inter Antiochū & Eumenem reges certamina: Valerius Antias est autor. tum collatas ei pecunias: congregatosq; per Asiam artifices. & quorum ludorum post bellum: in quo uotos diceret: mentionem non fecisset: de iis post Legationem demum in Senatu actum. ¶ Cum iam in exitu annus esset Q. Martius absens Magistratu abiturus erat. Sp. Postumius questionibus cum summa fide: curaq; perfectis: Comitia habuit. creati sūt Cōsules. Ap. Claudius Pulcher. M. Sēꝑnius Tuditanus. Postero die Pretores facti. P. Cornelius. A. Postumius Albinus. C. Arranius Stello. C. Acilius Serranus. L. Postumius Tempsanus. M. Claudius Marcellinus. extremi anno quia. Sp. Postumius Cōsul renuntiauerat peragrantem se propter questiones: utrunq; littus Italie: desertas Colonias Sipontū supero: Buxentū infero mari inuenisse Triūuiri ad Colonias eo scribendas: ex Senatus cōsulto: ab. L. Menio Pretore Vrbano creati sūt. L. Scribonius Libo. M. Tutius. Cn. Bebius Tamphilus. ¶ Cum Perseo Rege & Macedōibus bellū: qđ imminebat: nō unde pleriq; opinantur: nec ab ipso Perseo causas cepit. ¶ Inchoata īitia a Philippo sūt. & ipse: si diutius uixisset: id bellū gessisset. ¶ Vna eū res: cum uicto leges imponerent: maxime angebat: quod qui Macedonū ab se defecerant in bello: in eos ius seuiendi ademptū ei ab Senatu erat: tamen: quia rem integram Quintius: in conditionibus pacis: distulerat: non desperasset impetrari posse ¶ Antiocho deinde bello superato ad Thermophilas: Regi diuisis partibus: cū per eosdem dies Consul Acilius Heracleam. Philippus Lamiam oppugnasset: capta Heraclea: quia iussus abscedere a menibus Lamie erat: Romanisq; oppidum deditū est: egre eā rem tulerat. ¶ Permulsit iram eius Cōsul: ꝙ ad Naupactū ipse festināș: quo se ex fuga Etoli contulerant: Philippo permisit: ut Athamanie: & Aminādro bellū inferret. urbes q̄s Thessalis Etoli ademerāt: Regno aduceret ¶ Haud magno certamīe & Aminandrū Athamania expulerat. & urbes receperat aliquot. ¶ Deme/triadem quoq; urbem ualidam. & ad omnia opportunam: & Magnetum gētes sue ditionis fecit. inde & in Thracia quasdam urbes nouæ atq; insuetæ libertatis uitio seditionibus principum turbatas: partibus: quæ domestico certamine uincerentur: adiungendo se: cepit. ¶ His sedata in presentia Regis ira in Romanos est. ¶ Nunq̄ tamen remisit animum a colligendis in pace uiribus: quibus: quandoq; data fortuna esset: ad bellū uteretur ¶ Vectigalia Regni: non fructibus tantū agroꝝ: portoriisq; maritimis: auxit: sed metalla etiam & uetera intermissa: recoluit. & noua multis locis instituit. ¶ Vt uero antiquam multitudinē hominum: que belli cladibus amissa erat: restitueret: nō sobolē tantū stirpis parabat cogēdis omnibus procreare: atq; educare liberos: sed Thracum etiam magnā multitudinē in Macedoniā traduxerat. qetusq; aliquandiu a bellis omni cura in augēdas Regni opes intētus fuerat. ¶ Rediere deiñ cause: que deintegro iram mouerent in Romanos ¶ Thessalorum & Perrhebiorum querele: urbibus suis ab eo possessis: & Legatoꝝ Regis Eumenis de Thraciis oppidis per uim occupatis: traductaq; in Macedoniam multitudine. ita audite erant: ut eas

non negligi: satis appareret. ¶ Maxie mouerat Senatũ: ꝙ iam Henum: & Maroneã affectari possessionem audierant. ¶ Minus Thessalos curabant. ¶ Athamanes quoq; uenerũt Legati: nõ partis amisse: non finiũ iacturã querentes: sed totã Athamaniã sub ius iudiciũq; Regis uenisse. ¶ Et Maronitarũ exsules erant pulsi: quia libertatis causam defendissent: ab Regio presidio. Ii non Maroneam modo: sed etiã Henũ in potestate nuntiabãt Philippi esse. ¶ Venerant & a Philippo Legati ad purgãda ea. qui nihil nisi permissu Romanorum Imperatorum factũ affirmabant. ciuitates Thessalorum & Perrhebiorum: & Magnetum: & cũ Aminãdro Athamanũ gentẽ: in eadem causa: qua Etolos fuisse. Antiocho Rege pulso: occupatum oppugnandis Etolicis urbibus Consulẽ: ad recipiẽdas eas ciuitates Philippũ misisse. armis subactos parere. ¶ Senatus ne qd absẽte rege statueret: Legatos ad eas cõtrouersias discep/tandas misit Q. Ceciliũ Metellũ. ¶ M. Bebiũ Tamphilũ. T. Semproniũ. ¶ Quorũ sub aduẽtu: ad Thessalica Tẽpe oibus iis ciuitatibus: qbus cũ Rege disceptatio erat: Conciliũ indictũ ẽ. ¶ Ibi cũ Romani Legati: disceptatoꝝ loco: Tessali: Perrhebiq;: & Athamanes: haud dubii accusatores: Philippus: ad audiẽda crimĩa: tanq̃ reus: con/sedissent: p ingenio qsq; eoꝝ: q Principes Legationũ erãt: & gratia cũ Philippo: aut odio: acerbius leniusue: egerũt. ¶ In cõtrouersiã autẽ ueniebãt Philippo Polystricta Phaloria: & Euronomẽ: & cetera circa ea oppida: utrũ Thessaloꝝ iuris: cũ ui adẽpte: possesseq; ab Etolis forẽt: nã Philippũ ademisse eas constabat: an Etolica antiqtus ea oppida fuissent. ¶ Ita enim Aciliũ Regi concessisse: si Etoloꝝ fuissent. si uolũtate: non si ui: atq; armis coacti: cũ Etolis eẽnt. ¶ Eiusdẽ formule disceptatio de Perrhe/biorum: Magnetumq; oppidis fuit. ¶ Omniũ enim iura olim possidendo p occasiões Etoli miscuerant. ¶ Ad hec: que disceptationis erant: querele Thessalorum adiectæ: ꝙ ea oppida: si iam redderentur sibi: spoliata ac deserta redditurus esset. nam præter belli casibus amissos: quingentos Principes iuuentutis in Macedoniam adduxisse. & opera eoꝝ in seruilibus abuti ministeriis. & que reddiderit coactus Thessalis: inutilia ut redderet: curasse. ¶ Thebas Phthias unum maritimum Emporium fuisse quondã Thessalis: frugiferum: & questuosum. Ibi nauibus onerariis comparatis: Regẽ quæ que preter Thebas: Demetriadem cursum dirigerent: negotiationẽ maritimã omnẽ eo auertisse. ¶ Iam: ne a legatis quidẽ: qui iure gentiũ sancti sũt: uiolandis abstinere. insidias positas eũtibus ad. T. Quintium. itaq; ergo in tantũ metũ omnes Thessalos coniectos: ut non in ciuitatibus suis: nõ in cõmunibus gentium Cõciliis: quisq̃ hiscere audeat. pcul enim abesse libertatis autores Romãos. lateri adherere grauẽ dominũ: prohibentem uti beneficiis populi Romani. quid autem: si uox libera non sit: liberũ esse? nunc se fiducia: & presidio Legatoꝝ ingemiscere magis: q̃ loqui. nisi prouideãt aliquid Romani: quo & Grecis Macedoniã accolentibus metus: & audacia Philippi minuatur: nequicq̃ & illum uictum: & se liberatos esse. ¶ Hec acerbe postremi. cum priores leniter pmulsissent iram eius: petentes ut ignosceret pro libertate loquẽtibus: & ut deposita domini acerbitate: assuesceret sotiũ: atq; amicũ sese pstare. & imitaretẽ Populum Romanũ: qui caritate quã metu adiungere sibi sotios mallet. ¶ Thessalis auditis: Perrhebii Connocondylũ: qđ Philippus Olympiadẽ appellauerat: Perrhe bie fuisse: & ut sibi restitueretẽ: agebãt. ¶ Et de Malea & Herycinio eadẽ postulatio erat. Athamanes libertatẽ repetebãt. & castella: Atheneũ: & Paneneũ. ¶ Philippus: ut accusatoris potius: q̃ rei speciem haberet: & ipse a querelis orsus: Menelaidem in Dolopia: que regni sui fuisset: Thessalos: ui atq; armis expugnasse: questus ẽ. ¶ Itẽ Petram Imperiam ab iisdem Thessalis: Perrhebiisq; captã. Xinias quidẽ haud dubie

Etolicum oppidū: sibi contribuisse eos. & Paracheloida: quæ sub Athamania esset: nullo iure Thessalorum formule factā. ¶ Nam que sibi crimina obiciant de insidiis legatorum: & maritimis portubus frequentatis: aut desertis: alterum ridiculum esse: reddere rationem: quos portus mercatores aut nautici. petant. alterum molestum prauos mores se: tot annos esse per quos nunq̄ cessauerint legati: nūc ad Imperatores Romanos: nunc Romam ad Senatum crimina de se deferre. quem unquam uerbo uiolatum esse? semel euntibus ad Quintium insidias dici factas. sed quid iis acciderit: non adici. querentium quid falso obiciant: cum ueri nihil habeant: ea crimina esse. insolenter & immodice abuti Thessalos indulgētia Populi Romani: uelut ex diutina siti nimis auide meram haurientes libertatē. itaq; seruorū modo: preter spem repēte manumissorum: licentiā uocis: & lingue experiri sese: insectatiōe & conuitiis dominorum. ¶ Elatus dein de ira: adiecit: nondum omnium dierum solem occidisse. id minaciter dictum non Thessali modo: in sese: sed Romani acceperunt. ¶ Et cum fremitus post eam uocem ortus: & tandem sedatus esset: Perrhebiorum inde Athamanūq; legatis respōdit. eandē de quibus illi agant: ciuitatū causā esse. Consulē Aciliū & Romanos sibi dedisse eas cum hostium essent. si suum munus qui dedissent adimere uelint: scire cedendum esse. sed meliori: & fideliori amico in gratiam leuium & mutabiliū sociorū iniuriam eos esse facturos. nec enim ullius rei minus diuturnā eē gratiā: q̄ libertatis. presertim apud eos: qui male utēdo: eā corrupturi sint. ¶ Causa cognita: pronuntiauerunt Legati: placere deduci presidia Macedonū ex iis urbibus. & antiquis Macedōie terminis Regnum finiri. ¶ De iniuriis quas ultro: citroq; illatas querebantur: quo mō inter eas gentes: & Macedonas disceptetur: formulā iuris exequendi: constituēdam eē. ¶ Inde grauiter offēso Rege Thessalonicē ad cognoscendū de Thracie urbibus proficiscunt. ¶ Ibi legati Eumenis: si liberas eē Henū & Maroneā uelint Romāi: nihil sui pudoris esse ultra dicere: q̄ ut admoneant Regem. ut non uerbo eos liberos relinquat. nec suū munus intercipi ab alio patiātur. sin autē minor cura sit ciuitatū in Thracia positarū: multo uerius esse: que sub Antiocho fuerit: premia belli Eumenē q̄ Philippum habere: uel pro patris Attali meritis: bello quod aduersus Philippum ipsū gesserit. uel suis: quo Antiochi bello terra: mariq;: laboribus periculisq; omnibus interfuerit. ¶ Habere eum preterea decem Legatorum in eam rem preiudicium: qui cum Chersonnesum Lysimachiamq; dederint: Maroneā quoq; atq; Henū profecto dedisse: que ipsa propinquitate regionis: uelut appendices maioris muneris essēt. Nā Philippum quidem: quo merito in Populum Romanum: aut iure Imperii: cum tam procul ab finibus macedōie absint: ciuitatibus his presidia īposuisse? uocari Maronitas iuberent. ab iis certiora omnia de statu ciuitatū earū scituros. ¶ Legati Maronitarū uocati: non uno tantū loco presidiū esse Regium: sicut in aliis ciuitatibus: dixerūt. sed pluribus simul: & plenam Macedonū Maroneā esse. itaq; dominari assētatores regios. his solis loqui: & in Senatu: & in Cōtionibus licere. eos omnes honores & capere ipsos: & dare aliis. optimū quenq;: quibus libertatis: quibus legū cura sit: aut exsulare pulsos patria: aut inhonoratos: & deterioribus noxios: silere. ¶ De iure etiam finium pauca adiecerunt Q. Fabium Labeonem: cum in regione ea fuisset: direxisse finē Philippo ueterē: Regiāq; Thracie paroreiā. sub ea: nusq̄ a mare ferentē deflexisse uiam. qua Maronitanorum urbes: agrosq; amplectatur. ¶ Ad ea Philippus: lōge aliam: q̄ aduersus Thessalos Perrhebiosq; nuper ingressus differendi uiam: Non cū Maronitanis mihi: aut cum Eumene disceptatio est: sed iam uobiscum Romani: a quibus nihil equi me impetrare iam diu animaduerto. ciuitates Macedonū que a me

inter inducias defecerant: reddi mihi æquum censebam. non quia magna accessio ea regni futura esset: sunt enim & parua oppida: & in finibus extremis posita. sed qa multum ad reliquos Macedonas continendos: exemplum pertinebat. negatum est mihi ❡Bello Etolico Lamiã oppugnare iussus a Cõsule. M. Acilio: cũ diu fatigatus ibi preliis: operibusq; esse: transcendentẽ me iam muros: a capta ꝓpe urbe reuocauit Consul. & abducere copias inde coegit. ❡Ad huius solatium iniurie permissum est: ut Thessalie Perrhebieq; & Athamanum reciperem quedam: castella magis: q̃ urbes: ea quoq; ipsa uos mihi Q. Cecilii paucos ante dies ademistis. ❡Pro nõ dubio paulo ante: si dis placeat. legati Eumenis sumebant: que Antiochi fuerunt Eumenẽ equius eẽ: q̃ me: habere. id ego aliter lõge iudico esse. Eumenes enim: nõ: nisi uicissẽt Romani: sed: nisi bellum gessissent: manere in Regno suo nõ potuit. Itaq; ille uestrũ meritũ habet. non uos illius. mei autẽ regni: tantum aberat: ut ulla pars in discrimine fuerit: ut tria milia talẽtum: & quinquaginta tectas naues: & omnes Gretie ciuitates: quas ante tenuissem: pollicentem ultro Antiochũ in mercedem sotietatis: sim aspernatus. hostemq; ei me esse prius etiam: q̃. M. Acilius exercitum in Gretiam traiceret: præ me tuli. & cum eo Consule belli partem: quancunq; mihi delegauit: gessi. & insequenti consuli. L. Scipioni: cum terra statuisset ducere exercitum: ad Hellespontum non iter tãtum per Regnum nostrum dedi: sed uias etiam muniui: pontes feci. cõmeatus prebui: nec per Macedoniam tantum: sed per Thraciam. ubi etiam inter cetera: pax quoq; prestãda a Barbaris erat. Pro hoc studio meo erga uos: ne dicã merito: utrũ adicere uos Romani aliquid: & amplificare: & augere Regnum meum munificẽtia uestra oportebat: an quæ haberem: aut meo iure: aut benefitio uestro: eripere? id qđ nũc facitis: Macedonũ ciuitates quas Regni mei fuisse fatemini: nõ restituuntẽ. Eumenes tanq̃ ad Antiochum spoliandum me uenit. &: si dis placet: decẽ Legatoꝝ decretũ: specimen calũnie impudẽtissimæ pretendit. quo maxime repelli & coargui potest. disertissime enim: planissimeq; in eo scriptũ ẽ: Chersonnesũ: & Lysimachiã Eumeni dari. Vbi tandem Henus: & Maronea: & Thracie ciuitates adscriptæ sunt? quod ab illis ne postulare quidem est ausus: id apud uos tanq̃ ab illis impetrauerit: obtinebit? quo in numero me esse apud uos uelitis referte. Si tanq̃ inimicũ: & hostẽ insectari: propositũ est: pergite: ut cepistis facere. sin aliqs respectus est mei: ut sotii: atq; amici: Regis: deprecor ne me tanta iniuria dignũ iudicetis. ❡Mouit aliquantũ oratio Regis Legatos. itaq; medio responso rem suspenderunt. ❡Si decẽ Legatoꝝ decreto Eumeni date ciuitates ee essent: nihil se mutare. ❡Si Philippus bello cepisset eas: premium uictorie iure belli habiturũ. ❡Si neutrũ eorũ foret: placere cognitionẽ Senatui reseruari. & ut omnia in integrum manerẽt: presidia: que in iis urbibus sint: deduci. he cause maxime animũ Philippi alienauerunt ab Romanis. ut nõ a Perseo filio eius nouis cãis motũ: sed ob has a patre bellũ relictũ filio: uideri possit. ❡Rome nulla suspitio belli Macedonici erat. L. Manlius proconsul ex Hispania redierat. cui postulanti ab Senatu in ede Bellone Triumphum: rerum gestarum magnitudo impetrabilem faciebat. exemplum obstabat: ꝙ ita comparatum: more maiorũ: erat: nequis qui exercitum non deportasset: triumpharet: nisi perdomitam: pacatamq; Prouinciam tradidisset successori. ❡Medius tamen honos Manlio habitus: ut ouans urbẽ iniret. ❡Tulit coronas aureas quinquaginta duas. auri preterea põdo. cxxxii. argenti. xvi. milia. ccc. ❡Et pronuntiauit in Senatu: quinq; milia pondo argenti: & lxxx. auri Q. Fabium Quæstorem aduehere. id quoq; se in erarium delaturum. ❡Magnus motus seruilis eo ãno in Apulia fuit. ❡Tarentũ ꝓuintiã. L. Postumius

castella

L. Manlius proconsul ab hispania urbem ouans ingreditur

Motus seruilis et pastorius in appulia

Pretor habebat. ¶ Is de pastorum coniuratione: qui uias latrociniis pascuaq; publica infesta habuerãt: questionem seuere exercuit. ad septem milia hominũ condẽnauit. multi inde fugerunt. de multis sumptũ est suppliciũ. ¶ Consules diu retenti ad Vrbẽ delectibus. tandẽ in Prouintias profecti sunt. ¶ Eodem anno in Hispania Pretores C. Calphurnius & L. Quintius: cũ primo uere ex hybernis copias eductas in Beturia iunxissent: in Carpetaniam: ubi hostium castra erant: progressi: communi animo cõsilioq; rem gesserũt. haud procul Dippone: & Tolleto urbibus: inter pabulatores pugna orta est. quibus dum utrinq; subuenitur a castris paulatim omnes copiæ in aciem educte sunt. ¶ In eo tumultuario certamine: & loca sua: & genus pugnæ pro hoste fuere. duo exercitus Romani fusi: atq; in castra compulsi sunt. non institere perculsis hostes. ¶ Pretores Romani ne postero die castra oppugnarentur: silentio ꝓxime noctis tacito signo exercitũ abduxerũt. luce prima Hispani acie instructa ad uallũ accesserunt. uacua: preter spem castra ingressi: que relicta inter nocturnã trepidationem erant: diripuerunt. regressiq; in sua castra: paucos dies quietis statiuis manserunt. ¶ Romanorum: Sotiorumq; in prælio fugaq; : ad quinq; milia occisa. quorum se spoliis hostes armarunt. inde ad Tagum flumen profecti sunt. ¶ Pretores interim Romani om̃e id tẽpus contrahẽdis ex ciuitatibus sotiis Hispanoꝝ auxiliis: reficiẽdisq; ab terrore aduerse pugne militũ animis consũpserunt. Vbi satis placuere uires: & iam miles quoq; ad delendam priorẽ ignominiam hostem poscebat: ꝓfecti: duodecim milia ab Tago flumine posuerũt castra. inde tertia uigilia sublatis signis quadrato agmine principio lucis ad Tagi ripam peruenerunt. trans fluuium in colle hostium castra erant. extemplo qua duobus locis uada nudabat amnis: dextra parte Calphurnius leua Quintius exercitum traduxerũt. quieto hoste: dum mirat̃ subitũ aduentum: consultatq; qui tumultum inicere trepidantibus in ipso trãsitu potuisset. interim Romani impedimẽtis quoq; omnibus traductis contractisq; in unum locũ: quia iã moueri uidebant hostẽ: nec spatiũ erat castra cõmuniendi aciẽ instruxerũt. ¶ In medio locata quĩta Calphurnii legio: & octaua Quintii: id robur toto exercitu erat: campum apertum usq; ad hostium castra habebãt. liberũ a metu insidiarũ. ¶ Hispani postq̃ in citeriore ripa duo Romanorum agmina conspexerũt: ut priusq̃ se iungere: atq; instruere possẽt: occuparẽt eos: castris repente effusi cursu ad pugnã tendunt. atrox in principio pugna fuit. & Hispanis recenti uictoria ferocibus: & insueta ignominia milite Romano accenso. acerrĩe media acies due fortissĩe legiões dimicabãt. q̃s cũ aliter moueri loco nõ posse hostis cerneret: cuneo institit pugnare. Sed plures confertioresq; medios urgebant. ibi postq̃ laborare aciem Calphurnius Pretor uidit: Quintiliũ uarum: & Iuuentium Caluam Legatos: ad singulas legiões adhortandas propere mittit. docere & monere iubet in illis spem omnem uincendi: & retinẽde hispanie esse: si illi loco cedant: neminẽ huius exercitus: nõ modo Italiã: sed ne Tagi quidem ulteriorem ripam: usq̃ uisurum. ipse cũ equitibus duarũ legionũ paululum circunuectus in cuneum hostium: qui mediam urgebat aciem: ab latere incurrit. ¶ Quintius cum suis equitibus alterum hostium latus inuadit. ¶ Sed longæ acrius Calphurniani eq̃tes pugnabãt. & Pretor ipse ante alios. nam & primus hostẽ percussit: & ita se immiscuit mediis: ut uix utrius partis esset nosci posset. ¶ Et equites: Pretoris eximia uirtute: & equitũ: pedites accensi sũt. ¶ Pudor mouit primos Centuriones: qui inter tela pretorẽ cõspexere. itaq; urgere signiferos. pro se quisq; iubere inferre signa. & cõfestim militem sequi. renouatur ab omnibus clamor. impetus fit: uelut superiore loco. haud secus ergo q̃ torrentis modo fundunt: sternuntq; ꝑculsos.

nec sustinere alii super alios inferentes sese possũt. fugiẽtes in castra equites psequuti sũt. & permixti turbe hostium intra uallum penetrauerũt. ¶ Vbi a relictis in psidio castrorum prelium instauratum. ¶ Coacti sunt Romani equites descendere ex equis. ¶ Dimicãtibus iis legio quinta superuenit. deinde ut queq; poterãt: copie affluebãt. ¶ Ceduntẽ passim Hispani p tota castra. ¶ Nec plusq̃ qttuor milia effugerũt. ¶ Inde tria milia fere: qui arma retinuerant: mõtem propinquũ ceperũt. ¶ Mille semiermes per agros palati sũt. ¶ Supra. xxxv. milia hostium fuerant: ex quibus tam exigua pars pugne superfuit. ¶ Signa capta. cxxxii. ¶ Romani sotiiq; paulo plus sexcenti: & prouintialium auxiliorum. cl. ferme ceciderũt. ¶ Tribuni militum quinq; amissi: & pauci eqtes Romani: cruente maxime uictorie speciẽ fecerũt. ¶ In castris hostiũ: quia ipsis spatium sua communiẽdi non fuerat: manserunt. ¶ Pro contione postero die laudati. donatiq; a. C. Calphurnio equites phaleris. pronuntiauitq; eorũ opera hostes fusos. castra capta: & expugnata: esse. ¶ Quintius alter ptor suos eqtes catellis: ac fistulis donauit. ¶ Donati & Centuriones ex utriusq; exercitu permulti. maxime: qui mediam aciem tenuerunt. ¶ Consules delectibus: aliisq; que rome agẽda erant: pactis rebus: in Ligures prouintiã exercitũ duxerũt. ¶ Sempronius a Pisis pfectus in Apuanos Ligures uastandoq; agros: ac urendo uicos: & castella eorum: aperuit saltum: usq; ad meras fluuium: & Lune portũ. hostes montem: antiquã sedẽ maiorũ suorum. ceperunt. & inde superata locorum iniquitate praelio deiecti sunt. ¶ Et. A. Claudius felicitatẽ uirtutẽq; college in Liguribus Ingaunis equauit secũdis aliquot preliis. sex preterea oppida eorum expugnauit. ¶ Multa milia hominũ in iis cepit. ¶ Belli autores. iii. & . xl. securi percussit. ¶ Iam Comitiorum appetebat tempus: prior tamen Claudius: q̃ Sempronius cui sors contigerat Comitia habẽdi: Romã uenit. qa P. Claudius frater eius Cõsulatũ petebat. ¶ Cõpetitores habebat Patricios. L. Emiliũ: Q. Fabium. Seranum. ¶ Sulpitium Galbam. ueteres candidatos: & ab repulsis: eo magis debitum: quia primo negatus erat: honorem repetentis. etiã q plus: q̃ unũ ex Patriciis creari non licebat: arctior petitio quattuor petentibus erat. ¶ Plæbeii quoq; gratiosi homines petebant. L. Portius Q. Terentius culleo. ¶ Cn. Bebius tamphilus. ¶ Et ii repulsi: in spem impetrandi tandẽ aliquando honoris dilati. ¶ Claudius unus ex omnibus nobilis cãdidatus erat. ¶ Opinioẽ hominũ haud dubie destinabãt Q. Fabius Labeo: & . L. Portius Licinius. ¶ Sed Claudius Consul sine littoribus cũ fratre toto foro uolitãdo clamãtibus aduersariis: & maiore pte Senatus: meminisse eum debere priusse Consulem populi Romani: q̃ fratrem. P. Claudii esse. quin ille sedẽs pro tribunali aut arbitrum: aut Comitiorum tacitũ spectatorem se preberet. coerceri tamen ab effuso studio: nequit. magnis contentionibus Tribunorũ quoq; Plebis: qui aut contra Consulem: aut pro studio eius pugnabãt: Comitia aliquotiẽs turbata. donec peruicit Appius: ut deiecto Fabio: fratrẽ traheret. ¶ Creatus. P. Claudius Pulcher. ¶ Preter spem suam: & ceterorũ: locum suũ tenuit. L. Portius Licinius quia moderatis studiis: nõ ut Claudianis inter Plebeios certatum est. ¶ Pretorũ inde Comitia sunt habita. C. Decimus Flaccus. P. Sempronius Longus. P. Cornelius Cetegus. Q. Neuius Matho. C. Sẽpronius Varro. Pretores facti. ¶ Hec eo anno: quo. Ap. Claudius. M. sempronius cõsules fuerũt: domi militieq; gesta. ¶ Principio anni. P. Claudius. L. Portius: Cõsules erãt. Q. Cecilius. M. Bebius. T. Sẽpronius: qui ad disceptandũ inter Philippũ & Eumenẽ Reges: Thessalorũq; ciuitates: missi erant: Legationem renuntiauerũt. ¶ Regum quoq; eorũ: ciuitatũq; Legatos in Senatũ introduxerũt. ¶ Eadẽ utrinq; iterata: que dicta apud Legatos in Grecia

Gratiosus

CONSULES .i. ligures

LUNE PORTUS

CONS. P. claudius pulcher
L. portius licinius

erant. Aliam deinde Legationem nouã Patres: cuius princeps. Ap. Claudius fuit: in Macedoniam: & Greciam decreuerunt: adiuisendũ: reddite ne ciuitates Rhodiis & Thessalis & Perrhebiis essent. Iisdem mandatum: ut ab Heno & Maronea ꝑsidia deducerentur. maritimaq; omnis Thracie ora a Philippo & Macedonibus liberaret. Pelopõnesum quoq; adire iussi: unde prior Legatio discesserat: incertiore statu rerũ: ꝗ si non uenisset. nã super cetera etiã sine responso dimissi. nec datũ petẽtibus erat & Acheoꝝ Conciliũ. De qua re querẽte grauiter Q. & Cecilio simĩl Lacedemo/niis deplorantibus menia diruta: abductã Plebẽ in Achaiam: & uenundatã: adẽptas: quibus ad eam diem ciuitas stetisset: Lycurgi leges: Achei: maxime Concilii negati: crimẽ excusabant. recitando legẽ: que nisi belli: pacisue causa & cũ legati ab Senatu cũ litteris aut scriptis mandatisue uenirẽt: uetaret indici Concilium. Ea ne postea eẽt excusatio: ostendit Senatus cure iis esse debere: ut Romanis legatis semꝑ adeũdi Concilium gentis potestas fieret: quemadmodum & illis: quotiens uellent: Senatus daret. Dimissis iis legatiõibus: Philippus a suis certior factus cedendũ ciuitatibus: deducẽdaq; ꝑsidia esse: infẽsus omnibus: in Maronitanos iram effudit. Onomasto: qui preerat maritime ore: mandat: ut partis aduerse Principes interficeret. Ille per Casandrũ quendam unũ ex Regiis: iam diu habitãtem maronee: nocte Thracibus intromissis: uelut ĩ bello capta urbe: cedẽ fecit. Id apud Romanos Legatos: querẽtes tam crudeliter: aduersus innoxios Maronitanos: tam superbe: aduersus Populum Romanũ: factũ: ut quibus libertatem restituẽdam Senatus censuisset: ii ꝑ hostibus trucidarentur: abnuerat quicꝗ eorum ad se: aut quenꝗ suorum pertinere. seditione inter ipsos dimicatum. cum alii ad se: alii ad eumenem ciuitatem traherent. id facile scitu esse percontarentur ipsos Maronitanos. haud dubius perculsis omnibus terrore tam recẽtis cedis: neminem hiscere aduersusse ausurũ. Negare Appius: rẽ eminentẽ pro dubia querendam. si ab se culpam remouere uellet: Onomastum: & Casandrũ: per quos acta res diceret: mitteret Romã: ut eos Senatus percõtari posset. Primo adeo perturbauit ea uox Regem: ut non color: non uultus ei constaret. Deinde collecto tandem animo Casandrum: qui Maronee fuisset: si utiq; uellent: se missurũ dixit. Ad Onomastum quidem: quid ea pertinerent? qui non modo Maronee: sed ne in Regni quidem propinqua fuisset. & parcebat magis Onomasto honoratiori amico. & eundem indicem haud paulo plus timebat: quia & ipse sermonem cũ ipso contulerat. & multorum talium ministrum: & conscium habebat. Casander quoq; missis: qui per epirum ad mare prosequerentꝰ eum: nequa indiciũ emanaret: ueneno creditur sublatus. Et Legati a Philippi colloquio ita digressi sunt: ut pre se ferrẽt: nihil eorum sibi placere. Et Philippus quidẽ minime: quin rebellandũ esset: dubius: quia immaturæ ad id uires erant: ad moram interponendam: Demetrium minorem filium mittere Romam: simul ad depurganda crimina: simul ad deprecandam iram Senatus statuit. satis credẽs ipsum etiam iuuenem: quod Rome obses speciẽ Regie indolis dedisset: aliqd momẽti facturũ. interim per speciem auxilii Byzantiis ferẽdi: retro ad terrorem Regulis Thracum iniiciendum profectus: perculsis iis prælio: & Amadoco duce capto: ĩ Macedoniã rediit: missis ad accolas Histri fluminis Barbaros: ut in Italiã irrumperent: sollicitandos. Et in Peloponneso aduentus Romanoꝝ Legatorum: qui ex Macedonia in Achiam ire iussi erant: expectabatꝰ. Aduersus quos: ut præparata consilia haberet Lycortas Prætor: Concilium indixit. Ibi de Lacedemoniis actum. Ex hostibus eos accusatores factos. & periculũ esse: ne uicti magis timendi forent: ꝗ bellantes fuissent. quippe in bello socius Romanis Achæos

usus nunc eosdem Romanos equiores Lacedemoniis q̃ Achæis esse: ubi Areus etiam
& Alcibiades: ambo exsules: suo benefitio restituti: legationem romanorũ aduersus
gentem Acheorum: ita de ipsis meritam suscepissent: adeoq; infesta oratione usi essẽt:
ut patria pulsi: nõ restituti in eã uiderent. ¶ Clamor undiq; ortus: referret noĩatim
de iis. Et cum omnia ira: non consilio: gererentur: capitis damnati sunt. ¶ Paucos
post dies Romani Legati uenerunt. ¶ His Clitore in Arcadia datum est Conciliũ.
¶ Prius q̃ agerent quicq̃: terror Acheis iniectus erat: & cogitatio: quod nõ q̃ ex equo
disceptatio futura esset: sed ꝙ Areum & Alcibiadem: capitis ab se in concilio ꝓximo
damnatos: cum legatis se acturos uidebãt. ¶ Nec hiscere quisq̃ audebat. ¶ Appius ea:
que apud Senatum questi erant Lacedemonii displicere Senatui ostendit. cædem
primũ ad conflictum factam eorũ: qui a Philopemene ad causam dicendã euocati:
uenissent. ¶ Deinde cum in homines ita seuitum esset: ne in ulla parte crudelitas eoꝝ
cessaret: muros dirutos urbis nobilissime eẽ. leges uetustissimas abrogatas. inductãq;
per gentes Lycurgi disciplinam sublatam. ¶ Hæc cum Appius dixisset: Lycortas: &
quia Pretor: & quia Philopemenis autoris omnium: que Lacedemone acta fuerant:
factiõis erat: ita respõdit. ¶ Difficilior nobis Ap. Claudi apud uos oratio ẽ q̃ Rome
nuper apud Senatum fuit. tũc enim Lacedemoniis accusãtibus respondendũ erat.
nũc a uobis ipsis accusati sumus: apud quos causa dicẽda est. quã iniquitatẽ cõditiõis
subimus ꝙ ab illa spe: decidimus iudicis animo te auditurum esse: posita contentione:
qua paulo ante egisti. ego certe: cum ea: que & hic antea apud Q. Ceciliũ: & postea
Rome questi sunt Lacedemonii a te paulo ante relata sint: nõ tibi: sed illis: me apud
te respõdere credebam. ¶ Cedẽ obiicitis eorum: qui a Philopemene Pretore euocati
ad causam dicendam: interfecti sunt. hoc ego crimẽ nõ modo nõ a uobis Romani:
sed ne apud uos quidem: nobis obiiciendum fuisse arbitror. quid ita? quia in uestro
federe erat: ut maritimis urbibus abstinerẽt Lacedemonii. quo tẽpore armis captis:
urbes a quibus abstinere iussi erant: nocturno impetu occupauerũt. Si. T. Quĩtius:
si exercitus Romanus: sicut antea: in Pelopõneso fuisset: eo nimirũ capti: & oppressi
confugissent. cum uos procul essetis: quo alio nisi ad nos: Sotios uestros: quos antea
Giphio opem ferentes: quos Lacedæmonem uobiscum: simili de causa: oppugnantis
uiderant: cõfugerent? Pro uobis igitur iustum: piumq; bellum suscepimus. quod cũ
alii laudẽt: reprehẽdere: ne Lacedemõii quidẽ: possint. dii quoq; ipsi cõprobauerint:
qui nobis uictoriam dederunt: quonam igitur modo ea: que belli iure acta sunt: in
disceptationem ueniunt? quorum tamen maxima pars nihil pertinet ad nos. nostrũ
est: ꝙ euocauimus eos ad causam dicendam: qui ad arma multitudinem. exciuerant:
qui expugnauerant maritima oppida: qui diripuerant: qui cedem principũ fecerãt.
Quod uero illi uenientes in castra interfecti sunt: uestrum est Areu: & Alcibiade:
qui nunc nos: si diis placet: accusatis: non nostrum. exsules lacedemoniorum: quo in
numero ii quoq; duo fuerũt: & tũc nobiscũ erant: & quod domiciliũ sibi delegerãt:
maritima oppida se petituros credentes: in eos: quorum opera: patria extorres: ne in
tuto quidẽ exsilio posse consenescere se in dignabant: impetũ fecerũt. Lacedemõii
igitur Lacedemonios: non Achei: interfecerũt. ¶ Nec iure: an iniuria cesi sint: argu/
mentari refert. at enim illa uestra certe sunt Achei: ꝙ leges disciplinãq; uetustissimã
Lycurgi sustulistis: ꝙ muros diruistis. que utraq; ab iisdem obiici: qui possunt? cum
muri Lacedemonis nõ a Lycurgo: sed paucos ante annos: ad dissoluendã Lycurgi
discisciplinã: extructi sint. Tyranni enĩ nuper eos arcẽ: & munimentũ sibi: nõ ciuitati:
parauerunt. & si existat hodie ab inferis Lycurgus: gaudeat ruinis eorum. & nunc se

patriã: & Spartã antiquã: agnoscere dicat. nõ Philopomenẽ expectare: nec Acheos:
sed uos ipsi Lacedemõii uestris mãibus ea moliri: & diruere oĩa uestigia tyrãnidis:
debuistis. uestre enim ille deformes note seruitutis erãt. & cũ sine muris ꝑ octingẽtos
prope annos liberi: aliquando etiã Principes Gretie fuissetis: muris uelut cõpedibus
circũdati uincti: per centum annos seruistis. ¶ Quod ad leges ademptas attinet: nego
antiquas Lacedemoniis leges Acheos ademisse: quas nõ habebant. sed nostras leges
dedisse. nec male consuluisse ciuitati: cum Concilii nostri eam fecerimus. & nobis
miscuerimus: ut corpus unum: & Concilium totius Peloponnesi esset. tunc opinor: si
aliis ipsi legibus uiueremus: alias istis iniũxissemus: queri se iniquo iure eẽ: & uindicari
possẽt. ¶ Scio ego. Ap. Claudi hanc orationẽ: qua sum adhuc usus: neq; apud Sotios:
neq; libere gentis esse: sed uere seruorum: disceptantium apud dominos. nam si non
uox illa uana preconii fuit: qua liberos esse omnium primos Acheos iussistis: si fedus
ratũ est: si Sotietas & amicicia obseruatᷣ ex equo: cur ego quid Capua capta feceritis
Romani non quero? uos rationem reposcitis: quid Achei lacedemoniis: bello uictis:
fecerimus? interfecti aliqui sũt: funge a nobis. quid uos: Senatores Campanos securi
non percussistis? muros diruimus. uos nõ muros tantũ: sed urbem: & agros: ademistis.
¶ Specie inquis equum ẽ fedus apud Acheos: precaria libertas. apud Romanos etiã
imperium est. Sentio. Appi: & si non oportet: nõ indignor: sed oro uos: quantũ libet
intersit inter Romanos & Acheos. modo ne in equo hostes uestri nostriq; apud uos
sint ac nos sotii. immo ne meliore iure sint. nam: ut in æquo essent: nos fecimus: cũ
leges iis nostras dedimus. cum ut Achei Concilii essẽt: effecimus. parum est uictis: qđ
uictoribus satis est. plus postulãt hostes: q̃ Sotii habẽt. que iureiurando: que monu-
mentis litterarũ in lapide insculptis in eternam memoriam sancta: atq; sacrata sũt:
ea cum periurio nostro tollere parant. Veremur quidẽ uos Romani: & si ita uultis:
etiam timemus. sed plus ueremur: & timemus: deos immortales. ¶ Cum assensu maxĩe
partis est auditus. & loquutũ omnes pro maiestate Magistratus censebant: ut facile
appareret molliter agẽdo: dignitatem suã tenere apud Romanos nõ posse. ¶ Tum
Appius suadere se magnopere Acheis dixit: ut dũ liceret: uolũtate sua facere: gratiã
inirent: ne mox inuiti: & coacti: facerent. ¶ Hec uox audita quidem: cum omnium
gemitu est. sed metu iniecto imperata recusandi: id modo petierũt: ut Romani que
uiderentur: de Lacedemoniis mutarent. nec Acheos religione obstringerent: irrita
ea: que iureiurando sanxissent: faciendi. ¶ Damnatio tantum Arei & Alcibiadis: que
nuper facta erat: sublata est. ¶ Rome principio eius anni cũ de Comitiis Consulũ:
& Prætorum actum esset: Consulibus Ligures: quia bellum nusq̃ alibi erat: decreti.
¶ Pretores. C. Decius Flauius Vrbanã. P. Cornelius Cethegus iter ciues & ꝑegrinos:
sortiti sunt. P. Sempronius Blesus Siciliam. Q. Neuius Matho ¶ Sardiniam. &
ut idẽ de uenefitiis quereret. C. Terentius Varo Hispaniã citeriorẽ. Q. Sem-
pronius Lõgus Hispaniã ulteriorẽ. ¶ De iis duabus ꝓuintiis Legati per id fere tẽpus
L. Iuuentius Talna: & . T. Quintilius Varus uenerunt: qui quantum bellum iam
profligatum in Hispania esset Senatu edocto: postularũt simul: ut pro rebus tam
ꝓspere gestis: diis immortalibus haberetᷣ honos. & ut Pretoribus exercitũ deportare
liceret. ¶ Supplicatio ĩ biduũ decreta est. ¶ De legionibus deportãdis: cũ de Consulũ
Prætorumq; exercitibus ageretur: rem integram referri iusserunt. ¶ Paucos post
dies Cõsulibus in Ligures bine legiões: q̃s. Ap. Claudius: & . M. Sẽpronius habuerãt:
decrete sũt. ¶ De exercitibus Hispaniẽsibus magna cõtentio fuit iter nouos Pretores
& amicos absentiũ Calphurnii Quintiiq;. ¶ Vtraq; cã Tri. Plæbis: utraq; Consules

Appii responsio

C. TERẼTIUS. VARO

habebat. ii se intercessuros. S. C. si reportandos censerent exercitus: denuntiabant. isti si hec intercessio fieret: nullā rem aliā se decerni passuros. ¶ Victa postremo absentiū gratia est &. S. C. factum: ut Pretores quattuor milia peditū Romanoꝝ scriberēt: quadringentos equites. & quinq; milia Sotiorum peditum Latini nominis: quos secū in Hispania portarent. cū eas legiones quattuor descripsissent: ꝙ plus q̄ quinq; milia peditū treceni equites in legionibus essēt: dimitterēt eos primū: qui e merita stipēdia haberēt. deīde ut cuiusq; fortissīa opera Calphurnius: & Quintius in prelio usi eēnt. ¶ Hac sedata contentione: alia subinde. C. Decii Pretoris mote exorta est. ¶ Cn. Sicinius: &. L. Puppius: qui ediles proximo anno fuerant: &. C. Valerius Flamen Dialis & Q. Fuluius Flaccus. Is qa Edilis Curulis designatus erat: sine toga cādida: sed maxima ex omnibus contentione: petebat. certamenq; ei cum Flamine Diale erat. & postq̄ primo equare: mox superare: est uisus: pars Tribunorū Plæbis negare rationem eius habendā esse: ꝙ duos simul unus: Magistratus: presertim curules: neq; capere posset: nec gerere. pars legibus eum solui equū censere: ut quē uellet Pretorē creandi populo potestas fieret. L. Portius Consul primo in ea sententia esse: ne nomē eius acciperet. deinde ut ex Autoritate Senatus idem faceret: cōuocatis Patribus se referre ad eos dixit: quod nec iure ullo: nec exemplo tolerabili libere ciuitati Edilis Curulis designatus Preturam peteret. sibi: nisi quid aliud iis uideretē: in animo eē: e lege Comitia habere ¶ Patres censuerūt: uti. L. Portius Consul: cū Q. ¶ Fuluio ageret: ne impedimēto esset: quominus Comitia Pretoris in locū. C. Decii subrogādi e lege haberentur. Agenti cōsuli ex. S. C. respondit flaccus: nihil quod se indignū esset facturū. ¶ Medio responso ad uoluntatē interpretantibus fecerat spem cessurū Patrum autoritati esse. Comitiis acrius etiā q̄ ante: petebat: criminando extorqueri sibi a Cōsule: & ab Senatu: Populi Romani benefitiū: & inuidiā geminati honoris fieri: tanq̄ nō appareret: ubi designatus Pretor eēt: extēplo Edilitate se abdicaturꝝ. ¶ Consul cum & pertinatiam petētis crescere: & fauorem Populi magis magisq; in eū inclinari cerneret: dimissis Comitiis: Senatū uocauit. ¶ Censuerūt frequētes: quoniā Flaccum autoritas Patrū nihil mouisset: ad Populū cū Flacco agendū. ¶ Contiōe aduocata: cum egisset Consul: ne tum quidem de sententia motus: gratias Populo Romano egit: quod tāto studio: quotiēscunq; declarande uolūtatis potestas facta esset: Pretorem se uoluisset facere. ea sibi studia ciuium suorum destituere: non in animo esse. ¶ Hec uero tā obstinata uox: tantū ei fauoris accendit: ut haud dubius Pretor esset: si Consul accipere nomen uellet. ¶ Ingens certamen Tribunis & inter se ipsos: & cum Consule est habitus. decretumq; quoniam Pretoris subrogandi Comitia ne legibus fierent pertinatia Q. Flacci: & praua studia hominū impedirēt: Senatū censere satis Pretorum esse. P. Cornelius utranq; in urbe iurisdictionem haberet. Appollinicq; ludos faceret. ¶ His comitiis prudentia & uirtute Senatus sublatis: alia maioris certaminis: quo & maiore de re: & inter plures: potētioresq; uiros: sūt exorta. ¶ Censuram sūma cōtentione petebant. L. Valerius Flaccus. Et Publius & Lucius Scipiōes. Cn. Mālius uolso: Furius Purpurio: Patricii. ¶ Plebeii autē. M. Portius Cato. M. Fuluius Nobilior. Tyberius & Marcus Sēpronii Longus: & Tuditanus. ¶ Sed omnes Patricios: Plebeiosq; nobilissimarum familiarum. M. Portius longe anteibat. ¶ In hoc uiro tanta uis animi ingeniiq; fuit: ut quocunq; loco natus esset: fortunam sibi ipse facturus uideretē. nulla ars: neq; priuate: neq; publice rei gerēde ei defuit. urbanas rusticasq; res pariter callebat. ad summos honores alios sciētia iuris: alios eloquentia: alios gloria militaris prouexit. huic uersatile ingenium sic pariter

M. portius cato plebeius No.

M. PORTII CATONIS NATURA.

ad omnia fuit: ut natu ad id unū diceres: quodcūq; ageret. ī bello manu fortissimus. multisq; insignibus clarus pugnis. Idem: postq̄ ad magnos honores peruenit: sūmus Imperator. & idem in pace si ius cōsuleres peritissimus: si causa oranda esset: eloquē/tissimus. nec ista tantum: cuius lingua uiuo eo uiguerit: monumentum eloquentiæ nullū extet. uiuit immo: uigetq; eloquentia eius. sacrata scriptis. omnis generis orōes. & pro se multe: & pro aliis. & in alios. nam non solum accusando: sed etiam causam dicēdo: fatigauit inimicos. simultates nimio plures: & exercuerūt eū. & ipse exercuit eas. nec facile dixeris utrū magis presserit eū nobilitas: an ille agitauerit nobilitatē. Asperi proculdubio animi: & lingue acerbe: & immodice liberæ fuit. sed inuicti a cupiditatibus animi. & rigide innocentie: contemptor gratie. diuitiarū. in parsimōia: in patientia: laboris: periculi: prope ferrei corporis: animiq;. quē nec senectus quidē que soluit omnia: fregerit: quin sextum & octogesimum annum agēs causā dixerit: ipse ꝑ se orauerit. scripseritq;. nonagesīo anno Sergiū Galbā ad populi adduxerit. iudiciū. hūc sicut omni uita: tū petentē: premebat nobilitas. coierant apud Prætorē L. Flaccū: qui Collega in cōsulatu fuerat: candidati omnes ad deiiciendū honore eum: non solum ut ipsi potius adipiscerētur: nec quia indignabantur nouū hominē Censorem uidere: sed etiam quod tristem Censuram: periculosamq; multorum famæ ab leso a plerisq;: & ledendi cupido: expectabant. & enim tum quoq; immitabūdus petebat: refragari sibi: qui liberā: & fortem Censurā timerēt: criminādo. & simul. L. Valerio suffragabat: illo uno Collega: castigare se noua flagitia: & priscos reuoca/re mores posse. ❡ His accensi homines auersa nobilitate nō. M. Portiū mō Censorē: sed Collegam ei. L. Valerium Flaccum adiecerunt. ❡ Secundum comitia Censorū Consules: Pretoresq; in Prouintias profecti: preter Q. Neuium quem quattuor nō minus menses: priusq̄ in Sardiniam iret: questiones: uenefitii: quarum magnā partē extra urbē per Municipia Cōciliabulaq; habuit: quia ita aptius uisū erat: tenuerūt. si Antiati ualerio credere libet: ad duo hominum milia damnauit: Et. l. postumius Pretor: cui Tarentū prouintia uenerat: magnas pastorū coniurationes uindicauit. & reliquias Bachanalium questionis cum cura exequutus est. qui multos ciuitati nō affuerant: aut uades deseruerāt: in ea regiōe Italie latētes: partim noxios iudicauit. partim compræhensos Romam ad Senatum misit. in carcere omnes Ap. Cornelio coniecti sunt. ❡ In Hispania ulteriore fractis proximo bello Lusitanis: quietæ res fuerant. & in citeriore. C. Terentius in Suessetanis oppidum Corbionem uineis & operibus expugnauit. captiuos uēdidit. ❡ Quieta deīde hyberna ī citeriore ꝓuintia habuit. ❡ Veteres Pretores. C. Calphurnius Piso: &. L. Quintius Romam redierunt. utriq; magno Patrum consensu triumphus est decretus. Prior. C. Calphurnius de Lusitanis & celtiberis triumphauit. coronas aureas tulit. lxxiii. &. x. pondo argenti. ❡ Paucos post dies. L. Quintius Crispinus ex hisdē Lusitanis Celtiberisq; triūpha/uit. tantumdem auri: quantum argenti in eo triumpho translatum. ❡ Censores. M. Portius: &. L. Valerius metu mixta expectatione: Senatū legerūt. septē mouerūt Senatu: ex quibus unum insignē: & nobilitate: & honoribus. L. Quintiū Flaminiū Consularē. ❡ Patrum memoria institutū fertur: ut Censores motis e Senatu scriberēt notas. ❡ Catonis & alie quidē acerbe oratiōes extāt in eos: quos aut Senatorio loco mouit: aut quibus equos ademit. longe grauissima in. L. Quintium oratio est. qua si accusator ante notam: non Censor post notam: usus esset: Retinere. L. Quintiū in Senatu ne frater quidem. T. Quintius: si tum Censor esset: potuisset. inter cætera obiecit ei: Philippū Penum carum ac nobile scortū ab Roma in Galliā Prouintiā

CATO CENSOR L. QUITIŪ FLAMINIŪ

spe ingentiū donorū perductum. eum puerum: lasciuiã: cum cauillaretur: ex pbare Consuli persæpe solitum: quod sub ipsum spectaculum gladiatorium: abductus: ab Roma esset: ut obsequium amator ei uindicaret. forte epulantibus iis: cum iam uino incaluisset: nuntiatū in conuiuio esse: nobilem Boiū cum liberis: transfugã uenisse. Cõuenire Consulē uelle: ut ab eo fidē presens acciperet. introductū in tabernaculū per interpretem alloqui Consulem cepisse. inter cuius sermonē: Quintius scorto: uis tu inquit: quoniam gladiatorium spectaculum reliquisti: iam hūc Gallū morientē aspicere? & cum is: uix dum serio annuisset: ad nutum scorti cõsulem stricto gladio: qui super caput pendebat: loquenti Gallo caput primum percussisse. deinde fugiēti: fideq; Populi Romani: atq; eorū q̃ aderãt: implorãti: latus trãsfodisse. ¶ Valerius Antias: ut qui nec Catonis orationem legisset: & fabulæ tantum sine autore editæ credidisset: aliud argumentum simile tamē libidine: & crudelitate peragit. ¶ Placētie: famosam mulierē: cuius amore deperiret: in conuiuiū accersitam scribit. ibi iactantē sese scorto inter cetera retulisse: q̃ acriter quæstiones exercuisset. & q̃ multos capitis damnatos in uinculis haberet: quos securi percussurus esset. tū illã infra eū accubantē: negasse unq̃ uidisse quenq̃ securi ferientē. & peruelle id uidere. hic indulgentē ama/torem unum ex damnatis attrahi iussum securi percussisse. ¶ Facinus atrox siue eo modo quo Censor obiecit: siue ut Valerius tradit: commissum est inter pocula: atq; epulas ubi libare diis dapes: ubi bene precari mos esset. ad spectaculum scorti pcacis in sinu cõsulis recubantis mactatam humanã uictimã esse. & cruore mensã respersã. ¶ In extrema oratione catonis cõditio fertur: ut si id factum negaret: ceteraq;: quæ obiecisset: spõsione defenderet: sese qui fateretur: ignominia ne sua quenq; doliturū censeret: cum ipse iuno & uenere amens sanguine hominis in conuiuio lusisset. ¶ In/equitatu recognoscendo. L. Scipioni Asiatico ademptus equus. ¶ In Censibus quoq; accipiēdis. Tristis & aspera in omnes ordies Cēsura fuit. ornamēta: & uestē muliebrē: & uehicula: que pluris q̃ quindecim milium eris essent: incēsum referre Viatores iussit. item mãcipia minora annis. xx. que post proximum lustrum. x. milibus æris: aut eo pluris: uenissēt: uti ea quoq;. x. tanto pluris q̃ quanti essent estimarent. & his rebus omnibus terni in milia eris attribuerentur. ¶ Aquam publicam omnem in priuatum edificium: aut agrū fluentē: ademerūt. & que in loca publica inedificata immolata ue priuati habebãt: infra. xxx. dies demoliti sunt. opera deinde faciēda ex pecunia decreta: lacus sternēdos lapide: tegēdosq; qua opus esset: cloacas in auentino: in aliis partibus: qua nondum erant: faciendas locauerunt. & sæperatim Flaccus molem ad Neptunni as aquas: ut iter populo esset: & uiam per Formianum montē: Cato atria duo Menium: & Titium in lautumiis: & quattuor tabernas in publicum emit. Basilicamq; ibi fecit: quæ Portia appellata est. ¶ Et uectigalia summis preciis ultro tributa infimis locauerūt. q̃s locatiões cū Senatus precibus & lachrymis publicanorū uictus induci: & deitegro locari iussisset: cēsores edicto sūmotis ab hasta: q ludificati priorem locationem erãt: omnia eadē paulū imminutis preciis locauerūt. ¶ Nobilis Cēsura fuit. simultatiūq; plena que. M. Portiū: cui acerbitas ea assignabat. p omnē uitã exercuerūt. ¶ Eodē anno colonie due Potētia in Picenū: Pisaurū in Gallicū agrū deducte sūt. sena iugera in singulos data. diuiserūt agrū. Coloniasq; deduxerūt iidē Tresuiri Q. Fabius Labeo: &. M. Q. Fuluii Flaccus & Nobilior. ¶ Cõsules eius anni nec domi nec militiæ memorabile quicq̃ egerunt. ¶ In insequentem annū crearunt Consules. M. Claudium Marcellum Q. Fabiū Labeonem. M. Claudius Q. Fabius Idibus martiis: quo die consulatū inierunt: de Prouinciis suis Pretorūq;

retulerũt. Pretores creati erant. C. Valerius Flamē Dialis: q priore anno petierat. Et. Sp. Postumius Albinus: &. P. Cornelius Sisenna: L. Puppius: L. Iulius: Cn. Sulpitius. Consulibus Ligures: cũ iisdem exercitibus: quos. P. Claudius: L. Portius habuerant: prouintia decreta est. Hispanie extra sortem prioris anni Pretoribus cũ suis exercitibus seruate. Prætores ita sortiri iussi: uti Flamini Diali utiq; altera iurisdicẽdi Rome Prouintia esset. peregrinã est sortitus. Sisenne cornelio Vrbana: Sp. Postumio Sicilia: L. Pupio Apulia: L. Iulio Gallia: Cn. Sulpitio Sardinia euenit. L. Iulius maturare ē iussus. Galli transalpini per saltus: ignote antea uie: ut ante dictum est: in Italiam transgressi oppidum in agro: qui nunc est Aquileiẽsis: edificabant. Id eos ut probiberet: quoad eius sine bello posset: Prætori mandatum est. si armis probibẽdi essent: Cõsules certiores faceret. ex his placere alterũ aduersus Gallos ducere legiones. Extremo prioris anni comitia habita erant in demortui Cn. Cornelii locũ Auguris sufficiendi creatus erat. Sp. Postumius Albinus. Huius principio anni. P. Licinius Crassus Pontifex Maximus mortuus est. in cuius locum M. Sempronius Tuditanus Põtifex Maximus creatus est. C. Seruilius Geminus P. Licinii funeris causa uisceratiõe data ludos fecit & gladiatores. c. xx. pugnauerũt. & ludi funebres per triduum facti. post ludos epulum. in quo cum toto foro strata triclinia essent: tempestas cum magnis procellis coorta coegit plærosq; tabernacula statuere ĩ foro. eadē paulo postq̃ ũdiq; disserenasset sublata. defũctosq; fato uulgo ferebãt: ꝙ inter fatalia uates cecinissēt necesse eē tabernacula in foro statui. Hac religione leuatis: altera iniecta: ꝙ sanguine per biduum pluuisset in area Vulcani. & per Decemuiros supplicatio indicta erat eius prodigii expiandi causa. Priusq̃ Cõsules in Prouintias proficiscerent: Legatiões trãsmarinas ĩ Senatũ introduxerũt. nec unq̃ ante tantũ regiõis eius boĩm Rome fuerat. nã ex quo fama ꝑ gentes que Macedoniã accolunt: uulgata ē: crimĩa querimoniasq; de Philippo nõ negligẽter ab Romanis audiri: multis operepreciũ fuisse queri: ꝑ se quæq; ciuitates gẽtesq; singuli etiã ꝓuatim: grauis enim accola omnibus erat: Romã aut ad spē leuãde iniurie: aut ad deflẽde solatiũ: uenerũt. Et ab Eumene Rege Legatio cũ fratre eius Atheneo uenit: ad querendũ: siml ꝙ nõ deducerent ex Thracia ꝑsidia: Simul ꝙ in Bithyniã Prusie bellum gerenti aduersus Eumenem: auxilia missa forent. Respondendum ad omnia iuueni tum admodum Demetrio erat. cum haud facile esset: aut ea quæ obiicerentur: aut que aduersus ea dicẽda erant: memoria complecti: nec enim multa solum: sed etiam pleraq; oppida q̃ parua erant: de controuersia finiũ: de hominibus raptis: pecoribusq; abactis: de iure: aut dicto per libidinem: aut non dicto: de rebus ꝑ iim: aut per gratiam: iudicatis: nihil horum: neq; Demetrium dilucide dicere: nec se satis liqdo discere ab eo Senatus cũ cerneret posse: simul & tyrocinio: & ꝑturbatione iuuenis moueret: queri iussit ab eo: ecquem de iis rebus commentariũ a patre accepisset? cum respondisset: accepisse sese: nihil prius: nec potius uisum est: q̃ Regis ipsius de singulis responsa accipere. librum extemplo poposcerũt. deinde ut ipse recitaret: permiserunt. Erant autem de rebus singulis in breuem coacte causæ: ut alia fecisse se secundum decreta Legatorum doceret. alia non per se stetisse: quominus faceret: sed per eos ipsos: qui accusarent. interposuerat etiã querelas: de iniquitate decretoꝝ: & q̃ nõ ex equo disceptatum apud Ceciliũ foret. indigneq; sibi: nec ullo suo merito: insultatum ab omnibus esset. has notas irritati sui animi collegit senatus. Cæterum alia excusanti iuueni: alia recipienti: futura: ita ut maxime uellet Senatus: respõderi placuit: nihil patrem eius: neq; rectius: nec magis quod ex uoluntate Senatus esset:

fecisse: q̃ qđ: utcunq; ea gesta eẽnt: per Demetriũ filiũ satisfieri uoluisset Romanis. multa & dissimulare: & obliuisci: & pati: preterita senatũ posse. & credere: etiã Demetrio credendum esse. obsidem enim se animũ eius habere: etsi patri corpus reddiderit. & scire quantum salua in patrem pietate posset: amicum eum populi Romani esse. honorisq; eius causa missuros in Macedoniam Legatos: ut siquid minus factum sit: q̃ debuerit: tum quoq; sine piaculo rerum prætermissarum: fiat. uelle etiam sentire Philippum integra omnia sibi cum Populo Romano: Demetrii filii benefitio esse. ¶ Hec que augẽde amplitudinis eius causa facta erant: extemplo in inuidiam: mox etiam in perniciẽ adolescẽti ueterũt. ¶ Lacedemonii deinde introducti sũt. ¶ Multe & parue disceptatiões iactabanť. sed que maxime cõtinerent: erãt: utrũ restituerenť: quos Achei dãnauerant nec ne. Inique an iure occidissẽt: quos occiderãt: uertebať. & utrum manerent in Achaico Concilio Lacædemonii: an ut ante: fuerat secretum eius unius in Peloponneso ciuitatis: ius esset. ¶ Restitui: iudiciaq; facta tolli: placet. ¶ Lacædemonem manere in Achaico Concilio: scribiq; id decretum: & consignari a Lacedemoniis & Acheis. ¶ Legatus in Macedoniam Q. Martius est missus. iussus idẽ in Peloponneso Sotiorum res aspicere. nam ibi quoq; ex ueteribus discordiis residui motus erant. ¶ Et Messene desciuerat a Concilio Achaico. ¶ Cuius belli: & causas: & ordinem si expromere uelim: immemor sim propositi: quo statui: nõ ultra attingere externa: nisi qua romanis cohererent rebus. ¶ Euentus memorabilis est: ꝙ cum bello superiores eẽnt Achei: Philopomenes Pretor eorũ capiť: ad ꝓoccupandã Coroneã: quam hostes petebant: in ualle iniqua cum equitibus paucis oppressus. ipsum potuisse effugere Thracũ Cretensiũq; auxilio tradũt. Sed pudor relinquẽdi eqtes nobilissĩos gentis: ab ipso nuper lectos: tenuit. quibus dũ locũ ad euadendas angustias: cogẽdo ipse agmen prebet: sustinens impetus hostiũ: prolapso equo: & suo ipse casu: & onere equi super eum ruentis: haud multũ abfuit quin exanimaretur. septuaginta annos iã natus: & diutino morbo: ex quo tũ primũ reficiebať: uiribus admodũ attenuatis: iacentem hostes superfusi oppresserũt. cognitumq; primũ a uerecundia memoriaq; meritorum haud secus: q̃ Ducem suum attollũt. reficiuntq;. & ex ualle deuia: in uiã portant. uix sibimet ipsi præ nec opinato gaudio credentes. pars nuntios Messenen premittũt: debellatum esse. Philopomenem captũ adduci. ¶ Primũ adeo incredibilis uisa res: ut non pro uano modo: sed uix pro sano nuntius audiretur. deinde ut sup aliũ alius: idẽ omnes affirmantes: ueniebãt: tandẽ facta fides. & prius q̃ appropinq̃re urbi satis scirent: ad spectaculum omnes simul liberi: ac serui: pueri quoq; cũ feminis effunduntť. itaq; clauserant portã turbe: dũ ꝓ se quisq; nisi ipse oculis suis credidisset: uix pro comperta tantam rem habiturus uideretur. egre summouẽtes obuios intrare portã: qui adducebant: Philopomenem: potuerũt. atq; conferta turba iter reliquũ clauserat. & cũ pars clausa maxĩe a spectaculo eẽt theatrũ repẽte: quod ꝓpinquũ uie erat: cõpleuerunt. & ut in cõspectu populi adduceretť: una uoce omnes exposcebant. Magistratus & Principes ueriti nequem motum misericordia presẽtis tanti uiri faceret: cũ alios uerecũdia pristĩe maiestatis collata presẽti fortune. alios recordatio ingentium meritorum motura esset: procul in conspectu eũ statuerũt. deinde raptim ex oculis hominum abstraxerunt. Pretore Dynocrate dicente esse: quæ pertinẽtia ad summam belli: & percõtari eũ: Magistratus uellẽt. adducto in Curiã & Senatu uocato: consultari ceptũ iam inuesperascebat. & non modo cetera: sed ne in ꝓximã quidem noctem: ubi satis tuto. custodiretur: expediebãt: ob magnitudinem pristine eius fortune: uirtutisq; & neq; ipsi domum recipere custodiendum audebant: nec cuiq̃

uni custodiam eius satis credebant: admonent deinde quidam esse thesaurū publicū
sub terra: saxo quadrato septum. ¶ Eo uinctus dimittitur. & saxū ingens quo operit̃
machina: superimpositum est. ita loco potius: q̃ homini cuiq̃ credendam custodiam
rati: lucem insequentem expectauerunt. Postæro die multitudo quidem integra
memor pristinorum eius in ciuitatem meritoū: parcendū: ac per eū remedia querēda
esse presentium malorum: censebant. sed factionis autores: quorum in manu res erat:
in secreto consultantes omnes ad necem eius consentiebant. sed utrum maturarēt an
differrent: ambigebāt. uicit pars auidior pene. missusq; qui uenenū afferret. accepto
poculo: nihil aliud loquutū ferūt: q̃ quesisse si incolumis Lycortas: Is alter Impera/
tor Acheorum erat: equitesq; euasissēt? postq̃ dictum est: incolumes esse: bene habet
inqt. & poculo impauide hausto: haud ita multo post expirauit. ¶ Nec diuturnū
mortis eius gaudiū autoribus crudelitatis fuit. Victa nanq; Messene bello: exposcē/
tibus Achæis: dedit noxios. ossaq; reddita Philopomenis sunt simul. & sepultus ab
uniuerso Achaico est Concilio: adeo omnibus humanis congestis honoribus: ut ne
diuinis quidem abstineretur. ¶ Ab Scriptoribus rerum Grecis: Latinisq; tantū huic
uiro tribuitur: ut a quibusdam eorum uelut ad insignem notam huius anni memorie
mandatum sit: tres claros Imperatores eō anno decessisse. Philopomenem. Annibalē
P. Scipionem. adeo in equo eum duobus potentissimarū gentiū sūmis Impatoribus
posuerūt. ¶ Ad Prusiam Regē Legatus. T. Quīctius Flaminius uenit. quē suspectū
Romanis & receptus post fugam Antiochi Annibal: & bellum aduersus Eumenem
motū: faciebat. ¶ Ibi: seu quia a flaminio inter cetera obiectum prusie erat: hominē
omnium qui uiuerent: infestissimum Populo Romano apud eum esse: qui patriæ
sue primum: deinde fractis eius opibus Antiocho Regi autor belli aduersus Populū
Romanū fuisset: seu quia: ipse Prusias gratificaret̃ presenti Flaminio Romanisq;:
per se necandi: aut tradendi eius in potestatem: cōsilium cepit. ¶ A primo colloquio
Flaminii milites extemplo ad domum custodiēdam Annibalis missi sunt. ¶ Semper
talem exitum uitæ sue ꝓspexerat Annibal animo. & Romanorum inexplicabile
odium in se cernens: & fidei Regum nihil sane confisus. Prusie uero leuitatē etiam
expertus erat. Flaminii quoq; aduentum uelut fatalem sibi horruerat. ¶ Ad omnia
undiq; infesta: ut iter semper aliquod preparatū fuge haberet: septē exitus e domo
fecerat. ex iis quosdam occultos: ne custodia sepirentur. Sed graue imperium Regū
nihil inexploratum quod inuestigari uolunt: effecit. ¶ Totius circuitum domus ita
custodiis complexi sūt: ut nemo inde elabi posset. ¶ Annibal postq̃ est enunciatum:
milites regios in uestibulo esse: postico: quod deuii maxime atq; occultissimi exitus
erat: fugere conatus: ut id quoq; occursu militum obseptū sēsit: & omnia circa clausa
custodiis dispositis esse: uenenum: quod multo ante preparatū ad tales habebat casus:
poposcit. ¶ Liberemus inquit diuturna cura Populum Romanum: quando mortē
senis expectare lōgum censēt. nec magnam: nec memorabilem: ex inermi ꝓditoq;
Flaminius uictoriam feret. Mores quidem populus Romanus quantū mutauerit:
uel hic dies argumento erit. patres eorum Pyrrho Regi hosti: armato: exercitum
in Italia habenti: ut a ueneno caueret: predixerunt. hi Legatum Consularem: qui
autor esset Prusie per scelus occidēdi hospitis: miserunt. ¶ Execratus deinde in caput:
regnūq; Prusie: & hospitalis deos uiolate ab eo fidei: testes inuocās: poculū exhausit.
hic uite exitus fuit annibalis. ¶ Scipionē & Polybius & Rutilius hoc anno mortuū
scribūt. ego neq; his: neq; Valerio assētio. his: q Cēsoribus. M. Portio. L. Valerio:
principem senatus ipsum. L. Valerium Censorem lectum inuenio. cum superioribus

philopomenes hausto ueneno expirauit

P. Scipio: Anibal: philopomenes eodem anno obierunt.

ANNIBALIS. MORS.

duobus lustris Africanus fuisset. quo uiuo: nisi ut ille senatu moueretur: quã notam
nemo memorie prodidit: Alius Princeps in locum eius lectus non esset. ¶ Antiatem
autorem refellit. Tri. Plebis. M. Neuius: aduersus quem oratio inscripta. P. Africani
est. ¶ Hic Neuius Magistratũ non iniit. Tri. Pl. P. Claudio. L. Portio Cõsulibus.
Sed iniit Tribunatũ. Ap. Claudio. M. Sempronio Consulibus ad. iiii. Idus decẽbris.
inde tres menses ad Idus martias sunt: quibus. P. Claudius. L. Portius Cõsulatum
inierũt. ita & uixisse ĩ Tribunatu Neuii uidet̃. diesq; ei dici ab eo potuisse. decessisse
autem ante. L. Valerii: &. M. Portii Censuram. ¶ Trium clarissimorum suæ cuiusq;
gentis uirorum: non tempore magis congruente: comparabilis mors uidetur esse: q̃
ꝙ nemo eorum satis dignum splendore uite exitum babuit. ¶ Iam primũ omnes nõ
in patrio solo mortui: nec sepulti sunt. ueneno absumpti Annibal & Philopomenes.
exsul Annibal: proditus: ab hospite captus. ¶ Philopomenes in carcere: & in uinculis
expirauit. ¶ Scipio & si nõ exsul: neq; dãnatus: die tamẽ dicta: ad quã nõ affuerat:
reus absens citatus: uoluntarium nõ solum sibi ipse: sed etiã funeri suo exsiliũ indixit.
¶ Dum ea in Peloponneso a quibus diuertit oratio: gerunt̃: reditus in Macedoniã
Demetrii Legatorumq; aliter aliorum affecerat animos. ¶ Vulgus macedonũ quos
belli ab Romanis imminentis metus terruerat: Demetrium: ut pacis autorem: cum
ingenti fauore conspiciebant. simul & spe haud dubia regnum ei post mortẽ patris
destinabant. Nam etsi minor etate: q̃ Perseus esset: hunc iusta matre familiæ: illum
pellice ortum esse. Illum ut ex uulgato corpore genitum: nullam certi patris notam
babere. hunc insignem similitudinem Philippi pre se ferre. Ac Romanos Demetriũ
in paterno solio locaturos. Persei nullã apud eos gratiam esse. ¶ Hec uulgo loque-
bantur. ¶ Itaq; & Persea cura angebat: ne parum pro se una etas ualeret: cum oĩbus
aliis rebus frater superior esset. & Philippus ipse: uix se sui arbitrii fore: quem beredẽ
Regni relinqueret: credẽs: sibi quoq; grauiorẽ esse: q̃ uellet: minorem filiũ censebat.
offendebatur interdum concursu Macedonum ad eũ. & alteram iam se uiuo Regiã
eẽ: indignabat̃. ¶ Ipse iuuenis haud dubie inflatior redierat: subnixus erga se iudiciis
Senatus. concessisq; sibi: quæ patri negata essent. ¶ Et omnis mentio Romanorum:
quantam dignitatem ei apud ceteros Macedonas. tantam inuidiam nõ apud fratrẽ
modo: sed etiã apud patrẽ: cõciliabat. ¶ Vtiq; postq̃ alii Legati Romani uenerunt:
& cogebatur decedere Thracia: presidiaq; deducere: & alia: aut ex decreto priorum
Legatorum: aut ex noua constitutione Senatus: facere. sed omnia merens quidem:
& gemens: eo magis: ꝙ filiũ frequentiorem prope cũ illis: q̃ secũ cernebat: obediẽter
tamen aduersus romanos faciebat: ne quam mouendi extemplo belli causã ꝑberet
preuertendos etiam animos a suspitione talium consiliorum ratus: mediam in Thraciã
exercitum: in Odrysas & Dentelecos. & Bessos duxit. ¶ Philippopolin urbem: fuga
desertam oppidanorum: qui in proxima montium iuga cũ familiis receperant sese:
cepit. cã pestresq; Barbaros: depopulatus agros eorũ: in deditionẽ recepit. ¶ Relicto
inde ad Philippopolin ꝑsidio: quod haud multo post ab Odrysis expulsũ ẽ: oppidũ
in Derrhiopo condere instituit. ¶ Peonie ea regio est. prope Erigonum fluuiũ: qui
ex Illirico per Peoniam fluens in Axium editur amnem. haud procul Scobis uetere
urbe: nouã urbem Perseida: ut is filio maiori haberet̃ honos: appellari iussit. ¶ Hæc
dum in Macedonia geruntur: Consules in Prouintias profecti. ¶ Marcellus nuntiũ
premisit ad. L. Portium Proconsulem: ut ad nouum Gallorum oppidum: legiones
admoueret. Aduenienti Consuli galli sese dediderunt. xii. milia armatorum erant.
pleriq; arma ex agris rapta babebant. ¶ Ea egre patiẽtibus iis adempta. queq; alia:

Indigna mors trium imperatorum.

Demetrius philippi filius ex uxore plus diligitur ab aliis quam perseus maior natu et nothus.

Contra inuidiam

Erigonus flu.

Galli edificantes oppidum prope aquileam a M. Marcello consuli deduntur.

995

aut populãtes agros rapuerant: aut secum attulerant. De his rebus: qui quererent: legatos Romã miserũt. Introducti in Senatũ a. C. Valerio Pretore exposuerũt se superante in Gallia multitudine inopia coactos agri: & egestate ad quærendam sedem alpes transgressos. quæ inculta per solitudines uiderent: ibi sine ullius iniuria consedisse. oppidum quoq; edificare cepisse. quod inditium esset nec agro: nec urbi ulli uim allaturos uenisse. nuper. M. Claudium ad se nuntium misisse bellum se cum iis: ni dederentur: gesturum. Se certam: & si nõ speciosam pacẽ: q̃ incertam belli spem preoptantes dedidisse se prius in fidẽ: q̃ in potestatem Populi Romani. post paucos dies: iussos: & agro: & urbe decedere. sese tacitos abire: quo terrarum possẽt: in animo habuisse. arma deinde sibi: & postremo omnia alia: que ferrẽt: agerentq;: adempta. orare se Senatum: Populumq; Romanum: ne in se innoxios deditos: acerbius: q̃ in hostis seuirent. Huic orationi senatus ita responderi iussit: neq; illos recte gessisse: cum in Italiam uenirent: oppidumq; in alieno agro: nullius Romani Magistratus: qui ei Prouintie p̃esset: permissu: edificare conati sint. neq; Senatui placere deditos spoliari. itaq; se cum iis Legatos ad Consulẽ missuros: qui si redeant: unde uenerint: omnia iis sua reddi iubeant. quiq; protinus eant trans Alpes. & denuntient Gallicis populis: multitudinem suam domi contineant. Alpes prope inexuperabilem finem in medio esse. non utiq; iis melius fore. qui eas primi peruias fecissent. Legati missi L. Furius Q. Minutius. L. Manlius Accidinus. Galli redditis omnibus: quæ sine cuiusq̃ iniuria habebant: Italia excesserũt. Legatis Romanis Transalpini populi benigne responderunt. Seniores eorũ: nimiã lenitatẽ Populi Romani castigarũt: ꝙ eos homines: qui gentis iniussu profecti occupare agrum Imperii Romani: & in alieno solo edificare oppidũ conati sint: impunitos dimisissent. debuisse grauẽ temeritatis mercedem statui. ꝙ uero etiam sua reddiderint: uereri ne tanta indulgentia plures ad talia audenda impellantur. & exceperũt: & prosequuti cũ donis Legatos sunt. M. Claudius Consul Gallis ex Prouintia exactis: Histricum bellum moliri cepit: litteris ad Senatum missis: ut sibi in Histriam traducere legiones liceret. Id Senatui placuit. Illud agitabant: uti Colonia deduceretur. nec satis cõstabat utrũ Latinam: an ciuium Romanoꝝ deduci placeret. Postremo latinã potius Coloniã deducẽdã Patres censuerũt. Triũuiri creati sunt. P. Scipio Nasica: C. Flãinius: L. Manlius Accidinus. Eodem anno Mutina: & Parma: Colonie Romanorũ ciuium sunt deducte. bina milia hominum in agrum: qui proxime Boiorum: ante Tuscorũ fuerat: octona iugera Parme: quina Mutine acceperunt. deduxerunt Triumuiri M. Emilius Lepidus: T. Ebucius carus: L. Quĩtius Crispinus. Et Saturnia colonia ciuium romanorum in agrum Caletranum est deducta. deduxerunt Triumuiri Q. Fabius Labeo. C. Afranius Stello. T. Sẽpronius. iugera ĩ singulos data. Eodẽ anno. A. Terentius Procõsul haud procul flumine Hibero in agro Ausetano p̃lia secunda cum Celtiberis fecit. & oppida que ibi communierant: aliquot expugnauit. Citerior Hispania in pace fuit eo anno: quia &. P. Sempronius Proconsul: diutio morbo est implicitus. & nullo lacessente peropportune quieuerunt Lusitani. Nec in Liguribus memorabile quicquam a Q. Fabio Consule gestum. Marellus ex Histria reuocatus: exercitu dimisso Romam Comitioꝝ causa rediit. creauit cõsules Cn. Bebium Tamphilum & . L. Emilium Paulũ. Cũ. M. Emilio Lepido hic Edilis curulis fuerat. a quo Cõsule quintus annus erat cũ is ipse Lepidus: post duas repulsas Cõsul factus erat. Pretores inde facti Q. Fuluius Flaccus: M. Valerius Leuinus: P. Emilius iterum: M. Ogulnius Gallus: L. Celius Dentrex: C. Terentius Histra.

HISTRIA

MUTINA
PARMA

¶ Supplicatio extremo anno fuit prodigiorum causa: quod sanguinem pluuisse p̄ biduum in area Concordie satis credebant. nuntiatumq; erat: haud procul Sicilia: insulam: que nōdum ante fuerat: nouam editam e mari esse. ¶ Annibalem hoc anno Antias ualerius decessisse autor est. legatis ad eā rē ad Prusiā missis: p̄ter. T. Quintiū Flaminiū: cuius in ea re celebre ē nomē. L. Scipione Asiatico. P. Scipione Nasica.

Liber decimus

A Principio insequētis anni Cōsules Pretoresq; sortiti Prouintias sunt. ¶ Consulibus nulla preter Ligures: que decerneretur: erat. Iurisdictio Vrbana. M. Ogulnio Gallo. ¶ Inter p̄egrinos. M. Valerio euenit. ¶ Hispania Q. Fuluio Flacco citerior. P. Mā/lio ulterior. L. Cecilio Dentrici Sicilia. C. Terentio Histræ Sardinia. ¶ Delectus habere cōsules iussi Q. Fabius ex Liguri/bus scripserat: Apuanos ad rebellionem spectare. periculosumq; esse ne impetum in agrum Pisanum facerent. ¶ Et ex Hispaniis citeriorem in armis esse. & cum Celtiberis bellari sciebāt in ulteriore: quia diu eger esset Pretor: luxurie ocio solutā disciplinā militarē eē. ob ea nouos exercitus cōscribi placuit. ¶ Quattuor legiōes in Ligures uti singule quina milia: & ducenos pedites: trecenos haberēt eq̄tes. ¶ Sotioꝝ iisdem Latini nominis. xv. milia peditū addita. & octingēti equites. ¶ Hi duo Cōsulares exercitus essent. scribere preterea iussi septem milia peditum Sotioꝝ: ac Latini nominis: & quadringentos equites: & mittere ad. M. Marcellū in Galliā cui ex Consulatu prorogatum imperium erat. ¶ In Hispaniam etiam utranq; que ducerentur quattuor milia peditum ciuium Romanorum: & . cc. equites. & Sotiorū septem milia peditum cum . ccc. equitibus scribi iussa. ¶ Et Q. Fabio Labeoni cum exercitu: quem habebat: in Liguribus prorogatum in annum imperium ē. ¶ Ver procellosum eo anno fuit. pridie Palilia · medio ferme die: atrox cū uento tēpestas coorta multis sacris: profanisq; locis stragē fecit. signa enea in Capitolio deiecit. forē ex ede Lune: que in auentino est: raptam tulit. & in postici parietibus Cereris tēpli affixit. signa alia in Cyrco maximo cū columnis: quibus superstabāt: euertit. fastigia aliquot templorum a culminibus abrupta fede dissipauit. ¶ Itaq; in prodigiū uersa ea tempestas. procurariq; Auruspices iusserunt. simul procuratum est: quod tripedē mulum Reate natum nuntiatum erat. & a Formiis edem Appollinis: ac Caietæ de celo tactam. ¶ Ob ea prodigia uiginti hostiis maioribus sacrificatum. & diem unum supplicatio fuit. ¶ Per eosdē dies ex litteris Terentii Propretoris cognitū. P Sem/pronium in ulteriore Prouītia: cū plus annū eger fuisset: mortuū esse. eo maturius in Hispaniam Pretores iussi proficisci. ¶ Legationes transmarine deinde in senatū introducte sunt. prima Eumenis: & Pharnacis Regum: & Rhodiorum querentiū de Synopensium clade. Philippi quoq; Legati: & Acheorum: & Lacedemonioꝝ sub idem tempus uenerunt. ¶ Iis: prius Martio audito: qui ad res Gretie Macedoniæq; uisendas missus erat: responsa data sunt. ¶ Asie Regibus: ac Rhodiis responsum est: Legatos ad eas res uisēdas missurū Senatū. ¶ De Philippo: & irā auxerat Martius. nam ita fecisse que Senatui placuissent: fatebatur: ut facile appareret non diutius q̄ necesse esset: facturum: neq; obscurum erat rebellaturum. omniaq; que tunc ageret: diceretq;: eo spectare. Iam primum omnem fere multitudinem ciuiū ex maritimis ciuitatibus cum familiis suis in Emathiā: que nūc dicitur: quondā appellata Peonia ē: traduxit. Thracibusq; & aliis Barbaris: urbes tradidit habitādas. fidiora hec genera

hominum fore ratus: in Romano bello. ingentem ea res fremitū in Macedonia tota fecit. relinquentesq; suos cum cōiugibus: ac liberis: pauci tacitū dolorē cōtinebant. exacrationesq; que in agminibus proficiscentium: audiri solent in Regem: uincente odio metū: exaudiebant. ¶ His ferox animus: omnes homines: omnia loca: tēporaq; suspecta habebat. ¶ Postremo negare propalam cepit: satis tutum sibi quicq̃ esse: nisi liberos eorum: quos interfecisset: comprehensos in custodia haberet. & tempore: aliū alio tolleret. ¶ Eam crudelitatem fedam: per se: fædiorem unius domus clades fecit. ¶ Herodicum principem Thessalorū multis ante annis occiderat. generos quoq; eius postea interfecit. in uiduitate relicte filie singulos filios paruos habētes: Theoxena multis petentibus aspernata nuptias est. Archo Poridi cuidam: longe Principi gentis nupsit. & apud eum plures enixa partus: paruis admodum relictis omnibus: decessit. ¶ Theoxena: ut in suis manibus liberi sororis educarent: Poridi nupsit. & tanq̃ omīs ipsa enixa foret: suum sororisq; in eadem habebat cura. ¶ Postq̃ Regis edictum de comprehendendis liberis eorum: qui interfecti essent: accepit: ludibrio futuros non Regis modo: sed custodum etiam libidinis rata: ad rem atrocem animum adiecit. ausaq; est dicere potius sua manu: se omnes interfecturam: q̃ in potestatem Philippi uenirent. Poris abominatus mentionem tam fedi facinoris: Atheneo deportaturum eos: ad fidos hospites dixit. comitemq; ipsum fuge futurum esse. ¶ Proficiscuntur ab Thessalonica Eneam: ad statutum sacrificium: quod conditori Enee cum magna cerimonia quot annis faciūt. ibi die per sollemnes epulas consūpto: nauē præparatā a Poride sopitis omnibus tertia uigilia conscendunt. tanq̃ redituri in Thessalonicā. sed traicere in Euboeam erat propositum. ceterum in aduersum uentum nequicq̃ eos tendentes: prope terram lux oppressit. ¶ Et Regii: qui preerant custodie portus: lembum armatū ad protrahendū eam nauē miserūt: cū graui edicto ne reuerterent sine ea. Quoniam dies appropinquabat: Poris quidem ad hortationem remigum nautarumq; intentus erat. interdum manus ad cælum tendens: opem ut dii ferrēt: orabat. ¶ Ferox interim fæmina: ad multo ante precogitatum reuoluta facinus: uenenum diluit. ferrumq; promit. & posito in cōspectu poculo: instrictisq; gladiis. ¶ Mors inq̄t una uindicta est. uie ad mortē he sunt. qua quenq; animus fert: effugite superbiam Regiam. agite iuuenes mei: primum qui maiores estis: capite ferrum: aut haurite poculum: si segnior mors iuuat. ¶ Et hostes aderāt. & autor mortis instabat. alii alio leto absumpti: semianimes e naue precipitantur. ipsa deinde uirum comitem mortis cōplexa: in mare sese deiecit. ¶ Naue uacua dominis: Regii potiti sunt. huius atrocitas facinoris nouā uelut flammā Regis iuidie adiecit. ut uulgo ipsū liberosq; eius execrarentur. ¶ Que dire breui ab omnibus diis exaudite: ut seuiret ipse in suum sanguinem effecerunt. ¶ Perseus enim cū in dies magis cerneret fauorē: & dignitatē Demetrii fratris apud multitudinem Macedonū crescere: & gratiā apud Romanos: sibi spem nullam Regni superesse: nisi in scelere ratus: ad id unū omnes cogitationes intendit. ceterum cum se ne ad id quidem: quod muliebri cogitabat animo: satis per se ualidum crederet: singulos amicoꝝ patris temptare sermonibus perplexis instituit. & primo quidā ex iis: aspernantiū tale quicq̃: prebuerūt speciē: quia plus in Demetrio spei ponebāt. deīde crescēte indies Philippi odio in Romanos: cui Perseus indulgeret: Demetrius sūma ope aduersaretur: prospiciētes animo exitū id cautius adiuuandū: quod futurum erat: rati: fouendam spem potentioris: Perseo se adiungunt. cetera in suum queq; tempus differunt. in præsentia placet: omni ope in Romanos accendi Regem impelliq; ad consilia belli. ad que iam sua spōte animū inclinasset. simul ut

Spretio

Demetrius indies suspectior esset: ex composito sermones ad spretionem Romanoꝝ trahebāt. ibi alii: cum mores: & instituta eorum: alii res gestas: alii speciē ipsius urbis nōdum exornate: neq; publicis: neq; priuatis locis: alii in singulos principū eluderēt: iuuenis incautus & amore nominis Romani: & certamine aduersus fratrem: omnia tuendo: suspectum se patri: & opportunum criminibus faciebat. ¶ Itaq; expertē eū pater omnium: de rebus Romanis consiliorum habebat. totus in Persea uersus: cum eo cogitationes eius rei dies ac noctes agitabat. ¶ Redierant: quos forte miserat in Basternas: ad accersēda auxilia. adduxerantq; inde nobiles iuuenes: & regii quosdā generis. quorum unus sororem suam: in matrimonium Philippi filio: pollicebatur. erexeratq; consotiatio gentis eius animum Regis. ¶ Tum perseus. ¶ Quid ista ꝓsunt inquit? nequaq̄ tantū in externis auxiliis ē presidii: quantū periculi fraude domestica. proditorē nolo dicere: specularē ciciūs. ex quo obses Rome fuit: corpus nobis reddiderunt Romani: animum ipsi habēt. omnium pene Macedonum in eum ora conuersa sunt. nec Regem se alium rentur habituros esse: q̄ quē Romani dedissēt. ¶ His per se egra mēs senis stimulabat. & animo magis: q̄ uultu ea crimía accipiebat. ¶ Forte lustrandi exercitus uenit tempus. cuius sollemne est tale. prior hostie pars dextra: posterior ad leuam uie ponitur. inter hanc diuisam hostiam copiæ armatæ traducuntur. preferuntur primo agmini arma insignia: omnium ab ultima origine: Macedonie Regū. deinde Rex ipse cū liberis sequitur. proxima est Regia cohors. custodesq; corporis. postremum agmen Macedonū cetera multitudo claudit. latera Regis duo filii iuuenes cingebāt. Perseus iam tricesimum annum agens. Demetrius quinquennio minor. medio iuuentæ robore ille. hic flore. fortunati patris matura soboles: si mens sana fuisset. ¶ Mos erat: lustrationis sacro pacto: decurrere exercitū. & diuisas bifariam duas acies concurrere: ad simulacrū pugne. Regii iuuenes Duces

Ludicrū certamen

ei ludicro certamini dati. ¶ Ceterū nō imago fuit pugne sed tanq̄ de Regno sudibus facta. nec preter ferrū quicq̄ defuit: ad iustā belli speciē. pars ea: que sub Demetrio erat: longe superior fuit. id egre patiente Perseo: letari prudentes amici eius. eamq; rem dicere ipsam prebituram causam criminādi iuuenis. ¶ Conuiuiū eo die sodaliū: qui simul decurrerant: uterq; habuit. cum uocatus ad cenam ab Demetrio Perseus negasset: festo die īuitatio benigna: & iuuenilis: utrosq; ī uinū traxit. cōmemoratio ibi certaminis ludicri: & iocosa dicta in aduersarios. ita ut ne ipsis quidem Ducibus abstineretur: iactabant. ¶ Ad has excipiendas uoces speculator ex conuiuiis Persei missus: cū incautior obuersaretur: exceptus a iuuenibus forte triclinio egressis: male multatur. ¶ Huius rei ignarus Demetrius quin comesatum inquit ad fratrē imus? & iram eius: si qua ex certamíe residet: simplicitate & hylaritate leniemus. ¶ Omnes se ire conclamarūt: ꝓter eos: q speculatoris ab se pulsati presentē ultionē metuebāt.

Cum eos quoq; Demetrius traheret: ferrum ueste abdiderunt: quo se tutari: si qua uis fieret: possēt. ¶ Nihil occulti esse in intestina discordia potest. utraq; domus proditorum: & speculatorum plena erat. ¶ Precurrit index ad Persea: ferro succinctos nuntians cum Demetrio quattuor adolescentes uenire. & sic causa apparebat: nam ab iis pulsatum conuiuam suum audierat: tamen infamāde rei causa ianuā obserari iubet. & ex parte superiore edium: uersisq; in uiam fenestris: comesatores: tanquam ad cedē suam uenientes: aditu ianue arcet. ¶ Demetrius per uinū: quod excluderet: paulisp uociferatus: in conuiuiū redit. totius rei ignarus. Postero die Perseus q̄primū conueniendi potestas patris fuit: Regiam ingressus: perturbato uultu in conspectu patris tacitus: procul constitit. cui cum pater satin salue res? quenam ea mesticia eēt:

interrogaret: eum de ludicro? Tibi inquit uiuere me scio. iam nō occulto a fratre petimur insidiis. nocte cū armatis domū ad interficiendū me uenit. clausisq; foribus: parietumq; presidio: me a furore eius sum tutatus. Cū pauorem mixtū admiratiōe patri iniecisset. Atqui si aures prebere potes inquit: manifestam rem teneas faciam.

Enimuero se Philippus dicere auditurum. uocariq; extemplo Demetrium iussit. & seniores duos amicos: expertos inter fratres certaminū: infrequentes iā in Regia: Lysimachum: & Onomastum: accersit: quos in consilio haberet. dū ueniunt amici: solus filio procul stante: multa secum animo uolutans: inambulauit. Postq̄ uenisse eos nuntiatum est: secessit in partem interiorem: cū duobus amicis. totidē custodibus corporis filiis: ut ternos inermes secum introducerent: permisit. ibi cum consedisset.

Sedeo inquit miserrimus pater iudex inter duos filios: accusatorem parricidii: & reū. aut conficti: aut admissi criminis labem apud meos inuenturus. iam pridē quidē hāc procellam imminentem timebam: cū uultus inter uos minime fraternos cernerē: cum uoces quasdam exaudirem. sed interdum spes animum subibat: deflagrare iras uestras: purgari suspitiones: posse. etiam hostes armis positis fedus icisse. & priuatas multorum simultates finitas. subiturā uobis aliquādo germanitatis memoriā puerilis quondam simplicitatis: consuetudinisq; inter uos. meorum deniq; preceptorum: que uereor ne uana surdis auribus cecinerim. quotiens ego audientibus uobis detestatus exempla discordiarum fraternarum: horrendos euentus eorum retuli: quibus stirpē suam: domos: regna: funditus euertissēt? meliora quoq; exempla parte altera posui: sotiabilem consortionem inter binos Lacedemoniorum Reges: salutarem: ꝑ multa sæcula: ipsis: patriæq;. eandem ciuitatem: postq̄ mos sibi cuiq; rapiendi Tyrannidem exortus sit: euersam. Iam hos Eumenem Athalumq; fratres a q̄ exiguis rebus: ꝓpe ut puderet Regii nominis: mihi: Antiocho: & cuilibet Regum huius etatis nulla re magis: q̄ fraterna unanimitate Regnū equasse. ne Romanis quidē exēplis abstinui: que aut uisa: aut audita habeam. T. & L. Quintiorum: qui bellum mecum gesserūt P. & L. Scipionum qui Antiochū deuicerunt: patris patruiq; eorum: quoꝝ ꝑpetue uite concordiam mors quoq; miscuit. neq; uos illorum scelus: similesq; sceleri exitus potuit: neq; horum bona mēs: bona fortuna: ad sanitatem flectere. uiuo & spirāte me hereditatem meam ambo: & spe: & cupiditate improba petitis. eousq; me uiuere uultis: donec alterius uestrum superstes: haud ambiguum Regem alterū mea morte faciā. nec patrē potestis pati. nihil cari: nihil sancti nominis nostis cuius uice Regni unius insatiabilis amor successit. agite: conscelerate aures paternas. decernite criminibus: mox ferro decreturi. dicite palā: quod ueri potestis. aut eminisci libet. reserate aures sunt: que posthac secretis alterius ab alterno criminibus claudentur. Hec furēs ira cum dixisset: lachryme omnibus oborte. & diu mestū silentiū tenuit. Tum Perseus aperienda nimirum nocte ianua fuit. & armati comesatores accipiendi. prebendūq; ferro iugulum: quando non creditur: nisi perpetratū facinus. eiusdem petitus insidiis: audio: que latro: atq; insidiator. nō nequicq̄ isti unum Demetrium filiū te habere. me subditum: & pellice genitum appellant. nam si gradum: si caritatem filii apud te haberem: non in me querentem deprehensas insidias: sed in eū qui fecisset: seuires. nec adeo tibi uilis uita esset nostra: ut nec preterito periculo meo mouereris: neq; futuro si insidiantibus sit impune. Itaq; si mori tacitum oportet: taceamus. precati tantum deos: ut a me ceptū scelus: in me finem habeat. nec per meū latus: tu petaris. sin autē: quod circumuentis in solitudine natura ipsa subiicit: ut hominū: quos nunq̄ uiderit: fidem tamen implorent: mihi quoq; ferrum in me strictum cernenti: uocem mittere

Orō philippi ad filios q̄r maior natu minorē proditoris insimulabat

Orō persei

liceat. per te: patriūq; nomē: quod utri nostrū sanctius sit iampridem sentis: ita me audias precor: tanq̃ si uoce: & comploratione nocturna excitus mihi quæritanti interuenisse Demetriū cū armatis nocte intempesta in uestibulo meo deprehēdisse: quod tum uociferarer in re presenti pauidus: hoc nunc postero die queror. ¶ Frater nō comesantium inuicem iam diu uiuimus inter nos. regnare utiq; uis. huic spei tue: obstat ætas mea. obstat gentium ius. obstat uetustus Macedonie mos. obstat uero etiam patris iudicium. huc transcendere: nisi per meum sanguinem nō potes. omnia moliris: & temptas. adhuc seu cura mea: seu fortuna restitit parricidio tuo. hesterna die in lustratione: & de cursu: & simulacro ludicro pugne: funestum prope prælium fecisti. nec me aliud a morte uindicauit: q̃ quod me ac meos uinci passus sū. ab hostili prelio: tanq̃ fraterno lusu: pertrahere me ad cenam uoluisti. ¶ Credis ne pater inter inermes conuiuas me cenaturum fuisse: ad quē armati comesatū uenerūt. ¶ Credis nihil a gladiis nocte piculū fuisse: quē sudibus te inspectāte: ꝓpe occiderūt? ¶ Quid hoc noctis? qd ut inimicus ad iratū? qd cū ferro succinctis iuuēibus: uenis? conuiuā me tibi cōmittere ausus nō sum. comesatorē te cū armatis recipiā? ¶ Si aperta ianua fuisset: funus meū parares hoc tēpore pater: quo querentem audis. nihil ego tanq̃ accusator criminose: nec dubia argumētis colligēdo: ago. qd enim negat: se cū multitudine uenisse ad ianuā meā? an ferro succīctos secū fuisse? quos noīauero accerse. possūt quidē oīa auderet: qui hoc ausi sūt: nō tamē audebūt negare se dephensos intra limē meū cū ferro. si ad te deducerē: rē ꝓ maīfesto haberes. fatētes: ꝓ dephēsis habe. execrare nūc cupiditatē Regni. & furias fraternas cogita. sed ne sint cece pater execratiōes tue: discerne: despice insidiatorē: & petitū insidiis. noxiū huic eē caput: qui occisurus fratrē fuit. habeat etiā iratos paternos deos. q pīturus fraterno scelere fuit: pfugiū in patris misericordia: & iustitia habeat. quo enī alio confugiā? cui nō sollēne lustrale exercitus: cui nō decursus militū: nō domus: nō epulæ: non nox ad quietē data: nature bñfitio mortalibus: tuta ē. si iero ad fratrē inuitatus: moriendū ē. si recepo ītra ianuā comesatū fratrē: moriendū ē. nec eundo nec manēdo: insidias euito. quo me conferā? nihil preter deos pater: & te colui. non Romanos habeo: ad quos confugiā. perisse expetunt qa tuis iniuriis doleo. qa tibi adēptas tot urbes: tot gētes mō Thracie maritimā orā: indignor. nec me: nec te incolumi Macædoniā suā futurā sperāt. Sed si me scelus fratris: te senectus absūpserit: aut nec ea quidem expectata fuerit: Regē: Regnūq; Macedōie sua futura sciūt. siqd extra Macedoniā tibi Romani relinqssēt: mihi quoq; id relictū crederē receptaculū. at ī Macedōibus satis psidii ē. uidisti hesterno die impetū in me militū. qđ illis defuit īterdiu: conuiuæ fratris noctu sūpserunt. qd de magna pte Principū loquar: q in Romanis spē oīs dignitatis & fortune posuerūt? & ī eo: q oīa apud Romanos potest? neq; hercule istū mihi tantū fratri maiori: sed ꝓpe ē: ut tibi quoq; ipsi: & patri pferant. iste enim ē: cuius beneficio penā tibi Senatus remisit. q nūc te ab armis Romanis ꝓtegit. qui tuā senectutē obligatā & obnoxiā adolescētie sue equū eē censet. ꝓ isto Romani stant. ꝓ isto omnes urbes tuo Impio liberate. ꝓ isto Macedones q pace Romana gaudebāt. mihi pter te pater qd usq̃ aut spei: aut psidii ē. ¶ Quo spectare illas litteras ad se nunc missas. T. Quintii credis: quibus & te bene consuluisse rebus tuis ait: q Demetriū Romā miseris. & hortat: ut iterū: cū pluribus Legatis: & pmoribus quoq; ipsoꝝ Macedonū remittas eū. T. Quintius q nūc ē autor omniū: istic & magister. eū sibi te abdicato patre: ī locū tuū substituit. illic ante oīa clādestina cōcepta sūt cōsilia. querunt adiutores cōsiliis: cū te plures: & Principes Macedonū cū isto mittere

iubet·q hic integri & sinceri Romani eunt: Philippū Regē se habere credētes:ibuti
illnic & infecti romanis delinimētis redeūt: Demetrius iis unus oīa ē. eū iam Regē
uiuo patre appellāt. ❡ Hec si indignor: audiendū ē statim: nō ab aliis solū: sed etiā a
te pater cupiditatis Regni crimē. Ego uero si ī medio ponit̄: nō agnosco. quē enī
suo loco moueo: ut ipse in eius locū succedā? unus ante me pater ē. & ut diu sit: deos
rogo superstes ei ita sim: si merebor: ut ipse me eē uelit. hereditatē Regni: si pater
tradet: accipiā. cupit Regnū: & quidē scelerate cupit: q transcēdere festinat ordinē
etatis. nature. moris Macedonū. iuris gentiū. obstat frater maior: ad quē iure: uolū/
tate etiā: Regnū patris ptinet. tollat̄ nūc pmus in regnū. fraterna cede sit potior.
pater senex. & filio solus orbatus magis timebit: ne irascat̄ q̄ ut filii ulcisci necē pati/
atur. Romani letabunt̄. pbabūt. defendēt factū. he spes incerte pater: sed nō ianes
sūt. ita enim res se habet: periculū uitæ ꝓpellere a me potes: puniēdo eos: qui ad me
interficiendū ferrū sūpserunt. si facinori eoꝝ successerit: mortē meā idē tu psequi nō
poteris. ❡ Postq̄ dicēdi finē Perseus fecit: cōiecti eoꝝ: q aderāt: oculi: ī Demetriū sūt.
uelut cōfestim respōsurus eēt. deide silentiū fuit. ❡ Cū perfusū fletu appareret oībus
loqui nō posse: tandē uicit dolorē ipsa necessitas: cū dicere iuberēt. atq; ita orsus est.
❡ Oīa que reoꝝ antea fuerāt auxilia: pater præoccupauit accusator. simulatisq;
lachrymis ī alterius perniciē: ueras meas lachrymas suspectas tibi fecit. cū ipse ex quo
ab Roma redii: p occulta cū suis colloquēs: dies noctesq; insidietur ultro mihi non

Demetrij oro

insidiatoris mō: sed latronis māifesti: & pcursoris: speciē induit. piculo suo te exterret
ut innoxio fratri: p eundē te maturet perniciē. perfugiū sibi nusq̄ gentiū eē ait: ut
ego: ne apud te quidē spei quicq̄ reliq habeā. circunuentū. solū. inopē. inuidia gratie
externe que obest potius: q̄ ꝓdest: onerat. iā illud: q̄ accusatorie: qđ noctis huius
crimē miscuit cū cetera insectatiōe uite mee: ut & hoc: qđ iā q̄le sit scies: suspectū alio
uite nostre tenore faceret. & illā uanā criminationem spei: uoluntatis: consiliorum:
nocturno hoc ficto & cōposito argumēto fulciret. simľ & illud quesiuit: ut repētia
minīe ppparata accusatio uideret̄. qppe ex noctis huius metu: & tumultu repētino
exorta. ❡ Oportuit autē Perseu: si ꝓditor ego patris inierā cōsilia: nō expectatam
fabulā eē noctis huius: sed ꝓditionis me accusatū. si illa crimīosa ac uana accusatio
erat: inuidiāq; tuā aduersus me magis: q̄ crimē meū indicatura: hodie quoq; iam: aut
ptermitti: aut in aliud tēpus differri. ut perspiceret̄ utrū ego tibi: an tu mihi nouo
quidē: & singulari genere odii īsidias fecisses. Ego tamē quantū in hac subita ptur/
batione potero: separabo ea: que tu cōfudisti. & noctis huius insidias: aut tuas: aut
meas: detegā. ❡ Occidēdi sui cōsilium me iniisse uideri uult: ut. s. maiore fratre sublato:
cuius iure gentiū: more Macedonū: tuo etiā: ut ait iudicio: regnū ē futurum: ego
minor in eius: quē occidissē: succederē locū. qd ergo illa sibi uult pars altera orōnis:
qua Romanos a me cultos ait. atq; eoꝝ fiducia: in spē Regni me uenisse. nā & si in
Romanis tantū momēti eē credebā: ut quē uellēt: imponerēt Macedonie regē: &
mee tm̄ apud eos gratie confidebā: qd opus parricidio fuit? an ut cruentū fraterna
cede diadema gererē: ut illis ipsis apud quos: aut uera: aut certe simulata probitate:
partā gratiā habeo: si quā forte habeo: execrabilis: & inuisus eēm? nisi. T. ❡ Quintiū
credis: cuius uirtute: & cōsiliis mea nunc arguis regi: cum & ipse tali pietate uiuat cū
fratre: mihi fraterne cedis fuisse autorē. ❡ Idē nō Romanoꝝ solū gratiā: sed Mace/
donum iudicia: ac deoꝝ pene hoīmq; consensū collegit: p que omnia se mihi parē in
certamīe non futurū crediderit. idem: tanq̄ in aliis omnibus rebus inferior essem: ad
sceleris spem ultimā cōfugisse me insimulat. ❡ Vis hāc formulā cognitiōis esse: ut uter

timuerit: ne alter dignior uideret regno: is consiliũ opprimẽdi fratris iudicet cepisse?
¶ Exequamur tamẽ: quocũq; mõ cõficti ordinẽ crimĩs. pluribus modis se petitum
crimĩatus ẽ. & omnis insidiarũ uias in unũ diẽ cõtulit. uolui interdiu eũ: post lustra/
tionem: cũ cõcurrimus: & quidẽ: si diis placet: lustrationũ die occidere. uolui cum ad
cenã inuitaui: ueneno scilicet tollere. uolui cũ comesatum gladiis cincti me sequuti
sũt: ferro ĩterficere. Tẽpora quidẽ q̃lia sint ad parricidiũ electa: uides lusus: cõuiuii.
comesatiõis. qs dies? qualis? quo lustratus exercitus: quo inter diuisã uictimã p̃latis
omniũ: q unq̃ fuere: Macedõie Regũ armis: Reges duo: solito more: tua tegentes
latera pater p̃uecti sumus: & sequutũ ẽ Macedonũ agmẽ: hec ego: etiã siquid ante
admisissẽ: piaculo dignũ: lustratus: & expiatus: sacra tũ cũ maxĩe in hostiã itineri no/
stro circundatã intuens: parricidium: uenena: gladios: in comesatione præparatos
uolutabã in animo: ut q̃bus aliis deĩde sacris contaminatã omni scelere gẽtem expi/
arem? sed cecus criminãdi cupiditate animus: dũ omnia suspecta efficere uult: aliud
alio cõfundit. ¶ Nã si ueneno te inter cenã tollere uolui: q̃d minus aptũ fuit: q̃ per/
tinaci certamĩe: & cõcursu iratũ te efficere: ut merito: sicut fecisti: inuitatus ad cenã:
abnueres? cũ autẽ iratus negasses: utrũ ut te pacarẽ: dãda op̃a fuit: ut aliã quererẽ
occasionẽ: quoniã semel uenenũ paraueram. an ab illo cõsilio: uelut trãsiliendũ ad
aliud fuit: ut ferro te: & quidẽ eo: p̃ speciẽ comesatiõis occiderẽ? quo deinde mõ: si te
metu mortis credebã cenã euitasse meã: nõ ab eodẽ metu comesationẽ quoq; euita/
turum existimabã? ¶ Nõ ẽ res qua erubescã pater: si die festo inter eq̃les largiore
uino sũ usus. tu quoq; uelim inquiras q̃ leticia: quo lusu: apud me celebratũ hesternũ
conuiuiũ sit. illic etiã prauo forsitã odio p̃uehente: q̃ in iuuenili armoꝝ certamine
pars nostra nõ inferior fuerat: miseria hec & metus crapulã facile excusserũt. que si
nõ ĩteruenissẽt ĩsidiatores: nos sopiti iaceremus. ¶ Si domũ tuã expugnaturus: capta
domo: dominũ interfecturus erã: non temperassẽ uino in unũ diẽ? nõ milites meos
abstinuissẽ? ¶ Et ne ego me solũ nimia simplicitate tuear: ipse quoq; minime malus:
ac suspicax frater: nihil aliud scio inq̃t. neq; arguo nisi q̃ cũ ferro comesatũ uenerũt.
¶ Querã unde id ipsũ scias. necesse erit: aut speculatoꝝ tuoꝝ plenã domũ fuisse meã:
aut illos ita apte sũpsisse ferrũ: ut om̃es uiderẽt. ¶ Et neq̃d ipse: aut p̃us inq̃sisse: aut
nũc crimĩose argumẽtari uideret: te querere ex iis quos nõiasset: iubebat: an ferrũ
habuissẽt: ut tanq̃ in re dubia: cũ id quesisses: quod ipsi fatent̃: pro uictis haberent̃.
¶ Quin tu illud queri iubes: nũ tui occidendi causa ferrũ sũpserint? nũ me autore: &
sciẽte? hoc. n. uideri uis: nõ illud q̃d fatent̃: & palã ẽ. & sui se tuẽdi causa sũpsisse dicũt.
recte an p̃peram fecerĩt: ipsi sui rationẽ reddẽt. meã causã: que nihil eo facto con/
tingitur: ne miscueris. aut explica utrũ ap̃te: an clam te agressuri fuerimus. si aperte:
cur nõ om̃es ferrũ habuimus? cur nemo: p̃ter eos: q tuũ speculatorẽ pulsarũt? si clã:
q̃s ordo cõsilii fuit: cõuiuio soluto: cũ comesator ego discessissẽ q̃ttuor substitissẽt:
ut sopitũ te aggrederent̃: quomõ fefellissẽt & alieni: & mei: & maxĩe suspecti: quia
paulo añ in rixa fuerãt? quomõ autẽ trucidato te ipsi euasuri fuerĩt? q̃ttuor gla/
diis domus tua capi: & expugnari potuit? q̃n tu omissa ista nocturna fabula: ad id:
quod doles: q̃d inuidiã urit: reuerteris? cur uis q̃ Regni tui mẽtio fuit? Demetri cur
dignior patris fortune successor q̃busdã uideris: q̃ ego? cur spẽ meã: que: si tu nõ eẽs:
certa erat: dubiã: & sollicitã facis. ¶ Hec sẽtit Perseus: & si nõ dicit. hec istũ inimicũ:
hec accusatorẽ faciũt. hec domũ: hec regnũ tuũ crimĩbus & suspitiõibus replẽt. Ego
autẽ pater: queadmodũ nec nũc sperare Regnũ: nec ambigere unq̃ de eo forsitan
debeã: q̃a mĩor sũ: q̃a tu me maiori cedere uis: sic illud nec debui facere: nec debeo:

ut indignus te patre: indignus omibus uidear. id enim uitiis meis: nó cedẽdo cui ius fasq; ẽ: nó modestia: cõsequar. ¶ Romanos obiicis mihi: & ea que glorie eẽ debẽt: in crimẽ uertis. ¶ Ego nec obses Romãis ut traderer: nec ut legatus Romã mitterer: a te petii. missus: ire nó recusaui. utroq; tẽpore ita me gessi: ne tibi pudori: ne Regno tuo: ne gẽti Macedonũ eẽm. itaq; mihi cũ Romanis amicicie causa tu fuisti pater. quoad tecũ illis pax manebit: mecũ quoq; gratia erit. si bellũ eẽ cepit: qui obses: qui legatus ꝓ patre nó inutilis fui: idẽ hostis illis acerrimus ero. nec hodie: ut ꝓsit mihi Romanoꝝ gratia id postulo ne obsit. ne ad bellũ reseruet. pacis pignus fui. ad pacẽ retinendã legatus missus sũ. neutra res mihi nec glorie nec crimini sit. ego si qd scele/rate in fratrẽ admisi: nullã depcor penã. si ĩnocẽs sũ: ne inuidia conflagrem: cũ crimĩe nó possim: depcor. nó hodie me primũ frater accusat. sed hodie primũ aperte: nullo meo in se merito. ¶ Si mihi pater succẽseret: te maiorẽ fratrẽ: pro minore deprecari oportebat. te adolescẽtie: te errori: ueniã ĩpetrare. ¶ In eo: ubi psidiũ eẽ oportebat: ibi exitiũ ẽ. e cõuiuio & comesatiõe ꝓpe semisõnus raptus sũ ad causã parricidii dicẽ/dam. sine aduocatis: sine patronis: ipe ꝓ me dicere cogor. si ꝓ alio dicendũ eẽt: tẽpus ad meditandũ: & conponendã orõnem sumpsissẽ. cum quid aliud: q̃ ingenii fama piclitarer? ignarus quid accersitus essem: te iratũ: te iubentẽ dicere causam: fratrem accusantẽ: audiui. ille diu ante pparata: meditata ĩ me orõe ẽ usus. ego id tm̃ tẽporis: quo accusatus sũ: ad cognoscendũ qd ageret: habui. utrũ illo momẽto accusatorem audirẽ: an defensionẽ meditarer: attonitus repẽtino atq; inopiato malo: uix quid obiiceret ĩteligere potui: ne dũ satis sciã: quo mõ me tuear. qd mihi spei eẽt: nisi pa/trem iudicẽ haberẽ: apud quẽ etiã si a fratre caritate uincor: misericordia certe reus uinci nó debeo. ego. n. ut me mihi: tibiq; serues pcor. ille ut me in securitatem suam occidas: postulat. qd eũ cũ Regnũ ei tradideris: facturũ credis in me eẽ: qui iã nunc sanguĩe meo sibi ĩdulgeri equũ cẽset? ¶ Dicẽti hec: lachryme simul spiritũ: & uocem intercluserũt. ¶ Philippus sũmotis iis paulisp colloquutus cũ amicis: ꝓnuntiauit: nó uerbis se: nec unius hore disceptatiõe causã eoꝝ diiudicaturũ. sed ĩquirẽdo ĩ utriusq; uitã: mores: & dicta: factaq;: in magnis: puisq; rebus obseruãdo. ut omibus appareret: noctis pxime crimẽ facile reuictũ. suspectã nimiã cũ Romanis Demetrii gratiã eẽ. ¶ Hec uiuo Philippo uelut semĩa iacta sũt Macedõici belli: quod maxĩe cũ Perseo gerendũ erat. ¶ Cõsules ambo ĩ ligures: que tũ una Cõsularis Prouĩtia erat: pfici/scuntur. & qa ꝓspere ibi res gesserũt: supplicatio in unũ diẽ decreta ẽ. ¶ Ligurũ duo milia fere ad extremũ finẽ Prouĩtie Gallie: ubi castra Marcellus habebat: uenerũt. uti reciperent orãtes. ¶ Marcellus opiri eodẽ loco Liguribus iussis: Senatũ p litteras cõsuluit. ¶ Senatus rescribere. M. Ogulniũ Pretorẽ Marcello iussit: uerius fuisse cõ/sules quoꝝ Prouĩtia eẽt: q̃ se qd e Re. P. eẽt decernere. tũ quoq; nó placere sibi: sed p deditionẽ ligures recipi: & receptis arma non adimi. atq; eos ad Cõsulẽ mitti Senatũ equũ cẽsere. ¶ Pretores eodẽ tẽpore. P. Mãlius ĩ ulteriorẽ Hispaniã: quã & priore Pretura Prouinciã obtinuerat Q. Fuluius Flaccus in citeriorẽ: puenit. exercitũq; a Terẽtio accepit. nã ulterior morte. P. Sẽpronii Proconsulis sine Imperio fuerat. ¶ Fuluiũ Flaccũ oppidũ Hispanũ Vrbicnã nomĩe: oppugnantẽ Celtiberi adorti sũt. dura ibi plia aliquot facta. multi Romani milites: & uulnerati & interfecti sũt. uicit pseuerãtia Fuluii. qꝺ nulla ui abstrahi ab obsidiõe potuit. ¶ Celtiberi fessi pliis uariis abscesserũt. urbs amoto auxilio eoꝝ intra paucos dies capta. & direpta ẽ. pdam militibus Pretor cõcessit. Fuluius hoc oppido capto. P. Mãlius exercitu tm̃ ĩ unũ coacto: qui dissipatus fuerat: nulla alia memorabili gesta re: exercitus in hyberna

Ligures dedunt[ur]

In hyspania feliciter pugnatur

deduxerũt. Hec ea estate ĩ Hispania gesta. Terẽtius q ex ea Prouĩtia decesserat: ouãs urbẽ inijt. translatũ argẽti pondo milia. ccc. xx. Auri. lxxxij. pondo. aureæ corone. lxvij. Eodẽ anno inter populũ Carthaginensẽ & Regẽ Masanissã: ĩ re presẽti disceptatores Romani de agro fuerũt. ceperat eũ ab Carthaginẽsibus pater Masanisse Gala. Galã Syphax inde expulerat. postea in gratiã soceri Hasdrubalis Carthaginẽsibus dono dederat. Carthaginẽses eo anno Masanissa expulerat. haud minore certamine animoꝝ: q̃ cũ ferro: & acie dimicarũt: res acta apud Romanos. Carthaginẽses qđ primo maioꝝ suorũ fuisset: deinde a Syphace ad se ꝑuenisset: repetebãt. Masanissa paterni regni agrũ se recepisse: & habere gentiũ iure aiebat: & causa: & possessiõe superiorẽ eẽ. nihil aliud se in ea disceptatiõe metuere: q̃ ne pu/dor Romanoꝝ dũ uereantur: neqd socio: atq; amico Regi aduersus cõmunes: atq; illius hostes indulsisse uideantᷓ: damno sit. Legati possessiõis ius nõ mutarũt: causã integrã Romani ad Senatũ reiecerũt. In liguribus nihil postea gestũ. recesserant primũ in deuios saltus. deinde dimisso exercitu: passim in uicos castellaq; sua dilapsi sunt. Cõsules quoq; dimittere exercitũ uoluerũt. ac de ea re Patres consuluerunt. Alterũ ex his dimisso exercitu ad magistratus creãdos in annum uenire Romam iusserũt. Alterũ cũ legiõibus suis Pisis hyemare. Fama erat Gallos Transalpinos iuuentutẽ armare. nec in quã regionẽ Italie effusura se multitudo eẽt: sciebatᷓ. Ita inter se Cõsules cõpararũt: ut. Cn. Bebius ad comitia iret: qa. M. Bebius frater eius Cõsulatũ petebat. Comitia cõsulibus rogãdis fuere. creati. P. Cornelius Lẽtulus M. Bebius Tãphilus. Pretores inde facti duo Q. Fabij: Maximus: & Buteo. T. Claudius Nero. Q. Petilius Spurinus. M. Pinarius Posca. L. Duronius. Iis ĩito magistratu: ꝓuintie ita sorte euenerũt. Ligures Cõsulibus. Pretoribus. T. Petilio Vrbana. Q. Fabio Maxĩo Peregrina. Q. Fabio Buteoni Gallia. T. Claudio Nerõi Sicilia. M. Pinario Sardinia. L. Duronio Apulia. & Histri adiecti: qđ Tarẽtini Brundusiniq; nuntiabãt: maritĩos agros ĩfestos trãsmarinarũ nauiũ latro/cinijs eẽ. Eadẽ Massiliẽses de Ligurũ nauibus querebantᷓ. Exercitus ĩde decreti. Quattuor legiões Cõsulibus. qna milia ducenos Romãos pedites: trecenos haberẽt eqtes. &. xv. milia Sotiũ ac Latini nomĩs: octingẽtos eqtes. In hispanijs ꝓrogatũ ueteribus Pretoribus Impiũ ẽ: cũ exercitibus quos haberẽt. & ĩ supplemẽtũ decreta tria milia ciuiũ Romanoꝝ. cc. eqtes. & Sotiũ Latini nominis sex milia peditũ. ccc. eqtes. Nec rei naualis cura omissa. Duũuiros in eã rẽ Consules creare iussi: ꝑ quos naues. xx. deducte naualibus sotijs ciuiũ Romanoꝝ q seruitutẽ seruissẽt. cõplerentᷓ ingenui tm̃: ut ij ꝑessent. Inter duũuiros ita diuisa: tuẽda: denis nauibus: maritima ora. ut ꝓmontoriũ ijs Minerue: uelut cardo in medio eẽt. Alter in dextrã partem: usq; ad Massiliã. Leuã alter usq; ad Bariũ tuerentᷓ. Prodigia multa feda: & Rome eo anno uisa: & nũtiata ꝑegre. in area Vulcani: & Cõcordie sanguinẽ pluit. & Põti/fices hastas motas nuntiauere. & Lanuuij simulacrũ Iunonis sospite lachrymasse. & pestilẽtia in agris: Forisq;: & Cõciliabulis: & in urbe tãta erat: ut Libitina tunc uix sufficeret. His ꝓdigijs cladibusq; anxij Patres decreuerũt: ut & Consules quibus dijs uideretur: hostijs maioribus sacrificarẽt. & Decemuiri libros adirẽt. Eorum decreto supplicatio circa oĩa puluiaria Rome ĩ diẽ unũ ĩdicta ẽ. iisdẽ autoribus & senatus cẽsuit: & cõsules edixerũt: ut ꝑ totã Italiã triduũ supplicatio: & ferie eẽnt. Pestilẽ/tie tãta uis erat: ut cũ ꝓpter defectionẽ Corsorũ: bellũq; a Biliẽsibus: concitatũ in Sardinia: octo milia peditũ ex sotijs latini nominis ire placuisset: &. ccc. eqtes: quos M. Pinarius Pretor secũ in Sardiniã traijceret: tantũ hominũ demortuũ esse: tantũ

ubiq; egrorũ: Cõsules renuntiauerũt: ut is numerus effici militũ nõ potuerit. quod deerat militũ: sumere a. Cn. Bebio Procõsule: q Pisis hybernabat iussus Pretor. atq; inde ĩ Sardiniã traiicere. L. Durõio Pretori: cui Prouĩtia Apulie euenerat: adiecta de Bachanalibus questio ẽ. cuius residua quedã uelut semĩa ex ꝑoribus malis iã ꝑore anno apparuerãt. Sed magis incboate: apud. T. Pupiũ Pretorẽ Questiones erãt: q̃ ad exitũ ulle ꝑducte id ꝑ secare nouũ Pretorẽ: ne serperet iterũ latius: Patres iusse-runt. & legẽ de ambitu. Legatiões Cõsules ex autoritate senatus introduxerunt. Regũ ꝑmas Eumenis: & Ariarathis Cappadocis: & Pharnacis Pontici. nec ultra q̃cq̃ iis responsũ est: q̃ missuros: q de cõtrouersiis eorũ cognoscerẽt. statuerẽtq;. Lacede-moniorũ deĩde exsulũ: & Acheoꝝ Legati introducti sunt. & spes data exsulibus est scripturũ Senatũ Acheis: ut restituerent. Achei de messene recepta: compositisq; ibi rebus cũ assẽsu Patrũ exposuerunt. Et a Philippo Rege Macedonũ duo Legati uenerũt Philocles & Apelles: nulla sup re: que ab Senatu petẽda eẽt. speculatũ magis: inquisitũq; missi de iis: quorũ Perseus Demetriũ insimulasset sermonũ: cũ Romanis: maxĩe cũ. T. Quintio: aduersus fratrẽ de regno habitorũ. hos tanq̃ medios: nec in alterius fauorẽ ĩclinatos: miserat Rex. erãt autẽ & hi Persei fraudis ĩ fratrẽ: ministri. & ꝑticipes. Demetrius omnium: ꝑterq̃ fraterno scelere: qđ nuꝑ eruperat: ignarus: ꝑmo neq; magnã: neq; nullã spẽ habebat: patrẽ sibi placari posse. minus deĩn ĩ dies patris animo fidebat: cum obsideri aures a fratre cerneret. itaq; circunspiciens dicta: factaq; sua: ne cuius suspitiones augeret: maxime ab omni mẽtione: & contagione Romanoꝝ abstinebat. ut neq; scribi sibi uellet: qa hoc ꝑcipue criminũ genere ex-aspari animũ sẽtiebat. Philippus: simul ne ocio miles deterior fieret: siml̃ auertẽde suspitiõis causa: quicq̃ a se agitari: de Romão bello: Stobos Peonie exercitu ĩdicto in Macedoniã ducere ꝑgit. Cupido eũ ceꝑat in uertice Emi mõtis ascendẽdi: quia uulgate opiniõi crediderat: Ponticũ simul: & Hadriaticũ mare: & Istrũ amnem: & Alpis cõspici posse. subiecta oculis ea haud parui sibi momẽti futura: ad cogitationẽ Romani belli. ꝑcontatus regiõis peritos de ascẽsu Emi cũ satis inter oẽs cõstaret exercitui uiã nõ eẽ: paucis & expeditis ꝑdifficilimũ aditũ: ut sermõe familiari mĩorẽ filiũ ꝑmulceret: quẽ statuerat nõ ducere secũ: ꝑmũ querit ab eo: cũ tãta difficultas itineris ꝑponat: utrũ ꝑseuerandũ sit ĩ incepto: an abstinendũ? si ꝑgat tamẽ ire: nõ posse obliuisci se: in talibus rebus Antigoni q seua tẽpestate iactatus: in eadẽ naue secũ: cũ suos oẽs habuisset: ꝑcepisse liberis diceret: ut & ipsi me missẽt & ita posteris ꝑderẽt: ne qs cũ tota gẽte simul: in rebus dubiis ꝑiclitari auderet. memorem ergo se ꝑcepti eius: duos simul filios: nõ cõmissurũ maleã eius: q ꝑponeret casus. & quoniã maiorẽ filiũ secũ duceret: minorẽ ad subsidia spei: & custodiã Regni remissurũ in Macedoniã eẽ. Nõ fallebat demetriũ ablegari se: ne adeẽt cõsilio: cum in cõspectu locoꝝ cõsultaret. qa ꝑxima itinera: ad mare Hadriaticũ: atq; Italiã ducerẽt. queq; belli ratio eẽt futura. sed non solũ parendũ patri tutũ: sed etiã assentiendũ erat: ne inuitũ parere suspitionẽ faceret. ut tamẽ iter ei tutũ in Macedoniam eẽt: Didas ex Pretoribus Regis unus: q Peonie ꝑerat iussus ẽ ꝑsequi eũ cũ modico ꝑsidio. Hunc quoq; Perseus: sicut plerosq; patris amicoꝝ: ex quo haud dubiũ cuiq̃ eẽ ceꝑat: ad quẽ: ita inclinato regis animo hereditas regni ꝑtineret: inter coniuratos in fratris perniciẽ habuit. in presẽtia dat ei oĩa mãdata: ut ꝑ oẽ obsequiũ insinuaret se: in q̃ maxĩe familiarẽ usũ: ut elicere oĩa arcana: specularĩq; abditos eius sẽsus posset. Ita digre-ditur Demetrius cũ infestioribus: q̃ si solus iret ꝑsidiis. Philippus Medicã primum: deĩde solitudĩes interiacẽtes Medice atq; Emo transgressus: septimis demũ castris: ad

radices mõtis puenit. ¶ Ibi unũ moratus diẽ: ad deligẽdos: quos duceret secũ: tertio die iter ẽ ingressus. modicus pmo labor ĩ imis collibus fuit. quantũ ĩ altitudinẽ egredie/ banẽ. magis: magisq; siluestria: & pleraq; ĩuia loca excipiebãt. puenire deĩde in tam opacũ iter: ut p dẽsitate arborũ: immissoꝝq; alioꝝ ĩ alios ramoꝝ: perspici celũ uix posset. ut uero iugis appinquabãt: qđ rarum ĩ aliis locis eẽt: adeo oĩa cõtecta ne/ bula: ut haud secus: q̃ nocturno itinere inpedirentur. tertio demum die: ad uerticem puentũ. ¶ Nihil uulgate opiniõi: degressi inde detraxerunt. magis credo: ne uanitas itineris ludibrio eẽt: q̃ ꝙ diuersa inter se maria: mõtesq; & amnes ex uno loco cõspici potuerĩt. ¶ Vexati omẽs: & ante alios Rex ipse: quo grauior etate erat difficultate uie ẽ. duabus aris ibi Ioui: & Soli sacratis: cũ ĩmolasset q̃triduo. ascẽderat. biduo est digressus. frigora nocturna maxĩe metuẽs. que canicule ortu simillima bruma hibus erãt. ¶ Multis p eos dies difficultatibus cõflictatus: nihil letiora ĩ castris inuenit. ubi sũma penuria erat: ut ĩ regiõe quã ab oĩi pte solitudĩes clauderẽt. itaq; unũ tm̃ mo/ ratus diẽ: qetis eoꝝ cã: quos habuerat secũ: itiere ĩn: simili fuge: ĩ Dẽtilocos trãscurrit. ¶ Sotii erãt sed ppter ĩopiã: haud secus: q̃ hostiũ fines: Macedões populati sũt: rapi/ endo passi pmũ. dein quosdã etiã uicos euastarũt: nõ sine magno pudore Regis: cũ Sotioꝝ uoces: neq̃c̃q̃ deos Sotialis: nomẽq; suũ ĩplorãtes: audiret. ¶ Frumẽto deĩn sublato ĩ Medicã regressus: urbẽ quã Petrã appellãt: oppugnare ẽ adortus. ipse a cãpestri aditu castra posuit. Perseũ filiũ cũ modica manu circũmisit ut a supioribus locis urbẽ aggrederẽt. oppidani cũ terror undiq; instaret: obsidibus datis: in psentia dediderũt sese. Iidẽ postq̃ exercitus recessit: obliti obsidũ: relicta urbe ĩ loca mũita: & mõtis refugerũt. ¶ Philippus oĩi genere laboris: sine ullo effectu fatigatis militi/ bus: & Dide fraude Pretoris auctis ĩ filiũ suspitiõibus: ĩ Macedoniã redit. ¶ Missus hic comes: ut ante dictũ ẽ: cũ sĩplicitatẽ iuuenis incauti: & suis haud immerito succẽ/ sentis: assẽtando: indignãdoq;: ut & ipse uicẽ eius captaret: in oĩa ultro suã offerens operã: fide data: arcana eius elicuit. ¶ Fugã ad Romanos Demetrius meditabaẽ. cui cõsilio adiutor deũ beneficio: oblãtus uidebaẽ. Peonie Pretor: p cuius Prouintiam spem ceperat elabi tuto posse. ¶ Hoc consiliũ extẽplo: & fratri proditẽ. & autore eo indicatẽ patri. littere primũ ad obsidentẽ Petrã allate sũt. ¶ Inde Herodorus prĩceps hic amicoꝝ demetrii erat: in custodiã ẽ cõiectus. & Demetrius dissimulãter adseruari iussus. ¶ Hec sup cetera tristẽ aduentũ in Macedoniã Regi fecerũt. mouebãt eũ & presẽtia crimĩa. expectãdos tamẽ quos ad explorãda oĩa Romã miserat: cẽsebat. his anxius curis: cũ aliquot mẽses egisset: tandẽ Legati iã ante pmeditatis ĩ Mace/ doniam: que ab Roma renuntiarẽt: uenerũt. q sup cetera scelera: falsas etiã litteras: signo adulterino. T. Quintii signatas reddiderũt Regi. depcatio erat in litteris: siqd adolescens cupiditate Regni plapsus: secũ egisset: nihil eũ aduersus suorum quenq̃ facturũ. neq; eũ sese eẽ qui ullius impii cõsilii autor futurus uideri possit. he littere fidẽ Persei crimĩbus fecerũt. Itaq; Herodorus extemplo diu excruciatus sine ĩditio rei ullius: in tormẽtis moriẽ. ¶ Demetriũ iterũ ad patrẽ accusauit fuga per Peoniam pparata. arguebãt & corrupti quidã ut comites itineris eẽnt. maxĩe false littere. T. Quintii urgebãt. nihil tamẽ grauius pnuntiatũ ẽ: ut dolo potius interficereẽ. nec id cura ipsius. ¶ Sed ne pena eius cõsilia aduersus Romanos nudaret: ab Thessalõica Demetriadẽ ipsi cũ iter esset: ad Astreũ Peonie Demetriũ mittit. cũ eodem: comite Dida: Perseum ad Philippopolin ad obsides Thracũ accipiẽdos. ¶ Digredienti ab se Dide mãdata dedisse diciẽ: de filio occidẽdo. ¶ Sacrificiũ ab Dida: seu institutũ: seu simulatũ est: ad quod celebrandũ inuitatus Demetrius ab Astreo Heracleã uenit.

in ea cena dicitur uenenum datum. poculo e poto extemplo ſenſit. & mox coortiſ
doloribuſ: relicto cōuiuio cū i cubiculū recepiſſet ſeſe: crudelitatē patriſ conquerenſ:
parricidiū fratriſ: ac Dide ſceluſ incuſāſ: torquebatꝰ. ¶ Intromiſſi deinde Thyrſiſ qdā

pi Demetrius Phi. filius occiditur

Staburreuſ: & Berreuſ Alexāder iniectiſ tapetibuſ i caput: fauceſq;: ſpiritū īterclūſe/
runt. Ita innoxiuſ adoleſcēſ: cū i eo ne ſimplici quidē genere mortiſ cōtenti inimici
fuiſſēt: interficit. ¶ Dū hæc in Macedonia geruntꝰ. L. Emiliuſ Pauluſ Conſulari
Impio principio ueriſ in Ligureſ Ingaunoſ exercitū introduxit. ubi primum in
hoſtiū finibuſ caſtra poſuit. Legati ad eū p ſpeciē paciſ petēde ſpeculatū uenerūt.
negāti Paulo: niſi cū deditiſ paciſci ſe pacē: nō tā id recuſabāt: q̄ tēpore aiebāt opuſ
eē: ut generi agreſti hoīm pſuaderetꝰ. ad hec decē dierū inducie cū darentꝰ petierūt
deinde: ne tranſmōteſ: pximoſ caſtriſ: pabulatū: lignatūq; militeſ irēt. culta ea loca:
ſuorum finiū eſſe. id ubi impetrauere: poſt eoſ ipſoſ mōteſ: unde auerterant hoſtem:

Ligures ro. castra obsident

exercitu omni coacto: repēte multitudīe ingēti caſtra Romanoꝝ oppugnare: ſiml
portiſ omibuſ agreſſi ſūt. ſūma ui totū unū diē oppugnarūt. ita ut nec efferēdi qdē
ſigna Romaniſ ſpatiū: nec ad explicandā aciē: locuſ eēt. cōferti in portiſ obſtando
magiſ: q̄ pugnādo: caſtra tutabātꝰ ¶ Sub occaſu ſoliſ: cū receſſiſſēt hoſteſ: duoſ eqteſ
ad. M. Bebiū Conſulē cū litteriſ Piſaſ mittit: ut obſeſſo per induciaſ ſibi: q̄primum
ſubſidio ueniret ¶ Bebiuſ exercitū. M. Pinario eunti in Sardiniā tradiderat. ceterum
& Senatū litteriſ certiorē fecit: obſideri a Liguribuſ. L. Emiliū. ¶ Et. M. Claudio
Marcello cuiuſ pxima iā Prouītia erat: ſcripſit: ut: ſi uideretꝰ ei: exercitū ex Gallia
traduceret in Ligureſ &. L. Emilium liberaret obſidiōe. ¶ Hec ſera futura auxilia
erāt. Ligureſ ad caſtra poſtero die redeūt. Emiliuſ cū & uēturoſ ſciſſet: & educere
in aciē copiaſ potuiſſet: ītra uallū ſuoſ tenuit: ut extraheret rē: ī id tēpuſ: quo Bebi/
uſ cū exercitu uenire a Piſiſ poſſet ¶ Rome magnā trepidationē littere Bebii fecerūt
eo maiorem: ꝙ paucoſ poſt dieſ Marcelluſ tradito exercitu Fabio: Romam cum
ueniſſet: ſpē ademit eū q in Gallia eēt: exercitū: in Ligureſ traduci poſſe: qa bellū
cū Hiſtriſ eēt: phibentibuſ Coloniā Aquileiā deduci. eo profectū Fabiū. neq; īde
regredi: bello incohoato poſſe. una: & ea ipſa tardior q̄ tēpuſ poſtulabat: ſubſidii ſpeſ
erat: ſi Cōſuleſ maturaſſēt ī Prouinciā ire. id ut facerēt: p ſe quiſq; patꝝ uociferari.
¶ Conſuleſ: niſi confecto delectu: negare ituroſ ſe. nec ſuā ſegniciā: ſed uim morbi in
cauſa eē: quo ſeriuſ pficiſcerentꝰ. nō tamē potuerūt ſuſtinere conſenſū Senatuſ: qn
paludati exirēt. & militibuſ quoſ conſcriptoſ haberēt: diē edicerēt ¶ Permiſſū: qua
irēt: ptinuſ ſubitarioſ militeſ ſcriberēt. ducerētq; ſecū. & Pretoribuſ Q. Pætilio: &
Q. Fabio imperatū eſt: ut Petiliuſ duaſ legiōeſ ciuiū Romanorum tumultuariaſ
ſcriberet. & omeſ minoreſ quinquaginta anniſ ſacramēto rogaret ¶ Fabio ut ſotiiſ
Latini nominiſ. xv. milia peditū: octingētoſ eqteſ: imperaret ¶ Duumuiri naualeſ
creati. M. Macienuſ & . C. Lucretiuſ. naueſq; iiſ ornate ſūt. cuiuſq; ad Gallicū ſinum
puintia erat: imperatū: ut claſſē primo quoq; tēpore duceret in Ligurū orā: ſiquo
uſui eē. L. Emilio atq; eiuſ exercitui poſſet ¶ Emiliuſ poſtq̄ nihil auxilii oſtēdebatꝰ:
interceptoſ credēſ eqteſ: nō ultra differendū ratuſ: qn per ſe fortunā tēptaret: p̄uſq̄
hoſteſ uenirēt: qui iam ſegniuſ ſocordiuſq; oppugnabāt: ad q̄ttuor portaſ exercitū
inſtruxit: ut ſigno dato ſimul ex omnibuſ partibuſ eruptionē facerent ¶ Quattuor
extraordinariiſ cohortibuſ duaſ adiunxit: prepoſito. M. Valerio Legato. erumpe
extraordinariiſ cohortibuſ a porta iuſſit. ¶ Ad dextrā principalē haſtatoſ legioniſ

principales

prime inſtruxit ¶ Principeſ ex eadem legione in ſubſidiiſ poſuit. M. Seruilio &. L.
Sulpitio Tribuniſ militū hiſ prepoſitiſ. ¶ Tertia legio aduerſuſ Principalē ſiniſtram

portam instructa est. id tantū mutatū: Principes primi: & hastati in subsidiis: locati. Sex. Iulius Cesar & L. Valerius Cotta Tribuni militum huic legioni prepositi sūt. Q. Fuluius Flaccus Legatus cū dextra ala ad questoriā positus. Due cohortes: & Triarii duarū legionum in presidio castrorum manere iussi. omnes portas cōtio/nabundus ipse Imperator circuit. & quibuscunq; irritamentis poterat: iras militum acuebat. Nunc fraudem hostium incusās: qui pace petita induciis datis: per ipsum induciarum tempus: contra Ius gentiū: ad castra oppugnanda uenissent. nūc q̃ntus pudor esset edocens: ab Liguribus latronibus: uerius q̃ hostibus iustis: Romanum exercitum obsideri. quo ore quis q̃ uestrū: si hinc alieno presidio: nō uestra uirtute euaseritis: occurret: non dico eis militibus: qui Annibalē: q Philippū: qui Antiochū maximos nostre etatis Reges: Ducesq; uicerūt: sed iis q eos ipsos Ligures aliquotiēs pecorū modo fugientes: per saltus inuios consectati: ceciderunt. quod Hispani: qđ Galli: quod Macedones: Peni ue non audeant: Ligustinus hostis: uallum romanū subit? obsidet ultro: & oppugnat? quem scrutantes antea: in deuios saltus abditum: & latentem: uix inueniebamus. Ad hec consentiens reddebat clamor: nullā militum culpam esse: quibus nemo ad erumpendū signum dedisset. Daret signū: itellecturū eosdem qui antea fuerint: Romanos: & Ligures esse. Bina cis mōtes castra Ligurū erant. ex iis primis diebus: sole orto: pariter compositi omnes instructi procedebāt. tum nisi exaciati cibo: uinoq; arma non capiebant. dispersi: inordinati: exibant: ut qbus: pro spe certū eēt: hostes extra uallū signa nō daturos. aduersus ita incōpositos eos uenietes: clamore pariter omniū: q in castris erant calonum: quoq;: & lixarum: sublato: simul omnibus portis Romani eruperunt. Liguribus adeo improuisa res fuit: ut perinde ac si insidiis circunuenti forent: trepidarēt. exiguum temporis aliqua forma pugne fuit. fuga deinde effusa effugiētium passim: cedes erat. equitibus dato signo ut conscenderent equos: nec effugere quenq̃ sinerent: in castra omnes trepida fuga cōpulsi sunt. deide ipsis exuti castris. Supra. xv. milia Ligurum eo die occisa. capta duo milia: qngenti. Triduo post Ligurū Ingaunoꝝ ōme nomē obsidibus datis inditionē uenit. gubernatores nauteq; cōquisiti: qui predatores fuissēt nauibus. atq; ōmes i custodiā cōiecti. & a. C. Macieno Duūuiro: naues eius generis: i Ligu/stina ora. xxxii. capte sunt. Hec qui nuntiarent: litterasq; ad Senatum ferrent. L. Aurelius Cotta: C. Sulpitius Gallus Romam missi. simulq; peterent ut. L. Emilio confecta Prouintia decedere: & deducere secū milites liceret: atq; dimittere. utrunq; permissū ab Senatu. & supplicatio ad omnia puluinaria per triduum decreta. iussiq; Pretores. Petilius Vrbanas dimittere legiones. Fabius Sotis atq; nomini Latino remittere delectū. & uti Pretor Vrbanus Cōsulibus scriberet Senatum equū censere subitarios milites tumultus causa conscriptos: ꝑmo quoq; tempore dimitti. Colonia Grauise eo anno deducta est in agrū Etruscum: de Tarquiniensibus quondā cap/tum: quina iugera agri data. Tresuiri deduxerūt. C. Calphurnius Piso. P. Claudius Pulcher. C. Terentius Hister. Siccitate & inopia frugum insignis annus fuit. sex menses nunq̃ pluuisse memoria proditum. Eodem anno in agro. L. Petilii Scribe sub Ianiculo: dum cultores altius moliūtur terram: due lapidee arce: octonos ferme pedes longe: quaternos late: inuente sunt: operculis plūbo deuinctis: litteris Latinis Grecisq; utraq; arca inscripta erat. In alterā Numam Pompilium Pomponis. F. Regē Romanū: sepultū esse. In altera libros Nume Pompilii inesse. eas arcas cū ex amicorū sentētia dominus aperuisset: que titulū sepulti Regis habuerat: inanis inuenta: sine ullo uestigio corporis humani: aut ullius rei: ꝑ tabē tot annoꝝ ōmibus

SEX·MESES·NUQ̃·PLUUISSE·

Numa nō fuit pythagore auditor

absūptis. ¶In altera duo fasces candelis inuoluti septenos habuere libros: nō integros
modo: sed recentissima specie. ¶Septem libri Latini de iure Pontifitio erāt. Septem
Greci de disciplina sapientie: quæ illius etatis esse potuit. ¶Adicit Antias Valerius
Pythagoricos fuisse. uulgate opinioni: qua creditur Pythagoræ auditorem fuisse
Numam mendatio probabili: accōmodat fidem. ¶Primo ab amicis qui in re presenti
fuerunt: libri lecti. mox pluribus legentibus cum uulgarentur Q. Petilius Prætor
Vrbanus studiosus legendi. hos libros a. L. Petilio sumpsit. & erat familiaris usus: qđ
Scribam eum Questor Q. Petilius in Decuriam legerat. ¶Lectis rerū summis: cum
animaduertisset pleraq; dissoluendarū religionū esse. L. Petilio dixit sese eos libros
in ignem coniecturum esse. prius q̃ id faceret: se ei permittere: uti siquod seu ius seu
auxiliū: se habere ad eos libros repetendos existimaret: experiretur. id integra sua
gratia eum facturū. ¶Scriba ad Tribunos Plebis adit. ab Tribunis ad Senatum res
est reiecta. Pretor se & iusiurandū dare paratum esse aiebat: libros eos legi: seruariq;
non oportere. ¶Senatus censuit: satis habendū: q̄ Pretor iusiurandum polliceretur.
libros primo quoq; tempore in Comitio cremandos esse. preciū pro libris: quantum
Q. Petilio Pretori: maioriq; parti Tribunorū Plebis uideret: domino eē soluendū.
¶Id Scriba nō accepit. ¶Libri ī Comitio igne: uictima his facta: in cōspectu Populi
cremati sunt. ¶Magnum bellum ea estate coortum in Hispania Citeriore. ad. v. &
xxx. milia hominum: quantum nunq̃ ferme antea: Celtiberi comparauerant. Q.
Fuluius Flaccus eam obtinebat Prouintiā. is quia armare iuuentutem Celtiberos
audierat: & ipse quanta poterat a Sotiis auxilia contraxerat. sed nequaq̃ numero
militum hostem æquabat. ¶Principio ueris exercitum in Carpentaniam duxit. &
castra locauit ad oppidum Eburiam modico presidio in urbe posito. ¶Paucis post
diebus Celtiberi milia duo fere inde: sub colle posuerūt castra. quos ubi ad eē: Pre/
tor Romanus sensit: M. Fuluiū fratrē: cū duabus turmis Sotiorū equitū: ad castra
hostiū speculatū misit: ut uiseret: quanta essēt: pugna abstineret. reciperetq; sese: si
hostiū equitatū exeuntem uidisset. Ita ut preceptum erat: fecit. ¶Per dies aliquot
nihil ultra motū: q̃ ut he due turme ostenderētur: deinde subducerentᷓ: ubi eqtatus
hostiū procurrisset. ¶Postremo Celtiberi omnibus peditū: eq uitumq; copiis castris
egressi: acie decreta: medio fere spatio inter bina castra constiterunt. ¶Campus erat
planus omnis: & aptus pugne. ¶Ibi stetere Hispani hostem expectātes. ¶Romanus
intra uallū suos cōtinuit p q̃triduū cōtinuū. & illi eodē loco aciē īstructā tenuerūt.
¶Ab Romāis nihil motū. Inde qeuere ī castris Celtiberi: qa pugne copia nō fiebat.
eqtes tantū instationē egrediebantᷓ: ut parati eēnt: siquid ab hoste moueretᷓ. ¶Pone
castra utriq; pabulatū: & lignatū ibāt: neutri alteros īpedientes. ¶Pretor Romanus
ubi satis tot dierū quiete credidit spem factam hosti: nihil se priorem moturum. L.
Aciliū cū ala sinistra: & sexmilibus prouintialiū auxiliorum circu mire montes iubet:
qui ab tergo hostibus erant: inde ubi clamorē audisset: decurrere ad castra eorum.
nocte profecti sunt: ne possēt cōspici. ¶Flaccus luce prima. C. Scriboniū Prefectū
Sotium ad uallū hostiū cū equitibus extraordinariis sinistre alæ mittit: quos ubi &
propius accedere: & plures: q̃ soliti erant: Celtiberi conspexerunt: omnis equitatus
effunditur castris. simul & peditibus signū ad exeundū datᷓ. ¶Scribonius: ut p̄ceptū
erat: ut primū fremitum equestriū audiuit auertit equos. & castra repetit. eo effu/
sius sequi hostes. ¶Primo eqtes. mox & peditū acies aderat: haud dubia spe castra eo
die se oppugnaturos. quingentos passus ab uallo aberant. Itaq; ubi Flaccus satis
abstractos eos a p̄sidio castrorū suoꝝ ratus ē: intra uallū exercitu instructo tribus

Libri Nume cremat iussu senatus

HISPANIA

partibus clamore: non tantū ad ardorē excitandū pugne sublato: sed etiam: ut qui in montibus erant exaudirent. nec morati sunt: quin decurrerent: sicut imperatum erat: ad castra. ubi quinq; milium armatoꝝ: non amplius: relictū erat presidiū. quos cū & paucitas sua: & multitudo hostiū: & īprouisa res terruisset: prope sine certamīe capiuntur castra. castris: quæ pars maxime a pugnantibus conspici poterat: iniecit Acilius ignem. postremi Celtiberoꝝ: qui in acie erant: primi flammam conspexere. deinde per totā aciē uulgatū est: castra amissa esse. & tū cū maxime arderent: unde illis terror: inde Romanis animus creuit. iam clamor suoꝝ uincentiū accēdebat. iam ardentia hostium castra apparebant. ¶ Celtiberi parumper incertis animis fluctuati sūt. ceterū postq̃ receptus pulsis nullus erat: nec usq̃ nisi in certamīe spes: pertinatius deintegro capessūt pugnā. acie media urgebant acriter. a quinta legione. aduersus leuum cornu: in quo sui generis ꝓuintialia auxilia īstruxisse Romanos cernebāt: cum maiore fiducia intulerunt signa. iā prope erat: ut sinistrum cornu pelleretur Romanis: ni septima legio successisset. simul ab oppido Eburia: qui in p̄sidio relicti erant: in medio ardore pugne aduenerunt. Et Acilius a tergo erat: diu in medio cesi Celtiberi. qui superant: in omnes partes capessūt fugā. equites bipartito in eos emissi magnā cedē edidere. Tria & .xx. milia hostium eo die cesa. capta quattuor milia. & d.ccc. cum equis plus quingentis: & signa militaria. lxxxvii. magna uictoria: non tamē incruenta fuit. ¶ Romani de duabus legionibus milites: paulo plus. cc. sotium Latini nominis. d.ccc.xxx. externoꝝ: auxiliarū mille ferme & q̃dringēti ceciderūt. ¶ Prætor in castra uictorē exercitū reduxit. ¶ Acilius manere in castris: ab se captis iussis. postero die spolia de hostibus lecta: & ꝓ cōtione donati: quoꝝ uirtus īsignis fuerat. sautiis deīde ī oppidū Eburiā deuectis: ꝑ Carpetaniā ad Contrebiā deducte legiōes. ea urbe circūsessa cū a Celtiberis auxilia accersisset: morātibus iis non qa ipsi cōtati sūt: sed qa ꝓfectos a domo inexplicabiles continuis hymbribus uie & inflati amnes tenebāt: desperato auxilio suoꝝ: in deditionē uenit. Flaccus quoq; tēpestati/bus fedis coactus exercitū omnē in urbē introduxit. Celtiberi q domo ꝓfecti erāt: deditiōis ignari: cū tandē supatis: ubi primū remiserūt hymbres: omībus: Contrebiam uenissēt: postq̃ castra nulla extra menia uiderūt: aut in alterā partē trāslata rati: aut recessisse hostes: ꝑ negligentiā effusi: ad oppidū accesserūt. in eos duabus portis Romani eruptionē fecerūt. & incōpositos adorti: fuderūt. que res ad resistendū eos: & ad capessendā pugnā īpedit: ꝙ nō uno agmīe: nec ad signa frequētes ueniebāt: eadē magne parti ad fugā saluti fuit. ¶ Sparsi enim toto passim cāpo se effuderunt. nec usq̃ cōfertos eos hostis circūuenit. tamē ad duodecim milia sūt cesa. capta plus quinq; milia hostiū: equi quadringēti. signa militaria. lxii. quidā Latini qui e fuga domū se recipiebāt: alterū agmē Celtiberoꝝ uenientiū: deditionē Cōtrebie & suam cladē narrādo: auerterūt. extēplo in uicos: castellaq; sua omes dilapsi. Flaccus a Cō/trebia ꝓfectus ꝑ Celtiberiā populabūdus ducit legiōes. multa castella oppugnādo: nec maxīa pars Celtiberoꝝ in deditionem uenit. ¶ Hec ī citeriore Hispania eo anno gesta. ¶ In Vlteriore Mālius Pretor secūda aliquot p̄lia cū Lusitāis fecit. ¶ Aqleia Colonia Latina eodē anno ī agro Galloꝝ ē deducta. tria milia peditū. qbus data qnq̄gena iugera: Cēturiōibus cētena cētena q̃dragena eqtes acceperūt. Tresuiri de/duxerūt P. Cornelius Scipio Nasica: C. Flaminius: L. Manlius Accidinus. Edes due eo anno dedicate sūt. una Veneris Erycine ad portā Coloniam. dedicauit. L. Portius Lucii filius. Lietanus. Duūuir. uota erat ab Cōsule. L. Portio Ligustino bello. altera in foro Olitorio pietatis eā edē dedicanit. M. Acilius Glabrio Duū uir

AQVILEIE COLONIA · DEDUCTA ·

L. emilius paulus consul de liguribus triumphat

CORSICA
CORSI

A. postumius albinus luscus
COHS. c. calphurnius piso

L. Terentius massaliotha

statuamq; auratam: que prima omniū in Italia est statua aurata: patris Glabrionis posuit. ¶ Is erat: qui eā edē uouerat quo die cū Rege Antiocho ad Thermopylas depugnasset. locaueratq; idē ex Senatus cōsulto. ¶ Per eosdē dies: qbus he edes dedi/cate sunt: L. Emilius Paulus Consul ex Liguribus Ingaunis triumphauit. trāstulit coronas aureas qnq;: & uiginti. nec pterea quicq̄ auri: argētiq; in eo Triūpho latū. captiui multi Principes Ligurum ante currum ducti. æris trecenos militibus diuisit. ¶ Auxerūt eius Triūphi famā Legati Ligurū pacē perpetuā orātes: ita in animum induxisse Ligurū gentē nulla unq̄ arma nisi imperata a populo Romāo sumere. ¶ Responsum a Q. Fabio Pretore est Liguribus iussu Senatus: orōnem eā nō nouā Liguribus esse. mēs uero ut noua: & orōni conueniēs eēt: ipso𝔯 id plurimū referre. ad Cōsules irēt. & que ab iis imperata eēnt: facerēt. nulli alii q̄ Cōsulibus Senatum crediturū esse. sincera fide in pace Ligures eē. ¶ Pax in liguribus fuit. ¶ In Corsica pugnatū ē: cū Corsis. ad duo milia eo𝔯. M. Pinarius Pretor ī acie occidit. qua clade cōpulsi obsides dederūt. & cere centū milia pōdo. ¶ Inde ī Sardiniā exercitus ductus. & cū Biliēsibus gēte: ne nūc quidē omi parte pacata: secūda plia facta. ¶ Cartha/ginensibus eodē anno. c. obsides redditi. paceq; cū iis Po. Ro: nō ab se tm̄: sed Rege etiā Masanissa prestitit. q tū psidio armato: agrū q in controuersia erat: obtinebat. ¶ Ociosā Prouītiā Cōsules habuerūt. M. Bebius Comitio𝔯 causa Romā reuocatus Cōsules creauit: A. Postumiū Albinū: Luscū. & C. Calphurniū Pisonē. ¶ Pretores īn facti. T. Sēpronius Gracchus. L. Postumius Albinus. P. Cornelius Mamercus. T. Minutius Melliculus. A. Hostilius Mācinus. C. Menius. ¶ Ii omes magistratus idibus martiis inierūt. ¶ Prīcipio eius anni quo. A. Postumius Albinus. & C. Calphur/nius Piso Cōsules fuerūt: ab. A. Postumio Consule in Senatum introducti: qui ex Hispania citeriore uenerant: a Q. Flacco. L. Minutius Legatus: & duo Tribuni militū. T. Menius: & L. Terētius Massaliotha. hi cū duo secūda prelia: deditionem Celtiberie: confectā Prouintiā nuntiassēt: nec stipēdio qđ mitti soleret: nec frumēto portato ad exercitū ī eū ānū opus eē: petierūt ab Seātu: pmū ob res psp ere gestas: ut diis imortalibus honos haberet. dein ut Q. Fuluio decedēti de Prouītia depor/tare iñ exercitū: cuius forti opa: & ipi & multi añ eū Pretores usi eēnt: liceret. qđ fieri pter q̄ qđ ita deberet: etiā ppe necessariū eēt. ita. n. obstinatos eē milites: ut nō ultra retineri posse ī Prouintia uiderent. ī iussuq; abituri inde eēnt: si nō dimitterent. aut in pniciosā: si qs impēse retineret: seditionē exarsuri. Cōsulibus Ambobus Prouintiā Ligures eē Senatus iussit. ¶ Pretores ide sortiti sūt. A. Hostilio Vrbana: T. Minutio Peregrina euenit. P. Cornelio Sicilia. C. Menio Sardinia. Hispanias sortiti. L. Postumius Vlteriorē. T. Sēpronius Citeriorē. Is qa successurus Q. Fuluio erat: ne uetere exercitu Prouītia spoliaret. ¶ Quero inqt de te. L. Minuti: cū confectā puintiā nūties: existimesne Celtiberos ppetuo in fide māsuros ita: ut sine exercitu ea Prouītia obti neri possit? si neq; de fide Barbaro𝔯 quicq̄ recipere: aut affirmare nobis potes: & habēdū illic utile exercitū cēses: utrū tandē autor Senatui sis supple/mentum in Hispaniā mittēdi: ut ii mō qbus emerita stipēdia sint: milites dimittant: ueteribus militibus tyrōes imisceant: an deductis de Prouītia ueteribus legionibus: nouas cōscribendi: & mittēdi? cū contēptū tyrociniū etiā mitiores Barbaros excitare ad rebellandū possit. ¶ Dictu q̄ re facilius sit: Prouintiā īgenio ferocē: rebellatricē cōfecisse. pauce ciuitates: ut qdē ego audio: q̄s uicina maxīe hyberna pmebāt: in ius deditioneq; uenerūt. ulteriores ī armis sūt. que cū ita sint: ego tamē hec pdico. P.C. me exercitu eo: q nūc ē: rē.p. administraturū: si deducat secū Flaccus legiōes: loca

pacata me: ad hybernacula electurū. neq; nouū militē ferocissimo hosti obiecturꝫ. ¶ Legatus ad ea: que interrogatus erat: respondit. ¶ Neq; se: neq; quēq̄ aliū diuinare posse: qd ī animo Celtiberi haberēt. aut porro habituri eēnt. itaq; negare nō posse: quin rectius sit. etiā ad pacatos Barbaros: nondū satis assuetos impio: exercitū mitti. nouo autē an uetere exercitu possit tutius eē: dicere q possit: qua fide Celtiberi in pace māsuri sint. simul & q illos exploratū habeat: qeturos milites: si diutius ī puīcia retineant. si ex eo: qđ aut inter se loquantur: aut clamatiōibus apud contionantē imperatorē significēt: qd sentiāt: cōiectandū sit: palā uociferatos eē: aut Impatorē in Prouītia retēturos: aut cū eo in Italiā uēturos esse. ¶ Disceptationē inter Pretorē Legatūq; Cōsulū relatio īterrupit: q suas armari Prouītias: ꝓusq̄ de ꝑtoris exercitu ageret: equū eē cēsebāt. ¶ Nouus omīs exercitus Cōsulibus ē decretus. bine legiōes Romane cū suo equitatu. & Sotiū Latini nominis q̄ntus semp numerus. xv. milia peditū & . d. ccc. eqtes. ¶ Cū hoc exercitu Apuanis Liguribus ut bellū inferrēt: mādatum est. P. Cornelio & . M. Bebio ꝓrogatū imperiū: iussiq; Prouintias obtinere: donec Cōsules uenissēt. ¶ Tum impatū: ut dimisso: quē haberēt: exercitu: reuerterēt romā. ¶ De. T. Sēpronii deinde exercitu actū ē. nouā legionē ei qnq; miliū & . cc. peditū: cū eqtibus q̄dringētis cōsules scribere iussi. & mille ꝑterea peditū romanorū: quinq̄ginta eqtes. & sotiis e nomine latino impari septē milia peditū: ccc. eqtes. cum hoc exercitu. T. Sēproniū ire in Hispaniā placuit Citeriorē. Q. Fuluio ꝑmissū ut q milites ante. Sp. Postumiū Consulē. Q. Martiū Consulē ciues Ro. Sotiiue in Hispaniam trāsportati eēnt: & ꝑterea supplemēto adducto: quot amplius duabus legiōibus q̄. x. milia & . cccc. pedites sexcenti eqtes eēnt: & Sotiū Latini nominis. xii. milia . d . c . eqtes. quorū forti opa duobus aduersus Celtiberos ꝑliis usus. Q. Fuluius eēt: eos si uideret: secū deportaret. ¶ Et supplicatiōes decrete qđ is ꝓspere Rem. P. gessisset & ceteri Pretores in Prouītias missi. Q. Fabio Buteoni ꝓrogatū in Gallia impiū ē. octo legiōes ꝑter exercitū ueterē: q in Liguribus ī spe ꝓpinq̄ missiōis erat: eo anno eē placuit. ¶ Et is ipse exercitus egre explebat: ꝓpter pestilentiā: que iam tertiū annū urbē Romanā atq; Italiā uastabat. ¶ Pretor. T. Minutius: & haud ita multo post Cōsul. C. Calphurnius moritur. multi alii omnium ordinū illustres uiri. ¶ Postremo prodigii loco ea clades haberi cepta ē . C. Seruilius Pōtifex Maximus piacula ire deū cōgrere iussus. Decēuiri libros īspicere. Cōsul Appollini: Esculapio: Saluti: dona uouere & dare signa ī aurata: que uouit. deditq;. Decēuiri supplicatiōē in biduū: ualitudinis causa: & per omnia Fora: Conciliabulaq; edixerunt.

Pestis tertio Romam Italiamque uastauit.

C. Calphurnius consul moritur.

VRBS ROMANA

Aspicis illustris lector quicunq; libellos
Si cupis artificum nomina nosse: lege.
Aspera ridebis cognomina teutona: forsan
Mitiget ars musis inscia uerba uirum.
Cōradus Suueynheym: Arnoldus pānartzq; magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco maximus ambo
Huic operi optatam contribuere domum.